dominumq̄ patrē inducit loq̄ntem. Adhuc vnū mo
dicūq̄ ⁊ ego cōmouebo celū ⁊ terram: ⁊ mare et
Aggei.ij.b aridā: ⁊ mouebo oēs gētes: ⁊ veniet deſideratus
Zacha. cūctis gētibꝰ. Zacharias mēor dñi ſui multiplex
in prophetia: ieſum veſtibus ſordidis: ⁊ lapideʒ
Zach.iij.b oculorum ſeptē: candelabrūq̄ aureum cum toti-
⁊.d.iiij.a. dem lucernis quot oculis: duas q̄ʒ oliuas a ſini
vj.a.⁊.ix.b ſtris lāpadis cernit ⁊ dextris: vt poſt equos ni-
gros: rufos: varios ⁊ albos. ⁊ diſſipatas quadri-
gas ex ephraim: ⁊ equum de hierl'm: ⁊ pauperem
regē vaticinetᷣ: ⁊ p̄dicet ſedentem ſuꝑ pullū filiū
aſine ſubiugalis. Malachias aperte ⁊ in fine om
nium prophetarum: de abiectione iſrael ⁊ voca-
Malachi- tione gentium. Non eſt mihi (ait) voluntas in
as. vobis: dicit dñs exercituum: ⁊ munus non ſuſci-
piam de manu veſtra. Ab ortu enī ſolis vſq̄ ad
Malachi. occaſum: magnum eſt nomen meum in gentibus
j.c. et in omni loco ſacrificatur ⁊ offertᷣ nomini meo
oblatio munda. Eſaiam: hieremiam: Ezechiel
et Daniel: quis poſſit vel intelligere vel expone
re. Quorum primus non prophetiam videtᷣ mihi
Alij pphe- texere: ſed euangelium. Secundus: virgam nu-
te. ceam ⁊ ollam ſuccenſam a facie aquilonis: ⁊ par
dum expoliatum ſuis coloribus: ⁊ quadruplex di-
Eſaias. uerſis metris nectit alphabetuʒ. Tertius princi
Hieremias pia et finem tantis habet obſcuritatibus inuo-
Hiere.j.c. luta: vt apud hebreos ipſe partes cum exordia
Ezechiel. geneſeos: ante annos triginta nō legantᷣ. Quar
tus vero qui ⁊ extremus inter quattuor prophe
tas tēporū cōſcius ⁊ totiꝰ mūdi philohiſtoricus.
Daniel lapidem preciſum de monte ſine manibus: et
regna omnia ſubuertentem: claro ſermone pro-
Daniel.ij. nunciat. Dauid ſymonides noſter: pindarus et
alceus: flaccus quoq̄ catulus ⁊ ſerenus: chriſtuʒ
lyra perſonat: et in decachordo pſalterio ab in-
Dauid feris excitat reſurgentem. Salomon pacificus ⁊
amabilis domini: mores corrigit: naturam docet

eccleſiam iungit ⁊ chriſtum: ſanctarumq̄ nuptia
rum dulce canit epitalamium. Heſter in eccleſie
typo populum liberat de periculo: ⁊ interfecto
aman: qui interpretatur iniquitas: partes conui
uij ⁊ diem celebrem mittit in poſteros. Parali-
pomenon liber inſtrumenti veteris epitoma epi
tome: tantus ac talis eſt: vt abſq̄ illo ſi quis ſciē
tiam ſcripturarum ſibi voluerit arrogare: ſeipſuʒ
irrideat. Per ſingula quippe nomina iunctu-
raſq̄ verborum: et pretermiſiſſe in regum libris
tanguntur hiſtorie: ⁊ innumerabiles explicantur
euangeli queſtiones. Eſdras ⁊ neemias adiutor
videlicet ⁊ cōſolator a domino: in vnū volumen
aptantur: inſtaurant tēpluʒ muros extruūt ciui
tatis: oīſq̄ illa turba ppl'i redeuntis in patriam
et deſcriptio ſacerdotū: leuitarū: iſrl' ꝓſelytorū:
ac per ſingulas familias murorū ac turriū: ope-
ra diuiſa: aliud in cortice preferunt: aliud in me-
dulla retinent. Cernis me ſcripturarū amore ra
ptum: exceſſiſſe modū epiſtole: ⁊ tñ nō impleſſe
qđ volui. Audiuimꝰ tñ q̇d noſſe: q̇d cupere de-
beamus: vt ⁊ nos q̄ʒ poſſimꝰ dicere. Concupiuit
aīa mea deſiderare iuſtificationes tuas in omni
tēpore. Ceterū ſocraticū illud impletᷣ in nobis.
Hoc tñ ſcio qđ neſcio. Tangaʒ ⁊ nouū breuiter
teſtamentū: Mattheus: Marcꝰ: Lucas: ⁊ Jo-
hannes quadriga dñi ⁊ verum cherubim: qđ in
terpretatᷣ ſcientie multitudo: per totum corpus
oculati ſunt: ſcintille emicant: diſcurrunt fulgu-
ra: pedes hñt rectos ⁊ in ſublime tendentes: ter
ga pennata: ⁊ vbiq̄ volitantia tenent ſe mutuo:
ſibiq̄ perplexi ſunt: ⁊ quaſi rota in rota voluuntᷣ
et pergunt quocunq̄ eos flatus ſpc'tuſſcti ꝑdu-
xerit. Paulus apl's: ad ſeptē ſcribit eccl'ias: octa
ua enī ad hebreos. a pleriſq̄ extra numerū poni
tur. Timotheum inſtruit: ac titum. Philemonē
pro fugitiuo famulo dep̄catᷣ: ſuper quo meliꝰ ta-
cere puto: ꝙ pauca ſcribere. Actus apoſtolorꝝ nu
dam q̇dē videntᷣ ſonare hiſtoriā: ⁊ naſcentis eccle
ſie infantiam texere. Sed ſi nouerimꝰ ſcriptoreʒ
eorum: lucam eſſe medicū: cuiꝰ laus eſt in euāge
lio: animaduertimus pariter omnia v̄ba illiꝰ aie
languentis eſſe medicinam. Jacobus: petrus:
iohānes: iudas: ſeptē epiſtolas ediderūt: tā my-
ſticas ꝙ ſuccinctas: ⁊ breues pariter ac lōgas:
breues in verbis. lōgas in ſententijs: vt rarus ſit
qui nō in earꝝ cecutiat lectiōe. Apocalipſis iohā
nis: tot habet ſacramēta: quot v̄ba. Parū dixi:
et pro merito voluminis laus omnis inferior eſt.
In verbis ſingulis: multiplices latēt intelligen
tie. Oro te frater chariſſime inter hec viuere: iſta
meditari: nihil aliud noſſe: nihil querere. Nōne
tibi videtur iam hic in terris regni celeſtis ha-
bitaculum. Nolo offendaris in ſcripturis ſan-
ctis ſimplicitate ⁊ quaſi vilitate verborum: que
vel vitio interpretum: vel de induſtria ſic prola-
te ſunt: vt ruſticam contionem facilius inſtrue-
rent: et in vna eademq̄ ſententia: aliter doctus:
aliter audiret indoctus. Non ſum tam petu-
lans et hebes: vt hec me noſſe pollicear: et
eorum fructus carpere. quorum radices in ce-

lo ſiꝑe ſunt: ſed velle fateoꝛ ſedenti me ꝓfero magiſtruꝫ renuēs comitē ſpondeo. Petenti datur: pulſanti aperit: querens inuenit. Diſcamꝰ in terris: quoꝝ ſcia nobis pſeueret in celo. Obuiis te manibꝰ excipiā: ⁊ vt inepte aliquid ac de hermagore tumiditate effūdā quicqd queſieris tecū ſcire conaboꝛ

[.vij.b] [.xj.b.] [fratris] [ias.]

Capitulum .viij

Habes hic amantiſſimū tui fratrē Euſebiū q̄ liſaruꝫ tuarū mihi gratiā duplicauit: referēs honeſtatem moꝝ tuoꝝ contēptuꝫ ſeculi fidem amicitie: amorē chriſti Illam prudentiā ⁊ eloquiū venuſtatem etiā abſq3 illo ipſa ep̄la ꝓferebat. Feſtina queſo te: ⁊ herenti in ſalo nauicule funem magis precide, ꝗ ſolue. Nemo renūciaturus ſeculo: bene pōt vēdere: que cōtēpſit vt venderet. Quicquid in ſumptus de tuo tuleris pro lucro cōputa. Antiquum dictuꝫ eſt. Auaro deeſt tam qd̄ habet ꝗ quod non habet. Credenti totus mundus diuitiarū eſt. Infidelis autem etiā obolo indiget. Sic viuamus quaſi nil habētes: ⁊ oīa poſſidētes. Victus atq3 veſtitus: diuitie chriſtianoꝝ. Si habes in poteſtate rem tuā vende: ſi nō habes ꝓiice Tollenti tunicā ⁊ palliū relinquendū eſt. Sed niſi tu ſemper recraſtinās ⁊ diē de die trahēs caute ⁊ pedetentim tuas poſſeſſiunculas vendideris nō habet chriſtus vnde alat pauperes ſuos. Totum deo, dedit qui ſe obtulit. Apl'i tm̄ nauē ⁊ retia reliquerunt. Vidua duo era, miſit in gazophylaciuꝫ ⁊ prefertur creſi diuitiis. Facile contemnit omnia, qui ſe ſemper cogitat eſſe moriturum.

[tio de] [edi ſe] [n.] [.j.vj.c.] [.t.v.g.] [e.iiij.] [.xij.b.] [.xxj.a.]

Explicit epiſtola ſancti hieronymi preſbyteri ad paulinum.

Incipit prefatio eiuſdē hieronymi in penthateucum.

Deſiderij mei deſideratas accepi ep̄las: q̄ quodā ꝓſagio futuroꝝ cū daniele ſoꝛtitus eſt nomē: obſecrātis vt tranſlatū in latinā linguā de hebreo ſermone penthateucū veſtroꝝ auribus tradiderim. Periculoſum opꝰ certe: ⁊ obtrectatoꝝ latratibus patens qui me aſſerunt in ſeptuaginta interpretuꝫ ſugillationem noua pro veteribus cudere: ita ingenium quaſi vinum probantes cum ego ſepiſſime teſtatus ſim me pro virili portione in tabernaculo dei offerre que poſſim: nec opes alterius alioꝝ paupertate fedari. Qd̄ vt audirē: origenis me ſtudium prouocauit: qui editioni antique tranſlationē theodotionis miſcuit aſterico ⁊ obelo: id eſt ſtella ⁊ veru opus omne diſtinguēs dum aut illuceſcere facit que minꝰ ante fuerāt: aut ſuꝑflua queq3 iugulat ⁊ confodit: ⁊ maxime que euāgeliſtaꝝ ⁊ apoſtoloꝛum auctoritas promulgauit. In quibus multa de veteri teſtamēto legimus que in nr̄is codicibus nō habent: vt eſt illud. Ex egypto vocaui filium meum: ⁊ quoniam nazareus vocabitur ⁊ viderunt in quē cōpunxerunt: ⁊ flumina de ventre eius fluent aque viue ⁊ que nec oculus vidit nec auris audiuit nec i coꝛ hoīs aſcēdit que preparauit deus diligentibus ſe: ⁊ multa alia que ꝓprium ſyntagma deſiderant. Interrogemus ergo eos vbi hec ſcripta ſint: ⁊ cū dicere nō potuerit de libris hebraicis ꝓferamus: primū teſtimoniū eſt in oſee: ſecūdū in eſaia: tertiū in zacharia: quartum in ꝓuerbiis: quintū eque in eſaia: qd̄ multi ignorantes apocryphoꝝ delyramēta ſectātur: ⁊ hiberas nenias libris autenticis preferūt. Cauſas erroris non eſt meum exponere. Iudei prudēti factum dicunt eſſe cōſilio ne ptolomeus vnius dei cultoꝛ etiā apud hebreos duplicē diuinitatem deprehenderet. Quod maxime idcirco faciebant q2 in platonis dogma cadere videbat. Denique vbicunq3 ſacratū aliqd ſcriptura teſtatur de patre ⁊ filio ⁊ ſpiritu ſancto: aut aliter iterpretati ſūt: aut oīno tacuerūt vt ⁊ regi ſatiſfacerēt ⁊ arcanū fidei non vulgarent. Et neſcio quis primus auctoꝛ ſeptuaginta cellulas alexandrie mendacio ſuo extruxerit: qbꝰ diuiſi eadē ſcriptitarint: cū ariſteus eiuſdeꝫ ptolomei hyperaſpiſtes: ⁊ multo poſt tēpoꝛe ioſephus nihil tale retulerint: ſed in vna baſilica cōgregatos cōtuliſſe ſcribaꝫ nō ꝓphetaſſe. Aliud eſt eñ vatē aliud eſſe interpreteꝫ. Ibi ſpūs ventura predicit: hic eruditio ⁊ verboꝝ copia ea q̄ intelligit tranſfert. Niſi forte putādus eſt tullius economicū xenophontis: ⁊ platonis pythagoram: ⁊ demoſthenis pro cteſiphonte afflatus rhetorico ſpiritu tranſtuliſſe. Aut aliter de eiſdem libris per ſeptuagita interpretes aliter ꝑ apoſtolos ſpiritusſanctus teſtimonia texuit vt quod illi tacuerunt hi ſcriptū eſſe mentiti ſunt. Quid igitur. Dānamus veteres? Minime. Sed poſt prioꝝ ſtudia in domo dn̄i quod poſſumus laboramus. Illi interpretati ſunt ante aduentū chriſti: ⁊ quod neſciebant dubiis ꝓtulere ſententiis: nos poſt paſſionem ⁊ reſurrectionem eius non tam prophetiam q̄ hyſtoriā ſcribimus. Aliter enim audita aliter viſa narrantur. Quod melius intelligimus melius ⁊ ꝓferimus. Audi igitur emule obtrectatoꝛ auſculta. Nō dāno nō reprehendo ſeptuaginta: ſed cōfidēter cunctis illis apoſtolos ꝓfero. Per iſtoꝛuꝫ os mihi chriſtus ſonat quos ante prophetas inter ſpiritalia chariſmata poſitos lego: in quibꝰ vltimū pene gradū interptes tenēt. Quid liuoꝛe torqueris? Quid imperitoꝛū aīmos contra me concitas. Sicubi in trāſlatione tibi videoꝛ errare interroga hebreos diuerſarum vrbium magiſtros cōſule. Qd̄ illi habent de chriſto tui codices non habent. Aliud eſt ſi contra ſe poſtea ab apoſtolis vſurpata teſtimonia ꝓbauerūt: ⁊ emēdatiora ſunt exemplaria latina ꝗ greca: greca ꝗ hebraica. Verum hec cōtra inuidos. Nunc te precoꝛ deſideri chariſſime: vt q2 me tm̄ onus ſubire feciſti ⁊ a geneſi exordium capere orationibus iuues quo poſſim eodem ſpiritu quo ſcripti ſunt libri in latinum eos transferre ſermonem.

Explicit prefatio.

[Left margin: ldiſne- expoſi · quendi aggreſ · redien boriſp itio. · fectus l ſlatiōe terpre- otetio]

[Right margin: Oſee.xj.a. Zacha.xij.c. Eſa.lxiiij.b. · Confirmatio. · Erroris cā ⁊ excuſatio. · Ratio. Alterꝰ ſectus ⁊ cauſe eiꝰ aſſignatio. · Aſſertionis de.lxx.cellulis ꝯfutatio cōꝓbatio · Confirmatio. · Irriſio. · Auctoris excuſatio. · In emulos inuectio. · j.coꝛ.xij.a. · Cōcludēdā ꝯ deſideriū deprecatur vt orationibus adiuuet.]

·DI· ·VNO·
DI·SE GVNDO
DI·TERZO
DI·QVARTO
DI·QVINTO
DI·SESTO

¶ Incipit liber Geneſis qui dicit hebraice breſith. ¶ Capituli ſummarium. ¶ Die primo facta eſt lux: die ſecundo factum eſt celum: die tertio factū eſt mare et terra: die quarto ſol ⁊ luna ⁊ ſtelle: quinto reptātia maris ⁊ volatilia: ſexto iumēta ⁊ ſerpētes beſtie ⁊ homo.

¶ Capitulum .j.

A
ccc.xviij.a
hebre.xj.a
ls + dei.
iij. qō.v.
uid ergo.
s + deus
cōſecra.
ij.q: cor
is.ver.er
ſicut.
Dies .j.

N pricipio creauit deus celum ⁊ terram. Terra autē erat inanis ⁊ vacua: tenebre erant ſuper faciē abyſſi: ⁊ ſpirit⁹ + dñi ferebat ſup aquas Dixitq; deus. Fiat lux. Et fctā eſt lux. Et vidit de⁹ lucēq; eſſet bona: ⁊ diuiſit + lucem a tenebris: appellauitq; lucē diem: ⁊ tenebras noctem. Factūq; eſt veſpere ⁊ mane dies vnus. Dixit quoq; deus. Fiat firmamētū in medio aquarū: ⁊ diuidat aquas ab aquis. Et fecit deus firmamentū: diuiſitq; aquas que erāt ſub firmamēto ab his q̄ erāt ſuper firmamētuȝ. Et factū eſt ita. Vocauitq; deus firmamentū celū. Et factuȝ eſt veſpere ⁊ mane dies ſcd̄s. Dixit vero deus. Cōgregentur aque que ſub celo ſunt in locum vnuȝ:

Dies .ij.

⁊ appareat arida. Et factum eſt ita. Et vocauit deus aridam terrā. Cōgregatiōeſq; aquarum appellauit maria. Et vidit deus q; eſſet bonū: ⁊ ait Germinet terra herbā virentem ⁊ + facientem ſemen: ⁊ lignū pomiferum faciēs fructum iuxta genus ſuum. cuius ſemen in ſemet ipſo ſit ſuper terrā. Et factum eſt ita. Et ptulit terra herbā virentē ⁊ faciētem ſemē iuxta genus ſuum lignūq; faciens fructum: ⁊ habens vnūquodq; ſementē ſm ſpeciē ſuam. Et vidit de⁹ q; eſſet bonū. Et factū eſt veſpere et mane dies tertius. Dixit autē deus. ‖ Fiant luminaria in firmamento celi: ⁊ diuidāt diem ac noctem: ⁊ ſint in ſigna ⁊ tempora ⁊ dies et annos: vt luceant in firmamēto celi: ⁊ illuminent terram. Et factum eſt ita. Fecitq; deus duo luminaria magna: luminare maius vt preeſſet diei: ⁊ luminare minus vt preeſſet nocti: ⁊ ſtellas. Et poſuit eas + in firmamento celi: vt lucerēt ſuper terram: ⁊ preeſſent diei ac nocti: ⁊ diuiderent lucē ac tenebras. Et vidit de⁹ q; eſſet bonum. Et factum eſt veſpere ⁊ mane dies quartus. Dixit etiam deus. Producant aque reptile anime viuentis: ⁊ volatile ſuper terram: ſub firmamento celi. Creauitq; deus cete grandia: ⁊ omnem animam viuentē atq; motabileȝ quā produxerāt aque in ſpecies ſuas: ⁊ omne volatile ſm genus ſuū. Et vidit deus q; eſſet bonū: benedixitq; eis: dicens. Creſcite ⁊ multiplicamini ⁊ replete aquas maris: aueſq; multiplicētur ſuper terrā. Et factū eſt veſpere ⁊ mane dies quintus. Dixit quoq; de⁹. Producat terra aiam viuentem in genere ſuo: iumenta ⁊ reptilia ⁊ beſtias terre ſm ſpecies ſuas. Factumq; eſt ita. Et fecit deus beſtias terre

diſ.lxxv.qō in die in fi. de ſum.tri c.j.in verſi. ſimul.
Al's + ferentem.

B
Dies.iij.
‖ ps.cxxxv. de maiori.⁊ obed.c.ſolite.

Al's habet. + deus.
Dies. iiij.

C
‖ infra eo.d xxxv.di.ca. ſexto die.

Dies.v.

iuxta ſpecies ſuas: iumenta ⁊ omne reptile ter-
re in genere ſuo. Et vidit deus ꝙ eſſet bonum
⁊ ait. Faciamus hominem || ad imaginē ⁊ ſimi
Al's ✝ crea litudinem nr̄am: ⁊ preſit piſcibus maris ⁊ vola-
ture. tilibus celi ⁊ beſtijs: vniuerſeqꝫ ✝ terre omniqꝫ
Al's nō po- reptili qd̄ mouet̄ in terra. || Et creauit deus ho
nitur ✝ ⁊ ſi minem ad imaginem ✝ ⁊ ſimilitudinem ſuam
militudinē ad imaginem dei creauit illum: maſculum ⁊ fe-
minam creauit eos. Benedixitqꝫ illis deus: et
|| ſ. eod. c. j. ait. || Creſcite ⁊ multiplicamini ⁊ replete terrā
⁊ iij. c. j. ix. a ⁊ ſubijcite eam: ⁊ dn̄amini piſcibus maris ⁊ vo-
xxxj. q. iiij. latilibus celi: ⁊ vniuerſis animantibus que mo-
dixit. v. lau uentur ſuper terrā. Dixitqꝫ deus. Ecce dedi vo
dauerat. di. bis omnem herbam afferentem ſemē ſuper ter
xvj. cap. de- ram: ⁊ vniuerſa ligna que habent in ſemetipſis
inde. ver. in ſementem generis ſui: vt ſint vobis in eſcam et
paradiſo. cunctis animantibus terre: omniqꝫ volucri ce-
li et vniuerſis que mouentur in terra ⁊ in qui-
xxxv. diſtic. bus eſt anima viuens: vt habeant ad veſcen-
ſexto die. dum. Et factum eſt ita. Viditqꝫ deus cuncta
Die. vj. que fecerat: et erant valde bona. || Et factū eſt
veſpere et mane dies ſextus.

¶ Capi. Summa. ¶ Die ſeptimo requieuit deus opere conſummato: ⁊ benedixit diei ſeptime. De paradiſo terreſtri et eius fluminibus. Et de precepto non comedendi de ligno ſcientie boni et mali. Et quomodo Adam impoſuit nomina omnibus animalibus. Et de formatione Eue.

Capitulum. ij.

A
Die. vij. Igitur perfecti ſunt
De feris. celi ⁊ terra: ⁊ oīs ornatus eorū.
ca. licet. Cōpleuitqꝫ deus die ſeptimo
Al's ✝ omni opus ſuum quod fecerat: ⁊ re-
quieuit die ſeptimo ab ✝ vni-
uerſo opere quod patrarat.
|| Et benedixit diei ſeptimo ⁊ ſanctificauit illuꝫ:
q: in ipſo ceſſauerat ab omni opere ſuo qd̄ crea
uit deus vt faceret. Iſte ſunt generationes celi
⁊ terre quando create ſunt in die quo fecit deus
celum ⁊ terram: ⁊ omne virgultum agri anteqꝫ̄
Di. viij. c. j. oriretur in terra: omnemqꝫ herbā regiōis priuſ
xxxij. qō. ij. ꝙ̄ germinaret. Non enim pluerat dn̄s deus ſu-
moyſes. per terram ⁊ homo nō erat qui operaretur ter
De cōſe. di. ram: ſed fons aſcendebat e terra irrigans vni-
j. hi duo. uerſam ✝ ſuperficiem terre. || Formauit igitur
diſ. xj. eccle dominus deus hominem de limo terre: ⁊ inſpi-
ſiaſticaruꝫ. rauit in faciem eius ſpiraculum vite: ⁊ factus
B eſt homo in animam viuentem. Plantauerat
Al's ✝ faciē autem dominus deus paradiſum voluptatis a
Di. xl. illō. principio: in quo poſuit hominem quem forma
Di. xv. c. j. uerat: produxitqꝫ dominus deus de humo om-
De cōſe. di. ne lignum pulchrū viſu: ⁊ ad veſcendū ſuaue: li-
iiij. eccleſia gnum etiā vite in medio paradiſi: lignūqꝫ ſcien-
paradiſo. tie boni ⁊ mali. Et fluuius egrediebat̄ de loco
voluptatis ad irrigandū paradiſum: qui inde di
C uiditur in quattuor capita: Nomen vni phiſon.
|| Ipſe eſt qui circumit omnem terram Eui-
lath: vbi naſcitur aurum: et aurum terre il-
lius optimum eſt. Ibiqꝫ inuenitur bdellium:
et lapis onychinus. Et nomen fluuij ſecundi xj. q. iij.
Gyon. Ipſe eſt qui circumit omnem terram mēſaꝫ.
Ethiopie: Nomen vero fluminis tertij Ty- uidēt
gris. Ipſe vadit contra Aſſyrios. Fluuius au videte
tem quartus ipſe eſt eufrates. Tulit ergo do- c. qd
minus deus hominem: et poſuit eum in pa- de re
radiſum voluptatis vt operaretur et cuſtodi- vnico
ret illum. Precepitqꝫ ei dicens. Ex omni li- iij. q. j.
gno paradiſi comede: de ligno autem ſcien- nina.
tie boni et mali ne comedas. In quacunqꝫ xxxiij
enim die comederis ex eo: morte morieris. cuꝫ p
Dixit quoqꝫ Dominus deus. || Non eſt bo- licam
num hominem eſſe ſolum: Faciamus ei adiu- diſ. d
torium ſimile ſibi. Formatis igitur dominus
deus de humo cunctis animantibus terre ⁊ vni
uerſis volatilibus celi: adduxit ea ad Adam vt
videret quid vocaret ea. Omne enim quod
vocauit Adam anime viuentis ipſum eſt no-
men eius. Appellauitqꝫ Adam nominibus ſuis
cuncta animantia ⁊ vniuerſa volatilia celi: ⁊ om
nes beſtias terre. Ade vero non inueniebatur
adiutor ſimilis eius. Immiſitqꝫ dominus deus
ſoporem in Adam. Cumqꝫ obdormiſſet: tulit
vnam de coſtis eius: ⁊ repleuit carnem pro ea. xxx
Et edificauit dominus deus coſtam quam tu- c. ñ.
lerat de adam in mulierem: ⁊ adduxit eam ad ima
adam. Dixitqꝫ adam. Hoc nunc os ex oſſibus ſum
meis: ⁊ caro de carne mea. || Hec vocabit̄ vira- vnic
go: qm̄ de viro ſumpta eſt. Quamobrem relin- diſ.
quet homo patrem ſuuꝫ ⁊ matrem ⁊ adherebit xxv
vxori ſue: ⁊ erunt duo in carne vna. erat autem prin
vterqꝫ nudus: Adam ſcilicet et vxor eius ⁊ non di.
erubeſcant. in

¶ Ca. Sū. ¶ De tētatiōe ⁊ trāſgreſſiōe adā ⁊ eue. Et maledictione ⁊ eiectione.

Capi. iij.

Ed et ſerpens erat
callidior cūctis aīantib⁹ terre
que fecerat dn̄s deus. q̇ dixit
ad mulierē. Cur p̄cepit dn̄s
de⁹ vt nō comederetis ex oī
ligno paradiſi. Cui reſpondit
mulier. De fructu lignoruꝫ q̄
ſunt in padiſo veſcimur: de fructu vero ligni qd̄
eſt in medio padiſi p̄cepit nobis de⁹ ne cōedere
mus: ⁊ ne tāgerem⁹ illd̄ ne forte moriamur. Di
xit aūt ſerpēs ad mulierē. Nequaqꝫ̄ morte mo-
riemini. ſcit eñ de⁹ ꝙ in q̄cūqꝫ die cōederitis ex
eo: aperient̄ oculi vr̄i ⁊ eritis ſicut dij ſciētes bo
nuꝫ ⁊ malū. Vidit igit̄ mulier ꝙ bonū eēt lignū
ad veſcēduꝫ ⁊ pulchrū oculis: aſpectuqꝫ delecta
bile: ⁊ tulit d̄ fructu illi⁹ ⁊ comedit: deditqꝫ viro
ſuo. Qui comedit. Et apti ſunt oculi amboruꝫ. pen
Cūqꝫ cognouiſſent ſe eſſe nudos: cōſuerūt folia xxxij.
ficuū ⁊ fecerūt ſibi perizomata. Et cū audiſſent mulier
vocē dn̄i dei deambulātis in paradiſo: ad auraꝫ Ibi ecce
poſt meridiē: abſcōdit ſe adā ⁊ vxor eius a facie adam.
dn̄i dei in medio ligni paradiſi. Vocauitqꝫ dn̄s

deus adã: ⁊ dixit ei. Ubi es? Qui ait. Uocẽ tuã dñe audiui in paradiſo: ⁊ timui. eo ꝙ nudus eſſem: ⁊ abſcõdi me. Cui dixit dñs. Quis eñ indicauit tibi ꝙ nudus eſſes: niſi ꝙ ex ligno de quo preceperã tibi ne cõederes comediſti? Dixitq̃ adã. Mulier quã dediſti mihi ſociã dẽdit mihi + õ ligno ⁊ comedi. Et dixit dñs deus ad mulierẽ. Quare hͦ feciſti? Que rñdit Serpẽs decepit me: et comedi. Et ait dominꝰ ad ſerpẽtẽ. Quia feciſti hoc: maledictus es inter oĩa animantia et beſtias terre. Super pectus tuũ gradieris: ⁊ terram comedes cunctis diebus vite tue. Inimicitias ponã inter te ⁊ mulierẽ: ⁊ ſemẽ tuũ ⁊ ſemen illius. Ipſa conteret caput tuum: ⁊ tu inſidiaberis calcaneo eius. Mulieri quoq̃ dixit. Multiplicabo erumnas tuas ⁊ conceptus tuos. In dolore paries filios: ⁊ ſub viri poteſtate eris: et ipſe dominabitur tibi. Ade vero dixit. Quia audiſti vocẽ vxoris tue: ⁊ comediſti de ligno ex quo preceperam tibi ne comederes: maledicta terra in opere tuo. In laboribus comedes ex ea cunctis diebus vite tue. Spinas ⁊ tribulos germinabit tibi: ⁊ comedes herbas terre. In ſudore vultus tui veſceris pane tuo: donec reuertaris in terram de qua ſumptus es: quia puluis es ⁊ in puluerem reuerteris. Et vocauit Adã nomen vxoris ſue Eua: eo ꝙ mater eſſet cunctorum viuentium. Fecit quoq̃ dominus deus Ade ⁊ vxori eius tunicas pelliceas: ⁊ induit eos: ⁊ ait. Ecce Adam quaſi vnus ex nobis factus eſt: ſciens bonum ⁊ malum. Nunc ergo + ne forte mittat manum ſuam ⁊ ſumat etiam de ligno vite ⁊ comedat: ⁊ viuat in eternum. Emiſit eum dominus deus de paradiſo voluptatis: vt operaretur terram de qua ſumptus eſt. Eiecitq̃ Adam: ⁊ collocauit ante paradiſum voluptatis cherubin ⁊ flammeum gladium atq̃ verſatilem ad cuſtodiendam viam ligni vite.

Ca. iii. De gñatiõe abel ⁊ chayn: ⁊ fratricidio: de maledictiõe chayn: ⁊ de filijs eius vſq̃ ad lamech: ⁊ gñatione Seth vſq̃ ad Noe ⁊ quantũ vixit: ⁊ quãdo mortuꝰ eſt. Cap. iiij.

Adam vero cognouit vxorẽ ſuam Euam. Que concepit ⁊ peperit chayn: dicens. Poſſedi hominem per deum. Rurſumq̃ peperit fratrem eius Abel. Fuit autem Abel paſtor ouium: ⁊ chayn agricola. Factum eſt autẽ poſt multos dies vt offerret Chayn de fructibus terre munera dño. Abel ꝗ̃ obtulit de primogenitis gregis ſui: ⁊ de adipibꝰ eorũ. Et reſpexit dñs ad Abel ⁊ ad munera eiꝰ: ad chayn autem ⁊ ad munera illius non reſpexit. Iratuſq̃ eſt Chayn vehementer: et concidit vultus eius. Dixitq̃ dominus ad eum. Quare iratus es: et cur cõcidit facies tua? Nonne ſi bene egeris recipies? Si autem male: ſtatim in foribus peccatum + tuum aderit. Sed ſub te erit appetitus eius: et tu dominaberis illius. Dixitq̃ Chayn ad Abel fratrem ſuum. Egrediamur foras. Cumq̃ eſſent in agro cõſurrexit Chayn aduerſus fratrem ſuum Abel: ⁊ interfecit eum. Et ait dominus ad Chayn. vbi eſt Abel frater tuus? Qui reſpondit. Neſcio. Nunquid cuſtos fratris mei ſum ego. dixitq̃ ad eum. Quid feciſti? Uox ſanguinis fratris tui clamat ad me de terra. Nunc igitur maledictus eris ſuper terram: que aperuit os ſuum et ſuſcepit ſanguinẽ fratris tui de manu tua. Cum operatus fueris eam: non dabit tibi fructus ſuos. Uagus ⁊ profugus eris ſuper terram. Dixitq̃ Chayn ad dominum. Maior eſt iniquitas mea: ꝙ vt veniam merear. Ecce eijcis me hodie a facie terre: et a facie tua abſcondar: et ero vagus ⁊ profugus in terra. Omnis igitur qui inuenerit me: occidet me. Dixitq̃ ei dominus. Nequaꝗ̃ ita fiet: ſed omnis qui occiderit Chayn: ſeptuplum punietur. Poſuitq̃ dominus in Chayn ſignum: vt non interficeret eum omnis qui inueniſſet eum. Egreſſuſq̃ chayn a facie domini: habitauit profugus in terra: ad orientalẽ plagam eden. Cognouit autem Chayn vxorem ſuam: que cõcepit ⁊ peperit Enoch. Et edificauit ciuitatem: ⁊ vocauit nomen eius ex nomine filij ſui enoch. Porro Enoch genuit Irad ⁊ Irad genuit mauiael: et Mauiael genuit mathuſael: ⁊ Mathuſael genuit Lamech. Qui accepit duas vxores: nomen vni Ada: ⁊ nomen alteri ſella. Genuitq̃ Ada Iabel: qui fuit pater habitantium in tentorijs: atq̃ paſtorum: et nomen fratris eius Iubal. + Ipſe fuit pater canentium cithara ⁊ organo. Sella quoq̃ genuit Tubalcayn: qui fuit malleator ⁊ faber in cuncta opera eris et ferri. Soror vero Tubalcayn noemma. Dixitq̃ lamech vxoribus ſuis Ade ⁊ Selle. Audite vocem meã vxores Lamech: auſcultate ſermonẽ meũ. Quoniam occidi virum in vulnus meum: ⁊ adoleſcentulum in liuorem meum. Septuplum vltio dabitur dẽ Chayn: de Lamech vero ſeptuagieſ ſepties. Cognouit quoq̃ adhuc Adam vxorem ſuam et peperit filium: vocauitq̃ nomen eius Seth: dicens. Poſuit mihi deus ſemen aliud pro Abel quem occidit Chayn. Sed ⁊ ſeth natus eſt filius quem vocauit Enos. Iſte cepit inuocare nomen domini.

Capi. Summa. De recapitulatiõe creationis hominis: de morte, Ade ⁊ Seth ⁊ filiorum eius vſq̃ ad Noe. Caplm. v.

Hic eſt liber generationis Adam in die qua creauit Deus hominem. Ad + ſimilitudinem dei fecit illum: maſculum et feminam creauit eos. Et benedixit illis: et vocauit no-

Al's ſuper. eſt + tuum.
B vij. qõ. j. aduerſitas. ſ. Cuꝫ autem
De pe. di. j c. ſerpens ⁊ ca. voluiſſent. ſ. deniq̃.
De pe. diſ. iij. Iudas.
xxiiij. q. iij. cũ ergo. ſ. ſed qui.
De pe. di. j ca. voluiſſent. ſ. deniq̃. ⁊ ca. venit.
Prĩa mundi ciuitas.
Primꝰ bigamus
C Al's + Iubar.
Paſtoralis muſicalis fabrilis lanificij ⁊ texture artes inueniunt. xv. q j. ſ. ſi obijcitur. xxxj. q. iij. an no. xxxj. qõe. j. quomodo.
Primi modi deũ orandi inuentor
A Al's ad + imaginem. Eccle. xvij. a. ſ. l. diſtic.

Al's nõ habet + de ligno.
D
Diſ. l. ca. in ...apite. iij. qõ. ij. in ...ccleſiaſtico. xxiij. q. iij. cũ ergo. ſed qui. De pe. di. j Adam. Apoſtolo... ...ſis eſt figura. De pe. diſ. Adam. Diſ. xl. qli... ...et. c. adam. ...ſt. l. ca. in ...apite.
A
Diſ. xc. ne... B. ...j. q. vij. in grauibus. ...xiiij. qõe. v. ...criptum. De pe. di. j Nunquid. ...di. v. c. j. v. ...

Al's nō ha⸗ men eorum Adam in die qua creati ſunt. Vixit
bet. ✝ filiū. autem adam centum triginta annis ⁊ genuit ✝
filium ad imaginem ⁊ ſimilitudinem ſuam : vo⸗
lxxxiiij. diſ. cauitqꝫ nomen eius ſeth. Et facti ſunt dies
Adam: poſtq̄ genuit ſeth octingenti anni : ge⸗
nuitqꝫ filios et filias. Et factum eſt omne tem
pus quod vixit Adam anni nongenti trigin⸗
ta : et mortuus eſt. Vixit quoqꝫ ſeth. cv. annis
et genuit Enos. Vixit Seth poſtq̄ genuit
Enos octingentiſſeptem annis : genuitqꝫ fi⸗
B lios et filias. Et facti ſunt omnes dies Seth
nongentorum duodecim annorum : et mortu⸗
us eſt. Vixit vero Enos nonaginta annis : et
genuit Caynam. Poſt cuius ortum vixit octin
gentis quindecim annis : et genuit filios et fi⸗
lias. Factiqꝫ ſunt omnes dies Enos nongenti⸗
quinqꝫ anni : et mortuus eſt. Vixit quoqꝫ Cay
C nam ſeptuaginta annis : et genuit Malalehel
Et vixit Caynam poſtq̄ genuit Malalehel
octingentis quadraginta annis: genuitqꝫ filios
et filias. Et facti ſunt omnes dies Caynam
Enoch lit⸗ nongenti decem anni: et mortuus eſt. Vixit au⸗
teras inue⸗ tem Malalehel ſeptuagintaquinqꝫ annis : et
nit ⁊ prim⁹ genuit Iared. Et vixit Malalehel poſtq̄ ge⸗
libros edi⸗ nuit Iared octingentis triginta annis: et ge⸗
dit. nuit filios et filias. Et facti ſunt omnes dies
Malalehel octingenti nonaginta quinqꝫ anni:
et mortuus eſt : Vixitqꝫ Iared centumſexa⸗
gintaduobus annis : et genuit Enoch. Et vi⸗
xit Iared poſtq̄ genuit Enoch octingētis an⸗
nis: et genuit filios et filias. Et facti ſunt om⸗
nes dies Iared nongentiſexagintaduo anni et
Al's ✝ ma⸗ mortuus eſt. Porro Enoch vixit ſexagitaquin
thuſalam. qꝫ annis : et genuit Mathuſalem. Et ambu
lauit Enoch cum deo. Et. Et vixit enoch poſt
q̄ genuit ✝ Mathuſalem trecentis annis ⁊ ge
nuit filios et filias. Et facti ſunt oēs dies Eno⸗
ch trecentiſexagintaquinqꝫ anni. Ambulauitqꝫ
cum deo et non apparuit: quia tulit eum deus.
Vixit quoqꝫ Mathuſalem centumoctaginta⸗
ſeptem annis et genuit Lamech. Et vixit Ma⸗
thuſalem poſtq̄ genuit Lamech ſeptingentiſ⸗
‖ Eccleſia. octogintaduobus annis et genuit filios et fili⸗
xliiij. c. lias. Et facti ſunt omnes dies Mathuſalem
nongentiſexaginta nouem anni : et mortuus
eſt. Vixit autem Lamech centumoctoginta⸗
duobus annis : et genuit filium: vocauitqꝫ no⸗
men eius Noe : dicens iſte conſolabitur nos
ab opib⁹ et laborib⁹ manuū noſtraꝝ: in terra cui
maledixit dn̄s. Vixitqꝫ Lamech poſtq̄ genuit
Noe quingentiſnonagintaquinqꝫ annis: et ge⸗
‖ Diſ. lxxx⸗ nuit filios ⁊ filias. Et facti ſunt omnes dies La
iiij. porro. mech ſeptingentiſeptuagintaſeptem anni : et
v. amplius. mortuus eſt. Noe vero cum quingētorum eſſet
annorum: genuit Sem Cham: ⁊ Iaphet.

¶ Capituli. Summarium. ¶ De cauſis di⸗
luuij et fabrica arce et menſu[ra] eius. Et quia
videntes filij dei filias hominū pulchras : acce⸗
perunt ſibi inde vxores generantes gygan⸗
tes in mundo famoſos. Capitulum. vj.

Cumqꝫ cepiſſent homi A ‖ xxxv.
nes multiplicari ſuper terram: cuꝫ igi
et filias procreaſſent ‖ videntes hac ita
filij dei filias hominum ꝙ eſſent ſicul.
pulchre : acceperunt ſibi vxo⸗ quond
res ex omnibus quas elegerant. Dixitqꝫ de⸗ ‖ ps. lx
us ‖. Non permanebit ſpiritus meus in ho⸗ a
mine in eternum : quia caro eſt. Erantqꝫ di Eccleſ
es illius centum viginti annorum. Gigan⸗ iij. a. de
tes autem erant ſuper terram : in diebus illis. diſ. j. p
Poſtq̄ enim ingreſſi ſunt filij dei ad filias ho⸗ mus. d
minum illeqꝫ genuerunt. Iſti ſunt poten⸗ diſ. iij.
tes a ſeculo : viri famoſi. Videns autem de⸗ in v.
us ꝙ multa malitia hominum eſſet in terra : in glo.
et cuncta cogitatio cordis intenta eſſet ad ma⸗ B
lum omni tempore penituit eum ꝙ hominem
feciſſet in terra. Et precauens in futurum : et ‖ xxx
tactus dolore cordis intrinſecus : delebo in⸗ ca. cu
quit hominem quem creaui a facie terre : ab ꝫ. hac
homine vſqꝫ ad animantia a reptili vſqꝫ ad vo⸗ j. viij.
lucres celi. Penitet enim me feciſſe eos. Noe Eccl
vero inuenit gratiam coram domino. He ſunt iiij.
generationes Noe : Noe vir iuſtus atqꝫ per⸗
fectus fuit in generationibus ſuis : cum deo
ambulauit et genuit tres filios : Sem Cham
et Iaphet. Corrupta eſt autem terra co⸗
ram domino : et repleta eſt iniquitate. Cum⸗
qꝫ vidiſſet deus terram eſſe corruptam : om⸗
nis quippe caro corruperat viam ſuam ſuper
terram : dixit ad Noe. Finis vniuerſe carnis
venit coram me : repleta eſt terra iniquitate a
facie eorum : et ego diſperdam eos cum ter⸗
ra. Fac tibi arcam de lignis leuigatis. Man C
ſiunculas in arca facies : et bitumine linies
intrinſecus et extrinſecus. Et ſic facies eam.
Trecentorum cubitorum erit longitudo arce :
quinquagita cubitorum latitudo : et trigin⸗
ta cubitorum altitudo illius. Feneſtram in ✝ Al's
arca facies : et in cubito conſummabis ſum⸗
mitatem eius. Oſtium autem arce pones in
latere deorſum. Cenacula et triſtega facies D
in ea. Ecce ego adducam aquas diluuij ſu⸗
per terram : vt interficiam omnem carnem in
qua ſpiritus vite eſt ſubter celum : et vni⸗
uerſa que in terra ſunt conſumentur. Po⸗
namqꝫ fedus meum tecum et ingredieris ar⸗
cam tu et filij tui : vxor tua et vxores filiorum
tuorum tecum : et ex cunctis animantibus
vniuerſe carnis bina induces in arcam : vt vi⸗
uant tecum maſculini ſexus et feminini. De
volucribus iuxta gen⁹ ſuū : et de iumētis in gn̄e
ſuo : ⁊ ex omni reptili terre ſm̄ gen⁹ ſuū : bina de
oībus ingredientur tecum vt poſſint viuere.
Tolle igitur tecum ex oīb⁹ eſcis que mādi pn̄t : ⁊
comportabis apud te : et erunt tam tibi q̄ ‖
illis in cibum. ‖ Fecit igitur Noe omnia que
preceperat illi deus.

¶ Capit. Summa. ¶ De ingreſſu ad arcam
⁊ inundatione diluuij. Capitulum. vij.

A
lij.pe.ij.a. Dixitq; dominus ad
xxxij.q.j. eum. Ingredere tu ⁊ omnis do
nuptie. mus tua in arcam. Te enim vidi
iuſtum coram me in generatio
Al's ✝ tolle ne hac. Ex omnibus animanti
bus mundis ✝ tolles ſeptena ⁊ ſeptena maſcu
lum ⁊ feminam: de animantibus vero immũdis
duo ⁊ duo: maſculũ ⁊ feminã. Sed ⁊ de volatili
bus celi ſeptena ⁊ ſeptena maſculum ⁊ feminã:
vt ſaluetur ſemen ſuper faciem vniuerſe terre.
Adhuc enim ⁊ poſt dies ſeptẽ ego pluam ſuper
terram quadraginta diebus ⁊ quadraginta no
ctibus: ⁊ delebo omnem ſubſtantiam quam feci
B de ſuperficie terre. Fecit ergo noe oĩa que man
dauerat ei dominus. Eratq; ſexcentorũ annorũ
quando diluuij aque inundauerunt ſuper ter
nat.xxiiij. ram. || Et ingreſſus eſt Noe ⁊ filij eiꝰ: vxor eiꝰ:
D ⁊ vxores filiorũ eius cum eo in arcam propter
aquas diluuij. De animantibus quoq; mundis
⁊ immundis ⁊ de volucribꝰ: ⁊ ex omni quod mo
uetur ſuper terram duo ⁊ duo ingreſſi ſunt ad
Noe in arcam maſculus ⁊ femina: ſicut precepe
rat deus noe. Cumq; tranſiſſent ſeptem dies:
aque diluuij inundauerunt ſuper terrã. Anno
ſexcenteſimo vite Noe mẽſe ſecundo ſeptimo
decimo die menſis rupti ſunt om̃es fontes abyſ
ſi magne ⁊ cataracte celi aperte ſunt: ⁊ facta eſt
pluuia ſuper terrã quadraginta diebus ⁊ qua
C draginta noctibus. In articulo diei illius in
greſſus eſt Noe ⁊ ſem ⁊ cham: ⁊ iaphet filij eiꝰ:
⁊ vxor illius ⁊ vxores filiorũ eius cũ eis in archã
ipſi ⁊ om̃e animal ſꝫ genus ſuũ vniuerſaq; iu
Al's ✝ genꝰ menta in genere ✝ ſuo: ⁊ omne quod mouetur
ſuum. ſuper terrã in genere ſuo: cunctũq; volatile
ſꝫ genus ſuũ. Uniuerſe aues om̃eſq; volucres
ingreſſe ſunt ad Noe in archã: bina ⁊ bina ex
omni carne in qua erat ſpiritus vite. Et que in
greſſa ſunt: maſculus ⁊ femina ex omni carne in
troierunt ſicut preceperat ei deus: ⁊ incluſit eũ
dñs de foris. Factũq; eſt diluuiũ quadraginta
diebus ſuper terrã: ⁊ multiplicate ſunt aque: ⁊
Ecc'.xxxix eleuauerunt archã in ſublime a terra. Ueheme
xxiij.q.j. ter enĩ inundauerunt ⁊ oĩa repleuerũt in ſuper
ex ſola in ficie terre. Porro archa ferebatur ſup aquas:
n.⁊.c. gm̃ ⁊ aque preualuerũt nimis ſuper terrã: opertiq;

ſunt oẽs mõtes excelſi ſub vniuerſo celo. Quin vetꝰ.v.ſi qͤ
decim cubitis altior fuit aqua ſuper montes quos D
operuerat. Conſumptaq; eſt oĩs caro que mo xxxiij.q.v.
uebatur ſuper terrã volucrũ aĩantiũ beſtia q̃d ergo.
rũ: oĩumq; reptiliũ que reptant ſuper terrã. Sapi.x.a.
Uniuerſi hoĩes et cuncta in quibus ſpiraculũ
vite eſt in terra: mortua ſunt. || Et deleuit deus
omnem ſubſtantiam que erat ſuper terram ab
homine vſq; ad pecus: tam reptile ꝙ volucres
celi: et delete ſunt de terra. Remanſit autem ſo
lus Noe ⁊ qui cũ eo erãt in archa. Obtinuerũt Diſt.vj.ca.
q; aque terrã centumquinquaginta diebus. Non eſt.ſ.

¶ Capi. Summa. ¶ De ceſſatione diluuij ⁊ naturale.
egreſſu Noe de archa ⁊ holocauſtis. Cap.viij.

Recordatus autẽ do A
minus Noe cunctorũq; animã
tium: ⁊ omniũ iumentorũ que
erant cum eo in archa: adduxit
ſpiritum ſuper terram ⁊ immi
nute ſunt aque: et clauſi ſunt fontes abyſſi ⁊ ca
taracte celi et prohibite ſunt pluuie de celo. Re
uerſeq; ſunt aque de terra euntes ⁊ redeuntes:
⁊ ceperũt minui poſt centum quinquaginta di
es. Requieuitq; archa menſe ſeptimo: viceſimo
ſeptimo die menſis ſuper montes armenie. At
vero aque ibant et decreſcebãt vſq; ad decimũ
menſem. Decimo enim menſe prima die men
ſis apparuerũt cacumina montium. Cumq; trã
ſiſſent quadraginta dies: aperiens noe feneſtrã
arce quam fecerat dimiſit coruum. Qui egredie
batur et non reuertebatur donec ſiccarentur
aque ſuper terram. Emiſit quoq; columbam
poſt eum vt videret ſi iã ceſſaſſent aque ſuper B
faciem terre. Que cum non inueniſſet vbi reque
ſceret pes eius: reuerſa eſt ad eum in archam:
Aque enim erant ſuper vniuerſam terram. Ex
tenditq; manũ ſuam ⁊ apphẽſam intulit in ar
cham. Expectatis aũt vltra ſeptẽ diebus alijs
rurſum dimiſit columbam ex archa. At illa ve
nit ad eũ ad veſperã portãs ramũ oliue virẽti
bus folijs in ore ſuo. Intellexit ergo noe ꝙ ceſ De ſacr.vn
ſaſſent aque ſuper terram. Expectauitq; nihilo cti.c.vnico
minus ſeptem alios dies: ⁊ emiſit colũbã. Que ante ſi.
non eſt reuerſa vltra ad eũ. Igitur ſexcẽteſimo C
primo anno vite noe. primo menſe: prima die men
ſis imminute ſunt aque ſup terram. Et aperiens
noe tectũ arce aſpexit: viditq; ꝙ exiccata eẽt ſu
perficies terre. Menſe ſecũdo ſeptimo et viceſi
mo die menſis areſacta eſt terra. Locutus eſt
autẽ dñs ad noe dicens: egredere de archa tu
⁊ vxor tua: filij tui ⁊ vxores filiorũ tuorũ tecũ. Cũ
cta animantia q̃ ſunt apud te: ⁊ ex oĩ carne tam
in volatilibus ꝙ in beſtijs ⁊ vniuerſis reptili s.j.c.⁊.d.et
bus q̃ reptant ſup terrã educ tecum ⁊ ingredi j.ix.a.
mini ſuper terram. || Creſcite ⁊ multiplicamini j.ix.c.
ſuper eam. Egreſſus eſt ergo noe et filij eius et D
vxor illius et vxores filiorũ eius cum eo. Sed et
omnia animantia iumenta ⁊ reptilia q̃ reptant

ſuper terrã ꝯ genus ſuũ egreſſa ſunt de archa. Edificauit autẽ Noe altare dño. ⁊ tollẽs de cũctis pecoꝛibus ⁊ volucribus mũdis: obtulit holocauſta ſuper altare. Odoꝛatuſq; eſt dñs odoꝛẽ ſuauitatis ⁊ ait ad eũ. Nequaꝗ̄ vltra maledicam terre ꝓpter homines. Senſus enĩ ⁊ cogitatio humani coꝛdis in malum ꝓna ſunt ab adoleſcentia ſua. Non igitur vltra percutiam omnẽ animam viuentem ſicut feci. Cunctis diebus terre: ſementis: ⁊ meſſis: frigus: ⁊ eſtus: eſtas: ⁊ hyems: nox ⁊ dies non requieſcent.

De ꝯſe. di. ij. c. nõ opꝫ.

xij. q. j. c. j.

¶ Ca. ſum. ¶ De benedictiõe Noe ⁊ ꝓhibitione ſanguinis: ⁊ ſigno federis: ⁊ de vinea ⁊ inebꝛiatione Noe: ⁊ de maledictiõe Chanaã pueri. Secundo de Cham ⁊ filijs: ⁊ vltimo de Sem ⁊ terra ⁊ regione ipſoꝛum. Capꝫ. ix.

a Benedixitq; deꝰ Noe ⁊ filijs eius ⁊ dixit ad eos. Creſcite ⁊ multiplicamini ✚ ⁊ replete terram: ⁊ terroꝛ veſter ac tremoꝛ ſit ſuper cuncta animalia terre ⁊ ſuper omnes volucres celi cum vniuerſis que mouentur ſuper terram. Omnes piſces maris manu veſtre traditi ſunt: ⁊ omne quod mouetur ⁊ viuit erit vobis in cibum. Quaſi olera virentia tradidi vobis omnia. Excepto quod carnem cum ſanguine non comedetis. Sanguinem enim animarum veſtrarum requiram de manu cunctarũ beſtiarum ✚ ⁊ de ✚ manu hominis. De manu viri ⁊ fratris eius requiram animam hominis. Quicunq; effuderit humanum ſanguinem: fundetur ſanguis illius. Ad imaginem quippe dei factus eſt homo. b Vos autem creſcite ⁊ multiplicamini: ⁊ ingredimini ſuper terrã ⁊ implete eam. Hec quoq; dixit deus ad Noe ⁊ ad filios eius cum eo. Ecce ego ſtatuam pactum meum vobiſcum ⁊ cum ſemine veſtro poſt vos: ⁊ ad omnem animam viuentẽ que eſt vobiſcum: tam in volucribus quam in iumentis et pecudibus terre: cunctiſq; que egreſſa ſunt de archa ⁊ vniuerſis beſtijs terre. Statuam pactum meum vobiſcum: ⁊ nequaꝗ̄ vltra interficietur omnis caro aquis diluuij: neq; erit deinceps diluuium diſſipans terram. Dixitq; deus Hoc eſt ſignum federis quod do inter me ⁊ vos: ⁊ ad omnem animam viuentem que eſt vobiſcum in generationes ſempiternas. Arcum meum ponam in nubibus: ⁊ erit ſignum federis inter me ⁊ inter terram. Cumq; obduxero nubibus celum apparebit arcus meus in nubibus: et recoꝛdaboꝛ federis mei vobiſcum: et cum omni anima viuente que carnem vegetat: et non erunt vltra aque diluuij ad delendam vniuerſam carnem. Eritq; arcus meus in nubibus: et videbo ✚ illum ⁊ recoꝛdaboꝛ federis ſempiterni: quod pactum eſt inter deum et omnem animam viuentem vniuerſe carnis que eſt ſuper terram. c Dixitq; deus Noe. Hoc eſt ſignum federis: quod

Al's ✚ implete. ſ. c. j. c. ⁊. d.

Uſus carnium p̄io cõceditur.

Al's ✚ omnium.

Al's ✚ non hꝫ ð manu.

mat. xxvj. a Apo. xiij. c.

Al's nõ habet ✚ illum.

conſtitui inter me et omnem carnem ſuper terram. Erant ergo filij Noe qui egreſſi ſunt de archa. Sem: Cham ⁊ Japhet. Poꝛro Cham ipſe eſt pater Chanaan. Tres iſti filij ſunt noe: et ab his diſſeminatum eſt omne genus hominum ſuper vniuerſam terram. Cepitq; Noe vir agricola exercere terram ⁊ plantauit vineam. Bibenſq; vinum inebꝛiatus eſt: et ✚ nudatus ✚ eſt in tabernaculo ſuo. Quod cũ vidiſſet cham pater chanaan verenda ſcilicet patris ſui eſſe nudata: nũciauit duobus fratribus ſuis foꝛas. At vo Sem ⁊ Japhet pallium impoſuerunt humeris ſuis: ⁊ incedentes retroꝛſum: operuerunt verenda patris ſui. Facieſq; eoꝛum auerſe erant: et patris virilia non viderunt. Euigilans autem Noe ex vino: cum didiciſſet que fecerat ei filius ſuus minoꝛ ait. Maledictus puer Chanaan: ſeruus ſeruoꝛum erit fratribus ſuis. Dixitq; Benedictus dominꝰ deus Sem: ſit Chanaan ſeruus eius. Dilatet deus Japhet ⁊ habitet in tabernaculis Sem: ſitq; Chanaan ſeruus eius. Vixit autem Noe poſt diluuium trecentis quinquaginta annis. Et impleti ſunt omnes dies eius nongentoꝛum quinquaginta annoꝛum ⁊ moꝛtuus eſt.

¶ Capi. ſũ. ¶ De generationibus filioꝛum Noe: ⁊ de diuiſione regionum ipſoꝛum primo de Japhet et filijs eius ⁊ regione ipſoꝛum: vltimo de Sem. Capitulum. x.

He generationes filioꝛum Noe Sem Cham et Japhet: Natiq; ſunt eis filij poſt diluuium. Filij Japhet: Gomer: ⁊ Magog: ⁊ Madai: ⁊ Janan: ⁊ Thubal: ⁊ Moſoch: ⁊ Thyras. Poꝛro filij Gomer Aſſenez: et Riphat: et Thogoꝛma. Filij autem Jenan: Heliſa: ⁊ Tharſis: Cethim et Dodanim. Ab his diuiſe ſunt inſule gentium in regionibus ſuis: vnuſquiſq; ſm linguam et familias in nationibus ſuis. Filij aũt Cham: Chus: ⁊ Meſraim: ⁊ Phuth: ⁊ Chanaan. Filij autem Chus: Saba: Euila: ⁊ Sabatha: ⁊ Regma: ⁊ Sabathaca. Filij Regma: Saba ⁊ dadan. Poꝛro Chus genuit Nemroth. Ipſe cepit eſſe potẽs in terra: ⁊ erat robuſtus venatoꝛ coꝛã dño. Ab hoc exiuit pꝛouerbium quaſi nẽroth robuſtus venatoꝛ coꝛam dño. Fuit autẽ pꝛincipiũ regni eiꝰ Babylon ⁊ arach ⁊ archat: ⁊ chalãne: in terra ſenaar. De terra illa egreſſus eſt aſſur: ⁊ edificauit Niniuẽ: ⁊ plateas ciuitatis ⁊ chale. Reſen quoq; inter Niniuem ⁊ chale: Hec eſt ciuitas magna. At vo meſraim genuit ludim: ⁊ anamim: ⁊ labim: ⁊ ✚ nuptim: ⁊ ✚ phetruſim: ⁊ celluim: de quibus egreſſi ſunt Philiſtim ⁊ capturim. Chanaam autẽ genuit Sidonẽ pꝛimogenitũ ſuũ: Etheũ: ⁊ Hebuſeum: ⁊ Amoꝛreũ: ⁊ Gergeſeum: ⁊ Eueum: et

Regnum babiloniciũ et idolatria incipit: ignis adoratur. ✝ Al's leſa. Hieruſalē conditur. Elamite. Aſſyrij. Caldei. Lidij.

Aracheum: cyneum: ⁊ Aradium: Samari-
then: ⁊ Amatheum. Et per hos diſſeminati
ſunt populi cananeorum: Factiqꝫ ſunt termini
Chanaan venientibus a Sydone Jeraraz vſqꝫ
ad Gazam: donec ingrediaris Sodomã ⁊ Go-
morram ⁊ Adamã ⁊ Seboym vſqꝫ Jeſam. Hi
ſunt filij Cham in cognationibus ⁊ linguis ⁊ ge-
nerationibus terriſqꝫ ⁊ gẽtibus ſuis: De Sem
quoqꝫ nati ſunt patres omniuꝫ filiorũ Heber:
fratre Japhet maiore. Filij Sem: Helam: et
Aſſur: ⁊ Arphaxat: Lud: ⁊ Aram. Filij Aram
Hus: ⁊ Hul: ⁊ Gether: ⁊ ✝ mes. At vero Arpha-
xat genuit Sale: de quo ortus eſt Heber. Na-
tiqꝫ ſunt Heber filij duo. Nomen vni Phaleg:
eo ꝙ in diebus eius diuiſa ſit terra: ⁊ nomen fra-
tris eius Jectan. Qui Jectan genuit Elmo-
dad: ⁊ Saleph. ⁊ Aſſarmoth ✝ Jare: ⁊ Adiram
⁊ Uſal: ⁊ Declã: ⁊ Hebal: ⁊ Abimahel: Saba: ⁊
Ophir: ⁊ Euila: ⁊ Jobab. Omnes iſti filij Je-
ctan. Et facta eſt habitatio eorum de Meſſa
pergentibus vſqꝫ Sephar montem orientalē.
Iſti ſunt filij Sem ſm cognationes ⁊ linguas ⁊
regiones in gentibus ſuis. He familie Noe iu-
xta populos et nationes ſuas. Ab his diuiſe
ſunt gentes in terra poſt diluuium.

D Syrij. Armenij. Ileſſij. Al's ✝ me-n. Al's ✝ iarã. Jonit⁹ fili⁹ noe iuenit aſtronomiam.

Capituli. Summarium. De edificatione Babel ⁊ confuſione linguarum: de filijs Sem vſqꝫ ad Habraam ⁊ fratrem eius de morte Aram qui genuit Loth: de egreſſu eorum de Chaldea cum vxore ſua. Capitulum. xj.

A

ERat autem terra la-
bij vnius et ſermonum eo-
rundem. Cumqꝫ proficiſce-
rentur de Oriente inuenerũt
campum in terra Sennaar:
et habitauerunt in eo. Di-
xitqꝫ alter ad proximum ſuum. Uenite facia-
mus lateres: ⁊ coquamus eos igni. Habue-
runtqꝫ lateres pro ſaxis: bitumen pro cemen-
to. Et dixerunt. Uenite faciamus nobis ciui-
tatem et turrē: cuius culmen pertingat ✝ ad
celum: celebremus nomen noſtrum anteꝗ̃ di-
uidamur in vniuerſas terras. Deſcendit au-
tem dominus vt videret ciuitatem et turrem
quam edificabant filij Adam: et dixit. Ecce
vnus eſt populus: ⁊ vnum eſt labiuꝫ omnibus.
Ceperunt hoc facere: nec deſiſtent a cogita-
tionibus ſuis donec eas opere compleant. Ue-
nite igitur deſcendamus ⁊ confundamus ibi lin-
guam eorum vt non audiat vnuſquiſqꝫ vocem
proximi ſui. Atqꝫ ita diuiſit eos dominus ex il-
lo loco in vniuerſas terras. Et ceſſauerunt edi-
ficare ciuitatem. Et idcirco vocatum eſt no-
men eius Babel: quia ibi confuſum eſt labiuꝫ
vniuerſe terre. Et inde diſperſit eos domi-
nus ſuper faciem cunctarum regionũ. He ſunt
generationes Sem. Sem erat centum annorũ
quando genuit Arphaxat: biennio poſt dilu-

Diſ. vj. c. ꝫ eſt ver. is vero. Al's ✝ vſqꝫ ad.

B

Belus fili⁹ Nembroth ꝑ aſſiriorum. Ninus fili⁹ Nembroth primus rex ... ete.

uium. Uixitqꝫ Sem poſtꝗ̃ genuit Arphaxat
quingentis annis: ⁊ genuit filios ⁊ filias. Por-
ro arphaxat vixit trigintaquinqꝫ annis ⁊ genuit
ſale. Uixitqꝫ arphaxat poſtꝗ̃ genuit ſale trecen-
tis trib⁹ annis: genuit filios ⁊ filias. Sale quo-
qꝫ vixit triginta annis: genuit heber. Uixitqꝫ ſa-
le poſtꝗ̃ genuit heber ꝗdringẽtis tribus annis
⁊ genuit filios et filias. Uixit aũt heber trigin-
ta quattuor annis: et genuit phalech. Et vixit
heber poſtꝗ̃ genuit phalech ꝗdringẽtis trigita
annis: ⁊ genuit filios ⁊ filias. Uixit qꝫ phalech
triginta annis ⁊ genuit ✝ Reu. Uixitqꝫ phalech
poſtꝗ̃ genuit ✝ reu ducentis nouem annis:
⁊ genuit filios ⁊ filias. Uixit aũt ✝ reu triginta
quinqꝫ annis: ⁊ genuit ſaruch. Uixit qꝫ ✝ reu
poſtꝗ̃ genuit ſaruch: ducentis ſeptem annis ⁊
genuit filios ⁊ filias. Uixit aũt ſaruch triginta
ãnis ⁊ genuit Nachor. Uixitqꝫ Saruch poſtꝗ̃
genuit nachor ducentis annis: et genuit filios
et filias. Uixit autem Nachor vigintinouem
annis. et genuit Thare. Uixitqꝫ Nachor poſt-
ꝗ̃ genuit Thare: centum decem nouem annis:
⁊ genuit filios ⁊ filias. Uixitqꝫ thare ſeptuagita
annis et genuit Habram ⁊ Nacor ⁊ Aram. He
ſunt autē generationes Thare. Thare genuit
Habraam Nachor ⁊ Aram. Porro Aram ge-
nuit Loth. Mortuuſqꝫ Aram ante Thare pa-
trē ſuuꝫ in terra natiuitatis ſue in hur chaldeo-
rum. Duxerunt autem Habraam ⁊ Nachor
vxores. Nomen vxoris Habram Sarai: ⁊ no-
men vxoris Nachor Melcha filia Aram patris
Melche ⁊ patris Jeſche. Erat autem Sarai
ſterilis: nec habebat liberos. Tulit itaqꝫ Thare
Habraꝫ filium ſuum: ⁊ Loth filiuꝫ Aram filium
filij ſui ⁊ Sarai nurum ſuaꝫ vxorem habraꝫ filij
ſui: et eduxit eos de hur chaldeorum: vt irent in
terrã Chanaan. Ueneruntqꝫ vſqꝫ aran: ⁊ habi-
tauerũt ibi. Et facti ſunt dies Thare ducento-
rumquinqꝫ annorum ⁊ mortuus eſt in aran.

Zoroaſtes magice inuentor.

Al's ✝ ragau.

Aſſyriorũ Scytharũ. egyptiorũ. Amazonuꝫ

D

Sichimorum. Bractaniorum. Bocinorũ hyſpanorũ regna oriũtur.

Nin⁹ pris beli ſtatuaꝫ adorari iubet ⁊ idolatriã auget.

hebre. xj. c. Jo. xxiiij. a. Mec. ix. b. Judith. v. a. Sapiẽ. x. a. xv. q. j. ſ. cũ igit. ſ. hac itaqꝫ. xxxij. q. iiij. recurrat. ſ. his itaqꝫ.

Capit. Summa. De egreſſu Habrae de Chaldea ⁊ aſcenſu eius in Egyptũ cum Sarai quam vxorem duxerat.

Capitulum. xij.

A

Act. vij. a.

DIxit autē dominus
ad habrã: Egredere de terra tua
de cognatiõe tua ⁊ de domo pr̃is
tui: et veni in terra quã mõſtra-
uero tibi. Faciãqꝫ te in gentem
magnã ⁊ bñdicã tibi et magnificabo nomen tuũ
eriſqꝫ bñdict⁹. Benedicã bñdicẽtib⁹ tibi: et ma-
ledicaꝫ maledicentibus tibi: atqꝫ in te bñdicen-
tur vniuerſe cognationes terre. Egreſſus eſt
itaqꝫ habrã ſicut preceperat ei dñs: et iuit cũ eo
Loth. Septuagintaquinqꝫ annorũ erat habraꝫ
cum egrederetur de aran. Tulitqꝫ Sarai vxorē
ſuam: et Loth filiũ fratris ſui vniuerſamqꝫ ſub-
ſtantiam quam poſſederant: et animas quas fe-
cerãt in aran: et egreſſi ſunt vt irẽt in terrã cha-

xxxij. q. iiij. recurrat. ſ. his itaqꝫ. Actu. iij. d. Hebr. xj. b.

B

naan. Cūqʒ veniſſent in eaʒ pertranſiuit Ha-
braʒ terraʒ vſqʒ ad locuʒ ſichen: ⁊ vſqʒ ad con-
uallem illuſtrem. Chananeus autem erat in ter-
ra. Apparuit aūt dñs Habram ⁊ dixit ei: Semi-
ni tuo dabo terraʒ hanc. Qui edificauit ibi al-
ꝓimus num- tare dño qui apparuerat ei: ⁊ inuocauit ibi no-
mos cudit. men eius. Et inde trāſgrediēs ad montē qui cō-
Sēiramis. tra erat orientē Bethel: tetēdit ibi tabernacu-
vxor ninife lum ſuuʒ ab occidēte habēs Bethel ⁊ ab oriēte
mina mira- Hai. Edificauit qꝫ ibi altare dño ⁊ inuocauit no-
bilis claret men eius. Perrexitqʒ Habrā vadēs ⁊ vltra pro-
C grediēs ad meridiē. Facta eſt aūt fames in ter-
ra. Deſcēditqʒ Habrā in egyptū: vt peregrina-
retur ibi. Preualuerat eñ fames in terra. Cū-
qꝫ prope eſſet vt ingrederetur egyptū: dixit ſa-
rai vxori ſue: Noui ꝙ pulchra ſis mulier: ⁊ ꝙ cū
viderint te egyptij dicturi ſunt: vxor illius eſt ⁊
interficient me: ⁊ te reſeruabunt. Dic ergo ob-
infra .x. ca. ſecro te ꝙ ſoror mea ſis: vt bene ſit mihi ꝓpter
D te: ⁊ viuat anima mea ob gratiam tui. Cum ita
xxij .q.ij.q̄- qꝫ ingreſſus eſſet Habraʒ egyptum: viderunt
rit.xxxij.q. egyptij mulierem ꝙ eſſet pulchra nimis. Et nū-
iiij. nemo. ciauerunt principes pharaoni: et laudauerunt
ibideʒ .q.v. eam apud illum. ⁊ ſublata eſt mulier in domum
Ad dñm in pharaonis: Habram vero bene vſi ſunt propter
gl. de peni. illam. Fueruntqꝫ ei oues et boues et aſini et
di.j. voluiſ- ſerui et familie ⁊ aſine ⁊ cameli. Flagellauit aūt
ſent .ff. de- dominus pharaonem plagis maximis ⁊ domuʒ
nicqꝫ. eius propter ſarai vxorem Habram. Vocauitqꝫ
pharao Habraʒ: ⁊ dixit ei. Quidnam eſt hoc ꝙ
Treueris a feciſti mihi: Quare non indicaſti mihi ꝙ vxor
trebetā ni- tua eſſet: Quam ob cauſam dixiſti eſſe ſororem
ni regis fi- tuam: vt tollerem eam mihi in vxorem. Nunc
lia in galijs igitur ecce coniūx tua: accipe eam ⁊ vade. Pre-
conditur. cepitqꝫ pharao ſuper Habram viris: ⁊ deduxe-
runt eum ⁊ vxorem eius: ⁊ omnia que habebat

C Ca. Sū. C De diuiſiōe habrā ⁊ loth diuitū ⁊ promiſſione terre habrae. Capitulū .xiij.

A Aſcēdit ergo habraʒ de egypto ipſe ⁊ vxor eius: ⁊ om-
nia que habebat ⁊ loth cum eo
ad auſtralem plagam erat autē
diues valde in poſſeſſione auri
et argenti. Reuerſuſqꝫ eſt per iter quo venerat
a meridie in bethel vſqꝫ ad locum vbi prius fi-
xerat tabernaculum inter bethel et hai: in loco
altaris quod fecerat prius et inuocauit ibi no-
men domini. Sed et loth qui erat cum Habraʒ
fuerunt greges ouium et armēta et tabernacu-
la: nec poterat eos capi terra vt habitarent ſi-
B mul erat quippe ſubſtantia eorum multa: et ne-
j. xxxvj. a. quibant habitare communiter. Unde facta eſt
rixa inter paſtores greguʒ Habram et loth. Eo
autem tempore chananeus et pherezeus habi-
tabant in terra illa. Dixit ergo Habraʒ ad loth
ne queſo ſit iurgium inter me et te: et inter pa-
ſtores meos et paſtores tuos: fratres enim ſu-
hiere. xl. b. mus. Ecce vniuerſa terra coram te eſt. Rece-
de a me obſecro. Si ad ſiniſtraʒ ieris: ego dex-
teram tenebo. Si tu dexteram elegeris: ego ad
ſiniſtram pergam. Eleuatis itaqꝫ loth oculis vi-
dit omnem circa regioneʒ iordanis: que vniuer-
ſa irrigabatur anteqꝫ ſubuerteret dñs Sodo-
mam et Gomorraʒ ſicut paradiſus domini: et
ſicut egyptus venientibus in ſegor. Elegitqꝫ ſi-
bi loth regionem circa iordanem: et receſſit ab
oriente. Diuiſiqꝫ ſunt alterutruʒ a fratre ſuo.
Abram habitauit in terra chanaan. Loth vero
moratus eſt in oppidis que erāt circa iordaneʒ
⁊ habitauit in ſodomis. Homines aūt ſodomi-
te peſſimi erāt: ⁊ peccatores coram dño nimis.
Dixitqꝫ dñs ad Abraʒ poſtqꝫ diuiſus eſt ab eo
loth. Leua oculos tuos in directuʒ: et vide a lo-
co in quo nunc es ad aquiloneʒ et meridiem ad
SEnuit autem Iſaac: et caligauerunt oculi eius: et videre non poterat: Uocauitqꝫ Eſau filium ſuum maiorem: et dixit ei. Filij mi. Qui reſpondit Adſum. Cui pater vides inquit ꝙ ſenuerim: et ignorem diem mortis mee. Sume arma tua ⁊ pharetram et arcum: et egredere foras. Cumqꝫ venatu aliquid apprehenderis: fac mihi inde pulmentum ſicut velle me noſti: ⁊ || affer vt comedam: et benedicat tibi anima mea anteq̄ moriar. Quod cum audiſſet Rebecca et ille abijſſet in agrum vt iuſſionem patris impleret: dixit filio ſuo Jacob. Audiui patrem tuum loquentem cum Eſau fratre tuo: et dicentem ei. Affer mihi de venatione tua: et fac cibos vt comedam: et Benedicam tibi coram domino anteq̄ moriar. Nunc ergo fili mi acquieſce conſilijs meis: et pergens ad gregem affer mihi duos hedos optimos: vt faciam ex eis eſcas patri tuo: quibus libenter veſcitur. Quas cum intuleris et comederit: benedicat tibi priuſq̄ moriatur. Cui ille reſpondit. Noſti ꝙ Eſau frater meus homo piloſus ſit: ⁊ ego lenis. Si attrectauerit me pater meus et ſenſerit: timeo ne putet me ſibi voluiſſe illudere ⁊ inducat ſuper me maledictionem pro benedictione. Ad quem mater. In me ſit ait iſta maledictio fili mi: tantum audi vocem meam: et pergens affer que dixi. Abiit et attulit: deditqꝫ matri. Parauit illa cibos ſicut velle nouerat patrem illius: et veſtibus Eſau valde bonis: quas apud ſe habebat domi induit eum pelliculaſqꝫ hedorum circumdedit manibus: et colli nuda protexit. Deditqꝫ pulmentū et panes quos coxerat tradidit. Quibus illatis dixit. Pater mi. At ille reſpondit. Audio. Qui es tu fili mi? Dixitqꝫ Jacob. Ego ſum primogenitus tuus Eſau. Feci ſicut precepiſti mihi. Surge ſede et comede de venatione mea: vt benedicat mihi anima tua. Rurſumqꝫ Iſaac ad filium ſuum. Quomodo inquit tam cito inuenire potuiſti fili mi? Qui reſpondit. Uoluntas dei fuit: vt cito mihi occurreret quod volebam. Dixitqꝫ Iſaac. Accede huc vt tangam te fili mi: ⁊ probem vtrū tu ſis filius meus Eſau: an non. Acceſſit ille ad patrem: ⁊ palpato eo: dixit Iſaac. Uox quidem vox Jacob eſt: ſed manus: man⁹ ſunt Eſau. Et nō cognouit eū: q: piloſe manus ſimilitudinem maioris expreſſerant. Benedicens ergo illi, ait. Tu es filius meus Eſau? Reſpondit. Ego ſum. At ille ✠ Affer mihi inquit cibos de venatione tua fili mi: vt benedicat tibi anima mea. Quos cum oblatos comediſſet: obtulit ei etiam vinū. Quo hauſto: dixit ad eum. Accede ad me: ⁊ da mihi oſculum fili mi. Acceſſit: ⁊ oſculatus eſt eum. || Statimqꝫ vt ſenſit veſtimentorum eius fragrantiam: benedicēs illi ait. Ecce odor filij mei ſicut odor agri ✠ pleni cui benedixit dominus. Det tibi deus de rore celi et de pinguedine terre abundantiam frumenti vini ⁊ ✠ olei: ⁊ ſeruiant tibi populi: ⁊ adorent te tribus. Eſto dn̄s fratrum tuorum: ⁊ incuruentur ante te filij matris tue. || Qui maledixerit tibi ſit ille maledictus: ⁊ qui benedixerit tibi: benedictionibus repleatur. Uix Iſaac ſermonē impleuerāt: ⁊ egreſſo Jacob foras venit Eſau coctoſqꝫ de venatione cibos intulit patri: dicens. Surge pater mi et comede de venatione filij tui: vt benedicat mihi anima tua. Dixitqꝫ illi Iſaac. Quis enim es tu? Qui reſpondit. Ego ſum filius tuus primogenitus Eſau. Expauit Iſaac ſtupore vehementi: ⁊ vltra q̄ credi poteſt ammirās ait Quis igitur ille eſt qui dudum captam venationem attulit mihi: ⁊ comedi ex omnib⁹ priuſq̄ tu venires? Benedixiqꝫ ei: ⁊ erit benedictus. Audi-

Hebre. xi. a

xxxvi. diſ. Eſau.

B

C

xxij. q. ij. q̄ritur cur d̄ diuor. capi. Gaudem⁹

D

Al's ✠ Affer.

Hebr. xi. d.

Al's ſupeſt ✠ plen i.

Al's ſupeſt ✠ et olei.

xxiiij. q. iij. cū ergo. ſ. ſed qui. v. ſi. Iſaac.

E

tis Eſau ſermonibus patris irrugijt clamore ma
gno: ⁊ conſternatus: ait. Benedic etiam ⁊ mihi
pater mi. Qui ait. Venit germanus tuus frau-
j.q.j. caplo dulenter: ⁊ accepit benedictionem tuam. At il-
nunq̄. le ſubiunxit. Juſte vocatum eſt nomen eius Ja-
F cob: ſupplantauit enim me. en altera vice. Pri-
mo genita mea ante tulit: ⁊ nunc ſecundo ſurri-
puit benedictionē meam. Rurſumqꝫ ad patrē.
Nunquid non ſeruaſti ait ⁊ mihi benedictionē.
Reſpondit Iſaac. Dominū tuū illū conſtitui: ⁊
omnes fratres eiꝰ ſeruituti illiꝰ ſubiugaui. Fru
mento ⁊ vino et oleo ſtabiliui eū: ⁊ tibi poſt hec
hebr. xij. c. filij mi vltra quid faciam. Cui eſau. Num vnam
De pe. di. inquit tantū benedictionē habes pater? Mihi
iij. c. iudas. quoqꝫ obſecro vt benedicas. Cūqꝫ heiulatu ma-
gno fleret: motus Iſaac dixit ad eū. In pingue
dine terre et in rore celi deſuper erit benedictio
Abdie. j. a. tua. Viues in gladio ⁊ fratri tuo ſeruies: tēpuſ-
B qꝫ veniet cum excutias ⁊ ſoluas iugum eius de
ceruicibus tuis. Oderat ergo ſemꝑ eſau iacob
ꝓ benedictione qua benedixerat ei pater: dixit
qꝫ in corde ſuo. Venient dies luctus patris mei:
et occidam iacob fratrem meum. Nūciata ſunt
hec rebecce. Que mittens: ⁊ vocans iacob filiū
ſuum: dixit ad eum. Ecce Eſau frater tuus mi
natur vt occidat te. Nunc ergo fili mi audi vocē
meam: et conſurgens fuge ad laban fratrem me
um in aram: habitabiſqꝫ cum eo dies paucos do
nec requieſcat furor fratris tui: ⁊ ceſſet indigna
tio eiꝰ: obliuiſcaturqꝫ eorꝫ q̄ feciſti in eū: poſtea
mittam ⁊ adducā te inde huc. Cur vtroqꝫ orba
bor filio in vno die? Dixitqꝫ rebecca ad Iſaac.
Tedet me vite mee ꝓpt filias Heth: ſi acceperit
Jacob vxorē de ſtirpe huius terre nolo viuere

C. S. Jacob mittitur ad labā: videt ſca-
lam: vouet votum. Capitulū. xxviij.

ocauit itaqꝫ Iſaac
A Jacob ⁊ benedixit eū ꝑcepit
qꝫ ei dicens. Noli accipere cō
iugem de genere chanaan: ſed
xxxv. q. j. c. vade ⁊ ꝓficiſcere in meſopota
cū igitur. §. miā ſyrie ad domum Bathu
hac itaqꝫ. el patrem matris tue: ⁊ accipe
ibi inde vxorem de filiabus labā auunculi tui: de
us aūt omnipotēs benedicat tibi: et creſcere te
faciat atqꝫ multiplicet: vt ſis in turbas populo
rū: et det tibi benedictiōes Abrae ⁊ ſemini tuo
poſt te: vt poſſideas terrā peregrinatiōis tue:
quā pollicitus eſt auo tuo. Cumqꝫ dimiſiſſet eū
Iſaac: ꝓfectus deuenit in meſopotamiā ſyrie
ad labā filium Bathuel ſyri: fratrē rebecce ma-
B tris ſue: Videns aūt Eſau ꝙ benedixiſſet pater
ſuus Jacob: ⁊ miſiſſet eū in meſopotamiā ſyrie
vt inde vxorē duceret: et ꝙ poſt bñdictionē pre
cepiſſet ei dicens. Non accipies vxorem de filia-
bus chanaan: qꝙqꝫ obediens Jacob parentibus
ſuis iſſet in ſyriam: ꝓbans qꝫ ꝙ nō libēter aſpi
ceret filias chanaan pater ſuus: iuit ad hiſmae

lem: et duxit vxorem abſqꝫ his quas prius ha-
bebat melech filiā hiſmael filij Abram ſororem
Nabaioth. Igitur egreſſus Jacob de berſabee:
pergebat aram. Cumqꝫ veniſſet ad quendam lo-
cum et vellet in eo requieſcere poſt ſol' occubitū
tulit de lapidibus qui iacebant: et ſubponens C
capiti ſuo: dormiuit in eodē loco. Viditqꝫ in ſom lxxxvi
nis ſcalam ſtantem ſuper terram: ⁊ cacumen il- j. q. q.
lius tangens celum: angelos qꝫ dei aſcendētes ⁊ plerum
deſcendentes per eam ⁊ dñm innixū ſcale dicen-
tem ſibi. Ego ſum dñs deus abraam patris tui ⁊
deus Iſaac. Terram in qua dormis tibi dabo et
ſemini tuo: eritqꝫ ſemen tuum quaſi puluis ter-
re. Dilataberis ad orientē et occidentē et ſeptē-
trionem et meridiē: et benedicent in te ⁊ in ſemi
ne tuo cuncte tribus terre. Et ero cuſtos tuus
quocunqꝫ perrexeris: et reducā te in terrā hāc
nec dimittā niſi compleuero vniuerſa que dixi. D
Cūqꝫ euigilaſſet Jacob de ſomno: ait. Vere do
minus eſt in loco iſto: et ego neſciebā. Pauenſ-
qꝫ ꝙ terribilis eſt inquit locus iſte: nō eſt hic aliud
niſi domus dei et porta celi. Surgens ergo Ja- ſapie
cob mane tulit lapidem quem ſuppoſuerat capi Act.
ti ſuo et erexit in titulum: fundens oleum deſu- j. xiiij
per. Appellauitqꝫ nomen vrbis Bethel que priꝰ
Luca vocabatur. Vouit etiam votum dicens.
Si fuerit dominus mecum: et cuſtodierit me in
via per quam ego ambulo: et dederit mihi panē
ad veſcendum: et veſtimentum ad induendum:
reuerſuſqꝫ fuero proſpere ad domum patris mei
erit mihi dominus in deum: et lapis iſte quē ere
xi in titulum: vocabitur domus dei: cunctorūqꝫ
que dederis mihi decimas offeram tibi.

Capi. Sū. Venit Jacob primo ad puteū
et ad Laban: et ſeruit pro Rachel: ſupponit Lia
et iterum ſeruit pro Rachel: Lia quattuor filios
peperit: Rachele ſterili. Caplm. xxix.

Rofectus ergo Ja- B
cob venit in terram orienta- xv. q.
lem et vidit puteum in agro: decim
tres quoqꝫ greges ouium ac-
cubantes iuxta eū. Nam ex
illo adaquabantur pecora: et
os eius grandi lapide claude
batur. Moriſqꝫ erat vt cunctis ouibus cōgrega
tis deuoluerēt lapidē: et refectis gregibus rur-
ſum ſuper os putei ponerēt. Dixitqꝫ ad paſto-
res. Fratres vnde eſtis. Qui responderunt. De
Aran. Quos interrogās. Nūquid ait noſtis La
ban filiū Nachor? dixerūt. Nouimus. Sanus ne F
eſt inquit? Valet inquiunt: et ecce Rachel filia eius
venit cū grege ſuo. Dixitqꝫ Jacob. Adhuc mul
tū diei ſupereſt: nec eſt tps vt reducant ad cau-
las greges: date ante potū ouibus: et ſic eas ad
paſtum reducite. Qui reſponderunt. Non poſ-
ſumus: donec omnia pecora cōgregētur: et amo
ueamus lapidē de ore putei: vt adaquemus gre
ges. Adhuc loquebantur: et ecce Rachel venie-

bat cum ouibus patris ſui: nam gregē ipſa pa-
C ſceat. Quam cum vidiſſet Jacob: et ſciret conſo
brinam ſuam: ouesqꝫ Laban auunculi ſui: amo-
uit lapidem quo puteus claudebatur: et adaqua
to grege oſculatus eſt eam. Et eleuata voce fle-
uit: et indicauit ei ꝙ frater eſſet patris ſui: et fi-
lius Rebecce. At illa feſtinans nūciauit patri ſuo
Qui cū audiſſet veniſſe Jacob filiū ſororis ſue:
occurrit obuiam ei: complexuſqꝫ eum: et in oſcu
D la ruens: duxit in domū ſuā. Auditis aūt cauſis
itineris: reſpondit. Os meū es et caro mea. Et
poſtꝙ̄ impleti ſunt dies menſis vnius: dixit ei.
Num quia frater meus es: gratis ſeruies mihi
dic quid mercedis accipias. Habebat vero duas
filias: nomen maioris Lia: minor appellaba-
tur Rachel ſed Lia lipis erat oculis Rachel
decora facie et venuſto aſpectu: quā diligens Ja
cob: ait Seruiam tibi pro Rachel filia tua mi-
nore ſeptem annis. Reſpondit Laban. Melius
eſt vt tibi eā dem ꝙ̄ alteri viro: mane apud me.
E Seruiuit ergo Jacob pro Rachel ſeptem annis:
et videbantur illi pauci dies pre amoris magni-
tudine. Dixitqꝫ ad Laban. Da mihi vxorē meā:
quia iam tempus impletum eſt vt ingrediar ad
illam. Qui vocatis multis amicorum turbis ad
conuiuium: fecit nuptias: et veſpere Liam filiam
ſuam introduxit ad eū: dans ancillam filie Zel-
pham nomine. Ad quam cū ex more Jacob fuiſ
F ſet ingreſſus: facto mane vidit Liam. Et dixit ad
xv.q.j.§.j. ſocerum ſuū. Quid eſt quod facere voluiſti. Nō-
ne pro Rachel ſeruiui tibi quare impoſuiſti mi-
Extra d re bi? Reſpondit Laban. Non eſt in loco noſtro cō-
unc.c. niſi ſuetudinis: vt minores ante tradamus ad nu-
e regular. ptias. Imple hebdomadam dierum huius co-
.15. pule et hanc quoqꝫ dabo tibi pro opere quo ſer-
uiturus es mihi ſeptem annis alijs. Acquieuit
placito et hebdomada tranſacta: Rachel duxit
vxorem. Cui pater ſeruam Balan tradiderat.
Tandemqꝫ potitus optatis nuptijs amorem ſe-
G quentis priori pretulit: ſeruiens apud eum ſe-
ptem annis alijs. Videns autem dominus ꝙ de
ſpiceret Liam: aperuit vuluam eius ſorore ſte-
para.ij.a. rili permanente. Que conceptum genuit filium:
vocauitqꝫ nomen eius Ruben: dicens. Vidit do-
minus humilitatem meam: nunc amabit me vir
meus. Rurſuſqꝫ concepit et peperit filiū: ⁊ ait.
Quoniam vidit me dominus haberi contēptui:
dedit etiam iſtum mihi. Vocauitqꝫ nomen eius
Symeon. Concepitqꝫ tertio et genuit alium fi-
lium: dixitqꝫ. Nunc quoqꝫ copulabitur mihi
maritus meus: eo ꝙ pepererim ei tres filios: et
idcirco appellauit nomen eius Leui. Quarto
concepit et peperit filium et ait. Modo confite-
bor domino. Et ob hoc vocauit eum Judam.
Ceſſauitqꝫ parere.

¶ Capitu. Sum. ¶ Rachel ancillam dat ma-
rito: poſt hāc hoc Lia facit ſimiliter. Lia mādra-
goras quas filius detulit dat, Rachel Joſeph
parit: Jacob reditum parat: merces ei promitti
tur: pactum ſtatuunt. Capitulū. xxx.

CErnens autem Ra- A
chel ꝙ infecunda eſſet: inui- xxxij.q.iij.
dit ſorori: ait ⁊ marito ſuo. Da §.j. De di-
mihi liberos alioquin moriar. uor.c. gau-
Cui iratus reſpondit Jacob. demus.
Num pro deo ego ſū: qui pri-
uauit te fructu ventris tui. At
illa. Habeo inquit famulā Balam: ingredere ad
illam vt pariat ſup genua mea ⁊ habeā ex illa fi-
lios. Deditqꝫ illi Balā in coniugiū. Que ingreſ
ſo ad ſe viro cōcepit ⁊ peperit filiū: dixitqꝫ Ra-
chel: Judicauit mihi dominus ⁊ exaudiuit vocē
meā: dans mihi filiū. Et idcirco appellauit no-
men eius Dan. Rurſumqꝫ Balā cōcipiens pe- B
perit alterū: pro quo ait Rachel. Cōparauit me xxxij.q.iiij.
dominus cum ſorore mea: ⁊ inualui. Vocauitqꝫ §.j.
eum Neptalim. Sentiēs Lia ꝙ parere deſijſſet:
Zelpham ancillam ſuam marito tradidit. Qua
poſt conceptum edente filiū dixit. Feliciter. Et
idcirco vocauit nomen eius Gad. Peperit quoqꝫ
Zelpha alterum. Dixitqꝫ Lia. Hoc pro beatitu
dine mea: beatam quippe me dicent omnes mu-
lieres. Propter ea appellauit eum Aſer. Egreſ-
ſus aūt Ruben tempore meſſis triticee in agrū:
repperit mandragoras: quas matri Lie detulit.
Dixitqꝫ Rachel. Da mihi partem de mandra-
goris filij tui. Illa reſpondit. Parumne tibi vi-
detur ꝙ preripueris maritum mihi: niſi etiā mā
dragoras filij mei tuleris? Ait Rachel: Dormiat
tecum hac nocte pro mandragoris filij tui. Re-
deuntiqꝫ ad veſperam Jacob de agro: egreſſa
eſt in occurſum eius Lia: et ait. Ad me inquit
intrabis: quia mercede conduxi te pro mandra- C
goris filij mei. Dormiuitqꝫ cum ea nocte illa: et
exaudiuit deus preces eius. Concepitqꝫ ⁊ pepe
rit filium quintum: et ait. Dedit deus mercedē
mihi: quia dedi ancillam meam viro meo. Ap-
pellauitqꝫ nomen eius Iſachar. Rurſum Lia cō-
cipiens peperit ſextum filiū: ⁊ ait. Dotauit me
deus dote bona: etiam hac vice mecum erit ma-
ritus meus: eo ꝙ genuerim ei ſex filios. Et id-
circo appellauit nomē eius Zabulon. Poſt quē
peperit filiā noīe Dinam. Recordatus quoqꝫ domi- D
nus Rachelis: exaudiuit eam ⁊ apperuit vuluā
eius: que cōcepit ⁊ peperit filiū: dicēs. Abſtulit
deus opprobriū meū. Et vocauit nomē eius Jo
ſeph: dicēs. Addat mihi dñs filium alterum. Na
to autē Joſeph dixit Jacob ſocero ſuo. Dimit-
te me vt reuertar in patriā meā ⁊ ad terrā meā. iij.reg.xj.a.
Da mihi vxores ⁊ liberos meos pro quibus ſer-
uiui tibi: vt abeam. Tu vero noſti ſeruitutem
qua ſeruiui tibi. Ait illi Laban. Inueniā gratiā
in conſpectu tuo: experimento didici: q: benedi-
xerit mihi deus propter te. Conſtitui mercedē
tuam quam dem tibi. At ille rñdit. Tu noſti quo-
modo ſeruierim tibi: ⁊ quanta in manibus meis
fuerit poſſeſſio tua. Modicū habuiſti anteꝙ̄ ve-
nirem ad te: ⁊ nūc diues effectus es: benedixitqꝫ
tibi deus ad introitū meum. Juſtum eſt igitur
vt aliqñ prouideā etiā domui mee. Dixitqꝫ La

E ban. Quid tibi dabo? At ille ait. Nihil volo: ſed
ſi feceris quod poſtulo: iterum paſcã ⁊ cuſtodiã
pecoꝛa tua. Gyꝛa oẽs greges tuos: ⁊ ſepara cun-
ctas oues varias ⁊ ſparſo vellere: ⁊ quodcunqꝫ
fuluum ⁊ maculoſum variumqꝫ fuerit tam in
ouibus ꝗ̃ in capꝛis: erit merces mea. Reſponde
bitqꝫ mihi cras iuſticia mea: quando placiti tem
pus aduenerit coꝛam te: ⁊ omnia que nõ fuerint
F varia ⁊ maculoſa ⁊ fulua tam in ouibus ꝗ̃ in ca-
pꝛis: furti me argues. Dixitqꝫ Labã: Gratum
habeo quod petis. Et ſeparauit in die illo ca-
pꝛas ⁊ oues: hircos et arietes varios atqꝫ macu
loſos. Cunctum autem gregem vnicoloꝛem: id
eſt albi aut nigri velleris: tradidit in manu filioꝝ
ſuoꝛum: ⁊ poſuit ſpacium itineris trium dierum
inter ſe ⁊ generũ: qui paſcebat reliquos greges
eius. Tollens ergo Jacob virgas populeas viri-
des ⁊ amygdalinas ⁊ ex platanis: et ex parte de-
coꝛticauit eas. Detractiſqꝫ coꝛticib⁹ in his que
ſpoliata fuerant candoꝛ apparuit: illa vero que
integra fuerunt viridia permanſerant: atqꝫ in
hunc modum coloꝛ effectus eſt varius. Poſuit-
qꝫ eas in canalibus vbi effundebatur aqua: vt cũ
veniſſent greges ad bibendum: ante oculos ha-
berent virgas: ⁊ in aſpectu earum conciperent.
G Factumqꝫ eſt vt in ipſo caloꝛe coitus oues intue
rentur virgas: ⁊ parerent maculoſa ⁊ varia ⁊ di-
uerſo coloꝛe reſperſa. Diuiſitqꝫ gregem Ja-
cob: ⁊ poſuit virgas in canalibus ante oculos
arietum. Erant autem alba ⁊ nigra queqꝫ la-
ban: cetera vero Jacob ſeparatis inter ſe gregi-
bus. Igitur quando pꝛimo tempoꝛe aſcende-
bant oues: ponebat Jacob virgas in canalibus
aquarum ante oculos arietum ⁊ ouium: vt in ea
rum contemplatione conciperent. Quando vero
ſerotina admiſſura erat et conceptus extremus
non ponebat eas. Factaqꝫ ſunt ea que erant ſe-
rotina laban: ⁊ que pꝛimi tempoꝛis Jacob. Di-
tatuſqꝫ eſt homo vltra modum: ⁊ habuit greges
multos: ancillas ⁊ ſeruos: camelos et aſinos.

Capit. xxxi. Fugit Jacob cum ſuis: Ra-
chel furatur patris idola: Laban inſequitur: Ra
chel abſcondit idola Jacob ⁊ Laban fedus ine-
unt: Laban reddit ad locũ ſuum. Capl'm. xxxj.

A Oſtquam autem au
diuit verba filioꝛum Laban di
centium. Tulit Jacob omnia
que fuerunt patris noſtri: ⁊ il-
lius facultate ditatus: factus
eſt inclytus animaduertit quo
qꝫ faciem Laban ꝙ non eſſet
erga ſe ſicut heri ⁊ nudiuſterti⁹: maxime dicen-
te ſibi domino. Reuertere in terram patrũ tuo-
rum: ⁊ ad generationem tuam: ero tecum. Mi-
ſit ⁊ vocauit Rachel ⁊ Liam in agrum vbi paſce-
bat greges: dixitqꝫ eis: Video faciem patris
veſtri ꝙ non ſit erga me ſicut heri ⁊ nudiuſter-
tius. Deus autẽ patris mei fuit mecũ ⁊ ipſe no
ſtis ꝙ totis viribus meis ſeruierim patri ve-
ſtro. Sed et pater veſter circumuenit me: ⁊ mu-
tauit mercedem meam decemvicibus: ⁊ tamen
non dimiſit eum deus vt noceret mihi. Si quan
do dixit: varie erunt mercedes tue: pariebant
omnes oues varios fetus. Quando vero econ-
B trario ait: alba queqꝫ accipies pꝛo mercede: om
nes greges alba pepererunt. Tulitqꝫ deus ſub-
ſtantiam patris veſtri: ⁊ dedit mihi. Poſtꝗ̃ enĩ
conceptus ouium tempus aduenerat: leuaui
oculos meos ⁊ vidi in ſomnis aſcendentes ma-
res ſuper feminas varios maculoſos ⁊ diuerſo-
rum coloꝛum. Dixitqꝫ angelus domini ad me in
ſomnis: Jacob? Et ego reſpondi: Adſum. Qui
ait: Leua occulos tuos ⁊ vide vniuerſos maſcu-
los aſcendentes ſuper feminas varios maculo-
ſos atqꝫ reſperſos: Vidi enim omnia que fecit ti
bi Laban. Ego ſum deus Bethel: vbi vnxiſti la
pidem: ⁊ votum vouiſti mihi. Nunc ergo ſurge
⁊ egredere de terra hac: reuertens in terram na-
tiuitatis tue. Reſponderũtqꝫ Rachel ⁊ Lia: Nun
quid habemus reſidui quicꝗ̃ in facultatib⁹ ⁊ he
C reditate domus patris noſtri? Nõne quaſi alie
nas reputauit nos: ⁊ vendidit comeditqꝫ pꝛeciũ
noſtrum? Sed deus tulit opes patris veſtri et
eas tradidit nobis ac filijs noſtris vnde omnia
que pꝛecepit tibi dominus: fac. Surrexit ita-
qꝫ Jacob et impoſitis liberis ac coniugibus ſu-
per camellos: abijt. Tulitqꝫ omnem ſubſtan-
tiam ſuam et greges et quicquid in meſopo-
tamia acquiſierat: pergens ad Iſaac patrem
ſuum in terra Chanaam. Eo tempoꝛe ierat La-
ban ad tondendas oues: et Rachel furata eſt ido
la patris ſui. Noluitqꝫ Jacob confiteri ſocero
ſuo ꝙ fugeret. Cumqꝫ abiſſet tam ipſe ꝗ̃ om-
nia que iuris ſui erant: et amne tranſmiſſo per-
gere contra montem Galaad: nunciatũ eſt La
ban die tertio ꝙ fugeret Jacob. Qui aſſumptis
fratribus ſuis: perſecutus eſt eum diebus ſeptẽ:
et compꝛehendit eum in monte Galaad. Viditqꝫ
D in ſomnis dicentem ſibi dominũ: Caue ne quic
ꝗ̃ aſpere loquaris contra Jacob. Iamqꝫ Jacob
extenderat in monte tabernaculum. Cumqꝫ ille
conſecutus fuiſſet eum cum fratribus ſuis: in eo
dem monte Galaad fixit tentoꝛium. Et dixit ad
Jacob. Quare ita egiſti vt clam me abigeres fi-
lias meas quaſi captiuas gladio? Cur ignoꝛan-
te me fugere voluiſti? nec indicare mihi vt pꝛoſe
querer te cum gaudio et canticis et tympanis
et citaris? Non es paſſus vt oſcularer filios me
os et filias? Stulte operatus es: ⁊ tunc quidẽ va
let manus mea reddere tibi malum: ſed deus pa
tris tui heri dixit mihi: Caue ne loquaris con-
tra Jacob quicꝗ̃ durius. Et ſi ad tuos ire cupie
bas: ⁊ deſiderio erat tibi domus patris tui: cur
furatus es deos meos? Reſpondit Jacob. Quod
inſcio te pꝛofectus ſum: timui me violẽter aufer
res filias tuas. Quod aũt furti me arguis apud
quemcunqꝫ inueneris deos tuos: neceẽ coꝛã fra
tribus noſtris: Scrutare: quicquid tuoꝛũ apud
me inueneris: aufer. Hec dicens ignoꝛabat ꝙ Ra

chel furata eſſet idola. Ingreſſus itaqʒ Laban
tabernaculum Jacob et lie et vtriuſqʒ famule:
E et non inuenit. Cumqꝫ intraſſet tentoꝛium Ra
chaelis: illa feſtinans abſcondit idola ſubtra ſtra
menta cameli: et ſedit deſuper ſcrutantiqꝫ omne
tentoꝛium et nihil inuenienti: Ait Ne iraſcatur
dominus meus ꝙ coꝛam te aſſurgere nequeo:
quia iuxta conſuetudinem feminarum nunc acci
dit mihi. Sic deluſa ſollicitudo querentis eſt.
Tumenſqꝫ Jacob cum iurgio ait: Quaʒ ob cul
pam meam et ob quod peccatum meum ſic ex
arſiſti poſt me: ⁊ ſcrutatus es omneʒ ſupellecti
lem meam? Quid inueniſti de cuncta ſubſtantia
domus tue? Pone hic coꝛam fratribus tuis et
F iudicent inter me et te. Id circo viginti annis
Exo. xxij. fui tecum: oues tue et capꝛe ſteriles non fuerūt:
arietes gregis tui non comedi nec captum a be
ſtia oſtendi tibi: Ego damnum omne reddebaʒ.
Quicquid furto perierat a me exigebas: die no
ctuqꝫ eſtu vꝛgebar et gelu fugiebatqꝫ ſomnus
ab oculis meis. Sic per vinginti annos in domo
tua ſeruiui tibi: quattuoꝛdecim pꝛo filiabus: et
ſex pꝛo gregibus tuis: Immutaſti quoqꝫ merce
deʒ meam decem vicibus. Niſi deus patris mei
Abꝛaam et timoꝛ Iſaac affuiſſet mihi: foꝛſitam
modo nudum me dimiſiſſes. Afflictionem meaʒ
et laboꝛem manuum mearum reſpexit deus: et
arguit te heri. Reſpondit ei laban. Filie mee et fi
lij et greges tui et omnia que cernis: mea ſunt
quid poſſum facere filijs et nepotibus meis?
Veni ergo et ineamus fedus: vt ſit teſtimoniuʒ
inter me et te. Tulit itaqꝫ Jacob lapidem: et ere
xit illum in titulum: dixitqꝫ fratribus ſuis. Af
ferte lapides. Qui congregantes fecerunt tumu
lum: comederuntqꝫ ſuper euʒ. Quē vocauit labā
tumulum teſtis: ⁊ Jacob aceruū teſtimonij vter
qꝫ iuxta pꝛopꝛietateʒ lingue ſue. Dixitqꝫ laban:
Tumulus iſte erit teſtis inter me ⁊ te hodie. Et
idcirco appellatuʒ eſt nomen eius Galaad. ideſt
tumulus teſtis. Et adiecit Labā. Intueaꝛ et iu
dicet dominus inter nos quando receſſerimus
G a nobis: ſi afflixeris filias meas: et ſi introduxe
xxij. q.j.c. ris alias vxoꝛes ſuper eas. Nullus ſermonis no
nouet. ſtri teſtis eſt abſqꝫ deo: qui pꝛeſens reſpicit. Di
xitqꝫ rurſus ad Jacob. En tumulus hic et lapis
quem erexi inter me et te: teſtis erit. Tumulus
inquam iſte et lapis ſint in teſtimonium: ſi aut
ego tranſiero illum pergens ad te: aut tu pꝛete
rieris malū mihi cogitans. Deus Abꝛaā et deus
Nachoꝛ iudicet inter nos: deus patris eoꝛū. Iu
rauit ergo Jacob per timoꝛem patris ſui. Iſaac
immolatiſqꝫ victimis in monte: vocauit fratres
ſuos vt ederent panem. Qui cum comediſſent:
manſerunt ibi. Laban vero de nocte conſurgēs:
oſculatꝰ eſt filios et filias ſuas: et benedixit illis
reuerſuſqꝫ eſt in locum ſuum.

Capituli. Summarium. Jacob angelos
obuiam videt: ad Eſau quem timebat: nuncios
mittit et munera: cum angelo luctatur: et iſrael
appellatur.

Capitulū. xxxij.

Jacob autē abijt in a
itinere quod ceperat fuerunt
qꝫ ei obuiam angeli dei: Quos
cum vidiſſet ait: Caſtra dei ſūt
hec Et appellauit nomen loci
illius manain: id eſt caſtra. Mi
ſit autem ⁊ nuncios ante ſe ad
Eſau fratreʒ ſuū in terram Seir regionis edoʒ:
pꝛecepitqꝫ eis dicēs: Sic loquimini domino meo
Eſau: Hec dixit frater tuus Jacob. Apud labā
peregrinatus ſum: et fui vſqʒ in pꝛeſentem dieʒ: B
Habeo boues et aſinos et oues et ſeruos et an
cillas: mittoqꝫ nunc legationem ad dominum
meum vt inueniam gratiam in conſpectu tuo.
Reuerſi ſunt nuncij ad Jacob: dicentes: Veni
mus ad Eſau fratrem tuum: ⁊ ecce pꝛoperat in
occurſum tibi cum quadrigentis viris. Timuit
Jacob valde: et perterritus diuiſit populuʒ qui
ſecum erat: greges quoqꝫ et oues et boues ⁊ ca
melos in duas turmas: dicēns. Si venerit Eſau
ad vnam turmam et percuſſerit eam: alia turma C
que reliqua eſt: ſaluabitur. Dixitqꝫ Jacob. De ſ. xxxj.b.
us patris mei Abꝛaaʒ et deus patris mei Iſaac:
domine qui dixiſti mihi: Reuertere in terram tu
am et in locuʒ natiuitatis tue: et benefaciaʒ tibi
minoꝛ ſum cunctis miſeratiōibus tuis: et veri
tate tua quā expleſti ſeruo tuo. In baculo meo
tranſiui ioꝛdanem iſtum: et nunc cum duabus
turmis regredioꝛ. Erue me de manu fratris mei
Eſau: quia valde eum timeo: ne foꝛte veniens:
percutiat matres cum filijs. Tu locutus es ꝙ be
nefaceres mihi: ⁊ dilatares ſemen meum ſicut
arenaʒ maris: que pꝛe multitudine numerari nō
poteſt. Cumqꝫ doꝛmiſſet ibi nocte illa: ſepara
uit de his que habebat munera Eſau fratri ſuo: D
capꝛas ducentas: hircos viginti. oues ducentas:
arietes viginti: camelos fetas cum pullis ſuis
triginta vaccas quadraginta et tauros viginti:
aſinas viginti et pullos earum decem. Et miſit
per manus ſeruoꝛum ſuoꝛum ſingulos ſeoꝛſum
greges dixitqꝫ pueris ſuis: Antecedite me: et ſit
ſpaciuʒ inter gregem et gregem. et pꝛecepit pꝛi
oꝛi dicens. Si obuium habueris fratrem meum
Eſau et interrogauerit te cuius es: an: quo va
dis aut cuius ſunt iſta que ſequeris? reſponde
bis: Serui tui Jacob: munera miſit domino E
ſuo Eſau: ipſe quoqꝫ poſt nos venit. Similiter
dedit mandata ſecundo et tertio ac cunctis qui
ſequebantur greges dicens: Hiſdem verbis lo
quimini ad Eſau cum inueneritis eum: et adde
tis Ipſe quoqꝫ ſeruus tuus Jacob iter noſtruʒ
inſequitur. Dixitqꝫ enī. Placabo illum mune
ribus que pꝛecedunt: ⁊ poſtea videbo illū foꝛſitā
pꝛopitiabitur mihi. Pꝛeceſſerunt itaqꝫ munera
ante eum: ipſe vero manſit nocte illa in caſtris.
Cūqꝫ mature ſurrexiſſet: tulit duas vxoꝛes ſu F
as ⁊ totideʒ famulas cuʒ vndecim filijs: et tranſi
uit vadum Jaboch. Traductiſqꝫ oībus que ad ſe
pertinebant: manſit ſolus. Et ecce vir luctabaꝛ Oſee. xij.
cuʒ eo vſqꝫ mane: qui cuʒ videret ꝙ eum ſupare

Oſee.xxij. non poſſet: tetigit neruū femoris eius ⁊ ſtatim
a. emarcuit. Dixitq; ad eū: Dimitte me: iam eñ
aſcendit aurora. Rñdit nō dimittā te niſi benedi
xeris mihi. Ait ergo: Quod nomen eſt tibi? Re
ſpondit: Jacob. At ille nequaq̄ inq̄t Jacob ap
j.xxxv.b. pellabitur nomen tuū: ſed Iſrael. Quoniā ſi con
tra deū fortis fuiſti: quanto magis contra homi
nes preualebis? Interrogauit eū Jacob: Dic
B mihi quo appellaris nomine? Rñdit: Cur queris
Judic.xiij. nomen meū qd̄ eſt mirabile: Et benedixit ei in
c. eodem loco. Vocauitq; Jacob nomen loci illius
Phanuel dicens: vidi dominū facie ad faciem: ⁊
ſalua facta eſt anima mea. Ortuſq; eſt ei ſtatim
ſol poſtq̄ tranſgreſſus eſt Phanuel. Ipſe vero
claudicabat pede. Quam ob cauſam non come
dunt neruum filij Iſrael qui emarcuit in femore
Jacob vſq; in preſentē diem eo q̄ tetigerit ner
uum femoris eius ⁊ obſtupuerit.

¶C.S. ¶Eſau ad Jacob puenit: tres oſculatur: munera vix accipit: Eſau coact⁹ a Jacob reuertitur domum: ⁊ Jacob agri partem a filijs Emor emit: vbi inuocat deum. Capl'm.xxxiij.

a Leuans autem Jacob oculos ſuos: vidit venientem Eſau ⁊ cum eo quadringentos viros. Diuiſitq; filios Lie ⁊ Rachel: ambarūq; famularum: ⁊ poſuit vtranq; ancillam ⁊ liberos earum in principio: Liam vero ⁊ filios eius in ſecundo loco: Rachel autē ⁊ Joſeph nouiſſimos. Et ipſe progrediens adorauit pronus in terrā ſepties: donec appropinquaret frater eius. Currens itaq; Eſau obuiam fratri ſuo: amplexatus eſt eum: ſtringēſq; collum eius: ⁊ oſculatus fleuit: leuatiſq; ocu
B lis vidit mulieres ⁊ paruulos earū: ⁊ ait. Quid ſi
bi volūt iſti: ⁊ ſi ad te pertineāt. Reſpōdit. Par
uuli ſunt quos donauit mihi deus ſeruo tuo. Et
appropinquantes ancille ⁊ filij earum incuruati
ſunt. Acceſſit quoq; Lia cum pueris ſuis: ⁊ cum
ſimiliter adoraſſent: extremi Joſeph ⁊ Rachel
adorauerunt. Dixitq; Eſau. Quenam ſunt iſte
turme quas obuiam habui. Reſpondit vt inueni
rem gratiā corā dn̄o meo. At ille ait. Habeo plu
C rima frater mi: ſint tua tibi. Dixit Jacob. No
iij.reg.xix.e li ita obſecro ſed ſi inueni gratiam in oculis tuis:
j.reg.xv.e. accipe munuſculum de manibus meis. Sic enim
heſt.xv.d. vidi faciem tuam: quaſi viderim vultum dei: eſto
mihi propitius ⁊ ſuſcipe benedictiōem quam attuli tibi: ⁊ quam donauit mihi deus: tribuēs omnia. Vix fratre compellente ſuſcipiens ait. Gradiamur ſimul: eroq; ſocius itineris tui. Dixitq; Jacob. Noſti domine mi q̄ paruulos habeam teneros: ⁊ oues ⁊ boues fetas mecum: quas ſi plus in ambulando fecero laborare: morientur vna die cūcti greges. Precedat dominus meus ante ſeruum ſuum: ⁊ ego ſequar paulatim veſtigia eius: ſicut videro paruulos meos poſſe: do
nec veniam ad dominū meum in Seir. Reſpon
dit Eſau. Oro te: vt de populo qui mecum eſt ſal D
tem ſocij remaneant vie tue. Non eſt inquit neceſſe: hoc vno tantum indigeo: vt inueniam gratiam in conſpectu tuo domine mi. Reuerſus eſt itaq; illo die Eſau itinere quo venerat in Seir: ⁊ Jacob venit in Sochoth: vbi edificata domo ⁊ fixis tentorijs appellauit nomen loci illius Sochoth: id eſt tabernacula. Tranſiuitq; in Salē vrbem Sichimorum: que eſt in terra Chanaan: poſtq̄ reuerſus eſt de Meſopotamia Syrie: et habitauit iuxta opidum: emitq; partem agri: in qua fixerat tabernacula: a filijs Emor patris Sichem centum agnis: ⁊ erecto ibi altari: inuocauit ſuper illud fortiſſimum deum Iſrael.

¶C.S. ¶Dina ad videndū mulieres egreditur: ⁊ opprimitur: Sichimite circunciduntur: qui in ſtupri vltionē occidunt: pro quorū occiſione Jacob arguit filios. Capl'm.xxxiiij.

Egreſſa eſt autē Dina a
filia Lie vt videret mulieres regionis illius. Quas cum vidiſſet Sichē filius Emor Euei princeps terre illius: adamauit eā: Deu.
⁊ rapuit ⁊ dormiuit cū illa: vi opprimens virginē. Et conglutinata eſt aīa eius cum ea: triſtēq; deliniuit blanditijs: ⁊ pergēs ad Emor prēm ſuū: Accipe inquit mihi puellā hanc coniugē. Quod cum audiſſet Jacob abſentibus filijs ⁊ in paſtu pecorū occupatis: ſiluit donec redirent. Egreſſo autē Emor patre Sichem vt loqueretur ad Jacob: ecce filij eius veniebant de agro: auditoq; quod acciderat: irati ſunt valde: eo q̄ fedā rē operatus eſſet in Iſrael: ⁊ violata filia Jacob rē illicitam perpetraſſet. Locutus eſt itaq; Emor ad eos. Sichem filij mei adheſit aīa filie veſtre:
date eam illi vxorem: ⁊ iungamus viciſſim connu b
bia. Filias veſtras tradite nobis: et filias noſtras accipite: et habitate nobiſcum. Terra in poteſtate veſtra eſt: exercete: negociamini: et poſſidete eam. Sed ⁊ Sichem ad patrem ⁊ fratres eius ait. Inueniam gratiā corā vobis ⁊ quecūq; ſtatueritis dabo. Augete dotē ⁊ munera poſtulate: ⁊ libenter tribuam quod petieritis: tantum date mihi puellam hanc vxorem. Rñderunt filij Jacob Sichem ⁊ patri eius in dolo ſeruientes ob ſtuprum ſororis. Non poſſumus facere quod petitis: nec dare ſororem noſtram homini incircunciſo: quod illicitum ⁊ nephariū eſt apud nos. Sed in hoc valebimus federari. Si volueritis eſſe ſimiles noſtri: et circumcidatur in vobis omnis maſculini ſexus: tunc dabimus et accipiemus mutuo filias veſtras: ac noſtras: et habitabimus vobiſcum: erimuſq; vnus populus.
Si autem circumcidi nolueritis: tollemus fili c
am noſtram ⁊ recedemus. Placuit oblatio eorum Emor ⁊ Sichem filio e⁹: nec diſtulit adoleſcēs: quin ſtatim quod petebatur expleret. Ama

bat enim puellam valde et ipſe erat inclytus in
omni domo patris ſui. Ingreſſiqꝫ portam vrbis
locuti ſunt ad populum. Uiri iſti pacifici ſunt: et
volunt habitare nobiſcum. Negocientur in ter
ra et exerceant eam: que ſpacioſa et lata cultori-
bus indiget. Filias eorum accipiemus vxores: ⁊
noſtras illis dabimus. Unum eſt quo differtur
tantum bonum. Si circūcidamus maſculos no
ſtros: ritum gentis imitantes: et ſubſtantia eo
ruȝ et pecora ⁊ cuncta que poſſidēt: noſtra erūt
Tantuȝ in hoc acquieſcamus ⁊ habitātes ſimul
D vnum efficiamur populum. Aſſenſiqꝫ ſunt oēs:
circuncifis cunctis maribus. Et ecce die tertio
quando grauiſſimus vulnerum dolor eſt: arrep-
tis duo filij Jacob: Symeon et Leui fratres di
ne gladijs: ingreſſi ſunt vrbem confidēter: inter
fectiſqꝫ omnibus maſculis: Emor ⁊ Sichem pa
riter necauerunt: tollentes dinam de domo Si-
chem ſororem ſuam. Quibus egreſſis irruerunt
ſuper occiſos ceteri filij Jacob: et depopulati
ſunt vrbem in vltionem ſtupri: oues eorum ⁊ ar-
menta ⁊ aſinos: cunctaqꝫ vaſtantes que in domi
bus ⁊ in agris erant. Paruulos quoqꝫ eorum ⁊
vxores duxerunt captiuas. Quibus perpetratis
audacter Jacob dixit ad Symeon ⁊ Leui. Tur-
baſtis me ⁊ odioſum feciſtis me chananeis ⁊ phe
rezeis habitatoribus terre huius. Nos pauci ſu
mus: illi congregati percucient me: et delebor
ego et domus mea. Reſponderunt. Nunquid vt
ſcorto abuti debuere ſorore noſtra.

C. S. Jacob idola infodit ſubter terebin
thum: moritur delbora rebecce nutrix: Jacob iſ
rael vocatur: naſcitur: beniamin: et rachel eius
mater moritur: ruben cum balla concubina pa-
tris ſui dormit: filij iacob numerantur: iſaac mo
ritur et ſepelitur. Capitulum. xxxv.

a INterea locut⁹ eſt de⁹
ad Jacob. Surge et aſcende bet
hel: ⁊ habita ibi. Facqꝫ altare deo
qui apparuit tibi quando fugie
bas Eſau fratrem tuum. Jacob
vero conuocata omni domo ſua: ait. Abijcite de
os alienos qui in medio veſtri ſunt: et mundami
ni: ac mutate veſtimenta veſtra. Surgite et aſcē
damus in bethel: vt faciam⁹ ibi altare domino:
qui exaudiuit me in die tribulationis mee et ſo-
cius fuit itineris mei. Dederunt ergo ei omnes
deos alienos quos habebāt: ⁊ inaures que erāt
in auribus eoruȝ. At ille infodit eas ſubter tere-
binthum: que eſt poſt vrbem ſichem. Cūqꝫ profe
cti eſſent: terror dei inuaſit omnes per circuituȝ
ciuitates: et non ſunt auſi perſequi recedentes:
Uenit igitur Jacob lucaȝ: que eſt in terra chana
an cognomēto bethel: ipſe ⁊ omnis ppl's cū eo:
edificauitqꝫ ibi altare ⁊ appellauit nomē loci ill⁹
B domus dei. Ibi enim apparuit ei deus cū fuge-
ret fratrē ſuuȝ. Eodem tēpore mortua eſt delbo
ra nutrix rebecce ⁊ ſepulta eſt ad radices bethel
ſubter quercū: vocatūqꝫ eſt nomen loci ill⁹ quer
cus fletus. Apparuit autem iteruȝ deus Jacob
poſtq̃ reuerſus eſt de meſopotamia ſyrie: ⁊ venit s.xxxij.f.
in bethel: benedixitqꝫ ei: dicens. Nō vocaberis
vltra Jacob: ſed iſrael erit nomen tuum. Et ap
pellauit eū iſrael: dixitqꝫ ei. Ego deus oīpotens.
Creſce ⁊ multiplicare: gētes ⁊ populi nationuȝ
ex te erūt: reges de lumbis tuis egredient: terrā
qꝫ quaȝ dedi Abraam ⁊ Iſaac: dabo tibi ⁊ ſemini
tuo poſt te: ⁊ receſſit ab eo. Ille vero erexit titu
lū lapideū i loco quo locut⁹ fuerat ei deus: libās
ſup eum libamina: ⁊ effundens oleum: vocanſqꝫ
nomē loci illius bethel. Egreſſus aūt inde venit E
verno tempore ad terraȝ que ducit ephrataȝ. In
qua cū parturiret. Rachel: ob difficultateȝ part⁹
periclitari cepit. Dixitqꝫ ei obſtetrix. Noli time
re quia ⁊ hūc habebis filium. Egrediente autem xiiij.q.ō.ij.c.
anima pre dolore: ⁊ immente iaȝ morte: vocauit vnaȝ.ff. cq̃.
nomen filij ſui bennoni: id eſt filius doloris mei. xiiij.q.ij.ff.
Pater vero appellauit eū beniamin: id eſt filius econtra.
dextere. Mortua eſt ergo Rachel: ⁊ ſepulta eſt
in via que ducit ephratā: hec eſt bethleē. Erexit
qꝫ Jacob titulū ſuper ſepulchrum eius Hic eſt
titulus monumēti rachel vſqꝫ in preſentē diem.
Egreſſus inde fixit tabernaculuȝ trās turrē gre
gis. Cūqꝫ habitaret in illa regiōe: abijt Rubē et
dormiuit cuȝ bala concubina patris ſui. Quod D
illū minime latuit. Erant aūt filij Jacob duode
cim. Filij lie primo genitus Ruben Simeō ⁊ Le
ui ⁊ Judas ⁊ Iſachar ⁊ zabulō. Filij Rachel. Jo
ſeph ⁊ Bēiamin. Filij bale ācile lie Rachelis: dan
et Neptaliȝ. Filij zelphe ancille lie: Gad ⁊ Aſer.
Hi ſunt filij Jacob qui nati ſunt ei in meſopota
mia ſyrie. Uenit etiam ad Iſaac patrē ſuum in
mābre ciuitatem arbee: hec eſt hebron in qua pe
regrinatus eſt. Abraaȝ ⁊ Iſaac. Et completi ſūt
dies Iſaac centū octoginta annorū: cōſumptuſ
qꝫ etate mortu⁹ eſt: ⁊ appoſitus ppl'o ſuo ſenex
⁊ plen⁹ dierȝ ⁊ ſepelierūt eū eſau ⁊ iacob filij ſui.

C. S. Eſau vxores ⁊ filij: eſau a fratre re-
ceſſit: eſau diuerſi duces numerant. C. xxxvj.

HE ſunt autem gene- A
rationes Eſau: ipſe eſt edom
Eſau accepit vxores de filia-
bus chanaan: ada filiam elon
ethei: ⁊ holibama filiam ane fi
lij Sebeon euei: baſemat quo
qꝫ filiam hiſmael ſororē naba-
ioth. Peperit aūt ada heliphaȝ: baſemath gēu
it rahuel: oolibama genuit iehus et ihelon ⁊ cho
re. Hi filij Eſau qui nati ſunt ei in terra Chana-
an Tulit aūt Eſau vxores ſuas ⁊ filios ⁊ filias et
omneȝ aīam domus ſue ⁊ ſubſtantiam ⁊ pecora
cuncta que habere poterat in terra Chanaan. ⁊
abijt in alterā Regioneȝ. Receſſitqꝫ a fratre ſuo
Jacob. Diuites eēn erant valde: ⁊ ſimul habita s.xj.a.
re nō poterant: nec ſuſtinebat eos terra pegri-
natiōis eorum pre multitudine greguȝ. Habita

uitqꝫ Eſau in mõte Seir:ipſe eſt edom.He aũt
ſunt gñatiões Eſau patris Edom in mõte Seir
⁊ hec noĩa filiorũ eius:Heliphaꝫ filius Ada vxo
ris Eſau:Rauhel qꝫ filius Baſemath vxoris eiꝰ.
Fueruntqꝫ Heliphaꝫ filij theman:Omar:Se‑
phua ⁊ Gathan,⁊ Chenec ⁊ Chore.Erat auteꝫ
Thamna cõcubina Heliphaꝫ filij Eſau:que pe‑
perit ei Amelech.Hi ſunt filij Ada vxoris Eſau.
Filij aũt Rauhel:Naath ⁊ Zara:Zemma ⁊ Me‑
ſa.Hi filij Baſemath vxoris Eſau.Iſti qꝫ erant
filij Olibama filie Ane,filij Sebeõ vxoris Eſau:
quos genuit ei Iehus ⁊ Ielon ⁊ Chore.Hi du‑
ces filiorꝫ Eſau.Filij Heliphaꝫ priogeniti Eſau
dux Theman:dux Amor:dux Seupha:dux Ce‑
nem:dux Chore:dux Gathan:dux Amelech.hi
Filij Heliphax in terra Edom:⁊ hi filij Ada.Hi
qꝫ filij Rauhel filij Eſau dux Naath:dux Zara:
C dux Zemma:dux Meza.Hi aũt duces Rauhel
in terra Edom.Iſti filij Baſemath vxoris Eſau
Hi aũt filij Olibama vxoris eſau:dux Iehus:dux
Ihelon:dux chore.Hi duces Olibama filij Ane
vxoris eſau.Iſti ſunt filij Eſau:⁊ hi duces eorꝫ:
ipſe eſt Edom.Iſti ſunt filij ſeir horrei habitato
ris terre:lothan:⁊ ſobal ⁊ ſebeon ⁊ anon ⁊ diſon
⁊ eſer ⁊ diſan.Hi duces horrei filij Seir in terra
edom.Facti ſunt aũt filij lothan horrei ⁊ eman.
Erat aũt ſoror lothan thamna.Et iſti filij ſobal:
aluban ⁊ maneeth ⁊ hebal ⁊ ſephi ⁊ onan.Et hi
filij ſebeon achaia ⁊ anan.Iſte eſt ana qui inuenit
aquas calidas in ſolitudine cuꝫ paſceret aſinas
Sebeon patris ſui.Habuitqꝫ filium Diſan ⁊ fi‑
liam Olibama.Et iſti filij Diſan:Abdan ⁊ Eſ‑
ban ⁊ Iethran:⁊ charan.Hi qꝫ filij Eſer Bala
an ⁊ Zeuan ⁊ Achan.Habuit autẽ filios Diſan:
Hus ⁊ Aran.Hi duces horreorꝫ:dux Lothan:
dux Sobal:dux Sebeon:dux Ana:dux Diſon:
D dux Eſer:dux Diſan.Iſti duces horreorꝫ q̇ im‑
perauerũt in terra Seir.Reges aũt qui regnaue
runt in terra Edom anteq̃ haberent regem filij
Iſrael:fuerũt hi.Balach filius Beor:nomenqꝫ
vrbis eius Denaba.Mortuus eſt aũt Balaach
⁊ regnauit pro eo Iobab filius Zare de Borſa.
Cũqꝫ mortuꝰ eſſet Iobab:regnauit pro eo Hu‑
ſan de terra Themanorũ.Hoc qꝫ mortuo regna‑
uit pro eo Adad filius Badadi:qui percuſſit ma
dian in regione Moab:⁊ nomẽ vrbis eiꝰ Auith.
Cũqꝫ mortuꝰ eſſet Adad regnauit ꝓ eo Semla
de Maſerecha.Hoc qꝫ mortuo:regnauit pro eo
Saul de fluuio Roboth.Cũqꝫ ⁊ hic obijſſet:ſuc
ceſſit in regnum Balanan filius Achobor.Iſto
quoqꝫ mortuo:regnauit pro eo Adad:nomenqꝫ
vrbis eiꝰ Phou.Et appellabatᷣ vxor eiꝰ Mee‑
zabel:filia matred filie Mizaad.Hec ergo noĩa
ducũ Eſau in cognationibus ⁊ locis ⁊ vocabulis
ſuis:dux Thãna:dux Aluha:dux Ietheth:dux
Olibama:dux Ela:dux phinon:dux cenez:dux
themã:dux Mabſar:dux mabdiel::dux Hiram.
Hi duces edom habitantes in terra imperij ſui:
ipſe eſt Eſau pater Idumeorꝫ.Habitauit auteꝫ
Iacob in terra Chanaan:in qua pater ſuus pe‑
regrinatus eſt ⁊ he ſunt generationes eius.

¶ Capituli. Summariũ. ¶ Ioſeph fratres
eius apud prẽm accuſat illi inuidẽt:Ioſeph ſom
nia videt fratribus narrat;Hiſmaelitis vendi‑
tur et putiphari. Capitulum.xxxvij.

Oſeph cum ſedecim
eſſet annorum:paſcebat gregem
cum fratribus ſuis adhuc puer:
et erat cum filijs Bale ⁊ Zelphe
vxorũ patris ſui:accuſauitqꝫ fra‑
tres ſuos apud patrem crimine peſſimo.Iſrael
autem diligebat Ioſeph ſuper omnes filios:eo
ꝙ in ſenectute genuiſſet eum:fecitqꝫ ei tunicam
polymitã.Videntes autem fratres eius ꝙ a pa‑
tre plus cunctis filijs amaretur:oderant eũ:nec
poterant ei quicq̃ pacifice loqui.Accidit quoqꝫ
vt viſum ſomnium referret fratribus ſuis:que
cauſa maioris odij ſeminarium fuit:Dixitqꝫ Io
ſeph fratribus ſuis.Audite ſomniũ meũ quod vi
di:Putabã nos ligare mãipulos in agro:⁊ qua
ſi conſurgere manipulũ meum ⁊ ſtare:veſtroſqꝫ
manipulos circunſtãtes adorare manipulũ meũ.
Reſponderunt fratres eius.Nunquid rex no‑
ſter eris:aut ſubijciemur ditioni tue?Hec ergo
cauſa ſomniorum atqꝫ ſermonum inuidie ⁊ odij
fomitem miniſtrauit.Aliud quoqꝫ vidit ſomniũ:
quod narrans fratribus:ait:Vidi per ſomnium
quaſi ſoleꝫ ⁊ lunaꝫ ⁊ ſtellas vndecim adorare me.
Quod cuꝫ patri ſuo ⁊ fratribus retuliſſet:incre
pauit eum pater ſuus:⁊ dixit.Quid ſibi vult hoc
ſomnium quod vidiſti?Num ego ⁊ mater tua ⁊
fratres tui adorabimus te ſuper terrã.Inuide‑
bant ei igitur fratres ſui:pater vero rem tacitus
conſiderabat.Cumqꝫ fratres illius in paſcendis
gregibus patris morarẽtur in Sichem:dixit ad
eum Iſrael:Fratres tui paſcunt oues in Sichi‑
mis veni mittam te ad eos.Quo reſpondente:
preſto ſum:ait:Vade ⁊ vide ſi cuncta proſpera
ſint erga fratres;tuos ⁊ pecora:⁊ renuncia mi‑
hi quid agatur.Miſſus de valle Hebron:venit
in Sichem Iuenitqꝫ eum vir errantem in agro:
⁊ interrogauit quid quereret.At ille reſpondit.
Fratres meos quero:indica mihi vbi paſcãt gre
ges.Dixitqꝫ ei vir:Receſſerunt de loco iſto:au‑
diui autem eos dicentes:eamus in Dothaim.
Perrexit itaqꝫ Ioſeph poſt fratres ſuos:⁊ in‑

uenit eos in dothaim. Qui cũ vidiſſent eum pro
cul: anteq̃ accederet ad eos: cogitauerunt illum
Matt.xxj. occidere: et mutui loquebantur: Ecce ſomnia-
tor venit: venite occidamus eum: et mittamus
Mar.xij.a in ciſternam veterem: dicemuſq̃ fera peſſima
deuorauit eum: et tunc apparebit quid illi pro-
ſint ſomnia ſua. Audiens autem hoc Ruben: ni-
...xx.a. E tebatur liberare eum de manibus eorum: et dice
bat: Non interficiamus animam eius: nec effun
damus ſanguinem: ſed proiicite in ciſternam ve-
terem que eſt in ſolitudine: manuſq̃ veſtras ſer-
uate innoxias. Hoc autem dicebat: volens eripe
re eum de manibus eorum: et reddere patri ſuo.
Confeſtim igitur vt peruenit ad fratres ſuos: nu
dauerunt eum tunica talari et polymita: miſerũt
q̃ eum in ciſternam veterem: que non habebat
aquam. Et ſedentes vt comederent panẽ: vide-
runt Iſmaelitas viatores venire de Galaad: et
camellos eorum portantes aromata: reſinam et
ſtacten in egyptum. Dixit ergo iudas fratribus
ſuis: Quid nobis prodeſt: ſi occiderimus fratrẽ
noſtrum: et celauerimus ſanguinẽ ipſius? Me
F lius eſt vt vendatur Iſmaelitis: et manus no-
ſtre non polluantur: Frater enim et caro noſtra
eſt. Acquieuerũt fratres ſermonib9 illius: et pre-
tereũtibus madianitis negociatoribus extrahẽ
tes eum de ciſterna: vendiderunt eum Iſmaeli
tis viginti argenteis: qui duxerunt eum in egyp
tum. Reuerſuſq̃ Ruben ad ciſternam non inue-
nit puerũ: et ſciſſis veſtibus pergens ad fratres
ſuos: ait Puer non comparet: et ego quo ibo?
Tulerunt autem tunicam eius et ſanguinem he
di quem occiderant: tinxerunt mittentes qui fer
rent ad patrem et dicerent: Hanc inuenimus: vi
de vtrũ tunica filij tui ſit an non. Quam cũ cog
nouiſſet pater ait: Tunica filij mei eſt: fera peſſi-
ma comedit eum: beſtia deuorauit Ioſeph: ſciſ-
ſiſq̃ veſtibus indutus eſt cilicio lugens filium ſu
um multo tempore. Congregatis autẽ cunctis
liberis eius vt lenirent dolorem patris noluit cõ
ſolationẽ accipere: ſed ait: Deſcẽdam ad filiũ
meum lugẽs in infernum. Et illo perſeuerante
in fletu: madianite vẽdiderũt Ioſeph in egypto
putiphari eunucho pharaonis magiſtro militũ.

¶ C.S ¶ De iuda et ſue vxore eius: et duob9 filijs ſuis cum thamar matrimonio copulatis quibus mortuis eam cognouit: ex qua genuit Phares et zaram. Capitulum.xxxviij.

A Eodem tempore deſcendens iudas a fratribus ſuis: diuertit ad virum odollamitẽ: nomine hiram: viditq̃ ibi filiam hominis chananei: vocabulo ſue: et accepta vxore ingreſſus eſt ad eam. Que cõce
pit et peperit filium: et vocauit nomẽ eius Her.
Rurſumq̃ concepto fetu: natum filiũ vocauit
Onan. Tertium quoq̃ peperit: quẽ appellauit
ſela: Quo nato: parere vltra ceſſauit. Dedit au
tẽ iudas vxorem primogenito ſuo Her nomine
Thamar. Fuit quoq̃ her primogenitus iude ne-
quã in conſpectu domini: et ideo ab eo occiſus
eſt. Dixitq̃ ergo iudas ad onan filium ſuum:
Ingredere ad vxorem fratris tui: et ſociare illi B
vt ſuſcites ſemen fratri tuo. Ille ſciens non na
ſci ſibi filios: introiens ad vxorem fratris ſui ſe
men fundebat in terram: ne liberi fratris nomine
naſcerentur. Et idcirco percuſſit eum dominus
eo q̃ rem deteſtabilem faceret. Quamobrem di-
xit iudas thamar nurui ſue. Eſto vidua in domo
patris tui: donec creſcat ſela filius meus. Time-
bat enim ne et ipſe moreretur ſicut fratres eius.
Que abijt et habitauit in domo fratris ſui. Euo
lutis autem multis diebus mortua eſt ſue vxor
iude. Qui poſt luctum conſolatione ſuſcepta:
aſcendebat ad tonſores ouium ſuarum: ipſe et C
hiras opilio gregis odollamita in tamnas. Nũ
ciatumq̃ eſt thamar q̃ ſocer illius aſcẽderet in tã
nas ad tondendas oues. Que depoſitis viduita
tis veſtibus: aſſumpſit teriſtrum: et mutato ha
bitu ſedit in biuio itineris quod ducit tamnam:
eo q̃ creuiſſet ſela: et non eum accepiſſet mari-
tum. Quam cũ vidiſſet iudas ſuſpicatus eſt eſ-
ſe meretricem: operuerat enim vultum ſuum ne
agnoſceretur: ingrediẽſq̃ ad eam ait: Dimit D
te me vt coeam tecum. Neſciebat enĩ q̃ nurus
ſua eſſet. Qua reſpondente: quid dabis mihi vt
fruaris concubitu meo? dixit mittam tibi hedũ
de gregibus. Rurſumq̃ illa dicente patiar quod
vis: ſi dederis mihi arrabonẽ: donec mittas q̃d
polliceris. Ait iudas: Quid vis tibi pro arrabo
ne dari? Reſpondit: Anullum tuum et armillam E
et baculum quem manu tenes. Ad vnum igitur
coitũ mulier concepit: et ſurgens abijt: depoſi
toq̃ habitu quem ſumpſerat: induta eſt viduita
tis veſtibus. Miſit autem iudas hedum per pa-
ſtorem ſuum odollamitem: vt reciperet pignus
quod dederat mulieri. Qui cum non inueniſſet
eam interrogauit homines loci illius: Ubi eſt mu
lier que ſedebat in biuio? Reſpondentibus cun-
tis: Non fuit in loco iſto meretrix: reuerſus eſt F
ad iudam et dixit ei: Non inueni eam: ſed et ho
mines loci illius dixerunt mihi nunq̃ ſediſſe ibi
ſcortum. Ait iudas: Habeat ſibi. certe mendacij
arguere nos non poterit. Ego miſi hedum quẽ
promiſerã: et tu nõ inueniſti eã. Ecce autẽ poſt
tres menſes nunciauerunt iude: dicentes: For-
nicata eſt thamar nurus tua: et videtur vterus
illius intumeſcere. Dixitq̃ iudas: Producite
eam vt comburatur: Que cũ duceretur ad pe-
nam: miſit ad ſocerum ſuum dicens: De viro
cui9 hec ſunt: concepi. Cognoſce cui9 ſit anull9
et armilla et baculus. Qui agnitis muneribus: G
ait Iuſtior me eſt: q: nõ tradidi eã ſela filio meo: ij. Para.a.
attamen vltra non cognouit eam. Inſtante autẽ Matt.j.a.
partu: apparuerunt gemini in vtero: atq̃ in ipſa
effuſione infantium: vnus protulit manum: in
qua obſtetrix ligauit coccinũ dicẽs: Iſte egredit
prior. Illo vero retrahente manum: egreſſus eſt
alter. Dixitq̃ mulier: Quare diuiſa eſt propter

te maceria? Et ob hanc cauſaʒ vocauit nomē eꝰ
Phares. Poſtea egreſſus eſt frater eius: in cu
ius manu erat coccinuʒ: quē appellauit Zaram.

¶ Capitu. Sūma. ¶ De Joſeph ⁊ putipha/
re domino ſuo: eunucho Pharaonis: Joſeph
tentatur a domina ſua per dies plurimos nec cō
ſentit reliquit palium: tandem incarceratur.

Capitulum. xxxix.

A Gitur Joſeph ductꝰ
eſt in Egyptum: emitqꝫ cū Pu
tiphar: Eunuchus Pharaonis
princeps exercitus ſui: vir Egy/
ptius de manu Hiſmaelitarum:
a quibus perductus erat. Fuitqꝫ dominus cuʒ
eo: et erat vir in cunctis proſpere agens. Habi/
tauitqꝫ in domo domini ſui: qui optime nouerat
dominum eſſe cum eo: ⁊ omnia que gereret ab
eo dirigi in manu illius. Jnuenitqꝫ Joſeph gra/
tiam coram domino ſuo: et miniſtrabat ei: a quo
prepoſitus omnibus gubernabat creditam ſibi
domum: ⁊ vniuerſa que ei tradita fuerant. Be
nedixitqꝫ dominus domui Egyptij propter Jo
ſeph: et multiplicauit tam in edibus ꝙ in a/
B gris cunctam eius ſubſtantiā. Nec quicꝙ aliud
nouerat: niſi panem quo veſcebatur: Erat au/
j. reg. xxvj. b. tem Joſeph pulcher facie et decorus aſpectꝰ.
Poſt multos itaqꝫ dies iniecit domina ſua ocu
los ſuos in Joſeph: et ait Dormi mecum. Qui
nequaꝙ acquieſcens operi nephario: dixit ad
eam. Ecce Dominus meus omnibus mihi tra
ditis ignorat quid habeat in domo ſua: nec quic
ꝙ eſt quod non in mea ſit poteſtate: vel non tra
diderit mihi preter te que vxor eius es. Quo/
modo ergo poſſum hoc malum facere ⁊ pecca/
re in dominum meum. Huiuſcemodi verbis
per ſingulos dies loquebatur: et mulier mole/
ſta erat adoleſcenti: et ille recuſabat ſtuprum.
C Accidit autem quadam die vt intraret Joſeph
domum: et operis quippiam abſqꝫ arbitris fa/
ceret: et illa apprehenſa lacinia veſtimenti eius
diceret: Dormi mecum. Qui relicto in manu
eius pallio: fugit: et egreſſus eſt foras. Cum/
qꝫ vidiſſet mulier veſtem in manibus ſuis et ſe
eſſe contemptam: vocauit ad ſe homines do/
mus ſue: ⁊ ait ad eos: En introduxit virum he
D breum: vt illuderet nobis. Jngreſſus eſt ad
me: vt coiret mecum. Cumqꝫ ego ſuclamaſ/
ſem: et audiuit vocem meam reliquit pallium
quod tenebam: et fugit foras. Jn argumentuʒ
ergo fidei retentum pallium oſtendit marito re/
uertenti domum: et ait. Jngreſſus eſt ad me
ſeruus Hebreus quem adduxiſti: vt illuderet
mihi: Cumqꝫ audiſſet me clamare reliquit pal/
lium quod tenebam: et fugit foras. His audi/
tis Dominus et nimium credulus verbis con/
iugis: Jratus eſt valde: tradiditqꝫ Joſeph
in carcerem: vbi vincti regis cuſtodiebantur: et
erat ibi clauſus. Fuit auteʒ Dominus cum Jo
ſeph et miſertus eſt illius. et dedit ei gratiam in
conſpectu principis carceris. Qui tradidit in
manu illius vniuerſos vinctos qui in cuſtodia
tenebantur: quicquid fiebat ſub ipſo erat: nec
nouerat aliquid cunctis ei creditis. Dn̄s enim
erat cū illo: ⁊ omnia opera eius dirigebat.

¶ Capituli. Summarium. ¶ De duobus
Eunuchis Pharaonis et ſomnijs eorum a Jo
ſeph interp̄tatis: et natalicio die Pharaonis.

Capitulum. xl.

Js itaqꝫ geſtis acci/
dit vt peccarent duo Eunuchi
pincerna regis Egypti et pi/
ſtor domino ſuo. Jratuſqꝫ con/
tra eos Pharao: naʒ alter pin
cernis preerat alter Piſtoribꝰ:
miſit eos in carcerem princi/
pis militum in quo erat vinctus ⁊ Joſeph. At
cuſtos carceris tradidit eos Joſeph qui ⁊ mini/
ſtrabat eis. Aliqu antulum temporis fluxerat:
⁊ illi in cuſtodia tenebantur. Viderunt ābo ſom
nium nocte vna iuxta interpretationē congruaʒ B
ſibi. Ad quos cum introiſſet Joſeph mane ⁊ vi/
diſſet eos triſtes ſciſcitatus eſt eos dicens: Cur
triſtior eſt hodie ſolito facies veſtra. Qui reſpon
derunt. Somnium vidimus ⁊ nō eſt qui interpre
tetur nobis. Dixitqꝫ ad eos Joſeph. Nunquid
non dei eſt interpretatio. Referte mihi quid vide
ritis. Narrauit prior prepoſitus pincernarum
ſomnium ſuum. Videbam coram me vitem in xxx
qua erant tres propagines creſcere paulatim in
gemmas: ⁊ poſt flores vuas matureſcere. calicem
qꝫ Pharaonis in manu mea. Tuli ergo vuas et
expreſſi in Calicem quem tenebam ⁊ tradidi po
culum Pharaoni. Reſpondit Joſeph. Hec eſt
interpretatio ſomnij. Tres propagines tres ad/
huc dies ſunt: poſt quos recordabitur Pharao
miniſterij tui: et reſtituet te in gradum priſti/
num: dabiſqꝫ ei calicem iuxta officium tuum: ſi/
cut ante facere conſueueras. Tantum memento
mei cum tibi bene fuerit: et facias mecum miſeri
cordiam vt ſuggeras Pharaoni vt educat me
de iſto carcere: quia furtim ſublatus ſum de ter/
ra hebreorum ⁊ hic innocens in lacum miſſus
ſum. Videns piſtoruʒ magiſter ꝙ prudēter ſom
nium diſſoluiſſet ait. Et ego vidi ſomnium ꝙ
tria caniſtra farine haberem ſuper caput meum:
et in vno caniſtro quod erat excelſius portare
me putabam omnes cibos qui fiunt arte piſto/ C
ria: aueſqꝫ comedere ex eo. Reſpondit Joſeph:
Hec eſt interpretatio ſomnij. Tria caniſtra: tres
adhuc dies ſunt: poſt quos auferet Pharao ca/
put tuum: ac ſuſpendet te in cruce: ⁊ lacerabunt
volucres carnes tuas. Exinde dies tertius na/
talitius Pharaonis erat: qui faciens grande
conuiuium pueris ſuis recordatus inter epulas
Magiſtri pincernarum ⁊ Piſtorum principis
reſtituitqꝫ alterum in locum ſuum vt porrigeret

ei poculum: alterum ſuſpendit in patibulo: vt
coniectoris veritas probaretur. Et tamen ſuc/
cedentibus proſperis prepoſitus pincernarum
oblitus eſt interpretis ſui.

¶ Capituli. Sūmariū. ¶ Pharao ſomniat:
Joſeph exponit: Egypto preponitur: ſaluator
mundi vocatur: filij ſibi naſcuntur: anni ſterili/
tatis veniunt. Capitulum. xlj.

A Post duos annos vi/
dit Pharao ſomniū. Putabat
ſe ſtare ſuper fluuiū: de quo aſcē/
debant ſeptē boues pulchre et
craſſe nimis: paſcebantur in lo/
cis paluſtribus. Alie quoqꝫ ſeptem emergebant
de flumine fede confecteqꝫ macie: ⁊ paſcebantur
in ipſa amnis ripa in locis virentibꝰ: deuoraue/
runtqꝫ eas quarū mira ſpecies ⁊ habitudo cor/
porum erat. Expergefactꝰ Pharao rurſū dor/
miuit ⁊ vidit alterum ſomniū. Septē ſpice pul/
lulabant in culmo vno plene atqꝫ formoſe: alie qꝫ
totidē ſpice tenues: et percuſſe vredine oriebaн
tur deuorantes priorum pulchritudinem. Euigi/
lans Pharao poſt quietem: ⁊ facto mane pauo
re perterritus miſit ad omnes coniectores Egy
pti cunctoſqꝫ ſapiētes: ⁊ accerſitis narrauit ſom
nium: nec erat qui interpretaretur. Tunc demū
B reminiſcens pincernarū magiſter ait. Confiteor
peccatū meū. Jratus rex ſeruis ſuis me ⁊ magi
ſtrū piſtorū retrudi iuſſit in carcerē principis
militū vbi vna nocte vterqꝫ vidimus ſomniū pre
ſagium futurorū. Erat ibi puer hebreus eiuſdē
ducis militū famulus cui narrantes ſomnia au/
diuimus quicquid poſtea rei probauit euentus.
Ego enim redditus ſum officio meo: ⁊ ille ſuſpē/
ſus eſt in cruce. Protinus ad regis imperium
eductū de carcere: Joſeph totonderunt: ac veſte
C mutata obtulerunt ei. Cui ille ait. vidi ſomnia
nec eſt qui ediſſerat que audiui te ſapientiſſime
conijcere. Reſpondit Joſeph: Abſqꝫ me Deus
reſpondebit proſpera Pharaoni. Narrauit er/
go Pharao quod viderat. Putabam me ſta/
re ſuper ripā fluminis ⁊ ſeptem boues de amne
conſcendere pulchras nimis: et obeſis carni/
bus: que in paſtu paludis virecta carpebant. Et
ecce aſſequebantur alie ſeptem boues intantum
deformes ⁊ macilēte vt nunqꝫ tales in terra Egy
pti viderim. Que deuoratis ⁊ conſumptis prio/
ribus nullum ſaturitatis dedere veſtigium ſed
ſimili macie et ſqualore torpebant. Euigilans rur
ſus ſopore depreſſus vidi ſomnium. Septem ſpi
ce pullulabant in culmo vno plene atqꝫ pulcher/
rime. Alie quoqꝫ ſeptem tenues et percuſſe vre/
dine oriebantur eſtipula que priorum pulchritu/
dinem deuorauerunt. Narraui coniectoribꝰ ſom
nium et nemo eſt qui ediſſerat. Reſpondit Jo/
ſeph: Somnium regis vnum eſt. Que facturus
eſt deus oſtendit Pharaoni. Septē boues pul
chre: et ſeptem ſpice plene ſeptem vbertatis an/
ni ſunt eandemqꝫ vim ſomnij comprehendunt
Septemqꝫ boues tenues atqꝫ macilente que
aſcenderunt poſt eas: et ſeptem ſpice tenues et
vēto vrente percuſſe: ſeptē anni venture ſunt fa/
mis qui hoc ordine complebuntur. Ecce ſeptē D
anni venient fertilitatis magne in vniuerſa ter/
ra Egypti quos ſequentur ſeptem anni alij tan/
te ſterilitatis: vt obliuioni tradatur cuncta re/
tro abundantia. Conſumptura eſt enim fames
omnem terram: et vbertatis magnitudinē per/
ditura eſt inopie magnitudo. Quod autem vidiſti ſe
cundo ad eandem rem pertinens ſomnium fir/
mitatis indicium: eſt eo quod fiat ſermo dei et velo/
cius impleatur. Nunc ergo prouideat rex vi/
rum ſapientem ⁊ induſtrium: et preficiat eum
terre Egypti qui conſtituat prepoſitos per cun
ctas regiones: et quintam partem fructuum
per ſeptem annos fertilitatis qui iam nunc fu/
turi ſunt congreget in horrea et omne frumen
tum ſub Pharaonis poteſtate condatur. Ser/
uetur itaqꝫ in vrbibus ⁊ preparetur future ſe/
ptem annorū fami que oppreſſura eſt Egyptū.
⁊ non conſumet terra inopia. Placuit Pharao E
ni conſiliū ⁊ cūctis miniſtris eiꝰ. Locutuſqꝫ eſt
ad eos: Num inuenire poterimꝰ talē virū qui
ſpiritu dei plenus ſit: Dixit ergo ad Joſeph: Quia
oſtēdit tibi deꝰ oia que locutꝰ es: ⁊ nūquid ſapiē
tiorem ⁊ ſimilē tui inuenire potero: Tu eris ſu/
per domū meā: ⁊ ad tui oris imperiū cūctus po
pulus obediet. Uno tm̄ regni ſolio te precedā.
Dixitqꝫ rurſū Pharao ad Joſeph: Ecce con/ Dauie. ij. g
ſtitui te ſuper vniuerſā terrā Egypti. Tulitqꝫ
anulū de manu ſua ⁊ dedit in manu eius: veſtiuit
qꝫ eū ſtola byſſina: ⁊ collo torquem aureā circū/
poſuit. Fecitqꝫ eū aſcendere ſuper currū ſuū ſe/
cundū: clamante precone: vt om̄es corā eo genu
flecterent: ⁊ prepoſitū eſſe ſcirent vniuerſe terre
Egypti. Dixit quoqꝫ rex Egypti ad Joſeph: Ego F
ſum Pharao: abſqꝫ tuo imperio nō mouebit quiſ
quam manū aut pedē in omni terra egypti. Uertit/
qꝫ nomen eius: ⁊ vocauit eū lingua Egyptiaca:
ſaluatorē mūdi. Deditqꝫ illi vxorē Aſenem fi/
liā Putipharis Sacerdotis Heliopoleos.
Egreſſus eſt itaqꝫ Joſeph ad terram Egypti.
Triginta aūt annorū erat quando ſtetit in con
ſpectu regis Pharaonis: ⁊ circuiuit oēs regio/

nes egypti. Venitqꝫ fertilitas ſeptem annoꝛum:
⁊ in manipulos redacte ſegetes congregate ſunt
in hoꝛrea egypti. Omnis etiā frugum abundan⸗
tia in ſingulis vꝛbibus condita eſt. Tantaqꝫ fuit
abundantia tritici: vt arene maris coequaretur:
⁊ copia menſuram excederet. Natiqꝫ ſunt Jo⸗
B ſeph filij duo anteq̃ꝫ veniret fames: quos peperit
j.xlvj.c. ei Aſſenec filia putipharis ſacerdotis Heliopo⸗
leos. Vocauitqꝫ nomen pꝛimogeniti Manaſſe:
dicens: Obliuiſci me fecit deus omniū laboꝛum
meoꝛum: ⁊ domū patris mei. Nomen quoqꝫ ſe⸗
cundi appellauit Ephꝛaim: dicens: Creſcere me
fecit deus in terra paupertatis mee. Igitur trā
ſactis ſeptem vbertatis annis qui fuerāt in egy⸗
pto ceperunt venire ſeptem anni inopie: quos
pꝛedixerat Joſeph: ⁊ in vniuerſo oꝛbe fames pꝛe
ualuit. In cuncta autem terra Egypti fames
erat: qua eſuriente clamauit populus ad Pha⸗
raonem alimeuta petens: quibus ille reſpondit:
Ite ad Joſeph: ⁊ quicq̇d ipſe vobis dixerit: faci
te. Creſcebat aūt quotidie fames in omni terra:
aperuitqꝫ Joſeph vniuerſa hoꝛrea ⁊ vendebat
Egyptijs. Nam ⁊ illos oppꝛeſſerat fames. Om⸗
neſqꝫ ꝓuincie veniebant in Egyptum: vt eme⸗
rent eſcam ⁊ malum inopie temperarent.

¶ C.S. ¶ Fratres Joſeph pꝛo frumēto emē
do in Egyptū veniūt: Joſeph eis dura loquit̃:
Symeon tenet̃ in carcere. ceteri redeunt: in oꝛe
ſaccoꝛum pecuniam reperiunt Beniamin peti⸗
tur: pater denegat. Capitulum. xlij.

A AUdiens autem Ja⸗
v.q.v.c.nō cob ꝙ alimenta vēderentur in
omnes. Egypto: dixit filijs ſuis: Qua
re negligitis? Audiui: ꝙ triticū
venundetur in Egypto. De⸗
ſcendite ⁊ emite nobis neceſſa⸗
ria vt poſſimus viuere ⁊ nō cō
ſumamur inopia. Deſcēdētes igitur fratres Jo
ſeph decem vt emerent frumenta in egypto: Be
niamin domi retento a Jacob qui dixerat fra⸗
tribus eius: ne foꝛte in itinere quicq̃ꝫ patiat̃ ma
li: ingreſſi ſunt terram Egypti cum alijs qui per
gebant ad emendum. Erat autem fames in ter⸗
B ra Chanaā: ⁊ Joſeph erat pͥnceps in terra Egy
pti: atqꝫ ad eius nutum frumenta populis ven⸗
debantur. Cumqꝫ adoꝛaſſent eum fratres ſui et
agnouiſſet eos: quaſi ad alienos durius loqueba
tur interrogans eos. Unde veniſtis? Qui reſpō⸗
derūt: De terra Chanaan vt emamus victui ne
ceſſaria. Et tamen fratres ipſe cognoſcens non
eſt cognitus ab eis. Recoꝛdatuſqꝫ ſomnioꝛū que
aliquādo viderat: ait ad eos: Exploꝛatoꝛes eſtis:
vt videatis infirmioꝛa terre veniſtis. Qui dixe⸗
runt: Non eſt ita dn̄e: ſed ſerui tui venerunt vt
C emerent cibos. Omnes filij vnius viri ſumus:
Pacifici venimus nec quicq̃ꝫ famuli tui machi⸗
nantur mali. Quibus ille reſpondit: Aliter eſt.
Immunita terre huius conſiderare veniſtis. At
illi dixerunt: Duodecim inquiunt fratres ſerui
tui ſumus filij viri vnꝰ in terra Chanaan. Mi⸗
nimus cum patre noſtro eſt: alius non eſt ſuper.
Hoc eſt ait qđ locutus ſum. Exploꝛatoꝛes eſtis
Iam nunc experimentū veſtri capiam. Per ſa⸗
lutem Pharaonis non egrediemini hinc: donec
veniat frater veſter minimus. Mittite ex vo⸗
bis vnum vt adducat eum: vos autem eritis in
vinculis: donec pꝛobentur que dixiſtis: vtrumve
ra an falſa ſint: Alioquin per ſalutem Pharao⸗
nis exploꝛatoꝛes eſtis. Tradidit ergo illos cuſto⸗
die tribus diebus. Die autem tertio eductis de
carcere ait. Facite que dixi ⁊ viuetis. Deum em̄
timeo. Si pacifici eſtis: frater veſter vnus liget̃
in carcere: vos autem abite ⁊ ferte frumenta que
emiſtis in domos veſtras: ⁊ fratrem veſtrū mini
mum ad me adducite: vt poſſim veſtros pꝛobare
ſermones: ⁊ nō moꝛiamini. Fecerunt vt dixerat:
⁊ locuti ſunt ad inuicem. Merito hec patimur:
qꝛ peccauimus in fratrem noſtrū videntes angu
ſtias anime illius: dum depꝛecaretur nos ⁊ non
audiuimus. Idcirco venit ſuper nos iſta tribu⸗
latio. E quibus vnus rubē: ait. Nunquid nō di⸗
xi vobis nolite peccare in puerum: ⁊ non audi⸗
ſtis me? Et ſanguis eius exquirit̃: Neſciebant
autem ꝙ intelligeret Joſeph: eo ꝙ per interpꝛe
tem loqueretur ad eos. Auertitqꝫ ſe parumper:
⁊ fleuit: ⁊ reuerſus locutus eſt ad eos. Tollenſqꝫ
Symeon: ⁊ ligans illis pꝛeſentibus: iuſſit mini⸗
ſtris vt implerent eoꝛum ſaccos tritico: ⁊ repo⸗
nerent pecunias ſinguloꝛum in ſaccis ſuis: datis
ſupꝛa cibarijs in via. Qui fecerunt ita. At illi poꝛ
tantes frumenta in aſinis ſuis ꝓfecti ſunt. Aper
toqꝫ vnus ſacco vt daret iumento pabulum in di
uerſoꝛio: contemplatus pecuniam in oꝛe ſacculi:
dixit fratribus ſuis: Reddita eſt mihi pecunia:
En habetur in ſacco. Et obſtupefacti: turbatiqꝫ
mutuo: dixerunt: Quid nam eſt hoc quod fecit
nobis deus? Veneruntqꝫ ad Jacob patrem ſuū
in terra Chanaan: et narrauerunt ei omnia que
accidiſſent ſibi dicentes: Locutus eſt nobis do⸗
minus terre dure: et putauit nos exploꝛatoꝛes
eſſe pꝛouincie. Cui reſpondimus: Pacifici ſu⸗
mus nec vllas mollimur inſidias. Duodecim fra
tres vno patre geniti ſumus. vnus non eſt ſu⸗
per. Minimus cum patre noſtro eſt in terra
Chanaan. Qui ait nobis: Sic pꝛobabo ꝙ pa⸗
cifici ſitis: Fratrem veſtrum vnum dimittite
apud me: ⁊ cibaria domibus veſtris neceſſaria ſu
mite ⁊ abite: fratrēqꝫ veſtrū minimū adducite ad
me: vt ſciam ꝙ non ſcitis exploꝛatoꝛes ⁊ iſtū qui
tenetur in vinculis recipere poſſitis. ac deinceps
que vultis emendi habeatis licentiam. His di⸗
ctis cum frumenta effunderent ſinguli reppere⸗
runt in oꝛe ſaccoꝛum ligatas pecunias: exterri⸗
tiſqꝫ ſimul oībus dixit pater Jacob. Abſqꝫ libe
ris me eſſe feciſtis Joſeph non eſt ſuper: Sy⸗
meon tenetur in vinculis: et Beniamin au⸗
feretis: In me hec omnia mala reciderunt.
Cui reſpondit Ruben. Duos filios meos in⸗
terfice ſi non reduxero illum tibi. Trade illum

in manu mea. ego eum tibi reſtituã. At ille non
deſcendet inquit filius meus vobiſcũ. frater eiꝰ
mortuus eſt. τ ipſe ſolus remãſit. Si quid ei ad-
uerſitatis acciderit in terra ad quã pergitis de-
ducetis canos meos cum dolore ad inferos.

¶ Cap. Sum. ¶ Fratres Joſeph cũ muneribꝰ redeunt Beniamin ſecũ ducentes: ſimul epulati ſunt cum Joſeph. Capitulum. xliij.

A Interim fames om-
nem terram vehemẽter preme-
bat: conſumptiſq; cibis quos ex
egypto detulerant: dixit Jacob
ad filios ſuos. Reuertimini τ emi
te nobis pauxillum eſcarum. Reſpõdit Judas.
Denunciauit nobis vir ille ſub atteſtatiõe iuriſ-
iurandi dicens. Non videbitis faciẽ meam: niſi
fratrem veſtrũ minimũ adduxeritis vobiſcũ. Si
ergo vis eum mittere nobiſcũ. ꝑgemus pariter
τ ememus tibi neceſſaria. ſi autẽ vis nõ ibimus.
Vir enim vt ſepe diximus denũciauit nobis dicẽs.
Nõ videbitis faciẽ meã abſq; fratre veſtro mini-
B mo. Dixit eis Iſrael. In meam hoc feciſtis miſe-
iij.e. riam. vt indicaretis ei: τ aliũ habere vos fratrẽ.
At illi reſpõderũt. Interrogauit nos homo per
ordinem noſtrã progeniẽ. ſi pater viueret: ſi ha-
beremus fratrem. Et nos reſpondimus ei con-
ſequenter iuxta id qđ fuerat ſciſcitatus. Nun-
quid ſcire poteramus ꝙ dicturus eſſet adduci-
te fratrẽ veſtrum vobiſcũ. Judas quoq; dixit pa
tri ſuo. Mitte puerum mecum vt proficiſcamur
τ poſſimꝰ viuere. ne moriamur nos τ paruuli no-
iiij.g. ſtri. Ego ſuſcipio puerum de manu mea require
illũ. Niſi reduxero τ reddidero eũ tibi: ero pec
C cati reus in te omni tẽpore. Si nõ interceſſiſſet
dilatio: iam vice altera veniſſemus. Igiꝰ Iſrael
pater eorũ dixit ad eos. Si ſic neceſſe eſt. facite
ꝙ vultis. Sumite de optimis terre frugibus in
vaſis veſtris: τ deferte viro munera: modicũ reſi-
ne τ mellis τ ſtoracis ſtactes τ terebinthi τ amyg
dalarum. Pecuniãq; duplicem ferte vobiſcũ. et
illam quam inueniſtis in ſaculis reportate: ne for
te errore factum ſit. Sed τ fratrẽ veſtrũ tollite:
τ ite ad virum. Deus autẽ meus omnipotẽs fa-
ciat vobis eũ placabilem: τ remittat vobiſcũ fra
trem veſtrum quem tenet in vinculis: τ hũc Be
niamin. Ego autẽ quaſi orbatꝰ abſq; liberis ero.
Tulerũt ergo viri munera τ pecuniam duplicẽ τ
Beniamin deſcenderuntq; in egyptũ: τ ſteterũt
D coram Joſeph. Quos cum ille vidiſſet τ Benia
min ſimul: precepit diſpẽſatori domus ſue dicẽs:
Introduc viros domum τ occide victimas τ in-
ſtrue conuiuiũ: qm̃ hodie mecũ ſunt comeſturi
meridie. Fecit ille ꝙ fuerat imperatũ. τ introdu-
xit viros domũ. ibiq; exterriti dixerunt mutuo.
Propter pecuniã quam retulimus prius in ſac-
cis noſtris: introducti ſumus vt deuoluat in nos
calũniam: τ violenter ſubijciat ſeruituti τ nos τ
aſinos noſtros. Quamobrem in ipſis foribus ac-
cedentes ad diſpenſatorem locuti ſunt. Oramus E
dñe vt audias nos. Jam ante deſcẽdimꝰ vt eme-
remus eſcas: quibus emptis cum veniſſemus ad s.xlij.b.
diuerſorium: aperuimus ſaccos noſtros: τ inue-
nimus pecuniam in ore ſaccorum: quam nũc eo-
dem pondere reportauimus. Sed τ aliud attuli
mus argentũ: vt emamus que nobis neceſſaria
ſunt. Non eſt in noſtra conſcientia quis poſue-
rit eam in marſupijs noſtris. At ille rñdit Pax
vobiſcum nolite timere. Deus veſter τ deus pa
tris veſtri dedit vobis theſauros in ſaccis veſtris.
Nam pecuniam quam dediſtis mihi probatam
ego habeo. Eduxitq; ad eos Symeon. τ introdu
ctis domum attulit aquã τ lauerũt pedes ſuos.
deditq; pabulũ aſinis eorũ. Illi vero parabãt mu F
nera: donec ingrederetꝰ Joſeph meridie. Audie-
rant enim q; ibi comeſturi eſſent panẽ. Igitur in
greſſus eſt Joſeph domũ ſuã. obtuleruntq; ei
munera: tenẽtes in manibus ſuis: τ adorauerũt
proni in terrã. At ille clemẽter reſalutatis eis in
terrogauit eos dicens. Sanus ne eſt pater ve-
ſter ſenex: de quo dixeratis mihi. Adhuc viuit: s.xxix.a
Qui reſponderunt: Soſpes eſt ſeruus tuus pa-
ter noſter. Adhuc viuit. Et incuruati adorauerũt
eum. Attollẽs aũt Joſeph oculos vidit Benia-
min fratrẽ ſuũ vterinum τ ait. Iſte eſt frater ve
ſter paruulus: de quo dixeratis mihi. Et rurſũ G
Deus inquit miſereatꝰ tui fili mi. Feſtinauitq;
in domum. quia cõmota fuerant viſcera eius ſu- s.xlij.c
per fratre ſuo: τ erumpebant lachryme τ intro- i.xlv.a.
iens cubiculum fleuit. Rurſumq; lota facie egreſ
ſus continuit ſe τ ait. Ponite panes. Quibꝰ ap-
poſitis ſeorſũ Joſeph τ ſeorſum fratribus: egy
ptijs quoq; qui veſcebantur ſimul ſeorſum: Illi
citum eſt enĩ egyptijs comedere cum hebreis: et
prophanum putant huiuſcemodi conuiuium: ſe
derunt coram eo primogenitus iuxta primoge-
nita ſua: τ minimus iuxta etatem ſuam. τ mira-
bantur nimis ſumptis partibus quas ab eo ac-
ceperant. Maiorq; pars venit Beniamin: ita
vt quinq; partibus excederet. Biberuntq; τ ine
briati ſunt cum eo.

¶ Capituli. Summarium. ¶ De cipho repoſito τ inuento in ſacco Beniamin: regreſſis fratribus Juda loquitur ad Joſeph τ pro Beniamin manere ſe offert. Capitulum. xliiij.

Precepit aũt Joſeph A
diſpenſatori domus ſue dicens.
Imple ſaccos eorum frumento
quantum poſſunt capere. τ pone
pecuniã ſingulorũ in ſummitate
ſacci. Cyphum autem meũ argenteũ τ preciũ qđ
dedit tritici: põe in ore ſacci iunioris. Factũq; eſt
ita. Et orto mane: dimiſſi ſunt cum aſinis ſuis.
Jamq; vrbem exierant τ proceſſerant paululũ.
Tunc Joſeph acceſſito diſpẽſatore domus: ait.
Surge inquit: perſequere viros τ apprehẽſis di

cito. Quare reddidiſtis malū p bono. Cyph⁹ quē
furati eſtis ipſe eſt i quo bibit dñs meus: i quo au
B gurari ſolet. Peſſimā rē feciſtis. Fecit ille vt iuſſe
rat: ⁊ apprehenſis per ordinem locutus eſt. Qui
reſponderunt. Quare ſic loquitur dominus no-
ſter vt ſerui tui tm̄ flagitij commiſerint. Pecu-
niam quam inuenimus in ſummitate ſaccorum:
reportauimus ad te de terra Chanaan. Et quo
modo conſequens eſt vt furati ſimus de domo
C domini tui aurum vel argentum. Apud quēcun
qꝫ fuerit inuentuꝫ ſeruorum tuorum quod que-
ris moriatur: ⁊ nos erimus ſerui domini noſtri.
Qui dixit eis. Fiat iuxta veſtram ſententiam.
Apud quemcunqꝫ fuerit inuentum ipſe ſit ſer-
uus meus: vos autem eritis innoxij. Itaqꝫ feſti-
nato deponentes in terram ſaccos: apperuerunt
ſinguli. Quos ſcrutatus incipiens a maiore vſqꝫ
ad minimum: inuenit Cyphum in ſacco Benia
min. At illi ſciſſis veſtibus: oneratiſqꝫ rurſum aſi
nis: reuerſi ſunt in opidum: primuſqꝫ iudas cum
fratribus ingreſſus eſt ad Ioſeph. Necdum em̄
D de loco abierat. Omneſqꝫ ante euꝫ pariter in ter
ram corruerunt. Quibus ille ait. Cur ſic agere
voluiſtis? An ignoratis ꝙ non ſit ſimilis mei in
augurandi ſcientia? Cui Iudas. Quid reſponde
bimus inquit dño meo: vel quid loquemur: aut
iuſte poterimus obtēdere? Deus inuenit iniqui
tatem ſeruorum tuorum. En oms̄ ſerui ſumus
dñi mei: ⁊ nos ⁊ apud quē inuentus eſt cyphus.
Reſpondit Ioſeph. Abſit a me vt ſic agam. Qui
furatus eſt cyphū: ipſe ſit ſeruus meus: vos au-
tem abite liberi ad patrē veſtrū. Accedens autē
propius Iudas cōfidēter ait. Oro dñe audi me:
vt loquatur ſeruus tuus verbū in auribus tuis:
E ⁊ ne iraſcaris famulo tuo. Tu es em̄ poſt Pha-
raonem dñs meus. Interrogaſti prius ſeruos:
tuos habetis patrē aut fratrē: ⁊ nos r̄ndimus ti
bi dño meo. Eſt nobis pater ſenex ⁊ puer paruu
lus qui in ſenectute illius natus eſt: cuius vteri-
nus frater mortuus eſt: ⁊ ipſum ſolū habet ma-
ter ſua: pater vero tenere diligit eum. Dixiſtiſqꝫ
ſeruis tuis. Adducite eum ad me: ⁊ ponam ocu-
los meos ſuper illū. Suggeſſimus tibi domino
meo: nō pōt puer relinquere patrem ſuum. Si
enim illum dimiſerit: morieť. Et dixiſti ſeruis
F tuis. Niſi venerit frater veſter minim⁹ vobiſcū:
nō videbitis amplius faciē meā. Cū ergo aſcen-
diſſemus ad famulū tuū pr̄em noſtrum: narraui
s.xliij.a mus ei oia que locut⁹ eſt dñs meus. Et dixit pa
ter noſter! Reuertimini: ⁊ emite nobis parū tri-
tici. Cui diximus. Ire non poſſumus. Si frater
noſter minim⁹ deſcenderit nobiſcū: pficiſcemur
ſimul: alioquin illo abſente non audemus vide-
re faciē viri. Ad quē ille r̄ndit. Vos ſcitis ꝙ duos
filios genuerit mihi vxor mea. Egreſſus eſt vnus
s.xxxvij.d. ⁊ dixiſtis: beſtia deuorauit eū: ⁊ huc uſqꝫ non cō
paret. Si tuleritis ⁊ iſtum ⁊ aliquid ei in via con
tigerit: deducetis canos meos cū merore ad in-
feros. Igiť ſi intrauero ad ſeruū tuū patrem no
ſtrum ⁊ puer defuerit: cū aia illius ex huius ani-
ma dependeat: videritqꝫ eum non eſſe nobiſcuꝫ:
moriemur: ⁊ deducēt famuli tui canos eius cum
dolore ad inferos. Ego proprie ſeruus tuus ſim
qui in meaꝫ hūc recepi fidē: ⁊ ſpopōdi: dicēs. Niſi
ſi reduxero eū: peccati reus ero in patrem meū
omni tēpore. Manebo itaqꝫ ſeruus tu⁹ pro pue
ro in miniſterio dñi mei: ⁊ puer aſcendat cuꝫ fra-
tribus ſuis. non enim poſſum redire ad patrem
abſente puero: ne calamitatis que oppreſſura eſt
patrem meum teſtis aſſiſtam.

Capi. Sum. Ioſeph ſe fratribus manife
ſtat mandat pro patre: munera mittit ⁊ adhuc vi
uere patri nunciatur. Capl'm. xlv.

NOn ſe poterat vltra
cohibere Ioſeph multis coram
aſtantibus: vnde precepit vt egre
derentur cuncti foras: ⁊ nullus in
tereſſet alienus agnitiōi mutue.
Eleuauitqꝫ vocem cum fletu: quam audierunt
egyptij: omniſqꝫ domus Pharaonis: ⁊ dixit fra
tribus ſuis. Ego ſuꝫ Ioſeph. Adhuc pater me⁹
viuit? Non poterant reſpondere fratres ni-
mio terrore perterriti. Ad quos ille clementer.
Accedite inquit ad me. Et cum acceſſiſſent pro-
pe. Ego ſum ait Ioſeph frater veſter quem ven
didiſtis in egyptum. Nolite pauere: neqꝫ vobis
durum eſſe videatur ꝙ vendidiſtis me in his re-
gionibus. Pro ſalute eniꝫ veſtra miſit me deus
ante vos in egyptum. Biennium eſt enim ꝙ ce-
pit fames in terra eſſe: ⁊ adhuc quinqꝫ anni re-
ſtant quibus nec arari poterit: nec meti. Pre-
miſitqꝫ me deus vt reſeruemini ſuper terram: ⁊
eſcas ad viuendum habere poſſitis. Non veſtro
conſilio: ſed dei voluntate huc miſſus ſum qui fe
cit me quaſi patrem Pharaonis ⁊ dñm vniuer-
ſe domus eius: ac principem in omni terra egy-
pti. Feſtinate ⁊ aſcendite ad patrem meum ⁊ di-
cetis ei. Hec mandat filius tuus Ioſeph. Deus
fecit me dominum vniuerſe terre egypti. Deſcē
de ad me ne moreris: ⁊ habita in terra Ieſſen.
Eriſqꝫ iuxta me tu ⁊ filij tui: ⁊ filij filiorum tuo-
rum: oues tue ⁊ armenta tua ⁊ vniuerſa que poſ
ſides: ibiqꝫ te paſcam. Adhuc enim quinqꝫ anni
reſiduí ſunt famis: ne ⁊ tu pereas ⁊ omnis do-
mus tua: ⁊ omnia que poſſides. En oculi veſtri ⁊
oculi fratris mei Beniamin videns ꝙ os meuꝫ
loquatur ad vos. Nunciate patri meo vniuer-
ſam gloriam meam: ⁊ cuncta que vidiſtis in egy-
pto. Feſtinate ⁊ adducite eū ad me. Cunqꝫ am-
plexatus recidiſſet in collum Beniamin fratris
ſui: fleuit illo quoqꝫ ſimiliter flente ſuper collum
eius: oſculatuſqꝫ eſt Ioſeph omēs fratres ſuos:
et plorauit ſuper ſingulos. Poſtqꝫ auſi ſunt lo
qui ad eum. Auditūqꝫ eſt et celebri ſermone vul-
gatum in aula regis: venerunt fratres Ioſeph.
Et gauiſus eſt Pharao atqꝫ omnis familia ei⁹.
Dixitqꝫ ad Ioſeph vt imperaret fratribus ſuis
dicens. Onerantes iumenta: Ite in terrā Cha
naan: ⁊ tollite inde patrem veſtrum ⁊ cognatio-

nem:⁊ venite ad me ⁊ ego dabo vobis omnia bo
na egypti:vt comedatis medullam terre. Preci
pe etiam vt tollant plauſtra de terra egypti. ad
ſubuectionem paruulorū ſuorū ac coniugū. Et
dicito tollite patrē veſtrū ⁊ properate ꝙ̄ totius
F venientes nec dimitatis quicꝙ̄ de ſupellectili ve
ſtra:q: omnes opes egypti veſtre erunt. Fece-
runtq; filij Iſrael vt eis mandatum fuerat. Qui
bus dedit Joſeph plauſtra ſm̄ Pharaonis im-
perium:⁊ cibaria in itinere:Singulis quoqꝫ pro
ferri iuſſit binas ſtollas:beniamin vero dedit tre
centos argenteos cū quinqꝫ ſtolis optimis:tan-
tundem pecunie ⁊ veſtium mittens patri ſuo:ad
dens ei aſinos decem:qui ſubueherent ex omni
bus diuitijs egypti ⁊ totidem aſinas triticum in
itinere:paneſqꝫ portantes. Dimiſit ergo fratres
ſuos.⁊ proficiſcētibus ait: Ne iraſcamini in via.
G Qui aſcendentes ex egypto:venerunt in terram
Chanaan ad patrem ſuū Jacob:⁊ nunciauerūt
ei dicentes. Joſeph filius tuus viuit ⁊ ipſe domi
natur in omni terra egypti. Quo audito Jacob
quaſi de graui ſomno euigilans:tamen non cre-
debat eis. Illi econtra referebant omnem ordi-
nem rei. Cunqꝫ vidiſſet plauſtra ⁊ vniuerſa que
miſerat:reuixit ſpiritus eius:⁊ ait. Sufficit mi-
hi ſi adhuc Joſeph filius meus viuit: vadam et
videbo illum antequam moriar.

¶ Capi. Sm̄ ¶ Jacob cū filijs in egyptū de-
ſcendit:eorū qui cū Jacob deſcenderunt nomi-
na: Joſeph patri occurrit. Capl'm.xlvj.

A Profectuſqꝫ Iſrael cū
omnibus que habebat:venit ad
puteum iuramenti: ⁊ mactatis
ibi victimis deo patris ſui iſaac
audiuit eum per viſionem nocte
vocantem ſe ⁊ dicentem ſibi Jacob Jacob. Cui
rn̄dit: Ecce adſum. Ait illi deus. Ego ſum fortiſ
ſimus deus patris tui. Noli timere ſed deſcen-
de in egyptum:quia in gentem magnam faciam
te ibi. Ego deſcendā tecū illuc.et ego inde ad-
ducam te reuertentē. Joſeph quoqꝫ ponet ma-
nus ſuas ſup oculos tuos. Surrexit Jacob ma-
ne a puteo iuramenti tuleruntqꝫ eum filij cum
paruulis ⁊ vxoribus ſuis in plauſtris que emiſe-
.liiij.b. rat Pharao ad portandum ſenem:⁊ omnia que
poſſederat in terra Chanaan: Veniteqꝫ in Egy-
ptum cum omni ſemine ſuo filij eius ⁊ nepotes
filie ⁊ cuncta ſimul progenies. Hec ſunt autē no
mina filiorū Iſrael qui ingreſſi ſunt in Egyptū
B ipſe cū liberis ſuis. Primogenitus Ruben Enoch
..j.a. ⁊ Phallu ⁊ Eſron ⁊ Charmi. Filij Symeon Je
.xxvj.a muhel ⁊ Jamin ⁊ Abod ⁊ Jachin ⁊ Saher ⁊ Sau
ra.v.a. Filius Chananitidis:filij Leui ‖ Jerſon ⁊ Cha-
ath ⁊ Merari. Filij Juda Her ⁊ Onan ⁊ Sela ⁊
Phares ⁊ Chara. Mortui ſunt autem Her et
Onan in terra Chanaam. Natiqꝫ ſūt filij Pha
res ‖ Eſron ⁊ Amul. Filij Iſachar. Thola et
Phua ⁊ Jobab ⁊ Semron. Filij Zabulon Sa-
reth ⁊ Chelon Jahelel. Hi filij Lie quos genuit
in Meſopotamia Syrie cū. Dina filia ſua. Oēs
anime filiorū eꝰ ⁊ filiarū trigintatres. Filij Gad
‖ Sephō ⁊ Aggi ⁊ Eſebō ⁊ Suniet heri ⁊ Arodi
⁊ Areli. Filij Aſer Jemna ⁊ Jeſaa ⁊ Jeſui ⁊ Be
ria: Sara qꝫ ſoror eorū. Filij Beria Heber ⁊ Mel
chiel. Hi filij Zelphe quā dedit Labā Lie filie ſue
⁊ hos genuit Jacob ſedecim aīas. Filij Rachel
vxoris Jacob Joſeph ⁊ Beniamin. Natiqꝫ ſūt Ꝫ.xiiij.g.
Joſeph filij in terra egypti:quos genuit Aſenec C
filia Putipharis ſacerdotis Heliopoleos ‖ Ma
naſſes ⁊ Ephraim. Filij Beniamin: Bela ⁊ Be
chor ⁊ Aſbel ⁊ Gera ⁊ Naaman ⁊ Jechri ⁊ Je-
thros ⁊ Reſemophin ⁊ Ophin ⁊ Ared. Hi filij Ra
chel quos genuit Jacob:oēs aīe quattuordecim
filij Dan: Uſan. Filij Neptalin: Jaſiel ⁊ Guni ⁊
Jeſel ⁊ Sallē. Hi filij Bale:quā dedit Labā Ra-
chaeli filie ſue.⁊ hos genuit Jacob oēs aīe ſeptē. D
Cūcteqꝫ aīe q̇ ingreſſe ſūt cū Jacob in Egyptū
⁊ egreſſe ſunt de femore illius abſqꝫ vxoribus fi-
liorum eius ſexagintaſex:filij aūt Joſeph et qui
nati ſunt in terra egypti anime due. Oēs aīe do-
mus Jacob que ingreſſe ſunt in Egyptum fue-
re ſeptuaginta. Miſit autē Jacob Judam an-
te ſe ad Joſeph in Egyptū vt nunciaret ei: ⁊ ille
occurreret in Jeſſen. Quo cū perueniſſet: iun-
cto Joſeph curru ſuo aſcendit obuiam patri ad Deut.x.d.
eundem locum.videnſqꝫ eum irruit ſuper collū
eius:⁊ inter amplexus fleuit. Dixitqꝫ pater ad
Joſeph. Jam letus moriar.q: vidi faciā tuā ⁊ ſu E
perſtitem te relinquo. At ille locutus eſt ad fra-
tres ſuos:⁊ ad omnem domū patris ſui. Aſcen-
dam ⁊ nunciabo Pharaoni:dicamqꝫ ei. Fratres
mei ⁊ domus patris mei qui erant in terra Cha
naan venerunt ad me:⁊ ſunt viri paſtores ouium
curamqꝫ habent alendorum gregū. Pecora ſua
⁊ armenta ⁊ omnia que habere potuerunt addu
xerunt ſecum cunqꝫ vocauerit vos ⁊ dixerit ꝙ eſt
opus veſtrum. Reſpondebitis viri paſtores ſu-
mus ſerui tui:ab infantia noſtra vſqꝫ in preſens:
⁊ nos ⁊ patres noſtri. Hec autem dicetis vt habi
tare poſſitis in terra Jeſſen.quia deteſtanť Egy
ptij omnes paſtores ouium.

¶ Capi. Sum ¶ Joſeph patrē ⁊ fratres ad
Pharaonē introducit dat eis terrā Jeſſen:egy
ptij cibos petunt ⁊ pecora ⁊ terrā vendūt. quin
ta pars fructuum fit regis: Iſrael adiurat Jo-
ſeph de ſua ſepultura. Capitulū.xlvij.

Ingreſſus ergo Jo- A
ſeph nūciauit Pharaoni dicens
Pater meus ⁊ fratres oues eo-
rum ⁊ armenta ⁊ cuncta que poſ
ſident.venerūt de terra Chanaā
⁊ ecce conſiſtūt in terra Jeſſen. Extremos quo
qꝫ fratrum ſuorum quinqꝫ viros ſtatuit coram
rege:quos ille interrogauit. Quid habetis opis.
Reſponderunt : paſtores ouium ſumus ſerui
tui:et nos ⁊ patres noſtri. Ad peregrinādum in

terram tuam venimus quoniam non eſt herba
gregibus ſeruorum tuorum ingraueſcente fame
in terra chanaam. Petimuſqꝫ vt eſſe nos iube-
B as ſeruos tuos. in terra ieſſē. Dixit itaqꝫ rex ad
Joſeph. pater tuus et fratres tui venerunt ad
te. terra egypti in conſpectu tuo eſt in optimo
loco fac habitare eos: ꝛ trade eis terrā ieſſeȝ. qꝺ
ſi noſti in eis eſſe viros induſtrios conſtitue il-
los magiſtros pecorū meorū poſt hec introdu-
xit ioſeph prēm ſuum ad regem: et ſtatuit eum
coraȝ eo. Qui benedicēs illi ꝛ in terrogatus ab
eo: quot ſunt dies annorum vite tue: Rn̄dit dies
ꝑegrinationis vite mee centū triginta annorum
C ſunt parui ꝛ mali: ꝛ non peruenerūt vſqꝫ ad dies
patrum meorum quibus ꝑegrinati ſunt. Et be-
nedicto rege egreſſus eſt foras. Joſeph vero pa
tri: ꝛ fratribꝰ ſuis dedit poſſeſſionem in egypto
in optimo terre loco rameſſes: vt p̄ceperat pha
rao: ꝛ alebat eos omnēqꝫ domuȝ patris ſui pre-
bens cibaria ſingulis Jn toto enim orbe panis
deerat: ꝛ oppreſſerat fames terrā: maxie egypti
et chanaan. E quibus omnem pecuniam congre
gaui pro venditione frumenti: et intuli eam
in erarium regis. Cumqꝫ defeciſſet emptoribus
precium: venit cuncta egyptus ad Joſeph: di-
D cens. Da nobis panes. Quare morimur coram
te deficiente pecunia? Quibus ille reſp̄ōdit: Ad
ducite pecora veſtra: ꝛ dabo vobis pro eis cibos
ſi precium non habetis. Que cum adduxiſſēt de
dit eis alimēta ꝑ equis ꝛ ouibꝰ ꝛ bobꝰ ꝛ aſinis: ſu
ſtētauitqꝫ eos illo anno ꝑ cōmutatiōe pecorum.
Venerunt quoqꝫ anno ſecundo et dixerunt ei:
Non celamꝰ domino noſtro ꝙ deficiente pecu-
nia: pecora ſimul defecerunt: nec clam te eſt qꝺ
abſqꝫ pecoribus et terra nihil habeamus: Cur
ergo morimur te vidente? Et nos ꝛ terra noſtra
tui erimus. Eme nos in ſeruitutem regiam et
prebe ſemina: ne pereunte cultore redigatur ter
ra in ſolitudinem. Emit igitur Joſeph omnem
terram egypti vēdentibus ſingulis poſſeſſiones
E ſuas pre magnitudine famis. Subiecitqꝫ eam
xxiij. q. viij. tribuam. ſ. ꝗuis. pharaoni: et cunctos populos eius a nouiſſimis
terminis egypti vſqꝫ ad extremos fines eius: p̄
ter terraȝ ſacerdotum que a rege tradita fuerat
eis: quibus et ſtatuta cibaria ex horreis publicis
prebebantur et idcirco nō ſunt cōpulſi vendere
poſſeſſiones ſuas. Dixit ergo Joſeph ad popu
los: En vt cernitis et vos et terram veſtraȝ pha
Sacerdotum poſſeſſio. Exempla apud egyptios. rao poſſidet: accipite ſemina et ſerite agros vt
fruges habere poſſitis. Quintam partem re-
gi dabitis: quattuor reliquas permitto vobis
in ſementeȝ et in cibuȝ familijs et liberis veſtris
Qui reſponderunt: Salus noſtra in manu tua
eſt. Reſpiciat nos tantum dominus noſter: et le
ti ſeruiemus regi. Ex eo tempore vſqꝫ in preſen
F tem dieȝ in vniuerſa terra Egypti: regibus quin
ta pars ſoluitur: et factum eſt quaſi in legem
abſqꝫ terra ſacerdotali: que libera ab hac condi-
tione fuit. Habitauit ergo iſrael in egypto: id-
eſt in terra ieſſen: ꝛ poſſedit eam: auctuſqꝫ eſt ꝛ
multiplicatus nimis: et vixit ī ea decem et ſeptē
annis. Factiqꝫ ſunt omnes dies vite illius cen-
tumquadraginta ſeptem annorum. Cumqꝫ ap-
propinquare cerneret diem mortis eius vocauit
filium ſuum Joſeph. et dicit ad eum. Si inueni
gratiam in conſpectu tuo: pone manum tuam
ſuꝑ femore meo et facies mihi miſericordiā et ve
ritatem: vt non ſepelias me in egypto: ſed dor-
miam cum partribus meis: et auferas me de ter
ra hac: condaſqꝫ in ſepulchro maiorum meoruȝ.
Cui reſpondit Joſeph. Ego faciam quod iuſ-
ſiſti. Et ille: Jura ergo inquit mihi. Quo iurāte
adorauit iſrael dn̄m conuerſus ad lectuli caput.

Capituli. Summarium. Jacob egrotan-
tem viſitat Joſeph et ſecum ſuos filios ducit
quibus Jacob benedicit: Ephraim. Manaſſe
preponit: Joſeph partem extra fratres dat.

Capitulum. xlviij.

His itaqꝫ tranſactis
nunciatum eſt Joſeph ꝙ egro
taret pater ſuus. Qui aſſūptis
duobus filijs: manaſſe et ephra
in ire perexit. Dictumqꝫ eſt ſe
ni: Ecce filius tuus Joſeph venit ad te. conforta
tus ſedit in lectulo. Et ingreſſo ad ſe Joſeph
ait. Deus omnipotens apparuit mihi in luza:
que eſt in terra chanaaȝ: benedixitqꝫ mihi: ꝛ ait.
Ego te augebo et multiplicabo: et faciam te in
turbas populorum. Daboqꝫ tibi terram hanc:
et ſemini tuo poſt te in poſſeſſionem ſempiter-
nam. Duo ergo filij tui qui nati ſunt tibi inter-
ra egypti anteꝗ̄ huc venirem ad te mei erunt
ephraim ꝛ manaſſes: ſic Rubē ꝛ Symeō reputa
buntur mihi. Reliquos autem quos genueris
poſt eos: tui erunt et nomine fratrum ſuorum
vocabuntur in poſſeſſionibus ſuis. Mihi enim
quando veniebam de meſopotamia: mortua eſt
Rachel in terra chanaam in ipſo itinere. Eratqꝫ
vernum tempus. Et ingrediebar ephratam: et
ſepeliui eam iuxta viam ephrate que alio nomi-
ne appellatur bethleem. Videns autem filios
eius dixit ad eum. Qui ſunt iſti. Reſpondit: Fi-
lij mei ſunt quos donauit mihi dominus in hoc
loco. Adduc inquit eos ad me vt benedicā illis.

Oculi enim Iſrael caligauerant pꝛe nimia ſene-
ctute:⁊ clare videre non poterat applicitoſq; ad
ſe deoſculatus ⁊ circūplexus eos:dixit ad filium
ſuū:Non ſuz fraudatꝰ aſpectu tuo:inſuper oſtē
dit mihi deꝰ ſemē tuū.Cūq; tuliſſet eos Ioſeph
de gremio patris:adoꝛauit pꝛonus in terrā:⁊ po
ſuit ephꝛaim ad dexterā ſuā:id eſt ad ſiniſtrā Iſ-
C rael manaſſen vo in ſiniſtra ſua ad dexteraz.ſcili-
cet pr̄is applicuitq; ambos ad eū.Qui extendēs
manū dexterā poſuit ſuper caput ephꝛaim iunio
ris fratris:ſiniſtrā aūt ſuper caput manaſſe qui
maioꝛe natu erat cōmutans manus.Benedixit-
q; Iacob filijs Ioſeph:⁊ ait:Deus in cuius cō
ſpectu ambulauerūt patres mei Abꝛaaz ⁊ Iſaac:
Deus qui paſcit me ab adoleſcentia mea vſq;
in pꝛeſentem diem:angelus qui eruit me de cun-
ctis malis benedicat pueris iſtis:⁊ inuocetur ſu
per eos nomen meū:noīa quoq; patrū meoꝛum
Abꝛaam ⁊ Iſaac:⁊ creſcant in multitudinem ſu-
per terram. Uidens autem Ioſeph ꝙ poſuiſſet
pater ſuus dexteraz manum ſuper caput Ephꝛa
D in:grauiter accepit.Et appꝛehenſaz manum pa
tris leuare conatus eſt de capite Ephꝛaim ⁊ trāſ
ferre ſuper caput Manaſſe:Dixitq; ad patrez:
Non ita cōuenit pater qꝛ hic eſt pꝛimogenitus:
Pone dexterā tuam ſuper caput eius. Qui re-
nuens ait:Scio fili mi ſcio:⁊ iſte quidem erit in
populos ⁊ multiplicabit̄:ſed frater eius iunioꝛ
maioꝛ erit illo:⁊ ſemē illius creſcet in gētes. Be
nedixitq; eis in tempoꝛe illo dicēs:In te benedi
cetur Iſrael atq; dicetur: Faciat tibi deꝰ ſicut
Ephꝛaim ⁊ ſicut Manaſſe.Cōſtituitq; Ephꝛaim
ante manaſſen.Et ait ad Ioſeph filiū ſuum:En
ego moꝛioꝛ:⁊ erit deus vobiſcū:reducetq; vos ad
terram patrum veſtroꝛū.Do tibi partem vnam
extra fratres tuos quā tuli de manu Amoꝛrei in
gladio et arcu meo.

C Capituli .Summarium. C Iſrael filios be
nedixit cuiuſq; defectus pꝛedicens ⁊ futura co-
rum pꝛophetizans: ſepulture locum declarat et
moꝛitur. Capitulum.xlix.

A Vocauit autez Iacob
filios ſuos et ait eis:Cōgregami
ni vt annūciem que ventura ſunt vo
bis diebus nouiſſimis: cōgrega-
mini ⁊ audite filij Iacob. audite
[Ru]ben. Iſrael pr̄ez veſtrū Rubē pꝛiogenitus meus. Tu
[xx]ij.q.iij. fortitudo mea ⁊ pꝛincipiū doloꝛis mei. Pꝛioꝛ in
igitur. donis maioꝛ in imperio.Effuſus es ſicut aqua.
[S]ymeon. Non creſcas qꝛ aſcēdiſti cubile pr̄is tui:⁊ macu-
[Le]ui. laſti ſtratū eius Symeon ⁊ Leui fratres vaſa ini
quitatis bellātia.In conſiliū eoꝛū nō veniat ani-
ma mea.⁊ in cetu illoꝝ nō ſit gloꝛia mea:qꝛ in fu-
roꝛe ſuo occiderūt virū:⁊ in volūtate ſua ſuffode
runt murū.Maledictus furoꝛ eoꝛū qꝛ ꝑtinax et
B indignatio eoꝝ.qꝛ dura.Diuidā eos in Iacob.⁊
[Iu]da. diſpergā eos i Iſrael. Iuda te laudabūt fratres
tui.Manus tue in ceruicibus inimicoꝝ tuoꝛuz:
adoꝛabūt te filij patris tui. Catulꝰ leonis iuda.
Ad pꝛedam filij mi aſcēdiſti:requieſcēs accubui-
ſti vt leo ⁊ quaſi leena:quis ſuſcitabit eū.Nō au
feretur ſceptrū de iuda ⁊ dux de femoꝛe eius:do
nec veniat qui mittēdus eſt.⁊ ipſe erit ſpectatio
gentiū.Ligās ad vineā pullū ſuū:⁊ ad vitem fili
mi aſinā ſuā.Lauabit in vino ſtolā ſuam:⁊ in ſan
guine vue palliū ſuū.Pulchꝛioꝛes ſunt oculi eiꝰ
vino ⁊ dētes eiꝰ lacte candidioꝛes.Zabulon in lit
toꝛe maris habitabit:⁊ in ſtatiōe nauiū ꝑtingēs Zabulon.
vſq; ad ſidonē.Iſachar aſinꝰ foꝛtis accubās in- C
ter terminos.Uidit requiē ꝙ eēt bōa:⁊ terrā ꝙ Iſachar.
optima ⁊ ſuppoſuit humerū ſuū ad poꝛtandū:fa
ctuſq; eſt tributis ſeruiēs.Dan iudicabit popu Dan.
lum ſuū ſicut ⁊ alia tribꝰ in Iſrael.Fiat Dan co
luber in via ceraſtes in ſemita moꝛdens vngulas
equi:vt cadat aſcēſoꝛ eius retro.Salutare tuum
expectabo dn̄e:Gad accinctꝰ ꝑliabit̄ āte eū:⁊ ip Gad.
ſe accinget̄ retroꝛſuz.Aſer pinguis panis eius:⁊ Aſer.
ꝓbebit delitias regibꝰ.Neptalim ceruꝰ emiſſus ⁊ Neptalim.
dans eloquia pulchꝛitudinis.Filiꝰ acreſcēs Io-
ſeph:filiꝰ accreſcēs ⁊ decoꝛꝰ aſpectu.Filie diſcurre Ioſeph.
runt ſuꝑ muru ſ; exaſperauerūt eū:⁊ iurgati ſūt
inuiderūtq; illi habētes iacula.Sedit in foꝛti ar-
cus.⁊ diſſoluta ſunt vīcula bꝛachioꝛū ⁊ manuū il
lius ꝑ manꝰ potētis iacob.Inde paſtoꝛ agreſſus
eſt lapis iſrael.deꝰ pr̄is tui adiutoꝛ tuus.⁊ oīpo-
tens bn̄dicet tibi bn̄dictionibꝰ celi deſuper bn̄di
ctionibus abyſſi iacētis deoꝛſuz bn̄dictiōibꝰ vbe
rum ⁊ vulue.Bn̄dictiōes pr̄is tui cōfoꝛtate ſunt
benedictiōibꝰ patrū eiꝰ:donec veniret deſideriuz
colliū eternoꝝ.Fiāt in capite Ioſeph ⁊ in verti- D
ce Nazarei inter fratres ſuos Beniamin lupus
rapax mane comedet pꝛedam:⁊ veſpere diuidet Beniamin
ſpolia.oēs hi in tribubꝰ iſrael duodecim.Hec lo-
cutus eſt eis pater ſuꝰ bn̄dixitq; ſingulis bn̄di-
tiōibꝰ ꝓpꝛijs:⁊ ꝑcepit eis dicēs:Ego cōgregoꝛ
ad ppl'z meū.Sepelite me cū pr̄ibus meis in ſpe
lunca duplici q̄ eſt in agro ephꝛō ꝯ mābꝛe in ter-
ra chanaā: quā emit habꝛaā cuz agro ab ephꝛon
ethco in poſſeſſionē ſepulchꝛi.Ibi ſepelierūt eū:
⁊ Sarā vxoꝛē eiꝰ.Ibi ſepultus eſt Iſaac cū Re-
becca coniuge ſua ibi ⁊ Lia cōdita iacet.Finitiſ-
q; mandatis quibus filios inſtruebat: collegit
pedes ſuos ſuper lectulū et obijt: appoſituſq;
eſt ad populum ſuum.

C C.S. C Ioſeph pr̄em ſepelit in Hebꝛon:
fratres pr̄e moꝛtuo timētes veniā a ioſeph impe
trāt de oſſibꝰ aſpoꝛtādis. Caplm .l.

Quod cernēs Ioſeph
ruit ſuꝑ faciē pr̄is flēs ⁊ deo- A
ſculās eū. Pꝛecepitq; ſeruis
ſuis medicis:vt aromatibꝰ cō-
dirēt pr̄ez.Quibꝰ iuſſa explēti-
bus trāſierūt quadraginta dies
Iſte quippe mos erat cadaue xiij.q.j.c.qꝛ
ruz cōditoꝝ.Fleuitq; eū egyptꝰ ſeptuaginta die alij.
bus.Et expleto planctꝰ tpe locutꝰ eſt Ioſeph ad

familiam Pharaonis. Si inueni gratiā in con-
ſpectu veſtro loquimini in auribus Pharaonis
ſ.xlvij.g. eo ꝙ pater meus adiurauerit me dicens. En mo
rior: in ſepulchro meo ꝙ fodi mihi in terra Cha-
naan ſepelies me. Aſcendam igitur ⁊ ſepeliam pa
B trē meū ac reuertar. Dixitq; ei Pharao. Aſcē
de ⁊ ſepeli patrem tuū ſicut adiuratus es. Quo
aſcendente ierunt cum eo omnes ſenes domus
Pharaonis. cunctiq; maiores natu terre egy-
pti: domus Joſeph cum fratrib⁹ ſuis abſq; par
uulis. ⁊ gregibus: abſq; armentis que dereliquerunt in terra Jeſſen. Habuit q; in comitatu cur-
rus ⁊ equites. ⁊ facta eſt turba nō modica. Uene
runtq; ad areā Azad que ſita eſt trans Jordanē
vbi celebrātes exequias planctu magno atq; ve-
hementi inpleuerunt ſeptē dies. Quod cum vi-
diſſent habitatores terre Chanaā dixerūt. Plā
C ctus magnus eſt iſte Egyptijs. Et idcirco voca-
tum eſt nomen loci illius planctus Egypti. Fe-
cerūt ergo filij Jacob ſicut preceperat eis: ⁊ por
tantes eum in terram Chanaam: ſepelierunt eū
in ſpelunca duplici quam emerat Abraā cū agro
in poſſeſſionem ſepulchri ab Ephron Etheo cō
tra faciem Mambre. Reuerſuſq; eſt Joſeph in
Egyptum cum fratribus ſuis ⁊ omni comita-
tu ſepulto patre. Quo mortuo timentes fra-
tres eius et mutuo colloquentes ne forte me-
mor ſit iniurie quam paſſus eſt. et reddat nobis
omne malū ꝙ fecimus. mandauerunt ei dicētes.
Pater tuus p̄cepit nobis ātēq; moreref vt hec
tibi verbis illius diceremus: Obſecro obliuiſca-
ris ſceleris fratrū tuorum ⁊ peccati atq; malicie
quam exercuerunt in te. Nos q; oramus vt ſer-
D uo dei patri tuo dimittas inquitatem hanc. Qui
bus auditis fleuit Joſeph. venerūtq; ad eū fra-
tres ſui: ⁊ proni adorantes in terram dixerunt.
ſ.xlv.b. Serui tui ſumus. Quibus ille reſpondit. Noli-
te timere. Num dei poſſumus reſiſtere volun-
tati. Uos cogitaſtis de me malū: ſed deus vertit
illud in bonū: vt exaltaret me ſicut in preſentia-
rum cernitis ⁊ ſaluos faceret multos pplos. no
lite timere ego paſcam vos ⁊ paruulos veſtros.
Cōſolatuſq; eſt eos ⁊ blande ac leniter eſt locu-
tus ⁊ habitauit in egypto cū omni domo patris
ſui. Uixitq; cētum decē annis: ⁊ vidit ephraym
filios vſq; ad tertiam generationē. Filijq; Ma-
chir filij Manaſſe nati ſunt in genibus Joſeph.
Quibus tranſactis locutus eſt fratribus ſuis.
Poſt mortem meam deus viſitabit vos: et aſcē
Exo.xiij.d. dere vos faciet de terra iſta ad terram quam iu-
Joſue.xx- rauit Abraam: Jſaac: ⁊ Jacob. Cumq; adiuraſ-
iiij.g. ſet eos atq; dixiſſet: deus viſitabit vos: aſporta-
te oſſa mea vobiſcum de loco iſto. Mortuus eſt
expletis centū decem vite ſue annis: ⁊ conditus
aromatibus: repoſitus eſt in loculo in egypto.

Explicit Liber Geneſis.

Incipit liber Elleſchomoth: ideſt Exod⁹

Capituli. Summarium. Nomina fi-
liorum Jſrael qui egreſſi ſunt Egyptū: ⁊ eo-
rum multiplicatio. Quanto oppreſſi ſunt ab
Egyptijs: tantomagis multiplicabātur ob-
ſtetricum clementia. Capl'm. j.

Ec ſunt
noīa filiorum
iſrael: qui in-
greſſi ſunt in
Egyptū cum
Jacob. Sin-
guli cū domi-
bus ſuis in-
troierūt. Ru-
ben Symeon
Leui: Judas
Jſachar Zabulon: ⁊ Beniamin: Dan ⁊ Ne-
ptalim: Gad: ⁊ Aſer. Erant igit oēs aie eorū
que egreſſe ſunt de femore Jacob: ſeptuagin
ta Joſeph aūt in Egypto erat. Quo mortuo
⁊ vniuerſis fratribus eius omniq; cognatiōe
ſua: filij Jſrael creuernut ⁊ quaſi germinan
tes multiplicati ſunt ac roborati nimis: im-
B pleuerunt terrā. Surrexit interea rex nouus
ſuper Egyptum: qui ignorabat Joſeph. Et
ait ad populum ſuū. Ecce populus filiorum
Jſrael multus ⁊ fortior nobis eſt. Uenite ſa-
pienter: opprimamus eum: ne forte multipli
cetur: ⁊ ſi ingruerit cōtra nos bellū addatur
inimicis noſtris: expugnatiſq; nobis egredia
tur e terra. Prepoſuit itaq; eis magiſtros
operum vt affligerēt eos oneribus. Edifica-
ueruntq; vrbes tabernaculorum Pharaoni:
Phiton ⁊ Rameſes. Quantoq; opprimebāt
eos tantomagis multiplicabantur ⁊ creſce-
bant. Oderātq; filios Jſrael Egyptij: ⁊ affli-
gebant illudētes eis inuidētes atq; ad ama-
ritudinem perducebant vitā eorū opibus du
ris luti ⁊ Lateris: oīq; famulatu quo in ter-
re operibs upremebantur. Dixit autem rex
Egypti obſtetricibus hebreorum: quarū vna
vocabaf Sephora: altera Phua: precipiens
eis. Quando obſtetricabitis hebreas: ⁊ par-
tus tempus aduenerit: ſi maſculus fuerit: in
terficite illū: ſi feminā: reſeruate. Timuerunt
autē obſtetrices deū ⁊ non fecerūt iuxta pre-
ceptum regis Egypti: ſed conſeruabant ma
res. Quibus accerſitis ad ſe rex ait. Quidnā
eſt hoc quo facere voluiſtis: vt pueros ſerua-
retis? Que reſponderunt. Non ſunt Hebree
ſicut Egyptie mulieres. Jpſe enim obſtetri
candi habent ſcientiam: ⁊ priuſq; veniamus
ad eas: pariunt. Bene ergo fecit deus obſte-

xxij.q̃.c.ſi qualibet. tricibus ⁊ creuit populus: confortatuſq; eſt nimis. Et quia timuerunt obſtetrices deum: edificauit illis domos. Precepit ergo Pharao omni populo ſuo: dicẽs. Quicquid maſculini ſexus natum fuerit: in flumen proijcite: quicquid feminini: reſeruate.

¶ Capi. Sum. ¶ Moyſes naſcitur: occultatur: in aquam proijcitur: a filia Pharaonis adoptatur: percuſſo Egyptio fugit ad terram Madiam: vbi ſephoram Jetro filiam vxorem duxit: mortuo Egypti rege: filij Jſrael ad deum clamant qui liberauit eos.

Capl'm. ij.

a Egreſſus eſt poſt hec vir de domo Leui: ⁊ accepit vxorem ſtirpis ſue: que concepit ⁊ peperit filium: ⁊ videns eũ elegantem: abſcondit tribus menſibus. Cũq; iam celare nõ poſſet: ſumpſit fiſcellã ſcirpeam et liniuit eam bitumine ac pice: poſuitq; intus infantulũ ⁊ expoſuit eum in carecto ripe fluminis: ſtante procul ſorore eius: ⁊ conſiderante euentũ rei. Ecce autem deſcendebat filia Pharaonis vt lauaretur in flumine: ⁊ puelle eius gradiebantur per crepidinem aluei. Que cum vidiſſet fiſcellam in papyrione: miſit vnam e famulabus ſuis: ⁊ allatam apperiens: cernenſq; in ea paruulum vagientem: miſerta eius ait. De infantibus

B Hebreorum eſt hic. Cui ſoror pueri. Vis inquit, vt vadam ⁊ vocem tibi mulierem Hebream que nutrire poſſit infantulum? Reſpondit. Vade. Perrexit puella: ⁊ vocauit matrem ſuam. Ad quã locuta filia Pharaonis. Accipe ait puerum iſtum ⁊ nutri mihi: ego dabo tibi mercedẽ tuã. Suſcepit mulier ⁊ nutriuit puerũ: adultũq; tradidit filie Pharaonis. Quem illa adoptauit in locum

xiij.q̃.e.c. filij: vocauitq; nomen eius Moyſes: dicẽs: q: de
ꝯ inferenda. aqua tuli eum. Jn diebus illis poſtq̃ creuerat Moyſes: egreſſus eſt ad fratres ſuos: viditq; af
De pe.diſ. flictionem eorum ⁊ virum Egyptium percutien
.c.vt conouerunt tem quendam de Hebreis fratribus ſuis. Cum
.opponit. q; circunſpexiſſet huc atq; illuc et nullum adeſſe vidiſſet percuſſum Egyptium: abſcondit ſa
Actu.vij.d. bulo. Et egreſſus die altero: conſpexit duos hebreos rixantes: dixitq; ei qui faciebat iniuriam. Quare percutis proximum tuum? Qui reſpondit. Quis conſtituit te principem ⁊ iudicem ſuper nos? Num occidere me tu vis: ſicut heri occidiſti egyptium: Timuit Moyſes ⁊ ait. Quomodo palam factum eſt verbum iſtud. Audiuit pharao ſermonẽ hunc: ⁊ querebat occidere moyſen. Qui fugiens de conſpectu eius moratus eſt in terra madiam: ⁊ ſedit iuxta puteum. Erant autem ſacerdoti madiam ſeptem filie: que venerant ad hauriendam aquam: ⁊ impletis canalibus adaquare cupiebant greges patris ſui. Superuenere paſtores ⁊ eiecerunt eas. Surrexitq; Moyſes ⁊ defenſis puellis: adaquauit oues earum. Que cum reuertiſſent ad Jetro patrem ſuum: dixit ad eas. Cur velotius veniſtis ſolito. Reſponderũt. Vir Egyptius liberauit nos de manu paſtorum. Jnſuper ⁊ hauſit aquam nobiſcum: potumq; dedit ouibus. At ille. Vbi eſt inquit. Quare dimiſiſtis hominem. Vocate eũ

D vt comedat panem. Jurauit ergo Moyſes q̃ j.xviij.a.
habitaret cum eo. Accepitq; Sephoram filiam eius vxorem que peperit ei filium quem vocauit Gerſan: dicens. Aduena fui in terra aliena. Alterum vero peperit: quem vocauit Eliazer: dicens. Deus enim patris mei adiutor meus: et eripuit me de manu Pharaonis. Poſt multũ vero temporis mortuus eſt rex Egypti. Et ingemiſcentes filij Jſrael propter opera vociferati ſunt. Aſcenditq; clamor eorum ad deum ab operibus: ⁊ audiuit gemitum eorum ac recordatus eſt federis quod pepigerat cum Habraam: Jſaac et Jacob. Et reſpexit Dominus filios Jſrael et liberauit eos.

¶ Capitu. Summariũ. ¶ Dominus Moyſi de rubo loquitur: et in Egyptum mittit: et predixit populi liberationem.

Capitulum. iij.

a Moyſes autẽ paſcebat oues Jetro ſoceri ſui ſacerdotis madiam. Cumq; minaſſet gregem ad interiora deſerti venit ad montem dei Oreb. Apparuitq; ei Dominus in flamma ignis de medio rubi: et videbatur q̃ rubus arderet et non combureretur. Dixit ergo Moyſes. Vadam ⁊ videbo viſionem hanc magnam quare non comburatur rubus. Cernens autem Dominus q̃ Joſue.v.d.
pergeret ad videndum vocauit eum de medio Actu.vij.
B rubi ⁊ ait. Moyſes Moyſes. Qui reſpondit. Adſum. At ille. Ne appropries inquit huc. Solue calciamentum de pedibus tuis. Locus enim xxxij.q.iiij.
in quo ſtas: terra ſancta eſt. Et ait. Ego ſũ deus recurrat.
patris tui: deus abraã: deus Jſaac ⁊ deus Jacob De pe.diſ.
Abſcõdit moyſes faciẽ ſuã: nõ eñi audebat aſpi j.c.q ſunt.
cere contra deũ. Cui ait dñs. Vidi afflictionem populi mei in Egypto: et clamorem eius audiui

propter duritiā eorū qui preſunt operibꝰ: ⁊ ſciēs
dolorē eius: deſcēdi vt liberē eū de manibus egy
ptiorū: ⁊ educā de terra illa in terrā bonam ⁊ ſpa
cioſam: in terram que fluit lacte ⁊ melle: ad loca
Chananei ⁊ ethei ⁊ amorrei ⁊ pherezei ⁊ euei et
C iebuſei. Clamor ergo filiorū iſrael venit ad me vi
diqꝫ afflictionē eorū qua ab egyptijs opprimun-
tur. Sed veni mittā te ad pharaonem: vt educas
populū meū filios Iſrael de Egypto. Dixitqꝫ
Moyſes ad deū. Quis ſū ego vt vadam ad pha
raonem: ⁊ educā filios Iſrael de Egypto? Qui
dixit ei. Ego ero tecū: ⁊ hoc habebis ſignū qđ
D miſerim te. Cum eduxeris pplm meū de Egy-
pto: immolabis deo ſuper montē iſtū. Ait Moy
ſes ad deū. Ecce ego vadam ad filios Iſrael: ⁊ di
cam eis. Deus patrū veſtrorū miſit me ad vos.
Si dixerint mihi qđ eſt nomē eius: quid dicam
eis. Dixit dñs ad Moyſen. Ego ſum qui ſum.
Ait: Sic dices filijs Iſrael. Qui eſt miſit me ad
vos. Dixitqꝫ iterū Deus ad Moyſen. Hec di-
ces filijs Iſrael. Dñs deꝰ patrū veſtrorū. deꝰ A-
braam ⁊ deus Iſaac ⁊ deus Iacob miſit me ad
vos. Hoc nomen mihi eſt in eternū: ⁊ hoc me-
E moriale meū in generatione ⁊ generationē. Va-
de congrega ſeniores Iſrael ⁊ dices ad eos. Dñs
deus patrū veſtrorū apparuit mihi: deus A-
braam ⁊ deꝰ Iſaac ⁊ deꝰ Iacob: dicēs. Viſitans
viſitaui vos: ⁊ vidi oīa q̄ acciderūt vobis in egy-
pto: ⁊ dixi: vt educā vos de afflictione egypti in
terram Chananei ⁊ ethei ⁊ amorrei ⁊ pherezei ⁊
euei, ⁊ iebuſei: ad terrā fluentē lacte ⁊ melle: ⁊ au
F dient vocem tuam. Ingredieriſqꝫ tu ⁊ ſeniores
Iſrael ad regem egypti: ⁊ dices ad eū. Dñs deꝰ
hebreorū vocauit nos: ibimus viam triū dierum
in ſolitudinē: vt immolemꝰ domino deo noſtro.
j.viij.g. Sed ego ſcio ꝙ non dimittet vos rex Egypti: vt
eatis niſi per manum validam. Extendam enim
G manum meam ⁊ percutiam egyptum in cunctis
j.xj.a.⁊.j. mirabilibus meis: que facturus ſum in medio eo
xij.e. rum. Poſt hoc dimittet vos: daboqꝫ gratiā po-
xiiij.q.v.c. pulo huic corā egyptijs. Et cū egrediemini nō exi
dixit dñs. bitis vacui: ſꝫ poſtulabit mulier a vicina ſua ⁊ ab
di.xxxvij.c. hoſpita ſua vaſa argētea ⁊ aurea ac veſtes: pōetiſ-
legimus. qꝫ eas ſuꝑ filios ⁊ filias vr̄as: ⁊ ſpoliabitis egyptū.

¶ Capituli. Sūmariū ¶ Dat deus Moyſi tria ſigna: ſocium eloquentiorem ſe: a deo petit: Aaron fratrem ſocium habet recedit Moyſes a Jetro: ⁊ vxor eius filium ſuum circuncidit: ⁊ indignata Moyſen dimiſit: Aaron moyſi occurrit: loquitur ad filios Iſrael

Caplm .iiij.

A Reſpondens Moy-
ſes ait. Non credent mihi: neqꝫ
audient vocē meā: ſed dicent
non apparuit tibi dominꝰ. Di-
Primū ſi xit ergo ad eum. Quid eſt qđ te
gnū. de con nes in manu tua? Reſpondit.
ſe. di. ij. c. re Virga. Dixitqꝫ dñs. Proijce
nera. eam in terram. Proiecit: ⁊ verſa eſt in colubrū:
ita vt fugeret Moyſes. Dixitqꝫ dñs. Extende De hoc
manū tuā ⁊ apprehende caudam eius. Extēdit ⁊ cum ...
tenuit: verſaqꝫ eſt in virgā. Ut credant inquit ꝙ cto.
apparuerit tibi dominus deus patrū tuorū: deꝰ
Abraam ⁊ deus Iſaac ⁊ deus Iacob. Dixitqꝫ do B
minus rurſum. Mitte manū tuā in ſinum tuū. Secun
Quam cum miſiſſet in ſinum: protulit leproſam ſignum
inſtar niuis. Retrahe ait manum tuam in ſinum
tuum. Retraxit ⁊ protulit iterum: ⁊ erat ſimilis
carni relique. Si nō crediderint inquit tibi: neqꝫ
audierint ſermonem ſigni prioris: credēt verbo
ſigni ſequentis. Quod ſi nec duobus quidē his
ſignis crediderint nec audierint vocem tuam: ſu
me aquam fluminis ⁊ effunde eam ſuper aridā:
⁊ quicquid hauſeris de fluuio vertetur in ſangui
nem. Ait Moyſes. Obſecro domine non ſum elo Terti
quens ab heri ⁊ nudiuſtertius ⁊ ex quo locutus gnum
es ad ſeruum tuum: impeditioris ⁊ tardioris lin
gue ſum. Dicit dominus ad eum. Quis fecit os C
hominis: aut quis fabricatus eſt mutum ⁊ ſurdū
videntem ⁊ cecum. Nonne ego? Perge igitur
⁊ ego ero in ore tuo: doceboqꝫ te quid loqueris.
At ille: Obſecro dñe inquit: mitte quē miſſurus
es. Iratus Dominꝰ in Moyſen: ait. Aaron fra D
ter tuus leuites: ſcio ꝙ eloquens ſit. Ecce ipſe
egredietur in occurſū tuū: videnſqꝫ te: letabit
corde. Loquere ad eum ⁊ pone verba mea in ore
eius: ⁊ ego ero in ore tuo: ⁊ in ore illius: ⁊ oſten-
dam vobis quid agere debeatis. Et ipſe loque-
tur pro te ad populum: ⁊ erit os tuū tu aūt eris
ei in his que ad deum pertinent. Virgam quoqꝫ E
hanc ſume in manu tua in qua facturꝰ es ſigna.
Abijt Moyſes ⁊ reuerſus eſt ad Jetro ſocerū
ſuum. Dixitqꝫ ei. Vadam ⁊ reuertar ad fratres
meos in Egyptū: vt videam ſi adhuc viuāt. Cui
ait Jetro. Vade in pace. Dixit ergo dominꝰ ad Mo
Moyſen in madiā. Vade ⁊ reuertere in Egyptū
mortui ſunt em̄ oēs qui querebāt aīam tuā. Tu-
lit ergo Moyſes vxorē ſuā ⁊ filios ſuos: ⁊ impo-
ſuit eos ſuper aſinū: reuerſuſqꝫ eſt in Egyptum:
portans virgā dei in manu ſua. Dixitqꝫ ei domi
nus reuertēti in Egyptum. Vide vt oīa oſtenta
que poſui in manu tua facias corā Pharaone.
Ego indurabo cor eius: ⁊ nō dimittet populum.
Diceſqꝫ ad eū. Hec dicit dñs. Filius meus pri F
mogenitus Iſrael. Dixit tibi. Dimitte filium meū
vt ſeruiat mihi: ⁊ noluiſti dimittere eū. Ecce ego
interficiam filiū tuū primogenitū. Cūqꝫ eſſet in
itinere in diuerſorio: occurrit ei dñs ⁊ volebat oc-
cidere eum. Tulit illico ſephora acutiſſimā petrā
et circuncidit preputiū filij ſui. Tetigitqꝫ pedes
eius: ⁊ ait. Sponſus ſanguinum tu mihi es ⁊ di- G
miſit eum poſtq̄ dixerat ſponſus ſanguinum tu
mihi es ob circunciſionem. Dixitqꝫ Dominus
ad Aaron. Vade in occurſum Moyſi in deſer-
tum. Qui perrexit obuiam ei in montem dei: ⁊
oſculatus eſt eum. Narrauitqꝫ Moyſes Aa-
ron omnia verba Domini pro quibus miſerat
eū: et ſigna que mandauerat. Veneruntqꝫ ſi-
mul ⁊ congregauerunt cunctos Seniores filio-
rum Iſrael. Locutuſqꝫ eſt Aaron omnia ver-

ba que dixerat dominus ad Moyſen: ⁊ fecit ſi/
gna coram populo: ⁊ credidit populꝰ. Audierūt
q; ꝙ viſitaſſet dominꝰ filios iſrael et qḋ reſpexiſ/
ſet afflictionem illorum et proni adorauerunt.

¶ Capi. Sūma. ¶ Moyſes et aaron intrant ad pharaoneꝫ: pharao iratꝰ prohiebt paleas dari populo: magis affligūtur: rogat Moyſes dominuꝫ pro populo. Capitulum. v.

A
Post hec ingreſſi ſunt
Moyſes ⁊ Aaron: ⁊ dixerūt pha
raoni. Hec dicit dominꝰ deus iſ/
rael. Dimitte populuꝫ meum vt
ſacrificet mihi in deſerto. At ille
reſpondit. Quis eſt dominus: vt audiam vocem
eius: ⁊ dimittā iſrael. Neſcio dominum: et iſrael
non dimittam. Dixerunt. Deus hebreorum vo
cauit nos vt eamus viam triuꝫ dierum in ſolitu/
dineꝫ: ⁊ ſacrificemus domino deo noſtro: ne for/
te accidat nobis peſtis aut gladius. Ait ad eos
B rex egypti. Quare Moyſes ⁊ Aarō ſollicitatis
populum ab operibus ſuis. Ite ad onera veſtra
Dixitq; pharao. Multus eſt populꝰ terre. Vi/
detis ꝙ turba ſuccreuerit: q̄to magis ſi dederi/
tis eis requiem ab operibus. Precepit ergo in
die illo prefectis operuꝫ ⁊ exactoribus populi: di
cens. Nequaq̄ vltra dabitis paleas populo ad
conficiendos lateres ſicut prius: ſed ipſi vadant
⁊ colligant ſtipulas ⁊ menſuras laterum quā pri
us faciebant imponetis ſuper eos nec minuetis
quicq̄. Vacant enim: ⁊ idcirco vociferantur: di/
centes. Eamus et ſacrificemus deo noſtro. Op/
C primantur operibus ⁊ expleant ea vt nō acquie/
ſcant verbis mēdacibus. Igitur egreſſi prefecti
operum ⁊ exactores ad populum dixerunt. Sic
dicit pharao. Non do vobis paleas. Ite ⁊ colli/
gite ſicubi inuenire poteritis: nec minuet̄ quicq̄
de opere veſtro. Diſperſuſq; eſt ppl's per omnē
terram egypti ad colligendas paleas. Prefecti
quoq; operuꝫ inſtabant: dicētes. Cōplete opus
veſtrum quotidie vt prius facere ſolebatis quan
do dabantur vobis palee. Flagellatiq; ſunt qui
preerant operibus filioruꝫ iſrael ab exactoribus
pharaonis: dicentibus. Quare non impletis mē
ſuraꝫ lateruꝫ ſicut prius: nec heri nec hodie. Ve
neruntq; prepoſiti filiorū iſrael ⁊ vociferati ſunt
ad pharaoneꝫ dicentes. Cur ita agis contra ſer/
uos tuos. Palee non dantur. nobis ⁊ lateres ſi/
milit̄ imperant̄. En famuli tui flagellis cedimur
⁊ iniuſte agitur contra populum tuum. Qui ait.
Vacatis ocio: ⁊ idcirco dicitis. Eamus ⁊ ſacrifi/
cemus domino. Ite ergo et operamini. Palee nō
dabuntur vobis: ⁊ reddetis conſuetum numerū
laterum. Videbantq; ſe prepoſiti filiorum iſrael D
in malum: eo ꝙ diceretur eis. Non minuet̄ quic
q̄ de lateribus per ſingulos dies. Occurrerūtq;
Moyſi ⁊ Aaron: qui ſtabant ex aduerſo: egredi ē
tes a pharaone: ⁊ dixerūt ad eos. Videat domi/
nus ⁊ iudicet: quoniā fetere feciſtis odorē noſtrū
coraꝫ pharaone ⁊ ſeruis eius: ⁊ prebuiſtis ei gla/
dium vt occideret nos. Reuerſuſq; Moyſes ad
dominuꝫ ait. Domine cur afflixiſti populū iſtū.
Quare miſiſti me. Ex eo eniꝫ quo ingreſſus ſuꝫ
ad pharaonem vt loquerer ex nomine tuo: affli/
xit populum tuum: et non liberaſti eos.

¶ C. S. ¶ Dn̄s pmittit vt eruet eos de manu egyptiorꝫ: ppl's iſrael nō audit: narrant̄ gn̄ationes rubē: ſymeon: leui vſq; ad moyſen ⁊ aaron quorum pater ⁊ mater noīantur. Capl'm. vj.

Dixit dominꝰ ad moy A
ſen. Nunc videbis que facturus
ſum pharaoni. Per manuꝫ eniꝫ
fortem dimittet eos: et in manu
robuſta eijciet illos de terra ſua.
Locutuſq; eſt dominus ad Moyſen: dicēs. Ego
dominus qui apparui Abraam Iſaac et Iacob
in deo omnipotente: et nomē meuꝫ Adonai: nō
indicaui eis: Pepigiq; fedus cum eis vt darem
illis terram chanaan terram peregrinationis eo
rum in qua fuerunt aduene. Ego audiui gemi/
tum filioruꝫ iſrael quo egyptij oppreſſerunt eos
⁊ recordatus ſuꝫ pacti mei. Ideo dic filijs iſrael:
ego dominus qui educam vos de ergaſtulo egy/
ptiorum: ⁊ eruaꝫ de ſeruitute: ac redimam in bra
chio excelſo et iudicijs magnis: et aſſumam vos B
mihi in populum: ⁊ ero veſter deus. Et ſcietis ꝙ
ego ſum deus veſter qui eduxerim vos de erga/
ſtulo egyptiorum: ⁊ induxerim vos in terraꝫ ſu/
per quam leuaui manuꝫ meam vt darem eā Abra
am: Iſaac ⁊ Iacob: daboq; illam poſſidēdaꝫ vo/
bis: ego dominus. Narrauit ergo Moyſes om/
nia filijs iſrael: qui non acquieuerunt ei propter
anguſtiam ſpiritus ⁊ opus duriſſimuꝫ. Locutuſ
q; eſt dominus ad Moyſen: dicens. Ingredere
⁊ loquere ad pharaonem regem egypti vt dimit
tat filios iſrael de terra ſua. Reſpondit Moyſes
coram domino: Ecce filij iſrael non audiunt me:
⁊ quomodo audiet pharao: preſertim cū incircū
ciſus ſim labijs: Locutuſq; eſt dominꝰ ad Moy
ſen ⁊ Aaron: ⁊ dedit mandatum ad filios iſrael ⁊
ad pharaonē regē egypti vt educerēt filios iſrael C
de terra egypti. Iſti ſunt principes domorū per Gen̄. xlvj.

Nu.xxvj.a familias ſuas. Filij ruben primogeniti. Iſrael:
j.Pa.v.a. Enoch ⁊ Phallu Eſrō ⁊ Charmi. He cognatio
nes Rubē: filij Symeō Jamuel ⁊ Jami ⁊ Abod
⁊ Jachin ⁊ Soher ⁊ Saul filius Chananitidis.
He progenies Symeō. Et hec noīa filioꝝ Leui
per cognationes ſuas: Gerſon ⁊ Coath ⁊ mera
ri. Anni autem vite Leui fuerunt centūtriginta
j.Para.xx ſeptem. Filij Gerſon Lobeni ⁊ Semei per cog-
iij.a. nationes ſuas. Filij Chaath: Amrā ⁊ Jſuar ⁊
Nu.xxvj.g Hebrō ⁊ Oziel. Anniq; vite Caath centūtrigin-
tatres. Filij Merari Mooli et Muſi. He co-
gnatiōes Leui per familias ſuas. Accepit autē
Amrā vxorem Jochabeth Patruelē ſuam que
D peperit ei Aaron ⁊ Moyſen ⁊ Mariam. Fuerūt
q; anni vite Amrā centūtrigintaſepteꝫ. Filij quo
q; Jſuar: Chore ⁊ Napheg ⁊ Zechri: filij quoq;
Oziel miſahel ⁊ Eliſaphaꝫ ⁊ Sechri. Accepit au
tem Aaron vxoreꝫ Elizabeth filiam Aminadab
ſororem Naaſon que peperit ei Nadab et
Abiu ⁊ Eleazar et Jthamar filij quoq; Cho-
re Aſer ⁊ helcana ⁊ Abiaſab. He ſunt cognatio-
nes Choritarum. At vero Eleazar filius Aaron
accepit vxorē de filiabus Phutiel: que peperit
ei phinees. Hi ſunt pricipes familiarū leuiticaꝝ
per cognationes ſuas. Jſte eſt Aaron ⁊ Moyſes
quibus precepit dominus vt educerēt filios Jſ-
rael de terra egypti per turmas ſuas. Hi ſūt qui
loquuntur ad Pharaonē regem egypti: vt edu
cant filios Jſrael de egypto. Jſte eſt Moyſes ⁊
Aaron in die qua locutus eſt dominus ad Moy
ſen in terra Egypti. Et locutꝰ ē Dñs ad Moy
ſen: dicēs: Ego dominus: Loquere ad Pharao
nem regem egypti: omnia que ego loquor tibi.
Et ait Moyſes coram domino: Et incircūciſus
labijs ſum. Quomodo audiet me Pharao.

Capituli. Summarium. Moyſes: deus
Pharaonis conſtituitur: intrāt ad Pharaonē
a Moyſes ⁊ Aaron: virga vertiť in colubruꝫ aqua
virga percutitur ⁊ fit ſanguis. Capi.vij.

Dixit dñs ad Moy-
ſen: Ecce cōſtitui te deū Pha
raonis. ⁊ Aarō frater tuus: erit
propheta tuus: Tu loqueris
omnia que mando tibi: ⁊ ille lo
quetur ad Pharaonem vt di-
mittat filios iſrael de terra ſua
Sed ego indurabo cor eius et multiplicado ſi-
gna. et oſtenta mea in terra egypti: et nō audiet
vos. Jmmittāq; manuꝫ meam ſuper egyptuꝫ et
educam exercituꝫ ⁊ populuꝫ meum filios Jſrael
de terra egypti per iudicia maxima. Et ſciēt egy
ptij: quia ego ſum dominus qui extenderiꝫ ma-
B nuꝫ meam ſuper egyptum ⁊ eduxerim filios Jſ-
rael de medio eoruꝫ. Fecit itaq; Moyſes ⁊ Aarō
ſicut preceperat dominus: ita egerunt. Erat au-
tem Moyſes octoginta annoruꝫ: ⁊ Aaron octo
gintatrium quando locuti ſunt ad Pharaoneꝫ.
Dixitq; dominus ad Moyſen et Aaron: Cum
dixerit vobis Pharao oſtendite ſigna dices ad
Aaron: Tolle virgam tuam ⁊ proijce eam coram
Pharaone: ac vertatur in colubrum. Jngreſſi
itaq; Moyſes et Aaron ad Pharaonem: fece-
runt ſicut preceperat dominus. Tulitq; Aaron ij.Th
virgam coram Pharaone ⁊ ſeruis eius que ver
ſa eſt in colubrum. Vocauit autem Pharao ſa-
pientes et maleficos: et fecerunt etiā ipſi per in-
cantationes egyptias et arcana quadam ſimili-
ter. Proiceruntq; ſinguli virgas ſuas: que ver-
ſe ſunt in dracones. Sed deuorauit virga Aaron
virgas eorū. Jnduratumq; eſt cor Pharaonis
⁊ nō audiuit eos ſicut preceperat dominus. Di
xit autem dominus ad Moyſen: Jngrauatum
eſt cor Pharaonis: et non vult dimittere popu-
luꝫ. Vade ad euꝫ mane. Ecce egrediet ad aquas.
Et ſtabis in occurſum eius ſuper ripam flumi-
nis: ⁊ virgam que conuerſa eſt in draconem: tol- j.vij
les manu ī tua: dicenſq; ad eum: Dominus de-
us hebreoruꝫ miſit me ad te: dicens dimitte po-
puluꝫ meum vt ſacrificet mihi in deſerto et vſq;
ad preſens audire noluiſti. Hec igiť dicit domi-
nus: Jn hoc ſcies ꝙ ſim dominus: Ecce percutiā
in virga que in manu mea eſt aquam fluminis:
et vertetur in ſanguinē. Piſces quoq; qui ſunt
in fluuio morientur: ⁊ computreſcent aque ⁊ affligē
tur egyptij bibentes aquā fluminis: dixit quoq;
dominus ad Moyſen: dic ad Aaron: Tolle virgā
tuam ⁊ extendes manū tuam ſuper aquas egyp
ti: ⁊ ſuper fluuios eorum. ⁊ riuos ac paludes: et
omnes lacus aquarum vt vertantur in ſanguinē
et ſit cruor in omni terra egypti: tam in ligneis
vaſis: ꝙ̄ in ſaxeis. Feceruntq; Moyſes ⁊ Aaron
ſicut preceperat dominus. Et eleuans virgam
percuſſit aquam fluminis coram Pharaone et
ſeruis eius que verſa eſt in ſanguinem. et piſces
qui erant in flumine: mortui ſunt. Computruit
q; fluuius ⁊ non poterant egyptij bibere aquaꝫ
fluminis: et fuit ſanguis ī tota terra egypti. Fe- ij.c.
ceruntq; ſimiliter malefici egyptiorum incanta
tionibus ſuis. Et induratum eſt cor Pharao-
nis: nec audiuit eos ſicut preceperat dominus:
Auertitq; ſe: ⁊ ingreſſus eſt domum ſuam: nec
appoſuit cor etiam hac vice. Foderunt autē oēs
egyptij ꝑ circuitū fluminis aquā vt biberēt. Non
enī poterāt bibere aquā fluminis. Jmpletiq; ſunt
ſeptem dies: poſtꝙ̄ percuſſit dominus fluuium.

Capi. Sūma. Pharao pplm dimittere
promittens ⁊ nō faciens percutitur egyptus: ra
na: cynife: ⁊ muſca grauiſſima: Pharao ſacrifica
re pplo Jſrael permittit. Capitulum.viij.

Dixit dñs ad Moyſē:
Jngredere ad pharaonē: ⁊ dices
ad eum: Hec dicit dñs. Dimitte
pplꝫ meuꝫ vt ſacrificet mihi. Si
autē nolueris dimittere: ecce ego
percutiā oēs terminos tuos ranis: ⁊ ebulliet flu
uius ranas que aſcēdent: ⁊ ingredient in domum
tuam: ⁊ cubiculū lectuli tui: ⁊ ſuper ſtratū tuuꝫ:

⁊ in domos ſeruorum tuorum: ⁊ in populū tuū: ⁊
in furnos tuos ⁊ in reliquias ciborum tuorum:
⁊ ad te ⁊ ad populum tuū ⁊ ad omnes ſeruos tu-
os: intrabunt rane. Dixitqꝫ dominus ad moy-
B ſen. Dic ad Aaron: Extende manū tuam ſuper
fluuios ac ſuper riuos et paludes: ⁊ educ ranas
ſuper terram egypti. Extendit Aaron manum
Scda pla- ſuper aquas egypti. ⁊ aſcenderunt rane: operue-
ga egypti. runtqꝫ terram egypti. Fecerunt autem ⁊ male-
fici per incantationes ſuas ſimiliter: eduxerūtqꝫ
ranas ſuper terrā egypti. Vocauitqꝫ autē Pha-
xvij. diſ.c. rao moyſen ⁊ Aaron: ⁊ dixit eis. Orate dominū
...gimus.ſ. vt auferat ranas a me ⁊ a populo meo: ⁊ dimittā
...ine etiã. populum vt ſacrificet domino. Dixitqꝫ Moy-
C ſes ad Pharaonē. Conſtitue mihi quādo depre-
cer pro te ⁊ pro ſeruis tuis ⁊ pro pplo tuo vt abi-
gantur rane a te et a domo tua: ⁊ a ſeruis tuis ⁊
a populo tuo: ⁊ tantū in flumine remaneāt. Qui
reſpondit. Cras. At ille iuxta inquit verbum tu-
um faciam vt ſcias quoniā non eſt ſicut domi-
nus deus noſter: et recedent rane a te ⁊ a domo
tua: ⁊ a ſeruis tuis ⁊ a populo tuo: et tantum in
flumine remanebunt. Egreſſiqꝫ ſunt Moyſes ⁊
D Aaron a Pharaone: ⁊ clamauit Moyſes ad do-
minum pro ſponſione ranarū quam condixerat
Pharaoni. Fecitqꝫ dominus iuxta verbū Moy-
ſi: ⁊ mortue ſunt rane de domibus ⁊ de villis ⁊ de
agris. Congregaueruntqꝫ eas in immenſos ag-
geres: ⁊ computruit terra. Videns autē Pha-
rao ꝙ data eſſet requies ingrauauit cor ſuū: et
non audiuit eos ſicut preceperat dominus. Di-
xitqꝫ dominus ad Moyſen. Loquere ad Aaron:
Extende virgam tuam ⁊ percute puluerē terre
⁊ ſint cynifes in vniuerſa terra egypti. Fecerunt
Tertia pla- qꝫ ita: Et extendit Aaron manū virgā tenens:
ga. S.iij.f. percuſſitqꝫ puluerē terre: ⁊ facti ſunt cinifes in
hominibus et iumentis. Omnis puluis terre
verſus eſt in cynifes per totam terram egypti.
E Feceruntqꝫ ſimiliter malefici incātationibus ſu-
is vt educerent cynifes et non potuerunt. Erāt-
qꝫ cynifes tam in hominibus ꝙ in iumentis. Et
dixerunt malefici ad Pharaonē: Digitus dei
eſt hic. Induratūqꝫ eſt cor Pharaonis et non
audiuit eos ſicut preceperat dominꝰ. Dicit quo-
qꝫ dominus ad Moyſen: Conſurge diluculo: et
x.c. ſta corā Pharaone. Egredietur enī ad aquas
Et dices ad eū hec dicit dominus: Dimitte po-
pulū meum vt ſacrificet mihi: ꝙ ſi non dimiſe-
ris eum: ecce immittā in te ⁊ in ſeruos tuos et
in populum tuum: ⁊ in domos tuas omne genꝰ
muſcarum: ⁊ implebuntur omnes domus egy-
ptiorū muſcis diuerſi generis: ⁊ vniuerſa terra in
F qua fuerint. Faciāqꝫ mirabilem in die illa terrā
geſſen in qua populus meus eſt: vt non ſint ibi
muſce ⁊ ſcias quoniā ego dominus in medio ter-
Quarta re: ponamqꝫ diuiſionem inter populū meū et
plaga. populū tuū. Cras erit ſignū iſtud. Fecitqꝫ do-
minꝰ ita. Et venit muſca grauiſſima in domos
Pharaonis ⁊ ſeruorū eius: ⁊ in oēm terrā egy-
pti: corruptaqꝫ eſt terra ab huiuſcemodi muſcis
Vocauitqꝫ Pharao Moyſen ⁊ Aarō: ⁊ ait eis:

Ite: et ſacrificate deo veſtro in terra hac. Et ait
Moyſes: Non poteſt ita fieri. Abominationes
enim egyptiorū immolabimꝰ domino deo nr̄o. G
Quod ſi mactauerimꝰ ea que colunt egyptij co-
ram eis lapidibus nos obruēt. Viam trium die-
rum pergemus in ſolitudinem et ſacrificabimꝰ
domino deo noſtro ſicut p̄cepit nobis. Dixitqꝫ
Pharao: Ego dimittam vos vt ſacrificetis do- S.iij.f.
mino deo veſtro in deſerto: veruntamē lōgius
ne abeatis. Rogate pro me. ⁊ ait moyſes: Egreſ-
ſus a te: orabo dominū vt recedat muſca a Pha-
raone et a ſeruis ſuis: ⁊ a populo eius cras. Ve-
runtamen noli vltra fallere. vt non dimittas po-
pulum ſacrificare domino. Egreſſuſqꝫ Moyſes
a Pharaone: orauit dn̄m. Qui fecit iuxta verbū
illius: ⁊ abſtulit muſcas a Pharaone ⁊ a ſeruis
ſuis et a populo eius. Nō ſuperfuit: nec vna qui-
dem. Et ingrauatum eſt cor Pharaonis: ita vt
nec hac quidem vice dimitteret populum.

¶ Capi. Sum. ¶ Mors pecudum: veſice tur-
gentes: tonitrua ⁊ grando: Pharao promittit
dimittere populum: Moyſes orat dominum: et
tonitrua ⁊ grando ceſſant: Pharao ingraua-
tus populum non dimittit. Capitulū. ix.

DIxit autem dominꝰ A
ad Moyſen: Ingredere ad pha-
raonem ⁊ loquere ad eum: Hec
dicit dn̄s deus Hebreorū. Di-
mitte populum meum vt ſacri-
ficet mihi. Quod ſi adhuc renuis
⁊ retines eos ecce manus mea
erit ſuper agros tuos ⁊ ſuper equos ⁊ aſinos et
camellos ⁊ oues ⁊ boues: peſtis valde grauis. Et
faciet dominus mirabile inter poſſeſſiōes Iſrael
et poſſeſſiones Egyptiorum: vt nihil omnino pe-
reat ex his que pertinēt ad filios Iſrael. Conſti-
tuitqꝫ dn̄s tēpus dicens. Cras faciet dn̄s verbū
iſtud in terra. Fecit ergo dn̄s verbū hoc altera
die: mortuaqꝫ ſunt oīa aīantia Egyptiorū. De B
animalibus vero filiorū Iſrael: nihil oīno periit.
Et miſit Pharao ad videndum: nec erat quicꝙ Quinta
mortuum de his que poſſidebat Iſrael. Ingra- plaga.
uatumqꝫ eſt cor pharaonis ⁊ nō dimiſit populū.
Et dixit dn̄s ad Moyſen ⁊ Aaron: Tollite ple-
nas manus cineris de camino: ⁊ ſpergat illum
Moyſes in celum coram Pharaone: ſitqꝫ pul-
uis ſuper omnem terram Egypti. Erūt enim in
hoībus ⁊ iumentis vlcera ⁊ veſice turgentes in
vniuerſa terra Egypti. Tulerūtqꝫ cinerem de ca- Sexta pla-
mino ⁊ ſteterunt coram pharaone: ⁊ ſparſit illū ga.
Moyſes in celum. Factaqꝫ ſunt vlcera veſicarū:
turgentium in hominibus ⁊ iumentis nec pote-
rant malefici ſtare coram Moyſe: propter vlce- C
ra que in illis erant: ⁊ in omni terra Egypti. In-
durauitqꝫ dominus cor Pharaonis ⁊ non au- S.viij.c.
diuit eos: ſicut locutus eſt dominus ad Moy-
ſen. Dixitqꝫ dominus ad Moyſen. Mane con-
ſurge et ſta coram Pharaone: ⁊ dices ad eum:

D Hec dicit dominus deus hebreorū5. Dimitte po-
pulum meum vt ſacrificet mihi quia in hac vice
mittā5 omnes plagas meas ſuper cor tuum et
ſuper ſeruos tuos et ſuper populum tuū5: vt ſci
as ꝙ non ſit ſimilis mei in omni terra. Nūc em̄
Ro.ix.d. extendens manum: percutiam te ⁊ populū5 tu-
um peſte: peribiſq; de terra. Idcirco autem po-
ſui te vt oſtendam in te fortitudinē5 meam: ⁊ nar
retur nomen meum in omni terra. Adhuc reti-
nes populu5 meum: ⁊ non vis eū5 dimittere. Et
pluam cras hac ipſa hora grandinē5 multam ni-
mis: qualis non fuit in egypto a die qua fundata
eſt vſq; in preſens tempus. Mitte ergo iā5 nūc
et congrega iumenta tua: ⁊ omnia que habes in
agro. Homines enim ⁊ iumenta et vniuerſa que
E inuenta fuerint foris: nec congregata de agris:
cecideritq; ſuper ea grando: morientur. Qui ti-
muit verbum domini de ſeruis pharaonis fecit
confugere ſeruos ſuos: ⁊ iumenta in domos qui
autem neglexit ſermonem domini: dimiſit ſer-
uos ſuos ⁊ iumenta in agris. Et dixit dominus
ad Moyſen. Extende manum tuam in celū5 vt
fiat grando in vniuerſa terra egypti ſuper homi
nes et ſuper iumenta: et ſuper omnem herbam
agri in terra egypti. Extendit. Moyſes virgam
vij. Plaga in celum: ⁊ dominus dedit tonitrua ⁊ grandinē5
ac diſcurrentia fulgura ſuper terram. Pluitq;
dominus grandinē ſuper terrā5 egypti et gran
F do et ignis mixta pariter ferebantur. Tāteq; fu-
it magnitudinis q̄ta ante nunquā apparuit in
vniuerſa terra egypti ex quo gens illa cōdita eſt
I.q.j.ca .ec- ⁊ percuſſit grando in omni terra egypti cuncta
cleſia. que fuerunt in agris ab homine vſq; ad iumētū
S.ite5 pctō Cunctam herbā5 agri percuſſit grando ⁊ omne
egyptiorū5 lignum regionis confregit. Tantu5 in terra geſ-
ſen: vbi erant filij iſrael: grando non cecidit. Mi
ſitq; pharao ⁊ vocauit Moyſen ⁊ Aaron: dicēs
ad eos. Peccaui etiā5 nunc. Dominus iuſtus:
⁊ ego et populus meus impij. Orate dominum
vt deſinant tonitrua dei et grando vt dimittam
vos ⁊ nequaq; hic vltra maneatis. Ait Moyſes.
G Cum egreſſus fuero de vrbe: extendam palmas
meas ad dominū5: ⁊ ceſſabūt tonitrua ⁊ grando
nō erit vt ſcias: quia domini eſt terra. Noui au-
tem ꝙ tu ⁊ ſerui tui necdū timeatis dominū5 de
um. Linū ergo ⁊ hordeū5 leſum eſt. eo ꝙ horde-
um eſſet virens ⁊ linum iā5 folliculos germina-
ret. Triticum autem ⁊ far non ſunt leſa quia: ſe-
rotina erant. Egreſſuſq; Moyſes a pharaone
ex vrbe: tetendit manus ad dominū: ⁊ ceſſauerūt
tonitrua ⁊ grādo: nec vltra ſtillauit pluuia ſuper
terram. Videns autē pharao ꝙ ceſſaſſet pluuia
⁊ grando ⁊ tonitrua: auxit peccatum: ⁊ in graua
tum eſt cor eius: ⁊ ſeruorum illius: ⁊ induratum
nimis: nec dimiſit filios iſrael ſicut pceperat do
minus per manum Moyſi.

¶ Capituli. Summa. Venit locuſta: pharao fi-
lijs iſrael ſacrificare cōcedit: ſed reuocat: veniūt
tenebre: iterum permittit: et ſtatim recuſat.

Capitulum decimum.

E dixit dominus ad A
Moyſen Ingredere ad pharao-
nem Ego enī5 induraui cor eius
⁊ ſeruorū5 illius: vt faciam ſigna
mea hec in eo: ⁊ narres in aurib⁹
filij tui ⁊ nepotum tuorum: quo-
tiens contriuerim egyptios: ⁊ ſigna mea feceri5
in eis: ⁊ ſciatis quia ego dominus deus. Intro-
ierunt ergo Moyſes ⁊ Aaron ad Pharaonem
⁊ dixerunt ei. Hec dicit dominus deus hebreo-
rum. Vſquequo non vis ſubijci mihi. Dimitte
populu5 meum vt ſacrificet mihi. Si autem re-
ſiſtis ⁊ non vis dimittere eum: ecce ego inducā5
cras locuſtam in fines tuos que operiet ſuperfi-
cie5 terre nec quicq; eius appareat: ſed comedat B
quod reſiduū fuit grandini. Corrodet em̄ omnia
ligna que germinant in agris: ⁊ implebit domos
tuas: ⁊ ſeruorū tuorū ⁊ omniū Egyptiorū: q̄tu5
non viderūt patres tui ⁊ aui ex quo orti ſunt ſu-
per terram vſq; in preſentem diem. Auertitq; ſe
et egreſſus eſt a Pharaone. Dixerūt aūt ſerui
Pharaonis ad eum. Vſquequo patiemur hoc
ſcandalum. Dimitte homines vt ſacrificent dn̄o
deo ſuo. Nonne vides ꝙ perierit Egyptus. Re
uocaueruntq; Moyſen ⁊ Aaron ad Pharao-
nem: qui dixit eis. Ite ſacrificate domino deo ve- C
ſtro. Qui nam ſunt qui ituri ſunt. Ait Moyſes:
cum paruulis noſtris ⁊ ſenioribus pergemus: cū
filijs ⁊ filiabus cum ouibus ⁊ armentis. Eſt em̄
ſolennitas domini dei noſtri. Et reſpōdit Pha-
rao. Sic dominus ſit vobiſcu5. Quomodo ego
dimittam vos ⁊ paruulos veſtros: cui dubiū eſt
ꝙ peſſime cogitetis. Non fiet ita: ſed ite tm̄ vi-
ri ⁊ ſacrificate domino. Hoc enim ⁊ ipſi petiſtis.
Statimq; eiecti ſunt de cōſpectu Pharaonis.
Dixit autē dominus ad Moyſen. Extende ma-
num tuam ſuper terram Egypti ad locuſtā5: vt
deſcendat ſuper eam: ⁊ deuoret omnem herbam
que reſidua fuerit grandini. Et extendit Moy-
ſes virgam ſuper terram Egypti: ⁊ dominus in
induxit ventum vrentem tota die illa: ⁊ nocte. D
Et mane facto: ventus vrens leuauit locuſtas. viij.
Que aſcenderunt ſuper vniuerſam terram Egy
pti ⁊ ſederunt in cunctis finibus Egyptiorum
innumerabiles: quales ante illud tempus nō fue
runt: nec poſtea future ſunt. Operueruntq; vni-
uerſam ſuperficiem terre vaſtantes omnia. De-
uorata eſt igitur herba terre: ⁊ quicquid pomo-
rum in arboribus fuit que grando dimiſerat. Ni
hil quoq; omnino virens relictum eſt in lignis ⁊
in herbis terre: in cuncta Egypto. Quamobre5
feſtinus Pharao vocauit Moyſen ⁊ Aaron et E
dixit eis. Peccaui in dominum deum veſtrum ⁊
in vos: Sed nunc dimittite peccatum mihi etiā
hac vice: et rogate dominum deum veſtrum: vt
auferat a me mortem iſtā. Egreſſuſq; eſt Moy-
ſes de conſpectu Pharaonis ⁊ orauit dominū.
Qui flare fecit ventum ab occidente vehementiſ
ſimum: et arreptam locuſtam proiecit in mare
rubrum. Non remanſit nec vna quidem in cun-

A ctis finibus Egypti. Et indurauit dominus cor
Pharaonis: nec dimiſit filios Iſrael. Dixit au-
tem dominus ad moyſen. Extende manum tuã
in celum: ⁊ ſint tenebre ſuper terrã Egypti tam
F denſe vt palpari queant. Extenditq; Moyſes
manum in celum. Et facte ſunt tenebre horribi-
Plaga. les in vniuerſa terra Egypti. Tribus diebus ne-
Sapi. xvij. mo vidit fratrẽ ſuuz: nec mouit ſe de loco in quo
xviij. a. erat. Ubicunq; autem habitabãt filij Iſrael: lux
erat. Uocauitq; Pharao Moyſen ⁊ Aaron: et
dixit eis. Ite ſacrificate domino. Oues tm̃ veſtre
G ⁊ armenta remaneant: paruuli veſtri eant vobi-
ſcum. Ait moyſes. Hoſtias quoq; ⁊ holocauſta
dabis nobis: que offeram⁹ domino deo noſtro.
Cuncti greges pergent nobiſcũ: non remanebit
ex eis vngula que neceſſaria ſunt in cultum domi
ni dei noſtri: preſertim cum ignoremus quid de-
beat immolari: donec ad ipſum locum perueniamus.
Indurauit autem dominus cor Pharao-
nis ⁊ noluit dimittere eos. Dixitq; Pharao ad
Moyſen. Recede a me ⁊ caue: ne vltra videas fa
ciem meam: quocunq; die apparueris mihi mo-
rieris. Reſpondit moyſes. Ita fiet vt locutus es.
Non videbo vltra faciem tuam.

Capituli. Summariũ. Deus moyſi pre-
dixit decimam plagam: ⁊ vt populus Iſrael ab
Egyptijs accommodet vaſa. Capl'z. xi.

A
iij. g. et in
a. xij. c.
ET dixit domin⁹ ad
Moyſen. Adhuc vna plaga tan
gam Pharaonem ⁊ Egyptũ:
et poſt hec dimittet vos: et exi
re compellet. Dices ergo om-
ni plebi vt poſtulet vir ab ami-
co ſuo: et mulier a vicina ſua va
Eccleſiaſti ſa argentea et aurea et veſtem. Dabit autem do
i. xlv. a. minus gratiã populo ſuo coram Egyptijs. Fuit
B q; moyſes vir magnus valde in terra Egypti
coram ſeruis Pharaonis et omni populo. Et
ait. Hec dicit dñs. Media nocte ingrediar Egy
ptum: et morietur omne primo genitum in ter-
ra Egyptiorum a primogenito Pharaonis qui
ſedet in ſolio eius vſq; ad primogenitũ ãcille que
eſt ad molam: et omnia primogenita iumẽtorũ.
C Eritq; clamor magnus in vniuerſa terra Egy-
pti: qualis nec ante fuit nec poſtea futurus eſt.
Apud omnes autem filios Iſrael non mutiet ca
nis ab homine vſq; ad pecus vt ſciatis quãto mi
raculo diuidat dñs Egyptios et Iſrael. Deſcen
dentq; omnes ſerui tui iſti ad me: et adorabunt
me: dicentes. Egredere tu et omnis popul⁹ qui
D ſubiectus eſt tibi. Poſt hec egrediemur. Et exi-
uit a Pharaone Iratus nimis. Dixit autẽ do-
minus ad Moyſen. Non audiet vos Pharao
vt multa ſigna fiant in terra Egypti. Moyſes
autem et Aaron fecerunt omnia ſigna et oſten-
ta que ſcripta ſunt coram Pharaone: et indura
uit dominus cor Pharaonis: nec dimiſit filios
Iſrael de terra ſua.

Capi. Sũma. De eſu agni paſchalis pre
ceptum: de ſanguine ſuper poſtes: de azymis pa
nibus: et de occiſione primogenitorum: de ſpo-
liatione Egyptiorũ; de exitu ex Egypto: de re-
ligione phaſe. Capitulum. xij.

DIxit quoq; domin⁹ A
ad Moyſen et Aaron in terra
Egypti. Mẽſis iſte vobis prin
cipium menſiuz primus erit in
menſibus anni. Loquimini ad
vniuerſuz cetum filioꝝ Iſrael.
et dicite eis. Decima die menſis
huius tollat vnuſquiſq; agnũ per familias et
domos ſuas. Si autẽ minor eſt numerus vt ſuf
ficere poſſit ad veſcendum agnũ: aſſumet vicinũ
ſuum qui coniunctus eſt domui eius iuxta nu-
merũ aiaruz: que ſufficere poſſunt ad eſum agni.
Erit autẽ agnus abſq; macula maſculus anniculus.
Iuxta quẽ ritum tolletis et edum: et ſerua-
bitis eum vſq; ad quartamdecimã diem menſis
huius. Immolabitq; eum vniuerſa multitudo fi De dſe. di.
liorũ Iſrael ad veſperam: et ſument de ſanguine ij. c. quid ſit
eius: ac ponent ſuper vtrũq; poſtẽ et in ſuperli- ſanguis.
minaribus domorum in quibus comedent illuz.
Et edẽt carnes nocte illas aſſas igni: et azymos B
panes cum lactucis agreſtibus. Nõ comedetis
ex eo crudum quid. nec coctum aqua: ſed aſſum
tm̃ igni. Caput cum pedibus eius et inteſtinis
vorabitis: nec remanebit quicq̃ ex eo vſq; mane.
Si quid reſiduũ fuerit: igne cõburetis. Sic au-
tem comedetis illũ. Renes veſtros accingetis: et
calciamenta habebitis in pedibus: tenẽtes bacu
lum in manib⁹: et comedetis feſtinanter. Eſt em̃
phaſe: id eſt tranſitus dñi. Et tranſibo per ter-
ram Egypti nocte illa: percutiãq; omne primo-
genitum in terra Egypti ab homine vſq; ad pe-
cus: et in cunctis dijs Egypti faciã iudicia: ego
dominus: Erit autem ſanguis vobis in ſignum Hebre. ix. e
in edibus in quibus eritis: et videbo ſanguinem
et tranſibo vos: nec erit vobis plaga diſperdens
quando percuſſero terram Egypti. Habebitis C
autem hunc diem in monimentũ: et celebrabitis
eam ſolennẽ dño in generatiõibus veſtris cultu
ſempiterno. Septez diebus azyma comedetis.
In die primo non erit fermentatuz in domibus
veſtris. Quicunq; comederit fermentatum: pe-
ribit anima illa de iſrael a primo die vſq; ad diem
ſeptimũ. Dies prima erit ſancta atq; ſolẽnis: et
dies ſeptima eadẽ feſtiuitate venerabilis. Nihil
opis facietis in eis: exceptis his que ad veſcen-
dum ptinẽt: ⁊ obſeruabitis azyma. In eadẽ em̃
ipſa die educam exercitũ veſtrum de terra Egy-
pti: et cuſtodietis diem iſtũ in generationes ve-
ſtras ritu ppetuo. Primo mẽſe quartadecima die Leui. xxv. a
mẽſis ad veſperã comedetis azyma vſq; ad diez Nu. xxviij.
viceſimãprimam eiuſdẽ menſis ad veſperã. Se- c.
ptem diebus fermentatum non inuenietur in do
mibus veſtris. Qui comederit fermentatũ. peri-
bit aia ei⁹ de cetu Iſrael: tã de aduenis q̃ de indi

genis terre. Omne fermentatū nō comedetis.
D Jn cūctis habitaculis veſtris edetis azyma. Vo
cauit autem Moyſes oēs ſeniores filioꝝ Jſrael:
⁊ dixit ad eos. Jte tollētes animal per familias
veſtras: ⁊ immolate phaſe. Faſciculumqꝫ hyſopi
tingite in ſanguine qui eſt in limine: ⁊ aſpergite
ex eo ſuperliminare ⁊ vtrumqꝫ poſtem. Nullus
veſtrū egrediatur oſtiū domus ſue vſqꝫ mane. Trā-
ſibit enī dn̄s percutiens Egyptios. Cūqꝫ vide-
rit ſanguinem in ſuperliminari ⁊ in vtroqꝫ poſte
tranſcendet oſtium domus: ⁊ nō ſinet percuſſo-
rē ingredi domos veſtras ⁊ ledere. Cuſtodi ver
bum iſtud legitimū tibi ⁊ filijs tuis vſqꝫ in eter-
num. Cūqꝫ introieritis terrā quā dominꝰ deus
daturus eſt vobis vt pollicitus eſt obſeruabitis
cerimonias iſtas. Et cum dixerint vobis filij ve-
ſtri: que eſt iſta religio: dicetis eis. Victima tran
ſitus domini eſt: quando tranſiuit ſuper do-
mos filiorū Jſrael in Egypto percutiens Egy-
ptios: ⁊ domos noſtras liberans. Jncuruatuſqꝫ
populus adorauit. Egreſſi filij Jſrael fecerūt ſi-
ps.lxxvij. cut preceperat dn̄s Moyſi ⁊ Aaron. Factum eſt
⁊.cxxxiiij. autem in noctis medio: percuſſit dn̄s omne pri-
Sa.xviij. b mogenitum in terra egypti: a primogenito pha-
E raonis qui in ſolio eius ſedebat vſqꝫ ad primoge
nitum captiue que erat in carcere: ⁊ omne primo
genitum iumentoꝝ. Surrexitqꝫ Pharao nocte
⁊ omnes ſerui eius cunctaqꝫ Egyptus: ⁊ ortus
eſt clamor magnus in Egypto. Necqꝫ enim erat
domus in qua non iaceret mortuus. Vocatiſqꝫ
Pharao Moyſe ⁊ Aaron nocte ait. Surgite:
egredimini a populo meo ⁊ vos ⁊ filij iſrael. Jte
ſ.xj.a. ⁊ immolate dn̄o ſicut dicitis. Oues veſtras ⁊ ar-
menta aſſumite vt petieratis: ⁊ abeuntes benedi
cite mihi. Vrgebantqꝫ Egyptij populū Jſrael
de terra exire velociter: dicētes. Oēs moriemur.
Tulit igitur populus conſperſam farinā anteqꝙ
fermentaretur: ⁊ ligans in pallijs poſuit ſuper
humeros ſuos. Feceruntqꝫ filij Jſrael ſicut pre
ceperat dominus Moyſi: ⁊ petierunt ab Egy-
F ptijs vaſa argentea ⁊ aurea: veſtemqꝫ plurimā.
Dominus autem dedit gratiam populo coram
Egyptijs vt commodarent eis: ⁊ ſpoliauerunt
Egyptios. Profectiqꝫ ſūt filij Jſrael de Rameſ
ſe in Socoth ſexcenta fere milia peditū viroꝝ
abſqꝫ paruulis ⁊ mulieribus: ſed ⁊ vulgus pro-
miſcuum innumerabile aſcendit cum eis: oues ⁊
armenta ⁊ animantia diuerſi generis multa ni-
mis. Coxeruntqꝫ farinā quā dudum de Egypto
cōſperſam tulerāt ſubcinericios panes azymos.
ſ.xj.a. Necqꝫ enim poterat fermentari cogentibus exi-
re Egyptijs: ⁊ nullā facere ſinētibus morā: nec
pulmenti quicꝙ occurrerat preparare. Habita
tio autem filiorum Jſrael qua manſerūt in Egy
G pto fuit quadringentorū annorū. Quibus exple-
tis eadē die egreſſus eſt omnis exercitus dn̄i de
terra Egypti. Nox iſta eſt obſeruabilis dn̄i: qn̄
eduxit eos de terra egypti. Hanc obſeruare de-
bent omnes filij iſrael in generatiōibus ſuis. Di
xitqꝫ dn̄s ad Moyſen ⁊ Aaron: Hec eſt religio
phaſe. Omnis alienigena nō comedet ex eo. Om
nis autem ſeruus empticius circūcidetur: et ſic co
medet. Aduena ⁊ mercēnarius nō edēt ex eo. Jn
vna domo comedetur: nec afferetis de carnibus
eius foras: nec os illius confringetis. Omnis ce- Num
tus filioꝝ Jſrael faciet illud: ꝙ ſi quis peregri Joh
norum in veſtram voluerit tranſire coloniam: et
facere phaſe domini: circumcidetur prius omne
maſculinum eius: ⁊ tunc rite celebrabit: eritqꝫ ſi
cut indigena terre. Si qs aūt circūciſus nō fue-
rit: non veſcetur ex eo. Eadem lex erit indigene
⁊ colono qui peregrinatur apud vos. Fecerunt-
qꝫ omnes filij Jſrael ſicut preceperat dn̄s Moy
ſi: ⁊ Aaron: ⁊ eadem die eduxit dominus filios
Jſrael de terra Egypti per turmas ſuas.

Capituli. Sūmarium. De ſanctificatiōe
primogenitoꝝ Jſrael de pgreſſu populi Jſrael
per deſertum: oſſa Joſeph deferuntur: colum-
na ignis et nubis comitatur. Capitulum. xiij.

ocutuſqꝫ eſt dominꝰ B
ad Moyſen: dicens: Sanctifica j.xxx
mihi omne primogenitum quod
aperit vuluam in filijs Jſrael: tā Deu
de hominibus ꝙ de iumentis. ps.
Mea ſunt enim omnia: et Ait Moyſes ad popu
lum. Mementote diei huius in qua egreſſi eſtis
de Egypto ⁊ de domo ſeruitutis quoniam in ma
nu forti eduxit vos dominus de loco iſto vt: non
comedatis fermentatum panem. Hodie egredi-
mini menſe nouarum frugum. Cumqꝫ introdu-
xerit te dominus in terram Chananei ⁊ Ethei ⁊
Amorrei ⁊ Euei ⁊ Jebuſei quam iurauit patri-
bus tuis vt daret tibi terram fluentem: lacte et
melle celebrabitis hunc morem. ſacroꝝ menſe
iſto ſeptem diebus veſceris azimis: ⁊ in die ſep-
timo erit ſolennitas domini. Azima comedetis
ſeptem diebus. Non apparebit apud te aliquid E
fermentatum: nec in cunctis finibus tuis. Nar-
rabiſqꝫ filio tuo in die illo dicens: Hoc eſt quod
fecit mihi dominus quādo egreſſus ſum de egy-
pto. Et erit quaſi ſignum in manu tua: et quaſi
monimentum ante oculos tuos: ⁊ vt lex domini
ſemper ſit in ore tuo. Jn manu enim forti edu-
xit te dominꝰ de egypto. Cuſtodies huiuſcemo-
di cultum ſtatuto tempore a diebꝰ in dies. Cū-
qꝫ introduxerit te dominus in terra chananei ſi
cut iurauit tibi et patribus tuis: ⁊ dederit tibi
eam: ſeparabis omne quod aperit vuluam domi
no: et qd̄ primitiuū eſt in pecoribus tuis. Quic
quid habueris maſculini ſexus cōſecrabis domi-
no primogenitum aſini mutabis oue quod ſi nō
redemeris: interficies Omne autem primogeni
tum hominis de filijs tuis: pretio redimes. Cū-
qꝫ interrogauerit te filius tuus cras dicēs: quid
eſt hoc? Reſpondebis ei: Jn manu forti eduxit
nos dominus de terra egypti: de domo ſeruitu-
tis. Nam cū induratus eſſet Pharao ⁊ nollet
nos dimittere: occidit dominus omne primoge
nitum in terra egypti a primo genito hominis

vſqꝫ ad primogenitum iumentorum. idcirco im
molo domino omne qđ aperit vuluā maſculini
ſexus ⁊ omnia primogenita filiorū meorꝫ redi-
mo. Erit igitur quaſi ſignū in manu tua ⁊ quaſi
appenſum quid ob recordationem ante oculos
tuos eo ꝙ in manu forti eduxit nos dn̄s de Egy
D pto. Igitur cū emiſiſſet pharao populū: nō eos
duxit dn̄s per viam terre Philiſthim que vicina
eſt reputans ne forte peniteret eū ſi vidiſſet ad-
uerſum ſe bella conſurgere reuerteret̄ in Egy-
Genes.l.d. ptum: ſed circunduxit per viam deſerti: que eſt
Joſue.xx- iuxta mare rubrum. Et armati aſcenderunt filij
iiij.g. Iſrael de terra Egypti. Tulit quoqꝫ Moyſes
Hebreo.xi.d. Actu.xiiij.c. oſſa Joſeph ſecū eo ꝙ adiuraſſet filios Iſrael:
Cor.x.a. dicens. Uiſitabit vos deus. afferte oſſa mea hinc
Ecce.ix.a. vobiſcum. Profectiqꝫ de Socoth: caſtrametati
ij.q. ij.c. ſunt in Ethan in extremis finibus ſolitudinis.
a queqꝫ. Dn̄s autē precedebat eos ad oſtendēdam viam
econtra per diem in columna nubis: ⁊ per noctem in co-
am. lumna ignis: vt dux eſſet itineris vtroqꝫ tempo
re. Nunqꝫ defuit columna nubis per diem: neqꝫ
columna ignis per noctem coram populo.

¶ Cap. Su̅. ¶ Inſequit̄ Pharao fugiētes: populus graditur in medio mari per ſiccū: pharao ſubmergitur ⁊ equitatus eius. Ca. xiiij.

A Locutus eſt autē dominus ad Moyſen: dicēs: Lo
quere filijs Iſrael. Reuerſi ca-
ſtrametētur e regiōe Phiai-
roth que eſt inter magdalū et
mare cōtra beelzephon. In cō
ſpectu eius. caſtra ponetis ſu-
per mare. Dicturuſqꝫ eſt Pharao ſuper filijs
Iſrael. Coartati ſunt in terra: cōcluſit eos de-
ſertum. Et indurabo cor eius ac perſequet̄ vos
⁊ glorificabor in Pharaone ⁊ in omni exercitu
eius: ſcientqꝫ Egyptij: quia ego ſum dn̄s. Fece-
runtqꝫ ita. Et nunciatū eſt regi Egyptiorum ꝙ fu
B giſſet populus: immutatūqꝫ eſt cor pharaonis ⁊
ſeruorum eius ſuper populū: ⁊ dixerunt. Quid
volumus facere vt dimitteremus Iſrael ne ſer-
uiret nobis? Iunxit ergo currū ⁊ omnem popu-
lum ſuum aſſumpſit ſecum. Tulitqꝫ ſexcētos cur
rus electos: ⁊ quicquid in Egypto curuū fuit: ⁊
duces totius exercitus. Indurauitqꝫ Dn̄s cor
C pharaonis regis Egypti ⁊ perſecutus eſt filios
Iſrael. At illi egreſſi erāt in manu excelſa. Cūqꝫ
perſequerentur Egyptij veſtigia precedentiū:
repperer unt eos in caſtris ſuper mare. Omnis
equitatus et currus Pharaonis: et vniuerſus
exercitus erant in phiairoth contra beelſephon.
Cumqꝫ appropinquaſſet pharao: leuantes filij
Iſrael oculos viderunt Egyptios poſt ſe: ⁊ ti-
muerunt valde. Clamaueruntqꝫ ad dominum: ⁊
dixerunt ad Moyſen: Forſitan non erant ſepul-
chra in Egypto: ideo tuliſti nos vt moreremur
i ſolitudie. Quid hoc facere voluiſti: vt educeres
nos ex Egypto? Nonne iſte eſt ſermo quem lo-
quebamur ad te in Egypto: dicentes: Recede
a nobis vt ſeruiamus Egyptijs? Multo enim D
melius erat ſeruire eis quam mori in ſolitudi-
ne. Et ait Moyſes ad populum: Nolite time-
re: State ⁊ videte magnalia Domini que factu-
rus eſt hodie. Egyptios enim quos nunc vide-
tis: nequaqꝫ vltra videbitis vſqꝫ in ſempiternū.
Dominus pugnabit pro vobis: et vos tacebi-
tis. Dixitqꝫ Dominus ad Moyſen: Quid cla-
mas ad me? Loquere filijs Iſrael vt proficiſcan
tur. Tu autem eleua virgam tuam: ⁊ extende ma
num tuam ſuper mare ⁊ diuide illud: vt gradian
tur filij Iſrael in medio mari per ſiccum: Ego
autem indurabo cor Egyptiorum vt perſequan
tur vos: ⁊ glorificabor in pharaone: ⁊ i omni exer
citu eius: ⁊ in curribus ⁊ in equitibus illius. Et E
ſcient Egyptij q: ego ſū dn̄s: cū glorificat⁹ fue-
ro in pharaone: ⁊ in curribus atqꝫ in equitibus
eius. Tollenſqꝫ ſe angelus dn̄i qui precedebat ca
ſtra Iſrael: abijt poſt eos: ⁊ cum eo pariter colū-
na nubis: priora dimittens: poſt tergum ſtetit in
ter caſtra Egyptiorum ⁊ caſtra Iſrael. Et erat Nee.ix.b.
nubes tenebroſa ⁊ illuminans noctem: ita vt ad
ſe inuicem toto noctis tempore accedere non va
lerēt. Cumqꝫ extendiſſet Moyſes manū ſuper Joſue.ij.b.
mare abſtulit illud dominus: flante vento vehe- ⁊.iiij.d.
menti ⁊ vrente tota nocte ⁊ vertit in ſiccum. Di De pe.di.
uiſaqꝫ eſt aqua: ⁊ ingreſſi ſunt filij Iſrael per me ij.c. reuera.
dium ſicci maris. Erat enim aqua quaſi murus
a dextera eorum ⁊ leua. Perſequenteſqꝫ Egy- Judit.v.b.
ptij ingreſſi ſunt poſt eos: ⁊ oēs equitatus pha- F
raonis: currus eius ⁊ equites per medium ma-
ris. Iamqꝫ aduenerat vigilia matutina: ⁊ ecce re Eccle.xxxij
ſpiciens dominus ſuper caſtra Egyptiorum per c.
columnam ignis ⁊ nubis: interfecit exercitū eo- Judit.ix.b
rum: ⁊ ſubuertit rotas curruum: ferebāturqꝫ in
profundum: Dixerunt ergo Egyptij: Fugiam⁹
Iſrael dominus enim pugnat pro eis cōtra nos.
Et ait Dominus ad Moyſen. Extende manū
tuam ſuper mare: vt reuertantur aque ad Egy- xxiij. q.v.c.
ptios: ſuper currus et equites eorum. Cumqꝫ quid ergo.
extendiſſet Moyſes manum contra mare: re- G
uerſum eſt primo diluculo ad priorem locū. Fu
gientibuſqꝫ Egyptijs occurrerunt aque ⁊ inuol Sapi.x.
uit eos dominus in medijs fluctibus. Reuerſe ps.cv.
ſunt aque et operuerunt currus et equites cun- Eſa.xj.d.
cti exercitus Pharaonis: qui ſequentes ingreſ
ſi fuerant mare: nec vnus quidem ſuperfuit ex
eis. Filij autē Iſrael perrexerūt per mediū ſicci
maris: et aque eis erant quaſi pro muro a de-
xtris et ſiniſtris. Liberauitqꝫ Dominus in die
illa Iſrael de manu Egyptiorum et viderunt
Egyptios mortuos ſuper littus maris et ma-
num magnam quam exercuerat Dominus con
tra eos. Timuitqꝫ populus dominum et credi-
derunt domino: et Moyſi ſeruo eius.

¶ Capituli. Summariū. ¶ Decantant canticū victorie: veniūt in Marath: dulceſcūt aque: Poſtea in Helim venerunt.

Capitulum decimumquintum.

A Ps. cxvij. Esa. xij. a.

T Unc cecinit moyſes ⁊
filij Iſrael carmē hoc dño: ⁊ dixe
runt: Cantemus dño. Glorioſe
em̄ magnificatus eſt: equū ⁊ aſcē
ſoreʒ deiecit in mare. Fortitudo
mea: ⁊ laus mea dñs: ⁊ factus eſt mihi in ſalutē.
Iſte deus meus ⁊ glorificabo eum: deus patris
mei ⁊ exaltabo eū. Dñs quaſi vir pugnator om-
nipotens nomē eius: currus Pharaonis ⁊ exer
cituʒ eius proiecit in mare: Electi principes eiꝰ
ſubmerſi ſunt in mari rubro: abiſſi operuerunt
eos: deſcenderunt in profundū quaſi lapis. De
xtera tua domine magnificata eſt in fortitudine:
dextera tua domine percuſſit inimicum: ⁊ in mul
titudine glorie tue depoſuiſti aduerſarios no-
ſtros. Miſiſti iram tuam que deuorauit eos ſi-
cut ſtipulam: ⁊ in ſpiritu furoris tui congregate
B ſunt aque. Stetit vnda fluens congregati ſunt
abyſſi in medio mari. Dixit inimicus: Perſe-
quar ⁊ comprehendam: diuidam ſpolia implebi-
tur anima mea. Euaginabo gladiū meū: interfi-
ciet eos manus mea. Flauit ſpiritus tuus ⁊ ope
ruit eos mare ſubmerſi ſunt quaſi plumbum in
aquis vehementibus. Quis ſimilis tui in forti
bus domine? Quis ſimilis tui. Magnificus in
ſanctitate terribilis atqꝫ laudabilis: faciens mi-
rabilia. Extendiſti manum tuam: ⁊ deuorauit
eos terra. Dux fuiſti in miſericordia tua populo
quem redemiſti. Et portaſti eum in fortitudine
tua: ad habitaculum ſanctum tuum. Aſcenderūt
populi et irati ſunt: dolores obtinuerunt habita
tores Philiſtim. Tunc conturbati ſunt princi-
pes Edom: robuſtos Moab obtinuit tremor:
obriguerunt oēs habitatores Chaan. Irruit ſu
per eos formido: ⁊ pauor in magnitudine brachij
tui. Fiant immobiles quaſi lapis: donec pertran
C ſeat populus tuus domine: donec pertranſeat
populus tuus iſte quem poſſediſti. Introduces
eos: ⁊ plantabis in monte hereditatis tue: fir-
miſſimo habitaculo tuo quod operatus es domi
no: Sanctuarium tuum domine: quod firmaue-
runt manus tue. Dñs regnabit in eternum: ⁊ vl
tra. Ingreſſus eſt em̄ eques Pharao cum curri
bus ⁊ equitibꝰ eius in mare: ⁊ reduxit ſuper eos
dominus aquas maris. Filij autem Iſrael ambu
lauerūt per ſiccū in medio eius. Sūpſit ergo ma
ria propheteſſa ſoror Aaron tympanum in manu
ſua: egreſſeqꝫ ſunt omnes mulieres poſt eam cū
tympanis ⁊ choris: quibus precinebat: dicens:
D Cantemus domino: Glorioſe em̄ magnificatus
eſt: equum ⁊ aſcenſorē deiecit in mare. Tulit aūt
Moyſes Iſrael de mari rubro ⁊ egreſſi ſunt in
deſertū ſur. Ambulaueruntqꝫ tribus diebus per
ſolitudinem: ⁊ nō inueniebant aquam. Et vene-
runt in Marath: nec poterant bibere aquas de
marath: eo quod eſſent amare. Unde ⁊ congruū
loco nomē impoſuit: vocans illud marath: id eſt
amaritudinem. Et murmurauit populus cōtra
Moyſen: dicens quid bibemus: At ille clama-
Judit. v. c. uit ad Dominum. Qui oſtendit ei lignuʒ quod
cum miſiſſet in aquas in dulcedinem verſe ſunt.
Ibi conſtituit ei precepta atqꝫ iudicia: et ibi tē-
tauit eum: dicens: Si audieris vocem domini
dei tui: ⁊ quod rectum eſt coram eo feceris ⁊ obe
dieris mandatis eius: cuſtodieriſqꝫ omnia prece
pta illius: cunctum languorem quem poſui in
Egypto: non inducam ſuper te. Ego enim ſum
Dominus deus ſaluator tuus. Uenerunt auteʒ
in Helim filij Iſrael: vbi erant duodecim fon-
tes aquarum et ſeptuaginta palme: et caſtra-
metati ſunt iuxta aquas.

¶ Capituli. Summarium. ¶ Populus pro
cibo murmurauit: coturnix datur ⁊ manna: et
duplum ſexta die colligi precipitur.

Capitulum. xvj.

P Rofectiqꝫ ſunt de he
liʒ ⁊ venit omnis multitudo filio-
rum Iſrael in deſertum Sin: ꝙ
eſt inter Helim ⁊ Synai: quinto
decimo die menſis ſecūdi: poſtꝙ
egreſſi ſunt de terra Egypti. ⁊ murmurauit om-
nis congregatio filiorum Iſrael contra Moyſen ⁊
Aaron in ſolitudine. Dixeruntqꝫ filij Iſrael ad
eos. Utinam mortui eſſemꝰ per manū domini in
terra Egypti. quando ſedebamꝰ ſuper ollas car
nium ⁊ comedebamus paneʒ in ſaturitate. Cur
induxiſtis nos in deſertum iſtud. vt occideretis
omnem multitudinem fame. Dixit autem Do-
minus ad Moyſen: Ecce ego pluam vobis pa-
nes de celo. Egrediatur populus ⁊ colligat que
ſufficiunt per ſingulos dies vt temptem eū vtrū
ambulet in lege mea an non. Die auteʒ ſexto pa
rentqꝫ inferant: ⁊ ſit duplum ꝙ colligere ſolebāt
per ſingulos dies. Dixeruntqꝫ Moyſes et
Aaron ad omnes filios Iſrael. Ueſpere ſcie-
tis quod Dominus eduxerit vos de terra Egy-
pti: et mane videbitis gloriam Domini. Au-
diui enim murmur veſtrum contra dominum.
Nos vero quid ſumus quia muſitatis con-
tra nos. Et ait Moyſes: dabit vobis Do-
minus veſpere Carnes edere. Et mane panes
in ſaturitate: eo ꝙ audierit murmurationes ve-
ſtras quibus murmurati eſtis contra eum. Nos

C enim quid ſumus. Nec contra nos eſt murmur
veſtrũ ſꝫ cõtra dominuꝫ. Dixit quoqꝫ Moyſes
ad Aaron. Dic vniuerſe cõgregationi filiorũ iſra
el. Accedite coram domino. Audiuit enim mur
mur veſtrum. Cumqꝫ loqueretur. ad omnẽ cetũ
filiorum iſrael: reſpexerunt ad ſolitudinẽ Aarõ.
Et ecce gloria domini apparuit in nube. Locu-
tus eſt autem dominus ad Moyſen dicens: Au
diui murmurationes filiorũ iſrael. Loquere ad
eos. Veſpere comedetis carnes et mane ſatura
D bimini panibus. ſcitiſqꝫ ꝙ ego ſum dominus de
us veſter: Factum eſt autem veſpere ⁊aſcẽdens
coturnix cooperuit caſtra: mane quoqꝫ ros ia
cuit per circuitum caſtrorum. Cũqꝫ operuiſſet
ſuperficiem terre: apparuit in ſolitudine minu-
tum. et quaſi pilo tuſum in ſimilitudine pruine
ſuper terram. Quod cuꝫ vidiſſent filij iſrael. dixe
ſ.lxxvij. rũt adinuicẽ. Manhu. ꝙ ſignificat: quid eſt hoc.
p.xvj.c. Ignorabãt enim quid eſſet. Quibus ait. Moy-
ſes: Iſte eſt panis quem dominus dedit vobis
e cõſe.di ad veſcẽdum. Hic eſt ſermo quẽ precepit vobis
.vbi ps. dominus. Colligat vnuſquiſqꝫ ex eo quãtũ ſuf-
ficit ad veſcẽdum Gomor per ſingula capita iux
ta numerum aĩarũ veſtrarum que habitant in
tabernaculo: ſic tolletis. Fecerũtqꝫ ita filij iſrael
or.viij.c et collegerũt alius plus alius minus: et menſi
ſunt ad menſuram Gomor. Nec qui plus colle
gerat habuit amplius. nec qui minus parauerat
repperit minus. ſed ſinguli iuxta id quod edere
poterant congregauerunt. Dixitqꝫ Moyſes ad
eos. Nullus relinquat ex eo in mane. Qui non
e cõſe.di audierũt eum: Sed dimiſerũt: quidam ex eis vſ
.cap.nec qꝫ mane ⁊ ſcatere cepit vermibus atqꝫ compu-
eqꝫ. truit. Et iratus eſt cõtra eos Moyſes. Collige
bant autem mane ſinguli q̃tum ſufficere pote
rat ad veſcendum. Cumqꝫ incaluiſſet ſol liquefie
bat. In die autem ſexta collegerũt cibos dupli-
ces id eſt duo gomor per ſingulos homines. Ve
nerunt ait omneſqꝫ principes multitudinis narra
uerunt Moyſi. Qui ait eis. Hoc eſt qd̃ locutus
eſt dominus. Requies ſabbati ſanctificata eſt do
mino. Cras qd̃cunqꝫ operãdum eſt facite ⁊ que
coquenda ſunt coquite: quicquid aũt reliquum
fuerit: reponite vſqꝫ in mane. Feceruntqꝫ ita vt
preceperat Moyſes ⁊ nõ computruit. neqꝫ ver-
mis inuẽtus ẽ in eo. Dixitqꝫ Moyſes. Comedi
te illud hodie. quia ſabbatũ eſt domino. non in
uenietur hodie in agro. Sex diebus colligite: in
die autem ſeptimo ſabbatum eſt domini. idcirco
non inuenietur. Venitqꝫ ſeptima dies ⁊ egreſ-
Eccl.xx.b. ſi de populo vt colligerent non inuenerũt. Di-
xit autẽ dominus ad Moyſen. Vſquequo non
vultis cuſtodire mandata ⁊ legem meam. Vi-
dete ꝙ dominus dederit vobis ſabbatum et
propter hoc die ſexta tribuit vobis cibos dupli
E ces. Maneat vnuſqſqꝫ apud ſemetipm̃: ⁊ nullus
egrediatur de loco ſuo die ſeptimo et ſabbatiza
Num.xj.b bit populus die ſeptimo. Appellauitqꝫ domus
iſrael nomen eius man: quod erat quaſi ſemen
coriandri album. guſtuſqꝫ eius quaſi ſimilis cuꝫ
mele. Dixit autem Moyſes iſte eſt ſermo queꝫ
precepit dominus. Imple gomor ex eo. et cuſto
diatur in futuras retro generationes: vt noue
rint paneꝫ quo alui vos in ſolitudine quãdo edu
cti eſtis de terra egypti. Dixitqꝫ. Moyſes ad
Aaron. Sume vas vnum et mitte ibi man: q̃tuꝫ
poteſt capere Gomor: et repone coram domino
ad ſeruãdum in generatiiones veſtras: ſicut pre
ceperat dominus Moyſi. Poſuitqꝫ illud aaron
in tabernaculo reſeruandum. Filij autem iſrael Judith.v.c
comederunt man. quadraginta annis. donec ve
nirent in terraꝫ habitabileꝫ. Hoc cibo aliti ſunt
vſqꝫquo tangerent fines terre Chanaan. Go-
mor autem decima pars eſt ephi.

¶ Capi. Sũma. ¶ In raphidim pro aqua iur
gantur: aquã dat petra: pugnãt cõtra amalech:
manus Moyſi ſuſtentantur. Capl'ꝫ.xvij.

IGitur pfecta om-
nis multitudo filiorum iſrael A
de deſerto ſin per manſiones
ſuas iuxta ſermoneꝫ domini:
caſtrametati ſunt in raphidĩ:
vbi non erat aqua ad bibẽdũ
populo. Qui iurgatus cõtra
Moyſen ait. Da nobis aquaꝫ vt bibamus. Qui
bus reſpondit Moyſes. Quid iurgamini cõtra B
me. Cur tentatis dominuꝫ. Sitiuit ergo ibi po-
pulus pre aque penuria: et murmurauit contra
Moyſen dicẽs: Cur feciſti nos exire de egypto Num.xx.a
vt occideres nos et liberos noſtros: ac iumenta
ſiti? Clamauit autẽ Moyſes ad dominuꝫ dicẽs.
Quid faciam populo huic. Adhuc paululum et
lapidabit me. Et ait domin⁹ ad Moyſen. Ante
cede populum et ſume tecum de ſenioribus iſra Num.xx.b
el: et virga qua percuſſiſti fluuium tolle in manu
tua et vade. Et ego ſtabo coram te ibi ſupra pe- Ps.lxxvij.
tram oreb: percutieſqꝫ petram et exibit ex ea a- J.cor.x.a.
qua: vt bibat populus. Fecit Moyſes ita coraꝫ De cõſe.diſ.
ſenioribus iſrael. Et vocauit nomen illius loci tẽ ij.c.reuera.
tatio: propter iurgium filiorum iſrael: et quia tẽ et.c.j calice
tauerunt dominum dicentes. Eſt ne dominus
in nobis an non? Venit autem Amalech et pug
nabat contra iſrael in raphidim. Dixitqꝫ. Moy C
ſes ad Joſue: Elige viros: et egreſſus pugna
contra Amalech. Cras ego ſtabo in vertice col-
lis: habens virgã dei in manu mea. Fecit Joſue
vt locutus erat Moyſes: ⁊ pugnauit cõtra Ama
lech. Moyſes autem et Aaron ⁊ Hur aſcende-
runt ſuper verticẽ collis: Cumqꝫ leuaret Moy
ſes manus: vincebat iſrael. Sin autẽꝫ paululum
remiſiſſet: ſupabat Amalech. Man⁹ autẽ Moy D
ſi erant graues. Sumẽtes igitur lapideꝫ: poſue-
runt ſubter eum in quo ſedit. Aarõ aũt Et Hur
ſuſtentabant manus eius ex vtraqꝫ parte. Et fa Judi.iiij.d
ctum eſt vt manus ipſius non laſſarentur vſqꝫ Sapi.xj.a.
ad occaſuꝫ ſolis. Fugauitqꝫ Joſue Amalech et
ppl'ꝫ eius in ore gladij. Dixit autẽ dominus ad
Moyſen: Scribe hoc ob monimẽtuꝫ in libro: ⁊
trade aurib⁹ Joſue. Delebo eñ memoriaꝫ ama

lech ſub celo. Edificauitꝫ Moyſes altare: ꝛ vo
cauit nomen eius. Dominus exultatio mea: di-
cens: quia manus ſolius domini ꝛ bellū dei erit
contra Amalech: a generatione in generationē.

C. S. Jetro adduxit ad moyſen vxorē ꝛ fi
lios eius dat ei cōſilium de onere iudicandi vi-
ris ſapientibus dſtribuendo. Ca. xviij.

A **Cumqꝫ audiſſet Je-**
tro ſacerdos Madian cogna-
tus Moyſi omnia que fecerat
dominus Moyſi: et iſrael po-
pulo ſuo: eo ꝙ eduxiſſet domi-
nus iſrael de egypto: tulit Se-
phorā vxorē Moyſi quā re
miſerat: ꝛ duos filios eius: quorū vnus vocabat
Berſan: dicente patre: Aduena fui in terra alie
na: alter vo Elieʒer. Deus enim ait patris mei
adiutor meus: ꝛ eruit me de gladio pharaonis.
Venit ergo Jetro cognatus Moyſi et filij eius
et vxor eius ad Moyſen in deſertum: vbi erat
caſtrametatus iuxta montē dei ꝛ mādauit moy
ſi: dicens ego Jetro cognatus tuus venio adte:
ꝛ vxor tua ꝛ duo filij tui cum ea. Qui egreſſus in
occurſum cognati ſui adorauit: et oſculatus eſt
eum: Salutaueruntꝫ ſe mutuo vbis pacificis.
B Cumqꝫ intraſſet tabernaculū: narrauit Moy-
ſes cognato ſuo cunctaꝫ fecerat dominus pha
raoni ꝛ egyptijs ppter iſrael: vniuerſumqꝫ labo-
rem qui accidiſſet eis in itinere: ꝛ ꝙ liberauerat
eos dn̄s. Letatuſqꝫ eſt Jetro ſuper oībus bonis
que fecerat dn̄s iſraeli: eo ꝙ eruiſſet eū de manu
egyptiorū. Et ait. Benedict⁹ dn̄s qui liberauit
vos de manu egyptiorū ꝛ de manu pharonis qui
eruit ppl'm ſuū de manu egypti. Nūc cognoui ꝙ
magn⁹ dn̄s ſuper oēs deos: eo ꝙ ſuperbe egerit
cōtra illos. Obtulit ergo Jetro cognat⁹ Moyſi
De pe. diſ. j. c. ꝛ venit. holocauſta ꝛ hoſtias domino. Veneruntꝫ Aaron
et oēs ſeniores filiorū iſrael: vt comederēt panē
C cū eo coram dn̄o. Altera aūt die ſedit Moyſes
a mane vſqꝫ ad veſperam. Qđ cum vidiſſet cog-
natus eius omnia: ſcʒ que agebat i populo: ait:
Quid eſt qđ facis i plebe? Cur ſolus ſedes: ꝛ om
nis ppl's preſtolat de mane vſqꝫ ad veſperā? Cui
reſpondit Moyſes: Venit ad me ppl's querens
ſniam dei. Cūqꝫ acciderit eis aliqua diſceptatio
veniunt ad me vt iudicē inter eos: et oſtendam
precepta dei: et leges eius. At ille: Non bonam
inquit rem facis. Stulto labore conſumeris: et
Deu. j. b. tu et populus iſte qui tecum eſt. Ultra vires tu
as eſt negocium. Solus illud non poteris ſuſti-
nere: ſed audi verba mea atqꝫ conſilia: et erit do
minus tecū. Eſto tu populo in his que ad De
um pertinent vt referas que dicuntur ad eum:
oſtendaſqꝫ populo cerimonias et ritū colendi:
viamqꝫ per quam ingredi debeant: et opus qđ
D facere debeant. Prouide autem de omni plebe
viros ſapientes et timentes deum: in quibus ſit
veritas: et qui oderint auaritiam: et conſtitue
ex eis tribunos et centuriones et quinquagena
rios: et decanos qui iudicent populum omni tē
pore. Quicquid autem maius fuerit referant ad
te. et ipſi minora tantummodo iudicent leuiuſ-
qꝫ ſit tibi partito in alios onere. Si hoc feceris:
implebis imperiū domini: et precepta eius po-
teris ſuſtentare: ꝛ oīs hic ppl's reuertetur ad lo
ca ſua cum pace. Quibus auditis Moyſes fecit
omnia que ille ſuggeſſerat. Et electis viris ſtrē-
nuis de cuncto iſrael conſtituit eos principes
populi: tribunos ꝛ centuriōes ꝛ q̄nquagenarios
et decanos: qui iudicabāt plebē domini omni tē
pore. Quicq̄d aūt grauius erat: referebāt ad eū
faciliora tantummodo iudicātes. Dimiſitqꝫ co-
gnatum ſuum qui reuerſus abijt in terrā ſuā.

C Capituli. Summarium C Peruenerunt
ad ſinai: ſanctificatur populus: ꝛ eo vidente de-
ſcēdit dn̄s ſup montem: in igne loquitur: vt po-
pulus obediat prohibetur homo ꝛ iumentū ne
montē tangant. Capitulum. xix.

Menſe tertio egreſſio-
nis iſrael de terra egypti: in die
hac venerunt in ſolitudinē ſinai.
Nam profecti de raphidim ꝛ per
uenientes vſqꝫ in deſertum ſinai
caſtrametati ſunt i eodē loco: ibiqꝫ iſrael fixit tē
toria e regione montis. Moyſes autē aſcendit
in montē ad deum. Vocauitqꝫ eum dominus
de monte: ꝛ ait: Hec dices domui Jacob: et an-
nunciabis filijs iſrael. Vos ipſi vidiſtis que fece-
rim egyptijs: quomodo portauerim vos ſuper
alas aquilarum: et aſſumpſerim mihi. Si ergo au
dieritis vocem meam et cuſtodieritis pactū me
um: eritis mihi in peculium de cunctis populis.
Mea eſt enim omnis terra: et vos eritis mihi
in regnum ſacerdotale: et gens ſancta. Hec ſunt
verba que loqueris ad filios iſrael: Venit Moy
ſes ꝛ cōuocatis maioribus natu populi expoſu-
it omnes ſermones quos mādauerat dominus.
Reſpōditqꝫ omnis populus ſimul: Cuncta que
locutus eſt dominus faciemus. Cūqꝫ retuliſſet
Moyſes verba populi ad dn̄m: Ait ei domin⁹.
Jam nunc veniam ad te in caligine nubis: vt au

diat me populus loquentem ad te ⁊ credat tibi in perpetuuʒ. Nūciauit ergo Moyſes verba populi ad dominum. Qui dixit ei. Uade ad populum ⁊ ſanctifica eos hodie ⁊ cras: lauentqꝫ veſtimenta ſua: ⁊ ſint parati in diem tertium. In die enim tertio deſcendet dominus coram omni plebe ſuper montem Synai. Conſtituesqꝫ terminos populo per circuitum ⁊ dices ad eos. Cauete ne aſcendatis in montem nec tangatis fines illius. Omnis qui tetigerit montem. morte morietur. Manus non tanget eum: ſed lapidibus op-
br.xij.c. primetur. aut confodietur iaculis. Siue iumentum fuerit ſiue homo: non viuet. Cum ceperit clāgere buccina: tunc aſcendant in montē.
C
Deſcenditqꝫ moyſes de monte ad populum: ⁊ ſanctificauit eum. Cumqꝫ lauiſſent veſtimenta ſua ait ad eos. Eſtote parati in diem tertium et ne appropinquetis vxoribus veſtris. Iamqꝫ aduenerat tertius dies et mane inclaruerat. Et ecce ceperunt audiri tonitrua: ac micare fulgura ⁊ nubes denſiſſima operire montem. Clangorqꝫ buccine vehementius perſtringebat ⁊ timuit populus qui erat in caſtris. Cumqꝫ eduxiſſet eos Moyſes in occurſum dei de loco caſtrorum: ſteterunt ad radices montis. Totus autem mons Synai fumabat: eo ꝙ deſcendiſſet Dominus deus ſuper eum in igne: ⁊ aſcenderet fumus ex
D
eo quaſi de fornace. Eratqꝫ omnis mons terribilis ⁊ ſonitus buccine paulatim creſcebat in maius et prolixius tendebatur. Moyſes loquebatur: ⁊ dominus reſpondebat ei. Deſcenditqꝫ Dominus ſuper montem Synai in ipſo montis vertice: ⁊ vocauit Moyſen in cacumen eius. Quo cum aſcendiſſet dixit ad eum. Deſcende ⁊ conteſtare populum: ne forte velit tranſcendere terminos ad videndum dñm: ⁊ pereat ex eis plurima multitudo. Sacerdotes quoqꝫ qui accedunt ad dominum ſanctificentur ne percutiat eos. Dixitqꝫ Moyſes ad dominum. Non poterit vulgus aſcendere in montem Synai: Tu enīʒ teſtificatus es ⁊ iuſſiſti dicens. Pone terminos circa montem ⁊ ſanctifica illum. Cui ait Dominus. Uade Deſcende. Aſcendesqꝫ tu ⁊ Aaron tecum. Sacerdotes autem et populus non tranſeant terminos. nec aſcendant ad Dominū ne forte interficiat illos. Deſcenditqꝫ Moyſes ad populum. et omnia narrauit eis.

¶ Cap. xix. ¶ De preceptis decalogi: de faciendo Altare de terra. de non aſcendendo ad altare per gradus. Capitulum. xx.

A
Locutusqꝫ eſt dominus cunctos Sermones hos. Ego ſum dominus deus tuus. qui eduxi te de terra Egypti de domo ſeruitutis. Non habebis deos alienos coram me. Non facies tibi ſculptile neqꝫ omnem ſimilitudinem que eſt in celo deſuper: ⁊ que eſt in terra deorſuʒ. nec eorū que ſūt in aquis ſub terra. Non adorabis ea neqꝫ coles. Ego ſum dominus deus tuus fortis zelotes viſitans. iniquitatem patrū in filios in tertiā ⁊ quartam generationem eorum qui oderunt me: ⁊ faciens miſericordiam in milia his qui diligunt me et cuſtodiunt pcepta mea. Non aſſumes nomen domini dei tui in vanum. Nec enim habebit inſontem dñs eum qui aſſumpſerit nomen dñi dei ſui fruſtra. Memento vt diem ſabbati ſanctifices. Sex diebus operaberis: ⁊ facies omnia opa tua. Septimo autem die ſabbatum Dñi dei tui eſt. Non facies omne opus in eo: tu ⁊ filius tuus ⁊ filia tua: ſeruus tuus: ⁊ ancilla tua: iumentum tuuʒ ⁊ aduena qui eſt intra portas tuas. Sex enī diebus fecit deus celū terram et mare et oīa que in eis ſūt. Et requieuit die ſeptimo. Idcirco benedixit dñs deus diei ſabbati ⁊ ſanctificauit euʒ. Honora patrē tuū et matrē tuaʒ: vt ſis longeuꝰ ſuper terrā quaʒ dominus deus tuus dabit tibi. Non occides. Non mechaberis. Non furtū facies. Non loqueris contra proximū tuū falſuʒ teſtimonium. Non cōcupiſces domū proximi tui. Nec deſiderabis vxorem eius: non ſeruum non ancillam non bouem: non aſinum: nec oīa que illius ſunt. Cunctus autē populus videbat voces et lampadas: et ſonitū buccine montēqꝫ fumantem: et perterriti ac pauore cōcuſſi. ſteterūt procul dicentes Moyſi. Loquere tu nobis ⁊ audiemus. Non loquatur nobis dñs: ne forte moriamur. Et ait moyſes ad populū. Nolite timere. Ut enim probaret vos venit deus: et vt terror illius eſſet in vobis: et nō peccaretis. Stetitqꝫ populus de longe: Moyſes autē acceſſit ad caliginem in qua erat deus. Dixitqꝫ preterea dñs ad Moyſen. Hec dices filijs Iſrael. Uos vidiſtis ꝙ de celo locutus ſim vobis. Non facietis deos argēteos: nec deos aureos: facietis vobis. Altare de terra facietis mihi et offeretis ſuper eo holocauſta et pacifica veſtra oues veſtras et boues in omni loco in quo memoria fuerit nomis mei. Ueniam ad te et benedicam tibi. Quod ſi altare lapideum feceris mihi non edificabis illud de ſectis lapidibus. Si enim leuaueris cultruʒ ſuper eo polluetur non aſcendes per gradus ad altare meum: ne reueletur turpitudo tua.

Margin notes: j.q.j.c. hoi ſ. econtra. — ...rimū p̄... ...otuʒ de... ...ogi. ...euſ.v.a. ...ō.lxxx. — B — Secundnʒ pceptum. — Tertiū preceptum. — J.xxxj.e. — Ezec.xx.b. — Gene.ij.a. — Deut.v.b. — Quartum preceptuʒ. — C — v. Precep. — vj. Prece. — vij. Prece. — viij. precep. — ix. Prece. — x. Precep. — Ephe.vj.a. — Ro.xiij.b. — deut.xviij.c — Hebr.xij.a. — Deu.xxvij a. — Joſ.viij.b. — D — deut.xxvij. — Jo.viij.f.

¶ Ca. xx. ¶ De preceptis iudicialibus: ſeʒ de ſeruo Hebreo emptitio de filia in famula vēdita: de homicidio per caſum vel induſtriam: de perſecutione et maledictione patris et matris et alijs iudicialibus. Capitulum. xxj.

Hec ſūt iudicia que propones eis: Si emeris ſeruum hebreum: ſex annis ſeruiet tibi. In ſeptio egrediet liber gratis. Cuʒ quali veſte itrauerit cū tali exeat Si habens vxorē. Et vxor egrediet ſimul. Sin autem dñs dederit illi vxorē: et peperit filios. et filias. mulier et liberi eius erunt dñi ſui. Ipſe vero exibit cū veſtitu ſuo. Quod ſi dixerit ſeruus.

A — Di.vij.c.in ſumma. — Deu. xv.c. — hie. xxxiiij.

Diligo dominum meum vxorem ac liberos nō
egrediar liber offerat eum dominus diјs et ap-
plicabitur ad oſtium et poſtes perforabitqꝫ aurē
eius ſubula et erit ei ſeruus in ſeculum. ſi quis
vendiderit filiam ſuam in famulam. non egredie
tur ſicut ancille exire conſueuerunt. Si diſplicue
rit oculis domini ſui cui tradita fuerit dimittet
eam populo autem alieno vendēdi non habebit
B potestatem ſi ſpreuerit eam. Si autem filio ſuo
deſponderit eam: iuxta morem filiarum faciet
illi: ꝙ ſi alteram ei acceperit prouidebit puelle
nuptias et veſtimenta: et precium pudicitie nō
negabit. Si tria iſta non fecerit: egredietur gra
tis abſqꝫ pecunia. Qui percuſſerit hominem vo
Le. xxiiij. g lens occidere: morte moriatur. Qui autem non
eſt inſidiatus: ſed deus illum tradidit in manus
eius: conſtituam tibi locū in quo fugere debeat.
De ho. c. j. Si quis per induſtriam occiderit proximum ſu
um: ⁊ per inſidias: ab altari meo auelles eū ⁊ mo
riatur. Qui percuſſerit patrē ſuū aut matrē mor
te moriatur. Qui maledixerit patri ſuo vel ma-
Leui. xx. b. tri: morte moriatur. Qui furatus fuerit hoiem ⁊
De fur. c. j. vendiderit eū conuictus noxe: morte moriat. Si
Proue. xx rixati fuerint viri: ⁊ percuſſerit alter proximum
c. M. vij. b. ſuum lapide vel pugno: et ille mortuus non fue
rit: ſed iacuerit in lectulo. Si ſurrexerit et ambu
lauerit foris ſuper baculuꝫ ſuuꝫ innocēs erit qui
percuſſerit: ita tamen vt operas eius et impen
C ſas in medicos reſtituat. Qui percuſſerit ſeruuꝫ
ſuum vel ancillam virga: et mortui fuerint in
manibus eius: criminis reus erit. Sin autē vno
die vel duobus ſuperuixerit: non ſubiacebit pe-
ne: quia pecunia illius eſt: Si rixati fuerint viri
et percuſſerit quis mulierē pregnantem: ⁊ abor
tiuum quidem fecerit: ſed ipſa vixerit: ſubiace-
bit dāno quātū maritꝰ mlieris expetierit ⁊ arbitri
iudicauerint. Sin autē mors eius fuerit ſubſecu
Leuiti. xx- ta: reddet aiam pro aia oculum pro oculo: dēteꝫ
iiij. c. pro dente: manum pro manu: pedem pro pede
Deu. xix. d adustionem pro aduſtione: vulnus pro vulnere:
xxiij. q. iij. c liuorem pro liuore. Si percuſſit quiſpiam oculū
ſex drie. et ſerui ſui aut ancille: ⁊ luſcos eos fecerit: dimit
q. iiij. b aūt tet eos liberos pro oculo quē eruit. Dentē quo
Matt. v. d. qꝫ ſi excuſſerit ſeruo vel ancille ſue: ſimiliter di-
mittet eos liberos. Si bos cornu percuſſerit vi
rum aut mulierem et mortui fuerint: lapidibus
obruetur: ⁊ non comedentur carnes eius domi-
nus quoqꝫ bouis innocēs erit. Quod ſi bos cor
nupeta fuerit ab heri ⁊ nudiuſtertius: ⁊ conteſta
ti ſunt dominuꝫ eius nec recluſit eum occiderit
qꝫ virum aut mulierem: ⁊ bos lapidibus obruet:
D et dnm illius occident. Quod ſi preciuꝫ fuerit ei
impoſituꝫ: dabit pro anima ſua quicqd fuerit po
De iniu. c. j ſtulatus. filium quoqꝫ et filiaꝫ ſi cornu percuſſe
rit ſimili ſentētie ſubiacebit. Si ſeruum ancillaꝫ
qꝫ inuaſerit: triginta ſiclos argenti dabit domi-
no: bos vero lapidibus opprimetur. Si quis
aperuerit ciſternam et foderit et non operuerit
eam: cecideritqꝫ bos aut aſinus in eam reddet
dominus ciſterne preciuꝫ iumentorum: quod au
teꝫ mortuum eſt ipſius erit. Si bos alienus bo
uem alterius vulnerauerit et ille mortuus fue-
rit: vendent bouem viuum et diuident precium:
cadauer autē mortui inter ſe diſpercient. Si autē
ſciebat ꝙ bos cornupeta eſſet ab heri et nudiuſ-
tertius et nō cuſtodiuit eum dominus ſuus: red
det bouem pro boue: ⁊ cadauer integrū accipiet.

¶ Capi. Sūma ¶ De fure: de damno facto: de commēdatis: de virgine ſeducta: de maleficiјs: de idolatriјs: de aduena: pupillo: de vidua: de vſura et pignore. Non detrahes diјs: de decimis et primitiјs offerendis. Capi. xxij.

SI quis furatus fue-
rit bouem aut ouem: et occide
rit vel vendiderit quinqꝫ boues
pro vno boue reſtituet: et quat
tuor oues pro vna oue. Si effrin
gens fur domum ſiue ſubfodi-
ens fuerit inuentus: et accep
to vulnere mortuus fuerit: percuſſor non erit re
us ſanguinis: Quod ſi orto ſole hoc fecerit: ho-
micidium perpetrauit: et ipſe morietur. Si nō
habuerit quod pro furto reddat: ipſe venunda-
bitur. Si inuentum fuerit apud eum quod fura
tus eſt viuens: ſiue bos: ſiue aſinus: ſiue oues:
duplum reſtituet. Si leſerit quiſpiam agruꝫ vel
vineam: et dimiſerit iumentum ſuuꝫ vt depaſcat
aliena: quicquid optimum habuerit in agro
ſuo vel in vinea pro damni eſtimatiōe reſtituet.
Si egreſſus ignis inuenerit ſpicas: et comprehē
derit aceruos frugū ſiue ſtātes ſegetes in agris
reddet damnū qui ignem ſuccenderit. Si quis
cōmendauerit amico pecuniam vel vas in cuſto
diam et ab eo quos ſuſceperat furto oblata fue-
rint: ſi non inuenitur fur: dupluꝫ reddet: ſi latet
fur: dominus domus applicabit ad deos: ⁊ iura
bit ꝙ nō extenderit manū in rem proximi ſui: ad
perpetrandam fraudeꝫ: tam in boue ꝙ̄ in aſino
et oue ac veſtimento: et quicquid dammum in
ferre poteſt: ad deos vtriuſqꝫ cauſa perueniet: ⁊
ſi illi iudicauerint: dupluꝫ reſtituet proximo ſuo
Si quis cōmendauerit proximo ſuo aſinum: bo
uem: ouem et omne iumentum ad cuſtodiam et
mortuum fuerit: aut debilitatatum vel captum
ab hoſtibus: nulluſqꝫ hoc viderit: iuſiurandum
erit in medio ꝙ non extenderit manum ad rem
proximi ſui ſuſcipietqꝫ dominus iuramentum
et ille reddere non cogetur: ꝙ ſi furto ablatum
fuerit: reſtituet damnum domino. Si comeſtuꝫ
a beſtia: deferat ad eum qđ occiſum eſt: ⁊ non re
ſtituet. Qui a proximo ſuo quicquid eorum mu
tuo poſtulauerit: et debilitatum aut mortuum
fuerit: domino non preſente reddere compelle-
tur: Quod ſi in preſentiarum dominus fuerit:
non reſtituet: maxime ſi conductum venerat pro
mercede operis ſui. Si ſeduxerit quis virgineꝫ
necduꝫ deſponſatam: dormieritqꝫ cum ea: dota
bit eam ⁊ habebit vxorem. Si pater virginis da
re noluerit: reddet pecuniaꝫ iuxta moduꝫ dotis

quam virgines accipere cõſueuerũt.Maleficos
nõ patieris viuere.Qui coierit cũ iumento: mor
te moriatur.Qui immolat dijs:occidetur : ꝑter
.xix.g domino ſoli.Aduenaȝ non contriſtabis:neqꝫ af⸗
.vij.c. fliges eum .aduene enim et ipſi fuiſtis in terra
egypti.Vidue ⁊ pupillo non nocebitis:ſi leſeri⸗
D tis eos vociferabuntur ad me:⁊ ego audiam cla
morem eorum : ⁊ indignabitur furor meus : per
cutiamqꝫ vos gladio:⁊ erũt vxores veſtre vidue
⁊ filij veſtri pupilli.Si pecuniaȝ mutuam dede⸗
ris populo meo pauperi qui habitat tecum:nõ
vrgebis eum quaſi exactor:nec vſuris opprimes
ſi pignus a proximo tuo acceperis veſtimentuȝ:
ante ſolis occaſum reddes ei.Ipſum eniȝ eſt ſo⸗
lum quo operitur indumentum carnis eius:nec
iiij.a habet aliud in quo dormiat . Si clamauerit ad
ij.b. me:exaudiaȝ eum:quia miſericos ſum.Dijs nõ
iiij g detrahes :et principi populi tui non maledices.
.c.cii Decimas ⁊ primitias tuas non tardabis offer⸗
icto. re:primogenitum filiorum tuorum dabis mihi.
De bobus quoqꝫ et ouibus ſimiliter facies:ſep
tem dieb⁹ ſit cũ matre ſua:die octaua reddes il⸗
lũ mihi:viri ſancti eritis mihi.Carnẽ ꝗ a beſtijs
fuerit ꝑguſtata nõ comedetis ſȝ ꝓijcietis canib⁹

¶ C.Sũ. ¶ De equitate iudicij de aſino odiẽ⸗
tis ſubleuãdo.de muneribus non accipiẽdis de
miſericordia peregrini de quiete ſeptimi anni et
ſeptimi diei.de tribus ſolẽnitatibus.de hedo nõ
coquendo.de angelo precedente.terra non erit
ſterilis: de hoſtibus eijciendis paulatim:⁊ ꝙ ter
ras infidelium poſſidere debent ſed non eorum
deos colere aut fed⁹ cũ eis inire. Capl'ȝ.xxiij.

NOn ſuſcipias vocem
mendacij:nec iunges manũ tuaȝ
vt pro impio dicas falſuȝ teſtimo
niũ.Non ſequeris turbam ad fa⸗
ciẽduȝ malum:nec in iudicio plu
rimorum acquieſces ſententie.vt a vero deuies.
Pauperis quoqꝫ nõ miſereberis in iudicio.Si
occurreris boui inimici tui:aut aſino erranti:re
.vij. duc ad eum . Si videris aſinum odientis te ia⸗
uiſſo cere ſub onere non pertranſibis:ſed ſubleuabis
ij.b cum eo. Non declinabis in iudicium pauperis.
iiij.f Mendatium fugies.Inſontem ⁊ iuſtuȝ non oc
cides:quia aduerſor impiũ.Nec accipies mu⸗
xj.d nera que etiam excecant prudentes ⁊ ſubuertũt
x.d verba iuſtorum.Peregrino moleſtus non eris.
Scitis enim aduenarũ animas:quia ⁊ ipſi pere⸗
grini fuiſtis in terra egypti.Sex annis ſemina⸗
bis terram tuaȝ ⁊ congregabis fruges eius.An⸗
no autem ſeptimo dimittes eaȝ:⁊ requieſcere fa
cies:vt comedant pauperes populi tui. ⁊ quic⸗
quid reliquuȝ fuerit edãt beſtie agri.Ita facies
in vinea ⁊ in oliueto tuo.Sex diebus operaberis.
ſeptima die ceſſabis vt requieſcat bos et aſinus
tuus vt refrigeretur filius ancille tue:⁊ aduena.
Omnia que dixi vobis cuſtodite ⁊ per nomen ex
ternorum deorum non iurabitis.neqꝫ audietur
ex ore veſtro.Tribus vicib⁹ per ſingulos annos
mihi feſta celebrabitis.Solennitatem quoqꝫ azi
morum cuſtodies.Septem diebus comedes azi
ma.ſicut precepi tibi tempore menſis nouorum Primuȝ fe
quando egreſſus es de egypto.Non apparebis ſtum.
in conſpectu meo vacuus.Et ſolennitatẽ men⸗ j.xliij.
ſis primitiuorum.operis tui quecũqꝫ ſeminaue⸗ Deu.xvj.d
ris in agro . Solennitatem quoqꝫ in exitu anni C
quando cõgregaueris oẽs fruges tuas de agro
Ter in anno apparebit.omne maſculinum tuum
coram domino deo tuo.Non immolabis ſuper
fermento ſanguineȝ victime tue:nec remanebit
adeps ſolẽnitatis mee:vſqꝫ mane . Primitiuas
frugum terre tue deferes in domum domini dei
tui.Non quoqꝫ hedũ in lacte matris ſue.Ecce
ego mittam angeluȝ meum qui precedat te ⁊ cu⸗ Tertium.
ſtodiat in via:⁊ introducat in locum quem pre⸗
paraui tibi Obſerua eum ⁊ audi voceȝ eius.nec j.xliiij.g
contennẽdum putes : quia non dimittat cũ pec
caueris:⁊ eſt nomẽ meuȝ in illo.Qđ ſi audieris deu .viij.d
vocem eius ⁊ feceris omnia que loquor:inimic⁹
ero inimicis tuis ⁊ affligam affligentes te:prece
detqꝫ te ãgelus meus:⁊ introducet te ad amorre
um ⁊ Etheum ⁊ Phereȝeuȝ Chananeumqꝫ et
Eueum ⁊ Iebuȝeuȝ:quos ego conteram.Non
adorabis deos eorum neqꝫ coles eos. Nõ facies
opera eorum .ſed deſtrues et confringes ſtatuas
eorum:Seruietiſqꝫ dño deo veſtro:⁊ benedicam
panibus tuis : ⁊ aquis ⁊ auferam infirmitatem Deu.vij.c.
de medio tui.Nõ erit infecũda nec ſterilis terra D
tua:numerum dierum tuorum implebo.Terro⸗
reȝ meũ mittam in precurſuȝ tuum:et occidam
omneȝ populum ad quẽ ingredieris: cũctorũqꝫ
inimicorum tuorum coram te terga vertaȝ emit
tens ſcabrones prius qui fugabunt .Eueum et
Chananeum Etheum anteqꝫ introeas. Nõ eij⸗
ciam eos a facie tua anno vno:ne terra in ſolitu⸗
dinem redigat:⁊ creſcãt contra te beſtie.Pau⸗
latim expellaȝ eos de cõſpectu tuo donec augea
ris et poſſideas terram.Ponam autem termi⸗
nos tuos a mari rubro vſqꝫ ad mare paleſtinorũ
et a deſerto vſque ad flumium.Tradam in mani⸗
bus veſtris habitatores terre:⁊ eijciaȝ eos de cõ Deu.vij.a.
ſpectu veſtro.Non inibis cum eis fedus nec cũ
dijs eorum.Non habitent in terra tua : ne forte
peccare te faciant in me.ſi ſeruieris dijs eorum
ꝙ tibi certe erit in ſcandalum.

¶ Ca.Sũ. ¶ De aſcenſu Moyſi de volumine
federis:de tabulis lapideis:de mora ĩ mõte qua
draginta diebus ⁊ noctibus. Caplm.xxiiij.

MOyſi quoqꝫ dixit Aſcẽ A
de ad dominuȝ tu et Aaron Na⸗
dab:⁊ Abiu:⁊ ſeptuaginta ſenes
ex iſrael:⁊ adorabitis ꝓcul.So⸗
luſqꝫ Moyſes aſcẽdet ad dñm,⁊
illi non appropinquabunt nec populus aſcẽdet
cuȝ eo.Venit ergo moyſes.⁊ narrauit plebi oĩa s.ix.b.
verba dñi atqꝫ iudicia.Rñditqꝫ cunctus popu⸗
D

lus vna voce. Omnia verba domini que locutus
eſt faciemus. Scripſit autē Moyſes vniuerſos
B ſermones domini: mane conſurgens edificauit
altare domino ad radices montis: ⁊ duodecim ti
tulos per duodecim tribus Iſrael. Miſitq; iu-
uenes de filijs Iſrael ⁊ obtulerūt holocauſta im
molaueruntq; victimas pacificas domino vitu-
los duodecim. Tulit itaq; Moyſes dimidiā par
tem ſanguinis ⁊ emiſit in crateras: partem autē
reſiduam fudit ſuper altare. Aſſumenſq; volu-
men federis legit audiente populo. Qui dixerūt
omnia que locutus eſt dominus faciemus ⁊ eri-
mus obedientes. Ille vero ſumptum ſanguinem
reſperſit in populum. Et ait: hic eſt ſanguis fe-
Heb. ix. c. deris quod pepigit dominus vobiſcum ſuper cū
C ctis ſermonibus his. Aſcenderuntq; Moyſes ⁊
Aaron Nadab ⁊ Abiu ⁊ ſeptuaginta de ſeniori-
bus Iſrael: et viderunt deum Iſrael. Sub pedi
bus eius quaſi opus lapidis ſapphirini. et quaſi
celum cum ſerenum eſt. Nec ſuper eos qui pro
cul receſſerant de filijs Iſrael miſit manum ſuā.
Videruntq; deum et comederunt ac biberunt.
Dixit autem dominus ad Moyſen. Aſcende ad
me in montem et eſto ibi: daboq; tibi tabulas la
pideas et legem ac mandata que ſcripſi vt do-
ceas filios Iſrael. Surrexerunt Moyſes ⁊ Jo
ſue miniſter eius: aſcendenſq; Moyſes in mon-
D tem dei ſenioribus ait. Expectate hic donec re
uertamur ad vos. Habetis Aaron ⁊ hur vobiſ-
cum: ſi quid natum fuerit queſtionis referetis
ad eos. Cumq; aſcēdiſſet Moyſes: operuit nu-
bes mōtem ⁊ habitauit gloria dn̄i ſuper Sinai: te
gens illū nube ſex diebus. Septimo aūt die vo-
cauit eū dn̄s de medio caliginis. Erat aūt ſpēs
glorie dn̄i quaſi ignis ardēs ſuper verticē mōtis
E in cōſpectu filiorum Iſrael. Ingreſſuſq; Moy-
De renū. c ſes mediū nebule: aſcēdit in mōtem. Et fuit ibi
niſi ante finem. quadraginta diebus: ⁊ quadraginta noctibus.

J. xxxiiij. d. ¶ Capituli Summarium. ¶ De materia ta-
bernaculi preparanda: ſcʒ de primitijs aſſumen-
dis: de arca et ad illam pertinentibus: de menſa
et ad eam pertinentibus: de candelabro ⁊ ei per
tinentibus. Capitulum. xxv.

A Locutus eſt dominus ad Moyſen: dicens: Loquere fi-
lijs Iſrael: vt tollant mihi primi-
tias ab omni homine qui offert
vltroneus accipietis eas. Hec ſunt
autem que accipere debetis. Aurum et argentū
et es hyacynthum et purpuram: coccumq; bis tin
j. xxv. a. ctum et byſſum: pillos caprarum ⁊ pelles arietū
rubricatas: pelleſq; hyacynthinas et ligna ſethim
oleum ad luminaria concinnāda: aromata in vn-
guentum et thymiamata boni odoris: lapides:
onychinos et gemmas ad ornandum ephot ac
rationale. Faciantq; mihi ſanctuarium et habi-
tabo in medio eorum: iuxta omnem ſimilitudi-
nem tabernaculi quod oſtendam tibi: et omnium

vaſorum in cultum eius. Sicq; facietis illud. Ar
cam de lignis ſethim cōpingite: cuius lōgitudo
habeat duos et ſemis cubitos: latitudo cubitum
⁊ medium: altitudo cubitum ſimiliter ac ſemiſ-
ſem: et deaurabis eam auro mundiſſimo intus
et foris. Facieſq; ſupra coronam auream per cir-
cuitum: quattuor circulos aureos quos pones
per quattuor arce angulos. Duo circuli ſint in
latere vno et duo in altero. Facies quoq; vectes
de lignis ſethim ⁊ operies eos auro. Induceſq;
per circulos qui ſunt in arce lateribus vt porte
tur in eis: qui ſemper erunt in circulis: nec vnq̄
extrahentur ab eis. Poneſq; in arca teſtificatio
nem quam dabo tibi. Facies et propitiatorium
de auro mundiſſimo. Duos cubitos et dimidiū
tenebit longitudo eius: et cubitum ac ſemiſſem
latitudo. Duos quoq; cherubin aureos et pro-
ductiles facies ex vtraq; parte oraculi. Cherub
vnus ſit in latere vno et alter in altero. Vtrūq;
latus propitiatorij tegant expandentes alas et
operientes oraculum: reſpiciantq; ſe mutuo ver-
ſis vultibus in propitiatorium quo operiēda eſt
arca: in qua pones teſtimonium quod dabo tibi
Inde precipiam et loquar ad te ſupra propitia-
torium ſcilicet: ac de medio duorum cherubin qui
erunt ſuper arcam teſtimonij cuncta que māda-
bo per te filijs Iſrael. Facies et menſam de li-
gnis ſethim habētem duos cubitos lōgitudinis: ⁊
in latitudine cubitum: et in altitudie cubitū ac ſe
miſſem: et inaurabis eam auro puriſſimo. Faci-
eſq; illi labium aureum per circuitum et ipſi la-
bio coronam interraſilem altam quattuor digitis
et ſuper illam alteram coronam aureolam: Quat
tuor quoq; circulos aureos preparabis: ⁊ pones
eos in quattuor angulis eiuſdem menſe per ſin-
gulos pedes. Subter coronam erunt circuli au-
rei vt mittantur vectes per eos et poſſit menſa
portari. Ipſos quoq; vectes facies de lignis ſe-
thim: et circundabis auro ad ſubuehendam mē
ſam. Parabis et acetabula ac phialas: thuribula
et cyathos: in quibus offerenda ſunt libamina
ex auro puriſſimo: ⁊ pones ſuper mēſam panes
propoſitionis in conſpectu meo ſemper. Facies
et candelabrum ductile de auro mundiſſimo: ha
ſtile eius et calamos: et cyphos et ſpherulas: ac
lilia ex ipſo procedentia. Sex calami egrediētur
de lateribus tres ex vno latere ⁊ ex altero. Tres
cyphi quaſi in nucis modum per calamos ſingu
los ſpheruleq; ſimul et lilia: et tres ſimiliter cy
phi inſtar nucis in calamo altero: ſpheruleq; ſi-
mul et lilia. Hoc erit opus ſex calamorum: qui
producendi ſunt de haſtili. In ipſo autem cande
labro erunt quattuor cyphi in nucis modū ſphe
ruleq; per ſingulos et lilia. Spherule ſub duo-
bus calamis per tria loca: qui ſimul ſex fiūt pro
cedentes de haſtili vno. Et ſpherule igitur et ca-
lami ex ipſo erunt vniuerſa ductilia de auro pu
riſſimo. Facies et lucernas ſeptem: et pones eas
ſuper candelabrum vt luceant ex aduerſo. Emū
ctoria quoq; et vbi ea que emuncta ſunt extinguan
tur: fiant de auro puriſſimo. Omne pōdus can-

Hebre. viij. b. Actu. vij. f. delabri cum vniuerſis vaſis ſuis habebit talentū
auri puriſſimi. Inſpice et fac ſecundum exem-
plar, quod tibi in monte monſtratum eſt.

¶ Capituli Sūmarium ¶ De quattuor ope-
rimentis tabernaculi: de parietibus tabernacu-
li: de duobꝰ vellis: de baſſibus et quinqꝫ colūnis.

Capitulum. xxvj.

A Primum operimentum tabernaculi. Tabernaculū vero ita
fiet: Decem cortinas de byſſo re-
torta: et hiacyntho: ac purpura
coccoqꝫ bis tincto: variatas ope-
re plumario facies. Longitudo
cortine vnius habebit vigintiocto cubitos: lati-
tudo quattuor cubitorum erit. Vnius menſure
fient vniuerſa tentoria. Quinqꝫ cortine ſibi iun-
gentur mutuo: et alie quinqꝫ nexu ſimili cohere-
B bunt. Anſulas hiacynthinas in lateribus ac ſum-
mitatibus facies cortinarum: vt poſſint inuicem
copulari. Quinquagenas anſulas cortina habe-
bit in vtraqꝫ parte ita inſertas vt anſa contra
Secūdū operimentum. anſam veniat: et altera alteri poſſit adaptari. Fa-
cies et quinquaginta circulos aureos quibus
cortinarum vella iungenda ſunt vt vnum taber-
naculum fiat. Facies ⁊ ſaga cilicina vndecim: ad
operiendum tectum tabernaculi. Longitudo ſa-
gi vniꝰ habebit triginta cubitos ⁊ latitudo quat-
tuor. Equa erit menſura ſagorum omniū. E qui-
bus quinqꝫ iunges ſeorſum: ⁊ ſex ſibi mutuo co-
pulabis: ita vt ſextum ſagum in fronte tecti du-
plices. Facies ⁊ quinquaginta anſas in hora ſa-
gi vnius: vt coniungi cum altero queat et quin-
quaginta anſas in ora ſagi alterius vt cum alte-
C ro copuleſ. Facies ⁊ quinquaginta fibulas ene-
as quibus iungantur anſe: vt vnū ex omnibus
operimentum fiat. Quod autem ſuperfuerit in
ſagis que parantur tecto. i. vnum ſagum ꝙ am-
plius eſt. ex medietate eiꝰ operies poſteriora ta-
Tertiū operimentum. bernaculi et cubitus ex vna parte pendebit ⁊ al-
ter ex altera qui plus eſt in ſagorum lōgitudine
vtrumqꝫ latus tabernaculi protegens. Facies ⁊
operimentum aliud tecto de pellibus arietū ru-
bricatis. Et ſuper hoc rurſum aliud operimen-
Quartū operimētū. tum de hyacintinis pellibus. Facies et tabulas
D ſtantes tabernaculi de lignis ſethim: que ſingu-
le denos cubitos in longitudine habeant ⁊ in la-
titudine ſingulos ac ſemiſſem. In lateribus ta-
bule due incaſtrature fient. quibus tabula alteri
tabule connectatur atqꝫ in hunc modum cuncte
tabule parabuntur. Quarum viginti erunt in la-
tere meridiano ꝙ vergit ad auſtrū quibus qua-
draginta baſes argenteas fundes vt bine baſes
ſingulis tabulis per duos angulos ſubijciātur.
In latere quoqꝫ ſecundo tabernaculi ꝙ vergit
E ad aquilonem: viginti tabule erunt quadragin-
ta habentes baſes argenteas. Bine baſes ſingu-
lis tabulis ſupponētur: Ad occidētalē vero pla-
gam tabernaculi facies ſex tabulas et rurſum ali-
as duas que in angulis erigantur poſt tergū ta-
bernaculi. Eruntqꝫ ſibi coniuncte ad deorſum vſ-
qꝫ ſurſū: et vna oēs compago retinebit. Duabꝰ
quoqꝫ tabulis que in angulis ponende ſunt ſimi-
lis iunctura ſeruabitur. et erunt ſimul tabule oc-
to baſes earum argentee ſedecim duabus baſi-
bus per vnam tabulam ſupputatis. Facies ⁊ vec-
tes de lignis ſethim quinque ad continendas ta- F
bulas in vno latere tabernaculi: et quinque ali-
os in altero et eiuſdē numeri ad occidentalem
plagam qui mittentur per medias tabulas a ſū-
mo vſqꝫ ad ſummum. Ipſas vſqꝫ tabulas deau-
rabis: et fundes in eis anulos aureos per quos
vectes tabulata contineant quos operies lami-
nis aureis. Et eriges tabernaculum iuxta exem-
plar ꝙ tibi in monte monſtratum eſt. Facies et
velū de hiacynto ⁊ purpura coccoqꝫ bis tincto
et byſſo retorta opere plumario ⁊ pulchra varie-
tate contextum ꝙ appendens ante quattuor co-
lumnas de lignis ſethim que ipſe quidē deaura-
te erunt et habebunt capita aurea: ſed baſes ar- B
genteas. Inſeretur autem velū per circulos in-
tra ꝙ pones arcam teſtimonij quo et ſanctuari-
um ⁊ ſanctuarij ſanctuaria diuidentur. Pones
et propitiatorium ſuper archam teſtimonij in ſā-
cta ſanctorum. extra menſamqꝫ velum et contra
menſam candelabrum in latere tabernaculi me-
ridiano. Menſa enim ſtabit in parte aquilonis
Facies et tentorium in introitu: tabernaculi de
hiacyntho et purpura coccoqꝫ bis tincto et biſ-
ſo retorta opere plumarij et quinqꝫ columnas
deaurabis lignorum ſethim. ante quas ducetur
tentorium quarum erunt capita aurea baſes.

¶ Capi. Summa. ¶ De altari tabernaculi. ⁊
atrio tabernaculi ⁊ oleo lucerne.

Capi. xxvij.

Facies ⁊ altare de li-
gnis ſethim ꝙ habebit quinqꝫ
cubitos in longitudine: et to- A
tidem in latitudine id eſt qua-
drum ⁊ tres cubitos in alti-
tudine. Cornua autē ꝑ quat-
tuor angulos ex ipſo erunt ⁊
operies illud fere. Facieſqꝫ in vſus eius lebetes
betes ad ſuſcipiēdos cineres ⁊ forcipes atqꝫ fu-
ſcinulas ⁊ ignium receptacula. Oia vaſa ex ere fa-
bricabis. Craticulamqꝫ in modum retis eneam
per cuiꝰ quattuor angulos erūt quattuor anuli
enei quos pones ſubter arulam altaris. Eritqꝫ
cratula vſqꝫ ad altaris medium. Facies ⁊ vectes
altaris de lignis ſethim duos quos opies lami-
nis eneis: et induces per circulos: eruntqꝫ ex
vtroqꝫ latere altaris ad portandū. Non ſolidū
ſed inane ⁊ cauū intrinſecus facies illud ſicut ti-
bi in mōte mōſtratū eſt. Facies ⁊ atriū taberna-
culi: in cuius auſtrali plaga cōtra meridiē erūt
tentoria de byſſo retorta: Cētum cubitos vnū
latus tenebit in longitudine: ⁊ columnas viginti
cū baſſibꝰ tot idē eneis que capita cū celaturis
ſuis habebūt argētea. Silr ⁊ i latere aqlōis per
longū erunt tentoria centū cubitorū. colūne vi-

ginti: ⁊ baſes ȝenee eiuſdē numeri ⁊ capita earuȝ cum celaturis ſuis argentea. In latitudine vero atrij ꝙ reſpicit ad occidentē erūt tētoria per quinquaginta cubitos. ⁊ colūne decem baſſes totidem. In ea quoqꝫ atrij latitudine que reſpicit ad orientem: quinquaginta cubiti erūt in quibꝰ quindecim cubitorum tentoria lateri vno deputabuntur. colum neqꝫ tres et baſes totideȝ ⁊ latere altero erunt tentoria cubitos obtinētia qn decim: colūne tres ⁊ baſes totidem. In introitu vero atrij fiet tentorium cubitorū viginti ex hiacyntho ⁊ purpura. coccoqꝫ bis tincto ⁊ byſſo retorta opere plumarij. Colūnas habebit quattuor. cum baſibus totidem. Omnes colunne atrij ꝑ circuitū veſtite erunt argenteis laminis capi
D tibus argēteis ⁊ baſſibus ȝeneis: In lōgitudine occupabit atrium cubitos centum in latitudine quinquaginta altitudo quinqꝫ cubitorū erit. Fiet de byſſo retorta. ⁊ habebit baſes ȝeneas. Cūctaqꝫ vaſa tabernaculi in oēs vſus ⁊ cerimonias tam paxillos eiꝰ ꝙ̄ atrij ex ere facies. Pre
Leui. xvj. b cipe filijs Iſrael vt afferant tibi oleum de arboribus oliuarum puriſſimuȝ piloqꝫ contuſum vt ardeat lucerna ſemper in tabernaculo teſtimonij extra velum ꝙ oppanſum eſt teſtimonio: ⁊ collocabunt eam Aaron ⁊ filij eius ⁊ vſqꝫ mane luceat coram domino. Perpetuus erit cultus per ſucceſſiones eorum coram filijs Iſrael.

¶ Capi. Sum. ¶ De ornamentis ſummi ſacerdotis: ⁊ filiorum ſuorū. Capl'ȝ. xxviij.

a Applica quoqꝫ ad te Aaron fratrem tuum cuȝ filijs ſuis de medio filiorū Iſrael vt ſacerdotio fungantꝰ mihi Aaron Nadab ⁊ Abiu: Eleaȝar ⁊ Ithamar facieſqꝫ veſtem ſanctam Aaron fratri tuo in gloriam ⁊ decorem. Et loqueris cunctis ſapiētibus corde quos repleui ſpiritu prudentie vt faciant veſtes Aaron in quibus ſanctificatus miniſtret mihi. Hec autem erunt veſtimenta que facient. Rationale ⁊ ſuperhumerale tunicam ⁊ lineam ſtrictam cidarim ⁊ baltheum. Facient veſtimenta ſancta fratri tuo Aaron ⁊ filijs eius: vt ſacerdotio fungantur mihi.

xxj. di. c. j. lxxv. di. c. ordinationes

Ornamēta Aaron ſummi pontificis.

xxxvj. diſ. c. qui eccleſiaſticis.

B Accipientqꝫ aurum ⁊ hiacynthum ⁊ purpurā: coccumqꝫ bis tinctum ⁊ byſſum. Facient autem ſuperhumerale de auro ⁊ hiacyntho ⁊ purpura: coccoqꝫ bis tincto ⁊ byſſo retorta opere polymito. Duas oras iunctas habebit in vtroqꝫ latere ſummitatū: vt in vnum redeant. Ipſa qꝫ textura et cuncta opꝭ varietas erit ex auro et hiacyntho ⁊ purpura coccoqꝫ bis tincto et byſſo retorta. Sumeſqꝫ duos lapides onychinos ⁊ ſculpes in eis noīa filiorum Iſrael: ſex noīa in lapide vno: ⁊ ſex reliqua in altero: iuxta ordinem natiuitatis eoruȝ. Opere ſculptoris ⁊ celatura gemmarum: ſculpes eos noībus filiorum Iſrael; incluſos auro atqꝫ circundatos: et pones in vtroqꝫ latere ſuperhumeralis: memoriale filijs Iſrael. Portabitqꝫ Aaron noīa eoruȝ coram dn̄o ſuper vtrunqꝫ humerū: ob recordationem. Facies ⁊ vncinos ex auro: ⁊ duas catenulas auri puriſſimi ſibijinuicem coherentes: quas inſeres vncinis. Rationale quoqꝫ iudicij facies opere polymito iuxta texturam ſuperhumeralis ex auro: hiacyntho ⁊ purpura coccoqꝫ bis tincto ⁊ byſſo retorta. Quadrāgulū erit ⁊ dup lex. Menſuram palmi habebit: tam in longitudine ꝙ̄ in latitudine: poneſqꝫ in eo quattuor ordines lapidū.
In primo verſu erit lapis ſardius ⁊ topaȝius et ſmaragdus. In ſecundo carbunculus ſaphyrus ⁊ iaſpis. In tertio ligurius: achates ⁊ amethiſtꝰ. In quarto chryſolithus onychinus ⁊ berillus. Incluſi auro erūt per ordines ſuos. Habebūtqꝫ nomina filiorū Iſrael. Duodecim noībus celabuntur: ſinguli lapides noībus ſingulorum per duodecim tribus. Facies in rationali catenas ſibijinuicem coherentes ex auro puriſſimo ⁊ duos anulos aureos quos pones in vtraqꝫ rationalis ſummitate. catenaſqꝫ aureas iunges anulis qui ſunt in marginibus eius: ⁊ ipſarū catenarum extrema duobus copulabis vncinis in vtroqꝫ latere ſuperhumeralis quod rōnale reſpicit. Facies ⁊ duos anulos aureos quos pones in ſummitatibus rationalis: ⁊ in oris que e regione ſunt ſuperhumeralis ⁊ poſteriora eius aſpiciunt: necnō ⁊ alios duos anulos aureos qui ponendi ſunt in vtroqꝫ latere ſuperhumeralis deorſum: quod reſpicit contra facieȝ iūcture inferioris: vt aptari poſſit cum ſuperhumerali vt ſtringatur rationale anulis ſuis cum anulis ſuperhumeralis vitta
B hiacynthina vt maneat iunctura fabrefacta: ⁊ a ſe inuicem rationale ⁊ ſuperhumerale nequeant ſeparari. Portabitqꝫ Aaron noīa filiorꝫ Iſrael in rationali iudicij ſuper pectus ſuuȝ qn̄ ingreditꝰ ſanctuariū memoriale coram dn̄o in eternū. Pones autē in rationali iudicij doctrinā ⁊ veritateȝ que erunt in pectore Aaron quando ingreditꝰ coram domino: ⁊ geſtabit iudicium filiorū Iſrael in pectore ſuo in conſpectu dn̄i ſemper. Facies ⁊ tunicam ſuperhumeralis: totam hiacynthinam in cuius medio ſupererit capitium et ora per gyrum eius textilis: ſicut fieri ſolet in extremis veſtium partibus ne facile rumpatur. Deorſum vero ad pedes eiuſdē tunice per circuitū quaſi malapunica facies ex hiacyntho: et purpura et cocco bis tincto ⁊ byſſo retorta: mixtis in medio tintinnabuli: ita vt tintinnabulum ſit aureum et malumpunicum: rurſumqꝫ tintinnabulum aliud aureum ⁊ malumpunicum. Et veſtietur ea Aaron in officio miniſterij: vt audiatur ſonitus quādo ingreditur et egreditur ſanctuariū in conſpectu dn̄i: ⁊ non moriatꝰ. Facies ⁊ laminam de auro puriſſimo in qua ſculpes opere celatoris ſanctuȝ domino. Ligabiſqꝫ eam vitta hiacynthina et erit ſuper thiaram imminens fronti pontificis. Portabitqꝫ Aaron iniquitates eorum que obtulerunt, et ſacrificauerunt filij Iſrael: in cunctis muneribus et donarijs ſuis. Erit autem lamina

G ſemper in fronte eius vt placatus ſit ei dominꝰ.
Stringenſq̧ tunicam byſſo: τ thiarã byſſinaʒ fa-
cies τ baltheuʒ: opere plumarij. Porro filijs Aa
ron tunicas lineas parabis τ baltheos ac thia-
ras in gloriam τ decorem veſtieſq̧ his omnibus
Aaron fratreʒ tuum τ filios eius cum eo. Et cun
ctorum conſecrabis manus: ſanctificabiſq̧ illos
vt ſacerdotio fungantur mihi. Facies τ femora-
lia linea vt operiant carnem turpitudinis ſue a
renibus vſq̧ ad femora: τ vtentur eis Aaron τ fi-
lij eius quando ingredientur tabernaculum te-
ſtimonij: vel quando appropinquant ad altare
vt miniſtrent in ſanctuario ne iniquitatis rei mo
riantur. Legitimum ſempiternum erit Aaron τ
ſemini eius poſt eum.

¶ C.S. ¶ De conſecratione ſacerdotum: de oblatione τ obſeruantia eorum. Caplʒ.xxix.

Sed τ hoc facies vt
mihi in ſacerdotio cõſecretur.
Tolle vitulum de armento et
arietes duos immaculatos: pa
neſq̧ azymos τ cruſtulã abſq̧
fermẽto que ↄſperſa ſint oleo:
lagana quoq̧ azyma: oleo lita.
De ſimila triticea cuncta facies: τ poſita in cani
ſtro offeres vitulum aũt τ duos arietes: τ Aaron
ratio ac filios eius applicabis ad oſtiuʒ tabernaculi te
τ fi- ſtimonij. Cumq̧ laueris patrem cum filijs ſuis
eius aqua: indues Aarõ veſtimentis ſuis: id eſt linea τ
rdo- tunica: ſuperhumerali τ rationali: quod conſtrin
ges baltheo: τ pones thiaram in capite eius τ la
B minã ſanctam ſuper thiaram τ oleum vnctionis
fundes ſuper caput eius: atq̧ hoc ritu conſecra-
bitur. Filios q̧ illius applicabis τ indues tuni-
cis lineis: cingeſq̧ baltheo Aaron ſcilʒ τ liberos
eius τ impones eis mitras: eruntq̧ ſacerdotes
.b. mihi religione perpetua. Poſtq̃ initiaueris ma
nus eorum: applicabis τ vitulum coram taberna
culo teſtimonij. Imponentq̧ Aaron τ filij eius
manus ſuper caput illius: τ mactabis eum in cõ-
ſpectu dñi: iuxta oſtium tabernaculi teſtimonij:
ſumptumq̧ de ſanguine vituli: pones ſuper cor-
nua altaris digito tuo: reliquum aũt ſanguinem
fundes iuxta baſim eius. Sumes τ adipem totũ
qui operit inteſtina τ reticulum iecoris ac duos
ſſ.a. renes τ adipem qui ſuper eos eſt τ offeres incen
C ſum ſuper altare: carnes vero vituli τ corium τ fi
mum combures foris extracaſtra: eo ꝙ pro pec-
cato ſit. Unum q̧ arietem ſumes ſuper cuius ca
put ponent Aaron τ filij eius manus: quem cum
mactaueris tolles de ſanguine eius: τ fundes cir
ca altare: ipſum auteʒ arietem ſecabis in fruſtra:
lotaq̧ inteſtina eius ac pedes pones ſuper con-
ciſas carnes: τ ſuper caput illius τ offeres totuʒ
arietem incenſum ſuper altare: oblatio eſt domi-
no odor ſuauiſſimus victime dñi. Tolles q̧ arie-
tem alterum: ſuper cuius caput Aaron τ filij eiꝰ
ponent manus. Quem cuʒ immolaueris: ſumes
de ſanguine eius: τ pones ſuper extremũ auricu
le dextre Aaron τ filiorum eius: τ ſuper pollices
manus eorũ ac pedis dextri: fundeſq̧ ſanguineʒ D
ſuper altare per circuitum. Cũq̧ tuleris de ſan-
guine qui eſt ſuꝑ altare τ de oleo vnctionis: aſper
ges Aaron τ veſtes eius filios τ veſtimenta eorũ. xxi.di.c.i.
Conſecratiſq̧ ipſis τ veſtibus: tolles adipem de
ariete: τ caudam τ aruinam que operit vitalia: ac
retitulum iecoris τ duos renes: atq̧ adipem qui
ſuper eos eſt: armũq̧ dextrũ eo ꝙ ſit aries conſe
crationis: tortãq̧ panis vnius cruſtulam cõſper
ſam oleo: laganum de caniſtro azymorũ qđ poſi-
tum eſt in conſpectu dñi: poneſq̧ oĩa ſuper ma-
nus Aaron τ filiorũ eius: τ ſanctificabis eos ele-
uans coram dño. Suſcipieſq̧ vniuerſa de mani-
bus eorũ: τ incendes ſuper altare in holocauſtũ:
odorem ſuauiſſimum in cõſpectu dñi: q: oblatio
eius eſt. Sumes q̧ pectuſculũ de ariete quo ini- E
tiatus eſt Aron ſanctificabiſq̧ illud eleuatum co
ram dño: τ cedet in partem ſuam. Sanctificabiſ-
q̧ τ pectuſculũ conſecratum τ armum quem de
ariete ſeparaſti: quo initiatus eſt Aaron τ filij eiꝰ
cedentq̧ in partem Aaron et filiorum eius iure
perpetuo a filijs Iſrael: quia primitiua ſunt τ ini
tia de victimis eorũ pacificis que offerũt domi-
no. Ueſtem autem ſanctam qua vtit̃ Aaron ha-
bebunt filij eius poſt euʒ vt vnguant̃ in ea: et con
ſecrentur manus eorum. Septẽ diebus vtetur il
la qui pontifex pro eo fuerit conſtitutus de filijs
eius et qui ingredietur tabernaculum teſtimo-
nij: vt miniſtret in ſanctuario. Arietem aũt con-
ſecrationis tolles: et coques carnes eius in loco F
ſancto: quibus veſcetur Aaron: et filij eius. Pa
nes quoq̧ qui ſunt in caniſtro in veſtibulo taber
naculi teſtimonij comedent: vt ſit placabile ſacri
ficium et ſanctificentur offerentium manus Alie
nigena non veſcetur ex eis: q: ſancti ſunt. Quod
ſi remanſerit de carnibus conſecratis ſiue de pa
nibus vſq̧ mane: combures reliquias igni. Nõ
comedentur: quia ſanctificata ſunt. Omnia que
precepit tibi facies ſuper Aaron et filijs eiꝰ. Se-
ptem diebus conſecrabis manus eorũ et vituluʒ
pro peccato offeres: per ſingulos dies: ad expian
dum. Mundabiſq̧ altare cum immolaueris ex-
piationis hoſtiam et vnges illud in ſanctificatio
nem. Septem diebus expiabis altare et ſanctifi
cabis: et erit ſanctum ſanctorũ. Oĩs qui tetige- G
rit illud ſanctificabitur. Hoc eſt ꝙ facies in alta-
ri. Agnos anniculos duos per ſingulos dies iu-
giter vnum agnum mane et alterũ veſpere: deci-
mam partem ſimile conſperſe oleo tuſo: qđ ha-
beat menſuram quartam partem hin: et vinũ ad
libandum eiuſdẽ menſure in agno vno. Alterum
vero agnum offeres ad veſperam iuxta rituʒ ma
tutine oblationis: et iuxta ea que diximꝰ in odo-
rem ſuauitatis. Sacrificiũ eſt dño oblatione per
petua in ꝗnationes veſtras: ad oſtiũ tabernaculi
teſtimonij coram dño vbi conſtituã vt loquar ad
te. Ibiq̧ precipiã filijs Iſrael et ſanctificabit̃ al
tare in gloria mea. Sanctificabo et tabernaculũ
teſtimonij cũ altari: et Aarõ cũ filijs eiꝰ: vt ſacer-

dotio funganf mihi. Et habitabo in medio filio⸗
rum Iſrael: eroqꝫ eis deus ⁊ ſciēt q: ego dn̄s de⁹
eorum: qui eduxi eos de terra Egypti vt mane⸗
rem inter illos: ego dominus deus ipſorum.

¶ Capituli. Sūmarium. ¶ De altari thymia
matis conſtruendo: de pecunia exigenda a popu
lo: de labio eneo: de confectione vnctionis thy⸗
miamatis. Capitulum. xxx.

A Acies quoqꝫ altare
ad adolendū thymiama de li⸗
gnis ſethim habens cubitum
longitudinis ⁊ alterum latitu⸗
dinis: id eſt quadrangulum: et
duos cubitos in altitudie. Cor
nua ex ipſo procedent veſtieſ⸗
qꝫ illud auro puriſſimo tam craticulā eius q̄ pa⸗
rietes per circuitū ⁊ cornua. Facieſqꝫ ei coronam
aureolam per gyrum ⁊ duos anulos aureos ſub
corona p̄ ſingula latera: vt mittanf in eos vectes
et altare portef. Ipſos qꝫ vectes facies de lignis
ſethim ⁊ inaurabis. Poneſqꝫ altare contra ve⸗
lum quod ante arcam pendet teſtimonij coram
propitiatorio quo tegitur teſtimoniū vbi loquar
tibi: ⁊ adolebit incenſum ſuper eo: Aaron ſuaue
B fragrans. Mane quando componet lucernas in⸗
cendet illud: ⁊ quando collocat eas ad veſperum
vret thymiama ſempiternū corā dn̄o in gn̄atiōes
veſtras. Non offeretis ſuper eo thymiama com⸗
poſitionis alterius: nec oblationes ⁊ victimam:
nec libabitis libamina. Et deprecabitur Aaron
ſuper cornua altaris ſemel per annū in ſanguine
quod oblatum eſt pro peccato: ⁊ placabit ſuper
eo in generationibus veſtris. Sanctū ſanctorū
erit dn̄o. Locutuſqꝫ eſt dn̄s ad Moyſen dicens.
Nu.j.a. Quando tuleris ſummā filiorū Iſrael iuxta nu
merum: dabunt ſinguli precium pro aīalibus ſu⸗
is dn̄o: ⁊ non erit plaga in eis cum fuerint recen⸗
ſiti. Hoc autē dabit oīs qui tranſit ad nomen di⸗
midium ſicli iuxta menſurā templi. Siclus vigin
Le.xxvij.c. ti obolos hꝫ. Media pars ſicli offeref domino.
Nūe.iij.g. Qui habef in numero a viginti annis ⁊ ſupra da
Ezec.xlv.d bit precium. Diues nō addet ad mediū ſicli: et
pauper nihil minuet. Suſceptamqꝫ pecuniā que
collata eſt a filijs Iſrael trades in vſus taberna⸗
xxxvj.diſ.c. culi teſtimonij: vt ſit monimentum eorum coram
qui eccleſia domino: ⁊ propitietur aīabus eorum. Locutuſqꝫ
ſticis. eſt dominus ad Moyſen: dicens. Facies ⁊ labiū
C eneum cum baſi ſua ad lauandum: poneſqꝫ illud
J.xl.d. inter tabernaculum teſtimonij ⁊ altare. Et miſſa
aqua lauabunt in ea Aaron ⁊ filij eius man⁹ ſuas
ac pedes: quando ingreſſuri ſunt tabernaculum
teſtimonij ⁊ quando acceſſuri ad altare vt offe⸗
rant in eo thymiama domino: ne forte moriātur.
Legitimum ſempiternum erit ipſi ⁊ ſemini eius
per ſucceſſiones. Locutuſqꝫ eſt dn̄s ad Moy⸗
ſen: dicens. Sume tibi aromata prime myrrhe ⁊
electe quingentos ſiclos: ⁊ cinnamomi modiū:
id eſt ducentoſquinquaginta ſiclos: calami ſimili
ter ducentos quinquaginta: caſie autem quingē
tos ſiclos in pondere ſanctuarij: oleum de oliue⸗
tis menſuram hin. Facieſqꝫ vnctionis oleum ſan D
ctum vnguentū compoſitum opere vnguentarij
⁊ vnges ex eo tabernaculum teſtimonij ⁊ arcam
teſtamenti: menſamqꝫ cū vaſis ſuis: candelabrū
⁊ vtenſilia eius altaria thymiamatis ⁊ holocau⸗
ſti: ⁊ vniuerſam ſupellectilem que ad cultū eorū ...j.d
pertinet: ſanctificabiſqꝫ oīa: ⁊ erunt ſancta ſan⸗ ...iij.c.
ctorum. Qui tetigerit ea ſanctificabitur. Aaron ...ij.d
⁊ filios eius vnges: ſanctificabiſqꝫ eos vt ſacerdo
tio funganf mihi. Filijs qꝫ Iſrael dicēs. Hoc oleū
vnctionis ſanctum erit mihi in generationes ve⸗
ſtras. Caro hominis non vngetur ex eo: ⁊ iuxta
cōpoſitionem eius non facietis aliud: quia ſan⸗
ctificatum eſt: ⁊ ſanctum erit vobis. Homo qui
cūqꝫ tale cōpoſuerit ⁊ dederit ex eo alieno: exter
minabitur de populo ſuo. Dixitqꝫ dn̄s ad Moy
ſen. Sume tibi aromata: ſtacten ⁊ onycham gal
banum boni odoris: ⁊ thus lucidiſſimū equalis
ponderis erunt omnia. Facieſqꝫ thymiama com
poſitum opere vnguentarij mixtū diligenter et A
purum ⁊ ſanctificatione digniſſimum. Cumqꝫ in
tenuiſſimum puluerem vniuerſa contuderis: po
nes ex eo coram tabernaculo teſtimonij in loco ...vij.c
quo apparebo tibi. Sanctum ſanctorum erit vo
bis thymiama. Talem compoſitionem non facie
tis in vſus veſtros: quia ſanctū eſt domino. Ho
mo quicunqꝫ fecerit ſimile: vt odore illius per⸗
fruatur: peribit de populis ſuis.

¶ C.S. ¶ De euocatione beſeleel magiſtri
tabernaculi: ⁊ Ooliab ſocij eius: de obſeruantia
ſabbati de duab⁹ tabulis datis moyſi. C. xxxi. B

L Ocutuſqꝫ eſt domi⸗
nus ad moyſen: dicens. Ecce vo
caui ex noīe beſeleel filiū huri fi
lij hur de tribu iuda: ⁊ impleui
eū ſpiritu dei ſapiētia: ⁊ intelli⸗ ...x.b.
gentia ⁊ ſcientia in omni opere ...ix.b.
ad excogitandū quicquid fabre
fieri pōt ex auro ⁊ argento ⁊ ere: marmore ⁊ gem
mis ⁊ diuerſitate lignorū: dediqꝫ ei ſociū Ooliab
filium achiſamech de tribu dan. Et in corde ho⸗
minis eruditi poſui ſapientiā vt faciant cuncta
que precepi tibi: tabernaculum federis ⁊ arcā te
ſtimonij: propitiatorium quod ſuper eam eſt: ⁊ ...S.xij.
cuncta vaſa tabernaculi menſamqꝫ: ⁊ vaſa eius: C
candelabrū puriſſimum cum vaſis ſuis: ⁊ altaria
thymiamatis ⁊ holocauſti ⁊ oīa vaſa eorū: labiū
cum baſi ſua: veſtes ſanctas in miniſterio Aaron
ſacerdoti ⁊ filijs eius: vt fungantur officio ſuo in ...iiij.e.
ſacris oleum vnctionis ⁊ thymiama aromatum
in ſanctuario. Omnia que precepi tibi facient.
Et locutus eſt dominus ad Moyſen: dicens.
Loquere filijs Iſrael: ⁊ dices ad eos. Videte
vt ſabbatum meum cuſtodiatis: quia ſignum
eſt inter me et vos in generationibus veſtris: vt D
ſciatis quia ego dominus ſanctifico vos. Cuſto⸗

dite ſabbatum meum. Sanctuʒ eſt enim vobis.
Qui polluerit illud moꝛte moꝛiatur. Qui fecerit
D in eo opus peribit aīa illiꝰ de medio populi ſui.
Sex diebus facietis opus: in ſeptimo ſabbatum
eſt requies ſancta dn̄o. Omnis qui fecerit opus
in hac die moꝛietur. Cuſtodiant filij iſrael ſabba-
tum: ⁊ celebꝛent illud in generationibus ſuis.
ij.j.d. Pactum eſt ſempiternum inter me ⁊ filios Iſ-
iiij.c. rael ſignumqꝫ perpetuum. Sex enim diebus fe
ij.d. cit dominus celum et terram: ⁊ in ſeptimo ab
omni opere ceſſauit. Dedit quoqꝫ Dominus
Moyſi completis huiuſcemodi ſermonibus in
Monte Synai duas tabulas teſtimonij lapi-
deas: ſcriptas digito dei.

Capituli. Summarium. Adoꝛauerunt
vitulum filij Iſrael: moꝛam faciente Moyſe in
Monte Synai: contra quos iratus eſt deus: de
fractiōe tabularū: de punitione peccati ⁊ occiſio
ne vigintitriū miliuʒ hoīm: Moyſes rogaturus
deum montē aſcendit. Capitulum. xxxij.

A Videns autem popu-
vij.c. lus ꝙ moꝛam faceret deſcenden-
di de monte Moyſes: congrega-
tus aduerſus Aaron: ait ſurge
fac nobis deos qui nos pꝛecedāt.
Moyſi enim huic viro qui nos eduxit de terra
Egypti ignoꝛamus quid acciderit ei. Dixitqꝫ
ad eos Aaron. Tollite inaures aureas de vxoꝛuʒ
filioꝛumqꝫ ⁊ filiarū veſtrarum auribus ⁊ afferte
ad me. Fecitqꝫ populus que iuſſerat: deferens
inaures ad Aaron. Quas cum ille accepiſſet foꝛ-
mauit opere fuſoꝛio: ⁊ fecit ex eis vituluʒ confla-
B tilem. Dixeruntqꝫ. Hi ſunt dij tui Iſrael qui te
eduxerūt de terra Egypti. Qđ cū vidiſſet Aarō
edificauit altare coꝛaʒ eo: ⁊ pꝛeconis voce clama-
uit: dicens. Cras ſolēnitas domini eſt. Surgen-
teſqꝫ mane obtulerunt holocauſta ⁊ hoſtias paci
n.x.b. ficas: ⁊ ſedit populus manducare ⁊ bibere: ⁊ ſur
ix.b. rexerunt ludere. Locutus eſt autem dominus
ad Moyſen: dicens. Vade deſcende: peccauit
populus tuus quem eduxiſti de terra Egypti:
receſſerunt cito de via quam oſtendiſti eis: fe-
ceruntqꝫ ſibi vitulum conflatilem: et adoꝛaue-
runt: atqꝫ immolantes hoſtias ei dixerunt. Iſti
ſunt dij tui Iſrael qui te eduxerunt de terra egy
8.xij. pti. Rurſumqꝫ ait dn̄s ad Moyſen. Cerno ꝙ po
pulus iſte dure ceruicis ſit. Dimitte me vt ira-
C ſcatur furoꝛ meus contra eos: ⁊ deleam eos: fa-
ciamqꝫ te in gentem magnam Moyſes aūt oꝛa-
bat dn̄m deum ſuū: dicens. Cur dn̄e iraſcitur fu-
roꝛ tuus contra populum tuuʒ quem eduxiſti de
iiij.c. terra Egypti: in foꝛtitudine magna ⁊ i manu ro-
buſta. Ne queſo dicant Egyptij: callide eduxit
eos: vt interficeret in montibus ⁊ deleret de ter-
ra: quieſcat ira tua ⁊ eſto placabilis ſuper nequi-
tia ppli tui. Recoꝛdare Abꝛaam: Iſaac: ⁊ Iſrael
D ſeruoꝛum tuoꝛū: quibus iuraſti per temetipſum
dicens. Multiplicabo ſemen veſtrum ſicut ſtel-
las celi: ⁊ vniuerſam terram hanc de qua locutus
ſum: dabo ſemini veſtro: ⁊ poſſidebitis eam ſem
per. Placatuſqꝫ eſt dn̄s ne faceret malū qđ locu
tus fuerat aduerſus populū ſuū. Et reuerſus eſt
Moyſes de mōte poꝛtans duas tabulas teſtimo
nij in manu ſua: ſcriptas ex vtraqꝫ parte ⁊ factas
opere dn̄i. Scriptura qꝫ dei erat ſculpta in tabu
lis. Audiens autem Ioſue tumultū populi voci
ferantis: dixit ad Moyſen. Vlulatus pugne au-
ditur in caſtris. Qui reſpondit. Non eſt clamoꝛ
adhoꝛtantium ad pugnam: neqꝫ vociferatio com
pellentium ad fugā: ſed vocem cantantium ego
audio. Cūqꝫ appꝛopinquaſſet ad caſtra: vidit vi-
tulum ⁊ choꝛos: iratuſqꝫ valde: pꝛoiecit de manu
tabulas: ⁊ confregit eas ad radicem montis. Ar- E
ripienſqꝫ vitulum quem fecerant: cōbuſit ⁊ con-
triuit vſqꝫ ad puluerē: quem ſparſit in aquam: ⁊
dedit ex eo potuʒ filijs iſrael. Dixitqꝫ ad Aaron
Quid tibi fecit hic populus: vt induceres ſuper
eum peccatum maximum? Cui ille reſpondit:
Ne indignetur dn̄s meus. Tu eniʒ noſti populū
iſtum: ꝙ pꝛonus ſit ad maluʒ. Dixerūt mihi fac
nobis deos: qui nos pꝛecedant: Huic eīm Moy-
ſi qui nos eduxit de terra Egypti neſcimꝰ quid
acciderit. Quibus ego dixi: Quis veſtruʒ habet
aurum? Tulerunt ⁊ dederunt mihi: ⁊ pꝛoieci il- F
lud in ignem: egreſſuſqꝫ eſt hic vitulus: Videns
ergo Moyſes populum: ꝙ eſſet nudatus: ſpolia
uerat enim eum Aaron pꝛopter ignominiam ſoꝛ
dis: ⁊ inter hoſtes nudum conſtituerat: ⁊ ſtans
in poꝛta caſtroꝛum: ait: Si quis eſt domini iun-
gatur mihi. Congregatiqꝫ ſunt ad eum omnes
filij Leui: quibus ait: Hec dicit dominus deus Nu.xxv.a.
Iſrael: Ponat vir gladium ſuper femur ſuum: xlv.di.c. di-
Ite ⁊ redite de poꝛta vſqꝫ ad poꝛtam per mediū ſciplinaruʒ
caſtroꝛum: ⁊ occidat vnuſquiſqꝫ fratrem ⁊ ami- xxiij.q.iiij.
cum ⁊ pꝛoximum ſuū. Feceruntqꝫ filij Leui iu- c.guiliſariꝰ
xta ſermonē Moyſi: cecideruntqꝫ in die illa qua- ⁊.c.qd cru-
ſi vigintitria milia hoīʒ. Et ait Moyſes: Cōſe- dele.
craſtis manus veſtras hodie dn̄o: vnuſquiſqꝫ in G
filio et fratre ſuo: vt detur vobis benedictio. Fa-
cto aūt altero die locutꝰ eſt moyſes ad populuʒ:
Peccaſtis peccatū maximū: Aſcendam ad dn̄ʒ:
ſi quo modo quiuero eum depꝛecari pꝛo ſcelere
veſtro. Reuerſuſqꝫ ad dn̄m ait. Obſecro: pecca-
uit populus iſte peccatum maximū: feceruntqꝫ
ſibi deos aureos: Aut dimitte eis hanc noxam:
aut ſi nō facis dele me de libꝛo tuo quē ſcripſiſti.
Cui rn̄dit dn̄s. Qui peccauerit mihi delebo euʒ xxij.q.iiij.
de libꝛo meo: Tu autem vade ⁊ duc populum qd crudele.
iſtum quo locutus ſum tibi: angelus meus pꝛece De pe.diſ.
det te: Ego autem in die vltionis viſitabo et hoc iiij.c.pecca
peccatum eoꝛum. Percuſſit ergo dominus po- tum.
pulum pꝛo reatu vituli quem fecerat Aaron. ē.xxiij.c.

Capitu. Sūma. Cōminatur deus populo
Iſrael pꝛopter peccatum: populus luxit: ⁊ oꝛna
tum deponit: tabernaculum extra caſtra teten-
dit: vbi conueniebat omnis populus pꝛo pace
habenda: dominus in columna loquitur Moy-
ſi: faciem dn̄i petit videre. Caplʒ. xxxiij.

a Locutusq; est domin⁹
ad Moysen: dicēs. Uade: ascē-
de de loco isto: tu ⁊ ppl's tuus
quē eduxisti de terra Egypti
in terrā quā iuraui Habraam:
Isaac ⁊ Jacob: dicēs: Semini
z.xiij.c. tuo dabo eam: ⁊ mittā precur-
ſorem tui angelū vt eijciam chananeum ⁊ amor-
reum ⁊ Etheum ⁊ Phereʒeum ⁊ Eueū ⁊ Hie-
buſeum: ⁊ intres in terram fluentem lacte ⁊ mel-
le. Non em̄ aſcendaʒ tecū: q: ppl's dure ceruicis
eſt ne forte diſperdā te in via. Audienſq; ppl's ſer
monem hunc peſſimū: luxit: ⁊ nullus ex more in-
dutus eſt cultu ſuo. Dixitq; dn̄s ad Moyſen:
Loquere filijs Iſrael: Populus dure ceruicis
es: ſemel aſcendam in medio tui ⁊ delebo te. Iaʒ
nunc depone ornatum tuū: vt ſciā quid faciam ti
B bi. Depoſuerunt ergo filij Iſrael ornatū ſuum a
monte Oreb. Moyſes q; tollens tabernaculum
tetendit extra caſtra procul: vocauitq; nomē ei⁹
tabernaculum federis. Et oīs ppl's qui habebat
aliquam queſtionē: egrediebat̄ ad tabernaculum
federis extra caſtra. Cumq; egrederetur Moy-
ſes ad tabernaculum: ſurgebat vniuerſa plebs: ⁊
ſtabat vnuſquiſq; in oſtio papilionis ſui: reſpicie
bantq; tergum Moyſi: donec ingrederetur ten-
torium. Ingreſſo aūt illo tabernaculum federis
deſcēdebat colūna nubis ⁊ ſtabat ad oſtiū: loque
baturq; dn̄s cum Moyſe: cernentibus vniuerſis
q̄ columna nubis ſtaret ad oſtium tabernaculi.
Stabantq; ipſi et adorabant per fores taber-
naculorum ſuorum. Loquebatur autem dn̄s ad
viij. q.5. j.c. moyſes. Moyſen facie ad faciem: ſicut ſolet loqui homo
ad amicum ſuum. Cumq; ille reuerteretur in ca
C ſtra: miniſter eius Joſue filius Nun puer nō re-
cedebat de tabernaculo. Dixit autē Moyſes ad
dn̄m: Precipis: vt educā populū iſtū: ⁊ non in-
dicas mihi quem miſſurus es mecum: preſertim
cum dixeris: noui te ex noīe: ⁊ inueniſti gratiam
coram me. Si ergo inueni gratiam in conſpectu
tuo: oſtende mihi faciem tuam: vt ſciam te ⁊ inue
niam gratiam ante oculos tuos: Reſpice popu-
lum tuum gentē hanc. Dixitq; dn̄s. Facies mea
precedet te: ⁊ requiem dabo tibi. Et ait Moy-
ſes: Si non tuipſe precedas: ne educas nos de lo
co iſto. In quo enim ſcire poterimus, ego ⁊ popu
lus tuus inueniſſe nos gratiam in cōſpectu tuo:
niſi ambulaueris nobiſcum: vt glorificemur ab
omnibus populis qui habitant ſuper terrā? Di
xit autem dn̄s ad Moyſen. Et verbum iſtud qḋ
D locutus es faciam. Inueniſti em̄ gratiam coram
me: ⁊ teipſum noui ex nomine. Qui ait: Oſtēde
mihi gloriaʒ tuam. Reſpondit: Ego oſtendam
omne bonum tibi: ⁊ vocabo: in noīe dn̄i coraʒ te:
⁊ miſerebor cui voluero: ⁊ clemens ero in quem
Ro.ix.c. mihi placuerit. Rurſumq; ait: Non poteris vide
xxiiij.q.j.c. re faciem meam: non enim videbit me homo: ⁊ vi
q: ex ſola. uet. Et iterum: Ecce inquit eſt locus apud me:
⁊ ſtabis ſupra petrā. Cumq; trāſibit gloria mea:
ponā te in foramine petre: ⁊ ꝓtegā dextera mea
donec trāſeā. Tollāq; manū meā: ⁊ videbis poſte
riora mea: faciē aūt meā videre non poteris.

Capituli. Sūmarium. De renouatione
tabularum: dn̄s coram Moyſe tranſit: de nō ha-
benda ſocietate gentium: repetitio preceptoruʒ:
ſcilicet de primogenitis redimendis: de ſabbato:
de tribus temporibus anni: de azymo: de victi-
mis: de edo non coquendo: quadraginta diebus
ieiunauit Moyſes: deſcendit de monte cornu-
tus: velat faciem: precepta pplo promulgat.

Capitulum. xxxiiij.

Et deinceps p̄cide ait
tibi duas tabulas lapideas in-
ſtar priorum: ⁊ ſcribam ſuper eas
verba q̄ habuerunt tabule quas
fregiſti. Eſto paratus mane vt
aſcendas ſtatim in montem Synai: ſtabiſq; me-
cum ſuper verticem montis. Nullus aſcēdat te-
cum: nec videat̄ quiſpiā per totū mōtem: boues
quoq; ⁊ oues non paſcantur econtra. Excidit er
go duas tabulas lapideas quales antea fuerant:
⁊ de nocte conſurgens aſcendit in montem Sy-
nai: ſicut preceperat ei dn̄s: portans ſecum tabu
las. Cūq; deſcendiſſet dn̄s per nubem: ſtetit moy
ſes cum eo: inuocans nomen dn̄i. Quo tranſeun
te coram eo: ait. Dn̄ator dn̄s deus miſericors et
clemens: patiens ⁊ multe miſerationis ac verax:
qui cuſtodis miam in milia: qui aufers iniquita-
tem, ⁊ ſcelera atq; peccata: nulluſq; apud te per
ſe innocens eſt. Qui reddis iniquitatē patrum fi
lijs ac nepotibus in tertiam ⁊ quartā progenies.
Feſtiuuſq; Moyſes incuruatus eſt pron⁹ in ter
ram ⁊ adorās ait: Si inueni gratiā in conſpectu
tuo dn̄e obſecro: vt gradiaris nobiſcū: ppl's enī
dure ceruicis eſt: vt auferas iniquitates noſtras
atq; peccata: noſq; poſſideas. Rn̄dit dn̄s. Ego
inibo pacta videntib⁹ cūctis: ſigna faciā que nunq̄
viſa ſunt ſuper terrā: nec in vllis gētibus: vt cer-
nat ppl's iſte in cuius es medio: opus dn̄i terribi
le qḋ facturus ſum. Obſerua cuncta que hodie
mandaui tibi. Ego ipſe eijciam ante faciem tuaʒ
amorreum ⁊ chananeum: etheum: phereʒeum q̄
⁊ eueum ⁊ iebuʒeum. Caue ne vnq̄ cum habi-

tatoꝛibus terre illius iungas amicitias que ſint
tibi in ruinam: ſed ⁊ aras eoꝛum deſtrue: confrin
ge ſtatuas: lucoſq̄ ſuccide. Noli adoꝛare deum
alienum. Dñs zelotes nomē eius: deus eſt enim
latoꝛ. Ne ineas pactũ cũ hoĩbus illaꝝ regionuꝫ:
ne cũ foꝛnicati fuerint cũ dijs ſuis: ⁊ adoꝛauerint
ſimulacra eoꝝ vocet te quiſpiaꝫ vt comedas de
8.xi. immolatis: Nec vxoꝛem de filiabus eoꝝ accipies
filijs tuis: ne poſtq̄ ipſe fuerint foꝛnicate: foꝛnica
ri faciant ⁊ filios tuos in deos ſuos. Deos con
C flatiles non facies tibi. Solennitatē azimoꝝ cu
ſtodies. Septē diebus veſceris azimis: ſicut pꝛe
cepi tibi in tpe meſſis nouoꝝ. Menſe eniꝫ verni
j. tpis egreſſus es de Egypto. Omne quod aperit
ij.d. vuluam generis maſculini: meũ erit. De cũctis
animantibus tam de bobus q̄ de ouibus: meuꝫ
erit. Pꝛimogenitũ aſini redimes oue. Sin autē
nec pꝛecium pꝛo eo dederis occidetur. Pꝛimoge
to.c nitum filioꝝ tuoꝝ redimes: nec apparebis in cō
ſpectu meo vacuus. Sex diebus opaberis: die ſe
xx.a ptimo ceſſabis arare ⁊ metere. Solennitatē heb
domadarum facies tibi in pꝛimitijs frugum meſ
ſis tue triticee: ⁊ ſolēnitate quando redeunte an
ni tēpoꝛe cuncta conduntur. Tribus tpibus an
ni apparebit omne maſculinũ tuũ in conſpectu
omnipotentis dñi dei Iſrael. Cũ eñ tulero gen
tes a facie tua: ⁊ dilatauero terminos tuos: nul
lus inſidiabitur terre tue: aſcendente te ⁊ appa
D rente in conſpectu dñi dei tui ter in anno. Non
immolabis ſuper fermēto ſanguineꝫ hoſtie tue:
j.d. necq̄ reſidebit mane de victimis ſolēnitatis pha
xxiij. ſe. Pꝛimitias frugum terre tue offeres in domo
domini dei tui. Non coques hedum in lacte ma
tris ſue. Dixitq̄ dñs ad Moyſen: Scribe tibi
j.d. verba hec: quibus ⁊ tecũ ⁊ cum Iſrael pepigi fe
dus. Fuit ergo ibi cum dño Moyſes quadragin
ta dies ⁊ quadraginta noctes panem non come
dit: ⁊ aquam non bibit: ⁊ ſcripſit in tabulis ver
ba federis decem. Cũq̄ deſcenderet Moyſes de
monte Synai: tenebat duas tabulas lapideas te
ſtimonij: ⁊ ignoꝛabat q̄ coꝛnuta eſſet facies ſua:
ex conſoꝛtio ſermonis dñi. Videntes autem Aa
ron ⁊ filij Iſrael coꝛnutam Moyſi faciem: timue
runt ꝓpe accedere. Vocatiq̄ ab eo reuerſi ſunt
Aaron et pꝛincipes ſynagoge: ⁊ poſtq̄ locutus
eſt ad eos: venerunt ad eum etiam omnes filij
Iſrael. Quibus pꝛecepit cuncta que audierat a
domino in monte Synai. Impletiſq̄ ſermoni
rinth. bus poſuit velamen ſuper faciem ſuam: Qui in
greſſus ad dominum: ⁊ loquens cum eo aufere
bat donec exiret: et tunc loquebatur ad filios
Iſrael omnia que ſibi fuerant imperata. Qui vi
debant faciem egredientis Moyſi eſſe coꝛnutā:
ſed operiebat ille rurſus faciem ſuam: ſi quando
loquebur ad eos.

¶ Ca. Sũ. ¶ Moyſes mādat ſabbatũ cuſto
dire: petit pꝛimitias ⁊ donaria: interrogat quis
ſapiens operarius: vt faciat tabernaculum: po
pulus offert que petita ſunt: Moyſes artifices
operis nominat. ¶ Capitulum xxxv.

Igitur cōgregata om A
ni turba filioꝝ Iſrael: dixit ad
eos. Hec ſunt que iuſſit dñs fie
ri. Sex diebus facietis opus: ſe
ptimus dies erit vobis ſanctus:
Sabbatũ ⁊ requies dñi: qui fecerit opus in ea: oc
cidetur. Non ſuccendetis ignem in oĩbus habi
taculis veſtris per diem ſabbati. Et ait Moy
ſes ad omnē cateruā filioꝝ Iſrael: Iſte eſt ſer
mo quem pꝛecepit dñs: dicens: Separate apud 8.xxv.a.
vos pꝛimitias dño. Omnis voluntarius ⁊ pꝛono
animo: offerat eas dño. Aurum ⁊ argentum: es
hyacintum ⁊ purpuram: coccumq̄ bis tinctum
⁊ byſſum: pillos capꝛarum: pelleſq̄ arietum ru
bꝛicatas ⁊ hiacyntinas: ligna ſethim ⁊ oleum ad
luminaria concinnanda: ⁊ vt conficiatur vnguen
tum ⁊ thymiama ſuauiſſimum: lapides onychi B
nos ⁊ gēmas ad oꝛnatuꝫ ſuperhumeralis ⁊ ratio
nalis. Quiſq̄ veſtruꝫ ſapiens eſt: veniat ⁊ faciat
quod dñs imperauit: tabernaculum. ſcilicet ⁊ te
ctum eius atq̄ opimentum tanulos ⁊ tabulata
cum vectibus: paxillos ⁊ baſes: arcam ⁊ vectes:
pꝛopitiatoꝛium ⁊ vellũ quod ante illud oppandi
tur: menſam cum vectibus ⁊ vaſis ⁊ pꝛopoſitio
nis panibus: candelabꝛum ad luminaria ſuſtentā
da: vaſa illius ⁊ lucernas ⁊ oleum ad nutrimenta
ignium: altare thymiamatis: ⁊ vectes ⁊ oleuꝫ vn
ctionis ⁊ thymiama ex aromatibus: tentoꝛiũ ad
oſtium tabernaculi: altare holocauſti ⁊ craticulā
eius zeneaꝫ cum vectibus ⁊ baſis ſuis: labꝛum ⁊
baſe eius: coꝛtinas atrij cuꝫ columnis ⁊ baſibus:
tentoꝛium in foꝛibus veſtibuli: paxillos taberna
culi atrij cum funiculis ſuis: veſtimenta quoꝛum
vſus eſt in miniſterio ſanctuarij: veſtes Aarō pō
tificis ac filioꝛum eius: vt ſacerdotio fungantur
mihi. Egreſſaq̄ omnis multitudo filioꝝ Iſrael C
de conſpectu Moyſi: obtulerunt mente pꝛom
ptiſſima atq̄ deuota pꝛimitias dño ad faciendũ
opus tabernaculi teſtimonij. Quicquid ad cultũ
⁊ ad veſtes ſanctas neceſſarium erat: viri cũ mu
lieribus pꝛebuerunt armilas ⁊ inaures: anulos ⁊
dextralia. Omne vas aureum in donaria domini
ſeparatum eſt. Si quis habebat aurum: hiacyn
thum ⁊ purpuram: coccumq̄ bis tinctuꝫ: baſſuꝫ
⁊ pilos capꝛaruꝫ pelles arietum rubꝛicatas ⁊ hia
cynthinas: argenti ⁊ auri eriſq̄ metalla obtule
runt dño lignaq̄ ſethim in varios vſus. Sed et
mulieres docte dederunt que neuerant. hiacyn
thum: purpuram ⁊ vermiculum ac byſſum ⁊ pi
los capꝛarum: ſponte pꝛopꝛia cuncta tribuētes.
Pꝛincipes vero obtulerunt lapides onychinos
⁊ gemmas ad ſuperhumerale ⁊ rationale: aroma
taq̄ ⁊ oleum ad luminaria concinnanda ⁊ ad pꝛe
parandum vnguentum: ac thymiama odoꝛis ſua
uiſſimi cōponendum. Omnes viri ⁊ mulieres mē D
te deuota obtulerunt donaria vt fierent opera q̄
iuſſerat dominus per manum Moyſi. Cuncti fi
lij Iſrael voluntaria domino dedicauerunt. Di 8.xxxj.a.
xitquoq̄ Moyſes ad filios Iſrael. Ecce voca
uit dominus ex nomine beſeleel filium huri: filij

Hur de tribu iuda: impleuitqꝫ eum ſpiritu dei
ſapientia et intelligentia et ſcientia: et omni do-
ctrina ad cogitanduʒ et faciēdum opus in auro
et argento et ere et ferro: ſculpēdiſqꝫ lapidibus
et opere carpentario. Quicquid fabre adinueni-
ri poteſt dedit in corde eius. Ooliab quoqꝫ filiuʒ
Achiſamech de tribu dan ambos erudiuit ſapiē-
tia: vt faciant opera abietarij polymitarij ac plu
marij de hiacyntho ac purpura coccoqꝫ bis tin-
cto ⁊ byſſo: ⁊ texant oīa ac noua queqꝫ reperiāt.

¶ Capituli. Summariuʒ. ¶ Executio operis
ſanctuarij: plus offert populus ꝙ̄ ſit neceſſe: et
prohibet vltra offerre: fit opus tabernaculi. ſcʒ
deceʒ cortine: ⁊ quinquaginta anſe: ⁊ q̄nquagin-
ta ſage: quinquaginta fibule: fiunt operimēta ta
bernaculi: tabule: baſes: vectes: circuli ⁊ velluʒ ⁊
tentorium ⁊ colūne quinqꝫ. Capitulū. xxxvj.

A FEcit ergo. Beſeleel
et. Ooliab et omis vir ſapiens
quibus dedit dominus ſapien
tiam et intellectum: vt ſcirent
fabre operari que in vſu ſanctu
arij neceſſaria ſunt: et que pre-
cepit dominus fieri. Cunqꝫ vo
caſſet eos Moyſes ⁊ omneʒ eruditū virū cui de
derat dominus ſapientiam: ⁊ qui ſponte ſua ob
tulerant ſe ad faciendum opus tradidit eis vni-
uerſa donaria filiorum Iſrael. Qui cum inſtaret
operi quotidie: mane vota populus offerebat.
Unde artifices venire compulſi: dixerūt Moy-
ſi. Plus offert populus ꝙ̄ neceſſariuʒ eſt. Iuſ-
ſit ergo. Moyſes preconis voce cantari. Nec vir
nec mulier quicꝙ̄ offerat vltra in opere ſanctua-
rij. Sicqꝫ ceſſatū eſt a muneribus offerendis eo
ꝙ oblata ſufficerent ⁊ ſuperabundarēt. Fecerūt
qꝫ omnes corde ſapientes ad explenduʒ opus ta
bernaculi: cortinas deceʒ de byſſo retorta ⁊ hia-
cyntho ⁊ purpura coccoqꝫ bis tincto: opere va-
B rio ⁊ arte polimita. Quarum vna habebat in lō-
gitudine vigintiocto cubitos: et in latitudineq̄t
tuor. Una menſura erat omniuʒ cortinaruʒ. Cō
iunxitqꝫ cortinas quinqꝫ alteraʒ alteri: et alias
quinqꝫ ſibij inuicem copulauit. Fecit ⁊ anſas hia
cynthinas in ora cortine vnius ex vtroqꝫ latere
et in ora cortine alterius ſimiliter: vt contra ſe in
uiceʒ venirent anſe: ⁊ mutuo iungerentur. Un-
de et quinquaginta fudit: circulos aureos qui
morderent cortinaruʒ anſas: ⁊ fieret vnuʒ taber
naculum. Fecit ⁊ ſaga vndecim de pilis caprarū
et ad operiendum tectum tabernaculi: vnum ſa
guʒ in longitudine habebat cubitos triginta: et
in latitudine cubitos quattuor. Unius menſu-
re erant omnia ſaga. Quorum quinqʒ iunxit ſe-
orſum: et ſex alia ſeparatim. Fecitqꝫ anſas quin
quaginta in ora ſagi vnius: et quinquaginta in
ora ſagi alterius: vt ſibi in viceʒ iungerentur. Et
fibulas. Eneas quinquaginta: quibus nectere-
tur tectū: vt vnum palium ex omnibus ſagis fie
ret. Fecit et opertorium tabernaculi de pellibus
arietum rubricatis: aliudqꝫ de ſuper velamentū
de pellibus hiacynthinis. Fecitqꝫ et tabulas ta-
bernaculi de lignis ſethim ſtantes. Decem cu-
bitorum erat longitudo tabule vnius: ⁊ vnū cuʒ
ſemis cubitum latitudo retinebat. Hinc inca-
ſtrature erant per ſingulas tabulas: vt alteri al
tera iungeretur. Sic fecit in omnibus taberna- B
culi tabulis. Equibus viginti ad plagaʒ meridia
nam erant contra auſtrum cuʒ quadraginta ba-
ſibus argenteis. Due baſes ſub vna tabula po-
nebantur ex vtraqꝫ parte angulorū vbi incaſtra
ture laterum in angulis terminantur. Ad plagā
quoqꝫ tabernaculi que reſpicit ad aquilonem:
fecit viginti tabulas cum quadraginta baſibus
argenteis duas baſes per ſingulas tabulas. Cō
tra occidentem vero: id eſt ad eam parteʒ taber
naculi que mare reſpicit ſex tabulas et duas ali-
as per ſingulos angulos tabernaculi retro que
iuncte erant de deorſum vſqꝫ ſurſum: et in vnaʒ
compagineʒ pariter ferebātur. Ita fecit ex vtra
qꝫ parte per ſingulos angulos vt octo eſſent ſi-
mul tabule: et haberent baſes argenteas ſedeciʒ
binas ſcilicet baſes ſub ſingulis tabulis. Fecit ⁊ C
vectes de lignis ſethim quinqꝫ ad continendas:
tabulas vnius lateris tabernaculi: et quinqꝫ ali
os ad alterius lateris coaptādas tabulas: et ex
tra hos quinqꝫ alios vectes ad occidentaleʒ pla
gaʒ tabernaculi contra mare Fecit quoqꝫ vectē
qui per medias tabulas ab angulo vſqꝫ ad angu
lum perueniret. Ipſa auteʒ tabulata deaurauit
fuſis baſibus earum argenteis. Et circulos eo-
rum fecit aureos: per quos vectes induci poſſēt
quos et ipſos laminis aureis operuit. Fecit ⁊ ve
lum de hiacyntho: purpura vermiculo ac byſſo
retorta opere polymitario: varium atqꝫ diſtin-
ctum: et quattuor columnas de lignis ſethim:
quas cuʒ capitibus deaurauit. fuſis baſibus ea- D
rum argenteis. Fecit et tentoriuʒ in introitu ta
bernaculi ex hiacyntho: purpura vermiculo byſ
ſoqꝫ retorta opere plumarij: et columnas quin-
qꝫ cum capitibus ſuis: quas operuit auro: baſeſ
qꝫ earum fudit Eneas quas et operuit auro.

¶ Capituli. Summarium. ¶ Fit arca et vec
tes eius et propitiatorium. Cherubin: menſa:
cum circulis: candelabrum: et lucerne cum emū
ctorijs: altare thimiamatis: oleum ſanctificatio-
nis et thimiama. Capitulum. xxxvij.

FEcit autē. Beſeleel
et arcam de lignis ſethim: ha-
benteʒ duos et ſemis cubitos
in longitudine: et cubitum ac
ſemiſſem in latitudine: altitu-
do quoqꝫ vnius cubiti fuit et
dimidij veſtiuitqꝫ eaʒ auro pu
riſſimo intus ac foris. Et fecit illi coronam aure-
am per gyrum: conflans quattuor anulos aure-
os per quattuor angulos eius duos anulos in la

tere vno:et duos in altero. Uectes quoqꝫ fecit de lignis ſethim:quos veſtiuit auro:et quos miſit in anulos qui erant in lateribus arce adportandum eam. Fecit et propitiatorium id eſt oraculum: de auro mundiſſimo, duorum cubitorum et dimidij in longitudine:et cubiti ac ſemis in latitudine. Duos etiam Cherubin ex auro ductili: quos poſuit ex vtraqꝫ parte propi-
B tiatorij:Cherub vnum in ſummitate vnius partis: et Cherub alterum in ſummitate partis alterius. Duos Cherubin in ſingulis ſummitatibus propitiatorij extendentes alas et tegentes propitiatorium:ſeqꝫ mutuo ⁊ illud reſpicientes Fecit et menſam de lignis ſethiz in longitudine duorum cubitorum: et in latitudine vnius cubiti: que habebat in altitudine cubitum ac ſemiſſem. Circundeditqꝫ eaz auro mundiſſimo:et fecit illi labium aureum per gyrum: ipſi quoqꝫ labio coronam auream interraſilem quattuor digitorum et ſuper eandem alteram coronam auream. Fudit et quattuor circulos aureos quos poſuit in quattuor angulis per ſingulos pedes menſe contra coronam immiſitqꝫ in eos vectes
C vt poſſit menſa portari. Ipſos quoqꝫ vectes fecit de lignis ſethim: et circundedit eos auro. Et vaſa ad diuerſos vſus menſe acetabula:phialas et cyathos et thuribula ex auro puro:in quibus offerenda ſunt libamina. Fecit et candelabrum ductile de auro mundiſſimo. De cuius vecte: calami: cyphi: ſpheruleqꝫ: ſimul et lilia procedebant ſex in vtroqꝫ latere. Tres calami ex pariter vna:⁊ tres ex altera. Tres cyphi in nucis modum per calamos ſingulos: ſpheruleqꝫ ſimul et lilia: et tres cyphi inſtar nucis in calamo altero: ſpheruleqꝫ ſimul et lilia. Equū erat opus ſex calamorum qui procedebant de ſtipite candelabri. In ipſo autem vecte erant quattu-
D or cyphi in nucis modum: ſpheruleqꝫ per ſingulos ⁊ lilia ſub duobus calamis per loca tria:qui ſimul ſex ſūt calami procedētes de vecte vno:⁊ ſpherule igitur et calami ex ipſo erant vniuerſa ductilia ex auro puriſſimo. Fecit et lucernas ſeptem cuz emunctorijs ſuis:⁊ vaſa vbi ea que emūcta ſunt extinguantur de auro mundiſſimo. Talentum auri appendebat candelabrum cum omnibus vaſis ſuis. Fecit ⁊ altare thimiamatis de lignis ſethiz:per quadrum ſingulos habens cubitos:et in altitudine duos ecuius angulis procedebāt cornua:veſtiuitqꝫ illud auro puriſſimo: cum craticula ac parietibus et cornibus. Fecitqꝫ ei coronam auream per gyrum et duos anulos aureos ſub corona p ſingula latera:vt mittātur in eos vectes:et poſſit altare portari. Ipſos autem vectes fecit de lignis ſethim et operuit laminis aureis. Compoſuit et oleum ad ſanctificationis vngueutum:et thimiamata de aromatibus mundiſſimis opere pigmeniarij.

¶ Capituli. Summarium. ¶ Fit altare holocauſti cum pertinentijs labium eneum et atriuz cum pertinentijs.

Capitulum. xxxviij.

Fecit et altare holocauſti de lignis ſethim quinqꝫ cubitorum per quadrū:et triuz in altitudine:cuiꝰ cornua de angulis pcedebant:operuit illud laminis eneis. Et in vſus eiꝰ parauit ex ere vaſa diuerſa lebetes forcipes:fuſcinulas:vncinos ⁊ igniuz receptacula. Craticulāqꝫ eius in modū retis fecit eneaz et ſubter eaz in altaris medio arulaz fuſis quattuor eneis anulis per totidē retiaculi ſummitates ad immittēdos vectes ad portandū. Quos ⁊ ipſos fecit de lignis ſethim:⁊ operuit laminis eneis:induxitqꝫ in circulos qui in lateribus altaris eminebant. Ipſum autez altare nō erat ſoliduz: ſed cauuz ex tabulatis:⁊ intus vacuū. Fecit ⁊ la-
bruz eneum cū baſi ſua de ſpeculis mulierū:que excubabāt in oſtio tabernaculi. Fecit ⁊ atriuz:in cuius auſtrali plaga erant tētoria de byſſo retorta cubitoruz centū:colūne enee viginti cū baſibꝰ ſuis capita colūnaꝝ ⁊ tota operis celatura argētea. Eque ad ſeptētrionalez plagā tentoria colūne baſeſqꝫ ⁊ capita colūnaꝝ:eiuſdē menſure ⁊ operis ac metalli erāt. In ea vero plaga que ad occidētez reſpicit:fuerunt tentoria cubitoꝝ quinquaginta:colūne decē cū baſibus ſuis:enee:⁊ capita colūnarū ⁊ tota operis celatura argentea. Porro cōtra orientē quinqꝫginta cubitorū parauit tentoria:e quibꝰ quindeciz cubitos colūnaꝝ triuz cū baſibus ſuis:vnū tenebat latus ⁊ in pte altera:qr inter vtraqꝫ introitū tabernaculi fecit quindeciz eque cubitoꝝ erant tentoria:colūneqꝫ tres ⁊ baſes totidē. Cūcta atrij tentoria byſſus
retorta texuerat. Baſes colūnaꝝ fuere enee:capita autē earū cū cunctis celaturis ſuis argētea ſed ⁊ ipſas colūnas atrij veſtiuit argēto. Et in introitu eius opere plumario fecit tentoriū ex hiacyntho:purpura:vermiculo ac byſſo retorta:qd habebat viginti cubitos in lōgitudine: altitudo vero quinqꝫ cubitoruz erat iuxta mēſuraz quaz cuncta atrij tentoria habebant. Colūne autē in ingreſſu fuere quattuor cū baſibus eneis:capitaqꝫ earū ⁊ celature argentee. Paxillos quoqꝫ tabernaculi ⁊ atrij per girū fecit eneos. Hec ſūt inſtrumenta tabernaculi teſtimonij:que enumerata ſunt iuxta pceptuz Moyſi in cerimonijs leuitarū per manū Ithamar filij Aaron ſacerdotis que Beſeleel filius huri filij Hur de tribu iuda domino per Moyſen iubēte cōpleuerat:iuncto ſibi ſocio Ooliab filio Achiſamech de tribu dā: qui ⁊ ipſe artifex lignoruz egregius fuit polymitarius atqꝫ plumarius ex hiacyntho:purpura: vermiculo ⁊ byſſo. Omne auruz qd expenſuz eſt ⁊ ope ſanctuarij:⁊ qd oblatuz eſt in donarijs:vi-
D ginti ⁊ nouez talentorū fuit ⁊ ſeptingentorū triginta ſiclorū ad menſuraz ſanctuarij. Oblatum eſt autē ab his qui tranſierūt ad numerum a viginti annis ⁊ ſupra:de ſex centis tribus milibus ⁊ quingentis quinquaginta armatoruz. Fuerūt preterea centum talenta argenti:e quibus con

A — ij. Pa. j. a

xxxvj. di. c. qui eccleſiaſtic[ij]. §. ecce

B

C

flate ſunt baſes ſanctuarij: ⁊ introitus vbi velū pendet. Centū baſes facte ſunt de talentis centū ſingulis talentis per baſes ſingulas ſupputatis. De mille autē ſeptingētis ⁊ ſeptuaginta quinq; ſiclis fecit capita columnarum: quas et ipſas veſtiuit argento. Eris quoq; oblata ſunt talēta ſeptuagintaduo milia: ⁊ quadringēti ſupra ſicli: ex quibus fuſe ſunt baſes in introitu tabernaculi teſtimonij: ⁊ altare eneū cū craticula ſua omniaq; vaſa que ad vſum eius pertinent: et baſes atrii tam in circuitu q̄ in ingreſſu eius: ⁊ paxilli tabernaculi atq; atrij per gyrum.

¶ Capi. Sūma ¶ Fiunt ornamenta pontificalia: ⁊ ſacerdotalia: perficitur opus: quod oblatum. Moyſes benedixit. Capitulum. xxxix.

A

E hiacyntho vero ⁊ purpura: vermiculo ac byſſo fecit veſtes: quibus indueret Aaron quādo miniſtrabat in ſctis ſicut p̄cepit dn̄s Moyſi Fecit igitur ⁊ ſuperhumerale de auro: hiacyntho et purpura coccoq; bis tincto et byſſo retorta: opere polymitario. Inciditq; bracteas aureas et extenuauit in fila: vt poſſent torqueri cum priorum colorum ſubtegmine: duaſq; oras ſibi inuicē copulatas in vtroq; latere ſūmitatū: ⁊ baltheū ex

B eiſdē colorib⁹: ſicut p̄ceperat dn̄s Moyſi. Parauit ⁊ duos lapides onychinos: aſtrictos: ⁊ incluſos auro: ⁊ ſculptos arte gēmaria noib⁹ filiorū Iſrael. Sex noia in lapide vno: ⁊ ſex in altero: iuxta ordinē natiuitatis eorū. Poſuitq; eos in lateribus ſuperhumeralis in monimētū filiorum Iſrael: ſicut p̄ceperat dn̄s Moyſi. Fecit ⁊ rationale opere polymito iuxta opus ſuperhumeralis: ex auro: hiacyntho purpura: coccoq; bis tincto ⁊ byſſo retorta q̄drangulū: duplex: mēſure pal

C mi ⁊ poſuit in eo gēmarū ordines q̄ttuor. In primo verſu erat ſardi⁹ topazi⁹: ſmaragd⁹. In ſcdo carbūculus ſaphir⁹: iaſpis. In tertio: ligurius: achates ⁊ amethiſtus. In q̄rto chriſolithus: onychinus ⁊ berillus: circūdati ⁊ incluſi auro p ordines ſuos. Ipſiq; lapides duodecī ſculpti erāt noibus duodecī tribuū Iſrael: ſinguli per noia ſingulorū. Fecerūt in rōnali ⁊ catenullas ſibi in

D uicē coherentes de auro puriſſimo ⁊ duos vncinos totidēq; anulos aureos. Porro anulos poſuerunt in vtroq; latere rationalis: e quibus pēderent due catene auree: quas inſeruerunt vncinis qui in ſuperhumeralis angulis eminebant Hec ⁊ ante et retro ita conueniebant ſibi: vt ſuperhumerale et rationale mutuo necterentur: ſtricta ad baltheum et anulis: fortius copulata: quos iungebat vitta hiacyntina: ne laxa fluerent et a ſe inuicem mouerentur ſicut preceperat dominus. Moyſi Feceruntq; tunicam ſuperhumeralis totam hiacyntinam: ⁊ caputiū in ſuperiori parte contra medium: oramq; per gyrum caputij textilem: deorſum autem ad pedes mala punica ex hiacintho: purpura vermiculo ac byſſo retorta: ⁊ tintinabula de auro puriſſimo: que poſuerunt inter malogranata in extrema parte tunice per gyrum: tintinabulum autem aureū et malumpunicum: quibus ornatus incedebat pontifex quando miniſterio fungebatur: ſicut preceperat dominus Moyſi. Fecerūt ⁊ tunicas byſſinas opere textili. Aaron et filijs eius: ⁊ mitras cū coronulis ſuis ⁊ biſſo: femoralia quoq; linea byſſina: cingulū vero de biſſo retorta: hiacyntho: purpura ac vermiculo diſtinctū arte plumaria ſicut p̄ceperat domin⁹. Moyſi. Fecerūt ⁊ laminā ſacre venerationis de auro puriſſimo: C
ſcripſerūtq; in in ea opere gēmario ſanctū dn̄i: ⁊ ſtrinxerunt eā cū mitra ⁊ vitta hiacyntina: ſicut p̄ceperat dn̄s Moyſi. Perfectū eſt igitur omne opus tabernaculi ⁊ tecti teſtimonij. Fecerūtq; filij iſrael cuncta que preceperat dn̄s Moyſi: ⁊ obtulerunt tabernaculum ⁊ tectum ⁊ vniuerſam ſupellectilem: anulos tabulas: vectes columnas ac baſes opertoriū de pellibus arietum rubricatis ⁊ aliud operimētū de hiacyntinis pellibus: vellū: arcam vectes propitiatoriū: menſam cum vaſis ſuis: ⁊ propoſitionis panibus cādelabrum: lucernas ⁊ vtenſilia earum cum oleo: altare aureum ⁊ vnguentū ⁊ thimiama ex aromatibus: ⁊ tentoriū in introitu tabernaculi: altare eneū: retiaculū: vectes ⁊ vaſa eius omnia: labrū cum baſi ſua: tentoria atrij ⁊ colūnas cū D
baſibus ſuis: tentoriū in troitu atrij: funiculoſq; illius ⁊ paxillos. Nihil ex vaſis defuit que in miniſterium tabernaculi: ⁊ in tectum federis iuſſa ſunt fieri. Veſtes quoq; quib⁹ ſacerdotes vtūtur in ſanctuario aaron ſcilicet ⁊ filij eius: obtulerunt filij iſrael: ſicut p̄ceperat dominus. Que poſtq̄ moyſes cūcta vidit cōpleta: bn̄dixit eis.

¶ Capituli. Summarium ¶ Precepit dominus vt erigatur tabernaculum: ⁊ omnia vnctionis oleo cōſecrent: qd̄ fit mēſe primo anni ſecūdi: que poſtq̄ perfecta ſunt: nubes operit tabernaculum que incubit tabernaculum per diem: ignis per noctem ſi nubes deſerit tabernaculū proficiſcuntur. Capitulum. xl.

Ocutus eſt dominus ad Moyſen dicens: Menſe primo: prima die menſis eriges tabernaculum teſtimonij: ⁊ pones in eo arcam: dimitteſq; ante illum velum: et illata menſa pones ſuper eā que rite precepta ſunt Candelabrum ſtabit cum lucernis ſuis. et altare aureū: in quo adolet incēſum coram arca teſtimonij. Tentoriū in introitu tabernaculi teſtimonij pones: ⁊ ante illud altare holocauſti: labrum inter altare et tabernaculū: quod implebis aqua. Circumdabiſq; atrium tentorijs et ingreſſum eius: Et aſſumpto vnctionis oleo vnges tabernaculum cum vaſis ſuis: vt

...ſe.di. ſanctificetur altare holocauſti ⁊ omnia vaſa eius
..in pn. labrum cum baſi ſua: oia vnctionis oleo conſecra
r.c. bis vt ſint ſancta ſanctorū. Applicabiſqꝫ Aarō et
filios eius ad fores tabernaculi teſtimonij: ⁊ lo-
tos aqua indues ſanctis veſtibus vt miniſtrent
mihi: ⁊ vnctio eorum in ſacerdotiū ſempiternū pro
ficiat. Fecitqꝫ Moyſes oia que preceperat do-
vij.a. minus. Igitur menſe primo anni ſecundi: in pri-
ma die menſis collatum eſt tabernaculum. Ere-
xitqꝫ Moyſes illō ⁊ poſuit tabulas ac baſes ⁊ ve-
ctes: ſtatuitqꝫ columnas ⁊ expandit tectum ſu-
per tabernaculum: impoſito deſuper operimen
C to: ſicut Dominus imperauerat. Poſuit ⁊ te
ſtimonium in arca ſubditis infra vectibus ⁊ ora-
culum deſuper. Cumqꝫ intuliſſet arcam in ta-
bernaculum teſtimonij: appendit ante eam ve-
lum: vt expleret domini iuſſionem. Poſuit et
mēſam in tabernaculo teſtimonij ad plagā ſeptē
trionem extra velum: ordinatis coram propoſi-
tionis panib⁹: ſicut pceperat Dominus Moy-
ſi. Poſuit ⁊ candelabrum in tabernaculo teſti-
monij e regione menſe in parte auſtrali locatis
per ordinem lucernis: iuxta preceptum Domi-
ni. Poſuit ⁊ altare aureum ſub tecto teſtimo-
nij contra velum: ⁊ adoleuit ſuper eo incenſum
aromatum: ſicut iuſſerat Dominus Moyſi.
Poſuit ⁊ tentorium in introitu tabernaculi te-
ſtimonij: et altare holocauſti in veſtibulo teſti-
D monij: offerens in eo holocauſtum ⁊ ſacrificia:
r.c. vt domin⁹ imperauerat. Labrū quoqꝫ ſtatuit in
ter tabernaculum teſtimonij et altare: implens
illud aqua. Lauerūtqꝫ in eo Moyſes ⁊ Aaron
ac filij eius manus ſuas ⁊ pedes: cum ingrede-
me.ix.c rentur tectum federis: et accederent ad altare
ſicut preceperat Dominus Moyſi. Erexit et
atrium per gyrum tabernaculi et altaris ducto
in introitu eius tentorio. Poſtqꝫ omnia perfe-
cta ſunt operuit nubes tabernaculum teſtimo-
nij: et gloria Domini impleuit illud. Nec po-
terat Moyſes ingredi tectū federis: nube ope-
riente omnia: ⁊ maieſtate Domini coruſcante:
quia cuncta nubes operuerat. Si quando nu-
bes tabernaculum deſerebat: proficiſcebantur
filij Iſrael per turmas ſuas. Si pendebat deſu
per: manebant in eodem loco. Nubes quippe
Domini incubabat per diem tabernaculo: et
ignis in nocte: videntib⁹ cunctis populis Iſrael
per cunctas manſiones ſuas.

¶ Explicit liber Elleſchomoth: id eſt Exodus.

¶ Incipit vaiekra: id eſt liber Leuiticus.

¶ Ca. Sū. ¶ De ritu holocauſtorum quomo
do fieri debeat ſi oblatio ſit de armento: quomo-
do ſi de pecoribus: quomodo ſi de auibus.

Capitulum primum.

Vocauit autē Moy A
ſen ⁊ locutus eſt ei dñs de ta-
bernaculo teſtimonij: dicens:
Loquere filijs Iſrael: ⁊ dices
ad eos. Homo qui obtulerit
ex vobis hoſtiam dño de pecoribus: id eſt de
bobus ⁊ ouibus offerēs victimas: ſi holocau
ſtum fuerit eius oblatio: ac de armento: ma-
ſculum immaculatum offerret ad oſtium ta-
bernaculi teſtimonij: ad placandum ſibi do- Exo. xxix. b.
minū. Ponetqꝫ manus ſuper caput hoſtie: l.iij.a.
⁊ acceptabilis erit: atqꝫ in expiationem eius r.iiij.a.
proficiens. Immolabitqꝫ vitulum coram do- B
mino: ⁊ offerent filij Aaron ſacerdotis ſangui
nem eius: fundētes per altaris circuitum: qd
eſt ante oſtiū tabernaculi. Detractaqꝫ pelle
hoſtie artus in fruſta concident: ⁊ ſubijcient
in altari ignem ſtrue lignorum ante cōpoſita
⁊ mēbra que ſunt ceſa deſuper ordinātes: ca-
put videlicet ⁊ cuncta que adherent iecori in
teſtinis ⁊ pedibus lotis aqua: adolebitqꝫ ea
ſacerdos ſuper altare in holocauſtum ⁊ ſua-
uem odorē dño. Qd ſi de pecorib⁹ oblatio eſt C
de ouibus ſiue de capris holocauſtum: agnū
anniculum ⁊ abſqꝫ macula offeret: immola-
bitqꝫ ad latus altaris quod reſpicit aquilonē
corā dño: Sanguinē vo illius fundent ſuper
altare filij Aaron per circuitum: diuidentqꝫ
mēbra: caput ⁊ oia que adherent iecori: ⁊ im-
ponent ſuper ligna: quibus ſubijciendus eſt
ignis. Inteſtina vo ⁊ pedes lauabunt aqua.
Et oblata omnia adolebit ſacerdos ſuper al- D
tare in holocauſtum ⁊ odorem ſuauiſſimum
domino. Si autem de auibus holocauſti ob-
latio fuerit domino: de turturibus ⁊ pullis co
lumbe: offerret eam ſacerdos ad altare: et re
torto ad collum capite: ac rupto vulneris lo-
co: decurrere faciat ſangunem ſuper crepidi-
nem altaris: veſiculam vero gutturis et plu-
mas proijciat prope altare ad orientalem pla
gam: in loco in quo cineres effundi ſolent.
Confringetqꝫ aſcellas eius ⁊ non ſecabit: ne-
qꝫ ferro diuidet eam: ⁊ adolebit ſuper altare
lignis igne ſuppoſito. Holocauſtum eſt ⁊ ob-
latio ſuauiſſimi odoris domino.

¶ Ca. Sum. ¶ De oblatione ſacrificioꝝ ex rebus viuentibus: de ſimila decocta in clibano cuꝫ craticula abſqꝫ fermento ⁊ melle: de adiectione ſalis: de primitijs torrendis. ¶ Caplm̄. ij.

A Anima cuꝫ obtulerit oblationem ſacrificij domino: ſimila erit eius oblatio. Fundetqꝫ ſuper eam oleuꝫ ⁊ ponet thus: ac deferet ad filios Aaron ſacerdotis: quorū vnus tollet pugillum plenum ſimile ⁊ olei ac totum thus et ponet memoriale ſuper altare in odorem ſuauiſſimum domino. Quod autem reliquum fuerit de ſacrificio: erit Aaron ⁊ filiorum eius ſanctum ſanctorum de oblationibus domini. Cū autem obtuleris ſacrificium coctum in clibano de ſimila: panes ſcilicet abſqꝫ fermento conſperſos oleo ⁊ B lagana azima oleo lita. Si oblatio tua erit de ſartagine ſimile conſperſe oleo ⁊ abſqꝫ fermento. diuides eam minutatim ⁊ fundes ſuper eam oleum. Si autem de craticula fuerit ſacrificium: eque ſimila oleo conſpergetur: quam offerens dn̄o trades in manibus ſacerdotis. Qui cum obtulerit eam tollet memoriale de ſacrificio: ⁊ adolebit ſuper altare in odorē ſuauitatis dn̄o. Quicquid C autem reliquum eſt erit Aaron ⁊ filiorū eius ſanctū ſanctorum de oblationibus dn̄i. Omnis oblatio que offertur dn̄o abſqꝫ fermento fiet. nec quicq̄d fermenti ac mellis adolebitur in ſacrificio domini. Primitias tantum eorum offeretis ac munera ſuper altare vero non imponentur in odorem ſuauitatis. Quicquid obtuleris ſacrificij ſale cōdies: nec auferes ſal federis dei tui de ſacrificio tuo. In omni oblatione offeres ſal. Si autem obtuleris munus primitiarum frugum tuarum domino de ſpicis adhuc virentibus. torrebis eas igni ⁊ confringes in morem farris ⁊ ſic offeres primitias tuas domino: fundes ſuper ea oleuꝫ ⁊ thus imponēs quia oblatio domini eſt. De qua adolebit ſacerdos in memoriam muneris partē farris fracti ⁊ olei ac totum thus.

¶ Ca. Sm̄. ¶ De hoſtia pacificorū que fiebat pro beneficij impetratione: ſi bos ſi ouis capra omnis adeps domini eſt. Capitulum. iij.

A Quod ſi hoſtia pacificorum fuerit eius oblatio ⁊ de bobus voluerit offerre marem ſiue feminam immaculata offeret coram domino. Ponetqꝫ manuꝫ ſuper caput victime ſue que immolabitur in introitu tabernaculi teſtimonij. Fundētqꝫ filij Aaron ſacerdotis ſanguinem per altaris circuitum: ⁊ offerent de hoſtia pacificorum in oblationem domi- (Exo. xxix. b.) no adipem qui operit vitalia: ⁊ quicquid pinguedinis eſt intrinſecus duos renes cum adipe quo teguntur ilia ⁊ reticulum iecoris cum renunculis. Adolebuntqꝫ ea ſuper altare in holocauſtum lignis igne ſuppoſito in oblationem ſuauiſſimi odoris domino. Si vero de ouib' fuerit eius oblatio ⁊ pacificorum hoſtia ſiue maſculum obtulerit ſiue feminam. immaculata erunt omnia. Si agnum obtulerit coram domino: ponet manum B ſuam ſuper caput. victime ſue. que immolabitur in veſtibulo tabernaculi teſtimonij. Fundentqꝫ filij Aaron ſanguinem eius per circuitum altaris ⁊ offerent de pacificorum hoſtia ſacrificium domino adipem ⁊ caudam totam cū renibus ⁊ pinguedinem que operit ventrem atqꝫ vniuerſa vitalia ⁊ vtrunqꝫ renunculum cum adipe qui eſt iuxta ilia: reticulumqꝫ iecoris cum renunculis. Et adolebit ea ſacerdos ſuper altare in pabulū ignis ⁊ oblationis domini. Si capra fuerit eius C oblatio ⁊ obtulerit eam domino. ponet manum ſuam ſuper caput eius immolabitqꝫ eam in introitu tabernaculi teſtimonij. Et fundent filij Aaron ſanguinem eius ſuper altaris circuitu: tollentqꝫ ex ea in paſtum ignis dominici adipem qui operit ventrem: ⁊ qui tetigit vniuerſa vitalia: duos renunculos cū reticulo q̄ eſt ſuper eos iuxta ilia: ⁊ aruinam iecoris cum renunculis: adolebitqꝫ ea ſuper altare ſacerdos in alimoniaꝫ ignis ⁊ ſuauiſſimi odoris. Omnis adeps domini erit iure perpetuo in generationibus et cunctis habitaculis veſtris nec ſanguinem et adipem omnino comedetis.

¶ C. S. ¶ De hoſtia pro peccato ſacerdotis: pro ignorantia multitudinis: pro peccato principis pro peccato vnius anime. Caplm̄. iiij.

Locutus eſt dominus ad Moyſen dicens. Loquere filijs Iſrael. Anima que peccauerit per ignorantiam: ⁊ de vniuerſis mandatis domini que precepit vt non fierent quippiam fecerit: Si ſacerdos qui vnctus eſt peccauerit delinquere faciens populū: offerret pro peccato ſuo vitulum immaculatū dn̄o: ⁊ adducet illū ad hoſtium tabernaculi teſtimonij coram dn̄o: ponetqꝫ manū ſuper caput eius ⁊ immolabit eum dn̄o. Hauriet quoqꝫ de ſanguine vituli inferens illū in tabernaculum teſtimonij. Cūqꝫ intinxerit digitū in ſanguinem aſperget cū ſepties corā dn̄o ꝯ velum ſanctuarij ponetqꝫ de eodē ſanguine ſuper cornua altaris thymiamatis gratiſſimi dn̄o. q̄ eſt in tabernaculo teſtionij. Oēꝫ aūt reliquū ſanguinē fundet in baſim altaris holocauſti in introitu tabernaculi. ⁊ adipē vituli offeret pro pctō. tā euꝫ qui vitalia opit q̄ oīa que intrinſec' ſunt. Duos renūculos ⁊ reticulū q̄ eſt ſup eos iuxta ilia ⁊ adipē iecoris cū renūculis: ſicut offert de vitulo hoſtie pacificorū: ⁊ adolebit ea ſuper altare holocauſti. Pellem vo ⁊ oēs carnes cū capite ⁊ pedibus ⁊ inteſtinis ⁊ fimo ⁊ reliquo corpore efferret extra caſtra

in locum mundū vbi cineres effundi ſolent: incē-
detqꝫ ea ſuper lignorum ſtruem: que in loco effu
ſorum cinerum cremabūtur. Quod ſi omnis tur- (oſtia pro … tō multi … dinis.)
ba filiorum iſrael ignorauerit ⁊ per imperitiam
fecerit ꝙ contra mādatuꝫ domini eſt ⁊: poſtea in
tellexerit peccatum ſuum: offerret pro peccato
D ſuo vitulum: adducetqꝫ eum ad oſtium taberna-
culi: ⁊ ponent ſeniores populi manus ſuper ca-
put eius coram dn̄o. Immolatoqꝫ vitulo in con-
ſpectu dn̄i: inferet ſacerdos qui vnctus eſt de ſan
guine eius in tabernaculum teſtimonij: tincto di
gito aſpergens ſepties contra velum. Ponetqꝫ
j.d. de eodem ſanguine in cornibus altaris quod eſt
coram dn̄o in tabernaculo teſtimonij. Reliquum
autem ſanguinem fundet iuxta baſim altaris ho
locauſtorum: qđ eſt in oſtio tabernaculi teſtimo-
nij. Omnemqꝫ eius adipē tollet ⁊ adolebit ſuper
altare: ſic faciens ⁊ de hoc vitulo quomodo fecit
E ⁊ prius: ⁊ rogante pro eis ſacerdote: propitius
erit eis dominus. Ipſum autem vitulum efferet
(oſtia pro … cato pͥn … is.) extra caſtra: atqꝫ comburet ſicut ⁊ priorem vitu
lum: qꝛ eſt pro peccato multitudinis. Si pecca-
uerit princeps ⁊ fecerit vnū e pluribus per igno
rantiam: quod domini lege prohibetur: ⁊ poſtea
intellexerit peccatum ſuum: offeret hoſtiam co-
ram dn̄o: hircum de capris immaculatum: ponet
j. qꝫ manum ſuam ſuper caput eius. Cūqꝫ immo-
lauerit eum in loco vbi ſolet mactari holocauſtū
coram dn̄o: qꝛ pro peccato eſt: tinget ſacerdos di
gitum in ſanguine hoſtie pro peccato: tangens
cornua altaris holocauſti: ⁊ reliquum fundēs ad
F baſim eius: adipem vō adolebit ſupra: ſicut in vi
(oſtia pro … ccato pti … laris per … ne.) ctimis pacificorum fieri ſolet. Rogabitqꝫ pro eo
ſacerdos: ⁊ pro peccato eiꝰ: ⁊ dimittet̄ ei. Quod
ſi peccauerit anima per ignorantiam de populo
terre: vt faciat quicꝗ̄ de eis que domini lege pro
hibentur: atqꝫ delinquat ⁊ cognouerit peccatuꝫ
ſuum: offeret capram immaculataꝫ: ponetqꝫ ma-
nus ſuper caput hoſtie que pro peccato eſt: ⁊ im-
molabit eam in loco holocauſti. Tolletqꝫ ſacer-
ij.d. dos de ſanguine in digito ſuo: ⁊ tangens cornua
altaris holocauſti: reliquum fundet ad baſim eiꝰ
Omnem adipem auferens ſicut auferri ſolet de
G victimis pacificorum: adolebit ſuper altare in
odorem ſuauitatis domino rogabitqꝫ pro eo: et
dimittetur ei. Si autem de pecoribus obtule-
rit victimam pro peccato: auem ſcilicet immacu
latam: ponet manum ſuper caput eius: ⁊ immo-
labit eam in loco vbi ſolent cedi holocauſtorum
iij.d. hoſtie. Sumetqꝫ ſacerdos de ſanguine eius digi-
to ſuo: ⁊ tangens cornua altaris holocauſti: reli-
quum fundet ad baſim eius. Omnem quoqꝫ adi
pem auferens ſicut auferri ſolet adeps arietis
que immolatur pro pacificis: et cremabit ſuper
altare incenſum domini: rogabitqꝫ pro eo et pro
peccato eius: ⁊ dimittetur ei.

¶ C.S. ¶ De hoſtia pro peccatis et paſſiōe: [?]
quid pro tacente veritatē: qđ pro errore: quid
pro iuramento tracto et negligentia: quid pro
abuſu ſacrorum: quid pro errante. Caplm̄.v.

SI peccauerit anima A
et audierit vocem iurantis: te
ſtiſqꝫ fuerit ꝙ aut ipe vidit: aut
conſcius eſt: niſi indicauerit:
portabit iniquitatem ſuam.
Anima que tetigerit aliq̄d im-
mundum: ſiue quod occiſum a
beſtia eſt: aut per ſe mortuū: aut quodlibet aliud
reptile: ⁊ oblita fuerit: immundicie ſue rea eſt et
deliquit. Et ſi tetigerit quicꝗ̄ de immūdicia ho
minis iuxta oēm impuritatē qua polluí ſolet: ob
litaqꝫ cognouerit poſtea: ſubiacebit delicto. Ani- B
ma que iurauerit ⁊ protulerit labijs ſuis: vt vel (Pro iura-)
male quid faceret: vel bene ⁊ non fecerit ⁊ idipꝫ (mento fra-)
iuramento ⁊ ſermone firmauerit: oblitaqꝫ poſtea (cto et negli)
intellexerit delictum ſuum: agat penitentiā pro (gentia.)
peccato: ⁊ offerat de gregibus agnuꝫ ſiue caprā: (Deu.xviij.)
orabitqꝫ pro ea ſacerdos ⁊ pro peccatis eiꝰ. Sin (c.)
autem nō potuerit offerre pecus: offerat duos
turtures: vel duos pullos columbarū dn̄o vnum
pro peccato: ⁊ alterum in holocauſtum: dabitqꝫ
eos ſacerdoti. Qui primum offerens pro pecca-
to retorquebit caput eius ad penulas: ita vt col-
lo adhereat: ⁊ nō penitus obrumpat̄: ⁊ aſperget
de ſanguine eius parietem altaris. Quicquid Lu.ij.d.
aūt reliquū fuerit: faciet diſtillare ad fundamen-
tum eius: qꝛ pro peccato eſt. Alterum vero in ho
locauſtum adolebit: vt fieri ſolet: rogabitqꝫ pro
eo ſacerdos ⁊ pro peccato eius: ⁊ dimittetur ei.
Quod ſi non quiuerit manus eius duos offer-
re turtures: aut duos pullos columbarum offer
ret pro peccato ſuo ſimile partem ephi decimaꝫ.
Non mittet in eam oleū: nec thuris aliquid im-
ponet: qꝛ pro peccato eſt: tradetqꝫ eam ſacerdo-
ti: qui plenum ex eo pugillum hauriens: crema-
bit ſuper altare in monimentum eius qui obtu-
lit: rogans pro illo ⁊ expians: reliquam vero par D
tem ipſe habebit in munere. Locutuſqꝫ eſt domi (Pro abu-)
nus ad Moyſen: dicens: Anima ſi preuaricans (ſu ſacroruꝫ.)
cerimonias per errorem in his que dn̄o ſunt ſan-
ctificata peccauerit: offerret pro delicto ſuo arie
tem immaculatum de gregibus: qui emi poteſt
duobus ſiclis: iuxta pondus ſanctuarij: ipſumqꝫ
quod intulit dāni reſtituet: ⁊ quintam partē po-
net ſupra: tradens ſacerdoti: qui rogabit pro eo:
offerens arietem: ⁊ dimittetur ei. Anima q̄ pec- (Pro erran)
cauerit per ignorantiam: feceritqꝫ vnum ex his (te.)
que domini lege prohibentut: ⁊ peccati rea: in-
tellexerit iniquitatem ſuam: offerret arietem im
maculatum de gregibus ſacerdoti: iuxta menſu-
ram eſtimationemqꝫ peccati: qui orabit pro eo:
quia neſciens fecerit: ⁊ dimittetur ei: quia per er
rorem deliquit in domino.

¶ C.S. ¶ De hoſtia pro peccato ex certa ma
licia: de lege holocauſti: ⁊ igne perpetuo: ⁊ lege
ſingulorum ſacrificiorum: de oblatione ſacerdo-
tis in die vnctionis eius: de hoſtia pro pecca-
to que hoſtia comeditur: et a quibus: ⁊ vbi: et
que comburitur. Capitulum.vj.

A Hoſtia pro peccato ex certa malicia.

LOcutus eſt Dominus ad Moyſen dicens Anima que peccauerit: ⁊ contempto domino negauerit proximo ſuo depoſitum quod fidei eius creditū fuerat vel vi aliquid extorſit: aut calumniam fecerit: ſiue rem perditam inuenerit: ⁊ inficians inſuper peierauerit: ⁊ quodlibet aliud ex pluribus fecerit in quibus ſolent peccare homines conuicta delicti: reddet omnia que per fraudeꝫ voluit obtinere integra: ⁊ quintam inſuper partem domino cui damnum intulerat Pro peccato autē ſuo offeret arietem immaculatum de grege: ⁊ dabit eum ſacerdoti: iuxta eſtimationem menſuraqꝫ delicti: qui rogabit pro eo coram domino: ⁊ dimittetur illi pro ſingulis que faciendo peccauit Locutuſqꝫ eſt dominus ad Moyſen: dicens. Precipe Aaron ⁊ filijs eius.

B Lex holocauſti.

Hec eſt lex holocauſti. Cremabitur in altari tota nocte vſqꝫ mane. Ignis ex eodem altari erit. Veſtietur tunica ſacerdos ⁊ feminalibus lineis tolletqꝫ cineres quos vorās ignis excuſſit ⁊ ponens iuxta altare ſpoliabitur prioribus veſtimentis indutuſqꝫ alijs efferet eos extra caſtra ⁊ in loco mūdiſſimo vſqꝫ ad fauillam conſumi faciat. Ignis autē in altari ſemper ardebit: quem nutriet ſacerdos. ſubijciēs ligna mane per ſingulos dies: ⁊ impoſito holocauſto deſuper adolebit adipes pacificorum. Ignis eſt iſte perpetuus qui nunqꝫ deficiet in altari.

C

Hec eſt lex ſacrificij ⁊ libamētorū que offerent filij Aaron coram domino ⁊ coram altari. Tollet ſacerdos pugilluꝫ ſimile que conſperſa eſt oleo et totum thus qꝫ ſuper ſimilā poſituꝫ eſt adolebitqꝫ illud in altari in monumētū odoris ſuauiſſimi domino. Reliquam autēꝫ partem ſimile comedet Aaron cum filijs ſuis abſqꝫ fermento: ⁊ comedet in loco ſanctuarij tabernaculi. Ideo autem non fermentabitur: q: pars eius in domini offertur incēſum: ſanctuꝫ ſanctorum erit ſicut pro peccato atqꝫ delicto. Mares tantum ſtirpis Aaron comedent illud Legitimū ac ſempiternum erit in generationibus veſtris de ſacrificijs domini. Omnis q̄ tetigerit illa ſanctificabitur.

Oblatio ſacerdotis in die vnctōis

Locutuſqꝫ eſt dominus ad Moyſē dicens. Hec eſt oblatio Aaron ⁊ filiorū eius quā offerre debēt domino in die vnctionis ſue. Decimaꝫ partem ephi offerent ſimile in ſacrificio ſēpiterno: mediū eius mane ⁊ medium eius veſpere: que in ſartagine oleo conſperſa frigetur. Offerret eam calidam in odorē ſuauiſſimum domino ſacerdos qui iure patri ſucceſſerit. Et tota cremabibur in altari. Omne enim ſacrificium ſacerdotum igne cōſumetur: nec quicqꝫ comedet ex eo.

D Hoſtia pro pctō vbi offertur.

Locutus eſt autem dominus ad Moyſen dicēs. Loquere Aaron ⁊ filijs eius Iſta eſt lex hoſtie pro peccato. In loco vbi offertur holocauſtum immolabitur coram domino ſanctū ſanctorum eſt. Sacerdos qui offeret comedet eam in loco ſancto in atrio tabernaculi. Quicquid tetigerit carnes eiꝰ ſanctificabitur. Si de ſanguine illius veſtis fuerit aſperſa lauabitur in loco ſancto. Vas autem fictile in quo cocta eſt confrigetur: q: ſi vas eneum fuerit defricabit ⁊ lauauabitur aqua. Omnis maſculꝰ de genere ſacerdotali veſcetur de carnibus eius quia ſanctuꝫ ſanctorū eſt. Hoſtia enim que ceditur pro peccato: cuius ſanguis infert i tabernaculū teſtimonij ad expiēduꝫ in ſanctuario nō comedet: ſed cōburet igni.

Ī vij. c. et. j. xv. b.

C Capi. Sūma. C De hoſtia pacificorū quis quādo cōmedi debeat: de adipe ⁊ ſanguine ⁊ parte ſacerdotis. ⁊ pectuſculo eleuatiōis. Ca. vij.

HEc quoqꝫ eſt lex pro delicto. Sancta ſanctorum eſt. Idcirco vbi immolabitur holocauſtum mactabitur et victima pro delicto ſanguis eius per gyrum altaris fundetur. Offerent ex ea caudam ⁊ adipem qui operit vitalia duos renunculos ⁊ pinguedine que iuxta ilia eſt: reticulumqꝫ iecoris cum renunculis et adolebit ea ſacerdos ſuper altare. Incenſum eſt domini pro delicto. Omnis maſculus de ſacerdotali genere in loco ſancto veſcetur his carnibus: quia ſanctum ſanctorum eſt. Sicut pro peccato offertur hoſtia: ita ⁊ pro delicto. Vtriuſqꝫ hoſtie lex vna erit ad ſacerdoteꝫ qui eaꝫ obtulerit pertinebit. Sacerdos qui offert holocauſti victimaꝫ habebit pellem eius ⁊ omne ſacrificium ſimile quod coquitur in clibano ⁊ quicquid in craticula vel in ſartagine preparatur eius erit ſacerdotis a quo offertur: ſiue oleo cōſperſa ſiue arida fuerit. Cūctis filijs Aaron menſura equa per ſingulos diuidetur. Hec eſt lex hoſtie pacificorum que offertur domino. Si pro gratiaꝝ actione oblatio fuerit: offerent panes abſqꝫ fermento conſperſos oleo ⁊ lagana azima vncta oleo: coctamqꝫ ſimilā et collyridas olei admixtione conſperſas: panes quoqꝫ fermentatos cum hoſtia gratiarum: que immolatur pro pacificis: ex quibus vnus pro primitijs offertur domino ⁊ erit ſacerdotis qui fundet hoſtie ſanguinem. Cuius carnes eadem comedentur die: nec remanebit ex eis quicqꝫ vſqꝫ mane. Si voto vel ſponte quiſpiam obulerit hoſtiam eadem ſimiliter edetur die. Sed ſi quid in craſtinum remanſerit veſci licitum eſt. Quicquid autem tertius inuenerit dies: ignis abſumet. Si quis de carnibus victime pacificorum die tertio comederit: irrita fiet eiꝰ oblatio: nec proderit offerēti. Quin potius quecunqꝫ anima: tali ſe edulio contaminauerit preuaricationis: rea erit. Caro que aliquid tetigerit immundum non comedetur: ſed comburetur igni. Qui fuerit mundus veſcetur ex ea. Anima polluta que ederit de carnibus hoſtie pacificorum que oblata eſt domino: peribit de populis ſuis. Et que tetigerit immundiciam hominis vel iumenti: ſiue omnis rei que polluere poteſt et comederit de huiuſcemodi carnibus: interibit de populis

ſuis. Locutuſq; eſt dñs ad Moyſen dicens. Lo
quere filijs iſrael. Adipē ouis ⁊ bouis ⁊ capꝛe nō
comedetis. Adipem cadaueris morticinij ⁊ eius
animalis quod a beſtia captum eſt habebitis in
varios vſus. Si quis adipē qui offerri debet in
incenſum domini comederit: peribit de populo
ſuo. Sanguinem quoq; omnis animalis non ſu-
metis in cibo: tam de auibus ꝙ̄ de pecoꝛibus.
Omnis anima que ederit ſanguinem peribit de
populis ſuis. Locutuſq; eſt dominus ad Moy-
ſen dicens. Loquere filijs Iſrael. Qui offert vi-
ctimam pacificoꝛum domino: offerat ſimul et ſa
crificium id eſt libamenta eius. Tenebit manibꝰ
adipem hoſtie et pectuſculum. Cunq; ambo ob
lata domino conſecrauerit tradet ſacerdoti: qui
adolebit adipem ſuper altare: pectuſculum au-
tem erit Aaron et filioꝛum eius. Armus quoq;
dexter de pacificoꝛum hoſtijs cedet in pꝛimiti-
as ſacerdotis. Qui obtulerit ſanguinē ⁊ adipē
filioꝝ Aaron ipſe habebit ⁊ armum dextrum in
poꝛtione ſua. Pectuſculum: enim eleuationis
et armum ſeparationis tuli a filijs Iſrael de ho-
ſtijs eoꝛum pacificis: et dedi Aaron ſacerdoti et
filijs eiꝰ iu lege perpetua ab omni populo Iſra
el. Hec eſt vnctio Aaron et filioꝛum eius in ceri-
monijs domini in die quo obtulit eos Moyſes
vt ſacerdotio fungerētur et que pꝛecepit eis da-
ri dominus a filijs Iſrael religione perpetua in
generationibus ſuis. Iſta eſt lex holocauſti ⁊ ſa-
crificij pꝛo peccato atq; delicto: et pꝛo conſecra
tione et pacificoꝛum victimis: quas cōſtituit do
minus Moyſi in mōte ſinai: qñ mādauit filijs iſ
rael vt offerēt oblatiōes ſuas dño i deſerto ſinai.

Capituli Summarium. De cōſecratiōe Aaron et filioꝛum eius: de vnctione tabernaculi: quia ſeptem diebus finitur conſecratio: ⁊ tot diebus non exierunt de oſtio tabernaculi. Aaron et filij eius.

Capitulum. viij.

A Locutuſq; eſt dñs ad
Moyſen: dicens. Tolle Aaron cū
filijs ſuis: veſtes eoꝛum et vnctio-
nis oleum: vitulū pꝛo peccato: du
os arietes: caniſtrū cum azimis
et congregabis omnem cetum Iſrael ad oſtiū
tabernaculi. Fecit Moyſes: vt dominꝰ impera-
uerat. Congregataq; omni turba ante foꝛes ta-
bernaculi: ait. Iſte eſt ſermo quem iuſſit domi-
nus fieri. Statimq; obtulit Aaron ⁊ filios eius.
Cunq; lauiſſet eos: veſtiuit pontificē ſubucula
linea accingens eum baltheo: ⁊ induens eū tuni
ca hiacyntina: ⁊ deſuper humerale impoſuit: qđ
B aſtringēs cingulo aptauit rationali: in quo erat
doctrina ⁊ veritas. Cidari quoq; texit caput: et
ſuper eam contra frontē poſuit laminam aureā
conſecratam in ſanctificatione: ſicut pꝛeceperat
ei dominus. Tulit et vnctionis oleū quo liniuit
tabernaculum cum omni ſupellectili ſua. Cūq;
ſctificans aſperſiſſet altare ſeptem vicibꝰ: vnxit
illud et oīa vaſa eius: labrūq; cum baſi ſua ſctifi-
cauit oleo. Quod fundēs ſuper caput Aaron vnxit
eum ⁊ cōſecrauit. Filios quoq; eius oblatos cō
ſecrauit veſtiuitq; tunicis lineis ⁊ cinxit balthe-
is impoſuitq; mitras vt iuſſerat dñs. Obtulit et
vitulū pꝛo peccato. Cunq; ſuper caput eius po C
ſuiſſet Aaron ⁊ filij eius manus ſuas: immolauit
eū hauriēs ſanguinē: ⁊ tincto digito: tetigit coꝛ
nua altaris per girum. Quo expiato ⁊ ſanctifica
to fudit reliquū ſanguinē ad fundamēta eius.
Adipem vero qui erat ſuper vitalia ⁊ reticulū ie-
coꝛis duoſq; renunculos cū aruinulis ſuis adole
uit ſuper altare vitulū cū pelle ⁊ carnibus ⁊ fimo
cremās extra caſtra: ſicut pꝛeceperat dñs. Obtu D
lit ⁊ arietē in holocauſtū. Super cuius caput
cū impoſuiſſent Aaron ⁊ filij eius manus ſuas:
immolauit eū: ⁊ fudit ſanguinē eius percircuitū
altaris. Ipſumq; arietē in fruſta concidēs: caput
eius ⁊ artus ⁊ adipem adoleuit igni: lotis pꝛius
inteſtinis ⁊ pedibus. Totūq; ſimul arietē incen
dit ſuper altare eo ꝙ eſſet holocauſtū ſuauiſſi-
mi odoꝛis domino: ſicut pꝛeceperat ei. Obtulit
et arietē ſcđm in cōſecrationē ſacerdotū: poſue
runtq; ſuper caput eius Aaron ⁊ filij eius manꝰ
ſuas. Quē cum immolaſſet Moyſes ſumens de
ſanguine eius: tetigit extremū auricule dextre E
Aaron ⁊ pollicē manus eius dextre ſimiliter et
pedis. Obtulit ⁊ filios Aaron. Cunq; de ſangui-
ne arietis immolati tetigiſſet extremū auricule
ſingulorū dextre: ⁊ pollices manus ac pedis de
xtri reliquū fudit ſuper altare per circuitum. Adi
pem vero ⁊ caudā omnemq; pinguedinem: que
operit inteſtina: reticulumq; iecoꝛis ⁊ duos re-
nes cū adipibus ſuis: ⁊ armo dextro ſeparauit.
Tollens autē de caniſtro azymoꝛum: qđ erat co
ram domino panes abſque fermento: ⁊ collyridā
conſperſam oleo laganumq; poſuit ſuper adi
pes ⁊ armum dextrum: tradens ſimul oīa Aarō
et filijs eius. Qui poſtꝙ̄ lauerunt ea coꝛam do- F
mino: rurſum ſuſcepta de manibus eoꝛum: ado-
leuit ſuper altare holocauſti: eo ꝙ cōſecrationis
eſſet oblatio in odoꝛem ſuauitatis ſacrificij dñi.
Tulitq; pectuſculū eleuans illud coꝛā domino
de ariete cōſecrationis in partē ſuam: ſicut pꝛe
ceperat ei dñs. Aſſumenſq; vnguentū et ſangui
nē qui erat in altari aſperſit ſuper Aarō ⁊ veſti
menta eiꝰ ⁊ ſuper filios illius ac veſtes eoꝝ. Cun
q; ſctificaſſet eos in veſtitu ſuo: pꝛecepit eis di-
cens. Coquite carnes ante foꝛes tabernaculi et
ibi comedite eas. Panes quoq; cōſecratiōis edi G
te qui poſiti ſunt in caniſtro: ſicut pꝛecepit mihi
dñs: dicēs. Aaron ⁊ filij eius comedēt eos. Quic
qđ aūt reliquū fuerit de carne ⁊ panibꝰ ignis ab
ſumet. De oſtio quoq; tabernaculi nō exibitis ſe
ptē diebꝰ vſq; ad diē quo cōplebit tpꝰs cōſecra-
tionis vr̄e. Septē em̄ diebꝰ finit cōſecratio: ſicut
⁊ in pn̄tiarū factū eſt: vt ritus ſacrificij cōpleret
Die ac nocte manebitis in tabernaculo obſeruā
tes cuſtodias dñi ne moꝛiamini. Sic enī mihi
pꝛeceptum eſt. Feceruntq; Aaron et filij cuncta
que locutus eſt dominus per manum Moyſi.

Unctio aaron ⁊ filiorum eius.

¶ Capi. Summa. ¶ De prima immolatione ſacerdotis pro ſuo pctō ⁊ populi qualiter Moyſes et Aaron benedixerunt populo: qualiter dominus apparuit eis: ꝙ ignis egreſſus a deo deuorauit holocauſtum. Capitulum .ix.

A FActo autē octauo die
vocauit Moyſes Aaron ⁊ filios
eius ac maiores natu Iſrael: di-
xitqꝫ ad Aaron. Tolle de armēto
vitulum pro peccato ⁊ arieteȝ in
holocauſtū, vtrūqꝫ immaculatuȝ: ⁊ offer illos co-
ram domino ⁊ ad filios Iſrael loqueris. Tollite
hircum pro peccato, ⁊ vitulū atqꝫ agnum annicu
luȝ ⁊ ſine macula in holocauſtum: bouē ⁊ arieteȝ
pro pacificis: et immolate eos coram donmino:
in ſacrificio ſingulorum ſimilam cōſperſam oleo
offerentes. Hodie enim domnus apparebit vo-
xxxi.q.i.c. ſi q̄ fuerit. bis. Tulerūt ergo cuncta que iuſſerat Moyſes
ad oſtium tabernaculi: vbi cū omnis multitudo
aſtaret ait Moyſes. Iſte eſt ſermo quē precepit
B dn̄s. Facite: ⁊ apparebit vobis gloria eius. Et di
xit ad Aarō. Accede ad altare: ⁊ immola pro pec
cato tuo. Offer holocauſtū et deprecare pro te ⁊
Pria imolatio ſacerdotis p̄ peccato ſuo. pro pplo. Cūqꝫ mactaueris hoſtiam populi: ora
pro eo ſicut precepit dominus. Statimqꝫ Aarō
accedēs ad altare immolauit vitulum pro pec-
cato ſuo: cuius ſanguinem obtulerunt ei filij ſui.
In quo tingens digitum tetigit cornua altaris
et fudit reſiduū ad baſim eius. Adipemqꝫ et re-
nūculos ac reticulum iecoris que ſunt pro pec-
cato adoleuit ſuper altare ſicut preceperat dn̄s
Moyſi. Carnes vero ⁊ pellē eius extra caſtra cō
buſſit igni: immolauit holocauſti victimaȝ. Ob-
tuleruntqꝫ ei filij ſui ſanguinē eius quē fudit per
altaris circuitū. Ipſam etiā hoſtiaȝ in fruſtra cō
ciſaȝ cuȝ capite ⁊ mēbris ſingulis obtulerūt: qui
omnia ſupra altare cremauit igni lotis aqua pri
us inteſtinis ⁊ pedibus. Et pro pctō populi of-
ferens mactauit hircū expiatoqꝫ altari fecit ho-
locauſtum addens in ſacrificio libamēta que pa-
riter offeruntur: ⁊ adolens ea ſuper altare abſqꝫ
cerimonijs holocauſti matutini. Immolauit et
bouem atqꝫ arietem hoſtias pacificas populi.
Obtuleruntqꝫ ei filij ſui ſanguinem quem fudit
C ſuper altare in circuitu. Adipem autem bouis
et caudam arietis renunculosqꝫ cum adipibus
ſuis: et reticulum iecoris poſuerunt ſuper pe-
ctora. Cumqꝫ cremati eſſent adipes ſuper alta
re pectora eorum et armos dextros ſeparauit
Aaron eleuans coram domino. ſicut preceperat
Moyſes. Et extendens manum ad populum
benedixit ei. Sicqꝫ completis hoſtijs pro pec-
cato et holocauſtis et pacificis deſcēdit. Ingreſ
ſi autem Moyſes et Aaron in tabernaculum te
ſtimonij: ⁊ deincepsegreſſi benedixerūt populo.
Apparuitqꝫ gloria domini omni multitudini: et
ecce egreſſus ignis a dn̄o deuorauit holocauſtū
et adipes que erant ſup altare. Qd̄ cuȝ vidiſſent
turbe laudauerunt dn̄m ruentes in facies ſuas.

¶ Capituli. Summa. ¶ De morte Nadab ⁊ Abiu: de vino non bibendo quando intrabant tabernaculum de parte ſacerdotali: de hirco combuſto vnde iratus eſt Moyſes. Capitulū .x.

ARreptiſqȝ Nadab et
Abiu filij Aarō thuribulis impo
ſuerunt ignem ⁊ incēſum deſup
offerentes coram domino ignem
alienū qd̄ eis preceptum nō erat
Egreſſuſqꝫ ignis a domino deuorauit eos ⁊ mor
tui ſunt corā domino. Dixitqꝫ Moyſes ad Aa-
ron. Hoc eſt ꝙ locutus eſt domin⁹. Sctificabor
in his qui appropinquant mihi et in conſpectu
omnis populi glorificabor. Qd̄ audiens tacuit
Aaron. Vocatis auteȝ Moyſes Miſahel ⁊ Eli
ſaphan filijs Oziel. patrui Aarō ait ad eos. Ite
⁊ tollite fratres veſtros de conſpectu ſanctuarij:
et aſportate extra caſtra. Confeſtimqꝫ pergētes
tulerunt eos ſicut iacebant veſtitos lineis tuni
cis ⁊ eiecerunt foras vt ſibi fuerat impetratum
Locutus eſt Moyſes ad Aaron et ad Eleazar
et Ithamar filios eius. Capita veſtra nolite nu
dare: et veſtimenta nolite ſcindere ne forte mo-
riamini. ⁊ ſuper omnem cetum oriatur indigna B
tio Fratres veſtri ⁊ omnis domus Iſrael plan-
gant incendium ꝙ dominus ſuſcitauit. vos autē
non egrediemini fores tabernaculi alioquin peri
bitis. Oleum quippe ſancte vnctionis eſt ſuper
vos. Qui fecerunt omnia iuxta preceptū Moy-
ſi. Dixitqꝫ dominus ad Aaron. Vinum ⁊ omne
ꝙ inebriare poteſt non bibetis tu ⁊ filij tui quan
do intrabitis in tabernaculū teſtimonij: ne mo-
riamini quia preceptum ſempiternum eſt in ge-
nerationes veſtras ⁊ habeatis ſcientiaȝ diſcernē
di inter ſanctuȝ ⁊ prophanum inter pollutum et
mūduȝ: doceatiſqꝫ filios Iſrael omnio legitima
mea que locutus eſt dn̄s ad eos per manū Moy
ſi. Locutuſqꝫ eſt Moyſes ad Aaron: et ad Elea
zar et Ithamar filios eius qui erāt reſidui: Tol-
lite ſacrificium ꝙ remanſit de oblatiōe dn̄i: et co
medite, illud abſqꝫ fermēto iuxta altare quia ſan C
ctū ſanctorū eſt comedetis autē in loco ſancto ꝙ
datū eſt tibi tt filijs tuis de oblationibus dn̄i: ſi
cut p̄ceptū eſt mihi. pectuſculū quo qꝫ ꝙ oblatū
eſt: ⁊ armū qui ſeparatus eſt edetis in loco mū-
diſſimo tu ⁊ filij tui ⁊ filie tue tecuȝ. Tibi eniȝ ac D
liberis tuis repoſita ſunt de hoſtijs ſalutaribus
filiorū Iſrael eo ꝙ armū ⁊ pectus ⁊ adipes qui
cremantur in altari eleuauerunt corā dn̄o: ⁊ per
tineāt ad te ⁊ ad filios tuos lege perpetua: ſicut
precepit dn̄s. Inter hec hircuȝ qui oblatus fue-
rat pro peccato cū quereret Moyſes exuſtū rep
perit iratuſqꝫ cōtra Eleazar et Ithamar filios
Aaron qui remanſerant ait. Cur non comedi-
ſtis hoſtiā pro pctō in loco ſancto que ſctā ſctōꝝ
eſt ⁊ data vobis vt portetis iniquitatē mltitudi
nis ⁊ rogetis p̄ ea in cōſpectu dn̄i p̄ſertim cum
de ſanguine illi⁹ nō ſit illatū intra ſctā ⁊ comede
re debueratis eā in ſanctuario ſicut p̄ceptuȝ eſt

mihi. Rn̄dit Aaron. Oblata eſt hodie victima ꝑ peccato ⁊ holocauſtū coram dn̄o. mihi autē accidit qd̄ vides. Quō potui comedere eam aut placere dn̄o in cerimonijs mente lugubri. Qd̄ cum audiſſet Moyſes recepit ſatiſfactionem.

¶ Capituli. Summarium. ¶ De immundis animalibus ad eſum. et ꝙ ſancti debent eſſe: quia ſanctus eſt dominus. Capitulū. xj.

iiij.a. aialia ...is po come non.

Ocutuſq; eſt domin⁹ ad Moyſen ⁊ Aaron dicens. Dicite filijs Iſrael. Cuſtodite omnia que ſcripſi vobis vt ſim deus veſter. Hec ſunt aīalia que comedere debetis de cunctis animantibus terre. Omne ꝙ habet diuiſam vngulā ⁊ ruminat in pecoribus comedetis. Quicqd aūt ruminat ⁊ habet vngulā ſed nō diuidit eã: ſicut camelus ⁊ cetera nō comedetis illud ⁊ inter immūda reputabitis. Cirogryllius qui ruminat vngulā ꝙ nō diuidit immūdus eſt. Lepus ꝙ nāt ipſe ruminat ſed vngulā nō diuidit ⁊ ſus qui cū vngulam diuidat nō ruminat horū carnibus nō veſcemini: nec cadauera cōtingetis: q: immūda ſunt vobis.

B piſces ...

Hec etiā ſunt que gignunt in aquis ⁊ veſci licitū eſt. Omne ꝙ hʒ penulas ⁊ ſcamas tam in mari ꝙ in fluminibus ⁊ ſtagnis comedetis. Quicqd aūt penulas ⁊ ſcamas nō habet eorum que in aquis mouentur. ⁊ viuūt abominabile vobis experiendumq; erit. Carnes eorum nō comedetis: ⁊ morticinia vitabitis. Cuncta que nō habent penulas ⁊ ſquamas in aquis polluta erūt. Hec ſunt que de auibus comedere non debetis ⁊ vitanda ſunt vobis. Aquilam gryphem ⁊ halietum ⁊ miluum ac vulturem iuxta genus ſuum. ⁊ omne coruini generis in ſimilitudinem ſuaʒ ſtruthionem ⁊ noctuam ⁊ larū ⁊ accipitrem iuxta genus ſuū: bubonē ⁊ mergulum ⁊ ibin ⁊ cygnum ⁊ onnocrotalū ⁊ porphirionem: herodianem ⁊ charadrion iuxta genus ſuū: vpupam ꝙ ⁊ veſpertilionem.

C

Omne de volucrib⁹ qd̄ gradit̄ ſup quattuor pedes: abominabile erit vobis. Quicqd aūt ambulat quidē ſuper quattuor pedes: ſed habet longiora retro crura per que ſalit ſuper terram: comedere debetis: vt eſt brucus in gn̄e ſuo attacus atq; ophiomachus: ac locuſta ſingula iuxta genus ſuū.

D

Quicqd aūt ex volucribus quattuor tm̄ habet pedes: execrabile erit vobis: ⁊ quicūq; morticinia eorum tetigerit: pollueť: ⁊ erit immūdus vſq; ad veſperū: ⁊ ſi neceſſe fuerit: vt portet quippiam horū mortuū: lauabit veſtimenta ſua: et immūdus erit vſq; ad occaſum ſolis. Omne animal quod habet quidem vngulam ſed non diuidit eam nec ruminat: immūdum erit: et quicquid tetigerit illud contaminabitur. Quod ambulat ſuper manus ex cunctis animantibus que incedunt quadrupedia: immūdum erit. Qui tetigerit morticinia eorū pollueť vſq; ad veſperum. Et qui portauerit huiuſcemodi cadauera: lauabit veſtimenta ſua et immundus erit vſq; ad veſperum: quia omnia hec immunda ſunt vobis.

E

Hec quoq; inter polluta reputabuntur de his que mouentur in terra muſtella et mus et crocodilus: ſingula iuxta genus ſuum: migale: et cameleon: et ſtellio: et lacerta: et talpa: oīa hec immūda ſunt. Qui tetigerit morticinia eorum: immundus erit vſq; ad veſperū: et ſuper quod ceciderit quicq; de morticinijs eorū: pollueť tam vas ligneū et veſtimentum: ꝙ pelles et cilicia: et in quocunq; fit opus: tingent aqua: et polluta erūt vſq; ad veſperū: et ſic poſtea mundabunt. Vas aūt fictile. in quod horum quicq; intro ceciderit: pollueť: et idcirco frangendum eſt. ſ.vj.d. j.xv.b.

F

Omnis cibus quē comedetis ſi fuſa fuerit ſuper eū aqua: immundus erit: et omne liquens quod bibitur de vniuerſo vaſe: immundū erit: Et quicquid de morticinijs huiuſcemodi ceciderit ſuper illud. immūdū erit: ſiue clibani ſiue ſytropedes deſtruentur: et immundi erunt. Fontes vero et ciſterne et omnis aquarum congregatio munda erit. Qui morticinium eorum tetigerit: polluetur. Si ceciderit ſuper ſementem: non polluet eam. Si autem quiſpiam aqua ſementem perfuderit: et poſtea morticinis tacta fuerit: illico polluetur. Si mortuuʒ fuerit animal ꝙ licet vobis comedere: Qui cadauer eius tetigerit: immundus erit vſq; ad veſperum. Et qui comederit ex eo quippiam ſiue portauerit: lauabit veſtimenta ſua et immūdus erit vſq; ad veſperum.

G

Omne quod reptat ſuper terram: abominabile erit: nec aſſumetur in cibum. Quicquid ſuper pectus quadrupes graditur et multos habet pedes: ſiue per humum trahitur. non comedetis: quia abominabile eſt. Nolite cōtaminare animas veſtras: nec tangatis quicq; eorum ne immundi ſitis: Ego ſum domin⁹ deus veſter. ſancti eſtote: quia ego ſanctus ſum. Ne polluatis animas veſtras in omni reptili quod mouetur ſuper terram: Ego enim ſum dominus qui eduxi vos de terra Egypti: vt eſſem vobis in deum: Sancti eritis: quia ego ſanctus ſum. Iſta eſt lex animantium ac volucrum et omnis anime viuentis: que mouetur in aqua: et reptat in terra: vt dr̄ias noueritis mundi et immūdi: et ſciatis quid comedere et reſpuere debeatis.

Omne reptile prohibetur.

j.ix.a. j.Pe.j.c.

¶ Capituli. Summarium. ¶ De immundicia Mulieris puerpere: et mundatione ipſius et oblatione eius. Capitulum. xij.

A v.di.ſ.j.c.c cum enixa. De purifi. poſt par.c. vnico.

Ocutuſq; eſt dominus ad Moyſen: dicēs: Loquere filijs Iſrael: et dices ad eos: Mulier ſi ſuſcepto ſemine peperit maſculum: immunda erit ſeptem diebus iuxta dies ſeparationis mēſtrue: et die octauo circumcidetur infantulus: ipſa vō triginta tribus diebus manebit in ſanguine purificationis ſue. Omne ſanctum nō tanget: nec ingredietur

B

in ſanctuarium: donec impleatur dies purgatio
nis ſue. Sinaūt feminā peperit: immunda erit
duabus hebdomadibus iuxta ritū fluxus men-
C ſtrui: ⁊ ſexagintaſex diebus manebit in ſanguine
Lu.ij.d. purificationis ſue. Cūq; expleti fuerint dies pur
xxv.q.j.ca. gationis ſue pro filio ſiue pro filia: deferet agnū
ideo. anniculū in holocauſtū: ⁊ pullū colūbe ſiue turtu
rē pro peccato ad oſtiū tabernaculi teſtimonij:
⁊ tradet ſacerdoti qui offeret illa corā dño ⁊ roga
D bit pro ea: ⁊ ſic mundabitur pro fluuio ſanguinis
s.v.b. ſui. Iſta eſt lex pariētis maſculū aut feminam.
Leui.ij.d. Qđ ſi nō inuenerit manꝰ eius: nec potuerit offer
re agnum: ſumet duos turtures vel duos pullos
columbarū: vnū in holocauſtū: ⁊ alterū pro pecca
to. Orabitq; pro ea ſacerdos: ⁊ ſic mundabitur.

C C.S. C De immundicia hominis leproſi
qūo cognoſcatur ⁊ quomodo ſe debent habere:
⁊ de lepra veſtimentorum. Capl'm.xiij.

Locutuſq; eſt dominꝰ
A ad Moyſen: ⁊ Aaron: dicens. Ho
De pe.di.j mo in cuius cute ⁊ carne ortꝰ fue-
c.voluiſſet rit diuerſus color ſiue puſtula:
ſ.deniq;. aut quaſi lucens quippiam: ideſt
plaga lepre: adduceť ad Aaron ſacerdotē vel ad
vnū quēlibet filiorū eius. Qui cū viderit leprā
in cute ⁊ pillos in albū mutatos colorē: ipſamq;
ſpeciē lepre humiliorē cute ⁊ carne reliqua: pla
ga lepre eſt: ⁊ ad arbitriū eius ſeparabiť. Sinaūt
lucens candor fuerit in cute: nec hūilior carne re
liqua ⁊ pili coloris priſtini: recludet eū ſacerdos
ſeptē diebus ⁊ conſiderabit die ſeptimo. Et ſi-
Quō co- quidem lepra vltra non creuerit nec tranſierit in
gnoſcebať cute priores terminos rurſum recludet eū ſeptē
lepra. diebus alijs ⁊ die ſeptimo contemplabiť. Si ob-
B ſcurior fuerit lepra ⁊ non creuerit in cute: mūda-
bit eam: q: ſcabies eſt: lauabitq; homo veſtimen
ta ſua: ⁊ mūdus erit. Qđ ſi poſtq̄ a ſacerdote vi-
ſus eſt ⁊ redditus eſt mundicie: iterū lepra creue
rit: adduceť ad eū: ⁊ immūdicie condemnabiť.
Plaga lepre ſi fuerit in homine adduceť ad ſa-
cerdotē: ⁊ videbit eū. Cūq; color albus in cute
fuerit ⁊ capillorū mutauerit aſpectū: ipſa quoq;
caro viua apparuerit: lepra vetuſtiſſima iudica-
bitur atq; inolita cuti. Contaminabit itaq; eū
ſacerdos ⁊ nō recludet: q: perſpicue immūdicie
eſt. Sinaūt effloruerit diſcurrens lepra in cute ⁊
operuerit oēm carnē a capite vſq; ad pedes: q̄c
quid ſub aſpectu oculorū cadit cōſiderabit eū ſa
cerdos ⁊ teneri lepra mūdiſſima iudicabit: eo q̄
oīs cutis in candorē verſa ſit: ⁊ idcirco homo mū
C dus erit. Qñ vero caro viuens in ea apparuerit:
tūc ſacerdos iudicio pollueť: ⁊ iter immūdos repu
tabitur. Caro eñ viua ſi lepra: aſpergiť immūda
eſt. Qđ ſi rurſū verſa fuerit in alborē ⁊ totū ho-
minē operuerit cōſiderabit eū ſacerdos: ⁊ mūdū
eſſe decernet. Caro ⁊ cutis in qua vlcus natū eſt:
⁊ ſanatū: ⁊ loco vlceris cicatrix alba apparuerit
ſiue ſubrufa adducetur homo ad ſacerdotē qui

cum viderit locū lepre hūiliorem carne reliqua. ⁊
pilos verſos in candorem contaminabit eū. Pla
ga enim lepre orta eſt in vlcere. Qđ ſi pilus colo-
ris eſt priſtini: et cicatrix ſubobſcura et vicina car
ne non eſt humilior recludet eū ſeptē diebus. Et
ſiquidem creuerit adiudicabit eū lepre. Sinautē D
ſteterit in loco ſuo vlceris eſt cicatrix: et homo
mūdus erit. Caro autē et cutis quam ignis ex-
cuſſerit. et ſanata albam ſiue rufam habuerit ci-
catricem conſiderabit eam ſacerdos. Et ecce ſi
verſa eſt in alborē et locus eius reliqua cute eſt
humilior contaminabit eū: q: plaga lepre in cica-
trice orta eſt. Qđ ſi pilorū color non fuerit immu
tatus. nec humilior plaga carne reliqua et ipſa le
pre ſpecies fuerit ſubobſcura recludat eū ſeptē
diebus et die ſeptimo contemplabitur. Si creue
rit in cute lepra contaminabit eum. Sinautē in
loco ſuo candor ſteterit non ſatis clarus plaga cō
buſtionis eſt: et idcirco mundabitur: q: cicatrix
eſt combuſture. Uir ſiue mulier in cuius capite
vel barba germinauerit lepra videbit eos ſacer- E
dos. Et ſiquidem humilior fuerit locus carne
reliqua et capillus flauus ſolitoq; ſubtilior con-
taminabit eos: q: lepra capitis ac barbe eſt. Sin
autem viderit locum macule equalem vicine car-
ni et capillum nigrum recludet eum ſeptem die-
bus et die ſeptimo intuebitur. Si non creuerit
macula et capillus ſui coloris eſt: et locus plage
carni reliquē equalis: radetur homo abſq; loco
macule: et includetur ſeptē diebus alijs. Si die
ſeptimo viſa fuerit ſtetiſſe plaga in loco ſuo nec
humilior carne reliqua mundabit eum lotiſq; ve
ſtibus ſuis mundus erit. Sinautem poſt emun-
dationē rurſus creuerit macula in cute non que
ret amplius vtrum capillus in flauum colorem
ſit commutatus: q: aperte immundus eſt. Por
ro ſi ſteterit macula et capilli nigri fuerint noue
rit hominem ſanatum eſſe: et confidenter eū pro
nunciet mundum. Uir ſiue mulier in cuius cute
candor apparuerit intuebitur eos ſacerdos. Si F
deprehenderit ſubobſcurum alborem lucere in
cute ſciat non eſſe lepram ſed maculam coloris
candidi et hominem mundum. Uir de cuius ca-
pite capilli fluunt caluus et mundus eſt. Et ſi a
fronte ceciderint pilli recaluaſter et mundus eſt.
Sinautem in caluitio ſiue in recaluatione albus
vel rufus color fuerit exortus: et hoc ſacerdos vi
derit: condemnabit eum haud dubie lepre que or
ta eſt in caluitio. Quicunq; ergo maculatus fue-
rit lepra: et ſeparatus ad arbitrium ſacerdotis
habebit veſtimenta diſſuta. caput nudum. os ve-
ſte contectum: contaminatum ac ſordidū ſe cla-
mabit. Omni tempore quo leproſus eſt et im-
mundus ſolus habitabit extra caſtra. Ueſtis la-
nea ſiue linea que lepram habuerit in ſtamine at-
q; ſubtegmine: aut certe pellis vel quicqnid ex
pelle confectum eſt: ſi alba vel rufa macula fuerit
infecta lepra reputabitur. oſtendeturq; ſacerdo-
ti. Qui conſideratam recludet ſeptem diebus: et
die primo rurſus aſpiciens ſi deprehenderit cre-
uiſſe lepram et perſeuerans eſt pollutum iudica-

bit veſtimentum.et omne in quo fuerit inuenta:
et idcirco comburetur flammis. Qꝺ ſi eam vide
rit non creuiſſe pꝛecipiet et lauabunt id in quo
lepꝛa eſt: recludetqꝫ illud ſepteꝫ diebus alijs. Et
cum viderit faciem quidem pꝛiſtinam non reuer
ſam: nec tamen creuiſſe lepꝛam immundum iu⸗
dicabit ⁊ igne comburet: eo ꝙ infuſa ſit inſuper
ficie veſtimenti vel per totum lepꝛa. Si autem
obſcurioꝛ fuerit locus lepꝛe poſtq̄ veſtis eſt lota
abꝛumpet euꝫ ⁊ a ſolido diuidet. Qꝺ ſi vltra ap
paruerit in his locis que pꝛius immaculata erāt
lepꝛa volatilis ⁊ vaga debet igne comburi. Si ceſ
ſauerit lauababit aqua que pura ſunt ſecundo
et munda erunt. Iſta eſt lex lepꝛe veſtimenti la⸗
nei ⁊ linei ſtaminis atqꝫ ſubtegminis omniſqꝫ ſupel
lectilis pellicee quō mūdari ꝺbeat vl' cōtaminari.

¶ Capituli. Summarium. ¶ De mūdatione lepꝛoſi ⁊ de ſacrificio: de lepꝛa domus et de puri⸗ficatione ipſius.

Capitulum. xiiij.

A
mat. viij. a. Mar. j. a. Luce. v. c. ⁊ xvij. d.
Oblatio leproſi mundandi.

Locutuſqꝫ eſt domin⁹
ad Moyſen dicens. Hic eſt rit⁹
lepꝛoſi quando mundandus eſt.
Adducetur ad ſacerdotem. Qui
egreſſus de caſtris cum inuene⸗
rit lepꝛam eſſe mundatam pꝛecipiet ei qui pu⸗
rificatur vt offerat duos paſſeres viuos pꝛo ſe
quos veſci licitum eſt. et lignū cedrinū vermicu
lumqꝫ ⁊ hyſopuꝫ Et vnum ex paſſeribus immo
lari iubebit in vale fictili ſuper aquas viuentes
alium autem viuum cū ligno cedrino ⁊ cocco et
hyſopo tinget ī ſanguine paſſeris immolati: qui
aſperget illū qui mūdand⁹ eſt ſepties vt iure pur
getur ⁊ dimittet paſſereꝫ viuum vt in agruꝫ auo
let. Cumqꝫ lauerit homo veſtimenta ſua radet
omnes pillos corpoꝛis et lauabitur aqua puri⸗
ficatuſqꝫ ingredietur caſtra: ita dumtaxat vt ma
B neat extra tabernaculuꝫ ſuuꝫ ſeptē diebus ⁊ die
ſeptimo radat capillos capitis: barbam ⁊ ſuper
cilia ac totius coꝛpoꝛis pillos. Et lotis rurſuꝫ ve
ſtibus et coꝛpoꝛe die octauo ſumet duos agnos
immaculatos: ⁊ oueꝫ anniculā abſqꝫ macula: et
tres decimas ſimile in ſacrificiuꝫ que conſperſa
ſit oleo: ⁊ ſeorſuꝫ olei: ſextariuꝫ. Cūqꝫ ſacerdos
purificans hominem ſtatuerit euꝫ: ⁊ hec omnia
coꝛaꝫ domino in oſtio tabernaculi teſtimonij tol
let agnum ⁊ offeret eum pꝛo delicto oleiqꝫ ſexta
rium. Et oblatis ante dominum omnibus im⸗
molabit agnū: vbi ſolet immolari hoſtia pꝛo pec
cato ⁊ holocauſtū id ⁊ in loco ſancto. Sicut eniꝫ
C pꝛo peccato ita ⁊ pꝛo delicto ad ſacerdotem per
tinet hoſtia. Sancta ſanctoꝛum eſt. Aſſumēſqꝫ
ſacerdos de ſanguine hoſtie: que immolata eſt
pꝛo delicto: ponet ſuper extremum auricule dex
tre eius qui mundatur: ⁊ ſuper pollices manus
dextre et pedis: et de olei ſextario mittet in ma
num ſuam ſiniſtram: tingetqꝫ digitum dextruꝫ
in eo et aſperget coꝛam domino ſepties. Quod
autem reliquum eſt olei in leua manu: fundet ſu
per extremum auricule dextre eius qui munda⸗
tur: et ſuper pollicesqꝫ manus ac pedis dextri: et
ſuper ſanguineꝫ qui effuſus eſt pꝛo delicto et ſu⸗
per caput eius. Rogabitqꝫ pꝛo eo ſacerdos coꝛā
domino: et faciet ſacrificium pꝛo peccato. Tunc
immolabit holocauſtum et pone illud in altari
cum libamentis ſuis: et homo rite mundabitur.
Quod ſi pauper eſt: ⁊ non poteſt manus eius in
uenire que dicta ſunt pꝛo delicto, aſſumet agnuꝫ
ad oblationem vt roget pꝛo eo ſacerdos decimā
qꝫ partem ſimile conſperſe oleo in ſacrificium et
olei ſextarium: duoſqꝫ turtures ſiue duos pul⸗
los columbe: quoꝛum vnus ſit pꝛo peccato: et
alter in holocauſtum: offeretqꝫ ea die octauo pu
rificationis ſue ſacerdoti ad hoſtium tabernacu
li teſtimonij coꝛam domino. Qui ſuſcipiens ag⸗
num pꝛo delicto et ſextarium olei: leuabit ſimul: D
immolatoqꝫ agno de ſanguine eius ponet ſuper s̄. v. b. ⁊
extremum auricule dextre illius q̇ mundat̄: ⁊ ſu s̄. xvij. d.
per pollices manus eius ac pedis dextri. Olei
vero partem mittet in manum ſuam ſiniſtraꝫ in
quo tingens digituꝫ dextre manus aſperget ſep
ties contra dominum tangetqꝫ extremū dextre
auricule illius qui mūdatur ⁊ pollicis manus ac
pedis dextri in loco ſanguinis qui effuſus eſt pꝛo
delicto. Reliquaꝫ autē partem olei que eſt in ſini
ſtra manu: mittet ſuper caput purificati vt pla⸗
cet pꝛo eo dn̄m: ⁊ turturē ſiue pullū columbe of⸗
feret vnuꝫ pꝛo delicto ⁊ alteruꝫ in holocauſtū cū
libamentis ſuis. Hoc eſt ſacrificium lepꝛoſi: qui
habere non poteſt omnia in emūdationē ſui. Lo E
cutuſqꝫ eſt domin⁹ ad Moyſen ⁊ Aaron dicens.
Cūqꝫ ingreſſi fueritis terraꝫ chanaan quā ego
dabo vobis in poſſeſſionē. Si fuerit plaga lepꝛe
in edibus: ibit cuius eſt domus nūcians ſacerdo
ti: ⁊ dicet. Quaſi plaga lepꝛe videt̄ mihi eſſe in do
mo mea. At ille pꝛecipiet: vt auferātur vniuerſa
de domo pꝛiuſq̄ ingrediatur eaꝫ: ⁊ videat vtruꝫ
lepꝛoſa ſit: ne immūda fiant omnia que in domo
ſunt. Intrabitqꝫ poſtea: vt conſideret lepꝛaꝫ do
mus: ⁊ cuꝫ viderit in parietibus illius quaſi val⸗
liculas palloꝛe ſiue ruboꝛe defoꝛmes ⁊ humilio⸗
res ſuperficie reliqua: egredietur oſtiū domus:
⁊ ſtatim claudet eam ſeptem diebus: reuerſuſqꝫ
die ſeptimo: conſiderabit eam. Si inuenerit cre
uiſſe lepꝛam: iubebit erui lapides in quibus le⸗ F
pꝛa eſt: ⁊ pꝛoijci eos extra ciuitatem in locū im
mūduꝫ: domum autē ipſaꝫ radi intrinſecus per
circuitum: ⁊ ſpargi puluerē raſure extra vꝛbem
in locum immūdum: lapideſqꝫ alios reponi pꝛo
his qui ablati fuerint: et luto alio liniri do⸗
mum. Si autem poſtq̄ eruti ſunt lapides: ⁊ pul
uis elatus: ⁊ alia terra lita: ingreſſus ſacerdos
viderit reuerſaꝫ lepꝛam: ⁊ parietes aſperſos ma
culis lepꝛa eſt perſeuerans et immunda domus
quam ſtatim deſtruent: ⁊ lapides eius ac ligna
atqꝫ vniuerſum puluerem pꝛoijcient extra opi⸗
dum in locum immūdum. Qui intrauerit domū
quando clauſa eſt: immūdus erit vſqꝫ ad veſperū
et qui doꝛmierit in ea et comederit quippiam la
uabit veſtimenta ſua. Qꝺ ſi introiens ſacerdos G

viderit lepram non creuiſſe in domo poſtꝙ demolita fuerit: purificabit eam reddita ſanitate et in purificatione eius ſumet duos paſſeres lignumq; cedrinum: et vermiculum atq; hyſopuꝫ: et immolato vno paſſere in vaſe fictili ſuper aq̃s viuas: tollet lignum cedrinum et hyſopum ⁊ coccum et paſſerem viuum: et tinget omnia in ſanguine paſſeris immolati: atq; in aquis viuentibus: et aſperget domum ſepties purificabitq; eam tã in ſanguine paſſeris ꝙ in aquis viuentibus: et in paſſere viuo lignoq; cedrino ⁊ hyſopo atq; vermiculo. Cumq; dimiſerit paſſerem auolare in agrum libere: orabitq; pro domo: et iure mundabitur. Iſta eſt lex omnis lepre et percuſſure: lepre veſtium et domorum cicatricis et erũpentium papularum: lucentis macule et in varias ſpecies coloribus immutatis: vt poſſit ſcire quo tempore mũdum quid: vel immundum ſit.

Capituli. Summarium. De immũdicia ſemifluı et eum tangentium ⁊ emundatione: de coeũte cuꝫ menſtruoſa: et que fluxum ſanguinis patitur ⁊ emũdatione earum. Capitulũ. xv.

A
vj. di. c. j. xl
iij. di. c. j.
De patiente fluxũ ſanguinis immũdo.

Ocutuſq; eſt domin⁹ ad Moyſen et Aaron: dicẽs. Loquimini filijs Iſrael: ⁊ dicite eis Vir qui patitur fluxum ſeminis immundus erit: et tunc iudicabitur huic vitio ſubiacere: cum per ſingula momenta adheſerit carni eius atq; concreuerit fedus humor. Omne ſtratum in quo dormierit: immundum erit et vbicumq; ſederit. Si quis hominum tetigerit lectum eius lauabit veſtimenta ſua: et ipſe lotus aqua: immundus erit vſq; ad veſperum. Si ſederit vbi ille ſederat: et ipſe lauabit veſtimenta ſua: et lotus aqua immũdus erit vſq; ad veſperum. Qui tetigerit carneꝫ eius lauabit veſtimẽta ſua et ipſe lotus aqua immũdus erit vſq; ad veſperum. Si ſaliuam huiuſcemodi homo eiecerit ſuper eum qui mundus eſt lauabit veſtimẽta ſua: ⁊ lotus aqua: immundus

B

erit vſq; ad veſperum. Sagma ſuper quod ſederit: immundum erit: et quicquid ſub eo fuerit qui fluxuꝫ ſeminis patitur ⁊: pollutum erit vſq; ad veſperum. Qui portauerit horum aliquid: lauabit veſtimenta ſua: et ipſe lotus aqua: immundus erit vſq; ad veſperum. Omnis quem

ꝫ. vj. d. ⁊. xj. e.
Emũdatio ſemiſſui.

tetigerit qui talis eſt non lotis ante manibus: lauabit veſtimenta ſua: ⁊ lotus aqua: immũdus erit vſq; ad veſperum. Vas fictile qđ tetigerit: confringetur: vas autẽ ligneum lauabitur aqua. Si ſanatus fuerit qui huiuſcemodi ſuſtinet paſſionem: numerabit ſeptem dies poſt emũdationem ſui: et lotis veſtib⁹ et toto corpore in aquis viuentibus: erit mundus. Die autem octauo ſumet duos turtures aut duos pullos columbe et veniet in conſpectu domini ad oſtium tabernaculi teſtimonij: dabitq; eos ſacerdoti. Qui faciet vnum pro peccato: et alterum in holocauſtum: rogabitq; pro eo coram domino: vt emundetur a fluxu ſeminis ſui. Vir de quo egredietur ſemen coitus: lauabit aqua omne corpus ſuum: ⁊ immundus erit vſq; ad veſperum. Veſteꝫ ⁊ pellem quam habuerit: lauabit aqua ⁊ immũda erit vſq; ad veſperum. Mulier cum qua coierit: lauabitur aqua: et immunda erit vſq; ad veſperum.

xliij. di. ... ante ...
C

Mulier que redeunte menſe patitur fluxum ſanguinis: ſeptem diebus ſeparabitur. Omnis qui tetigerit eam immundus erit vſq; ad veſperum: et locus in quo dormierit vel ſederit: diebus ſeparationis ſue polluetur. Qui tetigerit lectum ſuum: lauabit veſtimenta ſua: et ipſe lotus aqua immudus erit vſq; ad veſperum.

De co... cũ menſ... ſa imm...

Omne vas ſuper qđ illa ſederit: quiſquis attigerit: lauabit veſtimenta ſua: ⁊ ipſe lotus aqua pollutus erit vſq; ad veſperum. Si coierit cum ea vir tempore ſanguinis menſtrualis: immundus erit ſeptem diebus: et omne ſtratum in quo dormierit: polluetur.

Al's. ve... mentu...

Mulier que patitur multis diebus fluxum ſanguinis non in tempore menſtruali: vel que poſt menſtruuꝫ ſanguinem fluere non ceſſat ꝙdiu ſubiacet huic paſſioni immunda erit quaſi ſit in tempore menſtruo. Omne ſtratum in quo dormierit et vas in quo ſederit pollutum erit. Quicunq; tetigerit eum: lauabit veſtimẽta ſua: ⁊ ipſe lot⁹ aqua: immũdus erit vſq; ad veſperum. Si ſteterit ſanguis et fluere ceſſauerit: numerabit ſepteꝫ dies purificatiõis ſue: et die octauo offeret pro ſe ſacerdoti duos turtures: aut duos pullos columbarum ad oſtium tabernaculi teſtimonij: qui vnuꝫ faciet pro peccato et alterum in holocauſtum: rogabitq; pro ea coram domino: et pro fluxu immundicie eius. Docebitis ergo filios Iſrael: vt caueant immũdicias et non moriantur in ſordibus ſuis: cũ polluerint tabernaculũ meuꝫ qđ eſt inter vos. Iſta eſt lex eius qui patitur fluxũ ſeminis: ⁊ qui polluitur coitu: ⁊ que mẽſtruis tꝑibus ſeꝑatur: vel que iugi fluit ſanguine: ⁊ hoĩs q̃ dormierit cũ ea.

Heb...
D
j. q. j. c. ... Expp... tum. ... ber... rianos

Capituli. Summarium. Qđ ſacerdos non in omni tempore ingrediatur ſanctuariuꝫ: de expiatione ſanctuarij tabernaculi: de feſto expiationis celebrando. Capitulum. xvj.

Recapitulatio.

A

Ocutuſq; eſt dominus ad Moyſen poſt mortem duorum filiorum Aaron quando offerentes ignem alienum interfecti ſunt. Et precepit ei: dicens. Loquere ad Aaron fratrem tuum: ne omni tempore ingrediatur ſanctuarium: qđ eſt intra velum coram propitiatorio: quo tegitur arca vt non moriatur: q2 in nube apparebo ſuper oraculũ: niſi hec ante fecerit. Vituluꝫ pro pctõ offeret: ⁊ arietẽ in holocauſtũ. Tunica linea veſtietur feminalib⁹ lineis verenda celabit. Accingetur zona linea: cydar in lineã imponent capiti. Hec enĩ veſtimẽta ſunt

Lxp...

ſancta:quibus cunctus cuꝫ lotus fuerit:induet
B Suſcipietqꝫ ab vniuerſa multitudine filiorũ Iſra
el duos hircos pro peccato: et arietẽ in holocau
ſtum. Cumqꝫ obtulerit vitulum:et orauerit pro
ſe ⁊ pro domo ſua duos hircos ſtare faciet coraꝫ
domino in oſtio tabernaculi teſtimonij:mittẽſqꝫ
ſuper vtrumqꝫ ſortem:vnaꝫ domino:⁊ alteram
capro emiſſario:cuius exierit ſors domino:offe-
ret illum pro peccato:cuius autem in caprum:
C emiſſarium:ſtatuet euꝫ viuũ coram domino:vt
fundat preces ſuper eo:⁊ emittat eum in ſolitu
dineꝫ. His rite celebratis offeret vitulum:⁊ ro-
gans pro ſe ⁊ domo ſua:immolabit eum. Aſſum
ptoqꝫ thuribulo qđ de prunis altaris ĩpleuerit:
et hauriens manu compoſitũ thimiama in incẽ
ſum:vltra veluꝫ intrabit in ſancta:vt poſitis ſu-
per ignem aromatibus: nebula eorum et vapor
operiat oraculum qđ eſt ſupra teſtimoniuꝫ:⁊ nõ
moriatur. Tollet quoqꝫ de ſanguine vituli ⁊ aſp
Hebre.x.a. get digito ſepties contra propitiatoriuꝫ ad oriẽ
tem. Cumqꝫ mactauerit hircuꝫ pro peccato po
puli:inferet ſanguinẽ eius intra velum:ſicut pre
ceptuꝫ eſt de ſanguine vituli vt aſpergat e regio
ne oraculi:⁊ expiet ſanctuariuꝫ ab immundicijs
filiorum Iſrael:⁊ a preuaricationibus eorũ:cun
D ctiſqꝫ peccatis. Iuxta hunc ritum faciet taber-
Expiatõ ta naculo teſtimonij:qđ fixũ eſt inter eos in medio
bernaculi. ſordium habitationis eorum. Nullus hominum
ſit in tabernaculo quando pontifex ſanctuariuꝫ
ingreditur:vt roget pro ſe ⁊ pro domo ſua ⁊ pro
vniuerſo cetu Iſrael:donec egrediatur taberna
culum. Cum auteꝫ exierit ad altare qđ coraꝫ do
mino eſt:oret pro ſe:⁊ ſumptum ſanguinẽ vituli
atqꝫ hirci fundat ſuper cornua eius per gyrum:
aſpergenſqꝫ digito ſepties:expiet ⁊ ſanctificet il
lud ab immũdicijs filiorum Iſrael. Poſtqꝫ emũ
E dauerit ſanctuariuꝫ ⁊ tabernaculũ ⁊ altare:tunc
offerat hircum viuentem:⁊ poſtea vtraqꝫ manu
ſuper caput eius:cõfiteatur omnes iniquitates
filiorum Iſrael:et vniuerſa delicta atqꝫ peccata
eorum que imprecans capiti eius:emittet illud
per hominem paratum in deſertum. Cũqꝫ por-
tauerit hircus omnes iniquitates eorum in ter
ram ſolitariã:⁊ dimiſſus fuerit in deſerto reuer-
tetur Aaron in tabernaculuꝫ teſtimonij:⁊ depo
ſitis veſtibus quibꝯ prius indutus erat:cũ intra
ret ſanctuariũ:relictiſqꝫ ibi:lauabit carnẽ ſuã in
loco ſancto:indueturqꝫ veſtibus ſuis. Et poſtꝙ
egreſſus obtulerit holocauſtum ſuuꝫ ac plebis:
F rogabit tam pro ſe ꝙ pro populo:⁊ adipem qui
oblatus eſt pro peccatis adolebit ſuper altare.
Ille vero qui dimiſerit caprum emiſſariuꝫ:laua
bit veſtimenta ſua ⁊ corpus aqua ⁊ ſic ingredietur
in caſtra. Vitulũ auteꝫ ⁊ hircuꝫ qui pro peccato
fuerant immolati:⁊ quorum ſanguis illatus eſt
in ſanctuario vt expiatio compleretur aſporta-
bunt foras caſtra ⁊ comburent igni:tam pelles
ꝙ carnes eorum ac fimum:⁊ quicunqꝫ combuſſe
j.xiiij.c. rit ea:lauabit veſtimenta ſua et carnẽ aqua:⁊ ſic
ingredietur caſtra. Eritqꝫ vobis hoc legitimum
ſempiternum. Menſe autem ſeptimo: decima
die menſis affligetis animas vr̃as:nullũqꝫ opus Feſtũ expia
facietis:ſiue indigena ſiue aduena qui peregrina tionis cele-
tur inter vos. In hac die expiatio erit veſtri at brandum.
qꝫ mundatio:ab oĩbus peccatis vr̃is corã domi-
G no mundabimini. Sabbatũ eñ requietiõis eſt:⁊
affligetis aĩas vr̃as religione ꝑpetua. Expiabit-
aũt ſacerdos qui vnctus fuerit: ⁊ cuiꝯ manꝯ ini-
tiate ſunt:vt ſacerdotio fungatur pro prẽ ſuo. In
dueturqꝫ ſtola linea ⁊ veſtibus ſactis: ⁊ expiabit
ſanctuariũ ⁊ tabernaculũ teſtimonij atqꝫ altare:
ſacerdotes qꝫ ⁊ vniuerſum populũ. Eritqꝫ vobis
hoc legitimum ſempiternum:vt oretis pro filijs
Iſrael:⁊ pro cunctis peccatis eorum ſemel in an
no. Fecit igitur ſicut preceperat dñs Moyſi.

¶ Capi. Sũma. ¶ Quod non debent occide-
re niſi obtulerint ad oſtium tabernaculi: de ſan-
guine offerendo ⁊ non manducando: de morticí-
nio non manducando. Capitulum.xvij.

A ET locutus eſt domi
nus ad Moyſen:dicens. Lo-
quere Aaron ⁊ filijs eius ⁊ cũ-
ctis filijs Iſrael:dicẽs ad eos.
Iſte eſt ſermo queꝫ mandauit
dñs: dicens. Homo quilibet
de domo Iſrael. ſi occiderit
bouem aut oueꝫ ſiue capram:in caſtris vel extra
caſtra:⁊ non obtulerit ad oſtiũ tabernaculi obla
tionẽ dño:ſanguinis reus erit quaſi ſanguinem
fuderit:ſic peribit de medio populi ſui. Ideo ſa-
cerdoti offerre debẽt filij Iſrł hoſtias ſuas quas
occidũt in agro:vt ſanctificentur dño ante oſtium
B tabernaculi teſtimonij:⁊ immolent eas hoſtias
pacificas dño. Fundetqꝫ ſacerdos ſanguinem ſu
per altare domini ad oſtium tabernaculi teſtimo
nij:⁊ adolebit adipẽ in odorẽ ſuauitatis domino
et nequaꝙ vltra immolabũt hoſtias ſuas demo- De ɔſe.di.
nibus cum quibus fornicati ſunt. Legitimũ ſem ij.c.nõ opꝫ.
piternum erit illis ⁊ poſteris eorũ:⁊ ad ipſos di-
ces. Homo de filijs Iſrael ⁊ de aduenis qui pere
grinantur apud vos qui obtulerit holocauſtũ ſi-
C ue victimam:⁊ ad oſtium tabernaculi teſtimonij
nõ adduxerit eam vt offerat dño:interibit de po
pulo. Homo quilibet de domo Iſrael ⁊ de adue-
nis qui peregrinãtur inter vos:ſi comederit ſan
guinem:obfirmabo faciẽ meã contra aĩam illius:
⁊ diſperdam eam de populo ſuo:quia anima car
nis in ſanguine eſt:⁊ ego dedi illũ vobis:vt ſuper
altare meũ expietis pro animabus veſtris: ⁊ ſan
guis pro aĩe piaculo ſit. Idcirco dixi filijs Iſrael
Omnis anima ex vobis non comedet ſanguinẽ:
nec ex aduenis qui peregrinantur apud vos: ſi
venatione atqꝫ aucupio ceperit feram vel aueꝫ:
quibus veſci licitum eſt:fundat ſanguinem eius
D ⁊ operiat illũ terra. Aĩa eñ oĩs carnis in ſangui-
ne eſt. Unde dixi filijs Iſrael. Sanguineꝫ vniuer
ſe carnis non comedetis:qꝛ aĩa carnis in ſangui
ne eſt:⁊ quicunqꝫ comederit illum:interibit. Ani
ma que comederit morticiniuꝫ vel captum a be- j.xxj.c.

ſtia:tam de indigenis ꝙ de aduenis: lauabit ve-
ſtimenta ſua ⁊ ſemetipſum aqua:⁊ contaminatꝰ
erit vſqꝫ ad veſperū:⁊ hoc ordine mundus fiet.
Quod ſi nō lauerit veſtimēta ſua vel corpus:por
tabit iniquitatem ſuam.

Capi. Sūma. De coitibus illicitis tam de viro ꝙ de muliere. Capitulum.xviij.

A Locutus eſt dominus
ad Moyſen:dicens. Loquere fi-
lijs Iſrael:⁊ dices ad eos. Ego
ſum dn̄s deus veſter. Iuxta con
ſuetudinē terre egypti in qua ha
bitaſtis:non facietis:⁊ iuxta morē regionis Cha
naam ad quam ego introducturus ſum vos: nō
agetis:nec in legitimis eorum ambulabitis. Fa-
cietis iudicia mea ⁊ precepta mea ſeruabitis: et
ambulabitis in eis. Ego dominus deus veſter.
Roma.x.a. Cuſtodite leges meas atqꝫ iudicia: que faciens
homo:viuet in eis. Ego dominus deus veſter.
xxxij.q.ij.c. Omnis homo ad proximam ſanguinis ſui nō ac
Moyſes. cedet vt reuelet turpitudinem eius. Ego domi-
xxxv.q.viij. nus Turpitudinem patris tui ⁊ turpitudinē ma
c.h ſalubrit tris tue non diſcooperies. Mater tua eſt:nō re-
xxx.q.iij.c. uelabis turpitudinē eius. Turpitudinem vxoris
pitatium. patris tui non diſcooperies. Turpitudo enim pa
B tris tui eſt. Turpitudinem ſororis tue ex patre ſi
De coitibꝰ ue matre que domi vel foris genita eſt:non reue-
illicitis cuꝫ labis. Turpitudinem filie filij tui vel neptis ex
ſuis ꝯſāgui filia non reuelabis: quia turpitudo tua eſt. Tur-
neis. pitudinem filie vxoris patris tui quam peperit
patri tuo ⁊ eſt ſoror tua:non reuelabis. Turpitu-
dinem ſororis patris tui non diſcooperies quia
caro eſt patris tui. Turpitudinem ſororis ma-
tris tue non reuelabis:eo ꝙ caro ſit matris tue.
Turpitudinem fratris patris tui non reuelabis:
nec accedes ad vxorem eius que tibi affinitate cō
iungitur. Turpitudinem nurus tue non reuela-
bis:q: vxor filij tui eſt:nec diſcooperies ignomi-
C niam eius. Et vxoreꝫ fratris ſui nullus accipiat.
De coitibꝰ Turpitudinem vxoris fratris tui non reuelabis:
illicitis rō- quia turpitudo fratris tui eſt. Turpitudinē vxo-
ne affinita- ris tue et filie eius non reuelabis. Filiaꝫ filij eius
tis. ⁊ filiam filie eius non ſumes vt reueles ignomi-
niam eius:quia caro illius ſunt ⁊ talis coitus in-
ceſtus eſt. Sororem vxoris tue in pellicatū illius
non accipies:nec reuelabis turpitudinē eius ad-
j.xx.a. huc illa viuente. Ad mulierem que patitur men-
iij. Regum. ſtrua non accedes:nec reuelabis feditatem eius.
xviij.c. Cum vxore proximi tui non coibis:nec ſeminis
commixtione maculaberis. de ſemine tuo nō da-
bis vt conſecretur idolo moloch:nec pollues no-
Cū maſcu- men dei tui. Ego dominus. Cum maſculo non
lo ſodomiti commiſcearis coitu femineo: quia abominatio
cum vitiuꝫ eſt. Cum omni pecore non coibis: nec macula-
⁊ cū brutis. beris cum eo. Mulier non ſuccumbet iumento:
D nec miſcebit ei:quia ſcelus eſt. Nec polluami-
j.ij.c. ni in omnibus his quibus contaminate ſunt vni
uerſe gentes quas ego eijciam ante conſpectum
veſtrum ⁊ quibus polluta eſt terra: cuius ego
ſcelera viſitabo: vt euomat habitatores ſuos.
Cuſtodite legitima mea acqꝫ iudicia: et non fa-
ciatis ex omnibus abominationibus iſtis: tam
indigena ꝙ colonꝰ: qui peregrinatur apud vos.
Omnes enim execrationes iſtas fecerunt accole
terre:qui fuerunt ante vos ⁊ polluerunt eaꝫ. Ca
uete ergo ne et vos ſimiliter euomat:cum paria
feceritis:ſicut euomuit genteꝫ que fuit ante vos
Omnis anima que fecerit de abominationibus
his quippiam: peribit de medio populi ſui. Cu
ſtodite mandata mea. Nolite facere que fecerūt
hi qui fuerunt ante vos. Et ne polluamini in eis.
Ego dominus deus veſter.

Capi. Sūma. De ſanctitate: de Patre metuendo:de ſabbato:de idolis fugiendis:de hoſtia pacificorum qn̄ edenda ſit:de metentibus ſegetes:de colligētibus in vinea qd debeant dimittere pauperibꝰ de furto:de mendacio:de periurio:de ope mercēnarij nō retinēdo:de nō maledicendo ſurdo:de iuſto iudicio:de perſona pauperis non ſpernenda:nec criminator:nec cōtra ſanguinem ꝓximi nō querere vltionē:de cōmixtiōe duorum generū:de diuerſis ſemine ⁊ veſte:de eo qui coit cum ancilla:de preputijs arborum auferendis:de augurijs ⁊ ſomnijs:de coma: de barba non tondenda:de filia nō proſtrata:de hariolis ⁊ magis:de cano ſalutando:de aduena:de ſtatera:de pondere modio ⁊ ſextario iuſtis.

Capitulum.xix.

Locutus eſt dominꝰ A
ad Moyſen dicens: Loquere ſ.xj.ſ.
ad oēm cetū filiorū Iſrael: ⁊ di j.Pe.j.
ces ad eos: Sancti eſtote:quia lxxj.
ego ſanctus ſum dn̄s deꝰ veſter oportet.
Unuſqſqꝫ prēm ſuū ⁊ matrem
ſuam timeat. Sabbata mea cu
ſtodite: Ego dn̄s deus veſter. Nolite cōuerti ad
idola:nec deos cōflatiles faciatis vobis: Ego do
minus deꝰ veſter. Si immolaueritis hoſtiā paci-
ficoruꝫ dn̄o vt ſit placabilis:eo die quo fuerit im
molata:comedetis eam:⁊ die altero. Quicqd au B
tem reſiduū fuerit in dieꝫ tertiū igne cōburetis.

Si quis poſt biduũ comederit ex ea: ꝓphan⁹
xxiij.b. erit ⁊ impietatis reus portabitq; iniquitatẽ ſuã
quia ſanctuꝫ domini polluit: ⁊ peribit anima illa
de medio populi ſui. Cumq; meſſueris ſegetes
terre tue non tõdebis vſq; ad ſolum ſuperficieꝫ
terre: nec remanentes ſpicas colliges: neq; in vi
nea tua racemos ⁊ grana decidẽtia cõgregabis:
C ſed pauperibus ⁊ peregrinis carpenda dimittes
Ego dominus deus veſter. Non facietis furtũ
Non mentiemini: nec decipiet vnuſquiſq; pro-
Matt.v.e. ximum ſuum. Non periurabis in nomine meo:
xxij.q.iiij.c nec pollues nomẽ dei tui: Ego dñs. Nõ facies ca
necesse. lumniam ꝓximo tuo: nec vi opprimes eũ. Non
Deu.xxiiij morabitur opus mercẽnarij tui apud te vſq; ma
c. ne. Nõ maledices ſurdo: nec corã ceco pones of-
Thob.iiij.c fendiculũ: ſed timebis dñm deũ tuũ: q: ego ſum
Rom.ij.b. dñs. Non facies qđ iniquũ eſt: nec iniuſte iudica
Ephe.vj.b bis. Nec cõſideres perſonam pauperis: nec ho-
Actu.xvj.f. nores vultũ potẽtis. Juſte iudica proximo tuo.
Jac.ij.b. Non eris criminator: nec ſuſurro in populis.
j.Pe.j.c. Non ſtabis cõtra ſanguinẽ ꝓximi tui: Ego dñs.
D Nõ oderis fratrẽ tuuꝫ in corde tuo: ſed publice
Lu.vij.a. argue eũ: nec habeas ſuper illo peccatũ. Nõ que
Eccle.x.a. ras vltionẽ: nec memor eris iniurie ciuium tuoꝝ.
Matt.v.g. Diliges amicũ tuũ ſicut teipſꝫ: Ego dñs. Leges
Mar.xij. meas cuſtodite. Jumenta tua nõ facies coire cũ
c. alterius generis aiantib⁹. Agrũ tuum nõ ſeres
Gala.v.c. diuerſo ſemine. Veſte que ex duob⁹ texta eſt: nõ
Jaco.ij.c. indueris. Homo ſi dormierit cũ muliere coitu ſe
minis: que ſit ancilla etiã nobilis: ⁊ tñ precio nõ
redẽpta: nec libertati donata vapulabũt ambo ⁊
E nõ morien̄t: q: nõ fuit libera. Pro delicto auteꝫ
ſuo offeret dño ad oſtium tabernaculi teſtimonij
arietẽ: orabitq; pro eo ſacerdos. ⁊ pro delicto ei⁹
corã dño: ⁊ propitiabit̄ ei dimitteturq; peccatũ.
Quando ingreſſi fueritis terraꝫ ⁊ plantaueritis
in ea ligna pomifera: auferetis ꝓputia eoꝝ. Po-
ma que germinãt: immũda erunt vobis: nec ede-
tis ex eis. Quarto anno oĩs fructus ſanctificabi
tur laudabilis dño. Quinto aũt anno comedetis
F fructus: congregãtes poma que proferũt: Ego
ẽ.xvij.d. dñs deus veſter. Non comedetis carnẽ cum ſan
guine. Nõ auguriabimini: nec obſeruabitis ſom-
nia: Neq; in rotundũ attondebitis comã: nec ra
detis barbã. Et ſuper mortuo nõ incidetis car-
nes veſtras: neq; figuras aliquas: aut ſtigmata
facietis vobis: Ego dñs ne ꝓſtituas filiã tuã: ne
contaminetur terra: ⁊ impleat̄ piaculo: Sabba-
ta mea cuſtodite: ⁊ ſanctuarium meum metuite:
Exo.xxij.c Ego dñs. Non declinetis ad magos: nec ab ario
G lis aliqđ ſciſcitemini: vt polluamini ꝑ eos: Ego
dñs deus veſter. Coram cano capite conſurge: ⁊
honora perſonam ſenis: ⁊ time dominũ deũ tuũ:
Ego ſum dñs. Si habitauerit aduena in terra ve
ſtra: ⁊ moratus fuerit inter vos: non exprobretis
ei: ſed ſit inter vos quaſi indigena: et diligetis
eum quaſi voſmetipſos. Fuiſtis enim et vos ad-
uene in terra Egypti. Ego domin⁹ deus veſter.
Nolite facere iniquum aliquid in iudicio: in re-
gula: in pondere in menſura. Stathera iuſta et
equa ſint pondera: iuſtus modius: equuſq; ſexta
rius. Ego dominus deus veſter: qui eduxi vos
de terra egypti. Cuſtodite oĩa ꝓcepta mea ⁊ vni-
uerſa iudicia ⁊ facite ea: Ego dominus.

Capituli. Summarium. De morte pu-
niendis: ſcilicet de dantibus de ſemine ſuo Mo
loch: maledicẽs patri vel matri: mech⁹: dormiẽs
cum nouerca: nuru: coiens cum maſculo coitu fe
mineo: ambo moriantur: matrem ducens ſuper
filiam: coiens cum iumento vir vel mulier cuꝫ ſo-
rore: cum matertera vxore patris: cum menſtrua
ta: omnes moriantur: non ambulandum in legi-
timis nationum: terra lactis ⁊ mellis dabitur: de
ſeparando immundo a mundo: Phitones de-
bent mori.

Capitulum.xx.

Locutuſq; eſt domi- A
nus ad Moyſen dicens. Hec Scelera
loqueris filijs Jſrael: Homo morte pu
de filijs Jſrael: ⁊ de aduenis nienda.
qui habitant in Jſrael: Si qs
dederit de ſemie ſuo idolo mo
loch: morte moriatur. Popu
lus terre lapidabit eũ: ⁊ ego ponam faciem meã
contra illum: ſuccidamq; eum de medio populi
ſui: eo ꝙ dederit de ſemine ſuo moloch: ⁊ conta-
minauerit ſanctuarium meum: ac polluerit no-
men ſanctũ meum. Quod ſi negligens populus
terre: ⁊ quaſi paruipendens imperium meũ: di-
miſerit hominẽ qui dedit de ſemine ſuo moloch
nec voluerit eum occidere: ponam faciem meam
ſuper hominem illũ ⁊ cognitionẽ eius ſuccidãq;
⁊ ipſum ⁊ oẽs qui conſenſerunt ei: vt fornicaret̄
cũ moloch de medio populi ſui. Anima que decli
nauerit ad magos ⁊ hariolos: et fornicata fuerit
cum eis: ponam faciem meam contra eam et in- j.Reg.xvj.
terficiam illam de medio populi ſui. Sanctifica- d.
mini et eſtote ſancti: quia ⁊ ego ſanctus ſum do- Exo.xxj.b.
minus deus veſter. Cuſtodite precepta mea et Prouerb.
facite ea. Ego dominus qui ſanctifico vos: Qui xx.c.
maledixerit Patri ſuo aut Matri morte moria B
tur Patri Matriq;. Qui maledixerit ſanguis lxxxvj. diſt.
eius ſit ſuper eum. Si mechatus quis fuerit cuꝫ c.ceterum.
vxore alterius: et adulterium perpetrauerit cuꝫ
coniuge proximi ſui: morte moriatur: et mechus
et adultera. Qui dormierit cum nouerca ſua et
reuelauerit ignominiam patris ſui: morte mo-
riantur ambo: ſanguis eorum ſit ſuper eos. Si
quis dormierit cum nuru ſua: vterq; moriatur:
quia ſcelus operati ſunt. Sanguis eorum ſit ſu
per eos. Qui dormierit cum maſculo coitu fe-
mineo: vterq; operatus eſt nephas: morte mo-
riantur: Sit ſanguis eorum ſuper eos. Qui ſu-
pra vxorem filiam duxerit matrem eius ſcelus
operatus eſt: viuus ardebit cum eis: nec per- C
manebit tm̃ nephas in medio veſtri. Qui cum xv. q̃ñe.j.c.
iumento ⁊ pecore coierit: morte moriatur: Pe- mulier.
cus quoq; occidite. Mulier que ſuccubuerit cui ẽ.xviij.d.
libet iumento: ſimul interficietur cum eo. San-
guis eorum ſit ſuper eos. Qui acceperit ſororẽ

ſuam filiam patris ſui:vel filiaꝫ matris ſue:⁊ vide
rit turpitudinem eius illaqꝫ conſpexerit fratris
ignominiam:nefariam rem operati ſunt:occidē
tur in conſpectu populi:eo ꝙ turpitudinem ſuā
mutuo reuelauerint:⁊ portabunt iniquitatē ſuā.
Qui coierit cum muliere in fluxu menſtruo ⁊ re
uelauerit turpitudinem eius : ipſaqꝫ aperuerit
fontem ſanguinis ſui:interficientur ambo de me
dio populi ſui. Turpitudinem matertere ⁊ ami
te tue non diſcooperies. Qui hoc fecerit:ignomi
niam carnis ſue nudauit:portabunt ambo inqui
tatem ſuam : Qui coierit cum vxore patrui vel
auunculi ſui:⁊ reuelauerit ignominiam cogna
D tionis ſue portabunt ambo peccatum ſuuꝫ: Abſ
qꝫ liberis morientur. Qui duxerit vxoreꝫ fratris
ſui:rem facit illicitam:turpitudinem fratris ſui
reuelauit:abſqꝫ liberis erit. Cuſtodite leges; me
as atqꝫ iudicia ⁊ facite ea : ne ⁊ vos euomat ter
ra quam intraturi eſtis ⁊ habitaturi. Nolite am
bulare in legitimis nationum:quas ego expulſu
rus ſum ante vos. Omnia enim hec fecerunt : et
abominatus ſum eas. Vobis autē loquor: Poſ
ſidete terram eorum quam dabo vobis in here
ditatem:terram fluentem lacte ⁊ melle. Ego do
E.xj.c. minus deus veſter:qui ſeparaui vos a ceteris po
pulis. Separate ergo et vos iumentum mundū
ab immundo : et auem mundam ab immunda :
ne polluatis animas veſtras in pecore et auibus
et cunctis que mouentur in terra : et que vobis
oſtendi eſſe polluta. Eritis mihi ſancti : quia
ſanctus ſum ego dominus ⁊ ſeparaui vos a cete
ris populis :vt eſſetis mei. Vir ſiue mulier in
quibus phythonicus vel diuinationis fuerit ſpi
ritus : morte moriantur:lapidibus obruent eos:
Sanguis eorum ſit ſuper illos.

Capituli. Summarium. Non ſint ſa
cerdotes minores funeribus ciuium : ſed tantū
in conſanguineis ⁊ propinquis:nec radent caput
ſiue barbam : non ſciſuram in carnibus faciant:
non de ſcorto et proſtibulo ducant vxorem : de
vxore et filia ſacerdotis fornicata punienda : de
ſemine eius habente maculam : non offerat ali
quid in ſanctuario.

Capitulum.xxj.

A
Quid ad ſummū pōtificem pertineat.
De minoribus ſacerdotibus.

DIxit quoqꝫ dominus
ad Moyſen: Loquere ad ſacer
dotes filios Aaron : et dices ad
eos. Ne contaminetur ſacerdos
in mortibus ciuium ſuorum: niſi
tantum in conſanguineis ac propinquis : id eſt
ſupra patrem ⁊ matrem et filium et filiam : fra
trem quoqꝫ et ſororem virginem que non eſt nu
pta viro : ſed nec in principe populi ſui conta
minabitur. Non radent caput nec barbam: ne
qꝫ in carnibus ſuis faciāt inſciſuras. Sancti erūt
deo ſuo : ⁊ non polluent nomen eius. Incenſum
enim domini et panes dei ſui offerūt: et ideo ſan
B cti erunt. Scortum et vile proſtibulum non du
cet vxorem:nec eam que repudiata eſt a marito:
quia cōſecratus eſt deo ſuo:et panes propoſitio
nis offert. Sit ergo ſanctus quia et ego ſanctus
ſum dominus qui ſanctifico vos. Sacerdotis De
filia deprehenſa ſi fuerit in ſtupro : ⁊ violauerit ſacerd
nomen patris ſui : flammis exuretur. Pontifex Exo.
id eſt ſacerdos maximus inter fratres ſuos: ſu
per cuiꝰ caput fuſum eſt vnctiōis oleū:et cuius
manus in ſacerdotio conſecrate ſunt : veſtituſqꝫ
eſt ſanctis veſtibus : caput ſuum non diſcoope
riet : veſtimenta non ſcindet : et ad omnem mor C
tuum non ingredietur omnino. Super Patre
quoqꝫ ſuo ⁊ Matre non contaminabitur : nec
egredietur de ſanctis:ne polluat ſanctuariū do
mini:quia oleum ſancte vnctionis dei ſui ſuper
eum eſt: Ego dominus. Virginem ducet vxoreꝫ Ezech.
viduam autem ⁊ repudiataꝫ ⁊ ſordidam atqꝫ me iiij.f.
retricem non accipiet : ſed puellā de populo ſuo
ne commiſceat ſtirpem generis ſui vulgo gentis
ſue:quia ego dominus qui ſanctifico eum. Locu
tuſqꝫ eſt dominus ad Moyſen:dicens. Loque
re ad Aaron: Homo de ſemine tuo per familias
qui habuerit maculam non offerret panes deo
ſuo:nec accedet ad miniſterium eius. Si cecus D
fuerit:ſi claudus: ſi vel paruo vel grandi:vel tor
to naſo:ſi fracto pede:ſi manu:ſi gibbus: ſi lip
pus:ſi albuginem habens in oculo:ſi iugem ſca
biem:ſi impetiginem in corpore:vel herniosus :
omnis qui habuerit maculam de ſemine Aaron
ſacerdotis : non accedet offerre hoſtias domino
nec panes deo ſuo:veſcetur tamen panibus qui
offeruntur in ſanctuario:ita duntaxat vt intra
velum non ingrediatur:nec accedat ad altare q:
maculam habet : et contaminare non debet ſan
ctuarium meum: Ego Dominus qui ſanctifico
eos. Locutus eſt ergo Moyſes ad Aaron et ad
filios Iſrael ⁊ ad omnem Iſrael cuncta que fue
rant ſibi imparata.

Capituli. Summarium. Ab eſu ſancti
ficatorum excluduntur octo perſone :ſcilicet le
proſus:fluxum ſeminis patiens immundus ex
contactu : alienigena:mercennarius filia nupta
alteri ꝙ de genere ſuo:nec in domum patris re
uerſa. Trangreſſionis remedium : de mundicia
animalium que offerri poſſunt : nihil de manu
alienigene eſt offerendum : animal quod eſt de
contritis teſticulis vel tonſis vel fractis vel abla
tis non debet nec poteſt offerri domino : animal
ante octauū diem natiuitatis non offerriꝰ debet.

Capitulum.xxij.

LOcutus quoqꝫ eſt
dominus ad Moyſen dicens. A
Loquere ad Aaron ⁊ ad filios Qui c[…]
eius:vt caueant ab his que cō dūtur a[…]
ſecrata ſunt filiorum Iſrael :⁊ meſtiōe[…]
non contaminent nomen ſan ctificato[…]
ctificatorum mihi que ipſi of
ferunt. Ego dn̄s. Dic ad eos ⁊ ad paſtores eorū.
Omnis homo qui acceſſerit de ſtirpe veſtra ad

ea que conſecrata ſunt: ⁊ que obtulerūt filij Iſ-
rael domino: in quo eſt immundicia: peribit corā
Leproſus. dn̄o. Ego ſum dn̄s. Homo de ſemine Aaron qui
Patiens fluxum. fuerit leproſus: aut patiens fluxū ſeminis nonve
ſcetur de his que ſanctificata ſunt mihi: donec
Immūdus ſanetur. Qui tetigerit immundū ſuper mortuo:
ex cōtactu. ⁊ ex quo egreditur ſemen quaſi coitus: ⁊ qui tan
git reptile: ⁊ quodlibet immūduꝫ cuius tactus
eſt ſordidus: immundus erit vſqꝫ ad veſperum:
C ⁊ non veſcet his que ſanctificata ſunt: ſed cuꝫ la-
Lo.xxj. uerit carnē ſuam aqua: ⁊ occubuerit ſol tūc mun
Le.xliiij.g. datus veſcet de ſanctificatis: q2 cibus illius eſt.
B Morticinium ⁊ captū a beſtia nō comedent: nec
polluent in eis. Ego ſum dn̄s. Cuſtodiant prece
ptaſmea vt non ſubiaceant peccato: ⁊ moriantur
Alieïgena. in ſanctuario cum polluerint illud. Ego dn̄s qui
Inquilin⁹ ſanctifico eos. Omnis alienigena nō comedet de
Sacerdotis ſanctificatis: inquilinus ſacerdotis ⁊ mercena-
Mercēnari⁹. rius non veſcet ex eis: quē autē ſacerdos emerit
⁊ qui vernaculus domus eius fuerit: hi comedēt
Sacerdotis ex eis. Si filia ſacerdotis cuilibet ex populo nu-
filia alteri pta fuerit: de his que ſanctificata ſunt: ⁊ de pri-
D quam de ge mitijs non veſcentur. Si nanū vidua vel repudia
nere ſuo nu ta ⁊ abſqꝫ liberis reuerſa fuerit ad domū patris
pta. ſui: ſicut puella conſueuerat alet cibis patris ſui
Omnis alienigena comedēdi ex eis nō habet po
teſtatem. Qui cōederit de ſanctificatis: per igno
rantiam: addet quintam partem cum eo qđ co-
medit: ⁊ dabit ſacerdoti in ſanctuariū. Nec con-
taminabunt ſanctificata filiorū Iſrael que offe-
C runtur dn̄o ne forte ſuſtineant iniquitatem deli-
cti ſui cuꝫ ſanctificata comederint. Ego dn̄s qui
Qualia ani ſanctifico vos. Locutus eſt dominus ad Moy-
malia offer- ſen dicens. Loquere ad Aaron ⁊ filios eius: ⁊ ad
ri poſſunt. omnes Filios Iſrael: diceſqꝫ ad eos. Homo de
domo iſrael ⁊ de aduenis qui habitāt apud vos
qui obtulerit oblationem ſuam: vel vota ſoluēs
vel ſpōte offerens quicquid illud obtulerit in ho
locauſtum domini vt auferatur per vos: maſcu-
lus immaculatus erit ex bobus ⁊ ouib⁹ et ex ca-
pris. Si maculam habuerit: non offeretis: neqꝫ
erit acceptabile. Homo qui obtulerit victimam
pacificorum domino: vel vota ſoluens vel ſponte
offerens: tam de bobus q̄ de ouibus immacula-
tum offeret vt acceptabile ſit: omnis macula nō
erit in eo. Si cecum fuerit: ſi fractum: ſi cicatri-
cem habens: ſi papulas aut ſcabiem aut impe-
tiginem: non offeretis ea domino: nec adolebi-
tis ex eis ſuper altare domini. Bouem ⁊ ouem
aure ⁊ cauda amputatis voluntarie offerre po-
tes: votum autem ex his ſolui non poteſt. Om-
D ne animal quod vel contritis vel tonſis vel ſectis
ablatiſqꝫ teſticulis eſt: non offeretis domino. Et
in terra veſtra hoc omnino ne faciatis. De ma-
nu alienigene non offeretis panes deo veſtro: et
quicquid aliud dare voluerit: quia corrupta et
maculata ſunt omnia: non ſuſcipietis ea. Locu-
tuſqꝫ eſt dn̄s ad Moyſen dicens. Bos: ouis et
capra cum genita fuerint: ſeptem diebus erunt
ſub vbere matris ſue: die aūt octauo ⁊ deinceps
offerri poterūt dn̄o. Siue illa bos ſiue ouis non
immolabuntur vna die cum fetibus ſuis. Si im
molaueritis hoſtiam pro gratiarum actione do-
mino: vt poſſit eſſe placabilis: eodeꝫ die comede
tis eaꝫ. Non remanebit quicq̄ in mane alterius
diei. Ego dn̄s: cuſtodite mādata mea ⁊ facite ea.
Ego dominus: ne polluatis nomen meum ſan-
ctum: vt ſanctificer in medio filiorū Iſrael. Ego
dominus qui ſanctifico vos ⁊ eduxi de terra egy
pti vt eſſem vobis in deum. Ego dominus.

C C.S. C De feſtiuitatibus: de celebratione paſche: pentecoſtes: de tribus ſolennitatibus ſeptēbris: ſcilicet de feſto tubarum: expiationis et tabernaculorum. Capitulum.xxiij.

Locutuſqꝫ eſt domin⁹ A
ad Moyſen dicens. Loquere fi
lijs Iſrael ⁊ dices ad eos. He ſūt
ferie dn̄i quas vocabitis ſanctas
Sex diebus facietis opus: dies
ſeptimus q2 ſabbati requies eſt: vocabit ſanct⁹:
omne opus nō facietis in eo. Sabbatū dn̄i eſt in Feſtum pa
cunctis habitatiōibus veſtris. He ſunt ergo fe- ſche.
rie dn̄i ſancte quas celebrare debetis tēporibus
ſuis. Menſe primo quartadecima die ad veſperū Exo.xij.c.
phaſe dn̄i eſt: ⁊ quintadecima die menſis hui⁹ ſo Nu.xxviij.
lēnitas azymorꝫ dn̄i eſt. Septē dieb⁹ azyma co- c.
medetis. Dies primus erit vobis celeberrimus B
ſanctuſqꝫ: omne opus ſeruile no facietis in eo: ſꝫ
offeretis ſacrificiū in igne domino ſeptē diebus.
Dies aūt ſeptimus erit celebrior ⁊ ſanctior nul-
lumqꝫ ſeruile opus facietis in eo. Locutuſqꝫ eſt
dominus ad Moyſen dicens. Loquere filijs Iſ-
rael: ⁊ dices ad eos. Cum ingreſſi fueritis terraꝫ
quam ego dabo vobis: ⁊ meſſueritis ſegetem: fe-
retis manipulos ſpicarum primitias meſſis ve-
ſtre ad ſacerdotem. Qui eleuabit faſciculum co- Oblatio q̃
ram dn̄o vt acceptabile ſit pro vobis altero die fiebat in fe
ſabbati ⁊ ſanctificabit illum. Atqꝫ in eodem die ſto paſche
quo manipulus conſecratur: cedetur agnus im
maculatus anniculus in holocauſtum domini: et
libamenta offerentur cum eo due decime ſimile
conſperſe oleo in incenſum domini odoremqꝫ ſua C
uiſſimum: liba quoqꝫ vini quarta pars hin. Pa
nem ⁊ polentam ⁊ pultes non comedetis ex ſege
te vſqꝫ ad diem que offeretis ex ea deo veſtro. Feſtum pē
Preceptum eſt ſempiternum in generationi- tecoſtes.
bus cunctiſqꝫ habitaculis veſtris. Numera-
tis ergo ab altero die Sabbati in quo obtuli-
ſtis manipulum primitiarum ſeptem Hebdo-
madas plenas vſqꝫ ad alteram diem expletio-
nis Hebdomade ſeptime: id eſt quinquaginta
dies: et ſic offeretis ſacrificium nouum domino
ex omnibus habitaculis veſtris panes primitia-
rum duos de duabus decimis ſimile fermenta-
te: quos coquetis in primitias domini. Offere Oblatio
tiſqꝫ cum panibus ſeptem agnos immacula- pētecoſtes
tos anniculos: et Vitulum de armento vnum:
arietes duos: et erunt in holocauſtum cum li-
bamentis ſuis in odorem ſuauiſſimum domino.

Facietis et hircum pro peccato: duoſq; agnos
anniculos hoſtias pacificorum. Cumq; eleuaue-
rit eos ſacerdos cum panibus primitiarũ coram
domino: cedent in vſum eius. Et vocabitis hunc
diem celeberrimum atq; ſanctiſſimũ: omne opus
s. xix. b. ſeruile non facietis in eo. Legitimum ſempiter-
num erit in cunctis habitaculis et generationi-
bus veſtris. Poſtq̃ autem meſſueritis ſegeti ter
re veſtre non ſecabitis eam vſq; ad ſolum: nec re
manentes ſpicas colligetis: ſed pauperibus et
Feſtum tubarum. peregrinis dimittetis eas. Ego ſum dominus
deus veſter. Locutuſq; eſt dominus ad Moyſẽ
dicens. Loquere filijs Iſrael. Mẽſe ſeptimo pri
ma die menſis erit vobis ſabbatum memoriale
clangẽtibus tubis: et vocabitur ſanctum omne
opus ſeruile non facietis in eo: et offeretis holo
E cauſtũ domino. Locutuſq; eſt dominꝰ ad Moy-
Feſtum expiationis. ſen dicens. Decimo die menſis huius ſeptimi
dies expiationum erit celeberrimus: et vocabitur
ſanctus: affligetiſq; animas veſtras in eo et of-
feretis holocauſtum domino. Omne opus ſerui
le non facietis in tempore diei huius: quia dies
s. xix. f. propitiationis eſt: vt propitietur vobis dominꝰ
deus veſter. Omnis anima que afflicta nõ fuerit
die hac: peribit de pplis ſuis: et que operis quip
piam fecerit delebo eam de populo ſuo: nihil er-
go operis facietis in eo. Legitimum ſempiter-
num erit vobis in cunctis generationibus et ha
bitationibus veſtris. Sabbatũ requietiones eſt
et affligetis animas veſtras. Die nono menſis
Feſtum tabernaculorum. ſeptimi a veſpere vſq; ad veſperum celebrabitis
ſabbata veſtra. Et locutus eſt dominꝰ ad Moy
ſen dicens. Loquere filijs Iſrael. A quintodeci-
F mo die menſis huius ſeptimi erunt ferie taber-
naculorum ſeptem diebꝰ dñõ. Dies primus voca
bitur celeberrimꝰ atq; ſanctiſſimꝰ: omne opus
ſeruile non facietis in eo: et ſeptem diebus offe-
retis holocauſta domino. Dies quoq; octauus
erit celeberrimus atq; ſanctiſſimus: et offeretis
holocauſtum domino: eſt enim cetus atq; colle-
cte: omne opus ſeruile non facietis in ea. He ſũt
ferie domini quas vocabitis celeberrimas atq;
ſanctiſſimas: offeretiſq; in eis oblationes domi-
no holocauſta et libamenta iuxta ritum vniuſcu
iuſq; diei: exceptis ſabbatis dñi doniſq; vr̃is: et q̃
offeretis ex voto vel q̃ ſpõte tribuetis dño. A qn
todecimo g̃ die mẽſis ſeptimi qñ cõgregaueritis
oẽs fructꝰ terre vr̃e: celebrabitis ferias dñi ſeptẽ
G diebꝰ. Die prĩo et die octauo erit ſabbatum: id eſt
requies. Sumetiſq; vobis die primo fructus ar-
boris pulcherrime: ſpatulaſq; palmarũ: et ramos
ligni denſarũ frondiũ et ſalices de torrente: et leta-
bimini corã dño deo vr̃o: celebrabitiſq; ſolẽnnita
tem eius ſeptẽ diebꝰ per annũ. Legitimũ et ſem-
piternũ erit in gñationibꝰ vr̃is mẽſe ſeptimo fe-
ſtum celebrabitis: et habitabitis in vmbraculis ſe-
ptem diebꝰ. Ois qui de genere eſt Iſrael: mane-
bit in tabernaculis: vt diſcãt poſteri vr̃i ꝙ in ta-
bernaclis hitare fecerim filios iſrl̃: cũ educerẽ eos
de terra egypti. Ego dñs deꝰ veſter. Locutuſq;
eſt moyſes ſup ſolẽnitatibꝰ dñi ad filios Iſrael.

C E. S. C De cõpoſitiõe lucernarũ: de pani
bus propoſitionis de pena blaſphemi: de pena
talionis. Capitulum. xxiiij.

Et locutus eſt domi A
nus ad Moyſen dicens. Pre-
cipe filijs Iſrael vt afferãt tibi
oleũ de oliuis puriſſimũ ac luci
dum ad cõcinnãdas lucernas
iugiter extra velũ teſtimonij in
tabernaculo federis ponetq;
eas Aaron a veſpere vſq; in mane coram domi-
no: cultu rituq; perpetuo in generationibꝰ ve-
ſtris. Super candelabrũ mundiſſimũ ponentur
ſemper in conſpectu domini. Accipies quoq; ſi- Pães propoſitionis
milam et coques ex ea duodecim panes: qui ſin
guli habebũt duas decimas: quorũ ſenos altrin
ſecus ſuper menſam puriſſimam coram domino
ſtatues et pones ſuper eos thus lucidiſſimum: vt
ſit panis in monimẽtum oblationis domini. Per B
ſingula ſabbata mutabuntur coram domino ſu-
ſcepti a filijs Iſrael federe ſempiterno: eruntq;
Aaron et filiorum eius vt comedat eos in loco ſan
cto: quia ſanctũ ſanctorum eſt de ſacrificijs omni
iure perpetuo. Ecce autẽ egreſſus filiꝰ mulieris Incidit blaſph... in iurgio
iſraelitis quem pepererat de viro egyptio inter
filios iſrael: iurgatꝰ eſt in caſtris cũ viro iſraelite
Cũq; blaſphemaſſet nomẽ dñi: et maledixiſſet ei:
adductꝰ eſt ad Moyſen. Vocabat autem mater
eius ſalumith filia dabri de tribu dan. Miſerũt
q; eum in carcere donec noſſent q̃d iuberet dñs. C
Qui locutꝰ eſt ad Moyſen dicẽs. Educ blaſphe
mũ extra caſtra: et ponãt oẽs qui audierũt manꝰ
ſuas ſuper caput eius: et lapidet eũ ppl's vniuer-
ſus. Et ad filios iſrael loqueris. Homo qui ma-
ledixerit deo ſuo: portabit peccatũ ſuũ: et qui blaſ
phemauerit nomẽ dñi: morte moriaf. Lapidibꝰ
opprimet eum ois multitudo ppli: ſiue ille ciuis
ſiue peregrinus fuerit. Qui blaſphemauerit no
men dñi morte moriaf: qui percuſſerit et occide-
rit hominẽ: morte moriatur: qui percuſſerit ani- Exo. xxi.
mal: reddet vicarium: id eſt animam pro anima: Deu. xix.
qui irrogauerit maculam cuilibet ciuium ſuorum Matt. v.
ſicut fecit: ſic fiet ei. Fracturam pro fractura: D
oculum pro oculo: dentem pro dente reſtituet.
Qualem inflixerit maculam: talem ſuſtinere co
getur: qui percuſſerit iumentum reddet aliud Lex talionis
qui percuſſerit hominem: punietur. Equum
iudicium ſit inter vos: ſiue peregrinus ſiue ci-
uis peccauerit: quia ego ſum dominus deus blaſphe...
veſter. Locutuſq; eſt Moyſes ad filios Iſrael: lapidat...
et eduxerunt eum qui blaſphemauerat extra bente...
caſtra ac lapidibus oppreſſerunt. Feceruntq; fi-
lij Iſrael ſicut preceperat dominus Moyſi.

C Capituli. Summarium C De ſabbato an-
ni ſeptimi: de anno iubileo: de redditu poſſeſſio
num: ꝙ terra non vendatur in perpetuum: de le
ge redẽptionis per propinquũ venditoris: non
eſt recipiẽda vſura a fratre. Capitulum. xxv.

A Sabbatus ſeptimi an/ni requietio nis terre.

Locutuſq3 eſt dñs ad Moyſen in monte Synai di/cens. Loquere filijs Iſrael: di/cẽs ad eos. Qñ ingreſſi fueri/tis terrã quã ego dabo vobis: ſabbatizetis ſabbatũ dño. Sex annis feres agrũ tuũ et ſex an/nis putabis vineam tuam: colligeſq3 fruct⁹ eius. Septimo aũt anno ſabbatũ erit terre requietio nis domini: agrũ non ſeres: et vineam non puta/bis. Que ſponte gignit hum⁹ non metes: et vuas primitiarũ tuaꝝ non colliges quaſi vindemiam annus enim requietionis terre eſt: ſed erũt vobis in cibũ: tibi et ſeruo tuo: ancille et mercennario tuo et aduene qui peregrinatur apud te: iumen

B tis tuis et pecoꝛib⁹ oĩa que naſcunť pꝛebebũt ci/

Annus quinquageſim⁹. Iubileus. bum. Numerabis ꝙ tibi ſeptem hebdomadas annoꝛum. id eſt ſepties ſeptẽ: que ſimul faciunt quadraginta nouem: et clãges buccina menſe ſe/ptimo decima die mẽſis ꝓpitiatiõis tꝑe in vni/uerſa terra veſtra. Sanctificabiſq3 annũ qnqua/geſimũ: et vocabis remiſſionem cunctis habitato ribus terre veſtre: ipſe eſt enĩ iubile⁹. Reuertitur homo ad poſſeſſionẽ ſuã: et vnuſqſq3 rediet ad familiã priſtinã: q2 iubileus eſt et qnquageſimus ann⁹. Nõ ſeretis atq3 metetis ſpõte in agro na/ſcentia: ac pꝛimitias vindemie non colligetis ob ſanctificationem iubilei: ſed ſtatim oblata come/detis. Anno iubilei redient oẽs ad poſſeſſiones ſuas. Qñ vẽdes quippiã ciui tuo vel emes ab eo: ne cõtriſtes fratrẽ tuũ: ſed iuxta numerũ annoꝝ

C iubilei emes ab eo: et iuxta ſupputationẽ frugũ vẽdet tibi. Quãto plures anni remanſerint poſt iubileũ: tanto creſcet et pꝛecium: ꝙto min⁹ tꝑis numeraueris: tãto minoꝛis emptio cõſtabit. Tẽ pus enĩ frugũ vẽdet tibi. Nolite affligere contri bulos veſtros: ſed timeat vnuſqſq3 deum ſuũ: q2 ego dñs deus veſter. Facite pꝛecepta mea et iudi cia cuſtodite et implete ea: vt habitare poſſitis in terra abſq3 vllo pauoꝛe. Gignat vobis hum⁹ fruct⁹ ſuos: qb⁹ veſcamini vſq3 ad ſaturitatẽ: nul lius impetũ foꝛmidãtes. Qð ſi dixeritis: qd co/medem⁹ ãno ſeptio: ſi nõ ſeuerim⁹ neq3 college/rimus fruges nr̃as: dabo bñdictiões meã vobis anno ſexto: et faciet fruct⁹ triũ annoꝝ: ſeretiſq3 anno octauo et cõedetis veteres fruges vſq3 ad

D ſ.q.iij.c. pu tant. nonũ annũ: donec noua naſcanť: edetis vetera. Terra ꝗ̃ nõ vẽdeť in perpetuũ: q2 mea eſt: et vos aduene et coloni mei eſtis. Unde cuncta regio poſſeſſionis vr̃e ſub redẽptiõis cõditiõe vẽdeť. Si attenuat⁹ frater tu⁹ vẽdiderit poſſeſſiũculã ſuam: et voluerit pꝛopinquus eius: põt redime/re quod ille vendiderat. Sinautem non habue/rit pꝛoximum: et ipſe pꝛecium ad redimẽdum po tuerit inuenire: computabuntur fruct⁹ ex eo tẽ/poꝛe quo vendidit: et quod reliquum eſt: reddet emptoꝛi ſicq3 recipiet poſſeſſionem ſuam. Quod ſi non inuenerit manus eius vt reddat pꝛecium: habebit emptoꝛ quod emerat vſq3 ad annum iu/bileum. In ipſo enim omnis venditio redibit ad dominum: et ad poſſeſſoꝛem pꝛiſtinum. Qui ven/diderit domum intra vrbis muros: habebit licen tiam redimendi donec vnus impleatur annus.

Si non redemerit et anni circulus fuerit reuolu/tus: emptoꝛ poſſidebit eam: et poſteri eius in per petuum: et redemi non poterit etiã in iubileo. E

Sinautem in villa fuerit domus que muros nõ habet: agroꝛum iure vendetur. Si autem redẽ pta non fuerit: in iubileo reuertetur ad dominũ ſuum. Edes leuitarum que in vrbibus ſunt: ſem per poſſunt redimi: ſi redempte non fuerint: in iubileo reuertentur ad dominos: quia domus vrbium leuitarum pꝛo poſſeſſionibus ſunt inter filios Iſrael. Suburbana autem eoꝛum non ve neãt: quia poſſeſſio ſempiterna eſt. Si attenua/tus fuerit frater tuus et infirmus manu: et ſuſce/peris eum quaſi aduenam et peregrinum et vixe/rit tecum: ne accipias vſuras ab eo: nec amplius ꝙ dediſti. Time deum tuum vt viuere poſſit fra/ter tuus apud te. Pecuniam tuam non dabis ei ad vſuram: et frugum ſuperabundantiam non exiges. Ego dominus de⁹ veſter: qui eduxi vos de terra Egypti: vt darem vobis terrã Chanaan et eſſem veſter deus. Si paupertate compulſus F vendiderit ſe tibi frater tuus: non eum oppꝛi/mes ſeruitute famuloꝛu3: ſed quaſi mercennari⁹ et colonus erit: vſq3 ad annum iubileum opera/bitur apud te: et poſtea egredietur cum liberis ſuis: et reuertetur ad cognationem et ad poſſeſ/ſionem patrum ſuoꝛũ. Mei enim ſerui ſunt: et ego eduxi eos de terra Egypti. Non veneant cõ ditione ſeruoꝛũ: nec affligas eum per potentiam ſed metuito deum tuum ſeruus et ancilla ſint vo bis de nationibus que in circuitu veſtro ſunt: et de aduenis que peregrinantur apud vos: vel qui ex his nati fuerint in terra veſtra: hos habe bitis famulos: et hereditario iure tranſmitte/tis ad poſteros ac poſſidebitis in eternum fra/tres autem veſtros filios Iſrael ne oppꝛimatis G per potentiam. Si inualuerit apud vos manus aduene atq3 peregrini et attenuatus frater tuus vendiderit ſe ei: aut cuiq3 de ſtirpe eius poſt ven ditionem poteſt redimi: qui voluerit ex fratrib⁹ ſuis redimet eum: et patruus et patruelis et con/ſanguineus et affinis. Sinautem et ipſe potuerit redimet ſe: ſupputatis duntaxat annis a tempo/re venditionis ſue vſq3 ad annum iubileum: et pe cunia qua venditus fuerat iuxta annoꝛum nu/merum et ratione mercennarij ſupputata. Si plures fuerint anni qui remanent vſq3 ad iubi/leum: ſm hos reddet et pꝛecium ſi pauci: ponet rationem cum eo iuxta annoꝛum numerum: et reddet emptoꝛi quod reliquum eſt annoꝛu3 qui/bus ante ſeruiuit mercedibus imputatis: non af/fliget eum violenter in conſpectu tuo. Quod ſi per hec redimi non potuerit: anno iubileo egre/dietur cum liberis ſuis. Mei enim ſunt ſerui fi/lij Iſrael quos eduxi de terra Egypti.

C Capitulũ. Summarium. C Bona pꝛo/mittunt filijs Iſrael ſi ſeruauerint pꝛecepta dei

⁊ comminationes non ſeruantibus inducuntur.

Capitulum .xxvj.

A EGo dominus deus
veſter: Non facietis vobis ido
lum ⁊ ſculptile: nec titulos eri
getis: nec inſignē lapidē pone
tis in terra veſtra vt adoretis
Bona fa- eum. Ego enim ſum dn̄s deus
cientibus veſter: Cuſtodite ſabbata mea
precepta ⁊ pauete ad ſanctuariū meū. Ego dn̄s: Si in pre
dei ꝓmiſſa. ceptis meis ambulaueritis: ⁊ mandata mea cu-
Zach.x.a. ſtodieritis: ⁊ feceritis ea: dabo vobis pluuias tē-
poribus ſuis: ⁊ terra gignet germē ſuū: ⁊ pomis
arbores replebuntur. Apprehēdet meſſius tritura
Job.xj.d. vindemiā: ⁊ vindemia occupabit ſementē: ⁊ co-
medetis panē veſtrū in ſaturitate: ⁊ abſq; pauo-
re habitabitis in terra veſtra. Dabo pacē in fini
bus veſtris: dormietis: ⁊ non erit qui exterreat.
Auferā malas beſtias: ⁊ gladius nō tranſibit ter
minos veſtros. Perſequemini inimicos veſtros:
⁊ corruent coram vobis. Perſequentur quinq; de
veſtris cētū alienos ⁊ centū de vobis decē milia.
Cadent inimici veſtri gladio in cōſpectu veſtro.
B Reſpiciam vos ⁊ creſcere faciam: multiplicabimi
ni ⁊ firmabo pactū meum vobiſcū. comedetis ve
tuſtiſſima veterū ⁊ vetera nouis ſuperuenienti-
bus ꝓijcietis. Ponā tabernaculū meū in medio
veſtri: ⁊ nō abijciet vos aīa mea. Ambulabo in-
ter vos ⁊ ero deus veſter: voſq; eritis populus
meus. Ego dn̄s deus veſter qui eduxi vos de ter
ra egypti: ne ſeruiretis eis: ⁊ qui cōfregi catenas
ceruicū veſtrarum vt incederetis erecti. Qd̄ ſi non
audieritis me nec feceritis oīa mādata mea: ſed
ſpreueritis leges meas. ⁊ iudicia mea cōtēpſeri-
tis: vt nō faciatis ea que a me cōſtituta ſunt: ⁊ ad
deu. xxviij. irritū ꝑducatis pactū meū. Ego q; hec faciā vo-
b. bis. Viſitabo vos velociter in egeſtate ⁊ ardore
Thre.ij.f. qui conficiet oculos vr̄os ⁊ conſumat aīas vr̄as.
C Fruſtra ſeretis ſementē: que ab hoſtib9 deuora-
Ma a com bitur. Ponā faciē meā cōtra vos: ⁊ corruetis co-
minata nō ram hoſtibus vr̄is: ⁊ ſubijciemini his qui oderūt
faciētib9 p̄- vos. Fugietis nemine ꝑſequēte. Si autē nec ſic
cepta. obedieritis mihi: addā correptiones vr̄as ſeptu-
deu. xxviij. plum ꝓpter peccata veſtra: ⁊ cōterā ſuperbiā du
e. ricie veſtre. Daboq; vobis celū deſuper ſicut fer
rum ⁊ terrā eneam. Conſumetur incaſſum labor ve
ſter. nō proferret terra germē. nec arbores poma
prebebūt. Si ābulaueritis ex aduerſo mihi: nec
volueritis audire me addam plagas veſtras vſq;
in ſeptuplū propter peccata veſtra emittāq; in
vos beſtias agri que conſumant vos ⁊ pecora ve-
ſtra: ⁊ ad paucitatem cuncta redigam deſerteq;
fiant vie veſtre. Qd̄ ſi nec ſic volueritis recipere
D diſciplinam ſed ambulaueritis ex aduerſo mihi
ego quoq; contra vos aduerſus incedam ⁊ per-
cutiam vos ſepties propter peccata veſtra: indu
camq; ſuper vos gladium vltorem federis mei.
Cumq; confugieritis in vrbes mittam peſtilen-
tiam in medio veſtri: ⁊ trademini in manibus ho

ſtium. Poſtq; confregero baculum panis veſtri.
ita vt decem mulieres in vno clibano coquāt pa-
nes. ⁊ reddant eos ad pondus. ⁊ comedetis ⁊ nō
ſaturabimini. Si autem nec per hec audieritis
me: ſed ambulaueritis contra me. Et ego incedā
aduerſus vos in furore contrario: ⁊ corripiā vos E
ſeptem plagis propter peccata veſtra. ita vt co-
medatis carnes filiorum veſtrorum ⁊ filiarum ve
ſtrarum. Deſtruam excelſa veſtra ⁊ ſimulacra cō
fringam. Cadetis inter ruinas idolorū veſtrorū
⁊ abhominabitur vos anima mea. intantum vt Mala
vrbes veſtras redigam in ſolitudinem ⁊ deſerta facient-
faciam ſanctuaria veſtra: nec recipiā vltra odorē dei p̄c-
ſuauiſſimum. Diſperdamq; terram veſtram et connun-
ſtupebunt ſuper ea inimici veſtri cum habitato- rantur.
res illius fuerint. Vos autem diſpergam in gen-
tes ⁊ euaginabo poſt vos gladium: eritq; terra
veſtra deſerta ⁊ ciuitates veſtre dirute. Tunc pla
cebunt terre ſabbata ſua cunctis diebus ſolitu-
dinis ſue. Quando fueritis in terra hoſtili ſabba F
tizabit ⁊ requieſcet in ſabbatis ſolitudinis ſue.
eo ꝙ non requieuerit in ſabbatis veſtris quādo
habitabatis in ea. Et qui de vobis remanſerint
dabo pauorem in cordibus eorum in regionibus
hoſtium. Terrebit eos ſonitus folij volantis: et
ita fugient quaſi gladium. Cadent nullo ꝑſequen
te. et corruent ſinguli ſuper fratres ſuos quaſi
bella fugientes. Nemo veſtrum inimicis aude-
bit reſiſtere. Peribitis inter gentes: ⁊ hoſtilis
vos terra conſumet. Quod ſi ⁊ de his aliqui re-
manſerint: tabeſcent in iniquitatibus ſuis in
terra inimicorum ſuorum: et propter peccata pa
trum ſuorum et ſue affligentur: donec confitean
tur iniquitates ſuas ⁊ maiorum ſuorum recordē
tur quibus preuaricati ſunt in me: et ambulaue B
runt ex aduerſo mihi. Ambulabo igitur et ego
contra eos et inducam illos in terram hoſtilem
donec erubeſcat incircunciſa mens eorum. Tunc
orabunt pro impietatibus ſuis ⁊ recordabor fe-
deris mei quod pepigi cum Jacob et Jſaac et
Abraam. Terre quoq; memor ero: que cum reli-
cta fuerit ab eis complacebit ſibi in ſabbatis ſu-
is patiens ſolitudinem propter illos. Jpſi ve-
ro rogabunt pro peccatis ſuis: eo ꝙ abiecerint
iudicia mea ⁊ leges meas deſpexerint. Attamen
etiam cum eſſent in terra hoſtili: non penitus
abieci eos neq; ſic deſpexi vt conſumerentur: et
irritum facerem pactum meum cum eis. Ego
enim ſum dominus deus eorum. ⁊ recordabor fe j. Cor.
deris mei priſtini: quādo eduxi eos de terra egy-
pti in conſpectu gentium. vt eſſem deus eorum.
Ego dominus deus. Hec ſunt iudicia atq; pre- Recapitu-
cepta ⁊ leges quas dedi inter ſe ⁊ inter filios Jſ latio.
rael in Monte Synai per manum Moyſi.

Capituli. Summarium. De diuerſita-
te votorum et ſolutione eorum ſiue hominum
ſiue agrorum ſiue domorum ſiue aliorum anima
lium et redditu eorum in Jubileo: de decimis
ſoluendis.

Capitulum. xxvij.

A

Locutuſq3 eſt dñs ad Moyſen dicens. Loquere filijs Iſrael ⁊ dices ad eos. Homo qui votũ fecerit ⁊ ſpoponderit deo aiã ſuã ſub eſtimatione dabit preciũ. ſi fuerit maſcul⁹ a viceſimo anno vſq3 ad ſexageſimum annũ: dabit qnquaginta ſiclos argenti ad menſurã ſanctuarij ſi mulier triginta. A quinto aũt anno vſq3 ad viceſimũ maſcul⁹ dabit viginti ſiclos femina decẽ. Ab vno menſe vſq3 ad annum quintũ pro maſculo dabũtur qnq3 ſicli: pro femina tres. Sexagenari⁹ ⁊ vltra maſculus dabit qndecim ſiclos: femina decẽ. Si pauper fuerit ⁊ eſtimationẽ reddere nõ valebit ſtabit corã ſacerdote. ⁊ quantũ ille eſtimauerit ⁊ viderit eũ poſſe reddere: tãtũ dabit. Animal aũt qđ immolari poteſt dño ſi qs vouerit ſanctũ erit ⁊ mutari non poterit: ideſt nec meli⁹ malo nec pei⁹ bono. Qđ ſi mutauerit ⁊ ipm qđ mutatũ eſt ⁊ illud pro quo mutatum eſt cõſecratũ erit dño. Aial immundũ qđ immolari dño nõ põt ſi qs vouerit adducet ante ſacerdotẽ: qui dijudicãs vtrũ bonũ an malũ ſit: ſtatuet preciũ. Qđ ſi dare voluerit is qui offert: addet ſuper eſtimationẽ qntam partẽ. Homo ſi vouerit domũ ſuã ⁊ ſanctificauerit dño: cõſiderabit eam ſacerdos vtrũ bona vel mala: ſit: ⁊ iuxta precium qđ ab eo fuerit conſtitutũ venundabit. Sin autem ille qui vouerat voluerit redimere ea3: dabit qntam partẽ eſtimationis ſupra ⁊ habebit domum. Qđ ſi agrũ poſſeſſiõis ſue vouerit ⁊ cõſecrauerit dño iuxta mẽſurã ſemẽtis eſtimabit precium. Si triginta modijs hordei ſerit terra: qnquaginta ſiclis venundet argẽti. Si ſtatim ab anno incipientis iubilei vouerit agrũ: qãto valere poteſt tãto eſtimabit. Sin autẽ poſt aliquãtulũ tẽporis ſupputabit ſacerdos pecuniã iuxta annorũ qui reliqui ſunt numerũ vſq3 ad iubileũ: ⁊ detrahetur ex precio. Qđ ſi voluerit redimere agrũ ille qui vouerat: addet qntam parte3 eſtimate pecunie: ⁊ poſſidebit eũ. Si autem noluerit redimere: ſed alteri cuilibet fuerit venũdat⁹: vltra eũ qui vouerat redimere non poterit: q2 cu3 iubilei venerit dies: ſanctificat⁹ erit dño: ⁊ poſſeſſio conſecrata ad ius pertinet ſacerdotũ. Si ager emptus eſt ⁊ non de poſſeſſione maiorũ ſanctificatus fuerit domino: ſupputabit ſacerdos iuxta annorũ numerũ vſq3 ad iubileũ preciũ: ⁊ dabit ille qui vouerat eũ domino. In iubileo aũt reuertetur ad priorem dominũ: qui vendiderat eum ⁊ habuerat in ſortem poſſeſſionis ſue. Omnis eſtimatio ſicli ſanctuarij ponderabitur. Siclus viginti obolos habet. Primogenita que ad deũ pertinent: nemo ſanctificare poterit ⁊ vouere: ſiue bos ſiue ouis fuerit: domini ſunt. Qđ ſi immundum eſt aial: redimet qui obtulit iuxta eſtimationem ſuam: ⁊ addet quinta3 partem precij. Si redimere noluerit vendet alteri: quantũcunq3 fuerit ante eſtimatũ. Omne qđ dño conſecratur ſiue homo fuerit ſiue aial ſiue ager: nõ veniet nec redimi poterit. Quicqd ſemel fuerit ꝯſecratũ: ſanctũ ſanctorũ erit dño. Et ois conſecratio que offert ab homine nõ redimetur: ſed morte morietur. Omnes decime terre ſiue de pomis arborũ ſiue de frugib⁹: dñi ſũt ⁊ illi ſanctificant. Si qs aũt voluerit redimere decimas ſuas: addet qnta3 partẽ earũ. Omnium decimarũ bouis ⁊ ouis capre: que ſub paſtoris virga trãſeũt: qcqd decimũ venerit ſanctificabit dño. Non eliget nec bonũ nec malum: nec altero cõmutabit. Si qs mutauerit ⁊ qđ mutatũ eſt ⁊ pro quo mutatũ eſt ſanctificabitur dño ⁊ non redimet. Hec ſunt precepta que mandauit Dominus Moyſi ad filios Iſrael in Monte Synai.

Margin notes: De voto hominum. — B De voto animalium. — De voto domorum. — De peni. di. j. c. quis aliqñ. §. itẽ in leuitico. — C — D — Exo. xxx. b Nũe. iij. g. Ezech. xlv. — xij. qđe. ij. c. E — xv. qđ. vj. c. oẽs decime De deci. c. j

Explicit liber Leuiticus.

Incipit Vaidabber. id eſt liber Numeri.

Capituli. Summarium. Numerantur filij Iſrael a vigeſimo anno pugne apti: dantur duodecim principes: tribus leui non numeratur: ſed pro tabernaculo deportando ordinatur.

Capitulum primum.

A

Locutuſq3 eſt dñs ad Moyſen in deſerto Synai in tabernaculo federis: prima die mẽſis ſecũdi: ãno altero egreſſiõis eorũ ex egypto dicẽs. Tollite ſummam vniuerſe cõgregatiõis filiorũ Iſrael ꝑ cognatiões ⁊ domos ſuas: ⁊ noia ſingulorũ qcqd ſex⁹ eſt maſculini a viceſimo ãno ⁊ ſupra oim virorũ fortiũ ex Iſrael. ⁊ nũerabitis eos ꝑ turmas ſuas: Tu ⁊ Aarõ: Eruntq3 vobiſcũ pncipes tribuũ ac domorũ in cognatiõibus ſuis: quarũ iſta ſunt noia. De tribu Ru-

Margin note: Principes ſuper duodecim tribus Iſrael

ben Eliſur filius Sedeur: de tribu Symeon
Salamihel filius Suriſaddai: De tribu Juda
Naaſon filius Aminadab: De tribu Yſachar
Nathanael fili9 Suar: De tribu Zabulon He-
liab filius Helon. Filiorũ autem Joſeph: De
tribu Ephraim Eliſama fili9 Ammiud: De tribu
Manaſſe Gamalier filius Phadaſſur: de tribu
Beniamin Abidã fili9. Gedeonis: de tribu dan
Abiezer filius. Amiſaddai: de tribu aſer Phegi
el filius Ochraꝫ de tribu gad Heliaſaph fili9 Du
B el: de tribu neptalim. Ahira filius henã. Hi nobi
liſſimi principes multitudinis per tribus ⁊ cog
natiões ſuas ⁊ capita exercitus. Jſrael quos tu-
lerunt Moyſes ⁊ Aron cũ omni vulgi multitu-
dine: ⁊ cõgregauerunt primo die menſis ſecundi
recẽſentes eos per cognationes ⁊ domos ac fa-
milias ⁊ capita ⁊ nomina ſingulorum a viceſimo
anno et ſupra: ſicut preceperat dominus Moy-
De tribu ruben. xlvj. mili. ccccc. ſi. Numeratiqꝫ ſunt in deſerto ſinai de ruben
primo genito. Jſraelis per generatiões et fami
lias ac domos ſuas ⁊ nomina capitum ſingulorꝫ
omne qḋ ſexus eſt maſculini a viceſimo anno et
De tribu ſymeon. lix. mili. ccc. ſupra procedentium ad bellum quadragintaſex
milia quingenti. De filijs Simeon per genera-
tiones ⁊ familias ac domos cognationum ſuarũ
C recẽſiti ſunt per nomina ⁊ capita ſingulorũ om
ne qḋ ſexus eſt maſculini generis a viceſimo an
De tribu gaad. xlv. mili. ccccccl no ⁊ ſupra procedentium ad bellũ quinquagin
taqueꝫ milia trecenti. De filijs. Gaad per ge-
nerationes ⁊ familias ac domos cognationum
ſuarum recẽſiti ſunt per nomina ſingulorũ a vi
De tribu. iuda. lxxiiij mil. cccccc. ginti annis ⁊ ſupra omnes qui ad bella procede-
rent quadragintaquinqꝫ milia ſexcẽti quinqua-
ginta. De filijs Juda per generatiões familias
ac domos cognationum ſuarum per nomina ſin
D gulorum a viceſimo anno ⁊ ſupra omnes qui po
De tribu iſachar. liiij mili. cccc. terant ad bella procedere: recẽſiti ſunt ſeptua-
gintaquattuor milia ſexcẽti. De filijs Jſachar
per generationes ⁊ familias ac domos cognatio
De tribu zabulõ. lvij. milia. cccc. num ſuarum per nomina ſingulorum a viceſimo
anno ⁊ ſupra omnes qui ad bella procederẽt: re-
cẽſiti ſunt quinquagintaquattuor milia quadri
De tiribu. ioſeph. pro ephraim: xl. mi. ccccc gẽti. De filijs Zabulon per generationes ⁊ fami
lias ac domos cognationũ ſuarũ recenſiti ſunt
per nomina ſingulorum a viceſimo anno ⁊ ſupra
omnes qui poterant ad bella procedere: quinqua
E ginta ſeptẽ milia quadrigẽti. De filijs Joſeph
Pro manaſſe. xxxij. mili. cc. filiorum. Ephraim per generationes et familias
ac domos cognationũ ſuarum recenſiti ſunt per
nomina ſingulorum a viceſimo anno ⁊ ſupra: om
De tribu beniamin. xxxv. milia cccc. neſqui poterãt ad bella procedere quadraginta
milia quingenti. Porro filiorum Manaſſe per
generationes ⁊ familias ac domos cognationũ
ſuarũ recenſiti ſunt per nomina ſingulorum a vi
ginti annis ⁊ ſupra: omnes qui poterant ad bel-
la procedere trigintaduo milia ducẽti. De filijs
Beniamim per generationes et familias ac
domos cognationũ ſuarũ recenſiti ſunt nomini
De filijs dan. lxij. milia. cccc ccc. bus ſingulorꝫ a viceſimo anno ⁊ ſupra omnes qui
poterant ad bella procedere: triginta quinqꝫ mi
lia quadrigẽti. De filijs dan per gñationes ⁊ fa
milias ac domos cognationũ ſuarꝫ recenſiti ſunt
nominibus ſingulorꝫ a viceſimo anno ⁊ ſupra om
nes qui poterant ad bella procedere ſexaginta-
De tribu aſer. ... lia. cc... duo milia ſeptingenti. De filijs. Aſer per gene-
rationes ⁊ familias ac domos cognationũ ſuarꝫ
recenſiti ſunt per nomina ſingulorũ a viceſimo
De tribu neptalim liiij. mi cccc. anno ⁊ ſupra oẽs qui poterant ad bella procede-
re: quadraginta milia ⁊ mille quingẽti. De filijs
Neptalim per generatiões ⁊ familias ac domos
cognationũ ſuarũ recẽſiti ſunt nominib9 ſingu
lorũ a viceſimo anno ⁊ ſupra omnes qui poterãt
ad bella procedere quinquagintatria milia qua
drigenti. Hi ſunt quos numerauerũt Moyſes
et Aaron ⁊ duodecim principes. Jſrael ſingulos
Numerus oim filiorum iſrael ... gnadringenta milia ... gẽti ... ginta ... leuitis. per domos cognationũ ſuarũ. Fuerunt oẽs filij
Jſrael per domos ⁊ familias ſuas a viceſimo ãno
et ſupra qui poterant ad bella procedere ſexcẽta
ria milia virorũ quingẽti quinquaginta Leuite
autẽ in tribub9 familiarũ ſuarũ non ſunt nume-
rati cum eis. Locutuſqꝫ eſt domin9 ad. Moyſen
dicens. Tribũ Leui noli numerare: neqꝫ pones
ſummã eorũ cũ filijs Jſrael: ſed conſtitues eos
ſuper tabenaculũ teſtimonij ⁊ cuncta vaſa eius ⁊
quicqd ad cerimonias pertinet Jpſi portabũt
G tabernaculũ ⁊ omnia vtẽſilia eius: ⁊ erunt in mi-
ſterio: ac per gyrũ tabernaculi metabunt. Cum
proficiſcendũ fuerit: deponent leuite tabernacu-
Hic ... quos ... pit ... lum ... lũ: cũ caſtrametenda erigẽt. Quiſquis externo
rum acceſſerit: occidetur. Metabuntur autẽ ca-
ſtra filij Jſrael vnuſquiſqꝫ per turmas ⁊ cuneos
atqꝫ exercitũ ſuũ. Porro leuite per gyrũ taber
nacli figent tẽtoria: ne fiat indignatio ſuper mul
titudinem filiorum Jſrael: ⁊ excubabunt in cu-
ſtodijs tabernaculi teſtimonij. Fecerunt ergo filij
Jſrael iuxta omnia que preceperat dñs Moyſi.

Ca. Sũma. Ordinantur caſtra: arca taber
naculum Judas Jſach Zabulon ad orientem
Ruben Symeon Gaad ad meridiem Ephraim
Manaſſes Beniamin ad occidẽteꝫ Dan Aſſur
Neptalim ad aquillonẽ: ⁊ ſic ordinati ſunt: ſic et
caſtra mouent per ordinem: leuite autem lauant
tabernaculum.

Capitulum. ij.

A Locutuſqꝫ eſt domi-
nus ad Moyſen ⁊ Aarõ dicẽs
Singuli per turmas: ſigna at-
qꝫ vexilla ⁊ domos cognationũ
ſuarũ caſtrametabunt filij. Jſ-
rael per gyrũ tabernaculi fede
ris. Ad orientem. Judas figet
Ad orientem iudas. tentoria per turmas exercit9 ſui: eritqꝫ princeps
filiorũ eius. Naaſon filius. Aminadab: ⁊ omnis:
de ſtirpe eius ſũma pugnantium: ſeptuaginta-
quattuor milia ſexcẽti. Juxta eum caſtrametati
Yſachar Zabulon. ſunt de tribu Jſachar: quorũ princeps fuit Na-
thanael filius Suar: ⁊ omnis numerus pugna-
torum eius quinquagintaquattuor milia quadri
genti. Jn tribu Zabulon princeps fuit Heliab fi
lius. Helon: omniſqꝫ de ſtirpe eius exercitus pu

5 B gnatorum quinquaginta ſepteꝫ milia quadrigē-
ti. Uniuerſi qui in caſtris iude annumerati ſunt
Ad meridi- fuerunt centū̄octoginta ſex milia quadringēti:
em ruben et per turmas ſuas primi egredient. In caſtris
Symeon. filiorum. Ruben ad meridianam plagam erit pn
ceps Eliſur filius Sedeur ⁊ cunctus exercitus
pugnatorū eius qui numerati ſunt quadraginta
ſex milia quingenti. Iuxta eū caſtrametati ſunt
de tribu Symeon: quorū princeps fuit Salami-
el filꝰ Surriſaddai: ⁊ Cunctꝰ exercitꝰ pugnato-
rum eius: qui numerati ſunt qnquagintanoueꝫ
milia trecenti. In tribu Gad princeps fuit He-
liaſaph filꝰ Duel: ⁊ cūctus exercitus pugnatoꝝ
eius: qui numerati ſunt quadragintaquinqꝫ mi-
lia ſexcentiquinquaginta. Oēs qui recēſiti ſunt
in caſtris Ruben centū̄quinquaginta milia ⁊ mil
le quadringenti qnquaginta: per turmas ſuas in
ſecū̄do loco proficiſcent. Leuabit aūt tabernacu
lū̄ teſtimonij per officia leuitarū ⁊ turmas eoruꝫ.
C Ad occidē- Qūo erigetur: ita ⁊ deponet. Singuli per loca ⁊ or-
tē ephraim. dines ſuos proficiſcent. Ad occidentalem plagaꝫ
erūt caſtra filioꝝ Ephraim: quoruꝫ princeps fuit
Heliſama filius Ammiud. Cunctus exercitus
pugnatorum eius qui numerati ſunt quadragin
Manaſſes. ta miliaquingenti. Et cum eis tribus filioꝝ Ma
naſſe: quorū princeps fuit Gamaliel filius Pha
daſſur: cūctuſqꝫ exercitus pugnatoruꝫ eius: qui
Beniamin numerati ſunt trigintaduomiliaducenti. In tri-
bu filiorum Beniamin princeps fuit Abidam fi-
lius Gedeonis: ⁊ cunctus exercitus pugnatorū
eius qui recenſiti ſunt trigintaquinqꝫ milia qua-
dringenti. Omnes qui numerati ſunt in caſtris
Ephraim centumoctomilia: per turmas ſuas ter
Ad aquilo- tij proficiſcentur. Ad aquilonis partem caſtrame
nem dan. tati ſunt filij Dan: quorum princeps fuit Ahie-
zer filius Amiſaddai cunctuſqꝫ exercitus pugna
torum eius qui numerati ſunt ſexagintaduomi-
D Aſer. lia ſeptingenti. Iuxta eū fixere tentoria de tribu
Aſer: quorū pnceps fuit Phegiel filꝰ Ochram:
Neptalim. cunctuſqꝫ exercitus pugnatoꝝ eiꝰ qui numerati
ſunt quadraginta milia ⁊ mille quingēti. De tri-
bu filioruꝫ Neptalim princeps fuit Achira filius
Enam: cunctus exercitus pugnatorū eius quin-
quagintatriamilia quadringenti. Omnes qui nu
merati ſunt in caſtris Dan fuerunt centū̄quin-
quagita ſeptē milia ſexcēti: ⁊ nouiſſimi pficiſcent.
Hic numerus filioꝝ Iſrael per domos cognatio
num ſuarum ⁊ turmas diuiſi exercitus ſexcenta
Leuite non tria milia quingentiquinquaginta. Leuite auteꝫ
ſunt nume non ſunt numerati inter filios Iſrael. Sic enim
rati inter fi preceperat Dominus Moyſi. Feceruntqꝫ filij
lios Iſrael Iſrael iuxta omnia que mandauerat dominus.
ad bellan- Caſtrametati ſunt per turmas ſuas: et profecti
dum. per familias ac domos patrum ſuorum.

C Capi. Summa. C Filij Leui numerantur: aſſignantur ad myſterium: per tres familias ordinantur Arcam et tabernaculum qui portare debeant aſſignantur: primogeniti numerantur: pro eis leuite aſſumunt: ceteri qui ſuperſunt qnqꝫ ſiclis quiſquis ordinatur. Capim.iij.



HE ſunt generatiōes A Leui.x.a. j.xxvj.g.
Aaron ⁊ Moyſi in die qua Lo
cutꝰ eſt dn̄s ad Moyſen in mō-
te Synai. Et hec noīa filiorum
Aaron. Priogenitus eius Na
dab: deinde Abiu ⁊ Eleazar et
Ithamar. Hec noīa filiorum
Aaron ſacerdotū qui vncti ſunt: ⁊ quorū replete
⁊ conſecrate manus vt ſacerdotio fungerentur.
Mortui ſunt enim Nadab ⁊ Abiu cum offerrēt
ignem alienū in conſpectu dn̄i in deſerto Synai
abſqꝫ liberis: functiqꝫ ſunt ſacerdotio Eleazar et
Ithamar corā Aaron pr̄e ſuo. Locutuſqꝫ eſt dn̄s
ad Moyſen dicens: Applica tribū Leui ⁊ fac ſta
B re in cōſpectu Aaron ſacerdotis vt miniſtrent ei
⁊ excubent ⁊ obſeruēt quicqd ad cultum perti-
net multitudinis coram tabernaculo teſtimonij
⁊ cuſtodiāt vaſa tabernaculi ſeruiētes in miniſte
rio eius. Dabiſqꝫ dono leuitas Aaron ⁊ filijs eiꝰ
quibus traditi ſunt a filijs Iſrael. Aaron autem
⁊ filios eius cōſtitues ſuper cultum ſacerdotij.
Externus qui ad miniſtrandū acceſſerit morietur.
C Locutuſqꝫ eſt dn̄s ad Moyſen dicēs. Ego tuli
leuitas a filijs Iſrael pro omni primogenito qui Exo.xiij.a. j.viij.e.
aperit vuluam in filijs Iſrael eruntqꝫ leuite mei.
Meū eſt enim omne primogenitū ex quo percuſ
ſi primogenita in terra Egypti: ſanctificaui mihi xv.qōe.j.c. nec is.
quicquid primū naſcit in Iſrael ab hoīe vſqꝫ ad
pecus mei ſunt. Ego dominus. Locutuſqꝫ eſt do Tres domꝰ i tribu leui.
minus ad Moyſen in deſerto Synai dicēs. Nu Gerſon.
mera filios Leui per domos patrū ſuorū ⁊ fami- Caath.
lias oēm maſculū ab vno menſe ⁊ ſupra. Nume- Merari.
rauit Moyſes vt preceperat dn̄s: ⁊ inuenti ſunt
filij Leui per noīa ſua Gerſon ⁊ Caath ⁊ Me-
rari. Filij Gerſon Lobni ⁊ Semei: filij Caath
Amram ⁊ Ieſaar Hebron ⁊ Ozihel. filij Mera- D
ri Mooli ⁊ muſi. De Gerſon fuere familie due De domo
Lobnitica ⁊ Semeitica. quarum numeratus eſt gerſon. iiij.
populus ſexus maſculini ab vno menſe ⁊ ſupra milia.ccccc.
ſeptem milia quingenti. Hi poſt tabernaculū me poſt taber-
tabuntur ad occidētem ſub principe Heliaſaph naculum.
filio Iabel ⁊ habebunt excubias in tabernaculo ad occiden
federis ipſum tabernaculum ⁊ operimentū eius tem.
tentorium quod trahitur ante fores tecti fede-
ris ⁊ cortinas atrij tentorium quoqꝫ quod appē
ditur in introitu atrij tabernaculi ⁊ quicquid ad

De domo Caath. viij milia .cccc cc. ad meridiem.

ritum altaris pertinet funes tabernaculi ⁊ omnia vtenſilia eius. Cognatio Caath habebit populos Amramitas ⁊ Jeſſaaritas ⁊ Hebronitas ⁊ Ozihelitas. He ſunt familie Caatitharum recenſite per nomina ſua omnes generis maſculini ab vno menſe ⁊ ſupra octo milia ſexcenti. Habebunt excubias ſanctuarij et caſtrametabuntur ad meridianam plagam. Princeps eorum erit Heliſapham Filius Oziel. Et cuſtodient arcam menſamqꝫ et candelabra et altaria et vaſa ſanctuarij in quibus miniſtratur: et velum cunctamqꝫ huiuſcemodi ſuppellectilem. Princeps autem principum Leuitarum Eleazar Filius Aaron ſacerdotis erit ſuper excubitores cuſtodie ſanctuarij.

E

De domo merari. vj. milia. cc. ad ſeptentrionem.

At vero merari erunt populi Moolite et Muſite recenſiti per nomina ſua omnes generis maſculini ab vno menſe et ſupra ſex milia ducenti. Princeps eorum Suriel Filius Abiaiel in plaga ſeptentrionali caſtrametabuntur. Erunt ſub cuſtodia eorum tabule tabernaculi et vectes columne ac baſes earum et omnia que ad cultum huiuſcemodi pertinent. columneqꝫ atrij per circuitum cum baſibus ſuis et paxilli cum funibus.

F

Moyſes ⁊ Aaron ad orientem.

Caſtrametabuntur ante tabernaculum federis: id eſt ad orientalem plagam ⁊ Moyſes ⁊ Aaron cum filijs ſuis habentes cuſtodiam ſanctuarij in medio filiorum Jſrael. Quiſqꝫ alienus acceſſerit morietur. Omnes leuite quos numerauerunt Moyſes ⁊ Aaron iuxta preceptum Domini per famlias ſuas in genere maſculino a menſe vno et ſupra fuerunt viginti duo milia. Et ait Dominus ad Moyſen. Numera Primogenitos ſexus maſculini de filijs Jſrael ab vno menſe et ſupra et habebis ſummam eorum. Tolleſqꝫ Leuitas mihi pro omni Primogenito filiorum Jſrael. Ego ſum Dominus et pecora eorum pro vniuerſis Primogenitis pecorum filiorum Jſrael.

Nūerus primogenitoꝝ iſrael. xxij. mil. cclxxiij

Recenſuit Moyſes ſicut preceperat Dominus Primogenitos filiorum Jſrael: Et fuerunt maſculi per nomina ſua a menſe vno ⁊ ſupra vigintiduo milia ducenti ſeptuaginta tres.

G

Locutuſqꝫ eſt Dominus ad Moyſen dicens. Tolle leuitas pro Primogenitis filiorum Jſrael ⁊ pecora Leuitarum pro pecoribus eorum. Eruntqꝫ Leuite mei. Ego ſum Dominus. Jn precio autem ducentorum ſeptuaginta trium qui excedunt numerum Leuitarum de Primogenitis filiorum Jſrael: Accipies quinqꝫ ſiclos per ſingula capita ad menſuram ſanctuarij. Siclus habet viginti obolos.

Exo. iij. b. Leui. xxiiij Ezech. x. lv d.

Dabiſqꝫ pecuniam Aaron ⁊ filijs eius precium eorū qui ſupra ſunt. Tulit igitur Moyſes pecuniam eorum qui fuerāt amplius ⁊ quos redemerat a leuitis pro Primogenitis filiorum Jſrael mille trecentorum ſexaginta quinqꝫ Siclorum iuxta pondus ſanctuarij et dedit eam Aaron et Filijs eius iuxta verbum quod preceperat ſibi Dominus.

¶ C. Sūma. ¶ Ritus ⁊ officia Leuitarum per familias ſuas diſtribuuntur. Caplm. iiij.

A

Cult… ciū fil… Caath Offici… liorū …

Locutuſqꝫ eſt dominus ad Moyſen et Aaron dicens. Tolle ſummā filiorū Caath de medio Leuitarū per domos ⁊ familias ſuas a trigeſimo anno ⁊ ſupra vſqꝫ ad quinquageſimū annū oīum qui ingrediuntur vt ſtent ⁊ miniſtrent in tabernaculo federis hic eſt cultus filiorū Caath. Tabernaculum federis ⁊ ſanctū ſanctoꝝ ingredient Aaron ⁊ filij eius quando mouenda ſunt caſtra ⁊ deponent velum qđ pendet ante fores: inuoluētqꝫ eo arcam teſtimonij et operient rurſum velamine hiacyntinarum pellium: extendētqꝫ deſuper pallium totum hiacynthinū et inducent vectes mēſam quoqꝫ propoſitionis inuoluent hiacythino pallio: et ponent cū ea thuribula et mortariola cyathos et crateras ad liba fundēda: panes ſemper in ea erunt. Extendenqꝫ deſuper palliū coccineum: qđ rurſuȝ operient velamēto hiacynthinarum pellium et conducent vectes. Sument et pallium hiacythinum quo operient candelabrū cum lucernis et forcipibus ſuis et emunctorijs et cunctis vaſis olei que ad cōcinnandas lucernas neceſſaria ſunt: et ſuper omnia ponent operimentum hiacynthinarum pellium et inducent vectes. Necnon et altare aureū inuoluent hiacynthino veſtimento: et extendent deſuper operimentum hiacynthinaruȝ pelliuȝ: ducentqꝫ vectes.

B

Omnia vaſa quibus miniſtrat in ſanctuario inuoluent hiacynthino pallio et extendēt deſuper operimentum hiacynthinarū pellium inducentqꝫ vectes. Sed et altare mundabunt cinere et inuoluent illud purpureo veſtimento: ponentqꝫ cum eo omnia vaſa quibus in miniſterio eius vtuntur: id eſt ignium receptacula fuſcinulas ac tridentes vncinos et batilla. Cuncta vaſa altaris operient ſimul velamine hiacynthinaruȝ pelliū: et inducent vectes. Cūqꝫ inuoluerint Aaron et filij eius ſanctuariū et oīa vaſa eius in cōmotione caſtrorū: tunc intrabunt filij Caath vt portēt inuoluta ⁊ nō tāgēt vaſa ſanctuarij ne moriant. Jſta ſunt onera filioꝝ Caath in tabernaculo federis ſuper quos erit Elezar filius Aaron ſacerdotis: ad cuius pertinet curare oleū ad cōcinā-

das lucernas ꝛ cōpoſitionis incēſum et ſacrifi-
cium qḋ ſemꝑ offert: et oleū vnctiōis: et q̄cq̄d ad
cultū tabernaculi pertinet omniū vaſorum
que in ſanctuario ſunt. Locutuſq; eſt dominus
ad Moyſen ꝛ Aaron dicēs. Nolite perdere po-
pulum Caath de medio leuitarū: ſed hec facite
eis: vt viuāt et non moriantur: ſi tetigerint ſan-
cta ſanctorum. Aaron ꝛ filij eius intrabūt: ipſiq;
diſponent opera ſingulorum: et diuident quid
portare quis debeat. Alij nulla curioſitate vide-
ant que ſunt in ſanctuario priuſq; inuoluantur
E alioquin morientur. Locutuſq; eſt dominus ad
Officium filiorum Gerſon circa tabernaculum. moyſen dicēs. Tolle ſummā etiā filioꝝ Gerſon
ꝑ domos ac familias ꝛ cognatiōes ſuas a trigin
ta annis ꝛ ſupra: vſq; ad annos quinquaginta.
Numera omnes qui egrediuntur ꝛ miniſtrant
in tabernaculo federis. Hoc eſt officium familie
gerſonitarum vt portent cortinas tabernaculi
et tectum federis operimētū aliud: ꝛ ſuper om
nia velamē hiacynthinum: tentoriumq; qḋ pen
detin introitu tabernaculi federis cortinas atrij
ꝛ velum in introitu qḋ eſt ante tabernaculum.
Omnia que ad altare pertinent funiculos ꝛ va-
Officium filiorum meri. ſa miniſterij iubente Aarō ꝛ filijs eius portabūt
filij Gerſon: ꝛ ſcient ſinguli cui debeāt oneri mā
cipari. Hic eſt cultus familie gerſonitarum in ta
bernaculo federis. Eruntq; ſub manu Ithamar
filij Aaron ſacerdotis. Filios quoq; merari per
familias ꝛ domos patruꝫ ſuorum recēſebis a tri
ginta annis ꝛ ſupra vſq; ad annos quinquagin-
ta: omnes qui ingrediuntur ad officiū miniſterij
ſui ꝛ cultum federis teſtimonij. Hec ſunt onera
eorum. Portabūt tabulas tabernaculi ꝛ vectes
eius: colūnas ac baſes earum: columnas quoq;
atrij per circuitum cum baſibus ꝛ paxillis ꝛ fu-
nibus ſuis. Omnia vaſa ꝛ ſupellectileꝫ ad nume
rum accipient: ſicq; portabunt. Hoc eſt officiuꝫ
D familie meraritarum ꝛ miſterium in tabernacu
lo federis: eruntq; ſub manu Ithamar filij Aarō
ſacerdotis. Recēſuerūt igitur Moyſes et Aarō
ꝛ principes ſynagoge filios Caath per cognatio
nes ꝛ domos patrum ſuorum a triginta annis et
ſupra vſq; ad annū quinquageſimum: oēs qui in
grediuntur ad miniſterium tabernaculi federis
ꝛ inuenti ſunt duo milia ſeptingenti quinqua-
ginta. Hic eſt numerus populi Caath qui in-
trant tabernaculum federis. Hos numera-
uit Moyſes et Aaron iuxta ſermonem domi-
ni per manū Moyſi. Numerati ſunt ꝛ filij Ger
ſon per cognatiōes ꝛ domos patruꝫ ſuorū a tri-
ginta annis ꝛ ſupra vſq; ad quinquageſimuꝫ an-
nū: ꝛ omnes qui igrediunt vt miniſtrēt in taber
naculo federis ꝛ inuenti ſunt duo milia ſexcenti
triginita. Hic populus gerſonitarū quos nume
rauerunt Moyſes ꝛ Aaron iuxta verbuꝫ domi-
ni. Numerati ſunt ꝛ filij merari per cognatiōes
ꝛ domos patrū ſuoꝝ a triginta annis ꝛ ſupra vſ-
q; ad annū quinquageſimū: omnes qui ingredi
unt ad explendos ritus tabernaculi federis ꝛ in
uenti ſunt tria milia ducēti. Hic eſt numerus fi-
liorū merari quos recēſuerunt Moyſes ꝛ Aarō
iuxta imperiuꝫ domini per manū Moyſi. Om- Numer⁹ le
nes q̄ recenſiti ſunt de leuitis: ꝛ quos recēſeri fe- uitaꝝ a.xxx
cit ad numerū Moyſes ꝛ Aarō ꝛ principes Iſ- anno ꝛ.s.
rael per cognationes ꝛ domos patrū ſuorū a tri octo milia
ginta annis ꝛ ſupra vſq; ad annum quinquageſi ccccclxxx.
mū ingredientes ad miniſterium tabernaculi et
onera portanda: fuerunt Iſrael octomilia quin-
genti octoginta. Iuxta verbum domini recen-
ſuit eos Moyſes vnūquenq; iuxta officiū ſuum
et onera ſua: ſicut preceperat ei dominus.

¶ Capituli. Summariū. ¶ Interpoſitio de eijciendis extra caſtra de trāſgreſſione quid con ſequi debet: et ꝙ reddantur primitie ad ſacerdo tem: de lege zelotypie. Capitulum. v.

A

Locutuſq; eſt domi-
nus ad moyſen: dicens. Preci
pe filijs Iſrael: vt eijciāt de ca
ſtris omneꝫ leproſum: ꝛ qui ſe-
mine fluit: pollutuſq; eſt ſuper
mortuo tā maſculuꝫ q̄ feminaꝫ
eijcite de caſtris: ne cōtaminēt
ea cum habitauerint vobiſcum. Feceruntq; ita
filij Iſrael: ꝛ eiecerunt eos extra caſtra: ſicut lo-
cutus erat dominus Moyſi. Locutuſq; eſt do-
minus ad Moyſen: dicēs. Loquere ad filios Iſ-
rael. Uir ſiue mulier cum fecerint ex omnib⁹ pec
catis que ſolēt hominibus accidere: ꝛ per negli-
gentiam tranſgreſſi fuerint mandatum domini:
atq; deliquerint: confitebuntur peccatum ſuum
et reddet ipſum caput: quintāq; partem de ſu-
per ei in quem peccauerint. Sin autem non fue-
rit qui recipiat: dabunt domino: et erit ſacerdo-
tis: excepto ariete qui offertur pro expiatione: B
vt ſit placabilis hoſtia. Oēs q̄ primitie quas of-
ferunt filij Iſrael ad ſacerdotem pertinent ꝛ q̄c
quid in ſanctuarium offertur a ſingulis ꝛ tradit
manibus ſacerdotis ipſius erit. Locutuſq; eſt do
minus ad Moyſen: dicēs. Loquere ad filios Iſ
rael et dices ad eos. Uir cui⁹ vxor errauerit: ma Lex zelotypie.
ritiq; contemnēs dormierit cum alteroviro: et
hoc maritus deprehendere non quiuerit: ſed la
tet adulterium: ꝛ teſtibus argui non poteſt quia
nō eſt inuenta in ſtupro: ſi ſpiritus zelotypie cō
citauerit virum contra vxorem ſuaꝫ: que vel pol
luta eſt: vel falſa ſuſpitione appetitur: adducet
eaꝫ ad ſacerdotē ꝛ offeret oblatiōeꝫ pro illa deci-
maꝫ partē ſaci farine hordeacee. Nō fundet ſu-
per eaꝫ oleum: nec imponet thus: quia ſacrificiū
zelotypie eſt ꝛ oblatio inueſtigans adulteriū. Of-
feret igitur eaꝫ ſacerdos: ꝛ ſtatuet corā domino:
aſſumetq; aquā ſanctam in vaſe fictili: ꝛ pauxillū
terre de pauimento tabernaculi mittet in eam. C
Cumq; ſteterit mulier in conſpectu domini: diſ-
cooperiet caput eius: et ponet ſuper manus il-
lius ſacrificium recordationis ꝛ oblationem zelo
typie. Ipſe autem tenebit aquas amariſſimas:
in quibus cum execratione maledicta congeſſit
adiurabitq; eaꝫ ꝛ dicet. Si non dormiuit vir alie

nus tecũ:⁊ ſi non polluta es deſerto mariti tho
ro:nõ te nocebũt aque iſte amariſſime: in quas
maledita congeſſi. Sinautem declinaſti a viro:
tuo atq; polluta es:⁊ concubuiſti cũ altero viro
his maledictiõibus ſubiacebis. Det te domin⁹
in maledictiões exemplũq; cunctorũ in populo
ſuo. Putreſcere faciat femur tuũ:⁊ tumens vte
rus tuus diſrũpatur. Ingrediãtur aque maledi
cte in ventrẽ tuũ:⁊ vtero tumeſcẽte putreſcat fe
mur. Et rñdebit mulier amẽ amẽ. Scribetq; ſa
cerdos in libello iſta maledicta ⁊ delebit ea aqs
amariſſimis in quas maledicta cõgeſſit:⁊ dabit
D ei bibere. Quas cũ exhauſerit tollet ſacerdos de
manu eius ſacrificium zelotypie:⁊ eleuabit illud
coraz domino:imponetq; illud ſuper altare.ita
duntaxat vt prius pugillũ ſacrificij tollat de eo
ꝙ offertur ⁊ incẽdat ſuper altare ⁊:ſic potũ det
mulieri aquas amariſſimas.quas cũ biberit ſi
polluta eſt ⁊ cõtempto viro adulterij rea ꝑtran
ſibunt eã aque maledictiõis: ⁊ inflato ventre cõ
putreſcet femur. Eritq; mulier in maledictiões
et in exemplũ omni populo. Qð ſi polluta non
fuerit erit innoxia ⁊ faciet liberos. Iſta eſt lex ze
lotypie. Si declinauerit mulier a viro ſuo:et ſi
polluta fuerit.marituſq; zelotypie ſpiritu ꝯcita
tus adduxerit eam in cõſpectu domini:⁊ fecerit
ei ſacerdos iuxta omnia que ſcripta ſũt:marit⁹
abſq; culpa erit:⁊ illa recipiet iniquitatẽ ſuam.

Capi. Sũma. De lege nazareorũ ⁊ obla-
tione eorũ:de benedictione Aaron ⁊ filiorũ eius:
⁊ qualiter debeãt bñdicere filijs iſrael. Ca.vj.

A Lex naza-reorum. xxxv .diſ.c. vinolẽtum.

Locutuſq; eſt domi-
nus ad Moyſen dicẽs. Loque
re ad filios Iſrael: et dices ad
eos. Uir ſiue mulier cũ fecerit
votum vt ſanctificetur:⁊ ſe vo
luerint domino cõſecrare:a vi
no ⁊ omni qð inebriare poteſt
abſtinebunt. Acetum ex vino et ex qualibet alia
potione ⁊ quicquid de vua exprimitur nõ bibẽt.
vuas recentes ſicaſq; non comedẽt cunctis die-
bus quibus ex voto domino conſecrantur:quic
quid ex vinea eſſe põt ab vua paſſa vſq; ad aci-
B num nõ comedetur. Omni tempore ſeparatiõis
ſue nouacula non tranſibit per caput eius vſq;
ad completũ diẽ quo domino cõſecratur. Sctũs
erit creſcente ceſarie capitis eius. Omni tempo
re conſecratiõis ſue ſuper mortuũ non ingredie
tur nec ſuper patris quidem ⁊ matris ⁊ fratris
ſororiſq; funere contaminabit.quia conſecratio
dei ſui ſuper caput eius eſt. Omnibus diebus ſe
parationis ſue ſanctus erit domino. Sinautem
mortuus fuerit ſubito quiſpiã coraz eo polluet
caput conſecrationis eius:ꝙ radet illico in eadẽ
die purgationis ſue ⁊ rurſum in ſeptima. In oc-
taua aũt die offeret duos turtures vel duos pul
los colũbe ſacerdoti in introitu federis teſtimo
nij:facietq; ſacerdos vnum pro peccato ⁊ alterũ
in holocauſtuz:⁊ deprecabitur pro eo: q: pecca-
uit ſuper mortuo: ſanctificabitq; caput eius in
die illo:⁊ conſecrabit domino ſeparationis illius
offerens agnum anniculũ pro peccato:ita tamẽ
vt dies priores irriti fiant.quoniã polluta eſt ſan C
ctificatio eius. Iſta eſt lex conſecrationis. Cum
dies quos ex voto deuote decreuerat cõplebun
tur.adducet eũ ad oſtiuz tabernaculi federis:et
offeret oblationez eius domino agnũ anniculuz
immaculatũ in holocauſtũ.⁊ ouem anniculã im-
maculataz pro peccato:⁊ arietẽ immaculatũ ho-
ſtiaz pacificam.caniſtrum quoq; panũ azimoruz
qui conſperſi ſint oleo.⁊ lagana abſq; fermento
vncta oleo.ac libamina ſingulorũ que offeret ſa-
cerdos coraz domino:et faciet tã pro peccato ꝙ̃
in holocauſtum. Arietẽ vero immolabit hoſtiam
pacificaz domino offerens ſimul caniſtrũ azimo-
rum ⁊ libamẽta· que ex more debẽtur. Tunc ra-
detur nazareus ad oſtium tabernaculi federis
ceſarie conſecrationis ſue tolletq; capillos eius
⁊ ponet ſuper ignẽ qui eſt ſuppoſitus ſacrificio
pacificorũ ⁊ armũ coctum arietis.tortãq; abſq;
fermento vnã de caniſtro:⁊ laganũ azimũ vnuz:
tradet in manu nazarei poſtq̃ raſum fuerit ca-
put eius. Suſceptaq; rurſum ab eo eleuabit in
conſpectu domini:⁊ ſanctificata ſacerdotis erũt
ſicut pectuſculũ ꝙ ſeparari iuſſum eſt ⁊ femur.
Poſt hec poteſt bibere nazareus vinũ. Iſta eſt
lex nazarei. Cum vouerit oblationẽ ſuã domino E
tempore cõſecrationis ſue exceptis his que in-
uenerit manus eius. Iuxta ꝙ mẽte deuouerat:
ita faciet ad perfectionẽ ſanctificationis ſue. Lo
cutuſq; eſt domin⁹ ad Moyſen dicens. Loque
re Aaron ⁊ filijs eius: Sic benedicetis filijs Iſ-
rael ⁊ dicetis eis. Benedicat tibi dominus.⁊ cu
ſtodiat te. Oſtẽdat dominus faciez ſuaz tibi et j.q.j.c.
miſereatur tui. Conuertat dominus vultũ ſuuz ctũ eſt
ad te.⁊ det tibi pacez. Inuocabuntq; nomẽ me mino.
um ſuper filios Iſrael.⁊ ego benedicaz eis. Ecc. c.

Capituli. Summarium. De numero
plauſtrorum ⁊ boũ:⁊ quibus data ſunt:⁊ de ob-
latione principum.⁊ de dedicatione tabernaculi
dñs loquit:de propitiatorio Moyſi. Ca.vij.

Exo. A

Factum eſt autem in
die qua compleuit Moyſes
tabernaculum et erexit illud.
Unxitq; et ſanctificauit cum
omnibus vaſis ſuis altare ſi-
militer ⁊ omnia vaſa eius ob-
tuleruntq; principes Iſrael.
et capita familiarum que erant per ſingulas tri
bus prefecti eorum qui numerati fuerant mune
ra coram domino ſex plauſtra tecta cum duode-
cim bobus.vnuz plauſtrum obtulere duo duces
et vnum bouem ſinguli:obtuleruntq; ea in con
ſpectu tabernaculi. Ait autẽ dominus ad Moy
ſen. Suſcipe ab eis vt ſeruiãt in miniſterio taber
naculi:et tradas ea leuitis iuxta ordinez miniſte

rij fui. Itaqꝫ cū ſuſcepiſſet Moyſes plauſtra et
boues tradidit ea leuitis. Duo plauſtra ⁊ quat
tuoꝛ boues dedit filijs Gerſon iuxta id qđ habe
bant neceſſarium quattuoꝛ alia plauſtra et octo
boues dedit filijs merari ſecūdū officia ⁊ cultū
ſuum ſub manu Itamar filij Aaron ſacerdotis.
Filijs autem Cath non dedit plauſtra ⁊ boues
quia in ſanctuario ſeruiūt: ⁊ onera pꝛoprijs poꝛ
tant humeris. Igitur obtulerunt duces in dedi
cationem altaris die qua vnctum eſt oblationē
ſuam ante altare. Dixitqꝫ dominus ad moyſen.
B Singuli duces per ſingulos dies offerant mune
ra in dedicationem altaris. Primo die obtulit
oblationē ſuā Naaſon filius Aminadab de tri
bu iuda: feceruntqꝫ in ea acceptabulū argente
um pondo centū triginta ſicloꝛum phialā argē
teā habens ſeptuaginta ſiclos iuxta pōdus ſan
ctuarij: vtrumqꝫ plenū ſimila conſperſa oleo in
ſacrificium moꝛtariolum et decem ſiclis aureis
plenum incenſo bouem de armento et arietem
et agnum anniculum in holocauſtum: hircumqꝫ
pꝛo peccato in ſacrificio ſacrificioꝝ boues duos
arietes quinqꝫ: hircos quinqꝫ agnos anniculos
quinqꝫ. Hec eſt oblatio Naaſon filij Aminadab
Secūdo die obtulit Nathanael filiꝰ Suar dux
de tribu Iſachar acetabulum argenteum appe
dens centum triginta ſiclos: phialam argenteā
habentem ſeptuaginta ſiclos iuxta pondus ſan
ctuarij: vtrumqꝫ plenum ſimila conſperſa oleo
in ſacrificiū moꝛtariolum aureū habens decē
ſiclos plenum incenſo bouē de armento et arie
tem ⁊ agnum anniculum in holocauſtum hircū
qꝫ pꝛo peccato: ⁊ in ſacrificio pacificoꝛum boues
duos: arietes quinqꝫ: hircos quinqꝫ: agnos anni
culos quinqꝫ: Hec fuit oblatio Natanael filij
Suar. Tertio die pꝛinceps filioꝛum Zabulō He
liab filius Helon obtulit acetabulum argenteū
appendens centum triginta ſiclos: phialam ar
genteam habentem ſeptuaginta ſiclos ad pon
dus ſanctuarij et vtrūqꝫ plenum ſimila conſper
ſa oleo in ſacrificiū moꝛtariolum aureum appē
dens decem ſiclos plenum incenſo bouem de ar
mento: ⁊ arietem ⁊ agnum anniculum in holo
cauſtum: hircūqꝫ pꝛo peccato: ⁊ in ſacrificio pa
cificoꝛum boues duos: arites quinqꝫ: hircos qn
qꝫ: agnos anniculos quinqꝫ. Hec eſt oblatio He
liab filij Helō. Die q̄rto pꝛinceps filioꝝ Rubē:
Eliſur filius Sedeur obtulit acetabulum argen
teū appēdens centū triginta ſiclos: phialā argē
teā habētē ſeptuaginta ſiclos ad pōdus ſanctua
rij: vtrūqꝫ plenū ſimila conſperſa oleo in ſacrifi
ciū: moꝛtariolū aureum appēdens decē ſiclos
plenū incēſo: bouē de armēto ⁊ arietē ⁊ agnum
anniculū in holocauſtū: hircūqꝫ pꝛo peccato: ⁊
in hoſtias pacificoꝛū boues, duos: arietes, quin
qꝫ: hircos quinqꝫ agnos anniculos quinqꝫ. Hec
fuit oblatio Eliſur filij Sedeur. Die quinta pꝛi
ceps filioꝛū Simeō: ſalamihel filius Suriſadai:
obtulit acetabulū argenteū: appēdens cētū tri
ginta ſiclos: phialā argēteā habentē ſeptuagin
ta ſiclos ad pondꝰ ſanctuarij: vtrūqꝫ plenū ſimi

Oblatiões principū .i. Naaſon de tribu iuda

Oblatio nathanael de tribu iſachar.

Oblatio heliab de tribu zabulō.

C Oblatio eliſur de tribu ruben.

Oblatio ſalamihel de tribu ſimeon.

la conſperſa oleo in ſacrificium: moꝛtariolum au
reum appendens decem ſiclos plenū incēſo: bo
uem de armento ⁊ arietem ⁊ agnum anniculum
in holocauſtū: hircūqꝫ pꝛo peccato: ⁊ in hoſtias
pacificoꝛum boues duos: arietes quinqꝫ: hircos
quinqꝫ: agnos anniculos quinqꝫ. Hec fuit obla
cio Salamihel filij Suriſaddai. Die ſexto pꝛin
ceps filioꝛum Gad: Heliaſaph filius Duel ob
tulit acetabulum argenteum appendens centū
triginta ſiclos: phialam argenteam habentē ſe
ptuaginta ſiclos adpondus ſanctuarij: vtrunqꝫ
plenum ſimila conſperſa oleo in in ſacrificium:
moꝛtariolum aureum appendens decem ſiclos
plenum incenſo: bouem de armento: et arietem
et agnum anniculum in holocauſtum: hircumqꝫ
pꝛo peccato: et in hoſtias pacificoꝛum boues
duos: arietes quinqꝫ: hircos quinqꝫ: agnos
anniculos quinqꝫ: Hec fuit oblatio Heliaſaph
filij Duel. Die ſeptimo pꝛinceps filioꝝ Ephꝛa
in Heliſama filius Ammiud: obtulit acetabulū
argenteum appendeus centum triginta ſiclos:
phialam argenteam habentē ſeptuaginta ſiclos
ad pondus ſanctuarij vtrūqꝫ plenum ſimila con
ſperſa oleo in ſacrificiū: moꝛtariolum aureum
appēdēs decē ſiclos plenū incēſo: bouē: de armē
to ⁊ arietē ⁊ agnū anniculū in holocauſtū: hir
cumqꝫ pꝛo peccato: ⁊ in hoſtias pacificoꝛū: bo
ues duos: arietes quinqꝫ: hircos quinqꝫ: agnos
anniculos quinqꝫ. Hec fuit oblatio Heliſama fi
lij Ammiud. Die octauo pꝛinceps filioꝝ manaſ
ſe Gamaliel filius Phadaſſur obtulit acetabu
lum argenteū appēdens centū triginta ſiclos:
phialam argēteā habentem ſeptuaginta ſiclos
ad pōdus ſanctuarij vtrūqꝫ plenū ſimila con
ſperſa oleo in ſacrificiū: moꝛtariolū aureū appē
dens decē ſiclos plenū incēſo: bouē de armēto ⁊
arietē ⁊ agnū anniculū in holocauſtū: hircūqꝫ
pꝛo peccato: ⁊ in hoſtias pacificoꝛū boues duos
arietes qnqꝫ: hircos qnqꝫ: agnos āniculos qnqꝫ
Hec fuit oblatio Gamaliel filij phadaſſur. Die
nono pꝛinceps filioꝛū Beniamin Abidam filius
Gedeonis obtulit acetabulū argenteū appen
dens cētum triginta ſiclos: phialā argenteā ha
bētē ſeptuaginta ſiclos ad pōdus ſanctuarij:
vtrūqꝫ plenū ſimila conſperſa oleo in ſacrifici
ū moꝛtariolum aureū appēdens: decem ſiclos
plenū incenſo: bouem de armento: ⁊ arietem et
agnum anniculū in holocauſtum: hircumqꝫ pꝛo
peccato: et in hoſtias pacificoꝛum boues duos:
arietes quinqꝫ: hircos quinqꝫ: agnos anniculos
quinqꝫ. Hec fuit oblatio Habidam filij Gedeo
nis. Die decimo pꝛinceps filioꝛum Dan: Abie
zer filius Amiſaddai obtulit acetabulum argen
teum appendens centum triginta ſiclos: phialā
argenteam habentem ſeptuaginta ſiclos ad pō
dus ſanctuarij vtrumqꝫ plenum ſimila con
ſperſa oleo in ſacrificium: moꝛtariolum aure
um appendens decem ſiclos plenum incenſo:
bouem de armento: et arietem et agnum an
niculum in holocauſtum: hircumqꝫ pꝛo pec
cato: ⁊ in hoſtias pacificoꝛum boues duos: arie

D Oblatio heliaſaph de tribu gad.

Oblatio heliſama de tribu ephꝛain

E Oblatio gamalielis de tribu manaſſe.

Oblatio abidam de tribu beniamin.

Oblatio abiezer de tribu dan. F

Oblatio phegiel de tribu aser.

tes quinq;: hircos quinq;: agnos anniculos quin-
q;. Hec fuit oblatio abiezer filij amisaddai. Die
vndecimo princeps filiorum Aser Phegiel fili-
us Ochram obtulit acetabulum argenteum ap
pendens centum triginta siclos: phialam argē
team habentem septuaginta siclos ad pondus
sanctuarij vtrumq; plenum simila cōspersa oleo
in sacrificium: mortariolum aureum appendens
decem siclos plenum incenso: bouem de armen
to: & arietem et agnum anniculum in holocau-
stum: hircumq; pro peccato: et in hostias pacifi-
corum boues duos arietes quinq;: hircos quin
q;: agnos anniculos quinq;. Hec fuit oblatio
Phegiel filij Ochram. Die duodecimo prin-
ceps filiorum Neptalim Ahira filius Henam
obtulit acetabulum argenteum appendens cen
tum triginta siclos: phialam argenteam haben
tem septuaginta siclos ad pondus sanctuarij:
vtrumq; plenum simila oleo conspersa in sacri
ficium: mortariolum aureum appendens decē
siclos plenum incenso: bouem de armēto & arie
tem et agnum anniculum in holocaustum: hir-
cumq; pro peccato: et ī hostias pacificorum boues
duos: arietes quinq;: hircos quinq;: agnos annicu
los quinq;. Hec fuit oblatio Ahira filij henā. Hec
in dedicatiōe altaris oblata sūt a pncipib⁹ Israel
in die qua cōsecratū est: acetabula argētea duode
cim: phiale argētee duodecim: mortariola aurea:
duodecim: ita vt centū triginta siclos argēti hēret
vnū acetabulū: & septuaginta siclos vna phiala. id
est in commune vasorum omnium ex argento
sicli duo milia quadrigenti pondere sanctuarij.
mortariola aurea duodecim plena incenso: de-
nos siclos appendentia. Pondere sanctuarij:
id est simul auri sicli centum viginti. boues de
armento in holocaustum duodecim arietes duo
decim. agni anniculi duodecim et libamenta eo
rum hirci duodecim pro peccato. hostie pacifico
rum boues viginti quattuor arietes sexaginta:
hirci sexaginta: agni anniculi sexaginta. Hec ob
lata sunt in dedicatione altaris quando vnctum
est. Cumq; ingrederetur Moyses tabernacu-
lum federis vt consuleret oraculum: audiebat
vocem loquentis ad se de propitiatorio qd erat
super arcam testimonij inter duos Cherubin.
vnde et loquebatur ei.

Oblatio ahira de tribu neptali.

B

Numer⁹ oblatorum in dedicatiōe altaris.

¶ Capituli. Sūmariū. ¶ De cādelabro & ob
latiōe & purificatiōe & etate leuitarum.

A

Locutus est domin⁹
ad Moysen dicens. Loquere
Aaron et dices ad eum: Cum
posueris septem lucernas can
delabrum in australi parte eri-
gatur. Hoc igitur precipe vt lu
cerne contra boream e regione
respiciant ad mensam panes propositionis con
tra eam partem quam candelabrum respicit lu
cere debebunt. Fecitq; Aaron et imposuit lucer
nas super candelabrum vt preceperat Domi-
nus Moysi. Hec autem erat factura candela-
bri ex auro ductili. tam medius stipes q̄ cuncta
que ex vtroq; calamorum latere nascebantur.
Iuxta exemplum quod ostendit Dominus
Moysi ita operatus est candelabrum. Et locu-
tus est dominus ad Moysen dicens. Tolle Le-
uitas ex medio Filiorum Israel. et purificabis
eos iuxta hunc ritum. Aspergantur aqua lustra
tionis et radant omnes pilos carnis sue. Cum-
q; lauerint vestimenta sua et mundati fuerint
tollent Bouem de armentis et libamentum
eius similam oleo conspersam: Bouem autem
alterum de armento accipies pro peccato. et
applicabis Leuitas coram tabernaculo Fede-
ris: conuocata omni multitudine Filiorum Is-
rael. Cumq; Leuite fuerint coram Domino.
Ponent Filij Israel manus suas super eas. et
offeret Aaron Leuitas munus in conspectu do-
mini a Filijs Israel. vt seruiant in ministerio
eius. Leuite quoq; ponent manus suas super
capita Boum. e quibus vnum facies pro pec-
cato: et alterum in Holocaustum Domini. vt
depreceris pro eis. Statuesq; Leuitas in con-
spectu Aaron et Filiorum eius. et consecrabis
oblatos Domino. ac separabis de medio Filio-
rum Israel: vt sint mei: et postea ingredian-
tur tabernaculum Federis vt seruiant mihi. Sic-
q; purificabis et consecrabis eos in oblatione
Domini. quoniam dono donati sunt mihi a fi-
lijs Israel. Pro Primogenitis que aperiunt
omnem vuluam in Israel accepi eos. Mea sunt
enim omnia Primogenita Filiorum Israel tam
ex hominibus q̄ ex iumentis. Ex quo percussi
omne Primogenitū in terra Egypti sanctifica-
ui eos mihi et tuli Leuitas pro cunctis Primo-
genitis Filiorum Israel, tradidit quoq; eos do-
no Aaron et Filijs eius de medio populi vt ser-
uiant mihi pro Israel in tabernaculo Federis: &
orēt pro eis ne sit in populo plaga si ausi fuerint
accedere ad sanctuarium. Feceruntq; Moy-
ses et Aaron et omnis multitudo Filiorum Is-
rael super Leuitas que preceperat Dominus
Moysi. purificatiq; sunt & lauerunt vestimenta
sua. Eleuauitq; eos Aaron in conspectu Dñi et
orauit pro eis vt purificati ingrederent ad offi-
cia sua in tabernaculum Federis coram Aaron &
filijs eius. Sicut pceperat dñs Moysi de Leui-
tis ita factū est. Locutusq; est dñs ad Moysen
dicens. Hec est lex Leuitarū. A vigintiquinq; an
nis et supra ingredient vt ministrent in taber-
naculo Federis. Cumq; quinquagesimū annum
etatis impleuerint seruire cessabunt: eruntq; mi
nistri fratrum suorum in tabernaculo federis. vt
custodiāt que sibi fuerint cōmendata: opera au
tem ipsa non faciant. Sic dispones Leuitas in
custodijs suis.

Factura candelab.

B

C

D

¶ Capituli. Summariū. ¶ De Phase primo mundorum: postea immundorum alienigenarum: de ducatu nubis. Capitulum .ix.

A LOcutus eſt dominꝰ
ad Moyſen in deſerto Synai
Anno ſecundo poſtq̄ egreſſi
ſunt de terra Egypti menſe
primo dicēs. Faciāt filij Iſrl'
Phaſe in tēpore ſuo quarta-
decima die mēſis huius adve-
ſperam iuxta oēs cerimonias ⁊ iuſtificationes
eius. Precepitq̄ Moyſes filijs Iſrael vt face-
rent Phaſe. Qui fecerūt tp̄e ſuo quartadecima
die mēſis ad veſperā in mōte Synai. Iuxta om
nia que mādauerat dñs Moyſi. fecerūt filij Iſrl'
Ecce aūt quidā immūdi ſuper aīa hoīs qui non
poterāt facere Phaſe in die illo: accedentes ad
B Moyſen ⁊ Aaron: dixerūt eis. Immūdi ſumus
ſuper aīa hoīs quare fraudamur vt nō valeamꝰ
oblationē offerre dño in tp̄e ſuo inter filios Iſ-
De phaſe immudorū. rael. Quibus r̄ndit Moyſes. State vt conſulā3
quid p̄cipiat dñs de vobis. Locutuſq̄ eſt dñs
Ad Moyſen dicens: Loquere filijs Iſrael Hō q̄
fuerit immūdus ſup̄ aīa ſiue in via p̄cul in gente
veſtra faciat Phaſe dño in mēſe ſecūdo quarta-
decima die mēſis ad veſperā cū azimis ⁊ lactucis
agreſtibus comedēt illud. Nō relinquent ex eo
quippiā vſq̄ mane: ⁊ os eius nō frangēt: oēm ri
Io. xix. g. tum Phaſe obſeruabūt. Si q̄s aūt mūdus eſt ⁊
in itinere nō fuit ⁊ tamē nō fecit Phaſe: exter-
minabitur aīa illa de populis ſuis: qꝛ ſacrificium
dño non obtulit tp̄e ſuo. Peccatū ſuū ipſe por-
C tabit. Peregrinꝰ q̄ ⁊ aduena ſi fuerit apud vos
De phaſe peregrinorum. facient Phaſe dño iuxta cerimonias ⁊ iuſtifica-
tiones ſuas. preceptū idem erit apud vos tā ad-
uene q̄ indigene. Igitur die qua erectum eſt ta-
Exo. xl. d. bernaculū operuit illud nubes a veſpere aūt ſup
per tentoriū erat quaſi ſpecies ignis vſq̄ mane.
Sic fiebat iugiter. Per diem operiebat illud nu
bes ⁊ per noctē quaſi ſpecies ignis. Cūq̄ abla-
ta fuiſſet nubes que tabernaculum protegebat.
tunc proficiſcebant̄ filij Iſrael: ⁊ in loco vbi ſte-
tiſſet nubes: ibi caſtrametabant̄. Ad imperium
dñi proficiſcebant̄: ⁊ ad imperium illius figebāt
D tabernaculum. Cunctis diebus quibus ſtabat
nubes ſuper tabernaculum: manebant in eode3
loco: et ſi eueniſſet vt multo tempore maneret ſu
per illud: erant filij Iſrael in excubijs domini: et
non proficiſcebant̄ quotquot diebus fuiſſet nu-
bes ſuper tabernaculum. Ad imperium domi-
ni erigebant tentoria: et ad imperium illius de-
ponebant. Si fuiſſet nubes a veſpere vſq̄ ad ma
ne: ⁊ ſtatim diluculo tabernaculū reliquiſſet p̄fi-
ciſcebant̄: ⁊ ſi poſt diē ⁊ noctē receſſiſſet: diſſipa-
bant tentoria. Si vero biduo aut vno mēſe vel lō
giori tēpore fuiſſet ſuper tabernaculū: manebāt
filij Iſrael in eodē loco ⁊ non proficiſcebant̄: ſta-
tim autem vt receſſiſſet mouebant caſtra. Per
verbū domini figebant tentoria: ⁊ per verbum il
lius proficiſcebantur: erantq̄ in excubijs domi-
ni iuxta imperium eius per manum Moyſi.

¶ C. S. ¶ De tubis argenteis ⁊ officijs earū:
de ordine mouēdi caſtra: de Obab cognato Moy
ſi qui nolebat ſequi filios Iſrael. Capl'm. x.

LOcutuſq̄ eſt dñs ad A
Moyſen dicēs. Fac tibi duas
tubas argēteas ductiles q̄bꝰ
cōuocare poſſis multitudine3
q̄n mouēda ſunt caſtra. Cūq̄
increpueris tubis: congrega-
bitur ad te oīs turba ad oſtiū tabernaculi Fede
ris. Si ſemel clangueris: venient ad te principes
⁊ capita multitudinis Iſrael. Sin autē prolixior
atq̄ conciſus clangor increpuerit: mouebunt ca
ſtra primi qui ſunt ad orientalem plagam. In ſe
cūdo aūt ſonitu ⁊ pari vlulatu tube leuabūt tēto
ria qui habitant ad meridiem: ⁊ iuxta hunc mo
dum reliqui faciunt vlulantibus tubis in profe-
ctionem. Q̄n aūt congregādus eſt populus: ſim
plex tubarū clangor erit: ⁊ non conciſe vlulabunt
Filij aūt Aaron ſacerdotis clangent tubis: erit-
q̄ hoc legitimū ſempiternū in generationibus
veſtris. Si exieritis ad bellū de terra veſtra con-
tra hoſtes qui dimicant aduerſum vos: clange-
tis vlulantibus tubis ⁊ erit recordatio veſtri co-
ram domino deo veſtro: vt eruamini de manibꝰ B
inimicorum veſtrorum. Si quādo habebitis epu
lum ⁊ dies feſtos ⁊ kalendas canetis tubis ſuper
holocauſtis et pacificis victimis vt ſint vobis in
recordationem dei veſtri. Ego dominus deus ve
ſter. Anno ſecūdo menſe ſecundo: viceſima die
menſis: eleuata eſt nubes de tabernaculo fede-
ris. Profectiq̄ ſūt filij Iſrael per turmas ſuas
de deſerto Synai: ⁊ recubuit nubes in ſolitudi- Mouētur
ne Pharam. Mouerūtq̄ caſtra primi iuxta im caſtra.
perium domini per manū Moyſi. Filij iuda per
turmas ſuas: quorū princeps erat Naaſon Fi-
lius Aminadab. In tribu filiorum Iſachar fuit
princeps Nathanael filius Suar. In tribu Za-
bulon erat p̄ceps Heliab filius Helon. Depo-
ſitumq̄ eſt tabernaculū q̄d portātes egreſſi ſunt
filij Gerſon ⁊ merari. Profectiq̄ ſunt ⁊ filij ru
ben per turmas ⁊ ordinē ſuū: quorū p̄nceps erat
Heliſur filꝰ Sedur. In tribu aūt filiorum Symeō C
princeps fuit Salamiel filꝰ Suriſaddai. Porro
in tribu Gad erat princeps Heliaſaph filꝰ Du
el. Profectiq̄ ſunt ⁊ caathite portātes ſanctua-
rium. Tandiu tabernaculū portabant̄: donec veni
rent ad erectionis locū. Mouerūt caſtra ⁊ Filij
Ephraim per turmas ſuas: in quorū exercitu p̄n
ceps erat Heliſama filꝰ Ammiud. In tribu aūt
filioru3 Manaſſe princeps fuit Gamaliel filius
Phadaſſur: et in tribu beniamin erat dux Abi
dam filius Gedeonis. Nouiſſimi caſtrorū oīum
profecti ſunt filij Dan per turmas ſuas: in quo-
rum exercitu princeps fuit Abiezer filius Am-
miſaddai. In tribu autem filiorum Aſer erat
princeps Phegiel filius Ochram. Et in tribu
filiorum neptalim princeps fuit Abira filius He
nam. Hec ſunt caſtra et profectiones filiorum Iſ-
rael per turmas ſuas q̄n egrediebātur. Dixitq̄ D

Moyſes Obab filio Raguel madianite cognato
ſuo. Proficiſcimur ad locū quē dn̄s daturus eſt
nobis: veni nobiſcum vt benefaciamus tibi: quia
dominus bona promiſit Iſraeli. Cui ille reſpon-
dit. Non vadam tecum: ſed reuertar in terram
meam in qua natus ſum. Et ille. Noli inquit nos
relinquere. Tu enim noſti in quibus locis per
deſertum caſtra ponere debeamus: ⁊ eris ductor
noſter. Cumq; nobiſcum veneris quicquid opti
mum fuerit ex opibus quas nobis traditurus eſt
dominus: dabimus tibi. Profecti ſunt ergo de
monte domini viam trium dierum: archaq; Fe-
deris domini precedebat eos per dies tres proui
dens caſtrorum locum. Nubes quoq; dn̄i ſuper
Ps.vij. eos erat per diem cū incederent. Cūq; eleuaret
Archa: dicebat Moyſes. Surge domine ⁊ diſſi-
pentur inimici tui: ⁊ fugiant qui oderunt te a fa
cie tua. Cum autem deponeretur: aiebat. Reuer
tere dn̄e ad multitudinem exercitus Iſrael.

Capituli. Sūmarium. De pena murmu
ris: de carnium concupiſcentia: de turbatiōe ſpi-
ritus Moyſi: loquitur deus Moyſi ⁊ promittit
carnes: de coturnicibus: de punitiōe populi pro
pter concupiſcentiam carnium. Caplm̄. xj.

A NTerea ortum eſt mur
mur populi quaſi dolentium pre
labore contra dn̄m: quod cum au-
diſſet: iratus eſt. Et accenſus in
eos ignis dn̄i deuorauit extremā
caſtrorum partem. Cūq; clamaſſet populus ad
Moyſen orauit Moyſes ad dn̄m ⁊ abſortus eſt
ignis. Vocauitq; nomen loci illius incēſio: eo ꝙ
ſuccenſus fuiſſet contra eos ignis dn̄i. Vulgus
quippe promiſcuum quod aſcenderat cū eis fla-
B grauit deſiderio carnium ſedens ⁊ flens iunctis
ſibi pariter filijs Iſrael: ⁊ ait. Quis dabit nobis
Exo.xvj. ad veſcendum carnes. Recordamur piſcium quos
comedebamus in Egypto gratis: in mentē no-
bis veniunt cucumeres ⁊ pepones: porriq; ⁊ ce-
pe ⁊ alia. Anima noſtra arida eſt: nihil aliud re-
ſpiciunt oculi noſtri niſi man. Erat autem man
quaſi ſemen coriandri coloris bdellij. Circuibat
populus ⁊ colligens illud: frangebat mola ſiue
terebat in mortario: coquens in olla ⁊ faciens ex
eo tortulas ſaporis quaſi panis oleati. Cumq;
deſcenderet nocte ſuper caſtra ros: deſcendebat
pariter ⁊ man. Audiuit ergo Moyſes flētem po
pulum per familias: ſingulos per oſtia tentorij
C ſui. Iratuſq; eſt furor domini valde ſed ⁊ Moy
ſi intolleranda res viſa eſt: ⁊ ait ad dn̄m. Cur af-
flixiſti ſeruum tuum: quare nō inuenio gratiam
coram te. Et cur impoſuiſti pondus vniuerſi po
puli huius ſuper me. Nunquid ego concepi o-
nem hanc multitudinem vel genui eam: vt dicas
mihi porta eos in ſinu tuo ſicut portare ſolet nu
trix infantulum: ⁊ defer in terram pro qua iura-
ſti patribus eorum. Vnde mihi carnes vt dem
tante multitudini. Flent coram me: dicētes. Da
nobis carnes vt comedamus. Non poſſum ſolus
ſuſtinere omnē hunc populū: qr grauis eſt mihi.
Sin aliter tibi videt: obſecro vt interficias me ⁊
inueniam gratiā in oculis tuis: ne tantis afficiar
malis. Et dixit dn̄s ad Moyſen. Congrega mi- D
hi ſeptuaginta viros de ſenioribus Iſrael quos
tu noſti ꝙ ſenes populi ſint ac magiſtri: ⁊ duces
eos ad oſtiū tabernaculi federis: facieſq; ibi ſta-
re tecum vt deſcendā ⁊ loquar tibi ⁊ auferam de
ſpiritu tuo tradamq; eis vt ſuſtentēt tecū onus Leui.
populi: ⁊ nō tu ſolus graueris. Populo quoq; dices Ioſue.
Sanctificamini. Cras comedetis carnes. Ego j.reg.
enim audiui vos dicere. Quis dabit nobis eſcas
carnium. Bene nobis erat in Egypto. Vt det vo
bis dn̄s carnes ⁊ comedatis. Nō vno die nec duo
bus vel quinq; aut decem: nec viginti quidem ſꝫ
vſq; ad menſem dierū: donec exeat per nares ve-
ſtras ⁊ vertatur in nauſeam: eo ꝙ repuleritis do
minum qui in medio veſtri eſt: ⁊ fleueritis coram
eo: dicētes. Quare egreſſi ſumus ex egypto vt pe- E
riremus in ſolitudine. Et ait Moyſes ad dn̄m.
Sexcenta milia peditum huius populi ſunt. Et
tu dicis. Dabo eis eſum carnium menſe integro.
Nunquid ouiū ⁊ boum multitudo cedet vt poſ-
ſit ſufficere ad cibum vel oēs piſces maris in vnū Eſaie.
congregabunt vt eos ſatiēt. Cui rn̄dit dn̄s. Nū- a.
quid manus dn̄i inualida eſt. Iam nunc videbis
vtrū meus ſermo opere compleat. Venit igitur
Moyſes ⁊ narrauit populo verba dn̄i: congre-
gans ſeptuagita viros de ſenioribus Iſrael quos
ſtare fecit circa tabernaculū dn̄i. Deſcēditq; dn̄s
per nubē ⁊ locutus eſt ad eū auferens de ſpiritu F
qui erat in moyſe: ⁊ dans ſeptuaginta viris. Cūq;
requieuiſſet in eis ſpiritus pphetauerūt nec
vltra ceſſauerūt. Remanſerāt aūt in caſtris duo
viri: quorū vnus vocabat Heldad: ⁊ alter Medad
ſuper quos requieuit ſpiritus: nam ⁊ ipſi deſcripti
fuerant ⁊ nō exierant ad tabernaculū. Cūq; pro-
phetarent in caſtris cucurrit puer et nunciauit
Moyſi: dicens. Heldad ⁊ Medad pphetant in
caſtris. Statim Ioſue filius Nun miniſter moy-
ſi ⁊ electus e pluribus: ait. Dn̄e mi Moyſes pro
hibe eos. At ille. Quid inquit emularis pro me.
Quis tribuat vt omnis ppl's pphetet: ⁊ det eis G
dn̄s ſpiritū ſuū. Reuerſuſq; eſt moyſes ⁊ maio-
res natu Iſrael in caſtra. Ventus aūt egrediens
a domino arreptas trans mare coturnices: de-
tulit ⁊ dimiſit in caſtra itinere quanto vno die cō
fici poteſt ex omni parte caſtrorum per circuitū:
volabantq; in aere duobus cubitis altitudine ſu
per terram. Surgens ergo populus toto die il-
lo ⁊ nocte ac die altero: congregauit coturnicum
multitudinem: qui parum decem choros: ⁊ ſicca
uerunt eas per gyrum caſtrorum. Adhuc car-
nes erant in dentibus eorum: nec defecerat hu-
iuſcemodi cibus: ⁊ ecce furor dn̄i cōcitatus in po
pulum: percuſſit eum plaga magna nimis: Vo-
catuſq; eſt ille locus ſepulchra concupiſcētie: ibi
enim ſepelierunt populū qui deſiderauerat car-
nes. Egreſſi autem de ſepulchris cōcupiſcentie:
venerunt in Aſeroth ⁊ manſerunt ibi.

¶ C.S. ¶ Aaron et Maria murmurauerunt contra Moyſen: Maria lepra percutitur: et ſeptem diebus ſeparatur a populo. Capl'm.xij.

A Deut.xxiiij. b. ij.q.vij.c. plerumq;. xxij.q.ij.c. hoc ipſum.

Locutaq; eſt Maria: et Aaron contra Moyſen propter vxorē eius Ethiopiſſam et dixerunt. Num per ſolum Moyſen locutꝰ eſt dñs. Nōne et nobis ſimiliter eſt locutus. Quod cū audiſſet dñs iratus eſt valde. Erat eī Moyſes vir mitiſſimꝰ ſuper omnes homines qui morabanť in terra. Statim locutus eſt dñs ad eum et ad Aaron et Mariam. Egredimini vos tm̄ tres ad tabernaculum federis. Cumq; fuiſſent egreſſi: deſcendit dñs in columna nubis: et ſtetit in introitu tabernaculi vocans Aaron et Mariam. Qui cum iſſent: dixit ad eos. Audite ſermones meos. Si quis fuerit inter vos propheta dñi: in viſione apparebo ei: vel per ſomniū loquar ad illū. At non talis ſeruus meus Moyſes qui in omni domo mea fideliſſimꝰ eſt. Ore enim ad os loquor ei. Palam et non per enigmata et figuras deum videt. Quare ergo non timuiſtis detrahere ſeruo meo Moyſi. Iratuſq; 9 eos abijt. Nubes quoq; receſſit que erat ſuper tabernaculū. Et ecce Maria apparuit candens lepra quaſi nix. Cumq; reſpexiſſet eam Aaron et vidiſſet perfuſam lepra: ait ad Moyſen. Obſecro domine mi: ne imponas nobis hoc peccatum qḋ ſtulte commiſimus ne fiat hec quaſi mortua: et vt abortiuum quod proijcitur de vulua matris ſue. Ecce iam mediū carnis eius deuorata eſt a lepra. Clamauitq; Moyſes ad dominum: dicēs. Deus obſecro ſana eam. Cui reſpondit dominꝰ Si pater eius ſpuiſſet in faciem illius: nonne debuerat ſaltem ſeptē diebus rubore ſuffundi. Separetur ſeptem diebus extra caſtra: et poſtea reuocabitur. Excluſa eſt itaq; Maria extra caſtra ſeptem diebus: et populus non eſt motus de loco illo donec reuocata eſt Maria.

B

Hebr.iij.a.

C

D

¶ C.S ¶ De miſſione exploratorum ad terram Chanaan: qualis ſit: et reportant in vecte vuam et fructus: reuertuntur poſt quadraginta dies: dicentes terram bonam: murmurat populus contra Moyſen. Capitulum.xiij.

A

Profectuſq; eſt populus de Aſeroth fixis tentorijs in deſerto Pharan. Ibiq; locutus eſt dñs ad Moyſen dicens. Mitte viros qui conſiderent terram Chanaan quam daturus ſum filijs Iſrael: ſingulos de ſingulis tribubus ex principibus. Fecit Moyſes qḋ dñs imperauerat de deſerto Pharam mittens principes viros: quorum iſta ſunt nomina. De tribu ruben: Semmua filium Zechur. De tribu Symeon: Saphat filium Huri. De tribu Iuda: Caleb filium Iephone: De tribu Iſachar: Igal filiū Ioſeph. De tribu ephraim: Oſee filiū Nun. De tribu Beniamin: Phalti filium Raphu. De tribu Zabulon: Geddihel filium Sodi. De tribu Ioſeph: ſceptri manaſſe: Gaddi filium Suſi. De tribu Dan Amihel filium Gemalli. De tribu Aſer: Sthur filium Michael. De tribu Neptalim: Naabi filiū Naphſi. De tribu Gad: Guel filium Machi. Hec ſunt nomina virorum quos miſit Moyſes ad conſiderandam terram: vocauitq; Oſee filium Nun Ioſue. Miſit ergo eos Moyſes ad conſiderandam terram Chanaan: et dixit ad eos. Aſcendite ad meridianam plagam. Cumq; veneritis ad montes conſiderate terraȝ qualis ſit: populum qui inhabitator eſt eius: vtrum fortis ſit an infirmus: pauci numero an plures: ipſa terra bona an mala: vrbes quales murate an abſq; muris: humus pinguis an ſterilis. Nemoroſa an abſq; arboribus. Confortamini et afferte nobis de fructibus terre. Erat auteȝ tempus quando iam precoque vue veſci poſſunt. Cumq; aſcendiſſent explorauerunt terram a deſerto Sin: vſq; Roob intrantibus Emath. Aſcenderuntq; ad meridiem et venerunt in hebron: vbi erant Achimam et Siſai et Tolmai filij Enach: nam Hebron ſeptem annis ante Thanim vrbem Egypti condita eſt. Pergenteſq; vſq; ad Torrenteȝ Botri: abſciderunt palmitem cum vua ſua queȝ portauerunt in vecte duo viri. De malis quoq; granatis et de ficis loci illius tulerūt qui appellatus eſt Nehelescbol: id eſt torrēs botri: eo ꝙ botrum portaſſent inde filij Iſrael. Reuerſiq; exploratores terre poſt quadraginta dies omni regione circuita: venerunt ad Moyſen et ad Aaron et ad omnem cetum filiorum Iſrael in deſertum Pharam quod eſt in Cades. Locutiq; eis: et omni multitudini oſtenderunt fructus terre et narrauerunt dicentes. Venimus in terram ad quaȝ miſiſtis nos: que reuera fluit lacte et melle: vt ex his fructibus cognoſci poteſt: ſed cultores fortiſſimos habet: et vrbes grandes atq; muratas. Stirpem Enach vidimus ibi. Amalech habitat in meridie: et Etheus et Hiebuſeus et Amorreus in montanis. Chananeꝰ vero moratur iuxta mare et circa fluenta iordanis. Inter hec caleb compeſcens murmur populi qui oriebatur contra Moyſen: ait. Aſcendamus et poſſideamus terrā quoniam poterimus obtinere eaȝ. Alij vero qui fuerant cum eo dicebant. Nequaq; ad hunc populum valemus aſcēdere: quia fortior nobis eſt. Detraxeruntq; terre quam inſpexerāt apud filios Iſrael: dicētes. Terra quam luſtrauimus: deuorat habitatores ſuos. Populus quem aſpeximus procere ſtature eſt. Ibi vidimus monſtra quedam filiorum Enach de genere giganteo quibus comparati quaſi locuſte videbamur.

B

C

Deu.j.d. Vua a duobus viris apportať.

D

Iu.viij.b.

Baruch. iij.c.

¶ Capituli. Summarium ¶ Flet populus et murmurat: Caleb et Ioſue terram laudant: Dominus iraſcitur: Moyſes eum placat: In deſerto moriuntur exploratores: et Populus ab Amalech ceditur. Capitulum.xiiij.

A Gitur vociferans
omnis turba fleuit nocte illa
⁊ murmurati ſunt cõtra Moy
ſen ⁊ Aaron cuncti filij Iſra
el: dicentes. Utinam mortui
eſſemus in Egypto: ⁊ nõ in
hac vaſta ſolitudine. Utinam pereamus ⁊ nõ in
ducat nos dñs in terrã iſtã ne cadamus gladio:
⁊ vxores ac liberi noſtri ducantur captiui. Non
Eccliaſtici xlvj.b. ne melius eſt reuerti in Egyptum. Dixeruntq̃
alter ad alterum. Conſtituamus nobis ducem ⁊
j.Mac.ij.f reuertamur in Egyptum. Quo audito Moyſes
⁊ Aaron ceciderunt proni in terram corã omni
multitudine filiorum Iſrael. At vero Joſue fili⁹
B Nun ⁊ Caleb filius Jephone: qui ⁊ ipſi luſtra
uerunt terram: ſciderunt veſtimẽta ſua ⁊ ad om
nem multitudinẽ filiorũ Iſrael locuti ſunt. Ter
ram quam circuiuimus valde bona eſt. Si propi
tius fuerit dñs inducet nos in eam ⁊ tradet hu
mum lacte ⁊ melle manantem. Nolite rebelles
eſſe contra dominum: neq̃ timeatis populũ ter
re huius: quia ſicut panem ita eos poſſumus de
uorare. Receſſit ab eis omne preſidium: domin⁹
vobiſcum eſt: nolite timere. Cunq̃ clamaret om
nis multitudo ⁊ lapidibus eos vellet opprimere:
apparuit gloria domini ſuper tectũ federis cũ
ctis videntibus filijs Iſrael. Et dixit domin⁹ ad
Moyſen. Uſq̃ quo detrahet mihi populus iſte.
Quouſq̃ nõ credent mihi in omnib⁹ ſignis que
feci coram eis. Feriam igitur eos peſtilentia at
q̃ conſumam: te autem faciam principem ſuper
C gentem magnã ⁊ fortiorẽ q̃ hec eſt. Et ait Moy
ſes ad dominum. Ut audiant Egyptij de quorũ
medio eduxiſti populũ iſtum: ⁊ habitatores ter
re huius qui audierunt q̃ tu dñe in populo iſto
ſis: ⁊ facie videaris ad faciem: et nubes tua pro
Exo.xiij.d tegat illos: ⁊ in columna nubis precedas eos per
diem: ⁊ in columna ignis per noctem: ⁊ occideris
Exo.xxxij. c. tantam multitudinem quaſi vnum hominem: et
dicant. Non poterat introducere populũ in ter
ram pro qua iurauerat: idcirco occidit eos in ſo
litudine. Magnificetur ergo fortitudo dñi ſicut
iuraſti: dicens. Dñs patiens ⁊ multe miſericor
die: auferens iniquitatem ⁊ ſcelera: nullũq̃ inno
xium derelinquens: qui viſitas peccata patrum
in filios: in tertiam ⁊ quartam generationes. Di
D mitte obſecro peccatum populi tui huius ſcdʒ ma
gnitudinem miſericordie tue: ſicut propitius fui
ſti egredientibus de Egypto vſq̃ ad locum iſtũ.
Dixitq̃ dñs. Dimiſit iuxta verbum tuum. Ui
uo ego ⁊ implebitur gloria dñi ſuper vniuerſã ter
ra. Attamen omnes homines qui viderunt ma
ieſtatem meam ⁊ ſigna que feci in Egypto ⁊ in
ſolitudine: ⁊ tentauerunt me iam per decem vi
ces nec obedierunt voci mee: nõ videbunt terrã
pro qua iuraui patribus eorũ: nec quiſq̃ ex illis
Deut.j.f. qui detraxit mihi intuebit eam. Seruũ meũ Ca
Joſue.xiiij b. leb qui plenus alio ſpiritu ſecutus eſt me: indu
cam in terram hanc quã circuiuit: ⁊ ſemen eius
poſſidebit eam: qm̃ Amalechites ⁊ Chananeus
habitãt in vallibus. Cras mouete caſtra ⁊ reuer E
timini in ſolitudinẽ per viam maris rubri. Locu
tuſq̃ eſt dñs ad Moyſen et Aaron: dicens: Uſq̃
quo multitudo hec peſſima, murmurat contra
me: Querelas filiorum Iſrael audiui. Dic ergo
eis: Uiuo ego ait dñs: ſicut locuti eſtis audiẽte j.xxvj.
me: ſic faciam vobis. In ſolitudine: hac iacebũt xxxij.b
cadauera veſtra. Oẽs qui numerati eſtis a vigin lxxvj.
ti annis ⁊ ſupra ⁊ murmuraſtis contra me non ieiuni
intrabitis terram ſuper quã leuaui manũ meã xxij.c
vt habitare vos facerem: preter Caleb filium Je c. diſp
phone ⁊ Joſue filiũ Nun. Paruulos autem ve ⁊ qõ
ſtros de quib⁹ dixiſtis: q̃ prede hoſtibus forẽt: ergo.
introducam vt videant terram que vobis diſpli
cuit. Ueſtra cadauera iacebũt in ſolitudine. Fi
lij veſtri erunt vagi in deſerto annis quadragin F
ta: ⁊ portabunt fornicationem veſtram donec con
ſumantur cadauera patrum in deſerto: iuxta nu
merum quadraginta dierum quibus conſidera
ſtis terrã. Annus pro die imputabitur. Et qua
draginta annis recipietis iniquitates veſtras ⁊ Ezech.
ſcietis vltionem meam. Quoniam ſicut locutus iiij.b.
ſum: ita faciam omni multitudini huic peſſime:
que conſurrexit aduerſũ me. In ſolitudine hac
deficiet ⁊ morietur. Igitur oẽs viri quos miſe
rat Moyſes ad contemplãdam terram: ⁊ qui re
uerſi murmurare fecerant cõtra eũ omnem mul
titudinem detrahentes terre q̃ eſſet mala mor
tui ſunt atq̃ percuſſi in cõſpectu dñi. Joſue au j.Cori.
tem filius Nun: ⁊ Caleb filius Jephone vixe Judic.
runt ex omnibus qui perrexerant ad cõſideran c.
dam terram. Locutuſq̃ eſt Moyſes vniuerſa ver G
ba hec ad oẽs filios Iſrael: ⁊ luxit populus ni
mis. Et ecce mane primo ſurgentes: aſcẽderũt
vertices montis: atq̃ dixerunt: Parati ſumus
aſcendere ad locum de quo dñs locutus eſt: quia
peccauimus. Quibus Moyſes: Cur inquit trãſ
gredimini verbũ dñi: quod vobis non cedet in Deut.
proſperum: Nolite aſcendere: nõ eñ eſt dñs vo
biſcũ ne corruatis corã inimicis veſtris. Amale
chites ⁊ Chananeus ante vos ſunt: quorum gla
dio corruetis: eo q̃ nolueritis acquieſcere dño:
nec erit dominus vobiſcum. At illi contenebrati
aſcenderunt in vertices montis. Arca autẽ teſta
menti domini ⁊ Moyſes non receſſerunt de ca
ſtris: Deſcenditq̃ Amalechites ⁊ Chananeus
qui habitabãt in mõtibus: ⁊ percutiẽs eos atq̃
concidens: perſecutus eſt eos vſq̃ ad Horma.

¶ Capi. Sũma. ¶ De libamentis offerendis et primitijs ſeparãdis: de peccãte per ignorantiam: vel anima tam indigena q̃ aduena: de peccante per ſuperbiam: de colligente ligna in ſabbato: de fimbrijs hiacynthinis ponendis in angulis palliorum.

Capitulum. xv.

 Ocutuſq̃ eſt domin⁹
ad Moyſen: dicẽs loquere ad A
filios Iſrael: et dices ad eos:
Cum ingreſſi fueritis terram ha
bitationis veſtre quam ego dabo

vobis:⁊ feceritis oblationem domino in holocau
ſtum aut victimam pacificam vota ſoluentes vel
ſponte offerentes munera:aut in ſolennitatibus
veſtris adolentes odorem ſuauitatis domino de
bobus ſiue de ouibus offerret quicunq͞ꝫ immola
uerit victimam ſacrificium ſimile decimam par-
tem Ephi conſperſam oleo:qđ menſuram habe
bit quartā partē hin:⁊ vinū ad liba fundēda eiuſ
B dem menſure dabit in holocauſtum ſiue in victi-
mam. Per agnos ſingulos ⁊ arietes erit ſacrifi-
cium:ſimile duaruꝫ decimarū: que conſperſa ſit
oleo tertie partis hin:⁊ vinū ad libamentum ter
tie partis eiuſdem menſure offeret in odorē ſua-
uitatis dn̄o. Cū vero de bobus feceris holocau-
ſtum aut hoſtiam vt impleas votū vel pacificas
victimas:dabis per ſingulos boues ſimile tres
decimas conſperſe oleo qđ habeat modiū menſu
re hin:⁊ vinum ad liba fundenda eiuſdē menſure
C in oblationem ſuauiſſimi odoris dn̄o. Sic facies
per ſingulos boues ⁊ arietes ⁊ agnos ⁊ hedos.
Tam indigene ꝙ̄ peregrini eodem ritu offerent
ſacrificia. Unū preceptū erit atq͞ꝫ iudiciū tam vo
bis ꝙ̄ aduenis terre. Locut⁹ eſt dn̄s ad Moyſen
dicens. Loquere filijs Iſrael ⁊ dices ad eos: Cū
veneritis in terrā quā dabo vobis: ⁊ comederi-
tis de panibus regionis illius:ſeparabitis primi
tias dn̄o de cibis vr̄is. Sicut de areis ꝑmitias:ſe
parabitis ita ⁊ de pulmentis dabitis primitiua
dn̄o. Qđ ſi per ignorantiā ꝑterieritis quicq͞ꝫ ho
rū que locut⁹ eſt dn̄s ad moyſen ⁊ mādauit ꝑ eū
ad vos:a die qua cepit iubere ⁊ vltra:oblitaq͞ꝫ fue
rit facere multitudo:offeret vitulū de armēto ho
locauſtū in odorē ſuauiſſimū dn̄o:⁊ ſacrificiū ei⁹
ac liba vt cerimonie poſtulāt:hircūq͞ꝫ pro pecca-
to:⁊ rogabit ſacerdos pro omni multitudine fi-
liorum Iſrael:⁊ dimittet eis:qm̄ nō ſpōte pecca
uerunt:nihilominus offerētes incenſuꝫ dn̄o pro
ſe ⁊ pro peccato atq͞ꝫ errore ſuo:⁊ dimittet vni-
uerſe plebi filiorū Iſrael ⁊ aduenis que peregri
nātur inter eos:qm̄ culpa eſt omnis populi per
D ignorantiā. Qđ ſi aīa vna neſciens peccauerit:of
feret caprā anniculā pro peccato ſuo:⁊ deprecabi
tur pro ea ſacerdos ꝙ inſcia peccauerit corā dn̄o
impetrabitq͞ꝫ ei veniā ⁊ dimittet illi. Tam indige
nis ꝙ̄ aduenis vna lex erit omnium qui peccaue
rint ignorantes. Aīa vero que per ſuperbiam ali-
quid cōmiſerit:ſiue ciuis ſit ille ſiue peregrinus:
qm̄ aduerſus dn̄m rebellis fuit peribit de popu
De colligē te ligna ſabbato lapidato. lo ſuo. Verbū eīn dn̄i cōtempſit ⁊ preceptū illi⁹
fecit irritum:idcirco delebitur ⁊ portabit iniqui
tatem ſuam. Factum eſt autem cū eſſent filij iſrl'
in ſolitudine ⁊ inueniſſent hominem colligenteꝫ
xxiij.q.v.c. qđ ḡ in fi. ð pe.diſ.iij.c. querat. ligna in die ſabbati:obtulerunt eū Moyſi ⁊ Aa
ron ⁊ vniuerſe multitudini. Qui recluſerūt eū in
carcerem:neſcientes qđ ſuper eo facere deberēt.
Dixitq͞ꝫ dn̄s ad Moyſen. Morte moriat homo
iſte:obruat eū lapidibus oīs turba extra caſtra.
Deu. xxij. b. Cumq͞ꝫ eduxiſſent eum foras:obruerūt eū lapi-
dibus ⁊ mortu⁹ eſt ſicut ꝑceperat dn̄s. Dixit q͞ꝫ
dn̄s ad Moyſen: Loquere filijs Iſrael ⁊ dices
ad eos vt faciant ſibi fimbrias per angulos quat
tuor palliorū:ponentes in eis vittas hiacynthi
nas. Quas cū viderint recordent oīm mādatorū
dn̄i:ne ſequantur cogitatiōes ſuas ⁊ oculos per
res varias fornicantes:ſed magis memores pre-
ceptorum domini faciāt ea:ſintq͞ꝫ ſancti deo ſuo.
Ego dominus deus veſter:qui eduxi vos de ter
ra Egypti:vt eſſem deus veſter.

¶ Capi. Sūma. ¶ De pena ſciſmatis:de am
bitione dathan ⁊ Abiron: de Thuribulis allatis:
ignis deuorat Chore: Dathan ⁊ Abiron cum
alijs offerentibus incenſum precepit Dominus
Thuribula tolli ⁊ diſpergatur ignis: Murmu-
rat iterum populus quare occiduntur quattuor
decim milia et ſeptingenti. Capl'm. xvj.

ECce autem Chore A
filius Iſaar: filij Caath : filij Sciſma ꝫ
Leui:⁊ Dathan atq͞ꝫ Abiron Moyſen a
filij Eliab: Hon q͞ꝫ filius phe- Chore am-
leph de filijs Ruben : ſurrexe- bitioſo.
runt contra Moyſen alijq͞ꝫ fi-
liorū Iſrael ducēti quinquagin
ta viri ꝓceres ſynagoge:⁊ qui tpe cōſilij per no-
mina vocabant. Cūq͞ꝫ ſtetiſſent aduerſuꝫ Moy-
ſen ⁊ Aaron dixerūt. Sufficiat vobis q: oīs mul
titudo ſanctorū eſt ⁊ in ipſis eſt dn̄s. Cur eleua-
mini ſuper populum domini: Qđ cum audiſſet
Moyſes:cecidit pronus in facie: Locutuſq͞ꝫ ad
Chore ⁊ ad omnem multudinem: Mane inquit
notum faciet dominus qui ad ſe pertineant : et
ſanctos applicabit ſibi :et quos elegerit appro-
pinquabunt ei . Hoc igitur facite . Tollat vnuſ-
quiſq͞ꝫ Thuribulum ſuum:tu Chore et omne cō
cilium tuum:⁊ hauſto cras igne ponite deſuper
thymiama coram dn̄o:⁊ quemcūq͞ꝫ elegerit: ipſe
erit ſanctus Multū erigimini filij Leui . Dixit B
q͞ꝫ rurſum ad Chore: Audite filij Leui. Num pa
rum vobis eſt ꝙ ſeparauerit vos deus Iſrael ab
omni populo:⁊ iūxit ſibi vt ſeruiretis ei in cultu
tabernaculi ⁊ ſtateris corā frequētia populi ⁊ mi
niſtraretis ei. Idcirco ad ſe fecit accedere te et
omnes fratres tuos filios leui:vt vobis etiaꝫ ſa-
cerdotium vendicetis. ⁊ oīs globus tuus ſtet cō
tra dn̄ꝫ. Quis eſt enim Aaron vt murmuretis ꝫ

eum: Miſit ergo Moyſes vt vocaret Dathã
et Abiron filios Eliab. Qui reſponderunt. Non
veniemus. Nunquid parum eſt tibi ꝙ eduxiſti
nos de terra egypti que lacte et melle manabat:
vt occideres in deſerto: niſi et dñatus fueris no
C ſtri? Reuera induxiſti nos in terram q̃ fluit riuis
lactis ⁊ mellis ⁊ dediſti nobis poſſeſſiones agro
rum et vinearum. An ⁊ oculos noſtros vis erue
re: Non veniemus. Iratuſqꝫ Moyſes valde:
ait ad dominum. Ne reſpicias ſacrificia eorum.
Tu ſcis ꝙ nec aſelum quidẽ vnqꝫ acceperim ab
eis: nec afflixerim quempiã eorum. Dixitqꝫ ad
chore: Tu et oĩs congregatio tua ſtate ſeorſum
corã domino ⁊ Aaron die craſtino ſeparati. Tol
lite ſinguli thuribula veſtra ⁊ ponite ſuper ea in
cẽſum offerentes domino ducenta quinquagin-
ta thuribula: Aaron quoqꝫ teneat thuribulum
ſuũ. Qđ cum feciſſent ſtantibus Moyſe ⁊ Aa-
ron: ⁊ coaceruaſſent aduerſum eos omnes multi
tudinem ad oſtium tabernaculi: apparuit cun-
ctis gloria domini. Locutuſqꝫ dominꝰ ad Moy
ſen ⁊ Aaron: ait. Separamini de medio cõgrega
iij.q.j.c.de tionis huius vt eos repente diſperdã. Qui ceci
niqꝫ.xxiiij. derunt proni in facies atqꝫ dixerunt. Fortiſſime
q.j.⁊.c.didi deus ſpirituũ vniuerſe carnis: num vno peccan
cimus.⁊.q. te contra omnes ira tua deſeuiet: Et ait domi-
iij.c.j. nus ad Moyſen. Precipe vniuerſo populo vt
D ſeparetur a tabernaculis Chore ⁊ Datham et
Chore. Abiron. Surrexitqꝫ Moyſes ⁊ abijt ad Datã
Datham. ⁊ Abiron ⁊ ſequentibus eum ſenioribus Iſrael
Abiron. dixit ad turbam: Recedite a tabernaculis homi
Punitio num impiorum: ⁊ nolite tangere que ad eos per
grauiſſima tinent: ne inuoluamini in peccatis eorum. Cum
j.q.j.c. ſi q̇ qꝫ receſſiſſent a tentorijs eorum per circuitum.
in fi. Dathan ⁊ Abiron egreſſi ſtabant in introitu pa
pillionum ſuorum cũ vxoribus ⁊ liberis: omni
qꝫ frequentia. Et ait Moyſes. In hoc ſcietis ꝙ
dominus miſerit me vt facerem vniuerſa q̃ cer-
nitis ⁊ nõ ex proprio ea corde protulerim. Si cõ
ſueta hominũ morte interierit: ⁊ viſitauerit eos
plaga qua ⁊ ceteri viſitari ſolent: nõ miſit me do
E minus. Sin autem nouam rem fecerit dominus:
vt aperiens terra os ſuũ deglutiat eos ⁊ omnia
que ad illos pertinẽt deſcẽderintqꝫ viuẽtes in in
Deu.xj.a. fernum: ſcietis ꝙ blaſphemauerint dñm. Confe-
ſtim igitur vt ceſſauit loqui: dirupta eſt terra ſub
pedibus eorũ ⁊ apperiens os ſuum deuorauitꝰ il-
ps.ciij. los cũ tabernaculis ſuis ⁊ vniuerſa ſubſtãtia eorũ.
Deſcenderuntqꝫ viui in infernũ operti humo: ⁊
perierunt de medio multitudinis. At vero oĩs Iſ-
rael qui ſtabat per gyrum fugit a clamore pereũ-
j.xvj.a. tium: dicens: ne forte ⁊ nos terra deglutiat. Sed
⁊ ignis egreſſus a dño interfecit ducentoſquin-
quaginta viros qui offerebãt incẽſum: Locutuſ
qꝫ eſt dñs ad Moyſen dicens: Precipe Eleaza-
ro filio Aaron ſacerdotis vt tollat thuribula que
iacent in incendio ⁊ ignem huc illucqꝫ diſpergat
quoniam ſanctificata ſunt in mortibus peccato-
rum: producatqꝫ ea in laminas ⁊ affigat altari: eo
ꝙ oblatum ſit in eis incenſum domino: et ſancti-
ficata ſint vt cernant ea pro ſigno ⁊ monimento

filij Iſrael. Tulit ergo Eleazar Sacerdos Thu- F
ribula enea in quibus obtulerant hi quos incen-
dium deuorauit: et produxit ea in laminas affi-
gens altari vt haberent poſtea filij Iſrael qui-
bus commonerentur: ne quis accedat alienige-
na: et qui non eſt de ſemine Aaron ad offeren- .Reg
dum incenſum domino: ne patiatur ſicut paſſus
eſt chore ⁊ omnis congregatio eius loquente do
mino ad Moyſen. Murmurauit autem omnis
multitudo filiorum Iſrael ſequenti die contra
Moyſen ⁊ Aaron: dicens: Vos interfeciſtis po-
pulum Domini: Cumqꝫ oriretur ſeditio ⁊ tu-
multus increſceret: Moyſes ⁊ Aaron fugerunt
ad tabernaculum federis. Quod poſtqꝫ ingreſſi
ſunt: operuit nubes ⁊ apparuit gloria Domini. G
Dixitqꝫ Dominꝰ ad Moyſen. Recedite de me-
dio huius multitudinis etiam nunc delebo eos.
Cumqꝫ iacerent in terra: dixit Moyſes ad Aa-
ron. Tolle Thuribulum et hauſto igne de altari
mitte incenſum deſuper: pergens cito ad popu- Sapi.
lum vt roges pro eis. Iam enim egreſſa eſt ira a D.
Domino: et plaga deſeuit. Quod cum feciſſet
Aaron ⁊ cucurriſſet ad mediam multitudinem
quam iam vaſtabat incendium obtulit Thymia- Numer
ma: et ſtans inter mortuos ac viuentes: pro po- mortuo
pulo deprecatus eſt: et plaga ceſſauit. Fuerunt xiiij. m
autem qui percuſſi ſunt quattuordecim milia cccccc.
hominum et ſeptingenti abſqꝫ his qui perie-
rant in ſeditione Chore. Reuerſuſqꝫ eſt Aaron
ad Moyſen ad oſtium tabernaculi federis poſt-
qꝫ quieuit interitus.

¶ C.S. ¶ De virga Aaron que floruit inter alias virgas filiorum Iſrael. Filij Iſrael ſe conſumptos Moyſi dicunt.

Capitulum. xvij.

ET locutus eſt domi- A
nus ad Moyſen: dicens. Lo-
quere ad filios Iſrael: et acci-
pe ab eis virgas ſingulas per
cognatiões ſuas a cunctis pri- Pri
cipibus tribuum virgas duo- ſacer
decim: et vniuſcuiuſqꝫ nomen bus.
ſuperſcribes virge ſue. Nomẽ autem Aaron erit
in tribu Leui: ⁊ vna virga cunctas eorum fami-
lias continebit: poneſqꝫ eas in tabernaculo Fe- B
deris coram teſtimonio vbi loquar ad te. Quem
ex his elegero germinabit virga eius: et cohibe
bo a me querimonias Filiorum Iſrael: Qui-
bus contra vos murmurant. Locutuſqꝫ eſt
Moyſes ad Filios Iſrael: et dederunt ei om- C
nes principes virgas per ſingulas tribus. Fue-
runtqꝫ virge duodecim abſqꝫ virga Aaron. Quas
cum poſuiſſet Moyſes coram Domino in ta-
bernaculo teſtimonij: ſequenti die regreſſus in-
uenit germinaſſe virgam Aaron in domo Leui:
⁊ turgentibus gemmis eruperant flores qui fo-
lijs dilatatis in amygdalas deformati ſunt. Pro-
tulit ergo Moyſes oẽs virgas de conſpectu do-

D miní ad cunctos filios Iſrael: videruntq; ⁊ rece-
perunt ſinguli virgas ſuas. Dixitq; Dominus
ad Moyſen. Refer virgam Aaron in tabernacu-
lum teſtimonij: vt ſeruetur ibi in ſignū rebellius
filiorū Iſrael: ⁊ quieſcant querele eorū a me. Ne
Reg. ij. moriant. Fecitq; Moyſes ſicut preceperat dñs.
Dixerūt aūt filij Iſrael ad Moyſen. Ecce con-
ſumpti ſumus oēs peribimus. Quicūq; accedit
ad tabernaculum dñi moritur. Nū vſq; ad in-
ternitionem cuncti delendi ſumus.

Capitu. Summa. De onere ⁊ dignitate
Aaron. ⁊ excubijs leuitarū: primitie ſacerdotib⁹
decime leuitis aſſignantur: ⁊ reddunt leuite de-
cimam decime Aaron. Capitulū. xviij.

A Dixitq; dominus ad
Aaron. Tu ⁊ filij tui et domus
patris tui tecū portabitis ini-
quitatem ſanctuarij: ⁊ tu ⁊ filij
tui ſimul ſuſtinebitis peccata
ſacerdotij veſtri. Sed ⁊ fratres
tuos de tribu Leui: ⁊ ſceptro
patris tui ſume tecum preſtoq; ſint ⁊ miniſtrent
tibi. Tu autē ⁊ filij tui miniſtrabitis in taberna-
culo teſtimonij. Excubabuntq; Leuite ad prece-
pta tua ⁊ ad cūcta opera tabernaculi: ita dūtaxat
vt ad vaſa ſanctuarij ⁊ altare nō accedant ne ⁊ il-
li moriant: ⁊ vos pereatis ſimul. Sint aūt tecum
⁊ excubent in cuſtodijs tabernaculi ⁊ in oībus ce-
rimonijs ei⁹. Alienigena nō miſcebit vobis. Ex-
cubate in cuſtodia ſanctuarij ⁊ in miniſterio alta-
ris: ne oriat indignatio ſuper filios Iſrael. Ego
dedi vobis fratres veſtros leuitas de medio filio-
rum Iſrael: ⁊ tradidi donū domino vt ſeruiāt in
miniſterijs tabernaculi eius. Tu autē ⁊ filij tui
cuſtodite ſacerdotium veſtrum: ⁊ omnia que ad
cultum altaris pertinent ⁊ que intra velum ſunt
per ſacerdotes adminiſtrabunt. Si quis exter-
Primitie ſacerdotibus. nus acceſſerit: occidet. Locutuſq; eſt dñs Aaron
Ecce dedi tibi cuſtodiā primitiarū mearū. Om-
nia que ſanctificantur a filijs Iſrael: tradidi tibi
B ⁊ filijs tuis pro officio ſacerdotali legitima ſem-
piterna. Hec ergo accipies de his que ſanctificā-
tur ⁊ oblata ſunt dño. Ois oblatio ⁊ ſacrificium
⁊ quicquid pro peccato atq; delicto reddit mihi
⁊ cedit in ſancta ſanctorum: tuum erit ⁊ filiorum
tuorum. In ſanctuario comedes illud. Mares
tm̄ edent ex eo quia conſecratū eſt domino. Pri-
mitias autem quas vouerint ⁊ obtulerint filij
Iſrael: tibi dedi ⁊ filijs tuis: ac filiabus tuis iure
perpetuo. Qui mundus eſt in domo tua veſcet
eis. Omnem medulam olei et vini ac frumenti
quicquid offerunt primitiarum domino tibi de-
di. Uniuerſa frugum initia que gignit humus ⁊
domino deportantur cedent in vſus tuos. Qui
C mundus eſt in domo tua: veſcetur eis. Omne qđ
ex voto reddiderint filij Iſrael: tuum erit. Quic-
quid primū erumpet e vulua cuncte carnis quā
offerunt domino ſiue ex hominibus ſiue de pec-
coribus fuerit tui iuris erit: ita dumtaxat vt pro
hominis primogenito precium accipias: ⁊ omne
animal quod immūdum eſt redimi facias: cuius
redēptio erit poſt vnum menſem: ſiclis argenti
quinq; pondere ſanctuarij. Siclus viginti obo- g.iij.g.
los habet. Primogenita aūt bouis ⁊ ouis ⁊ ca- Exo. xiij. b.
pre non facies redimi: q: ſanctificata ſunt domi- Leuitici. xxvij. c.
no. Sanguinē tantū eorū fundes ſuper altare: et
adipes adolebis in ſuauiſſimū odorem dño. Car- Eze. xlv. c.
nes vero in vſum tuū cedent: ſicut pectuſculum
conſecratum ⁊ armus dexter tua erunt. Omnes
primitias ſanctuarij quas offerūt filij Iſrael do-
mino: tibi dedi ⁊ filijs ac filiab⁹ tuis iure ꝑpetuo.
Pactum ſalis eſt ſempiternū corā dño tibi ac fi-
lijs tuis. Dixitq; dñs ad Aaron. In terra eorū Deu. xxviij. a.
nihil poſſidebitis: nec habebitis partē inter eos.
Ego pars ⁊ hereditas tua in medio filiorū Iſrael Decime leuitis.
Filijs aūt Leui dedi oēs decimas Iſrael in poſ-
ſeſſionem pro miniſterio quo ſeruiūt mihi in ta-
bernaculo federis ⁊ non accedant vltra filij Iſra-
el ad tabernaculum: nec cōmittant peccatū mor-
tiferum: ſolis filijs Leui mihi in tabernaculo ſer-
uientibus ⁊ portantibus peccata populi. Legiti-
mum ſempiternū erit in generatiōibus veſtris. D
Nihil aliud poſſidebūt decimarū oblatione con- Deu. xviij. a
tenti quas in vſus eorū ⁊ neceſſaria ſeparaui. Lo-
cutuſq; eſt dñs ad Moyſen dicens. Precipe Le-
uitis atq; denuncia. Cū acceperitis a filijs Iſra-
el decimas quas dedi vobis primitias earum of-
ferte domino: id eſt decimā partem decime: vt re-
putetur vobis in oblationē primitiuorum tam de
areis q̄ de torcularibus ⁊ vniuerſis quorū accipi-
tis primitias offerte dño: ⁊ date ea Aaron ſacer-
doti. Omnia que offertis ex decimis: ⁊ in dona-
ria dñi ſeparabitis optima ⁊ electa erūt cuncta.
Diceſq; ad eos. Si preclara ⁊ meliora queq; ob-
tuleritis ex decimis: reputabitur vobis quaſi de
area et torculari dederitis primitias: ⁊ comede-
tis eas in oībus locis vrīs tam vos q̄ familie vre
q: precium eſt pro miniſterio quo ſeruitis in ta-
bernaculo teſtimonij: ⁊ nō peccabitis ſuper hoc
egregia vobis ⁊ pinguia reſeruantes: ne pollua-
tis oblationes filiorum Iſrael ⁊ moriamini.

Capituli. Summarium. De vacca rufa
de moriente in tabernaculo: de vaſe non haben-
te operculum: de tangente cadauer hominis: de
anima expiationis. Capitulum. xix.

A Locutuſq; eſt domi-
nus ad Moyſen ⁊ Aaron: di-
cens. Iſta eſt religio victime
quam conſtituit dñs. Preci-
pe filijs Iſrael vt adducāt ad
te vaccam rufam etatis inte-
gre in qua nulla ſit macula: nec Heb. ix. a
portauerit iugum: tradeſq; eam Eleazaro ſacer-
doti. Qui eductā extra caſtra: immolabit in con-
ſpectu oim: ⁊ tingēs digitū in ſanguine ei⁹ aſper-
get contra fores tabernaculi ſeptē vicibus cōbu-

retqꝫ eam cunctis videntibus tam pelle et carni
bus eis ꝙ ſanguine in fimo flamme traditis. Li
gnum quoqꝫ cedrinum et hyſopum coccunqꝫ
bis tinctum ſacerdos mittet in flammam que
vaccam vorat. Et tunc demum lotis veſtibus et
B corpore ſuo ingredietur in caſtra: cōmaculatuſqꝫ
erit vſqꝫ ad veſperum. Sed et ille qui combuſſe
rit eam: lauabit veſtimenta ſua et corpus: et im
mundus erit vſqꝫ ad veſperum. Colliget autē
vir mundus cineres vacce et effundet eos extra
caſtra in loco puriſſimo vt ſint multitudini filio
rum Iſrael in cuſtodiam et in aquam aſperſio-
ni: quia pro peccato vacca combuſta eſt. Cūqꝫ la
uerit q̇ vacce portauerat cineres veſtimēta ſua:
immundus erit vſqꝫ ad veſperū. Habebunt hoc
filij Iſrael et aduene qui habitant inter eos ſan
ctum iure perpetuo. Qui tetigerit cadauer ho-
minis: et propter hoc ſeptem diebus fuerit im-
mundus: aſpergetur ex hac aqua die tertio ꝛ ſep
C timo: et ſic mundabitur. Si die tertio aſperſus
nō fuerit ſeptimo non poterit emundari. Om-
nis qui tetigerit humane anime morticinū: ꝛ aſ-
perſus hac cōmixtione non fuerit polluet taber
naculum domini: et peribit ex Iſrael: quia aqua
expiationis non eſt aſperſus: immundus erit et
manebit ſpurcitia eius ſuper eum. Iſta eſt lex
hominis qui moritur in tabernaculo. Omnes
qui ingrediuntur tentorium illius et vniuerſa
vaſa que ibi ſunt polluta erunt ſeptem diebus.
Vas qđ non habuerit operculum nec ligaturā
de ſuper immundum erit. Si quis in agro teti-
gerit cadauer occiſi hominis aut per ſe mortui:
D ſiue os illius vel ſepulchrū: immundus erit ſep
tem diebus. Tollētqꝫ de cineribus combuſtiōis
atqꝫ peccati: et mittent aquas viuas ſuper eos
in vas: in quibus cum homo mundus tinxerit
hyſopum: aſperget ex eo omne tentorium et cun
ctam ſuppelectilem: ꝛ homines huiuſcemodi cō
tagione pollutos: atqꝫ hoc modo mūdus luſtra
bit immundum tertio et ſeptimo die. Expiatuſ
qꝫ die ſeptimo lauabit ſe et veſtimēta ſua: et im
mundus erit vſqꝫ ad veſperum. Si quis hoc ri-
tu non fuerit expiatus: peribit anima illius de
medio eccleſie: quia ſanctuarium domini polluit
et non eſt aqua luſtrationis aſperſus. Erit hoc
preceptum legitimum ſempiternum. Ipſe quo
qꝫ qui aſpergit aquas: lauabit veſtimenta ſua.
Omnis qui tetigerit aquas expiationis: immū-
dus erit vſqꝫ ad veſperum. Quicquid tetigerit
immundus: immundū faciet ꝛ anima que horū
quippiā tetigerit: immūda erit vſqꝫ ad veſperū.

¶ Capituli. Summarium. ¶ De morte ma-
rie: de murmuratione populi contra Moyſen
ex defectu aque: et dedit eis deus aquam: predi
xit deus Moyſi ꝛ Aaron non ingreſſuros in ter
ram promiſſionis: de nuncijs ad Edom: de mor
te Aaron in Monte Hor: et ſubſtitutione Ele-
azari loco eius: et fletu populi pro Aaron.

Capitulum. xx.

Veneruntqꝫ filij Iſ- A
rael ꝛ omnis multitudo in deſer
tum ſin: menſe primo: ꝛ manſit [Mor]tis
populus in cades. Mortuaqꝫ marie.
eſt ibi maria. ꝛ ſepulta eſt in eo Als.
dem loco. Cūqꝫ indigeret aqua
populus: conuenerunt aduer
ſum Moyſen ꝛ Aaron: ꝛ verſi in ſeditionē: dixe-
runt. Vtinam periſſemus inter fratres noſtros
coram domino. Cur eduxiſtis eccleſiam domini
in ſolitudinē vt: ꝛ nos et noſtra iumenta moria-
mur. Quare nos feciſtis aſcendere de egypto: Exo.
et eduxiſtis in locum iſtum peſſimum qui ſeri nō
poteſt: qui nec ficum gignit nec vineas: nec ma-
logranata: inſuper et aquam non habet ad bibē
dum. Ingreſſuſqꝫ Moyſes ꝛ Aarō dimiſſa mul
titudine in tabernaculum federis: corruerunt
proni in terram: clamaueruntqꝫ ad dominum
atqꝫ dixerunt. Domine deus audi clamorē hu
ius populi ꝛ aperi eis theſaurum tuum fontem
aque viue: vt ſatiati ceſſet murmuratio eorum. B
Et apparuit gloria domini ſuper eos. Locutuſ Exo.
qꝫ eſt dominus ad Moyſen: dicens: Tolle virgā b.
et congrega populū tu ꝛ Aaron frater tuus et
loquimini ad petrā corā eis: ꝛ illa dabit aquas
Cūqꝫ eduxeris aquā de petra: bibet omnis mul
titudo ꝛ iumenta eius. Tulit igitur Moyſes vir
gam que erat in cōſpectu domini: ſicut precepe
rat ei: congregata multitudine ante petram di- Fons
xitqꝫ eis: Audite rebelles et increduli: Num de lice
petra hac vobis aquā poterimꝰ eijcere. Cumqꝫ tur.
eleuaſſet moyſes manū percutiēs virga bis ſilicē
egreſſe ſunt aque largiſſime: ita vt populus bi-
beret et iumenta. Dixitqꝫ dominus ad Moy-
ſen ꝛ Aaron. Quia non crediſtis mihi vt ſancti C
ficaretis me coram filijs Iſrael nō introducetis Aqua
hos populos in terram quam dabo eis: Hec eſt [contradi]ctionis.
aqua contradictionis vbi iurgati ſunt filij Iſra- D.
el contra dominū: ꝛ ſanctificatus eſt in eis. Mi Ad edom
ſit inter ea nūcios Moyſes de cades ad regem nuncij mit
Edom: qui dicerent: Hec mandat frater tuus tuntur.
Iſrael: Noſti omnē laborē qui apprehēdit nos:
quomodo aſcenderint patres noſtri in egyptū
et habitauerimus ibi multo tempore: afflixerint
qꝫ nos egyptij ꝛ patres noſtros: ꝛ quomodo cla
mauerimus ad dominū: ꝛ exaudierit nos: mi-
ſeritqꝫ angelū qui eduxerit nos de egypto. Ec-
ce in vrbe cades que eſt in extremis finibus tuis
poſiti. obſecramus vt nobis tranſire liceat per
terram tuam. Non ibimus per agros nec per
vineas non bibemus aquas de puteis tuis: ſed
gradiemur via publica: nec ad dexteram nec ad
ſiniſtram declinātes: donec tranſeamus termi-
nos tuos. Cui reſpondit Edom: Non tranſibis
per me: alioquin armatꝰ occurrā tibi. Dixerūt
qꝫ filij Iſrael: Per tritā gradiemur viā: ꝛ ſi bibe
rimꝰ aquas tuas nos ꝛ pecora nr̄a: dabimus qđ
iuſtū eſt. Nulla erit in precio difficultas tantum
velociter tranſeamus. At ille reſpondit: Nō trā D
ſibitis. Statimqꝫ egreſſus eſt obuiꝰ cū infinita

multitudi͞e et manu forti: nec voluit acquieſcere
deprecanti: vt concederet tranſitum per fines
ſuos. Quamobrem diuertit ab eo Iſrael. Cũqꝫ
caſtra mouiſſent de cades: venerunt in montem
Hor: qui eſt in finibus terre Edom: vbi locutus
eſt dñs ad Moyſen: dicens: Pergat inq̇t Aarõ
ad populos ſuos. Non em̃ intrabit terram quã
dedi filijs Iſrael: eo ꝙ incredulus fuerit ori meo
ad aquas contradictionis. Tolle Aaron ⁊ filium
eius cum eo: ⁊ duces eos in montem Hor. Cũqꝫ
nudaueris patrem veſte ſua: indues ea Eleazarũ
filium eius: et Aaron colligetur ⁊ morietur tibi.
Fecit Moyſes vt preceperat dñs: ⁊ aſcenderunt
in montem Hor coram omni multitudine. Cũqꝫ
Aaron ſpoliaſſet veſtibus ſuis: induit eis Elea-
zarum filium eius. Illo mortuo in mõtis ſuper-
cilio: deſcendit cum Eleazaro. Omnis autẽ mul
titudo videns occubuiſſe Aaron: fleuit ſuper eo Deut.x.b.
triginta diebus per cunctas familias ſuas.

Capi. Sũma. De inuaſione Aradij contra Iſrael: ⁊ victoria poſt votum contra eũ: murmurat populus quare deus miſit in eum ſerpẽtes ignitos: ⁊ oratione Moyſi ſanatur populus Eneo ſerpẽte pro ſigno eleuato: de trãſitu Aarõ de puteo: de victoria contra Seon ⁊ Og. reges.

Capitulum.xxj.

A

Uod cum audiſſet
Chananeꝰ rex Arad: qui habi
tabat ad meridiẽ: veniſſe ſcilꝫ
Iſrael per exploratorũ viam:
pugnauit cõtra illum: ⁊ victor
exiſtens duxit ex eo predã. At
Iſrael voto ſe dño obligãs ait:
Princeps rex Arad. Si tradideris populũ iſtũ in manu mea: delebo
vrbes eius: Exaudiuitqꝫ dñs preces Iſrael: ⁊ tra
B didit Chananeũ: quẽ ille interfecit ſubuerſis vr-
bibus eius: ⁊ vocauit nomen loci illius Horma:
Murmuratio populi. id eſt anathema. Profecti ſunt autem de monte
Hor per viam que ducit ad mare rubrum: vt cir-
cuirent terram Edom. Et tedere cepit popu-
lum itineris ac laboris: locutuſqꝫ contra do-
minum ⁊ Moyſen ait: Cur eduxiſti nos de egy-
pto vt moreremur in ſolitudi͞e? Deeſt panis: nõ
ſunt aque: anima noſtra iam nauſeat ſuper cibo
iſto leuiſſimo. Quamobrem miſit dominus in po j.Cor.x.b.
pulum ignitos ſerpentes: ad quorum plagas et
mortes plurimorum venerunt ad Moyſen atqꝫ
dixerunt: Peccauimus: quia locuti ſumus con Judic.viij.
tra dominum ⁊ te: ora vt tollat a nobis ſerpen- c.
tes. Orauit Moyſes pro populo: et locutus eſt
dominus ad eum: Fac ſerpentem Eneum ⁊ po- E
ne eum pro ſigno. Qui percuſſus aſpexerit eum Joh.iij.b.
viuet. Fecit ergo Moyſes ſerpentem eneum et
poſuit pro ſigno. Quem cum percuſſi aſpicerent
ſanabantur. Profectiqꝫ filij Iſrael caſtrameta-
ti ſunt in Oboth. Unde egreſſi fixere tentoria
in Jeabarim in ſolitudine que reſpicit Moab
contra orientalem plagam: ⁊ inde mouentes: ve
nerunt ad Torrentem Zareth. Quem relinquen-
tes caſtrametati ſunt contra Arnon: qui eſt in de
ſerto: et prominet in finibus Amorrei. Siquidẽ
Arnon terminus eſt Moab: diuidens Moabi-
tas ⁊ ammorreos: Unde dicitur in libro bellorũ D
domini: Sicut fecit i mari rubro: ſic faciet in tor
rentibus Arnon. Scopuli torrentium inclinati
ſunt vt requieſcerent in Arnon: ⁊ recumberent
in finibus Moabitarum. Et ex eo loco appa-
ruit puteus: ſuper quo locutus eſt Dominus
ad Moyſen: congrega populum ⁊ dabo ei aquã.
Tunc cecinit Iſrael carmen iſtud: Aſcendat pu
teus: concinebant puteus quem foderunt princi
pes et parauerunt duces multitudinis in dato-
re legis et in baculis ſuis. Profectiqꝫ ſunt de g.xx.b.
ſolitudine Mathana in Nahaliel: de Naha- E
liel in Bamoth. Bamoth vallis eſt in regione
Moab in vertice Phalga quod reſpicit contra
deſertum. Miſit autẽ Iſrael nũcios ad Seon
Regem Ammorreorum: dicẽs. Obſecro vt trã- Deut.ij.e.
ſire mihi placeat per terram tuam: non declina- j.Mach.ij.
bimus in agros et vineas non bibemus aquas f.
ex puteis. Uia regia gradiemur donec tranſea-
mus terminos tuos. Qui concedere noluit vt
tranſiret Iſrael per fines ſuos: quin potius exer
citu congregato egreſſus eſt obuiam in deſertũ: Uictoria ſ.
⁊ venit in Jaſa pugnauitqꝫ cõtra eũ. A quo per- Seon regẽ
cuſſus eſt in ore gladij: ⁊ poſſeſſa eſt terra eius ab Ammorreo
Arnon vſqꝫ Jeboc: ⁊ filios Ammon: q: forti p̄ſi- rum.
dio tenebant termini Ammonitarũ. Tulit ergo F
Iſrael oẽs ciuitates eius: ⁊ habitauit in vrbibus
Ammorrei: in Eſebon ſcilicet ⁊ viculis eiꝰ. Urbs
Eſebon fuit Seon regis Ammorrei: qui pugna-
uit contra regem Moab ⁊ tulit oẽs terrã que di
tiõis illiꝰ fuerat vſqꝫ Arnon. Idcirco dicit in pro
uerbio: Uenite in Eſebon: edificet ⁊ conſtruat
ciuitas Seon. Ignis egreſſus eſt de Eſebon: flã
ma de oppido Seon. ⁊ deuorauit Arnon Moa-
bitarũ ⁊ habitatores excelſorũ Arnon. Ue tibi B
moab: perijſti popule chamos. Dedit filios eiꝰ
in fugã: ⁊ filias in captiuitatẽ regi Ammorreorũ
Seon. Jugũ ipſorũ diſperijt ab Eſebõ vſqꝫ dibõ
laſſi peruenerũt in Jophe ⁊ vſqꝫ medaba. Habita-
uitqꝫ iſrael in terra ãmorrei. Miſit itaqꝫ Moy-

Deu. iij. a. ⁊ xxix. Victoria ꝫ og regem baſan.

ſes qui explorarent Jaſer. Cuius ceperunt vicu
los: ⁊ poſſederūt habitatores. Verteruntq; ſe ⁊
aſcenderunt per viam baſan: et occurrit eis Og
rex baſan cum omni populo ſuo pugnaturus in
edrai. Dixitq; dominꝰ ad Moyſen: Ne timeas
eum: q: in manu tua tradidi illū: ⁊ omnē pplm:
ac terras eius. facieſq; illi ſicut feciſti Seon regi
ammorreorū habitatori eſebon. Percuſſerunt
igitur ⁊ hūc cū filijs ſuis: vniuerſūq; ppl'ꝫ eius
vſq; ad internitionē: ⁊ poſſederunt terrā illius.

¶ Capi. Sūma. ¶ Balach mittit ſemel ⁊ ſe
cundo ad Balaā vt veniat ad maledicēdū pplo.
dominus primo prohibet: ſecūdo permittit ire.
ei angelus obuiat: aſina loquitur Balaan repre
henditur: Balach ei occurrit ⁊ mittit ei mūera.

Capitulum. xxij.

A Joſue. xx iiij. b.

PRofectiq; caſtra
metati ſunt in campeſtribus
Moab: vbi transiordanem hie
richo ſita eſt. Videns aūt Ba
ach filius Sephor omnia que
fecerat Iſrael Ammorreo: ⁊ ꝙ
pertimuiſſent eum Moabite:
⁊ impetum eius ferre non poſſent: dixit ad maio
res natu Madian: Ita delebit hic populus om
nes qui in noſtris finibus commorant: quō ſolet
B bos herbas vſq; ad radices carpere. Ipſe autē
erat eo tempore Rex Moab. Miſit ergo nūcios
ad Balaan filiū Beor ariolū qui habitabat ſup
flumē terre filiorū Ammon vt vocarēt eū ⁊ dice
rent. Ecce egreſſus eſt populus ex Egypto: qui
operuit ſuperficiem terre: ſedens contra me. Ve
ni igitur ⁊ maledic populo huic qui fortior me eſt
Si quomodo poſſim percutere ⁊ eijcere eum de
terra mea. Noui enim ꝙ benedictus ſit cui be
nedixeris: ⁊ maledictus in quem maledicta con
s. code. geſſeris. Perrexerunt Seniores Moab ⁊ ma
iores Natu Madian habētes diuinationis pre
cium in manibus. Cumq; veniſſent ad Balaan
⁊ narraſſent ei omnia verba Balach: ille reſpon
dit: Manete hic nocte ⁊ reſpōdebo quicquid mi
hi dixerit dominus. Manētibus autē illis apud
C Balaan venit deus: ⁊ ait ad eū: Quid ſibi volūt
homines iſti apud te. Reſpondit: Balach filius
Sephor Rex Moabitarū miſit ad me: dicens.
Ecce populus qui egreſſus eſt de Egypto ope
ruit ſuperficiem terre: Veni ⁊ maledic ei: ſi quo
modo poſſim pugnans abigere eū: Dixitq; deꝰ
ad Balaan: Noli ire cū eis: neq; maledicas po
pulo: q: benedictus eſt. Qui mane conſurgēs di
xit ad principes: Ite in terram veſtrā: q: prohi
buit me deus venire vobiſcum. Reuerſi princi
pes dixerunt ad Balach. Noluit Balaan veni
re nobiſcū. Rurſum ille multo plures ⁊ nobilio
res ꝙ ante miſerat: miſit: Qui cum veniſſent ad
Balaan: dixerūt. Sic dicit Balach filius Se
phor. Ne cuncteris venire ad me paratum ha
beo honorare te: ⁊ quicquid volueris dabo tibi.
Veni ⁊ maledic populo iſti. Reſpondit Balaam:

Si dederit mihi Balach plenā domū ſuā argē
ti ⁊ auri: non potero immutare verbum dñi dei D
mei: vt vel plus vel minꝰ loquar. Obſecro vt hic
maneatis etiā hac nocte: vt ſcire queam quid mi
hi rurſus reſpōdeat dñs. Venit ergo deꝰ ad Ba
laan nocte: ⁊ ait ei: Si vocare te venerūt homies
iſti: ſurge: ⁊ vade cum eis: ita dumtaxat: vt quod
tibi precepero facias. Surrexit Balaan mane ⁊
ſtrata aſina profectus eſt cū eis. Et iratꝰ eſt deꝰ.
Stetitq; angelus dñi in via contra Balaan qui
ſedebat aſine: ⁊ duos pueros habebat ſecū. Cer
nens aſina Angelum ſtantē in via euaginato gla
dio: auertit ſe de itinere ⁊ ibat per agrum. Quā
cum verberaret Balaan: ⁊ vellet ad ſemitam re E
ducere: ſtetit Angelus in anguſtijs duarū mace
riarum quibus vinee cingebantur. Quem vidēs
Aſina: iunxit ſe parieti: ⁊ attriuit ſedentis pedē.
At ille iterum verberabat eam: ⁊ nihilominꝰ An
gelus ad locum anguſtum tranſiens: vbi nec ad
dexteram nec ad ſiniſtram poterat deuiari: ob
uius ſtetit. Cumq; vidiſſet aſina ſtantē angelū:
concidit ſub pedibus ſedētis. Qui iratus vehe
mentius cedebat fuſte latera eius. Aperuitq; do
minus os aſine: ⁊ locuta eſt: Quid feci tibi: Cur
percutis me: Ecce iam tertio. Reſpōdit Bala
an: Quia commeruiſti illuſiſti mihi: vtinā habe
rem gladium vt te percuterem. Dixit aſina. Nō
ne animal tuum ſum cui ſemper ſedere conſueui
ſti vſq; in preſentem diem: Dic quid ſimile vn
ꝙ fecerim tibi. At ille ait: Nunq;. Protinꝰ ape
ruit dominus oculos Balaan: ⁊ vidit angelum
ſtantem in via euaginato gladio: adorauitq; eū
pronus in terram. Cui angelus: Cur inquit ter
tio verberas aſinam tuam: Ego veni vt aduerſa
rer tibi: quia peruerſa eſt via tua: mihiq; contra
ria. Et niſi aſina declinaſſet de via dans locum re
ſiſtenti: te occidiſſē ⁊ illa viueret. Dixitq; Ba
laan: Peccaui neſciens ꝙ tu ſtares contra me.
Et nunc ſi diſplicet tibi vt vadam: reuertar. Ait
Angelus: Vade cum iſtis et caue ne aliud ꝙ pre
cepero tibi loquaris. Iuit igitur cum principi
bus. Quod cum audiſſet Balach egreſſus eſt in F
occurſum oppido Moabitarum: quod ſitum
eſt in extremis finibus Arnon. Dixitq; ad Ba
laan. Miſi nuncios vt vocarent te: cur non ſtatī
veniſti ad me. An q: mercedē aduentui tuo red
dere nequeo. Cui ille reſpōdit: Ecce adſum. Nū J. xxiiij.
quid loqui potero aliud niſi quod deus poſuerit
in ore meo. Perrexerunt ergo ſimul et venerūt
in vrbem que in extremis regni eius finibꝰ erat.
Cūq; occidiſſet Balach boues et oues miſit ad
Balaan et principes qui cum eo erant munera.
Mane autem facto duxit eū ad excelſa Balaam
et intuitus eſt extremam partem populi.

¶ C. S. ¶ Balaan in montē ducit ad maledi
cendum populo: aras ſeptem edificari iubet et
victimas imponit pro maledictione bñdicit: et
pphetat de cōualeſcētia et multiplicatiōe pplī.
contra inimicos. Et iterū in montē alium ducit
et tertio etiam ducitur. Capitulū. xxiij.

A Dixitq̄ Balaam ad Balaach. edifica mihi hic ſep-
tem aras ⁊ para totidem vitu
los: eiuſdēq̄ numeri arietes.
Cumq̄ feciſſet iuxta ſermonē
Balaam impoſuerunt ſimul
vitulum ⁊ arietē ſuper aras.
Dixitq̄ Balaam ad Balaach. Sta pauliſper
iuxta holocauſtū tuum donec vadā ſi forte oc-
currat mihi dominus: et quodcunq̄ mihi impe
rauerit loquar tibi. Cumq̄ abiſſet velociter oc
currit ei deus. Locutuſq̄ eſt ad eū Balaā. Sep
tem inquit aras erexi ⁊ impoſui vitulū ⁊ arietē
deſuper. Dominus autem impoſuit verbum in
oꝛe eius ⁊ ait: Reuertere ad Balaach ⁊ hec loq̄
ris. Reuerſus inuenit ſtantē Balaach iuxta ho
locauſtum ſuum: ⁊ omnes pꝛincipes Moabita-
rum: aſſūpta q̄ parabola ſua dixit. De Aram ad
B duxit me Balaach rex Moabitarum de monti
Pro male- bus oꝛientis. Ueni inquit ⁊ maledic Jacob: pꝛo
dictione ba- pera ⁊ deteſtare Iſrael. Quomodo maledicam
laā bn̄dicit cui nō maledixit deus. Qua ratiōe deteſter quē
pplo iſrael. dominus non deteſtatur: de ſummis ſilicibus vi
debo eum: et de collibus conſiderabo illū. Po-
pulus ſolus habitabit et inter gentes non repu
tabitur. Quis dinumerare poſſit puluerem Ja
iſtoꝝ cob et noſſe numerū ſtirpis Iſrael. Moꝛiatur
anima mea moꝛte + iuſtoꝛum ⁊ fiant nouiſſima
mea hoꝛum ſimilia. Dixitq̄ Balaach ad Ba-
xxiij.g. lam. Quid eſt hoc qđ agis. Ut malediceres ini-
micis meis vocaui te ⁊ tu econtrario benedicis
eis. Cui ille reſpondit. Nun aliud poſſum loqui
niſi ꝙ iuſſerit dominus dixit ergo Balaach ad
Balaam. Ueni mecum in alterum locum: vnde
partem Iſrael videas et totum videre non poſ-
C ſis: et inde maledicito ei. Cumq̄ duxiſſet eū in
locum ſublimē ſuper verticē montis. Phaſga:
s vitulo. edificauit Balaam ſeptem aras: ⁊ impoſitis ſu-
pꝛa + vitulis atq̄ arietibus dixit ad Balaach:
Sta hic iuxta holocauſtum tuū donec ego ob
uius pergam. Cui cum dominus occurriſſet po
ſuiſſetq̄ verbū in oꝛe eius: ait. Reuertere ad Ba
balaach ⁊ hec loqueris ei. Reuerſus inuenit eū
ſtantem iuxta holocauſtum ſuum et pꝛincipes
Moabitarum cū eo. ad quem Balaach Quid
inquit locutus eſt dominus. At ille aſumpta pa
rabola ſua ait. Sta Balaach ⁊ auſculta: audi fi-
lij Sephoꝛ. Non eſt deus quaſi homo vt mētia
tur: nec vt filius hominis vt mutetur. Dixit er-
go ⁊ nō faciet: locutus eſt ⁊ nō implebit. Ad be-
nedicendum adductus ſum benedictionem im-
D plere non valeo. Non eſt idolum in Jacob nec
videtur ſimulachrū in Iſrael. Dominus deus
xxiiij.b. eius cum eo eſt: et clangoꝛ victoꝛie regis in illo.
Deus eduxit illum de egypto: cuius foꝛtitudo
ſimilis eſt rhinocerotis. Non ē augurium in Ja-
cob: nec diuinatio in Iſrael. Tempoꝛibus ſuis
dicetur Jacob ⁊ Iſrael quid operatus ſit deus.
Ecce populus vt leena conſurget et quaſi leo
erigetur. Non accubabit donec deuoꝛet pꝛedā
et occiſoꝛū ſanguinem bibat. Dixitq̄ Balaach
ad Balaam. Nec maledicas ei nec benedicas.
Et ille ait. Nonne dixi tibi quicquid mihi deus
imperaret ꝙ hoc facerem. Et ait Balaach ad
eum. Ueni et ducam te ad alium locum ſi foꝛte
placeat deo vt inde maledicas eis. Cumq̄ duxiſ
ſet eum ſuper verticem montis Phogoꝛ qui re
ſpicit ſolitudinem dixit ei Balaam. Edifica mi-
hi hic ſeptem aras et para totidem vitulos: eiuſ
demq̄ numeri arietes per ſingulas aras. Fecit
Balacah vt Balaā dixerat: impoſuitq̄ vitulos
et arietes per ſingulas aras.

¶ Capitu. Summa. ¶ Balaam nō vadit ad
conſulendum dominum: ſed ſtatim pꝛophetat
de regno Iſrael futuro: poſtea pꝛophetat de ad
uentu chꝛiſti ⁊ pſona eius. Capitulum. xxiiij.

Cumq̄ vidiſſet Ba- A
laam ꝙ placeret domino vt be
nediceret Iſrael nequaq̄ abijt
vt ante perrexerat vt augurium
quereret: ſed dirigens contra
deſertum vultū ſuum ⁊ eleuās
oculos vidit Iſrael in tētoꝛijs
commoꝛantē per tribus ſuas ⁊ irruēte in ſe ſpi
ritu dei aſſumpta parabola ait. Dixit Bala-
am filius Beoꝛ: dixit homo cuiꝰ obturatus eſt
oculus: dixit auditoꝛ ſermonum dei qui viſionē j.eodem.
omnipotentis intuitus eſt: qui cadit ⁊ ſic aperi pꝛophetia
untur oculi eius. Quā pulchꝛa tabernacula tua balaā de fu
Jacob: ⁊ tentoꝛia tua Iſrael vt valles nemoꝛo- turo regno
ſe vt oꝛti iuxta fluuios irrigui vt tabernacula iſrael. ⁊ ad-
que fixit dominus quaſi cedri pꝛope aquas. Flu uētu chꝛiſti
et aqua de ſitula eius: ⁊ ſemē illius erit in aquas B
multas. Tolletur pꝛopter Agag rex eius et auſe
retur regnum illius. Deus eduxit illum de egy- s.xxiij.d.
pto: cuiꝰ foꝛtitudo ſimilis eſt rhinocerotis. De
uoꝛabunt gentes illius oſſaq̄ eoꝛum confringēt
⁊ perfoꝛabūt ſagittis. Accubans doꝛmiuit vt leo:
et quaſi vt leena quam ſuſcitare nullus audebit
Qui benedixerit tibi erit ⁊ ipſe benedictus. Qui
maledixerit tibi in maledictione reputabitur.
Iratuſq̄ Balaach contra Balaā cōploſis ma-
nibus ait. Ad maledicendum inimicis meis vo-
caui te: quibus econtrario. Tertio benedixiſti.
Reuertere ad locum tuū. Decreueram quidē C
magnifice honorare te: ſed dominꝰ priuauit te
honoꝛe diſpoſito. Reſpondit Balaā ad Balaa s.xxij.a.
ch: Nonne nuncijs tuis quos miſiſti ad me dixi
ſi dederit michi Balaach plenā domum ſuam
argenti et auri non potero preterire ſermonem
domini dei mei ut vel boni quid vel mali pꝛofe-
rā ex coꝛde meo ſed quicquid dominus dixerit: s.eodem.
hoc loquar. Uerumtamen pergens ad populū
meum dabo tibi conſilium quid populus tuus
populo huic faciat extremo tēpoꝛe. Sūpta igi-
tur parabola rurſū ait. Dixit Balaā filius Be
oꝛ: dixit homo cuiꝰ obturatus eſt oculꝰ: dixit au
ditoꝛ ſermonū dei qui nouit doctrinā altiſſimi

et viſiones omnipotentis videt: qui cadēs aper
tos habet oculos. Videbo eum: ſed non modo:
intuebor illum ſed non prope. Orietur ſtella ex
De aduentu chriſti. Jacob: ⁊ conſurget virga de Iſrael: ⁊ percutiet
duces Moab: vaſtabitq; om̄s filios ſeth: et erit
idumea poſſeſſio eius. Hereditas ſeir cedet ini
micis ſuis. Iſrael vero fortiter aget. De Jacob
D erit qui dominetur ⁊ perdat reliquias ciuitatis.
Cumq; vidiſſet Amalech: aſſumens parabolam
ait: Principium gentium Amalech cuius extre
ma perdentur. Vidit quoq; cineum ⁊ aſſumpta
parabola ait. Robuſtum quidem eſt habitaculū
tuum: ſed ſi in petra poſueris nidum tuuʒ: et fue
ris electus de ſtirpe cyn ꝙ diu poteris perma-
nere. Aſſur enim capiet te. Aſſumptaq; parabo-
la iteruʒ locutus eſt Heu quis victurus eſt quā
Dan. ij. e. do iſta faciet deus: Venient in tricribus de italia
ſuperabunt aſſyrios: vaſtabuntq; hebreos: et ad
extremum etiam ipſi peribunt. Surrexitq; Ba
laam et reuerſus eſt in locuʒ ſuum: Balach quo
q; via qua venerat rediȷt.

Capituli. Summariuʒ. Fornicabitur po
pulus cum filiabus Moab. Jubet deus vt om-
nes culpabiles occidantur: tam principes ꝙ alij.
Phinees occidit Zambri et Cozbi et in ſcorto:
et ideo ibi ſacerdotiū eternū ſtatuitur Ca. xxv.

A Morabatur auteʒ eo
tempore Iſrael in ſethim ⁊ for
Joſue. xxij. d. nicatus eſt populus cum filia-
bus Moab: que vocauerunt
eos ad ſacrificia ſua. At illi co-
mederunt ⁊ adorauerunt deas
earum. Iniciatuſq; eſt Iſrael
Exo. xxxij. f. Beelphegor. Et iratus dominus ait ad Moy-
ſen. Tolle cunctos principes populi et ſuſpende
eos cōtra ſolem in patibulis: vt auertatur furor
B meus ab Iſrael: Dixitq; Moyſes ad iudices iſ
rael. Occidat vnuſquiſq; proximos ſuos qui ini
ciati ſunt Beelphegor. Et ecce vnus de filijs Iſ
rael intrauit coram fratribus ſuis ad ſcortuʒ ma
dianiteʒ vidente Moyſe ⁊ omni turba filiorum
j. Mach. ij. c. Iſrael: qui flebāt ante fores tabernaculi. Quod
cum vidiſſet phinees filius Elazari filij Aarō ſa-
ij. q. 8e. vij. ſi nos. cerdotis ſurrexit de medio multitudinis ⁊ arep
to pugione ingreſſus eſt poſt virum Iſraelitem
Corit. x. b. in lupanar et perfodit ambos ſimul virum ſcili-
cet et mulierem in locis genitalibus Ceſſauitq;
plaga a filijs Iſrael: et occiſi ſunt viginti quat-
C tuor milia hominuʒ. Dicitq; dominus ad Moy
ſen: Phinees filius eleazari filij Aaron ſacerdo-
tis auertit iram meā a filijs Iſrl': quia zelo meo
Eccleſ. xlv. d. commotus eſt contra eos vt non ipſe deleret fi-
lios Iſrael in zelo meo. Idcirco loquere ad euʒ
j. Mach. ij Ecce do ei pacem federis mei et erit tam ipſi ꝙ
ſemini eius pactum ſacerdotij ſempiternum:
D quia zelatus eſt pro deo ſuo: et expiauit ſcelus
filiorum Iſrael. Erat auteʒ nomē viri Iſraelite
qui occiſus eſt cum Madianitide zambri filius
Salumi dux de cognatione et tribu Symeonis
Porro mulier madianitis que pariter interfec
ta eſt: vocabatur cozbi filia ſur principis nobiliſſi
mi madianitarum. Locutuſq; eſt dominus ad
Moyſen dicēs: Hoſtes vos ſentiant madianite
et percutite eos: quia et ipſi hoſtiliter egerunt
contra vos et deceperūt inſidijs per idoluʒ pho
gor et cozbi filiam ducis madiaʒ ſororē ſuaʒ: que
percuſſa eſt in die plage pro ſacrilegio phogor.

Capituli. Summarium. Numerantur
filij Iſrael quibus terra diuidenda eſt a vigin-
ti annis et ſupra: quia omnes primo mortui ſūt.
Tribus autem Leui ſeorſuʒ numeratur: quia il-
lius poſſeſſio non datur: quia dominus eſt poſ-
ſeſſio eius. Capitulum. xxvj.

A Poſtq; noxiorū ſan
guis effuſus eſt dixit dominus
ad Moyſen et Eleazarum fili-
um Aaron ſacerdoteʒ. Nume-
rate omnem ſummaʒ filiorum
Iſrael a viginti annis et ſupra
per domos et cognatiōes ſuas
cunctos qui poſſunt ad bella procedere. Locuti
ſunt itaq; Moyſes et Eleazar ſacerdos in cam
peſtribus Moab ſuper Jordanem contra hieri
cho ad eos qui erant a viginti annis et ſupra ſi-
cut dominus imperauerat: quorum iſte eſt nu-
merus. Ruben primogenitus Iſrael. Huius filius
Enoch: a quo familia Enochitaru etm phallu: a
quo familia phalluitarum et eſrom a quo fami-
lia eſromitarum et charmi: a quo familia charmi
tarum. He ſunt familie de ſtirpe ruben: quarum
numerus inuentus eſt quadraginta milia et ſep
tingenti triginta. Filius phallu: eliab. huius filij
namueh et Dathan et abiron. Iſti ſunt dathan
et abiron principes populi qui ſurrexerunt con
tra Moyſen et aaron in ſeditione chore: quando
aduerſus dominum rebellauerunt: et aperiens
terra os ſuum deuorauit chore morientibus plu
rimis quādo combuſſit ignis ducētos quinqua
ginta viros. Et factum eſt grande miraculuʒ vt
chore pereunte filij illius non perirent. Filij Sy-
meon per cognationes ſuas namuhel ab hoc fa-
milia namuhelitarum et iamin ab hoc familia ia
minitarum: iachin ab hoc familia iachinitarum:
zare: ab hoc familia zareitarum: ſaul: ab hoc fami
lia ſaulitarum. He ſunt familie de ſtirpe ſymeon
quarum omnis numerus fuit vigintiduomilia
ducenti. Filij gad per cognationes ſuas ſephon:
ab hoc familia ſephonitarū: aggi ab hoc familia
aggitarum: ſuni: ab hoc famila ſunitarum: ozin:
ab hoc familia ozinitaꝝ: herab ab hoc familia he
ritarum: arod ab hoc familia aroditarum: ariel
ab hoc familia arihelitarum. Iſte ſunt familie
gad: quarum omnis numerus fuit quadraginta
milia quingenti. Filij iuda her et onan qui am-
bo mortui ſunt in terra chanaan. Fueruntq; filij
Juda per cognationes ſuas ſella a quo familia

ſelaitarum phares a quo familia pharesitarum:
zare a quo familia zarcitarum. Porro filij pha
res eſrom a quo familia eſromitarum: ⁊ amul a
quo familia amulitarum. Iſte ſunt familie Iu-
da quorum omnis numerus fuit ſeptuagintaſex
Iſachar. milia quingenti. Filij Iſachar per cognationes
ſuas thola a quo familia tholitarum: phua a quo
familia phuitarum: iaſub a quo familia iaſubi-
tarum ſemram a quo familia ſemramitarum.
He ſunt cognationes Iſachar: quarum nume-
Zabulon familie. rus fuit ſexagintaquattuor milia trecenti. Filij
Zabulon per cognationes ſuas ſared a quo fami
D lia ſareditarū: helon a quo familia helonitarū:
Ioſeph familie manaſſe. ialel a quo familia ialelitarum. He ſunt cogna-
tiones Zabulon: quarum numerus fuit ſexagin
ta milia quingentorum. Filij Ioſeph per cogna
tiones ſuas manaſſe ⁊ effrain. De Manaſſes or
A tus eſt Machir: a quo familia Machiritarum.
Machir genuit Galaad: a quo familia galaa-
ditarum. Galaad habuit filios Iezer: a quo
famila iezeritarum: et elech a quo familia ele-
chitarum: et aſrihel a quo familia aſrielitarum:
et ſechem a quo familia ſechemitarum: et ſemi-
Ioſue. xvij da a quo familia ſemidaitarum: et epher a quo
familia epheritarum. Fuit autem Epher pa-
ter Salphaad qui filios non habebat. ſed tan-
tum filias quarum iſta ſunt nomina Maala et
Noa et Egla et Melcha et Terſa. He ſunt fa-
Effraim familie. milie Manaſſe et numerus earum quinquagin-
taduo milia ſeptingenti. Filij autem Effraim
per cognationes ſuas fuerunt hi. Suthala a
E quo familia Suthalitarum: Becher a quo fa-
milia Becheritarum: Theen a quo familia The
enitarum. Porro filius Suthara fuit Heren a
Beniamin familie. quo familia Herenitarum. He ſunt cognatio-
nes filiorum Effraim: quarum numerus fuit
trigintaduo milia quingentorum. Iſti ſunt filij
Ioſeph per familias ſuas. Filij Beniamin in
cognationibus ſuis Bale a quo familia Balei-
tarum: Azbel a quo familia Azbelitarum: Achi
ram a quo familia Achiramitarum: Supham a
quo familia Suphamitarum: Upham a quo fa
milia Uphamitarū. Filij Bale Hered ⁊ Noe-
mam. De Hered familia Hereditarū de Noe
mam familia Noemitarum. Hi ſunt filij Be-
Dan familie. niamin per cognationes ſuas: quorum nume-
rus fuit quadragintaquinqꝫ milia ſexcenti. Fi-
lij Dan per cognationes ſuas Suhan a quo fa-
milia Suanitarum. He ſunt cognationes Dan
per familias ſuas. Omnes fuere Suanite: quo-
Aſſer familie. rum numerus erat ſexagintaquattuor milia qua
dringenti. Filij Aſſer per cognationes ſuas:
F Iemna a quo familia Iemneitarum: Ieſſui a
Neptalin familie. quo familia Ieſſuitarum: Brie a quo familia
Brieitarum. Filij brie Aber a quo familia Abe-
ritarum et Melchiel a quo familia Melchieta-
rum. Nomen autem filie Aſſer fuit. He ſunt
cognationes filiorum Aſſer ⁊ numerus quinqua
gintatria milia quadringenti. Filij Neptalin
per cognatiōes ſuas Ieſſihel a quo familia Ieſ
ſihelitarum Guni a quo familia Gunitarum:

Ieſera a quo familia Ieſeritarum: Sellem a
quo familia Sellemitarum. He ſunt cognatio-
nes filioꝝ Neptalin per familias ſuas quorū nu
merus q̇dragintaqnqꝫ milia quadringēti. Iſta — Numerus omnium filiorum Iſrael ſexcenta milia et mille dcc xxx.
eſt ſumma filioꝝ Iſrl': qui recēſiti ſūt ſexcēta mi
lia ⁊ mille ſeptingēti triginta. Locutuſqꝫ eſt dn̄s
ad Moyſen dicēs. Iſtis diuidet terra iuxta nu-
merū vocabuloꝝ in poſſeſſiōes ſuas. Pluribus
maiorem ꝑtem dabis: ⁊ paucioribꝰ minorē: ſingu
lis ſicut nūc recēſiti ſunt tradet poſſeſſio: ita dū
taxat vt ſors terrā tribubus diuidat ⁊ familijs.
Quicquid ſorte cōtigerit hoc vel plures accipiāt
vel pauciores. Hic qꝫ eſt numerus filiorū Leui — Leui familie.
per familias ſuas: Gerſon a quo familia Gerſo
nitarū Caath a quo familia Caathitarū: Mera — B
ri a quo familia Meraritarū. He ſūt familie Le
ui. Familia Lobni familia Hebroni familia Mo
oli familia Muſi familia Chori. At vō Caath ge — Exo. vj. c.
nuit Amram qui habuit vxorē Iochabeth filiā
Leui que nata eſt ei in Egypto. Hec genuit Am
ram viro ſuo filios Aaron ⁊ Moyſen ⁊ Mariā
ſororē eorū. De Aaron orti ſūt Nadab ⁊ Abiu ⁊
Eleazar ⁊ ithamar: quoꝝ Nadab ⁊ Abiu mortui
ſunt cū obtuliſſent ignē alienū corā dn̄o. Fuerūt
qꝫ oēs qui numerati ſunt vigintitria milia gene-
ris maſculini ab vno mēſe ⁊ ſupra qui nō ſunt re
cenſiti inter filios Iſrl': nec eis cū ceteris data
poſſeſſio eſt. Hic eſt numerus filioꝝ Iſrl' qui de-
ſcripti ſūt a Moyſe ⁊ Eleazaro ſacerdote in cā-
peſtribus Moab ſupra Iordanē ꝯ Hierico: in-
ter quos nullus fuit eoꝝ q̇ ante numerati ſunt a
Moyſe ⁊ Aaron in deſerto Synai. Predixerat
enim Dominus ꝙ omnes morerentur in ſolitu
dine. Nulluſqꝫ remanſit ex eis niſi Caleph fi-
lius Iephone et Ioſue filius Nun.

¶ C. S. ¶ Dat lex de hereditatiōe filiaꝝ Sal-
phaat: oſ̄dit deꝰ moyſi de mōte terrā ꝓmiſſiōis:
precepit dn̄s Moyſi vt manū impōat Ioſue co
ram Eleazaro in ducem populi. Capl'm. xxvij.

Acceſſerunt autē filie — A
Salphat: filij Epher: filij Gala- — Nu. xxvj. d.
ad filij Machir: filij Manaſſe q̇ — j. xxxvj. a.
fuit filius Ioſeph: quaꝝ ſūt noīa — Ioſue. xvij
Maala ⁊ Noa ⁊ Egla ⁊ Mel-
cha ⁊ therſa: ſteterūtqꝫ corā Moyſe ⁊ Eleazaro
ſacerdote: ⁊ cūctis principibus ppl'i ad oſtiū ta-
bernaculi federis: atqꝫ dixerunt. Pater noſter
mortuꝰ eſt in deſerto: nec fuit in ſeditiōe q̄ cōcita
ta eſt ꝯ dn̄m ſub Chore: ſed in peccato ſuo mor-
tuus eſt. Hic nō habuit mares filios: Cur tollit
nomen illius de familia ſua: q: non habet filium.
Date nobis poſſeſſionem inter cognatos pr̄is — B
nr̄i. Retulitqꝫ Moyſes cām earū ad iudiciū dn̄i.
Qui dixit ad eū Iuſtā rē poſtulāt filie ſalphaat.
Da eis poſſeſſionē iter cognatos pr̄is ſui: ⁊ ei in
hereditatē ſuccedāt. Ad filios aūt Iſrl' loq̄ris h.
Homo cū mortuꝰ fuerit abſqꝫ filio: ad filiā eius
trāſibit hereditas. Si filiam nō habuerit: hēbit
ſucceſſores frēs ſuos. Qd ⁊ ſi fratres nō fuerint

Ad filiam mortuo pr̄e ſine maſculo trāſit hereditas ⁊ ad ſucceſſores

dabitis hereditatem fratribus patris eius. Sin autem nec patruos habuerit: dabitur hereditas his qui ei ꝓximi ſunt. Eritq; hoc filijs Iſrael ſanctū lege perpetua: ſicut precepit dñs Moyſi. Dixit quoq; dñs ad Moyſen. Aſcēde in mōtem iſtum abarim ⁊ contemplare inde terrā quā daturus ſum filijs Iſrael. Cumq; videris eam ibis ⁊ tu ad populū tuum ſicut ibit frater tuus Aaron: quia offendiſtis me in deſerto Syn in cōtradictione multitudinis: nec ſanctificare me voluiſtis corā ea ſuper aquas. He ſunt aque contradictionis in cades deſerti Syn. Cui reſpondit Moyſes. Prouideat dominus deus ſpirituū omnis carnis hominem qui ſit ſuper multitudinem hanc: ⁊ poſſit exire ⁊ intrare ante eos: ⁊ educere eos vel introducere: ne ſit pplſ domini ſicut oues abſq; paſtore. Dixitq; dominus ad Moyſen. Tolle Ioſue filiū Nun virum in quo eſt ſpiritus dei: ⁊ pone manum tuam ſuper eum. Qui ſtabit corā Eleazaro ſacerdote ⁊ omni multitudine: ⁊ dabis ei precepta cunctis videntibus et partem glorie tue: et audiat eum omnis ſynagoga filiorum Iſrael. Pro hoc ſi quid agendū erit: Eleazar ſacerdos conſulet dominum. Ad verbū eius egredietur et ingredietur ipſe ⁊ omnes filij Iſrael cum eo ⁊ cetera multitudo. Fecit Moyſes vt preceperat dominus. Cūq; tuliſſet Ioſue ſtatuit eum corā Eleazaro ſacerdote ⁊ omni frequentia populi: ⁊ impoſitis capiti eius manibus cuncta replicauit que mandauerat dominus.

C

D Ordinatur Ioſue dux Iſrael poſt Moyſen.

C.S. De diuerſis ſolennitatibus anni: quid in qualibet offerendū ſit: ⁊ cū quibus libamentis: poſtea quid quotidie: ſecundo quid ſabbato: tertio quid in kalendis: quarto quid in paſcha: quinto quid in feſto pētecoſtes. C.xxviij.

a Dixitq; dñs ad Moyſen. Precipe filijs Iſrael ⁊ dices ad eos. Oblationem meam ⁊ panes ⁊ incenſum odoris ſuauiſſimi offerte per tempora ſua. Hec ſunt ſacrificia que offerre debetis. Agnos anniculos immaculatos duos quotidie in holocauſtū ſempiternum: vnum offeretis mane ⁊ alterū ad veſperam: decimam partem ephi ſimile: que conſperſa ſit oleo puriſſimo: ⁊ habeat quartam partem hin. Holocauſtū iuge eſt quod obtuliſtis in montem Synai in odorem ſuauiſſimum incenſi dñi. Et libabitis vini quartam partem hin per agnos ſingulos in ſanctuario domini. Alterūq; agnum ſimiliter offeretis ad veſperam iuxta omnem ritum ſacrificij matutini ⁊ libamentoꝝ eius oblationem ſuauiſſimi odoris domino. Die autē Sabbati offeretis duos agnos anniculos immaculatos duas decimas ſimile oleo conſperſe in ſacrificio: ⁊ liba que rite funduntur per ſingula ſabbata in holocauſtum ſempiternum. In kalendis autem: id eſt in menſium exordijs: offeretis holocauſtum domino: vitulos de armento duos:

Oblatio quotidiana. de cōſe. diſt. ij. c. nō opꝫ.

B Oblatio ſabbati.

Oblatio in kalendis.

Arietem vnum: agnos anniculos ſeptem immaculatos: ⁊ tres decimas ſimile oleo conſperſe in ſacrificio per ſingulos vitulos: ⁊ duas decimas ſimile oleo conſperſe per ſingulos arietes: ⁊ decimas decime ſimile ex oleo in ſacrificio per agnos ſingulos. Holocauſtū ſuauiſſimi odoris atq; incenſi eſt domino. Libamenta autem vini que per ſingulas fundenda ſunt victimas iſta erunt. Media pars hin per ſingulos vitulos: tertia per arietem: quarta per agnum. Hoc erit holocauſtum per omnes menſes qui ſibi anno vertente ſuccedunt. Hircus quoq; offeretur domino pro peccatis in holocauſtum ſempiternū cum libamentis ſuis. Menſe autem primo quartadecima die menſis phaſe domini erit: et quartadecima die ſolennitas. Septem diebus veſcentur azimis quarum dies pria venerabilis ⁊ ſancta erit. Omne opus ſeruile non facietis in ea: offeretiſq; incenſum holocauſtum domino vitulos de armento duos: arietem vnū: agnos anniculos immaculatos ſeptem ⁊ ſacrificia ſingulorum ex ſimila que cōſperſa ſit oleo: tres decimas per ſingulos vitulos: ⁊ duas decimas ꝑ arietē: ⁊ decimā decime per agnos ſingulos id eſt per ſeptē agnos: et hircum pro peccato vnū: vt expietur pro vobis: preter holocauſtū matutinum: qđ ſemper offeretis. Ita facietis per ſingulos dies ſeptem dierum in fomitē ignis ⁊ in odorē ſuauiſſimū domino: qui ſurget de holocauſto ⁊ de libatiōibus ſingulorum. Dies quoq; ſeptimus celeberrimus ⁊ ſanctus erit vobis. Omne opus ſeruile non facietis in eo. Dies etiā primitiuorū quando offeretis nouas fruges domino expletis hebdomadib9 venerabilis ⁊ ſancta erit. Omne opus ſeruile nō facietis in ea. Offeretiſq; holocauſtū in odorem ſuauiſſimum domino: vitulos de armento duos: arietem vnū: agnos anniculos immaculatos ſeptem: atq; in ſacrificijs eorum ſimile oleo conſperſe: tres decimas per ſingulos vitulos: per arietes duos: per agnos decimam decime: qui ſimul ſunt agni ſeptem: hircum quoq; qui mactatur pro expiatione preter holocauſtū ſempiternum et liba eius. Immaculata offeretis omnia cum libationibus ſuis.

C Oblatio paſche. Exo. Le.

D Oblatio feſto pentecoſtes.

Capituli. Summarium. De tribus ſolēnitatibus ſeptembris quid vnaquaq; offerendum ſit ſcilicet feſto tubarum et expiationis et feſto tabernaculorum: quod octo dies agitur.

Capitulum. xxix.

A Menſis etiam ſeptimi prima dies venerabilis et ſancta erit vobis. Omne opus ſeruile non facietis in ea: quia: dies clangoris eſt ⁊ tubarum. Offeretiſq; holocauſtum in odorē ſuauiſſimum domino: vitulum de armento vnum: arietem vnū: agnos anniculos immaculatos ſeptem: in ſacrificijs eorū ſimi-

Oblatio feſti tubarum

le oleo conſperſe tres decimas per ſingulos vi/
tulos duas decimas per arietem vnam decimaʒ
per agnum: qui ſimul ſunt agni ſeptem et hircũ
pro peccato qui offertur in expiationem populi
preter holocauſtum calendarum cum ſacrificijs
ſuis et holocauſtum: ſempiternum cuʒ libationi/
bus ſolitis. Eiſdem cerimonijs offeretis in odo
reʒ ſuauiſſimũ incenſuʒ domino. Decima quoqꝫ
Oblatio in feſto expia/tionis.
dies mẽſis huius ſeptimi erit vobis ſancta atqꝫ
venerabilis ⁊ affligetis animas vr̃as. Omne op⁹
ſeruile non facietis in ea. Offeretiſqꝫ holocauſtũ
B
domino in odorem ſuauiſſimum vitulũʒ de armẽ
to vnum arietem vnum: agnos anniculos im/
maculatos ſeptem et in ſacrificijs eorum ſimile
oleo conſperſe tres decimas per ſingulos vitu/
los duas decimas per arietem decimam decime
per agnos ſinglos: qui ſunt ſimul agni ſeptem ⁊
hircum pro peccato abſqꝫ his que offerri pro de
licto ſolent in expiationem et holocauſtum ſem
Oblatio in feſto taber naculorũʒ.
piternum in ſacrificio ⁊ libaminibus eorũ. Quin
tadecima vero die menſis ſeptimi que vobis ſan
cta erit atqꝫ venerabilis omne opus ſeruile non
facietis in ea: ſed celebrabitis ſolennitateʒ domi
no ſeptem diebus. Offeretiſqꝫ holocauſtum in
odorem ſuauiſſimum domino: vitulos de armen
to tredeciʒ arietes duos agnos anniculos quat
tuordecim: ⁊ in libamentis eoruʒ ſimile oleo con
ſperſe tres decimas per vitulos ſingulos qui ſũt
ſimul vituli tredeciʒ: et duas decimas arieti vno
id eſt ſimul arietibus duobus decimam decime
agnis ſingulis qui ſunt ſimul agni quattuorde/
cim: et hircuʒ pro peccato abſqꝫ holocauſto ſem
C
piterno et ſacrificio et libamine eius. In die al/
Secunda die feſti taberna/culorum.
tero offeretis vitulos de armento duodecim:
arietes duos agnos anniculos immaculatos q̃t
tuordecim ſacrificiaqꝫ et libamina ſingulorum
per vitulos et arietes et agnos rite celebrabitis
et hircuʒ pro peccato abſqꝫ holocauſto ſempiter
Tertia die.
no ſacrificioqꝫ et libamine eius. Die tertio offe
retis vitulos vndecim arietes duos: agnos an/
niculos immaculatos quattuordecim: ſacrificia
qꝫ et libamina ſingulorum per vitulos et arietes
⁊ agnos rite celebrabitis: et hircum pro peccato
abſqꝫ holocauſto ſempiterno ſacrificioqꝫ et liba
Quarta die
mine eius. Die quarto offeretis vitulos decem
arietes duos agnos anniculos immaculatos q̃t
tuordecim: ſacrificia ⁊ libamina ſingulorum per
vitulos et arietes et agnos rite celebrabitis: et
hircum pro peccato abſqꝫ holocauſto ſempiter/
Quinta die
no ſacrificio eius et libamine. Die quinto offe/
retis vitulos nouem arietes duos agnos annicu
los immaculatos quattuordecim: ſacrificiaqꝫ et
libamina ſingulorum per vitulos et arietes ⁊ ag
nos rite celebrabitis: ⁊ hircũ pro peccato abſqꝫ
D
Sexta die
holocauſto ſempiterno ſacrificioqꝫ eius et liba/
mine. Die ſexto offeretis vitulos octo arietes
duos agnos anniculos immaculatos quattuor/
decim: ſacrificiaqꝫ et libamina ſingulorum per
vitulos et arietes et agnos rite celebrabitis et
Septima die
hircum pro peccato abſqꝫ holocauſto ſempiter/
no ſacrificioqꝫ eius et libamine. Die ſeptimo of/
feretis vitulos ſeptem et arietes duos agnos an
niculos immaculatos quattuordecim: ſacrificia
qꝫ et libamina ſingulorum per vitulos et arietes
et agnos rite celebrabitis: et hircum pro pecca/
to abſqꝫ holocauſto ſempiterno ſacrificioqꝫ eius
et libamine. Die octauo qui eſt celeberrim⁹ om
ne opus ſeruile non facietis offerentes holocau
Octauarũ oblatio.
ſtum in odorem ſuauiſſimum domino vitulum
vnum arietem vnum agnos anniculos immacu
latos ſeptem: ſacrificiaqꝫ eius et libamina ſingu
lorum per vitulos et arietes et agnos rite cele/
brabitis: et hircum pro peccato abſqꝫ holocau/
ſto ſempiterno ſacrificioqꝫ eius ⁊ libamine. Hec
offeretis domino in ſolẽnitatibus veſtris preter
vota et oblationes ſpontaneas in holocauſto in
ſacrificio in libamine: et in hoſtijs pacificis.

¶ Capituli. Summarium. ¶ De voto dato quãdo voto tenetur vir vel mulier: ⁊ quãdo non.

Capitulum. xxx.

Narrauitqꝫ Moyſes
A
filijs Iſrael omnia que ei do/
minus imperarat ⁊ locutus eſt
ad principes tribuum filiorum
Iſrael. Iſte eſt ſermo queʒ pre
cepit dominus. Si quis virorũ
Uotum virorum.
votum domino vouerit: aut ſe
conſtrinxerit iuramento non faciet irritum ver
bum ſuum: ſed omne quod promiſit implebit.
Mulier ſi quippiam vouerit et ſe conſtrinxerit
iuramento que eſt in domo patris ſui et in eta/
Uotũ puelle in domo patris non matrimo/nio ligate.
te adhuc puellari: ſi cognouerit pater votuʒ qḋ
pollicita eſt et iuramentum quo obligauit ani/
mam ſuam et tacuerit voti rea erit: quicquid
pollicita eſt et iurauit opere complebit: ſinau/
tem ſtatim vt audierit contradixerit pater ⁊ vo
B
ta et iuramenta eius irrita erunt: nec obnoxia
tenebitur ſponſioni: eo quod contradixerit pa/
ter. Si maritum habuerit et vouerit aliquid:
et ſemel de ore eius verbum egrediens animam
Uotũ puelle deſponſate in domo patris.
eius obligauerit iuramẽto quo die audierit vir
et non contradixerit voti rea erit: reddetqꝫ qḋ
cumqꝫ promiſerat. Si autem audiens ſtatim:
contradixerit et irritas fecerit pollicitationes
eius: verbaqꝫ quibus obſtrinxerat animam ſuaʒ
propitius erit ei dominus. Uidua et repudiata
C
quicquid vouerint reddent. Uxor in domo viri
ſe cum voto conſtrinxerit et iuramento: ſi audie
Uotum vidue ⁊ repudiatarum.
rit vir et tacuerit nec contradixerit ſponſioni
reddet quodcumqꝫ promiſerat. Si autẽ ex tem
plo contradixerit non tenebitur promiſſiõis rea
Uotũ vxoris extra domũ patris.
quia maritus contradixerit et dominus ei pro
pitius erit. Si vouerit et iuramento ſe con/
ſtrinxerit vt per ieiunium vel ceterarum rerum
de Jejunio
abſtinentiam affligat animam ſuam: in arbitrio
abstinentia
viri erit ſi faciat ſiue nõ faciat. Quod ſi audiens
D
vir tacuerit et in alteram diſtulerit ſententiam
quicquid vouerat atqꝫ promiſerat reddet: quia

ſtatim vt audiuit tacuit. Si autem contradixe-
rit poſtq̄ reſciuit portabit ipſe iniquitatē eius.
Iſte ſunt leges quas conſtituit dominus Moy
ſi inter virum et vxorem inter patrem et filiam
que in puellari adhuc etate eſt vel que manet in
parentis domo.

¶ Capi. Sūmariū. ¶ De pugna contra Ma
diam: De Balaam interfecto de mulieribus
Madianitarum captiuis interficiendis: de diui-
ſione prede ex equo: de parte pōtificis ⁊ Leui-
tarum: de donarijs domini. Capitulū. xxxj.

a Locutuſq; eſt domi-
nus ad Moyſen dicens: Ulci-
ſcere prius filios Iſrael de ma-
dianitis ⁊ ſic colligeris ad ppl'ꝫ
tuū. Statimq; Moyſes arma
te inquit ex vobis viros ad pu
gnam: qui poſſint vltionē dñi
expetere de Madianitis. Mille viri de ſingulis
tribubꝰ eligant̄ ex iſrl' qui mittant̄ ad bellū. De
derūtq; millenos de ſingulis tribubꝰ: ideſt duo-
decī milia expeditoꝝ ad pugnā quos miſit moy
ſes cū Phinees filio Eleazari ſacerdotis: vaſaq;
Victoria ꝯ madianitas ſancta ⁊ tubas ad clangendū tradidit eis. Cūq;
pugnaſſēt cōtra Madianitas atq; viciſſent: om-
nes mares occiderūt: ⁊ reges eoꝝ eui et recem ⁊
ſur ⁊ vr: ⁊ rebe: quinq; principes gētis: Balaam
Occiditur Balaam. quoq; filiū Beor interfecerunt gladio: ceperūt-
q; mulieres eoꝝ ⁊ paruulos: oīaq; pecora ⁊ cun-
ctam ſuppellectilē. Quicquid habere potuerāt:
depopulati ſunt: tam vrbes q̄ viculos ⁊ caſtella
B flāma conſūpſit. Et tulerūt p̄daꝫ ⁊ vniuerſa que
ceperant tam ex hoībus q̄ ex iumētis: ⁊ adduxe
runt ad Moyſen ⁊ Eleazarū ſacerdotē ⁊ ad om-
nem multitudinē filioꝝ Iſrael. Reliqua autē vtē
ſilia portauerūt ad caſtra in cāpeſtribus Moab:
iuxta iordanem contra Hierico: Egreſſi ſunt au
tem Moyſes ⁊ Eleazar ſacerdos ⁊ omnes prin-
cipes ſynagoge in occurſum eorum extra caſtra.
S. xxv. d. Iratuſq; Moyſes principibus exercitus ⁊ tri-
bunis: ⁊ centurionibus qui venerant de bello ait:
C Cur feminas reſeruaſtis: Nonne iſte ſunt que
deceperunt filios Iſrael ad ſuggeſtionem Ba-
laam: ⁊ preuaricari vos fecerunt in domino ſu-
per peccato Phogor: vnde ⁊ percuſſus eſt po-
pulus. Ergo cunctos interficite quicquid eſt ge
neris maſculini etiā in paruulis: ⁊ mulieres que Iudi-
nouerunt viros in coitu: iugulate: puellas autē
⁊ omnes feminas virgines reſeruate vobis ⁊ ma
nete extra caſtra ſeptem diebus. Qui occiderit
hominem: vel occiſum tetigerit luſtrabitur die
tertio ⁊ ſeptimo: ⁊ de omni preda ſiue veſtimen-
tum fuerit ſiue vas: ⁊ aliquid in vtenſilia prepa-
ratum de caprarum pellibus et pilis ⁊ ligno ex-
piabitur. Eleazar quoq; ſacerdos ad viros exer
citus qui pugnauerant: ſic locutus eſt. Hoc eſt
preceptum legis quod mandauit deus Moyſi: D
Aurum ⁊ argentum ⁊ es et ferrum et plumbum
et ſtamnuꝫ: et omne quod poteſt tranſire per flā
mas igne purgabitur. Quicquid autem ignem
non poteſt ſuſtinere aqua expiationis ſanctifica-
bitur: ⁊ lauabitis veſtimēta veſtra die ſeptimo:
⁊ purificati poſtea caſtra intrabitis: Dixit do-
minus ad Moyſen: Tollite ſummam eorum que
capta ſunt ab homine vſq; ad pecus: Tu ⁊ Elea Diuiſi[o] de per[...] gnato[rum]
zar ſacerdos et omnes principes vulgi: diuideſ-
q; ex equo predam inter eos qui pugnaue-
runt: egreſſiq; ſunt ad bellum ⁊ inter omnem re
liquam multitudinem: ⁊ ſeparabis partem do-
mino ab his qui pugnauerunt ⁊ fuerunt in bel-
lo vnam animam de quingentis: tam ex homini- Pars pro ſac[er]
bus q̄ ex bobus ⁊ aſinis ⁊ ouibus: ⁊ dabis eam
Eleazaro ſacerdoti: quia primitie domini ſunt: te.
Ex media quoq; parte filiorum Iſrael accipies E
quinquageſimū caput hominuꝫ ⁊ bouuꝫ ⁊ aſino Pars pro leui[tis]
rum ⁊ ouium cunctorūq; animantium: ⁊ dabis
ea leuitis qui excubant in cuſtodijs tabernaculi
dñi. Feceruntq; Moyſes ⁊ Eleazar ſicut prece
perat dñs. Fuit aūt preda quam exercitus cepe-
rat ⁊ ouiū ſexcenta ſeptuagintaquinq; milia bo-
um ſeptuagintaduo milia: aſinoruꝫ ſexaginta mi
lia ⁊ mille anime hominum ſexus feminei que nō Nume[rus] prede.
cognouerant viros trigintaduo milia. Dataq;
eſt media pars his qui in prelio fuerant: ouium
trecentatriginta ſeptem milia quingente. E qui
bus in partem domini ſupputate ſunt oues ſex-
cente ſeptuagintaquinq;: ⁊ de bobus triginta
ſex milibus: boues ſeptuaginta ⁊ duo: de aſinis
triginta milibus quingētis: aſini ſexagitavnus.
De animabus hominum ſedecim milibus ceſſe F
runt in partem domini trigintadue anime. Tra-
diditq; Moyſes numerum primitiarum domi-
ni Eleazaro ſacerdoti ſicuti fuerat ei imperatuꝫ
ex media parte filioꝝ Iſrael quam ſeparauerat
his qui in prelio fuerant. De media vero parte
que contigerat relique multitudini: id eſt de oui
bus trecentis trigintaſeptē milibꝰ quingentis:
⁊ de bobus trigintaſex milibꝰ: ⁊ de aſinis trigin-
ta milibꝰ quingētis: et de bobꝰ ſedecim milibꝰ
tulit moyſes qnquageſimū caput: et dedit Le- G
uitis qui excubabāt in tabernaculo dñi ſicut pre
ceperat dominus. Cumq; acceſſiſſent principes
exercitus ad Moyſen et tribuni centurioneſq;:
dixerunt. Nos ſerui tui recenſuimus numerum
pugnatorum quos habuimus ſub manu noſtra.

et nec vnus quidem defuit. Ob hanc cauſam of-
ferimus in donarijs domini ſinguli quod in pre-
da auri potuimus inuenire: periſcelides ⁊ armil
las: anulos ⁊ dextralia ac murenulas vt deprece
ris pro nobis dominum. Suſceperuntqꝫ Moy-
ſes ⁊ Eleazar ſacerdos omne aurum in diuerſis
ſpeciebus pondere ſanctuarij ſedecim milia ſe-
ptingentos quinquaginta ſiclos a tribunis et a
centurionibus. Vnuſquiſqꝫ enim quod in preda
rapuerat: ſuum erat. Et ſuſceptum intulerunt
in tabernaculum teſtimonij in monimentum fi-
liorum iſrael coram domino.

¶ Capituli. Summarium. ¶ Filij Ruben et
Gad querunt Moyſi Iaſer ⁊ Galaad circa ior
danem in poſſeſſionem. Quod iuſtificata peti-
tione in ſortem acceperunt vna cum dimidia tri
bu Manaſſe: vbi edificauerunt ciuitates.

Capitulum. xxxij.

A Ilij autez Ruben et
Gad habebant pecora multa
⁊ erat illis in iumentis infinita
ſubſtantia. Cūqꝫ vidiſſent Iaſ
ſer ⁊ Galaad aptas animalib⁹
alēdis terras: venerūt ad moy
ſen ⁊ ad Eleazarum ſacerdotē
et principes multitudinis: atqꝫ dixerunt: Aſta-
roth ⁊ Dibon ⁊ Iazer ⁊ Nemra Eſebon ⁊ Elea
le ⁊ Saban ⁊ Nebo ⁊ Beon terra quam percuſ
ſit dominus in conſpectu filiorū Iſrael: regionis
vberrime eſt ad paſtum animalium: ⁊ nos ſerui
tui habemus iumenta plurima precamurqꝫ ſi in
B uenimus gratiam coram te vt des nobis famu-
lis tuis eam in poſſeſſionem nec facias nos tran
ſire iordanem. Quibus reſpōdit Moyſes. Nun-
quid fratres veſtri ibunt ad pugnā ⁊ vos hic ſe-
S. xiiij. a. debitis. Cur ſubuertitis mētes filiorꝫ Iſrael ne
tranſire audeāt in locū quē eis daturus eſt dn̄s.
Nonne ita egerūt pr̄es veſtri quādo miſſi de ca
des barne ad explorandā terraz. Cūqꝫ veniſſent
ad valem botri luſtrata omni regione ſubuerte-
runt cor filiorꝫ Iſrael vt nō intrarent fines quos
eis dn̄s dedit: quibus iratus iurauit dicens. Si
videbūt homines iſti qui aſcenderunt ex Egy-
pto a viginti annis ⁊ ſupra terrā quā ſub iuramē
C to pollicitus ſum Habraam: Iſaac: ⁊ Iacob: ⁊ no
luerunt ſequi me: preter Caleph filiū Iephone
cenezeum ⁊ Ioſue filium Nun: Iſti impleuerūt
volūtatem meam. Iratuſqꝫ eſt dn̄s aduerſuz Iſ
rael circunduxit eū per deſertū quadraginta an-
nis donec conſumeret vniuerſa generatio que fe-
cerat malum in conſpectu eius. Et ecce inquit
vos ſurrexiſtis pro patribus veſtris incrementa
⁊ alūni hominum peccatorū vt augeretis furorē
dn̄i contra Iſrael. Qui ſi nolueritis ſequi euz in
latitudine populum derelinquet: ⁊ vos cauſa eri
tis necis omnium. At illi prope accedentes dixe
runt. Caulas ouium fabricabimus ⁊ ſtabula iu
mentorum: paruulis quoqꝫ noſtris vrbes muni-
tas: nos autem ipſi armati ⁊ accincti pergemus
ad prelium ante filios Iſrael donec introduca- J. eodem.
D mus eos ad loca ſua. Paruuli noſtri ⁊ quicquid
habere poſſumus erit in vrbibus munitis pro-
pter habitatorum inſidias. Non reuertemur
in domos noſtras vſqꝫ dum poſſideant filij Iſrl'
hereditatem ſuam nec quicqꝫ querimus trans
iordanem quia iam habemus noſtram poſſeſſio- Ioſue. j. f.
nem in orientali eius plaga. Quibus Moyſes
ait. Si facitis quod promittitis expedite pergi
te coram domino ad pugnam: et omnis vir bel-
lator armatus Iordanem tranſeat: donec ſub-
uertat dominus inimicos ſuos: et ſubijciatur ei
omnis terra tunc eritis inculpabiles apud deuz
E et apud Iſrael. et obtinebitis regiones quas
vultis coram Domino. Sinautem quod dici-
tis non feceris: nulli dubium eſt quin pecce-
tis in Deum: et ſcitote quoniam peccatum ve-
ſtrum apprehendet vos: Edificate ergo vrbes
paruulis veſtris: et caulas et ſtabula ouibus ac
iumentis: et quod polliciti eſtis implete. Di-
xeruntqꝫ filij Gad ⁊ Ruben ad Moyſen. Ser-
ui tui ſumus: faciemus quod iubet Dominus
noſter. Paruulos noſtros et Mulieres et pe-
cora ac iumenta relinquemus in vrbibus Ga-
laad: Nos autez famuli tui omnes expediti per-
gemus ad bellum ſicut tu Domine loqueris.
F Preceptiqꝫ Moyſes Eleazaro ſacerdoti ⁊ Io
ſue filio Nun et principibus familiarum per tri- Ioſue. iiij. c
bus Iſrael: et dixit ad eos. Si tranſierint filij
Gad et filij Ruben vobiſcum Iordanem om-
nes armati ad bellum coram domino: et vobis
fuerit terra ſubiecta: date eis Galaad in poſ-
ſeſſionem. Sinautem noluerunt tranſire vobi-
ſcum in terram Chanaam inter vos habitandi
accipiant loca. Reſponderuntqꝫ filij Gad et fi- S. eodem.
lij Ruben. Sicut locutus eſt Dominus ſeruis
ſuis ita faciemus. Ipſi armati pergemus coraz
domino in terra Chanaam ⁊ poſſeſſionem iam Ioſ. xxij. a.
ſuſcepiſſe nos confitemur tranſiordanem. De-
dit itaqꝫ Moyſes filijs Gad ⁊ Ruben et dimi-
die tribui manaſſe filij Ioſeph. regnum Seon
G regis Amorrei et regnum Og regis Baſan: et
terrā eorum cum vrbibus per circuitum. Igi-
tur extruxerunt filij Gad Dibon ⁊ Aſtaroth et
Araoer et Roth ⁊ Sophan et Iazer et Iecbaa
et Bethenemra et Betharan vrbes munitas ⁊
caulas pecoribus ſuis. Filij vero Ruben edifica
uerūt Eſebon et Eleale et Chariathaim et Na
bo ⁊ Baalmeon verſis nominibus ſabama quo- Geneſ. l. d.
qꝫ imponentes vocabula vrbibus quas extruxe
rant. Porro filij Machir filij Manaſſe perre-
xerunt in Galaad et vaſtauerunt eam interfe-
cto Amorreo habitatore ei⁹. Dedit ergo Moy
ſes terram Galaad Machir filio Manaſſe qui
habitauit in ea. Iahir autem filius Manaſſe
abijt et occupauit vicos eius quos appellauit
Auothiair: id eſt villas Iair. Nobe quoqꝫ per-
rexit et apprehendit Cariath cum viculis ſuis:
vocauitqꝫ eam ex nomine ſuo Nobe.

¶ Ca. Sū. ¶ Recapitulatio. precedentiuꝫ ab Egypto vſqꝫ ad iordanem. ſcꝫ manſionum filiorum Iſrael in deſerto de diſperdendis Chananeis ⁊ earum idolis. Capitulum. xxxiij.

A
Rameſſes vnō p̄io receſſerūt filij iſrael: ⁊ ſunt duodeci mā ſiones vſqꝫ ad montē Synai.

HE ſunt manſiones filiorum Iſrael qui egreſſi ſunt de Egypto per turmas ſuas in manu Moyſi ⁊ Aarō: quas deſcripſit Moyſes iuxta caſtrorū loca que domini iuſſione mutabant. Profecti igitur de rameſſe menſe primo quintadecima die menſis primi altera die phaſe filij Iſrael de manu excelſa vidētibus cūctis Egyptijs ⁊ ſepelientibus primogenitos quos percuſſerat dn̄s. Nam ⁊ in dijs eorū exercuerat vltionem caſtrametati ſunt in Sochoth: ⁊ de Sochoth venerūt in Ethā que eſt in

B extremis finibus ſolitudinis. Inde egreſſi venerunt cōtra Phiairoth que reſpicit Beelſephō:

Exo. xv. d. ⁊ caſtrametati ſunt ante Magdalū. Profecti de Phiairoth tranſierūt per mediū mare in ſolitudinem. ⁊ ambulantes tribus diebus per deſertū Etham caſtrametati ſunt in mara: Profectiqꝫ de mara venerunt in helim vbi erant duodecim fontes aquarū ⁊ palme ſeptuaginta: ibiqꝫ caſtrametati ſunt. Sed ⁊ inde egreſſi fixerunt tentoria ſuper mare rubrum: Profectiqꝫ de mari rubro caſtrametati ſunt in deſerto Syn. Unde egreſſi venerunt in depheca. Profectiqꝫ de depheca caſtrametati ſunt in halus. Egreſſiqꝫ de halus raphidim fixere tētoria vbi populo defuit aqua ad bibendum. Profectiqꝫ de raphidim caſtrametati ſunt in deſerto ſinai. Sed ⁊ de ſolitudine ſinai egreſſi venerunt ad ſepulchra cōcupiſcētie. Profectiqꝫ de ſepulchris concupiſcētie caſtrametati ſunt in Aſeroth. Et de Aſeroth venerunt in Rethema. Profectiqꝫ de rethma caſtrametati ſunt in remmonphares. Unde egreſſi venerūt in lebna. De lebna caſtrametati ſunt in reſſa. Egreſſiqꝫ de reſſa venerunt in ceelata. Unde profecti caſtrametati ſunt in monte Sepher. Egreſſi

Mons Synai et vſqꝫ ad cades enumerant viginti vna māſiones.

C

D de monte Sepher venerunt in arda. Inde proficiſcentes caſtrametati ſunt in maceloth. Profectiqꝫ de maceloth venerunt in thaath. De thaath caſtrametati ſunt in thare. Unde egreſſi fixere tentoria in metcha. Et de metcha caſtrametati ſunt in eſmona. Profectiqꝫ de eſmona venerunt in moſeroth. Et de moſeroth caſtrametati ſunt in baneiacham. Profectiqꝫ de baneiacham venerunt in monteꝫ Gadgad. Unde profecti caſtrametati ſunt in Jethebatha. Et de Jethebatha venerunt in hebrona. Egreſſiqꝫ de hebrona caſtrametati ſunt in Aſiongaber. Inde profecti venerunt in deſertum Syn. Hec eſt cades. Egreſſiqꝫ de cades caſtrametati ſunt in monteꝫ Hor in extremis finibus terre Edom. Aſcenditqꝫ Aaron ſacerdos in montem Hor iubente domino: et ibi mortuꝰ eſt anno quadrageſimo egreſſionis filiorum Iſrael ex Egypto menſe quinto

Cades vſqꝫ ad iordanē manſiones nouem.

E

prima die menſis: cum eſſet annorum centum viginti trium. Audiuitqꝫ Chananeus rex Arad qui habitabat ad meridiem: in terram Chanaam veniſſe filios Iſrael. Et profecti de monte Hor caſtrametati ſunt in Salmona. Unde egreſſi venerunt in Phinon. Profectiqꝫ de phinon caſtrametati ſunt in oboth. Et de oboth. venerunt in icabarim que eſt in finibus moabitarum. Profectiqꝫ de icabarim fixere tentoria in Dibongat. Unde egreſſi caſtrametati ſunt in helmondeblathaim. Egreſſiqꝫ de helmondeblathaim venerūt ad montem Abarim contra Nabo. Profectiqꝫ de montibus Abarim tranſierūt ad campeſtria Moab ſupra iordanem contra Hierico. Ibiqꝫ caſtrametati ſunt de bethſimon vſqꝫ ad Belſathim in planioribus locis moabitarum. Ubi locutus eſt dominus ad Moyſen. Precipe filijs Iſrael ⁊ dic ad eos. Quando tranſieritis Iordanem intrantes terraꝫ Chanaam: diſperdite cunctos habitatores terre illius cōfringite: titulos: ⁊ ſtatuas comminuite: atqꝫ omnia excelſa vaſtate: mundantes terram ⁊ habitantes in ea. Ego enim dedi vobis iſtam in poſſeſſionem: quam diuidetis vobis ſorte. Pluribus dabitis latioreꝫ: ⁊ paucioribus anguſtiorē. Singulis vt ſors ceciderit ita tribuet hereditas. Per tribus ⁊ familias poſſeſſio diuidet. Sin autē nolueritis interficere hitatores terre qui remanſerint: erūt vobis quaſi claui in oculis: et lancee in lateribus: ⁊ aduerſabuntur vobis in terra habitatiōis veſtre: ⁊ quicqd illis cogitaueram facere: vobis faciam.

Nu. xx. d.

F

Deu. vij.
Judi. ij.
B
Al's vitulos.

¶ C. S. ¶ De limitatione terre ſancte: de ipſa diuidenda ſorte: de nominibus eorum qui terram deberent diuidere. Capitulum. xxxiiij.

Locutuſqꝫ eſt dominus ad Moyſen: dicens. Precipe filijs iſrael: ⁊ dices ad eos. Cū ingreſſi fueritis terrā chanaam: ⁊ in poſſeſſionem vobis ſorte ceciderit: his finibus terminabit. Pars meridiana incipiet a ſolitudine Syon: que eſt iuxta Edom ⁊ habebit terminos ꝯ orientē mare ſalſiſſimū: q̄ circuibunt auſtralē plagā per aſcenſuꝫ ſcorpionis: ita vt tranſeant in ſenna: ⁊ perueniant ad meridiem vſqꝫ ad cades Barne vnde egredient confinia ad villā noīe Adar: ⁊ tendēt vſqꝫ ad aſemona. Ibitqꝫ per gyrū terminꝰ ab aſemona vſqꝫ ad torrentē egypti ⁊ magni maris littore finiet: plaga autē occidentalis a mari magno incipiet ⁊ ipſo fine claudet. Porro ad ſeptētrionalē plagā a mari magno termini incipient: peruenientes vſqꝫ ad montē altiſſimū a quo venient in emath: vſqꝫ ad terminos: ſedada: ibuntqꝫ ꝯfinia vſqꝫ ad ſephrona ⁊ villā henā. Hi erunt termini in parte aquilonis. Inde metabunt fines ꝯ orientalē plagaꝫ: de villa henā: vſqꝫ ed ſephama: ⁊ de ſephama deſcendent termini in reblatha ꝯ fontē daphnin. Inde

A
Limitatio terre ſancte.

B

Al's ſedada

C

peruenient contra orientem ad mare Zenereth ⁊ tendent vſqꝫ ad iordanē: ⁊ ad vltimū ſalſiſſimo claudenť mari. Hāc habebitis terram per fines ſuos in circuitu. Precepitqꝫ Moyſes filijs Iſrael dicēs. Hec erit terra quā poſſidebitis ſorte: et quam iuſſit dñs dari nouē tribub9 ⁊ dimidie tribui. Tribus eñ filioꝝ Ruben per familias ſuas: ⁊ tribus filioꝝ gad iuxta cognationū numerū: media ꝙ tribus manaſſe. i. due ſemis tribus acceperunt partē ſuā trans iordanē cōtra hiericho ad orientalē plagam. Et ait dñs ad Moyſen. Hec ſunt noīa viroꝝ qui terrā vobis diuident. Eleazar ſacerdos ⁊ Ioſue filius Nun: ⁊ ſinguli principes de tribubus ſingulis quoꝝ iſta ſunt vocabula. De tribu Iuda: caleph filius iephone. De tribu Symeon: ſamuel filius amiud. De tribu Beniamin: helidat fili9 caſelon. De tribu filioꝝ dan: bocci filius iogli. Filioꝝ ioſeph. De tribu manaſſe: hannihel filius ephod. De tribu effraim: camuhel filius ſepthā. De tribu ʒabulon: heliſapham filius pharnath. De tribu iſachar: dux phaltihel fili9 oʒan. De tribu aſer: ahiud filius ſalomi. De tribu neptalim: phedahel fili9 āmiud. Hi ſūt q̄b9 p̄cepit dñs vt diuiderēt filijs iſrl' terrā chanaaʒ.

D Ioſ. xiiij. a Diuiſores terre ſancte ⁊ coꝝ noīa

Ca. S. De ciuitatibus ⁊ ſuburbanis dādis leuitis de ciuitatibus refugij vltra iordanem ⁊ citra: de lege homicidij vel homicide ſiue volens ſiue nolens fecerit ad teſtimonium vnius nullus puniatur. Capitulum. xxxv.

A Ioſ. xxj. a.

HEc quoqꝫ locutus eſt dominus ad Moyſen in campeſtribus Moab ſupra iordanē contra hiericho. Precipe filijs Iſrael vt dent Leuitis de poſſeſſionib9 ſuis vrbes ad habitandū: ⁊ ſuburbana earū per circuitū: vt ipſi in opidis maneāt: ⁊ ſuburbana ſint pecoribus ac iumentis: que a muris ciuitatum foriſecus per circuitum mille paſſuū ſpacio tēdenť. Contra orientē duo milia erunt cubiti: ⁊ contra meridiē ſimiliter erūt duo milia. Ad mare quoqꝫ qḋ reſpicit ad occidentem eadē menſura erit: ⁊ ſeptentrionalis plaga equali termino finietur. Eruntqꝫ vrbes in medio: ⁊ foris ſuburbana. De ipſis autem opidis que leuitis dabitis ſex erunt in fugitiuorum auxilia ſeparata: vt fugiat ad ea qui fuderit ſanguinē: ⁊ exceptis his alia quadragintaduo opida: id eſt ſimul quadragintaocto cum ſuburbanis ſuis. Ipſeqꝫ vrbes que dabuntur de poſſeſſionibus filioꝝ Iſrael: ab his qui plus habent plures auferentur: ⁊ qui minus: pauciores. Singuli iuxta menſurā hereditatis ſue dabunt opida Leuitis. Ait dominus ad Moyſen. Loquere filijs iſrael ⁊ dices ad eos. Quando tranſgreſſi fueritis iordaneʒ in terram chanaan: decernite que vrbes eſſe debeant in preſidia fugitiuorum qui nolentes ſanguinem fuderint: in quibus cum fugerint profugus cognatus occidi nō poterit cū occidere donec ſtet

Ioſ. xx. a. Ciuitates refugij.

B

Deu. xix. a Lex homicidarum.

in conſpectu multitudinis ⁊ cauſa illius iudiceť. De ipſis aūt vrbibus que ad fugitiuoꝝ ſubſidia ſeparanť: tres erūt trans iordanē: ⁊ tres in terra Chanaan: tam filijs Iſrael ꝙ aduenis atqꝫ peregrinis: vt confugiat ad eas qui nolēs ſanguineʒ fuderit. Si quis ferro percuſſerit ⁊ mortuus fuerit qui p̄cuſſus eſt: reus erit homicidij ⁊ ipſe morietur. Si lapidē iecerit ⁊ ictus occubuerit: ſimiliter punieť. Si ligno p̄cuſſus interierit p̄cuſſoris ſanguine vindicabiť. Propinquus occiſi homicidaʒ interficiet: ſtatim vt app̄henderit euʒ interficiet. Si per odiū quis hoīeʒ impulerit vl' iecerit quippiā in eum per inſidias aut cū eſſet inimicus manu p̄cuſſerit ⁊ ille mortuus fuerit: percuſſor homicidij reus erit. Cognat9 occiſi ſtatim vt inuenerit eū: iugulabit. Qḋ ſi fortuitu ⁊ abſqꝫ odio ⁊ inimicitijs quicꝗ horū fecerit: ⁊ hoc audiente pp̄lo fuerit cōprobatuʒ atqꝫ inter percuſſorem ⁊ propinquū ſanguis queſtio vētilata: liberabitur innocēs de vltoris manu: et reduceť per ſentētiam in vrbē quam confugerat: manebitqꝫ ibi donec ſacerdos magnus qui oleo ſancto vnctus eſt moriatur. Si interfector extra fines vrbium que exulibus deputate ſunt: fuerit inuentus ⁊ p̄cuſſus ab eo qui vltor eſt ſanguis: abſqꝫ noxa erit qui eū occiderit. Debuerat eīm profugus vſqꝫ ad mortem pontificis in vrbe reſidere. Poſtꝗ autem ille obierit homicida reuertetur in terram ſuaʒ. Hec ſempiterna erūt ⁊ legitima in cunctis habitatiōibus veſtris. Homicida ſub teſtibus punieť: ad vnius teſtimoniuʒ nullus cōdemnabitur. Nō accipietis preciū ab eo qui reus eſt ſanguinis: ſtatiʒ ⁊ ipſe morieť. Exules et profugi ante mortē pontificis nullo modo in vrbes ſuas reuerti poterūt: ne polluatis terraʒ habitationis veſtre que inſontium cruore maculať nec aliter expiari poteſt niſi per eius ſanguinem qui alterius ſanguinem fuderit: atqꝫ ita emūdabitur veſtra poſſeſſio me cōmemorante vobiſcū. Ego eīm ſuʒ domin9 qui habito inter filios iſrael

C al's p̄cutiet

De. xix. c.

D

Vn9 teſtis non ſufficit ad condemnandum.

homicida debet mori

Capi. Sūma De lege cōmiſcendarū tribuuʒ occaſione filiaruʒ Salphaat. Ca. xxxvj.

A Nu. xxvij. a.

ACceſſerunt autem ⁊ principes familiaruʒ Galaad filij Machir: filij Manaſſe de ſtirpe filiorum ioſeph locutiqꝫ ſunt Moyſi corā principibus Iſrael atqꝫ dixerunt. Tibi domino noſtro precepit domin9 vt terraʒ ſorte diuideres filijs Iſrael: ⁊ vt filiab9 Salphaat fratris noſtri dares poſſeſſionem debitam patri: quas ſi alterius tribus homines vxores acceperint: ſequetur poſſeſſio ſua et trāſlata ad aliam tribuʒ de noſtra hereditate minuetur: atqꝫ ita fiet vt cum iubileus. i. quinquageſimus annus remiſſionis aduenerit: confundatur ſortium diſtributio: et aliorum poſſeſſio ad alios tranſeat. Reſpondit Moyſes filijs Iſrael et domino precipiente: ait. Recte tribus filioruʒ Io

B

E ſeph locuta eſt: ⁊ hec lex ſuper filiabus Sal-
Tobi.vij.d. phaat a domino promulgata eſt. Nubāt qui
bus volunt tantū vt ſue tribus hominibus
j. Eſdre.a. ne commiſceatur poſſeſſio filiorum Iſrael de
tribu in tribū. Omnes enim viri ducent vxo
res de tribu ⁊ cognatione ſua: ⁊ cuncte femi-
ne de eadem tribu maritos accipient: vt he-
reditas permaneat in familijs: nec ſibi miſce
antur tribus ſed ita maneant vt a domino ſe-
D parate ſunt. Feceruntqꝫ filie Salphaat vt ſi-
bi fuerat imperatum ⁊ nupſerunt Maala et
Therſa ⁊ egla ⁊ Melcha ⁊ Noa filijs patrui
ſui de familia Manaſſe qui fuit filiꝰ Ioſeph
et poſſeſſio q̄ illis fuerat atributa manſit in
tribu ⁊ familia patris earum. Hec ſunt man
data atqꝫ iudicia q̄ mandauit dominus per
manum Moyſi ad filios Iſrael in campeſtri
bus Moab ſupra Iordanē contra Hierico.

Explicit liber numeri.

Recapitulatio. Capi. Summa. Recapitulatio de nu
meratione ⁊ reuerſione ad montem amorreo
rum de exploratoribus: de murmuratione
populi: de ira dei: de aſcenſu in Amalech.

Capitulum.j.

Incipit liber. Elle habdorim: qui Deu-
teronomium prenotatur.

A Recapitulatio ꝑ totū capitulum.

Ec ſunt
verba que lo
cutꝰ eſt moy-
ſes ad oēs iſ-
rael trās ior-
danē in ſoli
tudine cāpe-
ſtri cōtra ma
re rubrū inter
pharā ⁊ tho-
fel ⁊ labam ⁊
aſeroth: vbi auri eſt plurimum vndecī dieb̄ꝰ
de oreb per viam montis ſeir vſqꝫ ad cades
barne. Quadrageſimo anno vndecimo mēſe:
prima die mēſis locutꝰ eſt Moyſes ad filios
Iſrael omnia que preceperat illi dominus vt
diceret eis: poſtq̄ꝫ percuſſit Seon regē amor
reorum qui habitauit in Eſebon: ⁊ Og regē
Baſan: qui manſit in Aſeroth et in Eſdrai
trans Iordanem in terra Moab. Cepitqꝫ
Moyſes explanare legē ⁊ dicere. Dn̄s deus
noſter locutꝰ eſt ad nos in Oreb dicēs. Suf-
ficit vobis ꝙ in hoc monte manſiſtis. Reuer-
timini et venite ad montem amorreorū et ad
cetera que ei proxima ſunt campeſtria atqꝫ
montana et humiliora loca contra meridiem
et iuxta littus maris terram Chananeorum ⁊ li- B
bani vſqꝫ ad flumen magnum Euphratem. En
inquit tradidi vobis. Ingredimini et poſſidete
eam: ſuper quam iurauit dominus patribus ve-
ſtris Abraam: Iſaac ⁊ Iacob: vt daret illam eis
et ſemini eorum poſt eos. Dixiqꝫ vobis illo in Exo.xviij.
tempore. Non poſſum ſolus ſuſtinere vos: quia Nu.
dominus deus veſter multiplicauit vos: et eſtis
hodie ſicut ſtelle celi plurimi. Dominꝰ deus pa-
trum veſtrorum addat ad huc numerum multa
milia: et benedicat vobis ſicut locutus eſt. Non
valeo ſolus negocia veſtra ſuſtinere ⁊ pondus ac
iurgia. Date ex vobis viros ſapientes et gna-
ros: et quorū cōuerſatio ſit probata in tribubꝰ
veſtris: vt ponam eos vobis principes. Tunc re-
ſpōdiſtis mihi. Bona res eſt quam vis facere.
Tuliqꝫ de tribubus veſtris viros ſapientes et no
biles: et conſtitui eos principes: tribunos et cen
turiones ⁊ quinquagenarios ac decanos qui do C
cerent vos ſingula. Precepiqꝫ eis dicens. Au- Iob.xxi.
dite illos ⁊ qd̄ iuſtum eſt iudicate. Siue ciuis ſit
ille peregrinus: nulla erit diſtantia perſonarum.
Ita paruum audietis vt magnum: nec accipie-
tis cuiuſq̄ꝫ perſonam: quia dei iudicium eſt: ꝙ ſi
difficile vobis viſum aliquid fuerit: referrte ad
me ⁊ ego audiam. Precepitqꝫ eis omnia que fa Nu.
cere deberetis. Profecti autem de Oreb tranſi
uimus per heremum terribilem et maximam ſo
litudinem quam vidiſti per viam montis amor-
rei: ſicut preceperat dominꝰ deus noſter nobis.
Cumqꝫ veniſſemus in cades barne: dixi vobis.
Veniſtis ad mōtem amorrei quem dominus de
us noſter daturus eſt nobis. Vide terram quā
dominus deus tuus dat tibi. Aſcende et poſſide
eā ſicut locutus eſt dominus deus noſter patri D
bus tuis. Noli timere nec quicqꝫ paueas. Et ac
ceſſiſtis ad me omnes atqꝫ dixiſtis. Mittamus
viros qui conſiderent terram et renuncient per
quod iter debeamus aſcēdere: et adquas perge
re ciuitates. Cumqꝫ mihi ſermo placuiſſet: miſi
e vobis duodecim viros: ſingulos de tribubus
ſuis. Qui cū perrexiſſent ⁊ aſcēdiſſent in monta- Nu.xiij.
na venerunt vſqꝫ ad vallem Botri: et conſidera
ta terra ſumentes de fructibus eius vt oſtende-
rent vbertatem: attulerunt ad nos atqꝫ dixerūt.
Bona eſt terra quam dominus deus noſter da-
turꝰ eſt nobis. Et noluiſtis aſcēdere: ſed incre-
duli ad ſermonē domini dei noſtri murmurati
eſtis in tabernaculis veſtris atqꝫ dixiſtis. Odit
nos dominus et idcirco eduxit nos de terra egy
pti vt traderet nos in manu amorrei atqꝫ deleret. E
Quo aſcendemus nuncij terruerunt cor noſtrū
dicentes. Maxima multitudo eſt: et nobis ſta-
tura procerior. Vrbes magne: et ad celum vſqꝫ
murate. Filios Enachin vidimus ibi. Et dixi vo
bis. Nolite metuere nec timeatis eos. Domi-
nus deus qui ductor eſt noſter pro vobis ipſe pu
gnabit: ſicut fecit in egypto cunctis videntibus

et in ſolitudine ipſi vidiſtis. Portauit te do-
min⁹ deus tuus vt ſolet homo geſtare paruulu3
filium ſuum in omni via per quam ambulaſtis:
donec veniretis ad locum iſtum. Et nec ſic qui-
dem crediditis domino deo veſtro qui preceſſit
vos in via et metatus eſt locum in quo tentoria
figere deberetis: nocte oſtendens vobis iter per
F Nu.xiiij.d. ignem ꝛ die per columnam nubis. Cumq3 audiſ-
ſet dominus vocem ſermonu3 veſtrorum iratus
iurauit et ait. Non videbit quiſpiam de homini
bus generationis huius peſſime terram bonam
qua3 ſub iuramento pollicitus ſum patribus ve
tris preter Caleph filium Jephone. Ipſe enim
videbit eam: et ipſi dabo terram quam calcauit
et filijs eius: quia ſecutus eſt dominum. Nec mi
randa indignatio in populu3: cu3 mihi quoq3 ira
tus dominus propter vos dixerit. Nec tu in
gredieris illuc: ſed Joſue filius Nun miniſter
tuus: ipſe intrabit pro te. Hunc exhortare et ro
bora: et ipſe ſorte terram diuidet Iſraeli. Par
uuli veſtri de quibus dixiſtis ꝙ captiui duceren-
tur: et filij qui hodie boni ac mali ignorant diſtã
tiam: ipſi ingredientur: et ipſis dabo terram et
poſſidebunt eam: vos autem reuertimini et abi
te in ſolitudinem per viam maris Rubri. Et re-
ſpondiſtis mihi. Peccauimus domino: aſcen-
G Nu.xiiij.g demus atq3 pugnabimus ſicut precepit domin⁹
deus noſter. Cumq3 inſtructi armis pergeretis
in montem: ait mihi dominus. Dic ad eos. No
lite aſcendere neq3 pugnetis. Non enim ſum
vobiſcum: ne cadatis coram inimicis veſtris.
Locutus ſum et non audiſtis: ſed aduerſantes
imperio domini: et tumentes ſuperbia aſcendi
ſtis in monem. Itaq3 egreſſus Amorreus qui
habitabat in montibus et obuiam veniens per
ſecutus eſt vos ſicut ſolent apes perſequi: et
cecidit de Seir vſq3 Horma. Cumq3 reuerſi plo
raretis coram domino non audiuit vos: nec vo-
ci veſtre voluit acquieſcere. Sediſtis ergo in ca-
des Barne multo tempore.

Capituli. Summarium. Recapitulatio beneficiorum populo poſt legem datorum: ſcilicet de prohibitione pugnandi contra Moab et Amon: de victoria habita: de ſeon rege. Ca.ij.

A PRofectiq3 inde veni
mus in ſolitudinẽ que ducit ad
mare rubrũ: ſicut mihi dixerat
dñs: ꝛ circuimus montẽ ſeir lõ
go tẽpore. Dixitq3 domin⁹ ad
me. Sufficit vobis circuire mõ
te3 iſtũ ite cõtra aquilonẽ ꝛ po
De terra ſeir vbi habitabant filij Eſau. pulo precipe dicẽs. Trãſibitis per terminos fra-
trum veſtroꝝ filiorũ Eſau qui habitãt in ſeir: et
timebũt vos. Uidete ergo diligẽter ne moueami
ni cõtra eos. Neq3 enĩ dabo vobis in terra eorũ
quantũ põt vnius pedis calcare veſtigiũ quia in
poſſeſſionẽ Eſau dedi montẽ ſeir. Cibos emetis
ab eis pecunia ꝛ comedetis: aquã emptã haurie

tis: ꝛ bibetis. Dominus deus tuus bñdixit tibi B
in omni opere manuũ tuaru3. Nouit iter tuum
quomodo tranſieris ſolitudinẽ hanc magnã per
quadraginta annos: habitans tecũ dñs deus tu
us ꝛ nihil tibi defuit. Cumq3 trãſiſſemus fratres
noſtros filios Eſau qui habitabãt in ſeir per vi-
a3 cãpeſtre3 de helath ꝛ de aſiongaber: venimus
ad iter qđ ducit in deſertũ moab. Dixitq3 domi
nus ad me: Nõ pugnes cõtra moabitas: nec in De terra
eas aduerſus eos preliũ: nõ enĩ dabo tibi quicq3 Moababi
de terra eorum: q2 filijs Loth tradidi in poſſeſ- taru3 filijs
ſionẽ. Emim primi fuerunt habitatores eius po Loth data.
pulus magnus et validus et tam excelſus vt de
Enachim ſtirpe quaſi gigantes crederentur: et
eſſent ſimiles filiorum Enachim. Deniq3 moa-
bite appellant eos Emim. In ſeir autem prius C
habitauerũt amorrei quibus expulſis atq3 dele-
tis habitauerunt filij Eſau: ſicut fecit Iſrael in
terra poſſeſſionis ſue quam dedit illis domin⁹.
Surgentes ergo vt tranſirem⁹ torrẽte3 Zareth
venimus ad eũ. Tẽpus autẽ quo ambulauim⁹
de cades barne vſq3 ad tranſitu3 zareth triginta
et octo annoru3 fuit donec cõſumeretur omnis
congregatio hoĩm bellatorũ de caſtris ſicut iura
uerat dñs cuius manus fuit aduerſum eos vt in
terirent de caſtroru3 medio. Poſtq3 autẽ vniuer
ſi ceciderunt pugnatores locutus eſt dominus D
ad me dicens: Tu tranſibis hodie terminos mo
ab vrbem nomine ar: et accedens in vicinia filioꝝ
Ammon: caue ne pugnes contra eos nec mouea De terra fi
ris ad prelium. Non enĩ dabo tibi de terra filio lioꝝ ammõ
rum Ammon: quia filijs lot dedi eam in poſſeſſio data filijs
nem. Terra gigantium reputata eſt: ꝛ in ipſa oli3 Lot.
habitauerunt gigantes quos ammonite vocant
zomim populus magnus ꝛ multus ꝛ procere lõ
gitudinis: ſicut Enachim quos: deleuit domin⁹
a facie eorum: ꝛ fecit illos habitare pro eis ſicut
fecerat filijs Eſau qui habitabant in ſeir delens
amorreos et terrã eorum illis tradens quã poſſi
dent vſq3 in preſens. Eueos quoq3 qui habita-
bant in aſerim vſq3 gazã capadoces expulerunt
qui egreſſi de capadocia deleuerunt eos et habi
tauerunt pro illis. Surgite ꝛ tranſite torrentem E
arnon. Ecce tradidi in manu tua Seon regem Uictorie
Eſebon amorreorum et terram eius incipe poſ- ſeon recapi
ſidere: ꝛ cõmitte aduerſus eum prelium. Hodie tulatio.
incipiam mittere terrorem atq3 formidinem tu-
am in populos qui habitãt ſub omni celo: vt au
dito nomine tuo paueant et in more3 parturien
tium contremiſcant ꝛ dolore teneantur. Miſi er
go nuncios de ſolitudine Cademoth ad Seon
regem Eſebon verbis pacificis dicens: Tranſibi Nu.xxi.e.
mus per terram tuam publica gradiemur via:
non declinabimus neq3 ad dexteram neq3 ad ſi- F
niſtram: Alimenta precio vende nobis vt veſca-
mur: aquam pecunia tribue et ſic bibemus Tan
tum eſt vt nobis concedas tranſitum: ſicut fece
runt filij Eſau qui habitabant in ſeir: et Moabi
te qui morantur in ar donec veniamus ad Jor-
danem: ꝛ tranſeamus ad terram qua3 dominus
deus noſter daturus eſt nobis. Noluitq3 Seon

rex Eſebon dare nobis tranſitum: quia indura-
uerat dominus deus tuus ſpiritum eius: et ob-
firmauerat cor illius ita vt traderetur in manus
tuas ſicut nunc vides: Dixitq; dominus ad me
Ecce cepi tibi tradere Seon ⁊ terram eius: inci
G pe poſſidere eam. Egreſſuſq; eſt Seon obuiam
nobis cum omni populo ſuo ad prelium in Jaſa
⁊ tradidit euȝ dominus deus noſter nobis: per-
cuſſimuſq; eum cum filijs ⁊ omni populo ſuo:
cunctaſq; vrbes in tempore illo cepimus inter-
fectis habitatoribus earum viris ac mulieribus
⁊ paruulis. Non reliquimus in eis quicq̃ abſq;
iumentis que in partem venere predãtium ⁊ ſpo
lijs vrbium quas cepimus ab Aroer que eſt ſup
ripaȝ torrẽtis arnon opido: qđ in valle ſitũ eſt vſ
q; galaad. Nõ fuit vicus ⁊ ciuitas que nr̃as effu-
geret manus. Omnes tradidit domin⁹ deus no-
ſter nobis abſq; terra filiorum Ammon: ad quã
non acceſſimus: et cunctis que adiacent torren-
ti Jeboch ⁊ vrbibus mõtanis: vniuerſiſq; locis
a quibus nos prohibuit dñs deus noſter.

¶ Capituli. Summarium. ¶ De pugna con
tra Og. regeȝ Baſan; de lecto eius: de ſorte dua
rum tribuum ⁊ ſemis ⁊ dixit Moyſi deus non
tranſire Jordanem. Capitulum. iij.

A
Nu. xxi. g. Taq; cõuerſi aſcen-
dimus per iter Baſan. Egreſ-
ſuſq; eſt Og rex Baſan in oc-
curſum nobis cum populo ſuo
ad bellanduȝ in Eſdrai. Dixit
q; dominus ad me: Ne timeas
eum: quia in manu tua tradit⁹
Victoria ʒ eſt cum omni populo ac terra ſua: facieſq; ei ſi-
Og regem. cut feciſti Seon regi Amorreoruȝ qui habitauit
in Eſebon. Tradidit ergo dominus deus noſter
in manibus noſtris etiam Og regem Baſan et
vniuerſum populum eius: percuſſimuſq; eos vſ
q; ad internitionem: vaſtantes cunctas ciuita-
tes illius vno tempore: non fuit oppidum quod
nos effugeret: Sexaginta vrbes ⁊ omnem regio-
nem Argob regni Og in Baſan. Cuncte vrbes
erant munite muris altiſſimis portiſq; ⁊ vecti-
bus: abſq; oppidis innumeris que non habebãt
muros. Et deleuimus eos ſicut feceram⁹ Seon
regi Eſebon: diſperdentes omnem ciuitatem: vi
roſq; ac mulieres ⁊ paruulos: iumenta autem et
B ſpolia vrbium diripuimus. Tulimuſq; illo in tẽ
xxiij. q. v. re pore terram de manu duorum regum Amorreo-
mittuntur. rum qui erant trans iordanem a torrente arnon
vſq; ad montem Hermon quem Sydonij Sa-
rion vocant ⁊ Amorrei ſanir: omnes ciuitates
que ſite ſunt in planicie ⁊ vniuerſam terram Ga
laad ⁊ Baſan vſq; ad Selcha ⁊ Eſdrai ciuitates
Lectus og regni Og in Baſan. Solus quippe Og rex Ba
regis gigan ſan reſtiterat de ſtirpe Gigantum. Monſtratur
te prolis. lectus eius ferreus qui eſt in Rabath filiorum
Ammon nouem cubitos habens longitudinis ⁊
quattuor latitudinis ad menſuram cubiti virilis

manus. Terramq; poſſidemus in tẽpore illo ab
Aroer qui eſt ſuper ripam torrentis Arnon vſq;
ad mediam partem montis Galaad: ⁊ ciuitates
illius dedi Ruben ⁊ Gad. Reliquam autem par
tem Galaad ⁊ omnem Baſan regni Og: tradi-
di medie tribui Manaſſe omnem regionem Ar
gob. Cunctaq; Baſan vocabatur terra Gigan-
tum. Jair filius Manaſſe poſſedit omneȝ regio
nem Argob vſq; ad terminos geſſuri ⁊ machati. C
Vocauitq; ex nomine ſuo Baſan auothiair: id
eſt villas Jair vſq; in preſentem diem. Machir
quoq; dedi Galaad ⁊ tribubus Ruben: ⁊ Gad
dedi terram Galaad vſq; ad torrentem Arnon:
medium torrentis ⁊ confinium vſq; ad torrentẽ Al's
✝ Jeboch qui eſt terminus filiorum Ammon: et bob
planiciem ſolitudinis atq; iordanem: et termi-
nos cenereth vſq; ad mare deſerti quod eſt ſalſiſ
ſimum ad radices montis Phaſga contra orien
tem. Precepiq; vobis in tempore illo: dicens:
Dominus deus veſter dat vobis terram hanc in
hereditatem: expediti precedite fratres veſtros
filios Jſrael omnes viri robuſti abſq; vxoribus
⁊ paruulis atq; iumentis. Noui enim q̃ plura
habeatis pecora ⁊ in vrbibus remanere debebũt:
quas tradidi vobis: donec requiem tribuat do-
minus fratribus veſtris ſicut vobis tribuit ⁊ poſ
ſideant ipſi etiam terram quam daturus eſt eis
trans iordanem: tunc reuertetur vnuſquiſq; in
poſſeſſionem ſuam quam dedi vobis. Joſue quo
q; in tempore illo precepi dicens: Oculi tui vi-
derunt que fecit dominus deus veſter duobus
his regib⁹: ſic faciet omnibus regnis ad que trã-
ſiturus es. Ne timeas eos: Dominus enim de- D
us veſter pugnabit pro vobis. Precatuſq; ſum
dominum in tempore illo dicens. Domine de-
us tu cepiſti oſtendere ſeruo tuo magnitudi-
nem tuam manumq; fortiſſimam. Neq; enim
eſt alius deus vel in celo vel in terra qui poſſit fa
cere opera tua et comparari fortitudini tue. Trã
ſibo igitur ⁊ videbo terram hanc optimam trãs
iordanem ⁊ montem iſtum egregium et libanuȝ.
Jratuſq; eſt dominus mihi propter vos: nec ex
audiuit me: ſed dixit mihi: Sufficit tibi nequa-
q̃ vltra loquaris de hac re ad me. Aſcende cacu
men phaſge et oculos tuos circumfer ad occidẽ-
tem et ad aquilonem: auſtrumq; et orientem:
et aſpice. Nec enim tranſibis iordanem iſtum.
Precipe Joſue et corrobora eum atq; confor-
ta: quia ipſe precedat populum iſtum: et diui-
det eis terram quam viſurus es. Manſimuſq;
in valle contra phanum phogor.

¶ Capituli. Summarium. ¶ Moyſes ex-
hortatur populum: et declarat legis dat eminen
tiam: narrat que facta ſunt in Oreb: phibet om-
nem ſimilitudinem adorari: mortem propriam
predicit: et eos puniendos ſi tranſgredientur
domini mandata: narrat beneficia domini que fe
cit: ſeparat ciuitates refugij et eorum nomi-
na ponit. Capitulum. iiij.

A ET nūc Iſrael audi Precepta et iudicia que Ego doceo te:vt faciens ea viuas et ingrediēs poſſideas terrā quā dn̄s deus patrū veſtroꝝ datu-rus eſt vobis. Non addetis ad verbum qd̄ vobis loquor: nec auferetis ex eo. Cuſtodite mandata domini dei veſtri que ego precipio vobis. Oculi veſtri vide-rūt omnia que fecit dn̄s cōtra Beelphegor quo-modo contriuerit oēs cultores eius de medio ve-ſtri. Vos autē qui adheretis dn̄o deo veſtro: vi-uitis vniuerſi vſqꝫ in preſentem diem. Scitis ꝙ docuerim vos precepta atqꝫ iuſticias ſicut man-dauit mihi dn̄s deus meus: ſic facietis ea in ter-ra quam poſſeſſuri eſtis ⁊ obſeruabitis ⁊ imple-bitis opere. Hec eſt enim veſtra ſapientia ⁊ intel-lectus coram populis vt audientes vniuerſi pre-cepta hec dicant: En populus ſapiens ⁊ intelli-gens: gens magna. Nec eſt alia natio tam gran-dis que habeat deos appropinquantes ſibi ſicut deus noſter adeſt cunctis obſecrationibus nr̄is.

B Que eī̄ eſt alia gens ſic inclyta vt habeat cerimo-nias iuſtaqꝫ iudicia ⁊ vniuerſam legem quā ego proponam hodie ante oculos veſtros? Cuſtodi igitur temetipſum ⁊ animam tuam ſollicite. Ne obliuiſcaris verborum que viderunt oculi tui: et ne excidant de corde tuo cunctis diebus vite tue. Docebis ea filios ac nepotes tuos: diem quo ſte-tiſti coram domino deo tuo in Oreb quando do-minus locutus eſt mihi dicens: Cōgrega ad me populum vt audiat ſermones meos ⁊ diſcat time-re me omni tēpore quo viuant in terra: doceātqꝫ filios ſuos. Et acceſſiſtis ad radices montis qui ardebat vſqꝫ ad celum erantqꝫ in eo tenebre ⁊ nu-bes ⁊ caligo. Locutuſqꝫ eſt dn̄s ad vos de medio ignis: vocem verborum eius audiſtis ⁊ formā pe-nitus non vidiſtis. Et oſtendit vobis pactū ſuū quod precepit vt faceretis: ⁊ decē verba que ſcri-pſit in duabus tabulis lapideis. Mihiqꝫ manda-

C uit in illo tempore vt docerem vos cerimonias ⁊ iudicia que facere deberetis in terra quam poſſeſ-ſuri eſtis. Cuſtodite igitur ſollicite animas ve-ſtras. Non vidiſtis aliquam ſimilitudinem in die qua locutus eſt vobis dominus in Oreb de me-dio ignis: ne forte decepti faciatis vobis ſculptā ſimilitudinem: aut imaginem maſculi vel femine ſimilitudinem omnium iumentorum que ſunt ſu-per terram: vel auium ſub celo volantiū: atqꝫ re-ptilium que mouentur in terra ſiue piſcium qui ſub terra morantur in aquis: ne forte oculis ele-

Hiere. xj. uatis ad celum videas ſolē ⁊ lunā ⁊ omnia aſtra celi: ⁊ errore deceptus adores ea ⁊ colas que crea-uit dominus deus tuus in miniſterium cunctis gentibus que ſub celo ſunt. Vos autē tulit domi-nus ⁊ eduxit de fornace ferrea Egypti: vt habe-ret populum hereditarium ſicut eſt in p̄nti die. Iratuſqꝫ eſt dominus contra me propter ſermo-nes veſtros: ⁊ iurauit vt non tranſirem iordanē nec ingrederer terram optimam quam daturus eſt vobis. Ecce moriar in hac humo: non tranſi-bo Iordanem: vos tranſibitis ⁊ poſſidebitis ter-ram egregiam. Caue ne qn̄ obliuiſcaris pacti do-

Moyſes ꝓ-dixit mortē

D mini dei tui qd̄ pepigit tecū: ⁊ facias tibi ſculptā ſimilitudinē eoꝝ que fieri dn̄s ꝓhibuit: qꝛ domi-nus deus tuus ignis cōſumēs eſt: deus emula-tor. Si genueris filios ac nepotes ⁊ morati fueri-tis in terra: deceptiqꝫ feceritis vobis aliquā ſimi-litudinē patrantes malū corā dn̄o deo veſtro vt eum ad iracundiā prouocetis: teſtes inuoco ho-die celum ⁊ terram cito perituros vos eſſe de ter-ra quam tranſito iordane poſſeſſuri eſtis. Non habitabitis in ea longo tempore: ſed delebit vos dominus atqꝫ diſperget in oēs gentes: ⁊ remane-bitis pauci in nationibus ad quas vos ducturus eſt dominus. Ibiqꝫ ſeruietis dijs qui hominum manu fabricati ſūt ligno ⁊ lapidi: qui nō vident: nec audiūt: nec cōedunt: nec odorant. Cūqꝫ que-

Hebr. xj. G

I. xxx. d.

E ſieris ibi dominū deum inuenies eum: ſi tamen toto corde queſieris ⁊ tota tribulatione anime tue poſtꝙ te inuenerint omnia que predicta ſūt Nouiſſimo autem tempore reuerteris ad domi-nū deum tuum ⁊ audies vocē eius: quia deus miſericors dominus deus tuus eſt. Nō dimittet te: nec oīno delebit neqꝫ obliuiſcef pacti in quo iurauit patribus tuis. Interroga de diebus an-tiquis qui fuerunt ante te ex die quo creauit do-minus de9 hoiem ſup terrā a ſummo celo vſqꝫ ad ſummū eius: ſi facta eſt aliquādo huiuſcemodi res: aut vnqꝫ cognitum eſt: vt audiret populus vocē domini dei loquentis de medio ignis ſicut tu audiſti. ⁊ vidiſti ⁊ fecit deus vt ingrederetur ⁊ tolleret ſibi gentem de medio nationum per ten-tationes ſigna atqꝫ portenta: per pugnā ⁊ robu-ſtā manū: extentumqꝫ brachiū ⁊ horribiles vi-ſiones iuxta omia que fecit pro nobis dominus deus noſter in egypto vidētibus oculis tuis: vt ſci-res quoniā dominus ipſe eſt deus ⁊ nō eſt ali-us preter vnū. De celo te fecit audire vocem ſu-

F am vt doceret te: ⁊ in terra oſtendit tibi ignē ſu-ū maximū: ⁊ audiſti verba illius de medio ignis quia dilexit patres tuos ⁊ elegit ſemē eorū poſt eos. Eduxitqꝫ te precedēs in virtute ſua magna ex egypto vt deleret nationes maximas ⁊ fortio-res te in introitu tuo: ⁊ introduceret te: daretqꝫ tibi terrā earū in poſſeſſionē ſicut cernis in pre-ſenti die. Scito ergo hodie et cogitato in corde tuo ꝙ dominus ipe eſt deus in celo ſurſum et in terra deorſū: ⁊ non eſt alius. Cuſtodi precepta eius atqꝫ mādata que ego precipio tibi vt bene ſit tibi et filijs tuis poſt te et permaneas multo tēpore ſuper terrā quā dn̄s deus tuus daturus

G eſt tibi. Tūc ſeparauit Moyſes tres ciuitates trās iordanem ad orientalē plagā vt cōfugiat ad eas qui occiderit nollens proximū ſuum: nec fuerit inimicus ante vnū ⁊ alterū diē: ⁊ ad harum ali-quam vrbium poſſit euadere: boſor in ſolitudine queſita eſt in terra campeſtri de tribu Ruben: et Ramod in Galaad que eſt in tribu Gad: ⁊ Go-lā in baſan q̄ eſt in tribu manaſſe. Iſta eſt lex quā propoſuit Moyſes corā filijs Iſrael: ⁊ hec teſti

Ciuitates refugij trāſ iordanem. Boſor. Ramod. Golam.

monia ⁊ cerimonie atq; iudicia que locutus eſt
ad filios Jſrael quando egreſſi ſunt de Egypto
trans iordanem in valle contra phanum phogor
in terra Seon regis Amorrei: qui habitauit in
Eſebon quẽ percuſſit Moyſes. Filij q; Jſrael
egreſſi ex Egypto poſſederũt terrã eius ⁊ terrã
Og regis Baſan duorũ regũ Amorreorũ qui erãt
Al's ſeon. trans iordanẽ ad ſolis ortũ ab aroer que ſita eſt
ſuper ripã torrẽtis Arnõ vſq; ad montẽ ſanir +
qui eſt ⁊ Hermon/omnẽ planiciẽ trans iordanẽ
ad orientalem plagam vſq; ad mare ſolitudinis
⁊ vſq; ad radices montis Phaſga.

¶ Capitu. Summa. ¶ De pceptis decalogi recapitulatio ⁊ explanatio. De donatione legis.

Capitulum. v.

A

Vocauitq; Moyſes omnẽ Jſraelẽ ⁊ dixit
ad eũ: Audi Jſ
rael cerimonias
atq; iudicia que ego loquor in
auribus veſtris hodie. Diſcite
ea ⁊ opere cõplete. Dñs de⁹ no
ſter pepigit nobiſcum fedus in
Oreb. Non cum patribus noſtris init pactum:
ſed nobiſcũ qui in preſentiarum ſumus ⁊ viui/
mus. Facie ad faciem locutus eſt nobis in mon/
te de medio ignis. Ego ſequeſter ⁊ medius fui in
Exo.xx.a. ter deum ⁊ vos in tempore illo vt annunciarem
ps.lxx.b. vobis verba eius. Timuiſtis enim ignem ⁊ non
Recapitula aſcendiſtis in mõtem. Et ait. Ego dominus de⁹
tio prece/ tuus qui eduxi te de terra Egypti de domo ſer/
ptorum de/ uitutis. Non habebis deos alienos in cõſpectu
calogi. meo. Non facies tibi ſculptile nec ſimilitudinẽ
Primum omnium que in celo ſunt deſuper ⁊ que in terra
preceptum. deorſum ⁊ que verſantur in aquis ſub terra. Nõ
adorabis ea ⁊ non coles. Ego enim ſum domin⁹
deus tuus: deus emulator reddens iniquitatem
patrum ſuper filios in tertiam ⁊ quartam gene/
B rationem his qui oderunt me: ⁊ faciens miſeri/
Secũdum cordiam in multa milia diligentibus me: ⁊ cuſto
preceptum dientibus precepta mea. Non vſurpabis nomẽ
Tertium dei tui fruſtra: quia non erit impunitus qui ſu/
preceptũ. per rem vanam nomen eius aſſumpſerit. Obſer/
ua diem ſabbati vt ſanctifices eũ ſicut precepit
tibi dominus deus tuus. Sex diebus operabe/
ris: et facies omnia opera tua. Septimus dies
ſabbati eſt: id eſt requies domini dei tui. Non fa
cies in eo quicq; operis: tu ⁊ filius tuus ⁊ ⁊ filia
ſeruus ⁊ ancilla: ⁊ bos ⁊ aſinus ⁊ omne iumen/
tum tuum: et peregrinus qui eſt intra portas
Exo.xx.b. tuas: vt requieſcat ſeruus et ancilla tua ſicut et
Mat.xv.a. tu. Memento q; ⁊ ipſe ſeruieris in Egypto: ⁊
Quartum eduxerit te inde domin⁹ deus tuus in manu for/
preceptum ti et brachio extento. Jdcirco precepit tibi vt
Mar.vij.a ſeruares diem ſabbati. Honora patrem tuum ⁊
Mat.xv.c. matrem ſicut precepit tibi dominus deus tuus:
vt longo viuas tempore: ⁊ bene ſit tibi in terra

quam dominus deus tuus daturus eſt tibi. Nõ v.pce.
occides. Nec mechaberis. Furtum non facies. vij.p.
Nec loqueris contra proximum tuum falſum te ce.ix.p
ſtimonium. Non concupiſces vxorem proximi prece.
tui. Non domum: non agrum: non ſeruum: non Ro.vij
ancillam: non bouem non aſinum ⁊ vniuerſa que
illius ſunt. Hec verba locutus eſt dominus ad
omnem multitudinem veſtram in monte de me/
dio ignis ⁊ nubis ⁊ caliginis voce magna nihil ad
dens amplius: et ſcripſit ea in duabus tabulis la
pideis quas tradidit mihi. Vos autem poſt q;
audiſtis vocem de medio tenebrarum ⁊ montem C
ardere vidiſtis: acceſſiſtis ad me omnes princi/
pes tribuum ⁊ maiores natu atq; dixiſtis. Ecce
oſtendit nobis dominus deus noſter maieſtatẽ
⁊ magnitudinem ſuam. Vocem enim eius audi
uimus de medio ignis ⁊ probauimus hodie q; lo
quente deo cum homine vixerit homo. Cur er/
go moriemur et deuorabit nos ignis hic maxi/
mus. Si enim audierimus vltra vocem domini
dei noſtri moriemur. Quis eſt omnis caro vt au
diat vocem dei viuentis qui de medio ignis lo/ D
quitur ſicut nos audiuimus ⁊ poſſit viuere. Tu
magis accede ⁊ audi cuncta que dixerit domin⁹
deus noſter tibi: loqueris ad nos: ⁊ nos audiẽ/
tes faciemus ea. Quod cum audiſſet dominus:
ait ad me. Audi vocem verborum populi huius
que locuti ſunt tibi. Bene omnia ſunt locuti.
Quis det talem eos habere mentem vt timeant
me et cuſtodiant vniuerſa mandata mea omni tẽ
pore vt bene ſit eis ⁊ filijs eorũ in ſempiternũ.
Uade ergo ⁊ dic eis. Reuertimini in tentoria ve
ſtra. Tu vero hic ſta mecum ⁊ loquar tibi omnia
mandata ⁊ cerimonias atq; iudicia que docebis
eos vt faciant in terra quam dabo illis in poſſeſ/ j.xvij.b
ſionem. Cuſtodite igitur ⁊ facite ea que prece/
pit dominus deus vobis. Non declinabitis ne/
q; ad dexteram neq; ad ſiniſtram: ſed per viam
quam precepit dominus deus veſter ambulabi/
tis: vt viuatis ⁊ bene ſit vobis: et protelentur
dies veſtri in terra poſſeſſionis veſtre.

¶ Capituli. Summarium. ¶ De diligendo deum: de memorandis ⁊ ſcribẽdis mãdatis eius: q; timeant dñm: q; non tentent eum: q; legem doceant filios ſuos.

Capitulum. vj.

A

Hec ſunt precepta et ce
rimonie atq; iudicia que manda/
uit dominus deus veſter vt doce/
rem vos vt faciatis ea in terra ad
quam tranſgredimini poſſiden/
dam: vt timeas dominum deum tuum ⁊ cuſto/
dias omnia mãdata ⁊ precepta eius que ego pre
cipio tibi ⁊ filijs ac nepotibus tuis cunctis die/
bus vite tue vt prolongentur dies tui. Audi Jſ/ mat.xx
rael ⁊ obſerua vt facias que precepit tibi domi/ marc.
nus: ⁊ bene ſit tibi: ⁊ multiplicẽris ampli⁹: ſicut
pollicitus eſt dominus deus patrum tuorum ti/
bi terram lacte ⁊ melle manantem. Audi Jſrael

Luce.x.c. B Dominus deus veſter deus vnus eſt. Diliges
dominum deum tuum ex toto corde tuo: ⁊ ex to
ta anima tua: et ex tota fortitudine tua. Eruntq̄
verba hec que ego precipio tibi hodie in cor
l.xj.e. de tuo: ⁊ narrabis ea filijs tuis: ⁊ meditaberis ſe
dens in domo tua: et abulans in itinere dormiēs
atq̄ conſurgens. Et ligabis ea quaſi ſignum in
manu tua: eruntq̄ ⁊ mouebuntur inter oculos
tuos: ſcribeſq̄ ea in limine et oſtijs domus tue
Cumq̄ introduxerit te dominus deus tuus in
terram pro qua iurauit patribus tuis Abraam:
Iſaac ⁊ Jacob: ⁊ dederit tibi ciuitates magnas
et optimas quas non edificaſti: domos plenas
multarum opum quas non extruxiſti: ciſternas
quas non fodiſti: vineta et oliueta que non plan
taſti: et comederis et ſaturatus fueris: caue dili
genter ne obliuiſcaris domini dei tui: qui edu
xit te de terra egypti ð domo ſeruitutis. Domi
C num deum tuū timebis et illi ſoli ſeruies: ac per
nomen illius non iurabis. Non ibitis poſt deos
alienos cunctarum gentium que in circuitu ve
ſtro ſunt: quoniam deus emulator dominus de
l.x.d. us tuus in medio tui: ne quando iraſcatur furor
mat.iiij.b domini dei tui contra te: et auferat te deſuperfi
Luce.iiij.b cie terre. Nō tentabis dn̄m deū tuū: ſicut tēta
ſti in loco tentatiōis. Cuſtodi p̄cepta dn̄i dei tui
ac teſtimonia ⁊ cerimonias quas precepit tibi: et
fac qđ placitum eſt ⁊ bonum inconſpectu dn̄i: vt
bene ſit tibi: ⁊ ingreſſus poſſideas terram opti
mā: de qua iurauit dn̄s patribus tuis vt deleret
omnes inimicos tuos corā te ſicut locutus eſt.
Cum interrogauerit te filius tuus cras dicens:
D quid ſibi volunt teſtimonia hec ⁊ cerimonie atq̄
iudicia que precepit domin⁹ deus noſter nobis.
Dices ei. Serui eramus Pharaonis in egypto
et eduxit nos dominus de egypto in manu forti
fecitq̄ ſigna atq̄ prodigia magna ⁊ peſſima in
egypto contra Pharaonē ⁊ omnem domū illi
us in conſpectu noſtro: ⁊ eduxit nos inde vt in
troductis daret terram ſuper qua iurauit patri
bus noſtris. Precepitq̄ nobis domin⁹ vt facia
mus omnia legitima hec ⁊ timeamus dominū
deum nr̄m: vt bene ſit nobis cunctis diebus vite
noſtre ſicut eſt hodie. Eritq̄ noſtri miſericors ſi
cuſtodierimus et fecerimus omnia p̄cepta eius
corā domino deo noſtro ſicut mandauit nobis.

Capituli. Summariū. Prohibetur ſocie
tas gentium: precipitur idolatrie deſtructio au
xilium ſe preſtare dicit ad eijciendos populos ſi
ſeruauerunt mandata: vbertas in omnibus po
pulo promittitur. Capitulum.vij.

A Gētes eij ciēde de ter ra pmiſſio nis. Cum vero introduxe
rit te domin⁹ deus tuus in ter
ram quā poſſeſſurus ingredie
ris et deleuerit gentes multas
coram te Etheum et Gergeze
um et Ammoreum et Chana
neum ⁊ Phereзeū et Eueum
et Jebuſeum ſeptem gentes multo maioris nu
meri ꝙ̄ tu es et robuſtiores te: tradideritq̄ eos
dn̄s deus tuus tibi: percuties eas vſq̄ ad inter
nitionē. Non inibis cū eis fedus: nec miſerebe exo.xxiij.d
ris earū: neq̄ ſociabis cū eis coniugia. Filiam xxviij.q.j.c
tuam non dabis filio eius: nec filiam illius accipi ſic enī.xxx
es filio tuo: quia ſeducet filiū tuum ne ſequatur v.q.j.c. cū
me: ⁊ vt magis ſeruiat dijs alienis. Iraſceturq̄ igitur.
furor domini ⁊ delebit te cito. Quin potius hec
facietis eis. Aras eorum ſubuertite: ⁊ cōfringite
ſtatuas: lucoſq̄ ſuccidite ⁊ ſculptilia comburite: Exod.xxx
quia populus ſanct⁹ es domino deo tuo. Te ele iiij.b.
git dominus deus tuus vt ſis ei populus pecu j.xij.a.
liaris de cunctis populis qui ſunt ſuper terrā. j.xiiij.a.⁊.j.
Non quia cunctas gētes numero vincebatis vo xvj.d.
bis iunctus eſt dominus: et elegit vos: cum om B
nibus ſitis populis pauciores: ſed quia dilexit
vos dn̄s ⁊ cuſtodiuit iuramētū quod iurauit pa
tribus veſtris: Eduxitq̄ vos in manu forti: ⁊ re
demit de domo ſeruitutis de manu Pharaonis
regis egypti. Et ſcies quia dominus deus tuus
ipſe eſt deus fortis ⁊ fidelis cuſtodiens pactū ⁊
miſericordiam diligentibus ſe: ⁊ his qui cuſtodi
unt p̄cepta eius in mille generationes: ⁊ reddēs
odientibus ſe ſtatī: ita vt diſperdat eos ⁊ vltra
non differat protinus eis reſtituens quod merē
tur. Cuſtodi ergo precepta ⁊ cerimonias atq̄ iu
dicia que ego mandabo tibi hodie vt facias. Si
poſtꝙ̄ audieris hec iudicia: cuſtodieris ea ⁊ fece
ris: cuſtodiet ⁊ domin⁹ deus tuus pactū tibi et
miſericodiā quam iurauit patribus tuis: ⁊ di
liget te ac multiplicabit: bn̄dicetq̄ fructui ven
tris tui ⁊ fructui terre tue: frumēto tuo atq̄ vin
demie oleo ⁊ armentis: gregibus ouiū tuarum
ſuper terram: pro qua iurauit patribus tuis vt
daret eam tibi. Bn̄dictus eris inter omnes po
pulos. Nō erit apud te ſterilis vtriuſq̄ ſexus tā
in boibus ꝙ̄ in gregibus tuis. Auferet dominus C
a te omnē langorē ⁊ infirmitates egypti peſſi Exod.xxiij
mas quas nouiſti nō inferet tibi: ſed cunctis ho d.
ſtibus tuis. Deuorabis omnes ppl'os quos do
minus deus tuus daturus eſt tibi. Non parcet
eis oculus tuus: nec ſeruiet dijs eorum ne ſint in
ruinam tui. Si dixeris in corde tuo plures ſunt
gentes iſte ꝙ̄ ego: quomodo potero delere eas
noli metuere: ſ; recordare que fecerit dominus
deus tuus Pharaoni ⁊ cunctis egyptijs plagas
maximas quas viderunt oculi tui et ſigna atq̄
portenta manumq̄ robuſtam: et extentum bra
chium vt educeret te dn̄s deus tuus. Sic faciet
cūctis populis quos metuis. Jn ſuper ⁊ ſcabro
nes mittet dominus deus tuus in eos donec de
leat om̄s atq̄ diſperdat: qui te fugerint ⁊ latere
non poterint. Non timebis eos: quia dominus
deus tuus in medio tui eſt: deus magnus et ter
ribilis. Ipſe conſumet nationes has in conſpe
ctu tuo paulatim atq̄ per partes. Non poteris D
eas delere pariter ne forte multiplicentur con
tra te beſtie terre. Dabitq̄ eos dominus deus
tuus in conſpectu tuo et interficiet illos donec
penitus deleantur. Tradetq̄ reges eorum in

ij. Macha. manus tuas ⁊ diſperdes noīa eorū ſub celo. Nul
xij. f. lus poterit reſiſtere tibi donec ꝯteras eos. Scul
ptilia eorū igne combures. Non concupiſces ar
gentum ⁊ aurum de quibus facta ſunt neqꝫ aſſu-
mes ex eis tibi quicꝙ: ne offendas propterea qꝛ
abominatio eſt dn̄i dei tui: nec inferes quippiam
ex idolo in domum tuam: ne fias anathema ſicut
⁊ illud eſt. Quaſi ſpurcitiam deteſtaberis: ⁊ ve-
lut inquinamentum ac ſordes abominationi ha-
bebis: quia anathema eſt.

¶ C. S. ¶ Memorant̄ afflictiões ⁊ beneficia que receperunt in deſerto. Capitulū. viij.

a OMne mandatū qđ
ego precipio tibi hodie caue di
ligēter vt facias: vt poſſitis vi
uere ⁊ multiplicemini: ingreſſi
qꝫ poſſideatis terram pro qua
iurauit dn̄s patribus veſtris.
Et recordaberis cūcti itineris
per qđ adduxit te dn̄s deus tuus quadragīta an
nis per deſertū vt affligeret te atqꝫ tētaret ⁊ no-
ta fierent que in tuo animo verſabantur: vtrū cu
matt. iiij. a. ſtodires mandata illius: an non. Afflixit te penu
Luc. iiij. a. ria ⁊ dedit tibi cibū manna qđ ignorabas tu ⁊ pa
tres tui vt oſtēderet tibi: ꝙ nō in ſolo pane viuat
homo: ſed in omni verbo qđ egredit̄ de ore dn̄i.
Veſtimentū tuū quo operiebaris nequaꝙ vetu-
b ſtate defecit ⁊ pes tuus nō eſt ſubtritus. En qua
drageſimus annus eſt vt recogites in corde tuo
qꝛ ſicut erudit filium ſuū homo: ſic dn̄s deus tu⁹
erudiuit te vt cuſtodias mādata dn̄i dei tui: ⁊ am
bules in vijs eius: ⁊ timeas eū. Dn̄s enim deus
tuus introducet te in terrā bonā terram riuorū:
aquarumqꝫ ⁊ fontium: in cuius campis ⁊ monti
bus erumpūt fluuiorū abyſſi: terrā frumenti hor
dei ac vinearū: in qua ficus ⁊ malogranata ⁊ oli-
ueta naſcunt̄: terram olei ac mellis vbi abſqꝫ vlla
penuria comedes panē tuū: ⁊ rerū omniū abun
dancia perfrueris: cuius lapides ferrū ſunt: ⁊ de
montibus eius eris metalla fodiunt̄: vt cū come
c deris ⁊ ſatiat⁹ fueris benedicas dn̄o deo tuo pro
terra optima quā dedit tibi. Obſerua ⁊ caue ne
quando obliuiſcaris dn̄i dei tui: ⁊ negligas man-
data eius atqꝫ iudicia ⁊ cerimonias quas ego pre
cipio tibi hodie ne poſtꝙ comederis ⁊ ſatiatus
fueris: domos pulchras edificaueris ⁊ habitaue
ris in eis: habuerisqꝫ armenta: boum et ouium
greges: argenti ⁊ auri cunctarūqꝫ rerū copiā ele-
Nūe. xxj. b uetur cor tuum ⁊ nō reminiſcaris dn̄i dei tui qui
eduxit te de terra Egypti de domo ſeruitutis: ⁊
ductor tuus fuit in ſolitudine magna atqꝫ terri-
bili: in qua erat ſerpens flatu adurens ⁊ ſcorpio
ac dipſas: ⁊ nulle omnino aque: qui eduxit riuos
de petra duriſſima: ⁊ cibauit te manna in ſolitu-
d dine quod neſcierunt patres tui. Et poſtꝙ affli-
xit ac roborauit te ad extremū miſertus eſt tui:
ne diceres i corde tuo: fortitudo mea ⁊ robur ma
nus mee hec mihi omnia preſtiterunt: ſed recor-
deris dn̄i dei tui: ꝙ ipſe vires tibi ꝓbuerit: vt im
pleret pactum ſuū ſuper quo iurauit patribus
tuis: ſicut preſens indicat dies. Sin autē oblitus
dn̄i dei tui: ſecutus fueris deos alienos: colueriſ-
qꝫ illos ⁊ adoraueris: ecce nūc predico tibi ꝙ om
nino diſpereas: ſicut gentes quas deleuit domi-
nus in introitu tuo: ita ⁊ vos peribitis ſi inobe-
dientes fueritis voci dn̄i dei veſtri.

¶ C. S. ¶ Reprimit̄ victorie future ſuperbia ne ſibi attribuāt ſed deo ⁊ memorat̄ culpa ꝑterita: de vitulo adorato ⁊ murmure ⁊ ſepulchris cō cupiſcentie ſupra Numeri. xj. Capitulum. ix.

AUdi Iſrael. Tu trā- a
gredieris hodie Iordanem vt
poſſideas nationes maximas ⁊
fortiores te ciuitates ingentes
⁊ ad celū vſqꝫ muratas: populū
magnū atqꝫ ſublimē: filios ena
chim quos ipſe vidiſti ⁊ audiſti:
quibus nullus pōt ex aduerſo reſiſtere. Scies er
go hodie ꝙ dn̄s deus tuus ipſe tranſibit ante te
igni deuorans atqꝫ conſumens: qui conterat eos
⁊ deleat atqꝫ diſperdat ante faciē tuā velociter:
ſicut locutus eſt tibi. Ne dicas in corde tuo cū
deleuerit eos dn̄s deus tuus in conſpectu tuo:
propter iuſticiam meā introduxit me dn̄s: vt ter
ram hanc poſſiderē cū propter impietates ſuas
iſte delete ſunt nationes. Neqꝫ enim ꝓpter iuſti
cias tuas ⁊ equitatem cordis tui ingredieris vt
poſſideas terras earū ſed qꝛ ille egerunt impie:
introeunte te delete ſunt ⁊ vt compleret verbū
ſuum dn̄s qđ ſub iuramento pollicitus eſt patri
bus tuis Abraam: Iſaac ⁊ Iacob. Scito ergo ꝙ b
non propter iuſticias tuas dn̄s deus tuus dede-
rit tibi terrā hāc optimā in poſſeſſionē: cū duriſ
ſime ceruicis ſis populus. Memento ⁊ ne obli-
uiſcaris qm̄o ad iracundiam prouocaueris domi
num deum tuū in ſolitudine: ⁊ eo die quo egreſ-
ſus es ex Egypto vſqꝫ ad locū iſtum ſemper ad-
uerſum dn̄m contendiſti. Nam ⁊ in Oreb prouo
caſti eum ⁊ iratus delere te voluit quādo aſcen-
di in montem vt acciperem tabulas lapideas pa
cti qđ pepigit vobiſcū de⁹: ⁊ perſeuraui in mon
tem quadraginta diebus ac noctibus: panem nō Exo. xxiiij.
comedens ⁊ aquā non bibens. Deditqꝫ mihi do- Exo. a.
min⁹ duas tabulas lapideas ſcriptas digito dei: d.
⁊ continētes oīa verba q̄ vobis locut⁹ eſt in mon
te de medio ignis qn̄ contio populi congregata
eſt. Cūqꝫ tranſiſſent quadraginta dies ⁊ totidē
noctes: dedit mihi dominus duas tabulas lapi-
deas: tabulas federis: dixitqꝫ mihi. Surge ⁊ de- Exo. xxxij.
ſcende hinc cito: quia populus tuus quem edu- b.
xiſti de Egypto deſeruerūt velociter viā quam
demonſtraſti eis: feceruntqꝫ ſibi vitulum confla
tilem. Rurſumqꝫ ait dominus ad me: Cerno ꝙ c
populus iſte dure ceruicis ſit: Dimitte me vt cō
teram eum: ⁊ deleam nomen eius de ſub celo: et
conſtituam te ſuper gentem que hac maior ⁊ for-

tioꝛ ſit Cumq; de monte ardente deſcenderez ⁊ duas tabulas federis vtraq; tenerē manu: vidiſſemq; vos peccaſſe dño deo veſtro ⁊ feciſſe vobis vitulū cōflatilem ac deſeruiſſe velociter viā eius quā vobis oſtēderat: ꝓieci tabulas de manibus Als.xl. meis: cōfregiq; eas in cōſpectu veſtro. Et pꝛoci di ante dñz ſicut pꝛius quadraginta diebus ⁊ noctibus panē nō comedēs ⁊ aquam nō bibens pꝛopter oīa peccata veſtra que geſiſtis cōtra dñz ⁊ eū ad iracundiā ꝓuocaſtis. Timui eñ indignationē ⁊ iram illius: qua aduerſuz vos cōcitatus: delere vos voluit. Et exaudiuit me dñs etiā hac vice. Aduerſuz Aaron q̃ vehementer iratus voluit euz conterere: ⁊ pꝛo illo ſimiliter depꝛecatus ſum. Peccatū aūt veſtrū qđ feceratis: id eſt vitulum arripiens igne cōbuſſi ⁊ in fruſtra comminuens: oīnoq; in puluerē redigens pꝛoieci in toꝛrentem qui de monte deſcendit. In incendio q̃ D ⁊ in tentatione ⁊ in ſepulchꝛis cōcupiſcentie pꝛouocaſtis dñm: ⁊ qñ miſit vos de cades barne: dicens: Aſcendite ⁊ poſſidete terraz quam dedi vobis: ⁊ contēpſiſtis imperiū dñi dei veſtri ⁊ nō credidiſtis ei neq; vocem eius audire voluiſtis: ſed ſemper fuiſtis rebelles a die qua noſſe vos cepi. Et iacui coꝛam domino quadraginta diebus ac noctibus: quibus eū ſuppliciter depꝛecabar: ne deleret vos vt fuerat comminatus: ⁊ oꝛans dixi: Domine deus ne diſperdas populū tuum ⁊ hereditatem tuaz quam redemiſti in magnitudine tua: quos eduxiſti de Egypto in manu foꝛti: Recoꝛdare ſeruoꝝ tuoꝝ Abꝛaam: Iſaac ⁊ Iacob. Ne aſpicias duriciam populi huius ⁊ impietatē atq; peccatū: ne foꝛte dicāt habitatoꝛes terre de qua eduxiſti nos: non poterat dñs introducere eos in terrā quā pollicitus eſt eis: ⁊ oderat illos. Idcirco eduxit vt interficeret eos in ſolitudine: qui ſunt ppl's tuus ⁊ hēditas tua quos eduxiſti in foꝛtitudie tua magna ⁊ in bꝛachio tuo extēto.

Capituli. Summariū. De ſecundis tabulis recapitulatio: de moꝛte Aaron: de miniſterio tribus Leui: de timendo amandoq; dñm: ꝙ circuncidāt pꝛeputia coꝛdiū: peregrinos ament: per nomen dei iurent. Capitulum .x.

a Exo.xxxiiij. a.

IN tēpoꝛe illo dixit Dominꝰ ad me: Dola tibi duas tabulas lapideas ſicut pꝛioꝛes fuerūt ⁊ aſcēde ad me in montem facieſq; arcam ligneam: ⁊ ſcribam in tabulis verba que fuerunt in his quas ante confregiſti: poneſq; eas in arca. Feci igitur arcam de lignis ſethim. Cumq; dolaſſem duas tabulas lapideas inſtar pꝛioꝛum: aſcendi in monte habens eas in manibus. Scripſitq; in tabulis iuxta id quod pꝛius ſcripſerat verba decem que locutus eſt Dominus ad vos in monte de medio ignis: quando populus congregatus eſt ⁊ dedit eas mihi. Reuerſuſq; de monte deſcendi: ⁊ poſui tabulas in arcam quam feceraz que hucuſq; ibi ſunt ſicut mihi p̄cepit dñs filij aūt Iſrael mouerunt caſtra ex Beroth filioꝝ Iochan in Moſeravbi Aaron moꝛtuus ⁊ ſepultus eſt: pꝛo quo ſacerdotio functus eſt Eleazar filius eius. Inde venerunt in Gaad: de quo loco ꝓfecti caſtrametati ſunt in Iethabatha in terra aquarū atq; toꝛrentiuz. Eo tp̄e ſepaui tribum Leui vt poꝛtaret arcam federis dñi: ⁊ ſtaret coꝛaz eo in miniſterio ac benediceret in noīe illius vſq; in pꝛeſentez diē Quamobꝛem non habuit leui partē neq; poſſeſſionem cum fratribus ſuis: q: ipſe dñs poſſeſſio eius eſt ſicut pꝛomiſit ei dñs deus tuus. Ego autem ſteti in monte ſicut pꝛius quadraginta diebus ac noctibus: exaudiuitq; me dñs etiam hac vice ⁊ te perdere noluit. Dixitq; mihi. Uade et pꝛecede populū vt ingrediaꝛ ⁊ poſſideat terram quam iuraui patribus eoꝝ vt traderem eis. Et nunc Iſrael quid dñs deus tuus petit a te: niſi vt timeas dñm deum tuū: ⁊ ambules in vijs eius ⁊ diligas eū. ac ſeruias dño deo tuo in toto coꝛde tuo: ⁊ in tota aīa tua: cuſtodiaſq; mandata dñi ⁊ s̃.vj.b. cerimonias eius quas ego hodie pꝛecipio tibi vt bene ſit tibi. En dñi dei tui celū eſt ⁊ celū celi: terra ⁊ oīa que in eis ſunt: ⁊ tamē patribus tuis conglutinatus eſt dñs: ⁊ amauit eos: elegitq; ſemen eoꝝ poſt eos id eſt vos de cunctis gētibus: ſicut hodie compꝛobaꝛ. Circuncidite igitur pꝛeputium coꝛdis veſtri: ⁊ ceruicem veſtraz ne indu retis amplius q: dñs deus veſter: ipſe eſt deus deoꝛum ⁊ dñs dominantium: deus magnus ⁊ potens terribilis qui perſonā nō accipit nec munera. Facit iudicium pupillo ⁊ vidue amat peregrinum ⁊ dat ei victum atq; veſtitum. Et vos ergo amate peregrinos: q: ⁊ ipſi fuiſtis aduene in terra Egypti: Dominum deum timebis: ⁊ ei ſoli s̃.vj.b. ſeruies. Ipſi adherebis. iurabiſq; in nomine illius. Ipſe eſt laus tua ⁊ deus tuus qui fecit tibi hec magnalia ⁊ terribilia que viderunt oculi tui. Gene.xlvj. In ſeptuaginta animabus deſcenderunt patres Exo.j.a. tui in Egyptum. Et ecce nunc multiplicauit te dominus Deus tuus ſicut aſtra celi.

B Nu.xx.d. Moꝛtis aaron recapitulatio.

C

D Actu.x.c.

Capituli. Summarium. De ſignis factis contra Pharaonem ⁊ Egyptum de Dathan ⁊ Abyꝛon: ꝙ terra ꝓmiſſa nō eſt ſicut Egyptijs: de ſcribenda lege in coꝛdibus ⁊ pꝛo ſigno in manibus. et inter oculos collocetur. de benedictiōe ſi cuſtodiēt mādata maledictōe ſi negligūt. Capitulum .xj.

AMa itaq; dominuz deum tuuz ⁊ obſerua pꝛecepta eiꝰ ⁊ cerimonias. iudicia atq; mandata omni tp̄e. Cognoſcite hodie que ignoꝛāt filij veſtri qui nō viderunt diſciplinā dñi dei veſtri magnalia eiꝰ ⁊ robu

a Recapitulatio ſignoꝝ factoꝛum pharaoni.

ſtā manum extentūq brachium: ſigna et ope-
ra que fecit in medio egypti Pharaoni regi et
vniuerſe terre eius: omniq exercitui egyptiorū
et equis ac curribꝰ: quomō operuerunt eos aque
maris rubri cū vos perſequerentur: et deleuerit
eos dominus vſq in preſentē diem: vobiſq que
Nu.xvj.d. fecerit in ſolitudine donec veniretis ad hunc lo-
cum. Et Dathan atq Abyron filijs Eliab qui
fuit filius Ruben quos apertos ore ſuo terra ab
ſorbuit cum domibus et tabernaculis et vniuer
ſa ſubſtantia eorum quā habebant in medio Iſ-
B rael. Oculi veſtri viderunt vniuerſa opera domi
ni magna que fecit: vt cuſtodiatis omnia manda
ta illiꝰ que ego hodie precipio vobis vt poſſitis
introire et poſſidere terram ad quam ingredimi
ni: multoq in ea viuatis tempore quam ſub iu-
Deſcribit rameto pollicitus eſt dominꝰ patribus veſtris:
conditiões et ſemini eorum lacte et melle manantem. Terra
terre ꝑmiſ enim ad quā ingredieris poſſidendam: non eſt
ſe. ſicut terra egypti de qua exiſti: vbi iacto ſemine
in hortorum morem aque ducuntur irrigue: ſed
montuoſa eſt et campeſtris de celo expectans
pluuias: quam dominus deus tuus ſemper inui
De bñdic ſit: et oculi illius in ea ſunt a principio anni vſq
tione cuſto ad finem eius. Si ergo obedieritis mandatis
dientiū mā meis que ego hodie precipio: vobis vt diliga-
data dñi. tis dominum deum veſtrum et ſeruiatis ei in to
De maledi to corde veſtro et in tota anima veſtra: dabit plu
ctiōe eoꝝ q uiam terre veſtre temporaneā et ſerotinam vt
negligunt colligatis frumentum et vinum et oleū fenumq
madata do ex agris ad paſcenda iumenta et vt ipſi comeda
mini. tis ac ſaturemini. Cauete neforte decipiatur cor
veſtrum et recedatis a domino ſeruiatiſq dijs
alienis et adoretis eos: iratuſq dominꝰ claudat
celum et pluuie nō deſcendant: nec terra det ger
s.vj.b. men ſuum: peceatiſq velociter de terra optima
C quā dominꝰ daturus eſt vobis. Ponite hec ver
ba in cordibus et in animis veſtris: et ſuſpendite
ea pro ſigno in manibus: et inter oculos veſtros
collocate. Docete filios veſtros vt illa meditent.
Quādo ſederis in domo tua et ambulaueris in
via et accubueris atq ſurrexeris ſcribes ea ſuper
poſtes et ianuas domus tue vt multiplicētur di-
es tui et filiorum tuorū in terra quā iurauit do-
minus patribus tuis vt daret eis quādiu celum
immineret terre. Si enim cuſtodieritis manda
ta que ego precipio vobis et feceritis ea vt dili-
gatis dominum deum veſtrum et ambuletis in
omnibus vijs eius adherentes ei: diſperdet do-
minus omnes gentes iſtas ante faciem veſtram
et poſſidebitis eas que maiores ſunt et fortiores
Joſue.j.a. vobis. Omnis locus quē calcauerit pes veſter:
veſter erit. A deſerto et a libano et flumine ma
gno eufrate vſq ad mare occidentale erunt ter
mini veſtri. Nullus ſtabit contra terrorem ve-
ſtrum et formidinem dabit dominus deus veſter
D ſuper omnem terram quam calcaturi eſtis ſicut
locutus eſt vobis. En propono in conſpectu ve-
ſtro hodie benedictionem et maledictionem.
Benedictionem ſi obedieritis mandatis domi
ni dei veſtri que ego hodie precipio vobis. Ma-
ledictionem ſi non obedieritis mandatis domi
ni dei veſtri: ſed receſſeritis de via quā ego nunc
oſtendo vobis: et ambulaueritis poſt deos alie-
nos quos ignoratis. Cum vero introduxerit te
dominus deus tuus in terram ad quam pergis
habitandam: pones benedictionem ſuper mon-
tem Garizim: maledictionem ſuper montem
Hebal: qui ſunt trans Jordanem poſt viam que
vergit ad ſolis occubitū in terra Chananei qui
habitat in campeſtribus contra Galgalam que
eſt iuxta vallem tendentem et intrantem procul
Vos enim tranſibitis Jordanem vt poſſideatis
terram quam dominus deus veſter daturus eſt
vobis: vt habeatis et poſſideatis illam. Videte
ergo vt impleatis cerimonias atq iudicia que
eg̃ hodie ponam in conſpectu veſtro.

Capituli. Summarium. De deſtruenda idolatria: de decimis et primitijs de manducando in loco quem dominus elegerit: de ſanguine non manducando. Capitulum.xij.

Hec ſunt precepta atq
iudicia que facere debetis in ter-
ra quam dominus deus patrum
tuorum daturus eſt tibi vt poſ-
ſideas eā cunctis diebus quibꝰ
ſuper humum gradieris. Subuertite omnia lo-
ca in quibus coluerunt gentes quas poſſeſſuri
eſtis deos ſuos ſuper mōtes excelſos et colles et
ſubter omne lignū frondoſum. Diſſipate aras
earum et confringite ſtatuas: lucos igne combu
rite et idola comminuite diſperdite nomina eo
rum de locis illis. Non facietis ita domino deo
veſtro ſed ad locum quem elegerit dominus de-
us veſter de cunctis tribubus veſtris: vt ponat
nomen ſuum ibi et habitet in eo venietis et offe
retis in loco illo holocauſta et victimas veſtras
decimas et primitias manuum veſtrarum et vo
ta atq donaria primogenita boum et ouium: et
comedetis ibi in cōſpectu domini dei veſtri: ac le
tabimini in cunctis ad que miſeritis manū vos
et domus veſtre in quibus benedixerit vobis do
minus deus veſter. Non facietis ibi que nos hic
facimus hodie ſinguli quod ſibi rectū videtur.
Neq enim vſq in preſens tempus veniſtis ad
requiem et poſſeſſionem quam dominus deus
veſter daturus eſt vobis. Tranſibitis Jordanē B
et habitabitis in terra quā dominus deus veſter
daturus eſt vobis: vt requieſcatis a cunctis ho-
ſtibus per circuitum: et abſq vllo timore habi-
tetis in loco quē elegerit dominus deus veſter
vt ſit nomen eius in eo. Illuc omnia que preci-
pio offeretis holocauſta et hoſtias ac decimas pri
mitias manuum veſtrarum: et quicquid preci-
puum eſt in muneribus que vouiſtis domino.
Ibi epulabimini coram domino deo veſtro: vos
et filij ac filie veſtre famuli et famule: atq leuites
qui in vrbibus veſtris commorantur. Neq enī
habet aliam partem et poſſeſſionem inter vos.

De conſe. di. j. c. ſicut nō.

Caue ne offeras holocauſta tua i omni loco quē videris: ſed in eo quem elegerit dominus in vna tribuum tuarum: offeres hoſtias: ⁊ facies quecunq̄ precipio tibi. Sin autem comedere volueris ⁊ te eſus carnium delectauerit: occide ⁊ comede iuxta benedictionem dn̄i dei tui quam dedit tibi in vrbibus tuis: ſiue immundum fuerit: hoc eſt maculatum ⁊ debile: ſiue mundum: hoc eſt integrū ⁊ ſine macula quod offerri licet: ſicut capream et ceruū comedes abſq̄ eſu dumtaxat ſanguis quē ſuper terram quaſi aquam effundes.

C

xiij. q̄. j. eccleſias.

De deci. c. j.

Non poteris comedere in opidis tuis decimam frumenti et vini et olei tui: primogenita armentorum ⁊ pecorum: ⁊ omnia que voueris ⁊ ſponte offerre volueris et primitias manuum tuarum ſed coram domino deo tuo comedes ea in loco quem elegerit dominus deus tuus: tu et filius tuus et filia: et ſeruus et famula: atq̄ Leuites qui manent in vrbibus tuis: et letaberis et reficieris coram domino deo tuo in cunctis atq̄ extenderis manū tuam. Caue ne derelinquas leuitem in omni tempore quo verſaris in terra. Quando dilatauerit dominus deus tuus terminos tuos: ſicut locutus eſt tibi et volueris veſci carnibus quas deſiderat anima tua. Locus autem quem elegerit dominus deus tuus vt ſit nomen eius ibi: ſi procul fuerit: occides de armentis ⁊ pecoribus que habueris: ſicut precepit tibi et comedes in opidis tuis vt tibi placet. Sicut comedetur caprea et ceruus: ita veſceris eis: et mundus et immundus in commune veſcētur: hoc ſolum caue ne ſanguinem comedas.

De ſanguine nō comedendo.

Sanguis enim eorum pro anima eſt: et idcirco non debes animam comedere cum carnibus ſed ſuper terram fundes quaſi aquam vt bene ſit tibi et filijs tuis poſt te: cum feceris quod placeat in conſpectu domini.

D

Que autem ſanctificaueris et voueris domino: tolles ⁊ venies ad locum quem elegerit dominus: et offeres oblationes tuas carnem et ſanguinem ſuper altare domini dei tui. Sanguinem hoſtiarum fundes in altari: carnibus autem ipſe veſceris. Obſerua et audi omnia que ego precipio tibi: vt bene ſit tibi ⁊ filijs tuis poſt te in ſempiternum: cum feceris quod bonum eſt et placitum in conſpectu domini dei tui. Quando diſperdiderit dominus deus tuus ante faciem tuam gentes ad quas ingredieris poſſidendas et poſſederis eas atq̄ habitaueris in terra earum: caue ne imiteris eas poſtq̄ te fuerint introeunte ſubuerſe: et requiras cerimonias earū dicens: Sicut coluerunt gentes iſte deos ſuos: ita et ego colam. Non facies ſimiliter domino deo tuo. Omnes enim abominationes quas aduerſatur dominus fecerunt dijs ſuis offerentes filios et filias et comburentes igni. Quod precipio tibi: hoc tantum facito domino: nec addas quicq̄ nec minuas.

Capituli. Summarium. De falſo propheta: de perſuadente idolatriam: de anathemate verbis perfidie.

Capitulum. xiij.

A

xvj. qō. v. c. nec mirum. ⁊ c. ij. idem.

Si ſurrexerit in medio tui prophetes aut qui ſomnium vidiſſe ſe dicat: ⁊ predixerit ſignum atq̄ portentū ⁊ euenerit quod locutus eſt ⁊ dixerit tibi: eamus ⁊ ſequamur deos alienos: quos ignoras: ⁊ ſeruiamus eis non audies verba ꝓphete illius aut ſomniatoris: quia tentat vos dominꝰ deus veſter vt palam fiat vtrum diligatis eum an nō in toto corde ⁊ in tota anima veſtra. Dn̄m deum veſtrū ſequimini ⁊ ipſū timete mandata illius cuſtodite ⁊ audite vocem eius: ipſi ſeruietis ⁊ ipſi adherebitis.

Modus reſiſtendi falſis ꝓphetis

B

Propheta aūt ille aut fictor ſomniorum interficietur: q: locutus eſt vt vos auerteret a domino deo veſtro qui eduxit vos de terra Egypti ⁊ redemit vos de domo ſeruitutis vt errare te faceret de via quam tibi precepit dn̄s deus tuus: et auferes malum de medio tui.

xxiij. q. ij. c. legitur.

Modus reſiſtendi per ſuadentibꝰ idolatriam.

Si tibi voluerit perſuadere frater tuus filius matris tue: aut filius tuus vl' filia ſiue vxor que eſt in ſinu tuo: aut amicus quē diligis vt animam tuam clam dicēs: Eamus ⁊ ſeruiamus dijs alienis quos ignoras tu ⁊ patres tui: cūctarū in circuitu gentiū que iuxta vel procul ſunt: ab initio vſq̄ ad finem terre: non acquieſcas ei nec audies neq̄ parcat oculus tuus vt miſerearis ⁊ occultes eū: ſed ſtatim interficies.

C

Sit primū manus tua ſuper eū. ⁊ poſt te omnis populus mittat manum. Lapidibus obrutus necabit: q: voluit te abſtrahere a domino deo tuo: qui eduxit te de terra Egypti de domo ſeruitutis: vt ⁊ omnis iſrael audiēs timeat ⁊ nequaq̄ vltra faciat quippiam huius rei ſimile.

xxiij. q. v. c. ſi audieris.

Si audieris in vna vrbium tuarum quam dominus deus tuus dabit tibi ad habitandum dicentes aliquos. Egreſſi ſunt filij Belial de medio tui et auerterunt habitatores vrbis tue: atq̄ dixerunt. Eamus et ſeruiamus dijs alienis quos ignoratis quere ſollicite et diligenter rei veritate perſpecta: ſi inueneris certum eſſe quod dicitur: et abominationem hanc opere perpetratam. ſtatī percuties habitatores vrbis illius in ore gladij ⁊ delebis eam: omnia que in illa ſunt vſq̄ ad pecora.

D

Quicquid etiam ſuppellectilis fuerit congregabis in medio platearum eius ⁊ cum ipſa ciuitate ſuccendes: ita vt vniuerſa conſumas dño deo tuo ⁊ ſit tumulus ſempiternus. Non edificabitur amplius et non adherebit de illo anathemate quicq̄ in manu tua vt auertatur dominus ab ira furoris ſui: et miſereatur tui multiplicetq̄ te: ſicut iurauit patribus tuis: quando audieris vocem domini dei tui cuſtodiens omnia precepta eius que ego precipio tibi hodie vt facias qd̄ placitum eſt in cōſpectu dn̄i dei tui.

Capituli. Summarium. De non imitando ritum gentium ſuper mortuo: De animalibus mundis et immundis ad eſum edum in lacte matris: De decimis vendendis.

Capitulum. xiiij.

E
De nõ imitãdo ritu3 gẽtiũ ſuper mortuo.

Filij eſtote dñi dei ve
ſtri. Non vos incidetis nec fa-
cietis caluitium ſuper mortuo
quoniam populus ſanctus es
domino deo tuo: ⁊ te elegit vt
ſis ei in populum peculiarem
de cunctis gentibus que ſunt
ſupra terram. Ne comedatis que immũda ſunt.
Hoc eſt animal ꝙ comedere debetis. Boue3 et
oue3 ⁊ capram ceruũ caprea3: bubalũ tragepha
lum pygarru3 origem camelopardu3. Omne ani
mal ꝙ in duas partes findit vngula3 ⁊ ruminat
comedetis de his autem que ruminant ⁊ vngu-
lam non findunt hec comedere non debetis. Ca
melum leporem chirogylium quia ruminant et
non diuidunt vngulã immũda erunt vobis. Sus
quoqꝫ quoniam diuidit vngulam ⁊ non ruminat
immunda erit. Carnibus eorũ nõ veſcemini ⁊ ca
dauera non tangetis. Hec comedetis ex omnib⁹
que morantur in aquis. Que habent pennulas
et ſquamas comedite: que abſqꝫ pennulis et
ſquamis ſunt ne comedatis quia immũda ſunt.
Oẽs aues mũdas comedite immũdas ne come
datis aquilã. ſ. ⁊ gryphẽ ⁊ halietu3: ixion ⁊ vultu
rem ac miluũ iuxta genus ſuum ⁊ omne coruini
generis ⁊ ſtruthionem ac noctua3 ⁊ larũ atqꝫ ac
cipitrẽ iuxta genus ſuũ: herodiũ ac cygnũ ⁊ ibin
ac mergulu3 porphirionẽ ⁊ nycticorace3 onocro
talu3 ⁊ caradriu3 ſingula in genere ſuo. Upupã
quoqꝫ ⁊ veſpertilionẽ ⁊ omne ꝙ reptat ⁊ pennu
las habet immũdũ erit nec comedet. Oẽ qđ mũ
dũ eſt comedite. Quicquid aũt morticinũ eſt ne
veſcamini ex eo. Peregrino qui intra portas tu
as eſt da vt comedat aut vẽde ei: q: tu ppl's ſan-
ctus dñi dei tui es. Nõ coques hedũ in lacte ma
tris ſue. Decimã partẽ ſeparabis de cunctis fru
gibus que naſcunt in terra per annos ſingulos
⁊ cõedas in cõſpectu dñi dei tui in loco quẽ ele-
gerit vt in eo nomẽ illi⁹ inuocet: decima3 frumẽ
ti tui ⁊ vini ⁊ olei ⁊ primo genita de armentis et
ouibus tuis vt diſcas timere dñm deu3 tuum in
omni tẽpore. Cũ aũt lõgior fuerit via ⁊ loc⁹ quẽ
elegerit dñs deus tuus tibiqꝫ bñdixerit: nec po
tueris ad eu3 hec cuncta portare vendes omnia
⁊ in preciũ rediges: portabiſqꝫ manu tua ⁊ profi
ciſceris ad locũ que3 elegerit domin⁹ deus tuus
et emes ex eadem pecunia quicquid tibi placue
rit ſiue ex armentis ſiue ex ouibus vinũ qꝫ ⁊ ſi-
cerã ⁊ omne qđ deſiderat aĩa tua: ⁊ comedes co
ram dño deo tuo: ⁊ epulaberis tu et domus tua
et leuita qui intra portas tuas eſt. Caue ne de-
relinquas eum: quia non habet aliam partem in
poſſeſſione tua. Anno tertio ſeparabis aliam de
cimam ex omnibus que naſcuntur tibi eo tem-
pore ⁊ repones intra ianuas tuas venietqꝫ leui-
tes qui aliam non habet partem nec poſſeſſio-
nem tecu3. Et peregrinus ac pupilus et vidua
qui intra portas tuas ſunt: et comedẽt ⁊ ſatura
buntur: vt benedicat tibi dominus deus tuus in
cunctis operibus manuum tuarum que feceris.

Leui. xi. a. ⁊ . vij. a. ⁊ . xvj. d.

De aĩalib⁹ mũdis ⁊ immundis.

F
De non coquendo hedũ in lacte matris.

Exo. xxiij. c. ⁊ . xxxiiij. d. xiij. q. j. c. eccl'ias. ſ. his ita. xvj. q. iij. placuit. ſ. ſic ẽt. q. vij. c. omnes decie

D

De deci. cj

Capituli. Summarium. De remiſſione anni ſeptimi: de ſeruo hebreo vendito et ancilla: de ſanctificatione et opere et eſu et macula primogenitorum. Capitulum. xv.

Septimo anno faci-
es remiſſiõe3 que hoc ordie ce-
lebratur. Cui debetur aliquid
ab amico vel proximo fratre
ſuo repetere non poterit quia
annus remiſſionis eſt domini.
A peregrino et aduena exiges
ciuem ⁊ propinquũ: repetendi non habes poteſ
tate3. Et omnino indigẽs et mendicus nõ erit
inter vos: vt bñdicat tibi dominus deus tuus in
terra quã traditurus eſt tibi in poſſeſſione3. Si
tamẽ audieris vocẽ domini dei tui: ⁊ cuſtodieris
vniuerſa que iuſſit ⁊ que ego hodie precipio tibi
benedicet tibi vt pollicitus eſt. Fenerabis genti
bus multis. ⁊ ipe a nullo accipies mutuũ. Dña-
beris nationibus plurimis: ⁊ tui nemo domina-
bitur. Si vnus de fratrib⁹ tuis qui morant intra
portas ciuitatis tue in terra quã dñs deus tuus
daturus eſt tibi: ad paupertate3 venerit non ob
durabis cor tuũ nec cõtrahes manũ: ſed aperies
ea3 pauperi ⁊ dabis mutuo quo eũ indigere per
ſpexeris. Caue ne forte ſubrepat tibi impia co-
gitatio ⁊ dicas in corde tuo. Appropinquat ſep
timus annus remiſſiõis et auertas oculos tuos
a paupere fratre tuo: nolẽs ei qđ poſtulat mu-
tuu3 cõmodare: ne clamet cõtra te ad dñ3: ⁊ fiat
tibi in pctm̃: ſed dabis ei. Nec ages quippiam
callide in eius neceſſitatibus ſubleuandis: vt be
nedicat tibi dñs deus tuus in omni tẽpore ⁊ in
cunctis ad que manũ miſeris. Non deerũt pau
peres in terra habitatiõis tue idcirco ego preci
pio tibi vt aperias manũ fratri tuo egeno ⁊ pau
peri qui tecũ verſatur in terra. Cum tibi vendi-
tus fuerit frater tuus hebreus aut hebrea: ⁊ ſex
annis ſeruierit tibi in ſeptimo anno dimittes eũ
liberũ ⁊ quẽ libertate donaueris nequaqꝫ vacuũ
abire patieris: ſed dabis viaticũ de gregibus et
de area ⁊ torculari tuo quib⁹ dñs deus tuus be-
nedixerit tibi. Memẽto ꝙ ⁊ ipe ſeruieris in ter
ra egypti: ⁊ liberauerit te dñs deus tuus ⁊ idcir
co ego nunc precipio tibi. Si autẽ dixerit nolo
egredi eo ꝙ diligat te ⁊ domu3 tuam ⁊ bene ſibi
apud te eſſe ſentiat: aſſumes ſubulã et perfora-
bis aurẽ eius in ianua dom⁹ tue: ⁊ ſeruiet tibi vſ
qꝫ in eternũ. Ancille quoqꝫ ſimiliter facies. Non
auertas ab eis oculos tuos qñ dimiſeris eos li-
beros qm̃: iuxta mercedẽ mercenarij per ſex an
nos ſeruiuit tibi: vt bñdicat tibi dñs de⁹ tuus in
cũctis opibus que agis. De primogenitis tuis
que naſcunt in armẽtis ⁊ ouibus tuis: quicquid
eſt ſexus maſcl'ini ſctĩficabis dño deo tuo. Non
opaberis in primogenito bouis ⁊ non tondebis
primogenita ouiũ. In cõſpectu dñi dei tui come
des ea per annos ſingulos in loco que3 elegerit
dominus: tu et domus tua. Si autem habuerit

A
De remiſſione ... anni ſep... annis.

De ... tio... ppt... rati...

j. xxv...

B

C
Exo. ...
Hiere...
iiij. c.

D
De ſa... catiõe ... genito...

maculam vel claudum fuerit vel cecum aut in
aliqua parte deforme vel debile: non immolabi
tur domino deo tuo: ſed intra portas vrbis tue
comedes illud: tam mundus ꝙ immundus ſimi
liter veſcentur eis quaſi capra et ceruo. Hoc ſo
lum obſeruabis vt ſanguinem eorum non come
das: ſed effundas in terram quaſi aquam.

¶ Capituli. Summarium. ¶ De immolatio
ne phaſe: ⁊ non in quolibet loco: de alijs duabꝯ
ſolennitatibus hebdomadarum et tabernaculo
rum: de iudicibus conſtituendis in portis: et ꝙ
non accipiant perſonam et munera: de luco et
ſtatua non faciendis. Capitulum. xvj.

A De celebratione phaſe ꝑpter liberationē ab egypto.

Bſerua menſem no
uarum frugū et verni primum
temporis: vt facias phaſe dn̄o
deo tuo: qm̄ in iſto menſe edu
xit te dn̄s deus tuꝯ de egypto
nocte. Immolabiſq; phaſe do
mino deo tuo de ouibꝯ ⁊ de bo
bus in loco quē elegerit dn̄s deus tuus: vt habi
tet nomē eiꝯ ibi. Nō comedes in eo panē fermē
tatum. Septē diebus comedes abſq; fermento
afflictionis panem: qm̄ in pauore egreſſus es de
egypto: vt memineres diei egreſſiōis tue de egy
pto omnibus diebus vite tue. Non apparebit fer
mentatū in omnibus terminis tuis ſeptē diebꝯ
B et non remanebit de carnibꝯ eius qđ immolatū
eſt veſpere in die primo vſq; mane. Nō poteris
immolare phaſe in q̄libet vrbiū tuarū quas dn̄s
deus tuus daturꝯ eſt tibi: ſed in loco quem elege
rit dn̄s deꝯ tuus: vt habitet nomē eius ibi. Im
molabiſq; phaſe veſpe ad ſolis occaſum: quādo
egreſſus es de egypto: coques ⁊ comedes in loco
quē elegerit dn̄s deus tuus: maneq; cōſurgens
vades in tabernacula tua. Sex diebus comedes
azyma et in die ſeptia: q: collata eſt dn̄i dei tui:
non facies opus. Septē hebdomadas nūerabis
tibi ab ea die qua falcem in ſegetē miſeris: ⁊ cele
brabis diē feſtū hebdomadarū domino deo tuo:
oblationem ſpontaneam manus tue: quā offeres
iuxta benedictionem dn̄i dei tui: ⁊ epulaberis co
ram domino deo tuo: tu ⁊ filius tuus ⁊ filia tua:
et ſeruus tuus ⁊ ancilla tua: ⁊ leuites qui eſt in
tra portas tuas ⁊ aduena ac pupillus et vidua:
qui morantur vobiſcum in loco quem elegerit do
minus deus tuus: vt habitet nomen eius ibi et
C recordaberis quoniā ſeruus fueris in egypto cu
ſtodieſq; ac facies que tibi precepta ſunt. Solē
nitatem quoq; tabernaculorum celebrabis per
ſeptem dies quando collegeris de area et torcu
lari fruges tuas ⁊ epulaberis in feſtiuitate tua:
tu ⁊ filius tuus ⁊ filia ⁊ ſeruus tuus et ancilla: le
uites quoq; ⁊ aduena ⁊ pupillus ac vidua qui in
tra portas tuas ſunt. Septē diebꝯ dn̄o deo tuo
feſta celebrabis in loco quē elegerit dn̄s: benedi
cetq; tibi dn̄s deus tuus in cunctis frugibꝯ tuis
et in omni ope manuū tuarū: eriſq; in leticia. Tri
bus vicibus per annū apparebit omne maſculū

De ſolennitate pētecoſtes ꝑpter beneficium legis date.

tuū in cōſpectu dn̄i dei tui in loco quem elegerit
in ſolēnitate azimorū ⁊ in ſolennitate hebdoma
darum ⁊ in ſolēnitate tabernaculorū. Nō apparebit D
ante dn̄m vacuus: ſed offeret vnuſquiſq; ſm̄ ꝙ exo. xxiij. b
habuerit iuxta benedictionē dn̄i ſui quā dederit ⁊ . xxxiiij. c.
ei. Iudices et magiſtros conſtitues in oībus por Eccl'iaſtici
tis tuis quas dn̄s deus tuus dederit tibi per ſin xxxv. a.
gulas tribꝯ tuas vt iudicēt ppl'm iuſto iudicio nec
in alterā partē declinet. Nō accipies ꝑſonā nec Exo xxiij. a
munera: q: munera excecēt oculos ſapiētū ⁊ mu Eccl'iaſtici
tant verba iuſtorū. Iuſte qđ iuſtum eſt perſeque xx. d. j. cor. j.
ris vt viuas ⁊ poſſideas terrā quā dominꝯ deus ij. d. xj. q. iij.
tuus dederit tibi. Non plantabis lucum et om c. pauper.
nem arborē iuxta altare domini dei tui nec facies
tibi atq; cōſtitues ſtatuā que odit dn̄s deꝯ tuus.

¶ Capi. Summa. ¶ De hoſtia habente ma
culam: de pena idolatrie: de difficultate iudicij:
de pena inobedientie: de electione regis: de reli
gione ipſius. Capitulum. xvij.

On immolabis dn̄o A
deo tuo bouē ⁊ ouē in q̄ eſt ma Prohibet
cula aut quippiam vicij: q: abo offerri ho
minatio eſt dn̄o deo tuo. Cum ſtia cū ma
q; reperti fuerint apđ te intra cula.
vnā portarum tuarum quas do
mius deus tuus dabit tibi: vir
aut mulier qui faciant malū in conſpectu domi
ni dei tui: ⁊ tranſgrediunt pactū illius vt vadant
et ſeruiant dijs alienis et adorent eos ſolem et
lunā ⁊ omnem militiam celi que non precepit: et De pena
hoc ibi fuerit nunciatū: audieſq; inquiſieris dili idolatrie
genter ⁊ verum eſſe reppereris: ⁊ abominatio fa conuicte ꝑ
cta eſt in Iſrael: educes virum ac mulierem qui teſtes
rem ſceleratiſſimam perpetrarunt ad portas ciui B
tatis tue ⁊ lapidibus obruentur. In ore duorum Matt. xvi
aut trium teſtiū peribit qui interficietur. Nemo iij. b.
occidatur vno cōtraſe dicente teſtimoniū. Ma Ioh. viij. c.
nus teſtium prima interficiet eum: ⁊ manus reli ij. cor. xiij. a
qui populi extrema mittetur vt auferas malum Hebr. x. e.
de medio tui. Si difficile ⁊ ambiguum apud te iu ij. q. v. ſ. j.
dicium eſſe proſpexeris inter ſanguinē ⁊ ſangui xxxv. q. vj.
nem cauſam ⁊ cauſam lepram ⁊ non lepram et iudi ſ. fina.
cium intra portas tuas videris verba variari: De difficul
ſurge ⁊ aſcende ad locum quem elegerit dominꝯ tate iudicij
deus tuus: venieſq; ad ſacerdotes leuitici gene ⁊ in caſu re
ris ⁊ ad iudicem qui fuerit illo tempore quereſq; curſu ad ſu
ab eis qui indicabunt tibi iudicij veritatem ⁊ fa periorē.
cies quodcunq; dixerint qui preſunt loco quem
elegerit dominus ⁊ docuerint te iuxta legē eius
ſequeriſq; ſententiam eorum: nec declinabis ad ſ. v. d.
dexteram neq; ad ſiniſtram. Qui autem ſuper C
bierit nolēs obedire ſacerdotis imperio: qui eo
tempore miniſtrat dn̄o deo tuo ⁊ decreto iudicis
morietur homo ille ⁊ auferes malū iſrael cūctuſq;
ppl's audiens timebit vt nullus deinceps intu
meſcat ſuꝑbia. Cū ingreſſus fueris terram quam
dn̄s deus tuus dabit tibi et poſſederis eam: ha j. xxvj. a.
bitaueriſq; in illa ⁊ dixeris: conſtituam ſuper me

regē ſicut habent oēs ꝑ circuitū natiōes: cū conſtitues quē dn̄s deus tuus elegerit de nūero fratrū tuoꝝ. Non poteris alterius gētis hoīem regē facere qui nō ſit frater tu⁹. Cūq̄ fuerit cōſtitutus nō mltiplicabit ſibi eq̄s: nec reducet ppl'm in egyptū eq̄tatis nūero ſubleuat⁹ p̄ſertim cum dn̄s p̄ceperit vobis vt nequaq̄ amplius ꝑ eandē viam reuertamini. Non habebit vxores plurimas que allitiant animum eius: neq̄ argenti et auri immēſa pondera. Poſtq̄ autē ſederit in ſolio regni ſui deſcibet ſibi deuteronomium legis huius in volumine: accipiens exemplar a ſacerdotibus leuitice tribus et habebit ſecū legetq̄ illud omnibus diebus vite ſue: vt diſcat timere dominum deū ſuum ⁊ cuſtodire verba ⁊ cerimonias eius que in lege precepta ſunt. Nec eleuet cor eius in ſuperbiam ſuper fratres ſuos: neq̄ declinet in partē dexteram vel ſiniſtram: vt longo tempore regnet ipſe et filij eius ſuper Iſrael.

D
De mō viuēdi regis ⁊eos electi

Capituli. Summarium. De nulla parte leui dedita: de parte ipſius falſi prophete: de ſacrificijs q̄ leuita vbiq̄ miniſtret libere et partes accipiat ciborum de luſtratione filiorum et augurio: de propheta ſuſcitando: de ludibrio.

Capitulum. xviij.

On habebunt ſacerdotes ⁊ leuite ⁊ omnes qui de eadem tribu ſunt partē et hereditatē cū reliquo populo Iſrael: q: ſacrificia dn̄i et oblationes eius comedent: et nihil aliud accipient de poſſeſſione fratrum ſuorum. Dn̄s enim ipſe eſt hereditas eorum ſicut locutus eſt illis. Hoc erit iudicium ſacerdotum a populo ⁊ ab his qui offerunt victimas ſiue bouem ſiue ouem immolauerit dabūt ſacerdoti armum ac ventriculum primitias frumenti vini ⁊ olei et lanarum patrem ex ouiū tōſione. Ipſum vero eligit domin⁹ deus tuus de cūctis tribub⁹ tuis vt ſtet et miniſtret nomini domini dei tui ipſe et filij eius in ſempiternum. Si exierit leuites ex vna vrbium tuarum ex omni Iſrael in qua habitat et voluerit venire conſiderans locum quē elegerit dn̄s miniſtrabit in nomine dei ſui: ſicut omnes fratres eius leuite qui ſtabunt eo tempore coram domino. Partē ciborum eandē accipiet quā ⁊ ceteri excepto eo qd̄ in vrbe ſua ex paterna ſucceſſione debet. Qn̄ ingreſſus fueris terrā quā dn̄s deus tuus dabit tibi: caue ne imitari velis abominationes illaꝝ gentiū: nec inueniatur in te qui luſtret filium ſuū aut filiam ducens per ignē: aut qui ariolos ſciſcitet: ⁊ obſeruet ſomnia atq̄ auguria: nec ſit maleficus nec incantator: nec phythones conſulat nec diuinos ⁊ querat a mortuis veritatē. Oia em̄ hec abominat dn̄s ⁊ propter iſtiuſmodi ſcelera delebit eos in introitu tuo: perfectus eris ⁊ abſq̄ macula cū dn̄o deo tuo. Gentes iſte quaꝝ poſſidebis terram augures ⁊ diuinos audiunt: tu autē a domino deo tuo aliter inſtitutus es. Prophetam de gente tua ⁊ de fratribus tuis ſicut me ſuſcitabit tibi dn̄s deus tuus ip̄m audies vt petiſti a dn̄o deo tuo in oreb qn̄ cōcio congregata eſt atq̄ dixiſti vltra nō audiā vocem dn̄i dei mei: ⁊ ignem hunc maximū amplius non videbo ne moriar. Et ait dn̄s mihi. Bene oīa ſunt locuti. Prophetam ſuſcitabo eis de medio fratrū ſuorum ſimilē tui: ⁊ ponā verba mea in ore eius loquet q̄ ad eos omnia que precepero illi. Qui autē verba eius que loquet in noīe meo audire noluerit: ego vltor exiſtā. Propheta autem qui arrogātia deprauat⁹ voluerit loqui in noīe meo que ego nō precepi illi vt diceret: aut ex nomine alienoꝝ deorum: interficietur. Quod ſi tacita cognatione reſponderis quomodo poſſum intelligere verbum quod dn̄s non eſt locut⁹: Hoc habebis ſignum. Quod in nomine domini propheta ille predixerit et non euenerit: hoc dominus non eſt locutus: ſed per tumorem animi ſui propheta confinxit: et idcirco non timebis eum.

A
Nu. xviij. c. xij. q. j. clericus.
Leuite non habēt ꝑtē in terra ⁊ ſuſtētādi ſūt a populo.

De ſacrificijs offerēdis.

B
Leuita poterat offerre oī loco.

deidolis cauendis

Act. vij.
De ſuſcitatione prophete

Exo. xx.
D

De punitione falſi prophete.

Capituli. Summarium. De homicida fugiente: de tribus ciuitatibus refugij: de terminis nō transferendis: de falſo teſte: nō miſereberis eius: ſed animā pro anima. Capitulū. xix.

Um diſꝑdiderit dominus deus tuus gentes quarum tibi traditurus eſt terrā et poſſederis eam: habitaueriſq̄ in vrbibus eius et in edibus tres ciuitates ſeparabis tibi in medio terre quā domin⁹ deus tuus dabit tibi in poſſeſſionem ſternens diligenter viam: et in tres equaliter partes totam terre tue prouinciā diuides vt habeat e vicino qui propter homicidiū profugus eſt quo poſſit euadere. Hec erit lex homicide fugientis cuius vita ſeruanda eſt. Qui percuſſerit proximum ſuū neſciens: et qui heri et nudiuſtertius nullū contra eum odium habuiſſe comprobatur: ſed abijſſe cum eo ſimpliciter in ſiluam ad ligna cedenda: et in ſucceſſione lignorum ſecuris fugerit

B
De cōſtitutiōe trium ciuitatū refugij p homicida.
ſ. xij. d.
Nūe. xxxv.
b.
Joſ. xx.
De le... dentiū legio immunitatis.
xv. q. j. c. ... z. c. fi.

B manum ferrumq; lapſum de manubrio amicum
eius percuſſerit ⁊ occiderit hic ad vnam ſupradi
ctarum vrbium confugiet ⁊ viuet ne forſitaꝫ pro
ximus eius cuius effuſus eſt ſanguis :dolore ſti-
mulatus perſequatur et apprehēdat euꝫ ſi lon-
gior via fuerit : et percutiam animam eius qui
[De]u.xij.a. non eſt reus mortis quia nullum contra euꝫ qui
C occiſus eſt odium prius habuiſſe mōſtratur. Id
circo p̄cipio tibi vt tres ciuitates equales intra
ſe ſpacij diuidas. Cum autem dilatauerit domi-
nus deus tuus terminos tuos: ſicut iurauit pa-
tribus tuis: et dederit tibi cunctam terram quā
eis pollicitus eſt: ſi tamen cuſtodieris mandata
eius et feceris que hodie precipio tibi: vt diligas
dominum deum tuuꝫ ⁊ ambules in vijs eius om
ni tēpore: addes tibi tres alias ciuitates: ⁊ ſupra
dictarum trium vrbium numerum duplicabis:
vt nō effundatur ſanguis innoxius in medio ter
De homicida a pp[]oſito non liberando. re quam dominus deus dabit tibi poſſidendam
ne ſis ſanguinis reus. Si quis autē odio habēs
proximum ſuum inſidiatus fuerit vite eius: ſur
genſq; percuſſerit illum et mortuus fuerit fuge
ritq; ad vnam de ſupradictis vrbibus: mittēt ſe-
niores ciuitatis illius et arripient euꝫ de loco re
D fugij: tradentq; in manu proximi cuius ſanguis
effuſus eſt: ⁊ morietur. Nō miſereberis eius au-
j.xxvij.cap. feres noxium ſanguinem de Iſrael vt bene ſit ti
xxiij.q.iiij. bi. Nō aſſumes ⁊ transferes terminos proximi
c. eſt iuſta tui quos fixerunt priores in poſſeſſione tua quā
x.ix.q.ij.c.j dominus deus tuus dabit tibi in teram quaꝫ ac
Contra remouentes terminos terrarum. ceperis poſſidendaꝫ. Non ſtabit teſtis vnus cō
tra aliquem quicquid illud peccati et facinoris
fuerit: ſꝫ in ore duoꝝ aut triū teſtiū ſtabit omne
verbum. Si ſteterit teſtis mendax contra homi-
De falſo teſte ⁊ accuſatore. nem: accuſans eum preuaricationis: ſtabunt am
bo quorum cauſa eſt ante dominum in conſpectu
ſacerdotum ⁊ iudicuꝫ qui fuerint in diebus illis.
Mat.xviij.b. Cumq; diligentiſſime perſcrutātes inuenerint
falſum teſtem dixiſſe contra fratrem ſuum men-
Job.viij.c. ij.cor.xiij.a dacium: reddent ei ſicut fratri ſuo facere cogita-
uit: ⁊ auferes malum de medio tui: vt audien-
j.Thi.v.d. tes ceteri timorem habeant: ⁊ nequaq̄ talia au-
Hebre.x.c. deant facere. Non miſereberis eius: ſed animam
Exod.xxj.c. pro anima: oculum pro oculo: dentem pro dente:
Leui.xxiiij.c. manum pro manu: pedem pro pede exiges.
Matt.v.f.

C Capituli. Summarium. C De remitten-
dis a prelio: de ciuitate victa in ſorte vel extra:
de arboribus fructuoſis non ſuccidendis: ſed ſo-
lum infructuoſis ad inſtruendas machinas.

Capitulum.xx.

A Exhortatō ad bellum.

SI exieris ad bellum
contra hoſtes tuos: et videris
equitatus et currus: ⁊ maioreꝫ
q̄ tu habeas aduerſarij exerci
tus multitudinem: non time-
bis eos: quia dominus deus
tuus tecum eſt: qui eduxit te
de terra Egypti. Appropinquante autem iam
prelio: ſtabit ſacerdos ante aciem: et ſic loque-
tur ad populum: Audi Iſrael: Vos autem cō-
tra inimicos veſtros pugnam committitis: non
pertimeſcat cor veſtrum. Nolite metuere: noli-
te cedere: nec formidetis eos: quia dominus de9
veſter in medio veſtri eſt: ⁊ pro vobis ꝯtra aduer
ſarios dimicabit: vt eruat vos de periculo. Du- De remittēdis a bello ⁊ ineptis
ces quoq; per ſingulas turmas audiente exerci-
tu proclamabunt: Quis eſt homo qui edificauit
domum nouam ⁊ non dedicauit eam: vadat ⁊ re- B
uertatur in domum ſuam: ne forte moriatur in j.xxiiij.a.
bello: ⁊ alius dedicet eaꝫ. Quis eſt homo qui plā-
tauit vineam: ⁊ necduꝫ fecit eam eſſe communē:
⁊ de qua veſci omnib9 liceat: vadat ⁊ reuertatur
in domum ſuam: ne forte moriatur in bello: ⁊ ali9
homo eius fungatur officio. Quis eſt homo qui
deſpondit vxorem ⁊ non accepit eam: vadat ⁊ re-
uertatur in domum ſuam: ne forte moriatur in
bello: ⁊ alius homo accipiat eam. His dictis ad- Judic.vij.
dent reliqua ⁊ loquentur ad populum: Quis eſt a.
homo formidoloſus ⁊ corde pauido: vadat ⁊ re- j.Mach.iij
uertatur in domum ſuam: ne pauere faciat cor- g.
da fratrum ſuoruꝫ: ſicut ipſe timore perterritus C
eſt. Cumq; ſiluerint duces exercitus ⁊ finem lo-
quendi fecerint: vnuſquiſq; ſuos ad bellandum
cuneos preparabit. Si quando acceſſeris ad ex
pugnandam ciuitatem offeres ei primum paceꝫ.
Si receperit et aperuerit tibi portas: cunctus
populus qui in ea eſt ſaluabitur ⁊ ſeruiet tibi ſub
tributo. Si autem fedus inire noluerit: ⁊ ce- De depredatione vrbium bello victarum.
perit contra te bellum oppugnabis eam. Cum-
q; tradiderit Dominus deus tuus illam in ma-
nu tua: percuties omne quod in ea generis ma-
ſculini eſt in ore gladij abſq; mulieribus ⁊ infan-
tibus: iumentis ⁊ ceteris que in ciuitate ſunt.
Omnem predam exercitui diuides: et comedes
de ſpolijs hoſtium tuorum que Dominus deus
tuus dederit tibi. Sic facies cunctis ciuitatibus
que a procul valde ſunt: et non ſunt de his vrbi-
bus quas in poſſeſſionem accepturus es. De D
his autem ciuitatibus que dabuntur tibi nulluꝫ
omnino permittes viuere: ſed interficies in ore
gladij: Ethēū videlicet ⁊ Amorreū ⁊ Chananeū
Phereꝫeum et Eueum ⁊ Jebuſeum: ſicut pre
cepit tibi dominus deus tuus ne forte doceant
vos facere cunctas abominatōes quas ipſi ope
rati ſunt dijs ſuis et peccetis in dominuꝫ deum
veſtruꝫ. Quando obſederis ciuitatē multo tem
pore et munitionibus circumdederis vt expu-
gnes eam non ſuccides arbores de quibus ve-
ſci pōt: nec ſecurib9 per circuitum debes vaſtare
regioneꝫ: qm̄ lignum eſt ⁊ non homo: nec poteſt
bellantium contra te augere numerum. Si qua
autem ligna non ſunt pomifera ſed agreſtia ⁊ in
ceteros apta vſus: ſuccide et inſtrue machinas
donec capias ciuitatem que contra te dimicat.

C Capituli. Summariū C De cadauere ho-
minis inuento: de muliere captiua aſſumenda in
vxoreꝫ: de duabus vxoribus: de filio contumace:
de iudicato ad mortem. Capitulum.xxj.

A

De expiatione occiſionis hoīs cuius ignoratur reus.

Quando inventū fuerit in terra quā dñs deus tuus daturus eſt tibi hominis cadauer occiſi ⁊ ignoraꝛ cedis reus egredienꝛ maiores natu ⁊ iudices tui: ⁊ metienꝛ a loco cadaueris ſingularū per circuitum ſpacia ciuitatū: ⁊ quam viciniorē ceteris eſſe perſpexerint: ſeniores ciuitatis illius tollēt vitulā de armento que non traxit iugū nec terram ſcidit vomere. ⁊ ducēt eam ad vallē aſperā atq; ſaxoſā que nunꝗ arata eſt nec ſementē recepit: ⁊ cedent in ea ceruices vitule. Accedentq; ſacerdotes filij Leui quos elegerit dñs deus tuus vt miniſtrent ei ⁊ benedicāt in noīe eius: ⁊ ad verbū eorum omne negociū pendet.

B

Et quicquid mundū vel immundū eſt iudiceꝛ. Et venient maiores natu ciuitatis illius ad interfectū: lauabūtq; manus ſuas ſuper vitulam que in valle percuſſa eſt: ⁊ dicent. Manus nře nō effuderūt ſanguinē hūc: nec oculi viderunt. Propitius eſto pplo tuo Iſrl' quē redemiſti dñe: ⁊ ne reputes ſanguinē innocentē in medio ppli tui Iſrl'. Et auferet ab eis reatus ſanguinis: tu aūt alienus eris ab innocētis cruore qui fuſus eſt cū feceris qđ pcepit dñs.

De mō aſſumēdi mulierē captiuā in vxorē.

Si egreſſus fueris ad pugnam cōtrā inimicos tuos: ⁊ tradiderit eos dñs deus tuus in manu tua: captiuoſq; duxeris ⁊ videris in numero captiuorū mulierem pulchram ⁊ adamaueris eam: volueriſq; habere vxorē: introduces eam in domū tuam.

C

Que radet ceſariem circūcidet vngues ⁊ deponet veſtem in qua capta eſt: ſedēſq; in domo tua flebit prem ⁊ matrem ſuā vno mēſe ⁊ poſtea intrabis ad eam dormieſq; cū illa: ⁊ erit vxor tua. Si aūt poſtea nō ſederit in aīo tuo dimittes eam liberā nec vēdere poteris pecunia: nec opprimere per potentiā quia humiliaſti eam. Si habuerit homo vxores duas vnam dilectam ⁊ alterā odioſā: genueritq; ex eis liberos ⁊ fuerit filius odioſe primogenitus volueritq; ſubſtantiā inter filios ſuos diuidere non poterit filiū dilecte facere primogenitum ⁊ pferre filio odioſe: ſed filiū odioſe agnoſcet primogenitū: dabitq; ei de his que habuerit cuncta duplicia. Iſte eſt enim principiū liberorū eius ⁊ huic debenꝛ primogenita.

De punitiōe filij cōtumacis.

Si genuerit homo filiū cōtumacē ⁊ proteruū qui nō audiat patris ac matris imperiū ⁊ coercitus obedire contēpſerit: apprehēdent eū ⁊ ducent ad ſeniores ciuitatis illius ⁊ ad portam iudicij dicentq; ad eos.

D

Filius noſter iſte pteruus ⁊ cōtumax eſt: monita noſtra audire contēnit comeſſationibus vacat ⁊ luxurie atq; conuiuijs lapidibus eū obruet ppls ciuitatis ⁊ morietur vt auferatis malū de medio veſtri: ⁊ vniuerſus iſrael audiēs ptimeſcat. Quando peccauerit hō quod morte plectendū eſt ⁊ adiudicatus morti appēſus fuerit in patibulo: nō per-

Joſue.x.c. manebit cadauer eius in ligno: ſed in eadē die ſe-

Gal.iij.b. pelietur: quia maledictus a deo eſt qui pendet in ligno: ⁊ nequaꝗ contaminabis terram tuam quā dñs deus tuus dederit tibi in poſſeſſionem.

Capi.xxij. De reducendo boue vel oue fratris tui: de veſte alterius ſexus: de inuento nido: de morte: de circuitu tecti: de non cōmiſcendis rebus diuerſi generis: de fimbrijs: de ſignis virginitatis: de corrumpente virginitatem vel contractam in ciuitate vel in agro: de vxore patris non ducenda. Capitulum.xxij.

Non videbis bouem fratris tui aut ouem errantem ⁊ preteribis: ſed reduces fratri tuo etiā ſi nō eſt ppinquus frater tuus: nec noſti eū: duces in domū tuā: ⁊ erūt apud te ꝗdiu querat ea frater tuus ⁊ recipiat. Similiter facias de aſino ⁊ de veſtimēto ⁊ de omni re fratris tui que perierit ſi inueneris eā: ne negligas quaſi alienam. Si videris aſinum fratris tui aut bouem cecidiſſe in via non deſpicies ſed ſubleuabis cum eo. Non induetur mulier veſte virili: nec vir vtetur veſte feminea. abominabilis enim apud deū eſt qui facit hec. Si ābulans per viam in arbore vel in terra nidum auis inueneris ⁊ matrem pullis vel ouis deſuper incumbantem: non timebis eam cū filijs ſed abire patieris captos tenēs filios vt bene ſit tibi ⁊ longo viuas tēpore.

B

Cū edificaueris domū nouam facies murum tecti per circuitū: ne effundaꝛ ſanguis in domo tua: ⁊ ſis reus labente alio ⁊ in preceps ruente. Non ſeres vineam tuam altero ſemine: ne et ſemētis quam ſeuiſti et que naſcunꝛ ex vinea pariter ſanctificenꝛ. Non arabis in boue ſimul et aſino. Non indueris veſtimento quod ex lana linoq; contextū eſt. Funiculos in fimbrijs facies per quattuor angulos pallij tui quo operiris. Si duxerit vir vxorem ⁊ poſtea odio habuerit eā: que ſieritq; occaſiones quibus dimittat eā: obijciēs ei nomen peſſimum: ⁊ dixerit. Vxorem hanc accepi ⁊ ingreſſus ad eam non inueni virginē: tollent eam pater ⁊ mater eius ⁊ ferent ſecū ſigna virginitatis eius ad ſeniores vrbis qui in porta ſunt: ⁊ dicet pater Filiam meam dedi huic vxorem: quam quia odit: imponit ei nomen peſſimum vt dicat: non inueni filiam tuam virginē: ⁊ ecce hec ſunt ſigna virginitatis filie mee. Expandent veſtimentum coram ſenioribus ciuitatis: apprehendentq; ſenes vrbis illius virum et verberabunt illum: condemnantes inſuper centum ſiclis argenti quos dabit patri puelle: quoniam diffamauit nomen peſſimum ſuper virginem Iſrael: habebitq; eam vxorem: et non poterit dimittere omnibus diebus vite ſue. Quod ſi verum eſt quod obijcit et non eſt in puella inuenta virginitas: eijcient eam extra fores domus patris ſui: et lapidibus obruent viri ciuitatis illius: et morietur quoniam fecit nephas in Iſrael vt fornicaretur in domo patris ſui: ⁊ auferes malum de medio tui. Si dormierit vir cum vxore alterius: vterq; morietur: id eſt adulter ⁊ adultera: et auferas malum de Iſrael. Si puel-

iam virginem deſponderit vir et inuenerit eam aliquis in ciuitate ⁊ concubuerit cum ea: educes vtrunq; ad portam ciuitatis illius: et lapidibus obruentur. Puella: quia non clamauit cū eſſet in ciuitate: vir quia humiliauit vxorem proximi ſui: ⁊ auferes malum de medio tui. Si autem in agro reppererit vir puellam que deſponſata eſt: ⁊ apprehendens concubuerit cum ea: ipſe morietur ſolus: puella nihil patietur nec eſt rea mortis: quoniam ſicut latro conſurgit cōtra fratrem ſuum ⁊ occidit animā eius: ita ⁊ puella perpeſſa eſt. Sola erat in agro: clamauit ⁊ nullus affuit qui liberaret eam. Si inuenerit vir puellam virginem que non habet ſponſum: ⁊ apprehendens cōcubuerit cum illa: ⁊ res ad iudiciū venerit dabit qui dormiuit cū ea prī puelle quinquaginta ſiclos argēti: ⁊ habebit eā vxorē: quia humiliauit illā: non poterit dimittere eā cunctis diebus vite ſue. Non accipiet homo vxorem patris ſui: nec reuelabit operimentum eius.

De corrūpente virginem.

De vxore patris non accipienda.

Ca. Sūma. De non intrantibus eccleſiam: de non abominando idumeo ⁊ egyptio: de pollutione nocturna: de paxillo: de ſeruo fugitiuo: de mercede proſtibuli: de vſura: de voto: de vinea: de ſegete proximi. Capitulum. xxiij.

A

Non intrabit eunuchus attritis vel amputatis teſticulis ⁊ abſciſo veretro eccleſiam dñi. Nō ingrediet̄ māzer: hoc eſt de ſcorto natus: in eccleſiam dñi vſq; ad decimā generationem. Ammonites ⁊ moabites etiam poſt decimā generationē non intrabunt eccl'iā dñi in eternū q: noluerūt vobis occurrere cū pane ⁊ aqua in via qñ egreſſi eſtis de Egypto: ⁊ q: cōduxerūt contra te balaam filium Beor de meſopotamia ſyrie vt malediceret tibi: ⁊ noluit dñs deus tuus audire balaam: vertitq; maledictionē eius in bñdictionē tuā: eo q diligeret te. Non facies cū eis pacem: nec queras eis bona cunctis diebus vite tue in ſempiternū. Nō abominaberis idumeum: q: frater tuus eſt: nec Egyptiū q: aduena fuiſti in terra eius. Qui nati fuerint ex eis tertia generatione: intrabūt in eccleſiam dñi. Qñ egreſſus fueris aduerſus hoſtes tuos in pugnā: cuſtodias te ab omni re mala. Si fuerit inter vos homo qui nocturno pollutus ſit ſomnio: egredietur extra caſtra ⁊ non reuertetur priuſq; ad veſperā lauet̄ aqua: ⁊ poſt ſolis occaſum regrediet̄ in caſtra. Habebis locum extra caſtra ad quē ingrediaris ad requiſita nature gerens paxillū in baltheo. Cūq; ſederis: fodies per circuitū: ⁊ egeſta humo operies quo releuatus es. Dñs eñ deus tuus ambulat in medio caſtrorum: vt eruat te ⁊ tradat tibi inimicos tuos: vt ſint caſtra tua ſancta: ⁊ nihil in eis appareat feditatis: ne derelinquat te. Non trades ſeruum domino ſuo qui ad te cōfugerit. Habitabit

De his qui non ſunt in eccleſia promouendi.

B Non ſunt abominandi idumei.

De pollutione nocturna.

C De ſeruo fugitiuo.

tecum in loco qui ei placuerit: ⁊ in vna vrbium tuarum requieſcet: ne contriſtes eum. Non erit meretrix de filiab' Iſrael: nec ſcortator de filijs Iſrael. Non offeres mercedē proſtibuli nec preciū canis in domo domini dei tui: qcqd illud eſt qd vouerint: q: abominatio eſt vtrūq; apud dominum deum tuū. Non fenerabis fratri tuo ad vſuram pecuniam: nec fruges: nec quālibet aliā rem: ſed alieno. Fratri autem tuo abſq; vſura id quod indiget commodabis: vt benedicat tibi dominus deus tuus in omni opere tuo in terra ad quam ingredieris poſſidendam. Cum votū voueris domino deo tuo: non tardabis reddere: q: requiret illud dominus deus tuus. Et ſi moratus fueris reputabitur tibi in peccatum. Si nolueris polliceri: abſq; peccato eris. Quod autē ſemel egreſſum eſt de labijs tuis: obſeruabis et facies ſicut promiſiſti domino deo tuo: et propria voluntate et ore tuo locutus es. Ingreſſus vineam proximi tui: comede vuas quantum tibi placuerit: foras autem ne afferas tecū. Si intraueris ſegetem amici tui: frangeſ ſpicas: et manu conteres: falce autem non metes.

De meretricibus.

Prohibet̄ vſura.

D

De eſu fructuū terre proximi in campo.

C. S. De libello repudij: de nuper cōiugato: de non accipiendo molam pro pignore: de vendente proximum: caue plagam lepre: non ingrediaris domum proximi vt auferas pignus: nō negabis mercedem: non occidentur patres pro filijs: de iudicio aduene: et pignore vidue: de reliquijs meſſis et vindemie. Capitulum. xxiiij.

Si acceperit homo vxorem ⁊ habuerit eam: ⁊ non inuenerit gratiā ante oculos eius propter aliquam feditatem: ſcribet libellū repudij et dabit in manu illius: ⁊ dimittet eam de domo ſua. Cumq; egreſſa alterum maritum duxerit: ⁊ ille quoq; oderit eam: dederitq; ei libellum repudij: ⁊ dimiſerit de domo ſua: vel certe mortuus fuerit: non poterit prior maritus recipere eam in vxorē: q: polluta eſt ⁊ abominabilis facta eſt corā dño: ne peccare facias terram tuam quam dñs deus tu' tradiderit tibi poſſidendam. Cū accepit homo nuper vxorē: non pcedet ad bellū: nec ei quippiam neceſſitatis iniunget̄ publice: ſed vacabit abſq; culpa domui ſue: vt vno anno letet̄ cū vxore ſua. Nō accipies loco pignoris inferiorem et ſuperiorem molam: q: aiam ſuum appoſuit tibi. Si deprehēſus fuerit homo ſollicitās fratrē ſuū de filijs Iſrael: ⁊ vendito eo accepit preciū: interficiet̄: ⁊ auferas malū de medio tui. Obſerua diligenter ne incurras plagā lepre: ſed facies quecunq; docuerint te ſacerdotes Leuitici generis iuxta id quod precepi eis: ⁊ imple ſollicite. Mementō que fecerit dñs de' veſter marie in via cū egrederemini de Egypto. Cū repetes a proximo tuo rem aliquam quā dz tibi: nō ingredieris domum eius: vt pignus auferas: ſed ſtabis foris: et petēdo ſua.

A De libello repudij. Math. v. c. ⁊ xix. b. xxxiij. q. ij. nō ſatis.

s. xx. b.

B Nō ſint accipiēda pro pignore neceſſaria ad vitam.

Num. xij. c

De pietate ad pauperes in re

C ille tibi proferet quod habuerit. Sinautem pau
per eſt: non pernoctabit apud te pignus: ſed ſta
tim reddes ei ante ſolis occaſum: vt dormiens
Prohibet in veſtimento ſuo: benedicat tibi: et habeas iuſti
retiere mer ciam coram domino deo tuo. Non negabis mer
cedem indi cedem indigentis ⁊ pauperis fratris tui ſiue ad
gentis. uene qui tecum moratur in terra: ⁊ intra portas
Leui.xix.c. tuas eſt: ſed eadem die reddes ei precium labo
ris ſui ante ſolis occaſum: quia pauper eſt: ⁊ ex
eo ſuſtentat animam ſuam ne clamet contra te
ad dominum: ⁊ reputetur tibi in peccatū. Non
occidentur patres pro filijs: nec filij pro patri-
bus: ſed vnuſquiſq pro peccato ſuo morietur.
Non peruertes iudicium aduene ⁊ pupilli: nec
auferas pignoris loco vidue veſtimentum. Me-
mento q ſeruieris in egypto: et eruerit domi-
nus deus tuus inde. Idcirco precipio tibi vt fa
D cias hanc rem. Quando meſſueris ſegetem in
Leui.xix.b. agro tuo: ⁊ oblitus manipulum reliqueris: non
reuerteris vt tollas eum: ſed aduenam ⁊ pupil-
lum ⁊ viduam auferre patieris: vt benedicat ti-
bi dominus deus tuus in omni opere manuum
De reliqui tuarum. Si fruges collegeris oliuaruꝫ: quicqd
ijs frugum remanſerit in arboribus: non reuerteris vt col-
pro paupe- ligas: ſed relinques aduene: pupillo: ac vidue. Si
ribus. vindemiaueris vineam tuam: non colliges re-
manentes racemos: ſed cedent in vſus aduene
pupillo vidue. Memento q ⁊ tu ſeruieris i egy
pto: ⁊ idcirco precipio tibi vt facias hanc rem.

C Capituli. Sūma. C De iudicio ⁊ plagaruꝫ
numero: de boue triturāte: de ſemine ſuſcitādo:
de domo diſcalciati: de muliere apphēdēte verē-
da: de eqtate pōderis ⁊ mēſure: de amalech: qui
occidit extremos agminis. Capitulum.xxv.

A
De iudicio
rum equita
te.

SI fuerit cā inter ali-
quos ⁊ interpellauerint iudices:
quem iuſtuꝫ eſſe perſpexerint illi
iuſticie palmam dabunt: queꝫ im
pium: condemnabūt impietatis
Sinautem eum qui peccauit di-
gnum viderint plagis: pſternent ⁊ coram ſe fa-
cient verberari. Pro menſura peccati: erit ⁊ pla
garū modus: ita dūtaxat vt quadragenariū nūe
rum non excedant: ne fede laceratus aū oculos
B tuos habeat frater tuus. Non ligabis os bouis
De non li- triturantis in area fruges tuas. Qñ habitauerit
gādo os bo fratres ſimul: ⁊ vnus ex eis abſq liberis mortuꝰ
uis triturā fuerit vxor defuncti nō nubet alteri: ſed accipiet
tis. eam frater eius: ⁊ ſuſcitabit ſemen fratris ſui: ⁊
j.Cor.ix.b. primogenitū ex ea filium noīe illius appellabit:
j.Thim.v.c vt non deleatur nomen eius ex iſrael. Sinautem
xiij.qō.j.ec noluerit accipere vxorem fratris ſui que ei lege
cleſias. debetur: perget mulier ad portam ciuitatis ⁊ in
xxxv.q.j.ſ.j terpellabit maiores natu: diceteq. Non vult fra
De diuor. ter viri mei ſuſcitare ſemen fratris ſui in iſrael:
c.finali. nec me in coniugem ſumere. Statimq accerſiri
De ſuſcita eum facient: ⁊ interrogabunt. Si reſponderit:
tione ſemi- nolo eam vxorem accipere: accedet mulier ad eū

coram ſenioribus: ⁊ tollet calciamentuꝫ de pede
eius: ſpuetq in faciem illius: ⁊ dicet. Sic fiet ho
mini qui non edificat domum fratris ſui. Et vo
cabitur nomē illius in iſrael domꝰ diſcalciati. Si
habuerint inter ſe iurgium viri: ⁊ vnus cōtra al-
terum rixari cepit: volēſq vxor alterius eruere
virum ſuū de manu fortioris: miſeritq manum
⁊ apphēderit verēda eius: abſcides manū illius
nec flecteris ſup eam vlla mia. Non hēbis in ſa-
culo diuerſa pondera: maius ⁊ minꝰ: nec erit in
domo tua modius maior ⁊ minor. Pōdus habe
bis iuſtū ⁊ verum: ⁊ modiꝰ equalis ⁊ verus erit
tibi: vt multo viuas tpe ſuper terram quam dñs
deus tuus dederit tibi. Abominat enim dñs euꝫ
qui facit hec: ⁊ auerſat oēm iniuſticiā. Memen-
to que fecerit tibi amalech in via qñ egrediebā-
ris ex egypto: qñ occurrerit tibi: ⁊ extremos
agminis tui qui laſſi reſidebant ceciderit qñ tu
eras fame ⁊ labore confectus: ⁊ nō timuerit deū
Cum ergo dominus deus tuus dederit tibi re-
quiem ⁊ ſubiecerit cunctas per circuitum natio
nes in terra quam tibi pollicitus eſt: delebis no
men eius ſub celo. Caue ne obliuiſcaris.

C Ca. Sū. C De primitijs offerendis: ⁊ quod
copletis decimis corā dño loquat.

Capitulum..xxvj.

CUnque intraueris
terram quam dominus deus
tuus tibi daturus eſt poſſiden
dam: ⁊ obtinueris eaꝫ: atq ha
bitaueris in ea tolles de cūctis
frugibus tuis primitias: ⁊ po-
nes in cartallo: pergeſq ad lo-
cum queꝫ dominus deus tuus elegerit: vt ibi in
uocetur nomen eius: accedeſq ad ſacerdotem q
fuerit in diebus illis: ⁊ dices ad eum. Profiteor
hodie coram domino deo tuo q ingreſſus ſuꝫ in
terram pro qua iurauit patribus noſtris vt da-
ret eam nobis. Suſcipienſq ſacerdos cartalluꝫ
de manu eius ponet ante altare domini dei tui:
⁊ loqueris in conſpectu domini dei tui. Syrus
perſequebatur patrem meum: qui deſcendit in
egyptum: ⁊ ibi peregrinatus eſt in pauciſſimo
numero: creuitq in gentem magnam ac robu-
ſtam ⁊ infinite multitudinis. Afflixeruntq nos
egyptij ⁊ perſecuti ſunt imponentes onera gra
uiſſima: ⁊ clamauimus ad dominum deū patruꝫ
noſtrorum: qui exaudiuit nos: ⁊ reſpexit humili
tatem noſtram ⁊ laborem atq anguſtias ⁊ edu-
xit nos de egypto in manu forti ⁊ brachio exten
to in ingenti pauore: in ſignis atq portentis: et
introduxit ad locum iſtum: ⁊ tradidit nobis ter
ram lacte ⁊ melle mananteꝫ. Et idcirco nūc offe
ro primitias frugum terre quam dominus deus
dedit mihi. Et dimittes eas in conſpectu domi
ni dei tui: ⁊ adorato domino deo tuo epulaberis
in omnibus bonis que dominus deus tuus de-
derit tibi ⁊ domui tue: tu ⁊ leuites ⁊ aduena qui

De decimis soluendis.

tecum eſt. Quando cōpleueris decimam cuncta-
rum frugum tuarum anno decimarū: tertio da-
bis Leuite ⁊ aduene ⁊ pupillo ⁊ vidue: vt come-
dant intra portas tuas ⁊ ſaturentur: loquerisq̧
in conſpectu domini dei tui. Attuli quod ſanctifi-
catum eſt de domo mea: ⁊ dedi illud Leuite ⁊ ad-
uene ⁊ pupillo ac vidue: ſicut iuſſiſti mihi. Non
preteriui mandata tua: nec ſum oblitus imperij
tui. Non comedi ex eis in luctu meo: nec ſepara-
D uí ea in qualibet immundicia. nec expendi ex his
quicq̧ in re fenebri. Obediui voci dñi dei mei: ⁊
feci omnia ſicut precepiſti mihi. Reſpice de ſan-
ctuario tuo: ⁊ de excelſo celorū habitaculo: ⁊ be-
nedic populo tuo Iſrael ⁊ terre quā dediſti no-
bis: ſicut iuraſti patribus noſtris: terre lacte ⁊
melle mananti. Hodie dominus deus tu⁹ prece-
pit tibi vt facias mandata hec atq̧ iudicia: vt cu-

De obſeruatione preceptorum.

ſtodias ⁊ impleas ex toto corde tuo ⁊ ex tota ani-
ma tua. Dominum elegiſti hodie vt ſit tibi deus
⁊ ambules in vijs eius ⁊ cuſtodias cerimonias il-
lius ⁊ mandata atq̧ iudicia: ⁊ obedias eius impe-
rio. En dñs elegit te hodie vt ſis ei populus pe-
culiaris ſicut locutus eſt tibi: ⁊ cuſtodias omnia
precepta illius: ⁊ faciet te excelſiorem cunctis gē-
tibus quas creauit in laudem ⁊ nomen ⁊ gloriā
ſuā vt ſis ppl's ſanct⁹ dñi dei tui ſicut locut⁹ eſt.

¶ Capituli. Summarium. ¶ De altari lapi-
deo faciendo: ⁊ lege deſuper ſcribenda: de bene-
dictiōibus in garizim: ⁊ maledictiōibus in mon-
te Hebal faciendis. Capitulum. xxvij.

A Recepit autem Moy-
ſes ⁊ ſeniores populo' Iſrael: di-
centes. Cuſtodite omne manda-
tum quod precipio vobis hodie.
Cumq̧ tranſieris Iordanem in
terram quam dñs deus tuus da-
bit tibi: eriges ingentes lapides: ⁊ calce leuiga-
bis eos vt poſſis in eis ſcribere omnia verba le-
gis huius iordane tranſmiſſo vt introeas terrā
quam dñs deus dabit tibi: terram lacte ⁊ melle
manantem: ſicut iurauit patribus tuis. Quādo
ergo tranſieris iordanē: erige lapides quos ego
hodie precipio tibi in monte Hebal: ⁊ leuigabis
eos calce: ⁊ edificabis ibi altare domino deo tuo
de lapidibus quos ferrum non tetigit: ⁊ de ſaxis
informib⁹ ⁊ impolitis: ⁊ offeres ſuper eo holocau-
ſta domino deo tuo: ⁊ immolabis hoſtias pacifi-
B cas: comedeſq̧ ibi ⁊ epulaberis corā domino deo
tuo. Et ſcribes ſuper lapides omnia verba legis
huius plane ⁊ lucide. Dixeruntq̧ Moyſes ⁊ ſa-
cerdotes Leuitici generis ad omnem Iſraelē.
Attēde ⁊ audi Iſrael. Hodie factus es populus

De benedictiōibus in monte Garizim. Et maledi-

domini dei tui. Audies vocem eius ⁊ facies man-
data atq̧ iuſticias quas ego precipio tibi. Pre-
cepitq̧ Moyſes populo in die illo dicens. Hi ſta-
bunt ad benedicendum domino ſuper montem
Garizī iordane tranſmiſſo: Symeon: Leui: Iu-
das: Iſachar: Ioſeph: ⁊ Beniamin. Et e regio-
ne iſti ſtabunt ad maledicendū in monte hebal:
Ruben: Gad: ⁊ Aſer: Zabulon: Dan: ⁊ Nepta-
lin. Et pronunciabunt Leuite dicentq̧ ad om̄es
viros Iſrael excelſa voce. Maledictus homo
C qui facit ſculptile ⁊ conflatile abominationē do-
mini: opus manuum artificum: ponetq̧ illud in
abſcondito. Et reſpondebit omnis populus et
dicet: amen. Maledictus qui non honorat pa-
trem ſuum ⁊ matrem ſuam. Et dicet omnis po-
pulus: amen. Maledictus qui transfert termi-
nos proximi ſui. Et dicet omnis populus amen.

ctiōibus in monte Hebal cōtra tranſgreſſores.

8. xix. d.

Maledictus qui errare facit cecum in itinere.
Et dicet omnis populus amē. Maledictus qui
peruertit iudicium aduene: pupilli ⁊ vidue. Et
dicet omnis populus: amen. Maledictus qui
dormit cum vxore patris ſui: ⁊ reuelat operimē-
tum lectuli eius. Et dicet omnis populus: amē.
Maledictus qui dormit cum omni iumento.
D Et dicet omnis populus amē. Maledictus qui
dormit cum ſorore ſua filia patris ſui vel matris
ſue. Et dicet omnis populus: amen. Maledi-
ctus qui dormit cum ſocru ſua. Et dicet omnis
populus: amen. Maledictus qui clam percuſſe-
rit proximum ſuum. Et dicet omnis populus:
amen. Maledictus qui dormit cum vxore pro-
ximi ſui. Et dicet omnis populus: amen. Ma-
ledictus qui accipit munera vt percutiat animā
ſanguinis innocentis. Et dicet omnis populus
amen. Maledictus qui non permanet in ſermo-
nibus legis huius: nec eos opere perficit. Et di-
cet omnis populus: amen.

¶ Capituli. Summarium. ¶ Explicatio be-
nedictionum ⁊ maledictionū. Capitulū. xxviij.

Gal. iij. b.

I autē audieris vo-
A cem Domini dei tui vt facias
atq̧ cuſtodias omnia manda-
ta eius que ego precipio tibi
hodie: faciet te Dominus de-
us tuus excelſiorem in cun-
ctis gentibus que verſantur
in terra. Venientq̧ ſuper te vniuerſe benedi-
ctiones iſte et apprehendent te: ſi tamen prece-
pta eius audieris: Benedictus tu in ciuitate:
et benedictus in agro. Benedictus fructus vē-
tris tui: et fructus terre tue: fructuſq̧ iumen-
torum tuorum: greges armentorum tuorum: et
caule ouium tuarū. Benedicta horrea tua: ⁊ be-
nedicte reliquie tue. Benedict⁹ eris ingrediēs
⁊ egrediēs. Dabit dñs inimicos tuos qui cōſur-
gent aduerſum te corruentes in conſpectu tuo.
Per vnam viam venient contra te: ⁊ per ſeptem
fugiēt a facie tua. Emittet dominus benedictio-
nem ſuper cellaria tua ⁊ ſuper oīa opera manuū
tuarum: Benedicetq̧ tibi in terra quam accepe-
ris. Suſcitabit te dominus ſibi in populum ſan-
ctum: ſicut iurauit tibi ſi cuſtodieris mādata do-
mini dei tui: ⁊ ambulaueris in vijs eius. Videbūt
q̧ omnes terrarum populi: q̧ nomen dñi inuo-
catum ſit ſuper te: ⁊ timebunt te. Abūdare te fa-

Bñdictio cuſtodientium mandata.

ciet dñs oĩbus bonis : fructu vteri tui: ⁊ fructu
iumentoꝛum tuoꝛum:fructu terre tue quam iu-
rauit dñs patribꝰ tuis vt daret tibi. Aperiet do-
minus theſaurũ ſuum optimũ celum:vt tribuat
pluuiam terre tue in tẽpoꝛe ſuo:benedicetqꝫ cũ-
B ctis operibus manuũ tuarũ . Et fenerabis gen-
ſ.xv.a. tibus multis:⁊ ipſe a nullo fenus accipies.Con-
ſtituet te dñs deus tuus in caput : ⁊ non in cau-
dam:et eris ſemper ſupꝛa:⁊ non ſubter:ſi tamen
audieris mandata domini dei tui que ego pꝛeci-
Leui.xxvj. pio tibi hodie:⁊ cuſtodieris ⁊ feceris:ac non de-
b. clinaueris ab eis nec ad dexterã nec ad ſiniſtraꝫ:
Thꝛen.ij.f. nec ſecutꝰ fueris deos alienos :nec colueris eos.
Malach.ij. Quod ſi audire nolueris vocem domini dei tui:
a. vt cuſtoſtias ⁊ facias omnia mandata eius et ce-
De maledi rimonias quas ego pꝛecipio tibi hodie : venient
ctionibus ſuper te oẽs maledictiones iſte:⁊ appꝛehendent
traſgredien- te.Maledictus eris in ciuitate : maledictus in
tiũ mãdata agro.Maledictũ hoꝛreũ tuũ : et maledicte reli-
ad longuꝫ. quie tue.Maledictus fructus ventris tui: ⁊ fru
ij.Coꝛ.xj.f. ctus terre tue:armenta boum tuoꝛuꝫ :⁊ greges
ouiuũ tuarũ.Maledictus eris ingrediens:⁊ ma
ledictus egrediens.Mittet dominus ſuper te fa
men ⁊ eſuriem ⁊ increpationem in oĩa opera tua
que tu facies:donec conterat te ⁊ perdat veloci-
ter:pꝛopter adinuentiões tuas peſſimas in qui-
bus reliquiſti me.Adiungat tibi dñs peſtilentiã
donec conſumat te de terra ad quam ingredieris
poſſidendam.Percutiat te dñs egeſtate febꝛi ⁊
frigoꝛe:ardoꝛe et eſtu et aere coꝛrupto ac rubigi
ne:⁊ perſequatur donec pereas.Sit celuꝫ qḋ ſu-
C pꝛa te eſt eneum:et terra quã calcas ferrea.Det
dominus imbꝛeꝫ terre tue puluerem ⁊ de celo de
ſcendat ſuper te cinis donec conteraris. Tradat
te dominus coꝛruẽtem ante hoſtes tuos : Per
vnam viam egredieris contra eos ⁊ per ſeptem
fugias et diſpergaris ꝑ omnia regna terre. Sit-
qꝫ cadauer tuum in eſcam cunctis volatilibus ce
li et beſtijs terre:et non ſit qui abigat . Percu-
tiat te dominus vlcere Egypti : et partem coꝛ-
poꝛis per quam ſtercoꝛa digeruntur:ſcabie quo-
qꝫ pꝛurigine:ita vt curari nequeas . Percutiat
te dominus amentia ⁊ cecitate ac furoꝛe mentis:
⁊ palpes in meridie ſicut palpare ſolet cecus in
tenebꝛis:et non dirigas vias tuas.Omniqꝫ tem
poꝛe calumniam ſuſtineas:et oppꝛimaris violen
tia:nec habeas qui liberet te.Vxoꝛem accipias:
et alius doꝛmiat cum ea.Domum edifices:etiaꝫ
non habites in ea.Plantes vineam et non vin-
demies eam . Bos tuus immoletur coꝛam te :⁊
non comedes ex eo . Aſinus tuus rapiatur in cõ
D ſpectu tuo:et non reddatur tibi.Oues tue den-
tur inimicis tuis:et non ſit qui te adiuuet . Fi-
lij tui et filie tue tradantur alteri populo viden-
tibus oculis tuis et deficientibus ad conſpectuꝫ
eoꝛum tota die: ⁊ non ſit foꝛtitudo in manu tua.
Fructus terre tue et omnes laboꝛes tuos come
dat populus quem ignoꝛas : et ſis ſemper calũ-
niam ſuſtinens : et oppꝛeſſus cunctis diebus:et
ſtupens ad terroꝛem eoꝛum et que videbunt ocu
li tui.Percutiat te dominus vlcere peſſimo in
genibus et in ſuris : ſanariqꝫ non poſſis a plan-
ta pedis vſqꝫ ad verticem tuum . Ducetqꝫ te
dominus et regem tuuꝫ quem conſtituet eis ſu-
per te in gentem quam ignoꝛas tu ⁊ patres tui:
et ſeruies ibi dijs alienis ligno et lapidi et eris
perditus in pꝛouerbium ac fabulam omnibus Agge
populis ad quos te introduxerit dominus. Se- Leui
mentem multam iacies in terram et modicum b.
congregabis: quia locuſte deuoꝛabunt omnia .
Vineam plantabis et fodies:⁊ vinum nõ bibes:
nec colliges ex ea quippiam : quoniam vaſtabi-
tur vermibus.Oliuas habebis in omnibus ter-
minis tuis et non vngeris oleo: quia defluent ⁊
deperibunt . Filios generabis et filias : et non
frueris eis : quoniam ducentur in captiuitateꝫ.
Omnes arboꝛes tuas ⁊ fruges terre tue rubigo
conſumet . Aduena qui tecum verſatur in ter-
ra : aſcendet ſuper te:eritqꝫ ſublimioꝛ:tu autem E
deſcendes et eris inferioꝛ.Ipſe fenerabit tibi:et
tu non fenerabis ei.Ipſe erit in caput:et tu eris
in caudam.Et venient ſuper te omnes maledi-
ctiones iſte:et perſequentes appꝛehendent te
donec intereas:quia non audiſti vocem domini
dei tui: nec ſeruaſti mandata eius et cerimonias
quas pꝛecepit tibi. Et erunt in te ſigna atqꝫ pꝛo
digia: et in ſemine tuo vſqꝫ in ſempiternum : eo
quod non ſeruieris domino deo tuo in gaudio
coꝛdiſqꝫ leticia: pꝛopter rerum omnium abun-
dantiam.Seruies inimico tuo quem emittet ti-
bi dominus in fame et ſiti et nuditate et omni
penuria et ponet iugum ferreum ſuper ceruiceꝫ
tuam donec te conterat . Adducet Dominus ſu
per te gentem de longinquo : et de extremis ter
re finibus in ſimilitudinem aquile volantis cum
impetu : cuius linguam intelligere non poſſis
gentem pꝛocaciſſimam : que non deferat ſeni :
nec miſereatur paruuli et deuoꝛet fructum iu-
mentoꝛum tuoꝛum ac fruges terre tue donec in-
tereas : et non relinquat tibi triticum:vinum et
oleum:armenta boum et greges ouium: donec iiij.Re
te diſperdat et conterat cunctis vꝛbibus tuis : vj.f.
et deſtruantur muri tui firmi atqꝫ ſublimes in Baruc
quibus habebas fiduciaꝫ in omni terra tua.Ob-
ſideberis intra poꝛtas tuas in omni terra tua a.
F quam dabit tibi Dominus deus tuus:et come-
des fructum vteri tui et carnes filioꝛum tuoꝛum
⁊ filiaruꝫ tuarũ quas dederit tibi dñs deus tuus
in anguſtia ⁊ vaſtitate qua oppꝛimet te hoſtis tu
us . Homo delicatus in te et luxurioſus valde
inuidebit fratri ſuo et vxoꝛi que cubat in ſinu
ſuo : ne det eis de carnibus filioꝛum ſuoꝛũ quas
comedet : eo ꝙ nihil aliud habeat in obſidione
et penuria qua vaſtauerunt te inimici tui intra
omnes poꝛtas tuas . Tenera mulier et delica-
ta que ſuper terram ingredi non valebat : nec
pedis veſtigium figere pꝛopter molliciem et te-
neritudinem nimiam inuidebit viro ſuo qui cu-
bat in ſinu eius ſuper filij ⁊ filie carnibꝰ ⁊ illuuie
ſecundinarũ qui egrediuntur de medio ſeminum
eius: ⁊ ſuper liberis qui eadeꝫ hoꝛa nati ſunt.Co
medent enĩ eos clam ꝓpter rerũ omnium penu-

riam: in obſidione et vaſtitate qua opprimet te
inimicus tuus intra portas tuas. Niſi cuſtodie/
ris et feceris omnia verba legis huius que ſcri
pta ſunt in hoc volumine: ⁊ timueris nomen eius
glorioſum ⁊ terribile hoc eſt dñm deũ tuum: au/
gebit dñs plagas tuas: ⁊ plagas ſemini tui: pla/
gas magnas ⁊ perſeuerantes infirmitates peſſi
mas ⁊ perpetuas: ⁊ conuertet in te oẽs afflictio/
nes Egypti quas timuiſti ⁊ adherebũt tibi. In/
ſuper ⁊ vniuerſos languores et plagas que non
ſunt ſcripte in volumine legis huius: inducet do
minus ſuper te donec te conterat: ⁊ remanebitis
pauci numero qui prius eratis ſicut aſtra celi pre
B multitudine: qm̃ nõ audiſtis vocẽ dñi dei veſtri.
Et ſicut ãte letatus eſt dñs ſup vos bene vobis
faciens voſqꝫ multiplicans: ſic letabitur diſperdẽs
vos atqꝫ ſubuertens vt auferamini de terra ad
C quam ingredimini poſſidendam. Diſperget te
dñs in oẽs populos a ſummitate terre vſqꝫ ad
terminos eius ⁊ ſeruies ibi dijs alienis quos et
tu ignoras et patres tui: lignis et lapidibus. In
gentibus quoqꝫ illis nõ quieſces: neqꝫ erit requi
es veſtigio pedis tui. Dabit enim tibi dñs ibi cor
pauidum et deficientes oculos et aĩam conſum/
ptam merore et erit vita tua quaſi pendens ante
te. Timebis nocte et die et non credes vite tue.
Mane dices: quis mihi det veſperum? et veſpe/
re: quis mihi det mane? propter cordis tui formidi
nem qua terreberis et propter ea que tuis vide/
bis oculis. Reducet te dñs claſſibus in Egyptũ
per viam de qua dixi tibi vt eam amplius non vi
deres. Ibi vẽderis inimicis tuis in ſeruos et an
cillas: et non erit qui emat.

Capitu. Sũma. De federe et iuramento
populi ad dominum memoratio beneficiorum et
commiſerationum. Capitulum. xxix.

A De federe ⁊ iuramẽto ppli ad dñs ⁊ cõmemoratiõe bñficiorum.

Hec ſunt verba fede/
ris quod precepit dñs Moyſi
vt feriret cũ filijs Iſrael in ter
ra Moab: preter illud fedus
quod cũ eis pepigit in Oreb.
Vocauitqꝫ Moyſes omnem
Iſrael et dixit ad eos: Vos vi
diſtis vniuerſa que fecit dñs corã vobis in terra
Egypti Pharaoni et oĩbus ſeruis eius vniuer/
ſeqꝫ terre illius tentationes magnas quas vide/
runt oculi tui: ſigna illa portentaqꝫ ingentia: et
non dedit vobis dñs cor intelligens et oculos vi/
dentes et aures que poſſint audire vſqꝫ in pre/
ſentem diem. Adduxit vos quadraginta annis per
deſertum: non ſunt attrita veſtimẽta veſtra: nec
calciamenta pedum veſtrorum vetuſtate cõſumpta
ſunt. Panem non comediſtis: vinũ nec ſiceram
B nõ bibiſtis: vt ſciretis quia ipſe eſt dñs deus veſter:
Nũe. xxj. g. et veniſtis ad hunc locum. Egreſſuſqꝫ eſt Seon
rex Eſebon et Og rex Baſan occurrẽtes nobis
ad pugnam: et percuſſimus eos et tulimus ter/
ram eorum ac tradidimus poſſidendã Ruben et
Gad et dimidie tribui manaſſe. Cuſtodite ergo
verba pacti huius et implete ea vt intelligatis
vniuerſa que facitis. Vos ſtatis hodie cũcti co/
ram dño deo veſtro: principes vr̃i et tribus ac ma/
iores natu atqꝫ doctores oĩs ppl̃i Iſrael: liberi
et vxores veſtre et aduene qui tecũ morantur in
caſtris: exceptis lignorũ ceſoribus et his qui cõ/
portant aquas vt tranſeas in federe dñi dei tui:
et in iureiurãdo quod hodie dñs deus tuus percu/
tit tecũ vt ſuſcitet te ſibi in ppl̃m: et ipſe ſit dñs
deus tuus ſicut locutus eſt tibi: et ſicut iurauit pa
tribus tuis Abraã: Iſaac et Iacob: nec vobis
ſolis ego hoc fedus ferio et hec iuramenta cõfir/
mo: ſed cũctis pn̄tibus et abſentibus. Vos enim C
noſtis quomodo habitauerimus in terra Egypti: et
quomodo trãſierimus per mediũ nationũ quas
tranſeũtes vidiſtis abominationes et ſordes: id
eſt idola eorũ: lignũ et lapidem: argentũ et aurũ
que colebant. Ne forte ſit inter vos vir aut mu/
lier: familia aut tribus cuius cor auerſum eſt ho
die a dño deo veſtro: vt vadat et ſeruiat dijs illa/
rum gentiũ: et ſit inter vos radix germinans fel De pena
et amaritudinẽ. Cũqꝫ audierit verba iuramenti tranſgreſ/
huius benedicat ſibi in corde ſuo: dicens Pax ſiõis pacti.
erit mihi et ambulabo in prauitate cordis mei:
et aſſumat ebria ſitientem ⁊ dominus non igno/
ſcat ei: ſed tũc quam maxime furor eius fumet: et ze/
lus contra hominem illum: ⁊ ſedeant ſuper eum
omnia maledicta que ſcripta ſunt in hoc volumi
ne: ⁊ deleat deus nomen eius ſub celo: et conſu/
mat eum in perditionem ex omnibus tribubus
Iſrael: iuxta maledictiones que in libro legis hu
ius ac federis continentur. Dicetqꝫ ſequens ge
neratio ⁊ filij qui naſcentur deinceps: ⁊ peregri/ D
ni qui de longe venerunt videntes plagas terre
illius et infirmitates quibus eam afflixerit domi
nus: ſulphure et ſolis ardore comburens: ita vt
vltra non ſeratur nec virens quippiam germi/
net in exemplum ſubuerſionis Sodome Go/
morre: Adame et Seboim: quas ſubuertit domi
nus in ira et in furore ſuo: et dicent omnes gen/
tes: Quare ſic fecit dominus terre huic? Que eſt iij. Reg. ix.
hec ira furoris eius immẽſa? Et reſpondebunt: b.
Quia dereliquerunt pactũ dñi quod pepigit cũ Hiere. xxij.
patribus eorũ quando eduxit eos de terra Egy c.
pti ⁊ ſeruierunt dijs alienis: ⁊ adorauerunt eos
quos neſciebant ⁊ quibus non fuerant attribu/
ti idcirco iratus eſt furor domini contra terram
iſtam vt induceret ſuper eam omnia maledicta
que in hoc volumine ſcripta ſunt: et eiecit eos de
terra ſua in ira et in furore et in indignatiõe ma
xima: proiecitqꝫ in terram alienam ſicut hodie cõ
probatur. Abſcondita a domino deo noſtro que
manifeſta ſunt nobis ⁊ filijs noſtris vſqꝫ in ſem/
piternum: vt faciamus vniuerſa legis huius.

Capituli. Summarium. De miſericor/
dia Domini ſi penituerint: De proximitate mã
dati: De inuocatione elementorum in teſtimo/
nium quod propoſitum eſt eis malum et bonum:
eligant quod velint. Capitulum. xxx.

A
De miſericordia dñi in penitẽtes.

Um ergo venerint ſuper te oẽs ſermones iſti: bñdictio ſiue maledictõ quã ꝓpoſui
in conſpectu tuo ⁊ ductus penitudine cordis tui in vniuerſis gentibus: in quas diſperſerit te dñs deus tuus: ⁊ reuer-
ſus fueris ad eum: ⁊ obedieris eius imperijs: ſi
cut ego hodie p̄cipio tibi cũ filijs tuis in toto cor
de tuo: ⁊ in tota aia tua: reducet te dñs deus tuꝰ
de captiuitate tua ac miſerebit tui: ⁊ rurſuꝫ con
gregabit te de cunctis populis in quos te ãte di
ſperſit. Si ad cardines celi fueris diſſipatꝰ: inde
te retrahet dñs deus tuus: ⁊ aſſumet atqꝫ intro
ducet in terrã quã poſſederũt patres tui ⁊ obti
B nebis eam: ⁊ benedicens tibi maioris numeri te
eſſe faciet ꝙ fuerint patres tui. Circuncidet do
minus deus tuus cor tuum ⁊ cor ſeminis tui: vt
diligas dominum deum tuuꝫ ex toto corde tuo:
⁊ in tota anima tua: vt poſſis viuere. Omnes au
tem maledictiones has conuertet ſuper inimi-
cos tuos: ⁊ eos qui oderunt te: ⁊ perſequuntur.
De vtilitate ⁊ facilitate cuſtodie mãdatoruꝫ
Tu aũt reuerteris et audies vocem dñi dei tui:
facieſqꝫ vniuerſa mandata que ego precipio tibi
hodie ⁊ abundare te faciet dominus deus tuus
in cunctis opibus manuũ tuarum in ſobole vte-
ri tui: ⁊ in fructu iumentorum tuorum: in vber-
tate terre tue: ⁊ in rerum omnium largitate. Re
uertetur enim dñs vt gaudeat ſuper te in oĩbus
bonis ſicut gauiſus eſt in pr̃ibus tuis ſi tamẽ au
dieris vocẽ dñi dei tui ⁊ cuſtodieris p̄cepta eius
et cerimonias que in hac lege ſcripta ſunt: et re-
uertaris ad dñm deum tuũ in toto corde tuo: et
C in tota anima tua. Mãdatum hoc qđ ego preci
pio tibi hodie nõ ſupra te eſt: neqꝫ ꝓcul poſituꝫ
Rom. x. b nec in celo ſitum: vt poſſis dicere: qs noſtruꝫ va
let ad celum conſcendere vt deferat illud ad nos
vt audiamꝰ atqꝫ ope compleamꝰ: neqꝫ trãs ma
re poſitum vt cauſeris ⁊ dicas. Quis e nobis po
terit trãſfretare mare ⁊ illud ad nos vſqꝫ deferre:
vt poſſimus audire ⁊ facere quod preceptuꝫ eſt.
Sed iuxta te eſt ſermo valde in ore tuo ⁊ in cor-
D de tuo vt facias illum. Conſidera ꝙ hodie pro-
poſuerim in conſpectu tuo vitam ⁊ bonuꝫ: ⁊ ecõ
trario mortẽ ⁊ malum vt diligas dñm deum tuũ
et ambules in vijs eius ⁊ cuſtodias mãdata illiꝰ
ac cerimonias atqꝫ iudicia: et viuas: atqꝫ multi-
Contra impenitentes pena.
plicet te: benedicatqꝫ tibi in terra ad quã ingre-
dieris poſſidendam. Si aũt auerſum fuerit cor
tuuꝫ: ⁊ audire nolueris atqꝫ errore deceptꝰ ado-
raueris deos alienos et ſeruieris eis: predico ti-
bi hodie ꝙ pereas ⁊ paruo tp̄e moreris in terra
ad quã Jordane trãſmiſſo ingredieris poſſiden-
ẽ. iiij. d. dam. Teſtes inuoco hodie celũ ⁊ terrã ꝙ ꝓpoſue
rim vobis vitã ⁊ bonũ: bñdictionẽ ⁊ maledictio-
Bñdictio pro cuſtodia mandatorum.
nes. Elige ḡ vitã ⁊ tu viuas ⁊ ſemẽ tuũ: ⁊ diligas
dñm deũ tuũ atqꝫ obedias voci eius: ⁊ illi adhe-
reas. Ipſe eſt enim vita tua et lõgitudo dierꝝ tuo
rum: vt habites in terra pro qua iurauit dñs pr̃i
bus tuis abraã: iſaac: ⁊ iacob vt daret eam illis.

C Ca. Sũma. C De ſubſtitutiõe Joſue poſt Moyſen: De legendo Deuteronomio: p̄cepit dñs vt ſcribatur canticum Deuteronomij: ſcribitur et in arca ponitur.

Capitulum. xxxj.

A
De ſ[...] tutiõe Joſue lo[...] Moy[...]

Bijt itaqꝫ Moyſes
et locutus eſt oĩa verba hec ad
vniuerſuꝫ iſrael: ⁊ dixit ad eos.
Centuꝫ viginti annorꝫ ſum ho
die: nõ poſſum vltra egredi et
ingredi: p̄ſertim cum et dñs di
xerit mihi: nõ trãſibis iordanẽ
iſtuꝫ. Dñs ergo deus tuus tranſibit ante te. Ip
ſe delebit oẽs gentes has in cõſpectu tuo et poſ
ſidebis eas. Et ioſue iſte trãſibit ante te: ſicut lo
cutꝰ eſt dñs. Facietqꝫ dñs eis ſicut fecit Seon ⁊
Og regibꝰ amorreorꝫ ⁊ terre eorꝫ: delebitqꝫ eos.
B Cũ ergo et hos tradiderit vobis: ſilr̃ facietis eis
ſicut p̄cepi vobis. Viriliter agite et cõfortamini
Nolite timere nec paueatis ad cõſpectũ eorum:
q: dñs deus tuus ipſe eſt ductor tuꝰ et nõ dimit
tet nec derelinquet te. Vocauitqꝫ Moyſes Jo-
ſue et dixit ei corã omni Jſrael. Cõfortare ⁊ eſto Joſue
robuſtus. Tu eñi introduces ppl'ꝫ iſtũ in terram iij. reg.
quã daturũ ſe patribus eorꝫ iurauit dñs: et tu eã
ſorte diuides. Et dñs qui ductor eſt veſter: ipſe
erit tecũ nõ dimittet te nec derelinquet te. No-
li timere ne paueas. Scripſit itaqꝫ moyſes legeꝫ De le[...]do deu[...]nomio.
hanc et tradidit eã ſacerdotibus filijs Leui qui
portabãt arcã federis dñi et cunctis ſenioribus
C Jſrael. Precepitqꝫ eis: dicẽs. Poſt ſeptẽ ãnos
anno remiſſiõis in ſolẽnitate tabernaculorũ con Preci[...]tur [...] poſt o[...] Moyſ[...]
uenientibꝰ cũctis ex filijs Jſrael: vt appareant
in cõſpectu dñi dei tui in loco quẽ elegerit dñs le
ges vͣba legis huius corã omni Jſrl': audiẽtibus
eis et in vnũ omni populo cõgregato tam viris
mulieribꝰ paruulis ⁊ aduenis qui ſunt intra por
tas tuas vt audiẽtes diſcãt et timeãt dñm deũ ve
ſtrũ: ⁊ cuſtodiãt: impleãtqꝫ oẽs ſermones legis
huius. Filij qꝫ eorũ qui nũc ignorãt vt audire poſ
ſint et timeant dñm deum ſuũ cunctis diebꝰ qui
D bus verſantur in terra: ad quã vos iordane trãſ-
miſſo pergitis obtinendã. Et ait dñs Ad Moy
ſen. Ecce prope ſunt dies mortis tue. Voca Jo-
ſue ⁊ ſtate in tabernaculo teſtimonij: vt precipiã
ei. Abierunt ergo Moyſes et Joſue: et ſteterũt
in tabernaculo teſtimonij: apparuitqꝫ dominus
ibi in colũna nubis que ſtetit in introitu taber-
naculi. Dixitqꝫ dñs ad Moyſen. Ecce tu dor-
mies cũ pr̃ibus tuis: et ppl's iſte cõſurgẽs forni-
cabitur poſt deos alienos in terra ad quã ingre-
dietur vt habitet in ea: ibi derelinquet me: et ir-
ritum faciet fedus qđ pepigi cu eo. Et iraſcetur
E furor meus contra eũ in die illo et derelinquam
eũ et abſcondã faciem meam ab eo: et erit in de-
uoratione. Inuenient eũ omnia mala et afflictio
nes ita vt dicãt in illo die. Vere q: nõ eſt deꝰ me-
cum: inuenerunt me hec mala. Ego autẽ abſcõ-
dam et celabo faciem meam in die illo ꝓpter oĩa

Preceptū de ſcribēdo cāticū deuteronomij. mala que fecit q: ſecutus eſt deos alienos. Nūc
itaqꝫ ſcribite vobis canticum iſtud ⁊ docete fili-
os Iſrael vt memoriter teneant ⁊ ore decātent:
et ſit mihi carmen iſtud pro teſtimonio inter fili
os Iſrael. Introducam enim eum in terraȝ pro
qua iuraui patribus eius lacte ⁊ melle manātē.
Cumqꝫ comederint ⁊ ſaturati craſſiqꝫ fuerint:
auertentur ad deos alienos ⁊ ſeruient eis: detra
F hentqꝫ mihi et irritum facient pactum meum.
Poſtq̄ inuenerint eum mala multa et afflictio-
nes: reſpondebit ei canticum iſtud pro teſtimo-
nio qḋ nulla delebit obliuio ex ore ſeminis tui.
Scio enim cogitationes eius que facturus ſit
hodie anteq̄ introducam eum in terram quam
ei pollicitus ſum. Scripſit quoqꝫ Moyſes can-
s.eodem. ticum: et docuit filios Iſrael. Precepitqꝫ domi
nus Joſue filio Nun et ait. Confortare ⁊ eſto
robuſtus. Tu eniȝ introduces filios Iſrel in ter
ram quam pollicitus ſum: ⁊ ego ero tecū. Poſt
q̄ ergo ſcripſit Moyſes verba legis hui⁹ in vo-
De cuſtodia deuteronomij. lumine atqꝫ compleuit: precepit leuitis qui por-
tabant arcam federis domini dicens. Tollite li-
brum iſtum et ponite eum in latere arce federis
domini dei veſtri: vt ſit ibi contra te in teſtimo-
G nium. Ego enim ſcio contentionem tuam et cer
nicem tuam duriſſimam. Adhuc viuente me ⁊ in
grediente vobiſcum ſemper contentioſe egiſtis
contra dominuȝ q̄tomagis cuȝ mortuus fuero.
Congregate ad me omnes maiores natu per tri
bus veſtras atqꝫ doctores ⁊ loquar audiētibus
eis ſermones iſtos: ⁊ inuocabo contra eos celuȝ
et terram. Noui enim q̄ poſt morteȝ meam ini-
que agetis et declinabitis cito de via quam pre-
cepi vobis: et occurrent vobis mala in extremo
tempore qn̄ feceritis malū in conſpectu domini
vt irritetis eum per opera manuum veſtrarum.
Locut⁹ eſt ergo Moyſes audiēte vniuerſo cetu
iſrael v̄ba carminis hui⁹: ⁊ ad finē vſqꝫ cōpleuit.

Capi. Summa. Canticū deuteronomij: iubetur Moyſes aſcendere in montem abarim: de contemplatione terrarū.

Capitulū. xxxij.

A Canticum deuteronomij decantandum.

AUdite celi que lo-
quar audiat terra verba oris
mei. Concreſcat in pluuiam
doctrina mea: fluat vt ros elo-
quiuȝ meum. Quaſi imber ſu-
per herbaȝ: ⁊ quaſi ſtille ſuper
gramina quia: nomen domini
inuocabo. Date magnificentiam deo noſtro:
dei perfecta ſunt opera: ⁊ omnes vie eius iudi-
cia. Deus fidelis et abſqꝫ vlla iniquitate. iuſtus
s.eodem. et rectus. Peccauerunt ei: et non filij eius
in ſordibus. Generatio praua atqꝫ peruerſa:
Job.viij.b heccie reddis dn̄o popule ſtulte ⁊ inſipiēs. Nun
quid nō ipē eſt pater tuus qui poſſedit te: ⁊ fe-
cit ⁊ creauit te. Memēto dierū antiquorū: cogi
ta generationes ſingulas. Interroga partē tuū

et annunciabit tibi: maiores tuos et dicent tibi.
Quando diuidebat altiſſimus gentes: quando
ſeparabat filios Adam. Conſtituit terminos po B
pulorū iuxta numeruȝ filiorū Iſrael. Pars aūt
dn̄i populus eius: Jacob funiculus hereditatis
eius. Inuenit eū in terra deſerta: in loco horro-
ris ⁊ vaſte ſolitudinis. Circunduxit euȝ ⁊ docuit
⁊ cuſtodiuit quaſi pupillaȝ oculi ſui. Sicut aqui-
la prouocans ad volandum pullos ſuos: ⁊ ſuper
eos volitans expandit alas ſuas: ⁊ aſſumpſit euȝ
atqꝫ portauit in humeris ſuis. Dominus ſolus
dux eius fuit: ⁊ non erat cum eo deus alienus.
Cōſtituit eum ſuper excelſam terraȝ: vt comede
ret fructus agrorum. Ut ſuggeret mel de petra
oleūqꝫ de ſaxo duriſſimo. Butyruȝ de armento:
⁊ lac de ouibus cum adipe agnorum et arietum
filiorum Baſan. Et hircos cum medula tritici C
et ſanguinem vue biberent meraciſſimum. In-
craſſatus eſt dilectus ⁊ recalcitrauit: incraſſatus
impinguatus dilatatus. Dereliquit deum fa-
ctorem ſuum: et receſſit a deo ſalutari ſuo. Pro
uocauerunt eum in dijs alienis: ⁊ in abomina-
tionibus ad iracundiam concitauerunt. Im-
molauerunt demonijs et non deo: dijs quos
ignorabant. Noui recenteſqꝫ venerunt: quos
non coluerunt patres eorum. Deum qui te ge- s.eodem.
nuit dereliquiſti: et oblitus es domini creatoris
tui. Uidit dominus et ad iracundiam concita-
tus eſt: quia prouocauerunt eum filij ſui et filie.
Et ait. Abſcondam faciem meam ab eis: ⁊ con- Ro.x.d.
ſiderabo nouiſſima eorum. Generatio eniȝ per- Hiere.xv.c
uerſa eſt: et infideles filij. Ipſi me prouocaue-
runt in eo qui non erat deus: et irritauerunt in
vanitatibus ſuis. Et ego prouocabo eos in eo
qui non eſt populus: et in gente ſtulta irritabo D
illos. Ignis ſuccenſus eſt in furore meo: ⁊ ar-
debit vſqꝫ ad inferni nouiſſima. Deuorabitqꝫ
terram cuȝ germine ſuo: ⁊ montium fundamen-
ta comburet. Congregabo ſuper eos mala: et
ſagittas meas complebo in eis. Conſumentur
fame: et deuorabunt eos aues morſu amariſſi-
mo. Dentes beſtiarum immittam in eos: cum
furore trahentium ſuper terram atqꝫ ſerpentiū.
Foris vaſtabit eos gladius ⁊ intus pauor: iuue-
nem ſimul ac virginem lactentem cum homine
ſene. Et dixi: Ubi nam ſunt? Ceſſare faciam ex
omnibus memoriam eorū: Sed propter irā ini-
micorum diſtuli ne forte ſuperbirent hoſtes eoꝝ
⁊ dicerēt: Manus noſtra excelſa: ⁊ nō dn̄s fecit
hec oīa. Gens abſqꝫ conſilio eſt ⁊ ſine prudētia:
vtinam ſaperent ⁊ intelligerent ac nouiſſima pro
uiderent. Quomodo perſequebatur vnus mil-
le ⁊ duo fugarent decem milia. Nonne ideo: quia
deus ſuus vendidit eos: et dominus concluſit
illos: Non enim eſt deus noſter vt dij eorū ⁊ ini- E
mici noſtri ſunt iudices. De vinea ſodomorū vi- Hiere.ix.e.
nea eorū: ⁊ de ſuburbanis Gomorre. Uua eorū ⁊.xxxij.c.
vua fellis: ⁊ botrus amariſſimus. Fel draconum Ro.xij.d.
vinum eorum: et venenum aſpidum inſanabile. Eccle.xviij
Nonne hec condita ſunt apud me: et ſignata in a.
theſauris meis? Mea eſt vltio: ⁊ ego retribuaȝ Hebre.x.f.

in tpe vt labatur pes eoꝝ. Iuxta eſt dies perdi-
tionis. ⁊ adeſſe feſtinant tempora. Iudicabit do
Hie. ſſ. f. minus populū ſuū: ⁊ in ſeruis ſuis miſerebitur.
Uidebit ꝙ infirmata ſit manus ⁊ clauſi q̄ꝫ defe-
cerunt: reſiduiqꝫ conſumpti ſunt. Et dicēt. Ubi
ſunt dij eorum: in quibus habebāt fiduciaꝫ? De
F quorum victimis comedebant adipes: ⁊ bibebāt
vinum libaminum. Surgant ⁊ opitulentur vo-
bis: ⁊ in neceſſitate vos protegāt. Uidete ꝙ ego
Iob. x. b. ſim ſolus: ⁊ non ſit alius deus preter me. Ego oc
cidam: et ego viuere faciam: percutiam ⁊ ego ſa-
nabo: ⁊ non eſt qui de manu mea poſſit eruere.
Leuabo ad celum manum meam: ⁊ dicam viuo
ego in eternuꝫ. Si acuero vt fulgur gladiū meū:
⁊ arripuerit iudicium manus mea. Reddam vl-
tionem hoſtibus meis: ⁊ his qui oderunt me re-
tribuam. Inebriabo ſagittas meas ſanguine: et
gladius meus deuorabit carnes: de cruore occi-
ſorum ⁊ de captiuitate nudati inimicorum capi-
Exhortatō tis: Laudate gentes populum eius: q: ſanguinē
ad cuſtodiā ſeruorum ſuorum vlciſcetur. Et vindictam retri
mādatorū. buet in hoſtes eorum: ⁊ propitius erit terre po-
G puli ſui. Uenit ergo Moyſes ⁊ locutus eſt om-
nia verba cantici huius in auribus populi: ipſe ⁊
Ioſue filius Nun. Compleuitqꝫ omnes ſermo-
nes iſtos loquens ad vniuerſuꝫ Iſrael: ⁊ dixit ad
eos. Ponite corda veſtra in omnia v̄ba mea que
ego teſtificor vobis hodie vt mādetis ea filijs ve
ſtris cuſtodire ⁊ facere: ⁊ implere vniuerſa q̄ ſcri-
pta ſunt in volumine legis huius: quia non incaſ
ſum precepta ſunt vobis: ſed vt ſinguli in eis vi-
Aſcenſus uerent: que facientes longo perſeueretis tempo
moyſi i mō re in terra ad quam iordane tranſmiſſo ingredi-
teꝫ abariin mini poſſidendam. Locutuſqꝫ eſt dominus ad
ante obitū. Moyſen in eadem die: dicens. Aſcende in mon-
Nuē. xx. d. tem iſtum abarim: id eſt tranſitum in montem
nebo qui eſt in terra Moab contra Hierico: ⁊ vi-
de terram Chanaam quam ego tradam filijs Iſ
rael obtinēdam: ⁊ morere in monte. Quem cōſcē
dens iungeris populis tuis ſicut mortuus eſt
Aaron frater tuus in Monte Hor ⁊ appoſitus
populis ſuis: quia preuaricati eſtis contra me in
medio filiorum Iſrael ad aquas cōtradictionis
in cades deſerti Syn: ⁊ non ſanctificaſtis me in-
ter filios Iſrael. Econtra videbis eam: ⁊ non in
gredieris in eam: quam ego dabo filijs Iſrael.

¶ Capituli. Summarium. ¶ Benedictio
Moyſi qua vltimo benedixit Iſrael in primo: vl
timo commendauit Moyſes. Capl'm. xxxiij.

A
Bn̄dictio moyſi ſuper tribus Iſrael.

HEc eſt benedictio qua
benedixit moyſes homo dei filijs
Iſrael ante mortem ſuaꝫ. Et ait:
Dominus de ſina venit: ⁊ de ſeir
ortus eſt nobis. Apparuit de mō-
te Pharam: ⁊ cum eo ſanctorum milia. In de-
xtera eius ignea lex dilexit populos. Om̄es ſan-
cti in manu illius ſunt: ⁊ qui appropinquant pe-
dibus eius accipient de doctrina illius. Legem
precepit nobis Moyſes hereditatem multitudi
nis Iacob. Erit apud rectiſſimum rex: congre-
gatis principibus populi cum tribubus Iſrael.
Uiuat Ruben ⁊ non moriatur: ⁊ ſit paruus in nu
mero. Hec eſt Iude benedictio. Audi Domine matt.
vocem iude: ⁊ ad populum ſuum introduc eum.
Manus eius pugnabunt pro eo: ⁊ adiutor illius
contra aduerſarios eius erit. Leui quoqꝫ ait:
Perfectio tua ⁊ doctrina tua a viro ſancto tuo B
quem probaſti in tentatiōe: ⁊ iudicaſti ad aquas
contradictionis. Qui dixit patri ſuo ⁊ matri ſue:
neſcio vos ⁊ fratribus ſuis: ignoro illos: ⁊ neſcie-
runt filios ſuos: Hi cuſtodierunt eloquium tuū:
⁊ pactum tuum ſeruauerunt: iudicia tua o Ia-
cob ⁊ legem tuam o Iſrael. Ponent tymiama
in furore tuo ⁊ holocauſtum ſuper altare tuum.
Benedic domine fortitudini eius: ⁊ opera ma-
nuum illius ſuſcipe. Percute dorſa inimicorum
eius: ⁊ qui oderant eum non conſurgāt. Et Be
niamin ait: Amantiſſimus domini: habitabit cō-
fidenter in eo: quaſi in thalamo tota die morabi-
tur: ⁊ inter humeros illius requieſcet. Ioſeph
quoqꝫ ait: De benedictione domini terra eius:
de pomis celi et rore atqꝫ abyſſo ſubiacēte. De
pomis fructuum ſolis ac lune: de vertice anti- C
quorum montium: de pomis collium eternoruꝫ:
et de frugibus terre et de plenitudine eius. Be-
nedictio illius qui apparuit in rubo veniat ſu-
per caput Ioſeph: et ſuper verticeꝫ Nazarei in-
ter fratres ſuos. Quaſi primogeniti tauri pul-
chritudo eius: cornua Rhinocerotis cornua il-
lius. In ipſis ventilabit gentes vſqꝫ ad termi-
nos terre. He ſunt m̄ltitudines Ephraim: et hec
milia Manaſſe. Et Zabulon ait. Letare Zabulō
in exitu tuo: et Iſachar in tabernaculis tuis: po
pulos vocabunt ad montem: ibi immolabunt vi
ctimas iuſticie. Qui inundatione maris quaſi
lac ſuggent: et theſauros abſconditos arenaruꝫ.
Et Gad ait: Benedictus in latitudine Gad:
quaſi leo requieuit: cepitqꝫ Brachium et verti-
cem: et vidit principatum ſuum ꝙ in parte ſua D
doctor eſſet repoſitus qui fuit cum principibus
populi: et fecit iuſticias domini et iudicium ſuuꝫ
cum Iſrael. Dan quoqꝫ ait: Dan catulus leo-
nis: fluet largiter de Baſan: Et neptalin dixit:
Neptalin abundātia perfruetur: et plenus erit
benedictionis domini. Mare et meridiem poſſi-
debit. Aſer quoqꝫ ait. Benedictus in filijs Aſer:
ſit placens fratribus ſuis: et tingat in oleo pedē De re…
ſuum. Ferrū et es calciamentū eius ſicut dies iu tia ad o…
uentutis tue: ita et ſenectus tua. Non eſt deus pp̄ter …
alius vt deus rectiſſimi. Aſcenſor celi auxiliator magni…
tuus. Magnificentia eius diſcurrunt nubes: ha nem.
bitaculum eius ſurſum: et ſubter brachia ſempi- Hie. …
terna eijciet a facie tua inimicum: dicetqꝫ conte-
rere. Habitabit Iſrael confidēter et ſolus. Ocu-
lus Iacob in terra frumenti et vini: celiqꝫ cali-
gabunt rore. Beatus es tu Iſrael. Quis ſimi-
lis tui popule qui ſaluaris in domino: Scutū au
xilij tui: et gladius glorie tue. Negabunt te ini-
mici tui: et tu eorum colla calcabis.

¶ Capituli. Summarium. ¶ De aſcenſu Moyſi in montem ⁊ contemplatione terre: de morte ⁊ ſepultura ipſius: de fletu populi: ⁊ Ioſue impletur ſapientia commendatur Moyſes de familiaritate: ⁊ de his que fecit deus per eum.

Capitulum.xxxiiij.

A [ij. mac.ij.a.]
Aſcendit ergo Moy-
ſes de campeſtribus Moab ſu-
per montem Nebo in verticem
Phaſga contra Hiericho: oſten
ditq; dominus omnem terram
Galaad vſq; Dan ⁊ vniuerſum Neptalim: ter-
ramq; Ephraim ⁊ Manaſſe ⁊ omnem terrā Iu-
B [Gen.xij.b.] da vſq; ad mare nouiſſimū, ⁊ auſtralem partem, ⁊
latitudinem campi Hiericho ciuitatis palmarū
[De morte ⁊ ſepultura Moyſi.] vſq; ſegor. Dixitq; dñs ad eū. Hec eſt terra pro
qua iuraui Abraam: Iſaac: Iacob: dicēs. Semi
ni tuo dabo eam. Vidiſti eam oculis tuis ⁊ non
tranſibis ad illam. Mortuuſq; eſt ibi Moyſes
ſeruus dñi in terra Moab iubente dño: ⁊ ſepeli-
C uit eum in valle terre Moab contra Phogor: ⁊
non cognouit homo ſepulchrum eius vſq; in pre
ſentem diem: Moyſes centum ⁊ viginti annorū
erat quando mortuus eſt. Non caligauit oculus
eius: nec dentes illius moti ſunt. Fleuerunt eum
[De ſapientia Ioſue.] filij Iſrael in campeſtribus Moab triginta die-
D bus: ⁊ completi ſunt dies planctꝰ lugentiū moy-
ſen. Ioſue vo filius Nun repletus eſt ſpiritu ſa-
pientie: q2 Moyſes poſuit ſup eū manꝰ ſuas. Et
obedierūt ei filij Iſrael: fecerūtq; ſicut precepit
dñs Moyſi. Et nō ſurrexit vltra propheta in Iſ-
[Commendatur moyſes.] rael ſicut Moyſes quem noſſet dominus facie
ad faciem in omnibus ſignis atq; portentis que
miſit per eum vt faceret in terra Egypti Pha-
raoni ⁊ omnibus ſeruis eius vniuerſeq; terre il-
lius: ⁊ cunctam manum robuſtam: magnaq; mi-
rabilia que fecit moyſes corā vniuerſo Iſrael.

¶ Explicit liber deuteronomij.

¶ Incipit prologus beati Hieronymi preſbyteri in librum Ioſue.

[Prologus in librū Ioſue.] **Tandem finito penta**teucho Moyſi velut grandi fenore liberati ad Ieſum filium Naue manum mittimus quem Hebrei Ioſue ben nun: id eſt Ioſue filium Nun vocant: ⁊ ad iudicū librum quē Sophtim appellant ad Ruth quoq; ⁊ Heſter quos eiſdem nominibus efferunt. Monemuſq; lectorem vt ſiluam Hebraicorum nominum ⁊ diſtinctiones per membra diuiſas diligens ſcriptor cōſeruet ne ⁊ noſter labor ⁊ illius ſtudium pereat. Et vt in primis ꝙ ſepe teſtatus ſum ſciat me nō in reprehenſionem veterum noua cudere ſicut amici mei criminantur: ſed pro virili portione offerre lingue mee hominibus quos tamen noſtra delectant: vt pro grecorum hexaplois que ⁊ ſumptu ⁊ labore maximo indigent. editionem noſtrā habeant. Et ſicubi in antiquorū voluminum lectione dubitarint: hec illis conferentes inueniēt quod requirunt. Maxime cū apud latinos tot ſint exemplaria quot codices: ⁊ vnuſquiſq; pro arbitrio ſuo vel addiderit vel ſubtraxerit quod ei viſum eſt ⁊ vtiq; non poſſit verum eſſe ꝙ diſſonat. Vnde ceſſet arcuato vulnere contra nos inſurgere ſcorpius: ⁊ ſanctum opus venenata carpere lingua deſiſtat vel ſuſcipiens ſi placet: vel contemnens ſi diſplicet memineritq; illorum verſuum. [Pſ.xlix.a.] Os tuum abundauit malicia: ⁊ lingua tua concinnabat dolos. Sedens aduerſus fratrem tuum loquebaris ⁊ aduerſus filium matris tue [Ibidem.] ponebas ſcandalum. Hec feciſti ⁊ tacui. Exiſtimaſti inique ꝙ ero tui ſimilis. arguam te ⁊ ſtatuam illa contra faciem tuam. Que enim audientis vel legentis vtilitas eſt nos laborando ſudare ⁊ alios detrahendo laborare. dolere iudeos ꝙ calumniandi eis ⁊ irridendi Chriſtianos ſit ablata occaſio: ⁊ eccleſie homines id deſpicere. immo lacerare, vnde aduerſarij torqueantur. Quod ſi vetus eis tantum interpretatio placet: que et mihi non diſplicet ⁊ nihil extra recipiendū putāt cur ea que ſub aſtericis ⁊ obelis vel addita ſunt vel amputata legunt negligunt. Quare Danielem iuxta Theodotionis traditionem eccleſie ſuſceperunt. Cur Origenem mirantur et Euſebium Pamphili cunctas editiones ſimiliter diſſerentes. Aut que fuit ſtultitia poſtꝙ̄ vera dixerint proferre que falſa ſunt. Vnde autem in nouo teſtamento probare poterunt aſſumpta teſtimonia que in libris veteribus non habentur. Hec dicimus ne omnino calumniantibus tacere videamur. Ceterum poſt ſancte Paule dormitionem cuius vita virtutis exemplum eſt. ⁊ hos libros quos Euſtochio virgini chriſti negare nō potui: decreuimus dū ſpiritus hos regit artus prophetarum explanationi incumbere: ⁊ omiſſum iam diu opus quaſi quodam poſtliminio repetere. Preſertim cum ⁊ admirabilis ſanctuſq; vir Pammachius hoc idē litteris flagitet ⁊ nos ad patriam feſtinantes mortiferos ſirenarum cantus ſurda debeamus aure tranſire.

¶ Explicit Prologus ſancti Hieronymi.

¶ Incipit Argumentum.

Ieſus filius Naue tipum dñi nō ſolum in geſtis verum etiam in nomine gerens trāſit iordanem hoſtium regna ſubuertit. diuidit terram victori populo: et per ſingulas vrbes vicu los mōtes flumina: torrētes atq; cōfinia eccleſie celeſtiſq; Hieruſalem ſpiritalia regna deſcribit.

¶ Explicit Argumentum.

¶ Incipit liber Joſue.

¶ Capi. Sūma ¶. Cōfortat dn̄s Joſue: facit preparari cibaria ad eundum poſt diē tertium: illi obedire promittunt.

Capitulum. j.

Et factū eſt: poſt mortem Moyſi ſerui domini vt loqueretur dn̄s ad Joſue filiū Nun miniſtrū moyſi: ꝛ diceret ei: Moyſes ſeru⁹ meus mortuus eſt: Surge ꝛ tranſi Jordanez iſtū Tu ꝛ omnis populus tecū in terram quam ego dabo filijs Iſrael. Omnem locum quē calcauerit veſtigiū pedis veſtri vobis tradam: ſicut locutus ſum Moyſi. A deſerto ꝛ libano vſqꝫ ad fluuiū magnū Euphratem omnis terra Ethceoꝝ vſqꝫ ad mare magnū contra ſolis occaſum erit terminus veſter: nullus poterit vobis reſiſtere cunctis dieb⁹ vite tue: Sicut fui cū Moyſe: ita ero tecū: non dimittam nec derelinquam te conforta re ꝛ eſto robuſtus. Tu eīm ſorte diuides populo huic terram pro qua iuraui patribus tuis vt traderem eam illis. Confortare igitur ꝛ eſto robuſt⁹ valde ꝛ cuſtodias ꝛ facias omnem legem quam precepit tibi Moyſes ſeruus meus. Nō declines ab ea ad dexterā vel ad ſiniſtram: vt intelligas cūcta que agis Non recedat volumen legis hui⁹ ab ore tuo ſed meditaberis in eo diebus ac noctibus: vt cuſtodias ꝛ facias omnia que ſcripta ſunt in eo. Tūc diriges viam tuam ꝛ intelliges eā. Ecce precipio tibi: cōfortare ꝛ eſto robuſt⁹. Noli metuere ꝛ noli timere: qm̄ tecū eſt dominus deus tuus in oībus ad quecūqꝫ perrexeris. Precepitqꝫ Joſue principibus populi: dicens: Tranſite per mediū caſtrorū et imperate populo ac dicite: Preparate vobis cibaria: qm̄ poſt diem tertiū tranſibitis Jordanē: ꝛ intrabitis ad poſſidendā terrā quam dn̄s deus veſter datur⁹ eſt vobis. Rubenitis qꝫ ꝛ Gadditis ꝛ dimidie tribui manaſſe: ait. Mementote ſermonis quē precepit vobis Moyſes famulus dn̄i: dicēs. Dn̄s deus veſter dedit vobis requiem ꝛ omnem terram. Vxores veſtre ꝛ filij veſtri ac iumenta manebunt in terra quā tradidit vobis Moyſes trans iordanem. Vos autē trāſite ante fratres vr̄os oēs fortes manu: ꝛ pugnate pro eis donec det dn̄s requiem fratribus veſtris ſicut ꝛ vobis dedit: ꝛ poſſideant ipſi quoqꝫ terram quā dn̄s deus veſter daturus eſt eis: ꝛ ſic reuertimini in terram poſſeſſionis veſtre ꝛ habitabitis in ea quā vobis dedit Moyſes famulus domini trans iordanem contra ſolis ortum. Reſponderūtqꝫ ad Joſue atqꝫ dixerūt: Omnia que precepiſtis nobis faciemus: ꝛ quocunqꝫ miſeris ibimus. Sicut obediuimus in cūctis Moyſi: ita obediemus ꝛ tibi: tm̄ ſit dn̄s deus tecū ſicut fuit cum Moyſe. Qui contradixerit ori tuo et non obedierit cunctis ſermonibus quos preceperis ei moriatur. Tu tātum confortare ꝛ viriliter age.

A — Dn̄s cōfortat Joſue ducē in trāſitu Jordanis.

Deute. xj.

B

j. iij. b. Hebreorū xiij. a. Deutero. xxxj. b. iij. Reg. ij. a

C

Joſue dat pceptū de pparādo cibaria in trāſitu. Nūe. xxxij. d. ꝛ j. iiij. c.

D

Filij Iſ[rael] el obe[diunt] pcept[is Jo]ſue.

¶ Capituli. Sūma. ¶ De exploratoribus miſſis ad explorandum terram ꝛ vrbem hiericho de raab exploratores abſcondente: de pacto finali.

Capitulum. ij.

Miſit igitur Joſue filius Nun de ſethim duos viros exploratores in abſcondito. Et dixit eis: Ite ꝛ conſiderate terram: vrbemqꝫ hiericho. Qui pergentes ingreſſi ſunt domū mulieris meretricis: nomine raab: ꝛ quieuerūt apud eam. Nunciatūqꝫ eſt regi Hiericho: ꝛ dictū: Ecce viri ingreſſi ſūt huc per noctē de filijs Iſrael vt explorēt terrā. Miſitqꝫ rex Hiericho ad Raab meretricem dicens: Educ viros qui venerūt ad te ꝛ ingreſſi ſunt domū tuā. Exploratores quippe ſunt: ꝛ omnē terrā cōſiderare venerunt. Tollēſqꝫ mulier viros: abſcondit ꝛ ait: Fateor venerunt ad me: ſed neſciebā vnde eſſent. Cūqꝫ porta clauderetur in tenebris ꝛ illi pariter exierunt: neſcio quo abierūt. Perſequimini cito ꝛ cōprehēdetis eos. Ipſa aūt fecit abſcōdere viros in ſolariū domus ſue: operuitqꝫ eos ſtipula lini que ibi erat. Hi autē qui miſſi fuerāt: ſecuti ſunt eos per viam que ducit ad vada iordanis: illiſqꝫ egreſſis ſtatim porta clauſa eſt. Necdū obdormierāt qui latebant: ꝛ ecce mulier aſcendit ad eos: ꝛ ait: Noui ꝙ dn̄s tradiderit vobis terrā. ꝛ eīm irruit in nos terror veſter: ꝛ elāguerūt oīs habitatores terre. Audiuimus ꝙ ſiccauerit dn̄s aquas maris rubri ad veſtrū introitū qn̄ egreſſi eſtis ex Egypto: ꝛ que feceritis duob⁹ amorreorū regib⁹ qui erant trās iordanem: Seon ꝛ Og quos interfeciſtis. Et hec audientes ꝑtimuim⁹ ꝛ elāguit cor noſtrū: nec remāſit in nobis ſpirit⁹ ad introitū veſtrū. Dn̄s eīm deus veſter ipſe eſt deus in celo ſurſum ꝛ in terra deorſum. Nūc ergo iurate mihi per dominū: vt quomodo ego miſericordiam feci vobiſcum: ita ꝛ vos faciatis cum domo patris mei: detiſqꝫ mihi verum ſignum vt ſaluetis patrem meum ꝛ matrem fratres ac ſoro

A — Decep[tio] torib⁹ ... Hieric[ho] ... xxxij. ... integr[...] Jaco. ... Hebr. ...

De raab ... cipiēte ...

j. vj. c.

B

Exo. xiiij.

C

De pacto p ſalute ... ab ꝛ ... de ſigno ...

res meas ⁊ omnia que illoꝛū ſunt: ⁊ eruatis animas noſtras a moꝛte. Qui reſponderunt ei. Anima noſtra ſit pꝛo vobis in moꝛtem: ſi tamen non pꝛodideris nos. Cumꝗ tradiderit nobis dñs terram: faciemus in te miſericoꝛdiā ⁊ veritatē. Demiſit ergo eos per funem de feneſtra. Domus enī eius herebat muro. Dixitꝗ ad eos: Ad montana conſcendite: ne foꝛte occurrant vobis reuertētes: ibiꝗ latitate tribus diebus donec redeāt: et ſic ibitis per viam veſtram. Qui dixerunt ad eam. Innoxij erimus a iuramento hoc quo adiuraſti nos: ſi ingredientibus nobis terram: ſignum non fuerit funiculus iſte coccineus: et ligaueris eū in feneſtra per quam demiſiſti nos:
D et patrem tuum ac matrem: fratreſꝗ ⁊ omnem cognationē tuam congregaueris in domū tuā. Qui oſtium domus tue egreſſus fuerit: reus ſibi erit: ſanguis ipſius erit in caput eius: ⁊ nos erimus alieni. Cunctoꝛum autem ſanguis qui tecū in domo fuerint: redundabit in caput noſtrum ſi eos aliquis tetigerit. Quod ſi nos pꝛodere volueris: ⁊ ſermonem iſtum pꝛoferre in mediū: erimus mūdi ab hoc iuramento quo adiuraſti nos: Et illa reſpondit. Sicut locuti eſtis: ita fiat. Dimittenſꝗ eos vt pergerent: appendit funiculū: coccineum in feneſtra. Illi vō ambulātes puenerūt ad mōtana ⁊ manſerūt ibi tres dies donec reuerterētur qui fuerant perſecuti. Querētes enī per oēm viam non reppererunt eos. Quibus vꝛbem ingreſſis reuerſi ſunt: ⁊ deſcēderūt exploꝛatoꝛes de monte: ⁊ tranſmiſſo ioꝛdane venerunt ad Joſue filium Nun: narraueruntꝗ ei omnia que acciderant ſibi atꝗ dixerunt: Tradidit dominus omnem terram hanc in manus noſtras: ⁊ timoꝛe pꝛoſtrati ſunt cuncti habitatoꝛes eius.

¶Ca. Sū. ¶Venit populus ad Joꝛdanē: ſiccantur aque: populus tranſit. Capl'm. iij.

A Igitur Joſue de nocte conſurgēs mouit caſtra egredienteſꝗ de Sethim: venerunt ad ioꝛdanem ipſe ⁊ oēs filij Iſrl': ⁊ moꝛati ſunt ibi per tres dies.

De mirabili tranſitu iſrael p ioꝛdanē in terram pmiſſiōis.

Quibus euolutis trāſierūt pꝛecones per caſtroꝛum medium: ⁊ clamare ceperunt. Qñ videritis arcā federis dñi dei veſtri: ⁊ ſacerdotes ſtirpis leuitice poꝛtātes eā: vos ꝗ̄ conſurgite ⁊ ſequimini pꝛecedentes: ſitꝗ inter vos ⁊ arcam ſpacium cubitoꝛum duum miliū: vt ꝓcul magis videre poſſitis ⁊ noſſe per quam viam ingrediamini: quia pꝛius non ambulaſtis per eam: ⁊ cauete ne appꝛopinquetis ad arcam. Dixitꝗ Joſue ad populū
B Sanctificamini: cras enim faciet dñs inter vos mirabilia. Et ait ad ſacerdotes: Tollite arcam federis: et pꝛecedite populum. Qui iuſſa complentes tulerunt et ambulauerunt ante eos. Dixitꝗ dñs ad Joſue: Hodie incipiam exaltare te coꝛā omni Iſrael: vt ſciant ꝙ ſicut cū Moyſe fui: ita et tecū ſum. Tu aūt pꝛecipe ſacerdotib' qui poꝛtant arcam federis: et dic eis: Cum ingreſſi fueritis partem aque ioꝛdanis: ſtate in ea. Dixitꝗ Joſue ad filios Iſrael: Accedite huc et audite verbum dñi dei veſtri. Et rurſum in hoc inquit ſcietis ꝙ dñs deus viuens in medio veſtri eſt. et diſperdet in conſpectu veſtro chananeū ⁊ etheū: eueum: ⁊ phereſeum: gergeſeum ꝗ̄ iebuſeum ⁊ C
amoꝛreum. Ecce arca federis domini omnis terra antecedet vos per Joꝛdanem. Parate duodecim viros de duodecim tribubus Iſrael ſingulos per ſingulas tribus. Et cū poſuerint veſtigia pedū ſuoꝛum ſacerdotes qui poꝛtant archam federis dñi dei vniuerſe terre in aquis ioꝛdanis: aque que inferioꝛes ſunt decurrēt atꝗ deficient: que autē deſuper veniunt in vna mole conſiſtēt. Igitur egreſſus eſt popul' de tabernaculis ſuis vt tranſirēt Joꝛdanē ⁊ ſacerdotes qui poꝛtabāt D
arcam federis pergebāt ante eū. Ingreſſiſꝗ eis Joꝛdanem: ⁊ pedibus eoꝛum in parte aque tinctis: ioꝛdanis autem ripas aluei ſui tempoꝛe meſſis impleuerat: Steterunt aque deſcendentes in loco vno: ⁊ inſtar montis intumeſcentes apparebant pꝛocul ab vꝛbe que vocatur Edon vſꝗ ad locum ſarthan. Que aūt inferioꝛes erant in mare ſolitudinis (qđ nūc vocat moꝛtuū) deſcenderunt vſꝗ quo omnino deficerent. Populus autem incedebat contra ioꝛdanē: ⁊ ſacerdotes qui poꝛtabant archam federis domini ſtabant ſup ſiccam humum in medio ioꝛdanis accincti: omniſꝗ populus per arentem alueum tranſibat.

Eccl'. xxiiij c.
De cōſe. diſtin. ij. reuera v. ioꝛdanis.

Leui. xx. b. Joſue. xj. d. j. Reg. xxvj. b.

¶Capituli. Summarium. ¶Eliguntur duodecim viri de ſingulis tribubus: de duodecim lapidibus poſitis in alueo: de duodecim in ſicco vt ſit in ſignum poſteris.

Capitulum. iiij. A

Quibus trangreſſis dixit dñs ad Joſue: Elige duodecim viros ſingulos per ſingulas tribus: et pꝛecipe eis vt tollant de medio Joꝛdanis alueo vbi ſteterunt pedes ſacerdotū: duodecī duriſſimos lapides: quos ponetis ī loco caſtroꝝ vbi fixeritis hac nocte tentoꝛia. Vocauitꝗ Joſue duodecim viros quos elegerat de filijs Iſrael ſingulos de ſingulis tribubus: ⁊ ait ad eos: Ite ante arcam domini dei veſtri ad Joꝛdanis mediū ⁊ poꝛtate inde ſinguli ſingulos lapides in humeris veſtris iuxta numerū filioꝛum Iſrael: vt ſit ſignum inter vos. Et quando interrogauerint vos filij veſtri cras: dicentes: Quid ſibi volunt iſti lapides: reſpondebitis eis: Defecerūt aque ioꝛdanis ante arcam federis domini cum tranſiret eum idcirco poſiti ſunt lapides iſti in monumentum filioꝛum Iſrl' vſꝗ in eternū. Fecerūt ꝗ̄ filij iſrl' ſicut pꝛecepit eis Joſue poꝛtātes de medio ioꝛdanis alueo B
duodecim lapides vt dñs ei impat iuxta nūerū

filiorum Iſrael vſq; in locum in quo caſtrametati ſunt: ibiq; poſuerunt eos. Alios quoq; duodecim lapides poſuit Joſue in medio iordanis alueo vbi ſteterunt ſacerdotes qui portabant arcam federis domini: et ſunt ibi vſq; in preſentem diem. Sacerdotes autem qui portabant arcam ſtabant in iordanis medio: donec omnia complerentur que Joſue vt loqueretur ad populum preceperat dominus et dixerat ei Moyſes. Feſtinauitq; populus et tranſiit. Cumq; tranſiſſent omnes

C

Nu.xxxij.f tranſiuit et arca domini: ſacerdotes quoq; pergebant ante populum. Filij quoq; Ruben et Gad et dimidia tribus Manaſſe armati precedebant fratres ſuos filios Iſrael ſicut eis preceperat Moyſes et quadraginta pugnatorum milia per turmas et cuneos incedebant per plana atq; campeſtria vrbis hiericho. In die illo magnificauit dominus Joſue coram omni Iſrael vt timerent eum ſicut timuerant Moyſen dum adhuc viueret. Dixitq; ad eum Precipe ſacerdotibus qui portant arcam federis

D ris domini vt aſcendant de iordane. Qui precepit eis dicens aſcendite de iordane. Cumq; aſcendiſſent portantes arcam federis domini: et ſiccam humum calcare cepiſſent reuerſe ſunt aque in alueum ſuum et fluebant ſicut ante conſueuerant populus autem aſcendit de Jordane decima die menſis primi: et caſtrametati ſunt in galgalis contra orientalem plagam vrbis Hiericho. Duodecim quoq; lapides quos de Jordanis alueo ſumpſerant poſuit Joſue in galgalis: et dixit ad filios Iſrael. Quando iterrogauerint filij veſtri: cras patres ſuos et dixerint eis. Quid ſibi volunt lapides iſti docebitis eos atq; dicetis. Per arentem alueum tranſiuit Iſrael Jordanem iſtum: ſiccante domino deo noſtro aquas eius in conſpectu noſtro: donec tranſiremus ſicut fecerat prius in Mari rubro

Exo.xiiij.c quod ſiccauit donec tranſiremus: vt diſcant omnes terrarum populi fortiſſimam dei manum vt et vos timeatis deum veſtrum omni tempore.

¶ Capituli. Summarium. ¶ De circumciſione in galgalis: de celebratione paſche: de eſu pollente: et de defectu manne: de angelo quem vidit Joſue ſtantem contra ſe. Capitulum. v.

A

Poſtquam ergo audierunt omnes reges amorreorum qui habitabant trans iordanem ad occidentalem plagam et cuncti reges Chanaam qui propinqua poſſidebant magni maris loca quod ſiccaſſet dominus fluenta Jordanis coram filijs Iſrael: donec tranſirent diſſolutum eſt cor eorum et non remanſit in eis ſpiritus timentium introitum filiorum Iſrael.

De circunciſione in galgalis.

B Eo tempore ait dominus ad Joſue. Fac tibi cultros lapideos: et circumcide ſecundo filios Iſrael. Fecit quod iuſſerat dominus et circumcidit filios Iſrael in colle preputiorum. Hec autem cauſa eſt ſecunde circumciſionis. Omnis populus qui egreſſus eſt de egypto generis maſculini vniuerſi bellatores viri mortui ſunt in deſerto per vie longiſſimos circuitus qui omnes circunciſi erant: populus qui natus eſt in deſerto per quadraginta annos itineris latiſſime ſolitudinis incircunciſus fuit donec conſumerentur qui non audierant vocem domini et quibus ante iurauerat vt oſtenderet eis terram lacte et melle manantem. Horum filij in locum ſucceſſerunt patrum et circunciſi ſunt a Joſue: quia ſicut nati fuerant in preputio erant: nec eos in via aliquis circunciderat. Poſtq; autem omnes cir- C

cunciſi ſunt manſerunt in eodem caſtrorum loco donec ſanarentur. Dixitq; dominus ad Joſue. Hodie abſtuli opprobrium Egypti a vobis. xxvj.q. et illud

Vocatumq; eſt nomen loci illius Galgala vſq; in preſentem diem. Manſeruntq; filij Iſrael in Galgalis: et fecerunt phaſe quartadecima die menſis ad veſperum in campeſtribus Hiericho: et comederunt de frugibus terre die altero et azimos panes et pollentam eiuſdem anni. Defecitq; Manna poſtq; comederunt de frugibus terre nec: vſi ſunt vltra cibo illo filij Iſrael: ſed comederunt de frugibus preſentis anni terre Canaam. Cum autem eſſet Joſue in agro vrbis Hiericho: leuauit oculos et vidit virum ſtantem contra ſe euaginatum tenentem gladium

perrexitq; ad eum et ait. Noſter es an aduerſariorum. Qui reſpondit. Nequaquam: ſed ſum princeps exercitus domini et nunc venio. Cecidit Joſue pronus in terram: et adorans ait. Quid dominus meus loquitur ad ſeruum ſuum. Solue inquit calciamentum tuum de pedibus tuis locus enim in quo ſtas ſanctus eſt. Fecitq; Joſue vt ſibi fuerat imperatum. D Exo.

¶ Capituli. Summarium ¶ De circuitu hiericho per ſeptem dies: de ſubuerſione et anathemate hiericho: de Raab et maledictione Ca. vj.

B

Iericho autem clauſa erat atq; munita timore filiorum Iſrael: et nullus egredi audebat aut ingredi. Dixitq; dominus ad Joſue. Ecce dedi in manu tua Hiericho et reges eius: omneſq; fortes viros. Circuite vrbem cuncti bellatores ſemel per diem ſic facietis ſex diebus. Septimo autem die ſacerdotes tollent ſeptem buccinas quarum vſus eſt in iubileo et precedant arcam federis. Septieſq; circuibitis ciuitatem et ſacerdotes clangent buccinis. Cumq; inſonuerit vox tube longior atq; conciſior: et in auribus veſtris increpuerit conclamabit omnis populus vociferatione maxima et muri funditus corruent ciuitatis ingredienturq; ſinguli per locum contra quem ſteterit. Vocauit ergo Joſue filius nun ſacerdotes et dixit ad eos. Tollite arcam federis. Et ſeptem alij ſacerdotes tollant ſeptem iubileorum buccinas et incedant xxiij.q.

B ante arcam dñi. Ad populũ quoq; ait. Ite τ cir-
cuite ciuitatem armati ꝑcedentes arcã dñi. Cũq;
Joſue verba finiſſet: τ ſeptẽ ſacerdotes ſeptẽ
buccinis clãgerent ante arcam federis dñi: oĩſq;
populus ꝑcederet armati exercitus: reliquũ vul
gus arcam ſequebaẜ ac buccinis oĩa increpabãt.
Preceperat aũt Joſue ppl'o dicens. Nõ clama
bitis nec audieẜ vox veſtra: nec vllus ſermo ex ore
veſtro egredieẜ: donec veniat dies in quo dicam
vobis. Clamate τ vociferamini. Circuiuit ergo
arca domini ciuitatem ſemel per diem: τ reuerſa
eſt in caſtra manſitq; ibi. Igitur Joſue de no-
cte cõſurgẽte tulerũt ſacerdotes arcam domini
τ ſeptem ex eis ſeptẽ buccinas quarũ in Jubileo
vſus eſt: precedebantq; arcam domini ambulan
tes atq; clangentes: τ armatus populus ibat an
te eos: vulgus autem reliquũ ſequebaẜ arcam τ
buccinis perſonabat. Circuieruntq; ciuitatem
ſecundo die ſemel: τ reuerſi ſunt in caſtra: ſic fece
runt ſex diebus. Die autẽ ſeptimo diluculo con
ſurgentes: circuierunt vrbẽ ſicut diſpoſituȝ erat
ſepties. Cũq; ſeptimo circuitu clangerẽt bucci-
nis ſacerdotes dixit Joſue ad omneȝ iſrael. Vo-
ciferamini. Tradidit enim vobis dominus ciuita
C tes. Sitq; ciuitas hec anathema: τ omnia que in
De anathemate τ ſub uerſiõe hiericho. ii.ſi.a. ea ſunt domino. Sola Raab meretrix viuat cum
vniuerſis qui cũ ea in domo ſunt. Abſcõdit eniȝ
nuncios quos direximus. Vos autem cauete ne
de his que precepta ſunt quippiam contingatis
et ſitis preuaricationis rei: τ omnia caſtra Jſra
el ſub peccato ſint atq; turbẽtur. Quicquid au
teȝ auri τ argenti fuerit et vaſorum eneorum ac
ferri: domino conſecretur: repoſituȝ in Theſau
Hebre. xj.f ris eius. Igitur omni populo vociferante τ clan
gẽtibus tubis poſtq; in aures multitudinis vox
ſonituſq; increpuit: muri illico corruerũt: τ aſcẽ
dit vnuſquiſq; per locum qui contra ſe erat. Ce-
peruntq; ciuitatem: et interfecerunt omnia que
erant in ea: a viro vſq; ad mulierem: ab infante
De liberatione raab. ii.ſi.c. vſq; ad ſenem. Boues quoq; et oues et aſinos
in ore gladij percuſſerũt. Duobus autem viris
qui exploratores miſſi fuerant: dixit Joſue. In
D gredimini domum mulieris meretricis et produ
cite eam τ omnia que illius ſunt ſicut illi iuramẽ
tum firmaſtis. Ingreſſiq; iuuenes: eduxerunt
Raab τ parentes eius: fratres quoq; τ cunctaȝ
ſupellectileȝ ac cognationeȝ illius τ extra caſtra
Jſrael manere fecerunt. Vrbem autem τ omnia
que inuenta ſunt in ea ſuccenderunt: abſq; auro
et argento et vaſis eneis ac ferro que in erariuȝ
Hebre. xj.f domini conſecrarunt. Raab vero meretriceȝ et
domum patris eius et omnia que habebat fecit
Joſue viuere: et habitauerunt in medio Jſrael
De maledictiõe reedificantium hiericho. vſq; in preſentem diem eo: q abſconderit nunci
os quos miſerat vt exploraret Hiericho. In tẽ-
pore illo imprecatus eſt Joſue: dicens. Maledi-
ctus vir coram domino qui ſuſcitauerit et edifi-
cauerit ciuitateȝ Hiericho. In primogenito ſuo
fundamenta illius iaceat et in nouiſſimo libero-
rum ponat portas eius. Fuit ergo dominus cuȝ
Joſue: τ nomẽ eius vulgatum eſt in omni terra.

C Capi. Sũma. C De pctõ anathematis de
expugnatione hai de fletu ioſue: et lapidatione
achan pro furto anathematis. Capitulum.vij.

Filij autem Jſrael: A
preuaricati ſunt mãdatum: et De anathemate ppẜ
vſurpauerũt de anathemate. vſurpatões
Nã Achã filius Charmi filij conſecratorum deo.
Zabdi: filij Zare de tribu Juda
tulit aliquid de anathemate.
Iratuſq; eſt dñs contra filios
Jſrael. Cumq; mitteret Joſue de hiericho viros
contra hai: que eſt iuxta bethauen ad orientaleȝ
plagã opidi Bethel: dixit eis. Aſcendite τ explo
rate terram. Qui precepta complẽtes explora- j.xxij.d.
uerrunt hai. Et reuerſi dixerunt ei. Nõ aſcẽdat j.Pa.ij.a.
omnis populus: ſed duo vel tria milia virorum
pergant τ deleant ciuitatem. Quare omnis po-
pulus fruſtra vexetur cõtra hoſtes pauciſſimos
Aſcẽderunt ergo tria milia pugnatoruȝ. Qui ſta j.viij.a.
tim terga vertentes: percuſſi ſunt a viris vrbis De punitione grauis
hai: τ corruerunt ex eis triginta τ ſex homines. ſacrilegij in
Perſecutiq; ſunt eos aduerſarij de porta vſq; expugnatione hai
ad Sabarim: τ ceciderunt per prona fugien-
tes. Pertimuitq; cor populi: τ ad inſtar aque B
liquefactum eſt. Joſue vero ſcidit veſtimẽta ſua:
et pronus cecidit in terram coram archa domini
vſq; ad veſperam: taȝ ipſe q omnes ſenes iſrael.
Miſeruntq; puluerem ſuper capita ſua et dixit
Joſue. Heu domine de9. Quid voluiſti traduce
re populum iſtum Jordanem fluuium: vt trade
res nos in manus Amorrei τ perderes. Vtinam
vt cepimus manſiſſemus trans Jordanem. Mi
domine deus quid dicam videns Jſraelem hoſti
bus ſuis terga vertentem. Audiẽt Chananei et
omnes habitatores terre et pariter conglobati
circundabunt nos atq; delebunt nomen noſtruȝ
de terra. Et quid facies magno nomini tuo. Di
xitq; dominus ad Joſue. Surge: cur iaces pro-
nus in terra. Peccauit iſrael τ preuaricatus eſt
pactum meum: tuleruntq; de anathemate: τ fu-
rati ſunt atq; mentiti: τ abſconderunt inter vaſa
ſua. Nec poterit Jſrael ſtare ante hoſtes ſuos
eoſq; fugiet: q pollutus eſt de anathemate. Nõ
ero vltra vobiſcum: donec conteratis euȝ qui hu C
ius ſceleris reus eſt. Surge ſanctifica populuȝ τ ſ.iij.b.
dic eis. Sanctificamini in craſtinũ: hec enim dicit Leui.xx.b.
dominus deus iſrael. Anathema in medio tui eſt Nu.xj.d.
Jſrael. Non poteris ſtare coram hoſtibus tuis: j.re.xvj.b.
donec deleatur ex te qui hoc contaminatus eſt
ſcelere. Accedetiſq; mane ſinguli per tribus ve
ſtras: et quamcunq; tribuum ſors inuenerit: ac-
cedet per cognationes ſuas: et cognatio per do-
mos: domuſq; per viros: et quicumq; ille in hoc
facinore fuerit deprehẽſus: comburetur igni cuȝ
omni ſubſtantia ſua: quoniam preuaricatus eſt
pactum domini: et fecit nephas in Jſrael. Sur- De lapidatiõe achan
gens itaq; Joſue mane: applicuit Jſrael per tri propter ſa-
bus ſuas: et inuenta eſt tribus iuda. Que cum iu crilegium.
xta familias ſuas eſſet oblata: inuenta eſt fami-

xxvi.q.ij.ſ. lia zare. Illam quoqꝫ per domos offerens reppe
cecidit ſors rit zabdi: cuius domum in ſingulos diuidens vi
ros: inuenit Acham filium Charmi: filij Zabdi:
filij Zare de tribu iuda. Et ait Joſue ad Achā. Fi
li mi: da gl'iaꝫ dño deo Iſrael ꝛ confitere: atqꝫ in-
dica mihi quid feceris ne abſcondas. Reſpondit
qꝫ Acham Joſue ꝛ dixit ei. Vere ego peccaui do
D mino deo Iſrael: ꝛ ſic ꝛ ſic feci. Vidi enim inter
ſpolia palliū coccineum valde bonum ꝛ ducētos
ſiclos argenti regulamqꝫ aureaꝫ quinquaginta
ſiclorū: ꝛ concupiſcens abſtuli ꝛ abſcondi in terra
contra mediuꝫ tabernaculi mei argentūqꝫ foſſa
humo operui. Miſit ergo Joſue miniſtros qui
currentes ad tabernaculum illius reppererunt
cuncta abſcondita in eodē loco ꝛ argentū ſimul.
Auferenteſqꝫ de tentorio tulerunt ea ad Joſue:
et ad omnes filios Iſrael ꝓiecerunt ante dñm.
Tolens itaqꝫ Joſue Acham filiuꝫ Zare: argētum
qꝫ ꝛ pallium auream regulaꝫ filios quoqꝫ ꝛ filias
eius boues ꝛ aſinos et oues ipſumqꝫ tabernacu
lum ꝛ cunctā ſuppellectileꝫ ꝛ omnis Iſrael cum
eo duxerunt eos ad valleꝫ achor vbi dicit Joſue.
Quia turbaſti nos exturbet te dominꝰ in die hac.
ij.re.xviij.d Lapidauitqꝫ eum omnis Iſrael et cuncta que il
Judi.ij.a. lius erant igne cōſumpa ſunt. Congregauerunt
quoqꝫ ſuper eum aceruum magnum lapidū qui
permanet vſqꝫ in preſentem diem. Et auerſus
eſt furor domini ab eis. Vocatumqꝫ eſt nomē lo
ci illius vallis Achor vſqꝫ hodie.

Capi. Sūma. De captione hai: ꝛ ſuſpēſio
ne regis eius de cōſtructione altaris lapidei cuꝫ
deſcriptione deuteronomij. Jo. primo benedixit
populo Iſrael: nec quicq̄ preterimiſit a Moyſe
mandatum.

Capitulum. viij.

A DIxit autē dominus
ad Joſue. Ne timeas neqꝫ for-
mides. Tolle tecum omneꝫ mul
titudinē pugnatorū: et conſur-
gens aſcende in opidum Hai.
Ecce tradidi in manum tuam
regem eius et populum vrbem
De expug qꝫ ꝛ terrā. Facieſqꝫ vrbi hai ꝛ regi eius: ſicut feci
natiōe hai ꝛ ſti hierico ꝛ regi illius predaꝫ vero ꝛ oia animan
ꝑfugā ſimu tia diripietis vobis. Pone inſidias vrbis poſt
latā ꝛ ꝑ in- eam. Surrexitqꝫ Joſue ꝛ omnis exercitus bella
ſidias. torū cum eo vt aſcenderent in hai. Et electa tri-
ginta milia virorū fortiū miſit nocte: precepitqꝫ
xxiij.q.ij.c. dicens. Ponite inſidias poſt ciuitatē. Nec lon-
dñs. gius recedatis: ꝛ eritis oēs parati. Ego auteꝫ et
s.vij.a. reliqua multitudo que mecū eſt aſcendemus ex
aduerſo contra vrbem. Cumqꝫ exierint contra
nos: ſicut ante fecimꝰ: fugiemꝰ et terga vertemꝰ
donec perſequentes ab vrbe longius protrahan
B tur. Putabūt enim nos fugere ſicut prius. No
bis ergo fugientibus ꝛ illis perſequentibus con
ſurgetis de inſidijs ꝛ vaſtabitis ciuitatē tradetqꝫ
eam dominus deus veſter in manus veſtras. Cū
qꝫ ceperetis ſuccendite eam ꝛ ſic omnia facietis

vt iuſſi. Dimiſitqꝫ eos ꝛ perrexerunt ad locuꝫ in
ſidiarū: ſederuntqꝫ inter bethel ꝛ hai ad occiden-
talem plagaꝫ vrbis hai. Joſue auteꝫ nocte illa in
medio manſit populi: ſurgenſqꝫ diluculo recen-
ſuit ſocios: et aſcendit cum ſenioribus in fronte
exercitus vallatus auxilio pugnatoruꝫ. Cumqꝫ
veniſſent ꝛ aſcēdiſſent ex aduerſo ciuitatis ſtete
runt ad ſeptemtrionaleꝫ vrbis plagaꝫ: inter quā C
et eos erat vallis media. Quinqꝫ autem milia vi
ros elegerat ꝛ poſuerat in inſidijs inter Betha
rem ꝛ Hai ex occidētali parte eiuſdeꝫ ciuitatis.
Omnis vero reliquus exercitus ad aquilonem
aciē dirigebat: ita vt nouiſſimi multitudinis oc-
cidentalem plagam vrbis attingerent. Abijt er-
go Joſue nocte illa et ſtetit in vallis medio. Qđ
cum vidiſſet rex Hai feſtinauit mane: ꝛ egreſſus
eſt cum omni exercitu ciuitatis: direxitqꝫ Aciem
contra deſertum ignorans ꝙ poſt tergum late-
rent inſidie. Joſue vero et omnis iſrael ceſſerunt
loco ſimulantes metum ꝛ fugientes per ſolitudi
nis viam. At illi vociferantes pariter ꝛ ſe mutuo
cohortantes perſecuti ſunt eos. Cumqꝫ receſſiſ-
ſent a ciuitate: et ne vnus quidē in vrbe Hai et D
Bethel remanſiſſet qui non perſequeretur Iſ-
rael ſicut eruperant aperta opida relinquentes:
dixit dominus ad Joſue. Leua clypeū qui in ma
nu tua eſt contra vrbē Hai: qm̄ tibi tradaꝫ eam.
Cūqꝫ eleuaſſet clypeum ex aduerſo ciuitatis inſi
die que latebāt: ſurrexerunt confeſtim ꝛ pergen
tes ad ciuitatem ceperunt ꝛ ſuccēderunt eaꝫ. Vi
ri auteꝫ ciuitatis qui ꝑſequebant Joſue reſpici
entes ꝛ vidētes fumum vrbis ad celum vſqꝫ con
ſcēdere: nō potuerunt vltra huc illucqꝫ diffuge-
re preſertim cū hi qui ſimulauerant fugaꝫ ꝛ ten-
debant ad ſolitudineꝫ contra perſequentes for
tiſſime reſtitiſſent. Videnſqꝫ Joſue ꝛ omnis iſ- De ſu
rael ꝙ capta eſſet ciuitas: ꝛ fumus vrbis aſcende ſione r
ret: reuerſus percuſſit viros hai. Si quidem et hai
illi qui ceperant ꝛ ſuccenderant ciuitatem egreſ- bis
ſi ex vrbe contra ſuos medios hoſtium ferire ce- ne.
perunt. Cum ergo ex vtraqꝫ parte aduerſarij ce
derentur ita vt nullus de tanta multitudine ſal-
uaretur: regem quoqꝫ vrbis hai apprehēderunt
viuentem ꝛ obtulerunt Joſue. Igitur omnibꝰ
interfectis qui Iſraelem ad deſerta tendentem
fuerāt perſecuti: in eodem loco gladio corruen-
tibus reuerſi filij Iſrael percuſſerunt ciuitateꝫ.
Erant autem qui in eodem die conciderant a vi
ro vſqꝫ ad mulierem: duodecim milia hominum
omnis vrbis Hai. Joſue vero non contraxit ma
num quam in ſublime porrexerat tenens clypeū
donec interficerent omnes habitatores Hai. Iu
menta autē ꝛ predam ciuitatis diuiſerunt ſibi fi- E
lij Iſrael: ſicut preceperat dominus Joſue. Qui
ſuccendit vrbem et fecit eam tumuluꝫ ſempiter
num. Regem quoqꝫ eius ſuſpendit in patibulo
vſqꝫ ad veſperam et ſolis occaſum: Precepitqꝫ
Joſue ꝛ depoſuerunt cadauer eius de cruce: pro
iecerūtqꝫ in ipſo introitu ciuitatis congeſto ſu
per eo magno aceruo lapidum qui permanet vſ- De cō
qꝫ in preſentem diem. Tunc edificauit altare do- ctione

…is in mōte Hebal ⁊ cō/mēoratiōe deuterono/mij.

mino deo Iſrael in monte Hebal: ſicut preceperat Moyſes famulus domini filijs Iſrael. Et ſcriptum eſt in volumine legis Moyſi altare de lapidibus impolitis quos ferrum non tetigit: et obtulit ſuper eo holocauſta dño: immolauitq; pacificas victimas: et ſcripſit ſuper lapides deuteronomium legis Moyſi: quod ille digeſſerat C coram filijs Iſrael. Omnis autem populus ⁊ omnes maiores natu: duceſq; ac iudices ſtabant ex vtraq; parte arce in conſpectu ſacerdotum qui portabant arcam federis domini: vt aduena ita et indigena. Media pars eorum iuxta montem Garizim: et media iuxta montem Hebal: ſicut preceperat Moyſes famul⁹ domini. Et primum quidem benedixit populo Iſrael: Poſt hec legit omnia verba benedictionis ⁊ maledictionis et cuncta que ſcripta fuerant in legis volumine. Nihil ex his que Moyſes iuſſerat: reliquit intactum ſed vniuerſa replicauit coram omni multitudine Iſrael: mulieribus ac paruulis et aduenis que inter eos morabantur.

¶ Capituli Summarium. ¶ De ſimulatione gabaonitarum: ⁊ murmuratiōe populi pro federe inito cum gabaonitis ſaluabantur in vita: ſed in miniſterium cedendi ligna et portandi aquam deputabantur. Capitulum .ix.

A

Uibus auditis cuncti reges trans Iordanem qui verſabātur in mōtanis ⁊ cāpeſtribus: in maritimis ac littore magni maris. Hi quoq; qui habitabāt iuxta libanū: Etheus ⁊ Amorreus: Chananeus: Pherezeus ⁊ Eueus ⁊ Iebuſeus cōgregati ſūt pariter vt pugnarent contra Ioſue ⁊ Iſrael vno animo eadēq; ſententia. At qui habitabant in Gabaon audiētes cūcta que fecerat Ioſue Hiericho ⁊ Hai: Callide cogitātes tulerunt ſibi cibaria: ſaccos veteres aſinis imponētes ⁊ vtres vinarios ſciſſos atq; cōſutos: calciamētaq; ꝑantiqua: que ad indiciū vetuſtatis pictacijs conſuta

De cōfederatione gabaonitaruȝ cuȝ Iſrael ꝑ ſimulatōeȝ.

B erant induti veteribus veſtimētis: panes quoq; quos portabāt ob viaticuȝ duri erant ⁊ in fruſta cōminuti. Perrexerūtq; ad Ioſue qui tunc morabat̄ in caſtris Galgale: ⁊ dixerūt ei atq; ſimul omni Iſraeli. De terra lōginqua venim⁹ pacem vobiſcū facere cupiētes. Rnderuntq; filij Iſrael ad eos atq; dixerūt: Ne forte in terra que nobis ſors debet̄: habitetis: ⁊ nō poſſimus fedus inire vobiſcuȝ. At illi ad Ioſue ſerui inquiunt tui ſumus. Quibus Ioſue. Quinam eſtis vos: aut vnde veniſtis? Reſpōderunt: De terra longinqua valde venerūt ſerui tui in nomine domini dei tui. Audiuimus enim famam potentie eius: cuncta que fecit in Egypto ⁊ duobus regib⁹ Amorreorum qui fuerunt trans Iordanem: Seon regi Eſebon et Og regi Baſan: qui erant in Aſtaroth: dixeruntq; nobis ſeniores et omnes habitatores terre noſtre. Tollite in manibus veſtris cibaria ob longiſſimā viam: ⁊ occurrite eis: et dicite. Serui veſtri ſumus fedus inite nobiſcum: En panes quādo egreſſi ſumus de domibus noſtris vt veniremus ad vos: calidos ſumpſimus: C nunc ſicci facti ſunt ⁊ vetuſtate nimia cōminuti. Utres vini nouos impleuimus nunc rupti ſunt et ſoluti. Ueſtes ⁊ calciamēta quibus induimur et que habemus in pedibus ob longitudinē longioris vie trita ſunt ⁊ pene cōſumpta. Suſceperunt igitur de cibarijs eorū: et os dñi nō interrogauerunt. Fecitq; Ioſue cū eis pacē ⁊ inito federe pollicitus eſt vt non occideretur. Principes quoq; multitudinis iurauerūt eis. Poſt dies autem tres initi federis audierūt ꝙ in vicino habitarent ⁊ inter eos futuri eſſent. Moueruntq; caſtra filij Iſrael: ⁊ venerūt in ciuitates eorū die tertio: quarū hec vocabula ſunt: Gabaon ⁊ Caphira et Beroth ⁊ Cariathiariȝ. Et non percuſſerunt eos eo ꝙ iuraſſent eis principes multitudinis in noīe dñi dei Iſrael. Murmurauit itaq; omne vulgus cōtra principes Iſrael. Qui reſpōderunt eis: Iurauimus eis in noīe dñi Iſrael: ⁊ idcirco nō poſſumus eos contingere. Sed hoc faciemus eis: Reſeruent̄ quidem vt viuant ne contra nos ira domini cōcitetur: ſi periurauerimus

De murmuratione vulgi, ꝓpt̄ pactum Ioſue cum gabaonitis.

D ſed ſic viuant vt in vſus vniuerſe multitudinis ligna cedant: aquaſq; comportent. Quib⁹ hec loquentib⁹ vocauit Gabaonitas Ioſue ⁊ dixit eis Cur nos decipere fraude voluiſtis: et diceretis: procul valde habitamus a vobis: cū in medio noſtri ſitis: Itaq; ſub maledictione eritis: ⁊ nō deficiet de ſtirpe veſtra ligna cedens: aquaſq; comportans in domū dei mei. Qui reſpōderūt. Nunciatuȝ eſt nobis ſeruis tuis: ꝙ pmiſiſſet domin⁹ deus tuus Moyſi ſeruo ſuo: vt traderet vobis omnem terram: et diſperderet cunctos habitatores eius. Timuimus igitur valde: ⁊ prouidim⁹ animab⁹ noſtris: veſtro terrore compulſi: ⁊ hoc conſilium iniuimus. Nunc autem in manu tua ſumus quod tibi bonum et rectum videtur: fac nobis. Fecit ergo Ioſue vt dixerat: et liberauit eos de manibus filiorum Iſrael: vt non occiderētur. Decreuitq; in illo die eos eſſe in miniſterio cuncti populi et altaris domini: cedentes ligna et aquas comportantes vſq; in preſens tempus in loco quem dominus elegiſſet.

Deputantur ad cultū diuinuȝ gabaonite.

¶ Capituli. Summarium. ¶ De pugna in Gabaon: et Regibus quinq; abſconſis in ſpelunca: de prolongatiōe diei: ⁊ alijs multis ab Iſrael deuictis. Capitulum .x.

A

Ue cum audiſſet Adonicedech rex Hieruſalem: ꝙ ſciȝ cepiſſet Ioſue Hai: ⁊ ſubuertiſſet eam: Sicut enim fecerat Hiericho ⁊ regi eius: ſic fecit Hai at regi illius: et ꝙ tranſfugiſſent Gabaonite ad Iſrael: et eſſent federati eorum: timuit valde.

Quinq; reges amorreorum pugnant ꝯ gabaonitas ꝓpter pactum cum Iſrael.

Urbs enim magna erat Gabaon:⁊ vna ciuitatū
regalium ⁊ maioꝛ oppido Hai:omneſqꝫ bellato⸗
res foꝛtiſſimi.Miſit ergo ad Aniſedech rex Hie
ruſalem ad Oham regem Hebꝛon ⁊ ad Pharaz
regem Hierimoth:ad Japhie quoqꝫ regem La
chis:⁊ ad Dabir regē Eglon dicens.Ad me aſcē
dite ⁊ ferte pꝛeſidium:vt expugnemus Gabaō:
quare tranſfugerit ad Joſue ⁊ ad filios Jſrael.
B Cōgregati igitur aſcenderūt q̄nqꝫ reges Amoꝛ
reoꝛum.Rex Hieruſalem rex Ebꝛon rex Hieri⸗
moth:rex Lachis:rex Eglon ſimul cum exerciti
bus ſuis:⁊ caſtrametati ſunt circa Gabaon op⸗
pugnantes eam habitatoꝛes autem Gabaon vꝛ⸗
bis obſeſſe miſerūt ad Joſue qui tūc moꝛabatur
in caſtris apud Galgalam ⁊ dixerunt ei.Ne re⸗
trahas manus tuas ab auxilio ſeruoꝛum tuoꝛuꝫ:
aſcende cito ⁊ libera nos ferqꝫ pꝛeſidiū.Cōuene
runt enim aduerſum nos oēs reges Amoꝛreoꝛū
qui habitant in Montanis.Aſcēditqꝫ Joſue de
Galgalis ⁊ omnis exercitus bellatoꝛū cū eo viri
foꝛtiſſimi.Dixitqꝫ dn̄s ad ioſue.Ne timeas eos
Jn manus enim tuas tradidi illos:nullus enim
ex eis tibi reſiſtere poterit.Jrruit itaqꝫ Joſue
ſuper eos repente tota nocte aſcendens de Gal
De victo⸗ galis.Et conturbauit eos dominus a facie Jſrl'
ria miracu⸗ contriuitqꝫ plaga magna in Gabaon:ac perſecu
loſa Joſue tus eſt eos per viam aſcenſus Bethoꝛon:⁊ per
contra pꝛe⸗ cuſſit vſqꝫ azecha ⁊ maceda.Cumqꝫ fugerent fi⸗
dictos quin lios Jſrael ⁊ eſſent in deſcenſu Bethoꝛon:Do
qꝫ reges. minus miſit ſuper eos lapides magnos de celo
C vſqꝫ ad aſecha:⁊ moꝛtui ſunt multo plures lapi⸗
dibus grandinis q̄ quos gladio percuſſerant fi⸗
De ſtatiōe lij Jſrael.Tunc locutus eſt Joſue domino in
ſolis ⁊ lune die qua tradidit amoꝛreum in conſpectu filioꝛuꝫ
ad pꝛeces Jſrael:dixitqꝫ coꝛam eis.Sol contra Gabaōn
Joſue. ne mouearis:⁊ luna contra vallem Halion.Stete
runtqꝫ ſol ⁊ luna donec vlciſceretur gens de ini⸗
micis ſuis.Nonne ſcriptum eſt hoc in libꝛo iuſto
rum.Stetit itaqꝫ ſol in medio celi:⁊ non feſtina⸗
uit occumbere ſpacio vnius diei.Non fuit antea
⁊ poſtea tam longa dies obedientie domino voci
hominis ⁊ pugnante pꝛo Jſrael.Reuerſuſqꝫ eſt
Joſue cū omni Jſrael i caſtra Galgale.Fugerāt
enim quinqꝫ reges ⁊ ſe abſconderant in ſpelun⸗
ca vꝛbis Maceda.Nunciatumqꝫ eſt Joſue q̄ in
D uenti eſſent quinqꝫ reges latentes in ſpelunca vꝛ
bis Maceda.Qui pꝛecepit ſocijs ⁊ ait.Voluite
ſaxa ingentia ad os ſpelunce ⁊ ponite viros indu
ſtrios qui clauſos cuſtodiant.Vos autem nolite
ſtare ſꝫ perſequimini hoſtes:⁊ extremos quoſqꝫ
fugientium cedite:Nec dimittatis eos vꝛbium
ſuarum intrare pꝛeſidia quos tradidit dominus
deus in manus veſtras.Ceſis ergo aduerſarijs
plaga magna:⁊ vſqꝫ ad internitionem pene con⸗
ſumptis hiſq̄ iſrael fugere potuerūt ingreſſi ſunt
ciuitates mūitas.Reuerſuſqꝫ eſt omnis exercitꝰ
Joſue in Maceda:vbi tunc erant caſtra ſani ⁊ in
tegro numero.Nulluſqꝫ contra filios Jſrael mu
tire auſus eſt.Pꝛecepitqꝫ Joſue dicens.Aperi⸗
te os ſpelunce:⁊ pꝛoducite ad me quinqꝫ reges
qui in ea latitant.Feceruntqꝫ miniſtri vt ſibi fue
rat imperatum:⁊ adduxerunt ad eum quinqꝫ re
ges de ſpelunca regem Hieruſalem:regem He⸗
bꝛon:regem Hierimoth:regem Lachis:regem
Eglon.Cumqꝫ adducti eſſent ad eum:vocauit⸗
qꝫ omnes viros Jſrael:⁊ ait ad pꝛincipes exerci⸗
tus qui ſecū erant:Jte ⁊ ponite pedes ſuper col
E la regum iſtoꝛum.Qui cum perrexiſſent ⁊ ſubie⸗
ctoꝛum colla pedibus calcarent:rurſum ait ad
eos.Nolite timere nec paueatis:confoꝛtamini
⁊ eſtote robuſti.Sic enim faciet dominus cun⸗
ctis hoſtibus veſtris aduerſum quos dimicabi⸗
tis.Percuſſitqꝫ Joſue ⁊ interfecit eos:atqꝫ ſu⸗
ſpendit ſuper quinqꝫ ſtipites.fueruntqꝫ ſuſpen⸗
ſi vſqꝫ ad veſperum.Cumqꝫ occumberet ſol pꝛe
cepit ſocijs vt deponerent eos de patibulis.Qui De...
bus depoſitis pꝛoiecerunt in ſpeluncam in qua
latuerant:⁊ poſuerunt ſuper eos eius ſaxa ingen
tia:que permanent vſqꝫ in pꝛeſens.Eodem die d opp...
Macedam quoqꝫ cepit Joſue ⁊ percuſſit in oꝛe tiōe
gladij.regemqꝫ illius interfecit ⁊ omnes habita⸗ de.
toꝛes eius.Non dimiſit in ea ſaltem paruas re⸗
liquias.Fecitqꝫ regi Maceda ſicut fecerat regi De ca...
Hiericho.Tranſiuit autem cum omni Jſrael de Lebn...
Maceda in Lebna:⁊ pugnabat contra eam quā
tradidit dn̄s cū rege ſuo in manus Jſrael.Per⸗
cuſſeruntqꝫ vꝛbem in oꝛe gladij ⁊ omnes habita⸗
toꝛes eius.Non dimiſerūt in ea vllas reliquias. F
Feceruntqꝫ regi Lebna ſicut fecerant regi Hie⸗ De ca...
richo.De Lebna tranſiuit in Lachis cuꝫ omni Lach...
Jſrael:⁊ exercitu per gyꝛum diſpoſito oppugna
bant eam:tradiditqꝫ dominus Lachis in manu
filioꝛum Jſrael:⁊ cepit eam die altero:atqꝫ per⸗
cuſſit in oꝛe gladij omnem animam que fuerat in
ea ſicut fecerat Lebna.Eo tempoꝛe aſcendit
Hiram rex Gazer vt auxiliaretur Lachis quem
percuſſit Joſue cum omni populo eius vſqꝫ ad De E...
internitionem.Tranſiuitqꝫ de Lachis in Eglon
⁊ circundedit atqꝫ expugnauit eam in eadem die
percuſſitqꝫ in oꝛe gladij oēs animas que erant De he...
in ea iuxta omnia que fecerat Lachis.Aſcendit
quoqꝫ cum omni Jſrael de Eglon in Hebꝛon:⁊
pugnauit contra eā:cepitqꝫ ⁊ percuſſit in oꝛe gla G
dij:regem quoqꝫ eius ⁊ omnia oppida regionis
illius vniuerſaſqꝫ animas que in ea fuerant com⸗
moꝛate.Non reliquit in ea vllas reliquias:Sicut
fecerat Eglon:ſic fecit ⁊ Hebꝛon cunctaqꝫ in ea
repperit conſumens gladio.Jnde reuerſus in
Dabir cepit eam atqꝫ vaſtauit.regē quoqꝫ eius
atqꝫ omnia per circuitum opida percuſſit in oꝛe
gladij:non dimiſit in ea vllas reliquias.Sicut fe
cerat Hebꝛon ⁊ Lebna ⁊ regibus earum ſic fecit
Dabir ⁊ regi illius.Percuſſit itaqꝫ Joſue om⸗ De vaſt...
nem terram montanam ⁊ meridianam atqꝫ cam ne Dab...
peſtrem ⁊ Aſeroth cum regibus ſuis.Non dimi
ſit in ea vllas reliquias.ſed omne q̄ aſpirare po⸗
terat interfecit:ſicut pꝛeceperat ei dn̄s deus Jſ
rael cades barne vſqꝫ Gazam.Omnem terram
Goſen vſqꝫ Gabaon vniuerſoſqꝫ reges ⁊ regio⸗
nes eoꝝ vno impetu cepit atqꝫ vaſtauit.Dn̄s enī
deus Jſrael pugnabat pꝛo eo.Reuerſuſqꝫ eſt cū
omni Jſrael ad locuꝫ caſtroꝛum in Galgala.

¶ Capituli. ¶ Summarium. De Iabin rege Aſoꝛ: ⁊ alijs regibus ſtratis nullo tempoꝛe: et Enachim.

Capitulum. xj.

A Debellant pleꝛs alij reges a ioſue.

Que cum audiſſet Ia-
bin rex Aſoꝛ: miſit ad Iobab re
gem Madon ⁊ ad regem Some-
ron: atqꝫ ad regem achſaph: ad
reges quoqꝫ aquilonis: qui habi-
tabant in montanis ⁊ in planicie contra meridiē
ceneroth: in campeſtribus quoqꝫ ⁊ in regionib⁹
Doꝛ iuxta mare: Chananeumqꝫ ab oriente ⁊ oc
cidente ⁊ amoꝛreum atqꝫ etheum ac phereзeum
⁊ iebuſeum in montanis: eueum quoqꝫ qui habi
tabat ad radices hermō in terra maſpha. Egreſ
ſiqꝫ ſunt omnes cum turmis ſuis: populus mul
tus nimis ſicut arena que eſt in littoꝛe maris:
equi quoqꝫ ⁊ currus immenſe multitudinis. Cō
ueneruntqꝫ omnes reges iſti in vnum ad aquas
meron: vt pugnarent contra Iſral. Dixitqꝫ dn̄s
ad Ioſue. Ne timeas eos: cras em̄ hac eadē ho-
ra ego tradam omnes iſtos vulnerandos in con-
ſpectu Iſrael. Equos eoꝛum ſubneruabis: ⁊ cur
B rus igne cōbures. Venitqꝫ Ioſue ⁊ omnis exer-
citus cum eo aduerſus illos ad aquas meron ſu-
bito: ⁊ irruerūt ſuper eos tradiditqꝫ illos dn̄s in
manus Iſrael. Qui percuſſerūt eos ⁊ perſecuti
ſunt vſqꝫ ad Sidonem magnam ⁊ aquas maſſe-
rephot: cāpumqꝫ maſphe qui eſt ad oꝛientalē il-
lius partem. Itaqꝫ percuſſit oēs vt nullas dimit
teret ex eis reliquias. Fecitqꝫ ſicut ꝓceperat ei
dn̄s. Equos eoꝝ ſubneruauit curruſqꝫ combuſ
ſit igni. Reuerſuſqꝫ ſtatim cepit Aſoꝛ: ⁊ regē eius
percuſſit gladio. Aſoꝛ em̄ ātiquitus inter omnia
regna hec principatū tenebat. Percuſſitqꝫ oēs
Inuaditur Aſoꝛ rex et plures alie vrbes. animas que ibidē moꝛabant̄. Non dimiſit in ea
vllas reliquias: ſed vſqꝫ ad internitionē vniuerſa
vaſtauit: ipſamqꝫ vꝛbem peremit incēdio: ⁊ om̄s
per circuitū ciuitates. Reges quoqꝫ earū cepit:
C percuſſit atqꝫ deleuit: ſicut pꝛeceperat ei Moy-
ſes famulus dn̄i. Abſqꝫ vꝛbibus que erant in col-
libus et in tumulis ſite cetere ſuccēdit Iſrael:
vnam tm̄: Aſoꝛ munitiſſimam flamma conſum-
pſit. Omnēqꝫ pꝛedā iſtarū vꝛbiū ac iumenta diui
ſerūt ſibi filij Iſrael cunctis hoībus interfectis.
Sicut pꝛeceperat dn̄s Moyſi ſeruo ſuo: ita pꝛe-
cepit Moyſes Ioſue: ⁊ illa vniuerſa compleuit.
Nō pꝛeterijt de vniuerſis mādatis: nec vnū qui-
dem verbū qđ iuſſerat dn̄s Moyſi. Cepit itaqꝫ
Ioſue oēꝫ terrā mōtanā ⁊ meridianā: terramqꝫ
Goſen ⁊ planiciē ⁊ occidētalē plagāqꝫ montanā
Iſrael ⁊ campeſtria eius: ⁊ partem montis que
aſcendit Seir vſqꝫ Baalgad per planiciem liba-
ni ſubter montem hermon: omnes reges eoꝝ ce
pit: percuſſit: ⁊ occidit. Multo tꝑe pugnauit cō
tra reges iſtos. Non fuit ciuitas que ſe non tra-
D deret filijs Iſrael: pꝛeter eueuꝫ qui habitabat in
Gabaon. Omnes enim bellando cepit. Dn̄i em̄
ſnia fuerat vt indurarent̄ coꝛda eoꝛum: ⁊ pugna-
rent contra Iſrael, ⁊ caderent ⁊ nō mererent̄ vl-
lam clementiam ac perirent: ſicut pꝛeceperat do
minus Moyſi. In illo tempoꝛe venit Ioſue ⁊ in- De puni-
terfecit Enachin de montanis Hebꝛon ⁊ Dabir tione diui-
⁊ Anab: ⁊ de omni monte iuda ⁊ Iſrael: vꝛbeſqꝫ na in om̄es
eoꝝ deleuit. Non reliquit vllum de ſtirpe Ena- iſtos ꝓpter
chim in terra filioꝛum Iſrael: abſqꝫ ciuitatibus peccatum.
Gaza ⁊ Geth ⁊ Azoto. in quibus ſolis relicti
ſunt. Cepit ergo Ioſue omnem terram ſicut lo
cutus eſt Dominus ad Moyſen: ⁊ tradidit eaꝫ
in poſſeſſionem filijs Iſrael ſm̄ partes ⁊ tribus
ſuas: quieuitqꝫ terra a pꝛelijs.

¶ Capituli. Summarium. ¶ Numeratio regum percuſſoꝛum citra Ioꝛdanem et vltra: quos percuſſit Ioſue ⁊ ſunt triginta vnus.

Capitulum. xij.

Hi ſunt reges quos
percuſſerunt filij Iſrael ⁊ poſ- A Nomina ⁊ loca regum oppugnatorum a Ioſ.
ſederunt terram eoꝛum trans
ioꝛdanem ad ſolis oꝛtum: a toꝛ
rente Arnon vſqꝫ ad montem
Hermon ⁊ omnem oꝛientaleꝫ
plagaꝫ que reſpicit ſolitudinē.
Seon rex Amoꝛreoꝝ qui habitabat in Eſebon:
dominatus eſt ab Aroer: que ſita eſt ſuper ripaꝫ
toꝛrentis Arnon: ⁊ medie partis in valle dimidie
qꝫ Galaad vſqꝫ ad toꝛrentē Ieboch: qui eſt ter-
minus filioꝛum Ammon: ⁊ a ſolitudine vſqꝫ ad
mare Ceneroth contra oꝛientem: ⁊ vſqꝫ ad mare
deſerti: quod eſt Mare ſalſiſſimum ad oꝛientalē
plagam per viā que ducit Bethſimoth: ⁊ ab au-
ſtrali parte que ſubiacet Aſeroth: vſqꝫ Phaſga
termin⁹ Og regis Baſan de reliquijs Raphaiꝫ:
qui habitauit in Aſtaroth ⁊ in Edrai: ⁊ domina-
tus eſt in monte Hermon ⁊ in Salacha atqꝫ in B
vniuerſa Baſan vſqꝫ ad terminos geſſuri ⁊ ma-
chati: dimidie partis Galaad ⁊ terminuꝫ Seon
regis Eſebon. Moyſes famulus Domini ⁊ filij
Iſrael percuſſerunt eos tradiditqꝫ terram eoꝝ
Moyſes in poſſeſſionem Rubenitis ⁊ Gadditis
⁊ dimidie tribui Manaſſe. Hi ſunt reges terre
quos percuſſit Ioſue ⁊ filij Iſrael trans ioꝛda-
nem ad occidentalem plagam a Baalgad in cam
po Libani vſqꝫ ad montem Libani: cuius pars
aſcendit in Seir. Tradiditqꝫ eam Ioſue in poſ-

ſeſſionem tribubus iſrael: ſingulis partes ſuas:
taꝫ in montanis ꝙ in planis atqꝫ campeſtribus.
C Jn aſeroth ⁊ in ſolitudine ac in meridie etheus
fuit ⁊ amorreus: chananeus et pherezeus: eueus
⁊ iebuſeus. Rex hiericho vnus rex hai: que eſt ex
latere bethel vnus: rex hieruſalem vnus: rex he-
bron vnus: rex hierimoth vnus: rex lachis vnus:
rex eglon vnus: rex gazer vnus: rex dabir vnus:
rex gader vnus: rex herma vn⁹ rex hereth vnus:
rex lebna vnus: rex odollam vnus: rex maceda
D vnus: rex bethel vnus: rex taphua vnus. rex ofer
vnus: rex aphec vnus: rex ſaron vn⁹: rex madan
vnus: rex aſor vn⁹: rex ſomeron vnus: rex acſaph
vnus: rex thenach vnus rex mageddo vn⁹ rex ce
des vnus: rex iachanem carmelli vnus: rex dor ⁊
prouincie dor vnus: rex gentium galgal vn⁹. rex
therſa vnus omnes reges triginta ⁊ vnus.

¶ Capituli. Summarium. ¶ De terra diui denda: ⁊ deſcriptione ſortium ruben ⁊ gad: ⁊ dimidie tribus manaſſe. Capitulum. iij.

A De terra diuidenda tribubus Iſrael

IOſue ſenex prouecte
ꝙ etatis erat: ⁊ dixit dominus
ad euꝫ. Senuiſti ⁊ longeuus es
terraqꝫ latiſſima derelicta eſt q̄
necdum ſorte diuiſa eſt: omnis
videlicꝫ galilea: philiſtijm ⁊ vni
uerſa geſſuri: a fluuio turbido
qui irrigat egyptum vſqꝫ ad terminos accaron
contra aquilonem terra chanaan que in quinqꝫ
regulos philiſtijm diuiditur: gazos ⁊ azoticos
aſcalonitas: getheos ⁊ accaronitas. Ad meridiē
vero ſunt euei omnis terra chanaan ⁊ maara ſi-
doniorum vſqꝫ apheca: ⁊ terminos amorrei eiuſ-
qꝫ confinia: libani qꝫ regio contra orientē abaal
gad ſub monte hermon: donec igrediaris emath
B Oim qui habitabant in monte a libano vſqꝫ ad
aquas maſſerephat vniuerſiqꝫ ſidonij. Ego ſum
qui delebo eos a facie filiorū iſrael. Ueniat ergo
in partem hereditatis iſrael ſicut precepit tibi.
Et nunc diuide terram in poſſeſſionem nouem
tribubus ⁊ dimidie tribui manaſſe: cum qua ru-
ben ⁊ gad poſſederunt terram quaꝫ tradidit eis
moyſes famulus domini trans fluenta iordanis
ad orientalem plagam ab aroer que ſita eſt in ri-
pa torrentis arnon ⁊ in vallis medio vniuerſaqꝫ
campeſtria Medaba vſqꝫ ad Dibon: ⁊ cunctas
ciuitates Seon regis Amorrei qui regnauit in
Eſebō vſqꝫ ad terminos filiorꝫ Ammon ⁊ Gala-
ad ac terminū geſſuri ⁊ machati: ⁊ omnē monteꝫ
hermon ⁊ vniuerſaꝫ baſan vſqꝫ ad Salecha omne
regnū og i baſan q̇ regnauit i aſtaroth ⁊ edrai: ipē
fuit de reliquijs raphaim. Percuſſitqꝫ eos moy
ſes atqꝫ deleuit. Noluerūtqꝫ diſpdere filij Iſrl'
Geſſuri ⁊ machati: ⁊ habitauerūt in medio Iſ-
Pars tribus Leui in ſacrificijs. rael vſqꝫ in preſentem diem. Tribui autem Leui
non dedit poſſeſſionem: ſed ſacrificia ⁊ victime
Domini dei Iſrael: ipſa eſt eius hereditas: ſicut
locutus eſt illi. Dedit ergo Moyſes poſſeſſionē
Tribui filiorum Ruben iuxta cognationes ſuas.
C Fuitqꝫ terminus eorum ab Aroer que ſita eſt in
ripa torrentis Arnon: et in valle eiuſdem torren-
tis media: vniuerſam planiciem que ducit Me-
daba ⁊ Eſebon: cunctoſqꝫ viculos earū qui ſunt
in campeſtribus: Dibon quoqꝫ ⁊ abomothaal ⁊
opidum baal: Maon ⁊ geſſa ⁊ cedimoth ⁊ me-
phet ⁊ cariathaim ⁊ ſabama et ſarathaſar in mō
te conuallis bethphogor ⁊ aſeroth phaſga ⁊ be-
thaiſimoth: omnes vrbes cāpeſtres vniuerſaqꝫ
regna ſeon regis amorrei: qui regnauit in eſebō:
quem percuſſit moyſes cum principib⁹ madian:
Eueum ⁊ recen ⁊ ſur ⁊ vr et rebec duces ſeon ha
bitatores terre ⁊ balaam filium beor ariolum oc
ciderunt filij iſrael gladio cum ceteris īterfectis.
Factuſqꝫ eſt terminus filiorum ruben iordanis
fluuius. Hec eſt poſſeſſio rubenitarum per co-
gnationes ſuas vrbium ⁊ viculorum. Deditqꝫ
moyſes tribui gad ⁊ filijs eius per cognationes
ſuas poſſeſſionem: cuius hec diuiſio eſt. Termi-
nus gazer ⁊ omnes ciuitates galaad ⁊ dimidiam
partem terre filiorum Ammon vſqꝫ ad Aroer:
que eſt cōtra Rabba: ⁊ ab Eſebon vſqꝫ Ramoth
Maſphe et Bethanim: ⁊ Amanaim vſqꝫ ad ter
minos Dabir. Jn valle quoqꝫ Betharan et Be D
thnemra et Soccoth et Saphon reliquam par
tem regni Seon regis Eſebon. Huius quoqꝫ fi
nis Jordanis eſt vſqꝫ ad extremam partem ma-
ris Cenereth trans iordanem ad orientalem pla
gam. Hec eſt poſſeſſio filiorum Gad per fami-
lias ſuas: et ciuitates et ville earum. Dedit et di
midie tribui Manaſſe filijſqꝫ eius iuxta cogna-
tiones ſuas poſſeſſionem: cuius hoc principium
eſt. Amanaim vniuerſam Baſan: et cuncta re-
gna Og regis Baſan: omneſqꝫ vicos Jahir:
que ſunt in Baſan ſexaginta oppida: et dimidiā
partem Galaad et Aſtaroth et Edrai vrbes re-
gni Og in Baſan filijs Machir filij Manaſſe di
midie parti filiorum Machir iuxta cognationes
ſuas. Hanc poſſeſſioneꝫ diuiſit Moyſes in cam-
peſtribus Moab trans iordanem contra Hieri-
cho ad orientalem plagam. Tribui autem Leui
non dedit poſſeſſionem: qm̄ dn̄s deus Jſrael ip-
ſe eſt poſſeſſio eius: vt locutus eſt illi.

¶ Ca. Sū. ¶ De diuiſione terre Chanaan: De Hebron data Caleb. Capitulū. xiiij.

A De diuiſione terre chanaan p Iſrael. Nume. xx... D.

HOc eſt quod poſſe-
derūt filij Jſrael in terra cha-
naan quam dederūt eis Elea
zar ſacerdos et Joſue filius
Nun: et principes familiaruꝫ
per tribus Jſrael ſorte omnia
diuidentes: ſicut preceperat
dn̄s in manu Moyſi nouem tribubus et dimidie
tribu manaſſe. Duabus em̄ tribubus et dimi-
die dederat moyſes trans iordenem poſſeſſionē Nume. xx... D.
abſqꝫ Leuitis: qui nihil terre acceperunt inter
fratres ſuos: ſed in eorum ſucceſſerant locuꝫ. filij

Joſeph in duas diuiſi tribus manaſſe et Ephra-
im: nec acceperunt Leuite aliam in terra partē
niſi vrbes ad habitandum et ſuburbana earū ad
alenda iumenta ⁊ pecora ſua. Sicut preceperat
dominus Moyſi: ita fecerunt filij Iſrl': et diuiſe-
runt terram. Acceſſerunt itaqꝫ filij Juda ad Jo-
ſue in Galgala: locutuſqꝫ eſt ad eū Caleb filius
Jephone cenezeus. Noſti quid locutꝰ ſit dñs ad
Moyſen hoīem dei de me et te in cades Barne.
Quadraginta annorū eram quādo miſit me Moy-
ſes famulus dñi dei cades Barne vt cōſiderarē
terram: nūciauiqꝫ ei qđ mihi verū videbat. Fra-
tres aūt mei qui aſcēderūt mecū: diſſoluerūt cor
populi: et nihilominus ego ſecutꝰ ſum dñm deū
meum. Jurauitqꝫ Moyſes in die illo: dicēs. Ter-
ra quam calcauit pes tuus: erit poſſeſſio tua et fi-
liorum tuorum in eternū: qꝛ ſecutus es dñm deū
tuum. Conceſſit ergo dñs vitam mihi: ſicut pol-
licitus eſt vſqꝫ in preſentem diem. Quadraginta
et quinqꝫ anni ſunt ex quo locutus eſt dominus
verbū iſtud ad Moyſen: quando ambulabat Iſ-
rael per ſolitudinem: hodie octogintaquinqꝫ an-
norum ſum ſic valens vt eo valebam tempore qñ
ad explorandum miſſus ſum illius in me tempo-
ris fortitudo vſqꝫ hodie perſeuerat: tam ad bel-
landum ꝙ ad gradiendum: Da ergo mihi mon-
tem iſtum quem pollicitus eſt dominus te quo-
qꝫ audiente in quo enachim ſunt et vrbes magne
atqꝫ munite: ſi forte ſit dominus mecum: et po-
tuero delere eos: ſicut promiſit mihi. Benedixit-
qꝫ ei Joſue et tradidit ei Hebron in poſſeſſionē
atqꝫ ex eo fuit Hebron caleb filio Jephone cene-
zeo vſqꝫ in preſentem diem: qꝛ ſecutus eſt domi-
num deum Iſrael. Nomen hebron ante vocaba-
tur Cariatharbe. Adam maximus ibi inter Ena-
chim ſitus eſt: et terra ceſſauit a prelijs.

¶ Capituli. Summa. ¶ De ſorte iude: caria-
tharbe: de qua caleb deleuit tres filios: de caria-
thſepher quem cepit othoniel: et de axa filia Ca-
leb: de numero ciuitatum et villarū iude tribus.

Capitulum. xv.

Igitur ſors filiorū Jude per cognatiōes ſuas iſta
fuit: a termino Edom vſqꝫ ad
deſertū Syn cōtra meridiem ⁊
vſqꝫ ad extremam partem au-
ſtralis plage. Initiū eiꝰ a ſum-
mitate maris ſalſiſſimi: ⁊ a lin-
gua eius q̄ reſpicit meridiē: egrediturqꝫ contra
aſcēſum ſcorpionis: ⁊ pertrāſibit in ſina: aſcēdit-
qꝫ in cades barne: ⁊ puenit in Eſrom: aſcēdens
ad Addaran: ⁊ circūiens Cariathaa: atqꝫ inde per
tranſiēs in Aſemona: ⁊ pueniēs ad torrētē egy-
pti: erūtqꝫ termini eiꝰ mare magnū. Hic erit fi-
nis meridiane plage. Ab oriēte vero erit initium
mare ſalſiſſimū vſqꝫ ad extrema Jordanis: ⁊ ea
que reſpiciunt ad aquilonē a lingua maris vſqꝫ
ad eundē iordanis fluuium: aſcenditqꝫ terminꝰ
in Bethāgla. Et tranſit ab aqlone in Bethara-
ba: aſcēdens ad lapidē Boem filij Rubē: ⁊ tēdēs
vſqꝫ ad terminos debera de valle Achor cōtra aqlonē
reſpiciēs Galgala que eſt ex aduerſo aſcēſionis
Adomim ab auſtrali parte torrētis trāſitqꝫ aqs
que vocantur fons ſolis: ⁊ erūt exitus eiꝰ ad fon-
tem Rogel: aſcenditqꝫ per vallem filij Ennon ex
latere iebuſei ad meridiem: hec eſt Hieruſalem
⁊ inde ſe erigens ad verticē montis qui eſt cōtra
Gehennon ab occidentem in ſumitate vallis Ra-
phaim cōtra aquilonē: pertranſit a vertice mon-
tis vſqꝫ ad fontem aque Nepthoa: ⁊ peruenit vſ-
qꝫ ad vicos montis Ephron: inclinaturqꝫ in ba-
la: que eſt Cariathiarim: id eſt vrbs ſiluarum: et
circuit de bala contra occidentem vſqꝫ ad mon-
tem Seir. Tranſitqꝫ iuxta latus montis Jarim
ad aquilonem in Cheſlon: ⁊ deſcēdit in Bethſa-
mes: tranſitqꝫ in Thanna: ⁊ puenit cōtra aquilo-
nem partis accaron ex latere: inclinaturqꝫ ſecro-
na: ⁊ tranſit montem Baala: peruenitqꝫ in geb-
neel: ⁊ magni maris contra occidentē fine cōclu-
ditur. Hi ſunt termini filiorū Juda per circuitū
in cognationibus ſuis. Caleb vero filio Jepho-
ne dedit partem in medio filiorum Juda: ſicut
preceperat dominꝰ: Cariatharbe patris Enach:
ipſa eſt Hebron: deleuitqꝫ ex ea caleb tres filios
Enach: Seſai ⁊ Achimam: ⁊ Tholomai de ſtirpe
Enach. Atqꝫ inde conſcendens venit ad habita-
tores Dabir: que prius vocabat cariathſepher:
id eſt ciuitas litterarum. Dixitqꝫ caleb. Qui per-
cuſſerit cariathſepher ⁊ ceperit eā: dabo ei Axā
filiam meam vxorem. Cepitqꝫ eam Othoniel fi-
lius cenec frater caleb iunior: deditqꝫ ei Axam fi-
liam ſuam vxorem. Qui cum pergerēt ſimul: ſua-
ſa eſt a viro ſuo vt peteret a patre ſuo agrum ſu-
ſpirauitqꝫ vt ſedebat in aſino. Cui Caleb: quid
habes inquit. At illa reſpondit. Da mihi benedi-
ctionem. Terram auſtralem ⁊ arentē dediſti mi-
hi: iunge ⁊ irriguam. Dedit itaqꝫ ei Caleb irri-
guum ſuperius ⁊ inferius. Hec eſt poſſeſſio tri-
bus filiorum Juda per cognationes ſuas: erant-
qꝫ ciuitates ab extremis p̄tibus filiorū iuda iuxta
terminos edom a meridie: cabſeel ⁊ eder ⁊ iagur
⁊ cina ⁊ dimona ⁊ Adada ⁊ cedes ⁊ aſor ⁊ ietnan-
ziphetelen ⁊ baloth: Aſor: noba ⁊ cariothieſrom:
hec eſt aſſoromam ſame ⁊ meloda ⁊ aſergadda et
aſſemoth ⁊ Bethpheleth ⁊ aſerſual ⁊ Berſabee
⁊ Baziothia ⁊ abala ⁊ Humeſen ⁊ Heltholad et
Exul ⁊ ſarma ⁊ ſiceleth ⁊ medemena ⁊ ſenſenna:
Lebaoth ⁊ ſelim ⁊ ahenremmon: oēs ciuitates:
vigintinouē ⁊ ville earū. In cāpeſtribꝰ vo eſt ho-
al ⁊ ſarea ⁊ aſena ⁊ azone ⁊ enganmim ⁊ taphua ⁊
enaim ⁊ hierimoth ⁊ adulanſocho ⁊ azecha ⁊ Sa-
rim ⁊ adithaim ⁊ gedera ⁊ Giderothaim vrbes
quattuordecim ⁊ ville earū. Sanan ⁊ adaſa ⁊ ma-
dalgad: delean ⁊ maſepha ⁊ Jectel lachis ⁊ Ba-
ſchat ⁊ eglon: tebbō ⁊ leemas ⁊ cethis ⁊ giderotb
⁊ bethdagon ⁊ neama ⁊ maceda: ciuitates ſedeci
⁊ ville earū. Labana ⁊ ether ⁊ aſan ⁊ iepta ⁊ eſna
⁊ neſib ⁊ ceila ⁊ Achzib ⁊ Mareza: ciuitates no-
uem et ville earum. Accaron cum vicis ⁊ villulis

De hebron data caleb. Nume. xiiij. d.

Eccleſiaſti. xlvj. b.

De ſorte Jude.

De occiſione trium filiorum per Caleb. Judit. j. b.

Othoniel oppugnat cariathſepher iō Caleph dat ei filiam ſuam dotando.

Al's triginta nouem.

F ſuis. Ab Accaron vſqꝫ ad mare omnia que ver-
gunt ad Azotum et viculos eius. Azotus cuꝫ vi
cis et villulis ſuis. Gaza cum vicis et villulis ſu
is vſqꝫ ad Torrentem Egypti: et mare magnuꝫ
terminos eius: et in monte Samir et Jecter et
Soccoth et Edenna Cariathſenna: hec Da-
bir Anab et Hiſtemo et Anim Goſen et Olon
et Gilo: ciuitates vndecim et ville earum. Arab
et Roma et Eſaan et Janum et Bethaphua et
Apheca Athamatha ⁊ Cariatharbe: hec eſt He
bron et Sior: ciuitates nouem et ville earum.
G Maon et Chermel et ziphi et Loche Jezrael ⁊
Jucandam et Zauoe Accaim Gabaa et Tan-
na: ciuitates decem ⁊ ville earum. Allul ⁊ Bet-
ſor et Hiedor: ⁊ Mareth et Bethanoth et
Heltecen: ciuitates ſex et ville earum. Cariath-
baal: hec eſt Cariathiarim vrbs ſiluaruꝫ et Areb
ba: ciuitates due ⁊ ville earū. In deſerto Betha
raba: Meddin ⁊ Sacha et Nebſan: ciuitates ſa
lis: et En Galdi: ciuitates ſex et ville earū. Fiūt
ſimul centumquindecim. Jebuſeum autem ha-
bitatorem Hieruſalem nō potuerunt filij Juda
delere habitauitqꝫ Jebuſeus cum filijs Juda in
Hieruſalem vſqꝫ in preſentem diem.

¶ Capituli. Summari. ¶ De ſorte Ephraim et Chananeo tributario: et Chananeus habitauit inter filios Ephraim ſemper. Capi. xvj.

A Cecidit quoqꝫ ſors fi
liorum Joſeph ab Jordane cō
tra Hiericho et ad aquas eius
ab oriente ſolitudo que aſcen-
dit de Hiericho ad mōteꝫ Be
thel: et egreditur de Bethel-
luſan: tranſitqꝫ terminum Ar-
chiatharoth ⁊ deſcēdit ad occidētē iuxta termi-
nū Jefleti vſqꝫ ad terminos Bethorō inferioris
et Gazer: finiunturqꝫ regiones eius Mari mag
no: poſſederūtqꝫ filij Joſeph manaſſes ⁊ Ephra
im. Et factus eſt terminus filiorum Ephraim
per cognationes ſuas: et poſſeſſio eorum contra
B orientem Aſtaroth Adar vſqꝫ Bethoron ſupio
rem; egrediunturqꝫ confinia in mare. Machme
thath vero aquilonem reſpicit: et circuit termi-
C nos contra orientem in Thanathſelo: ⁊ pertran-
ſit A torrente Janoe: deſcenditqꝫ de Janoe in
Atharoth ⁊ Noaratha ⁊ peruenit in Hiericho:
egrediturqꝫ ad Jordanē de Taphua: ⁊ ptrāſitqꝫ
contra mare in villaꝫ Arundineti: ſuntqꝫ egreſ-
ſus eius in mare Salſiſſimum. Hec poſſeſſio tri
bus filiorum Ephraim per familias: vrbeſqꝫ ſepa
rate ſunt filijs Ephraim in medio poſſeſſionis fi
D liorum Manaſſe et ville earum. Et non interfe-
cerunt filij Ephraim Chananeum qui habita-
bat in Gaſer: habitauitqꝫ Chananeus in me-
dio Ephraim vſqꝫ in diem hanc tributarius.

De ſorte tribus ephrai.

De chananeo tributario ephrai.

¶ Capituli. Summarium. ¶ De ſorte medie tribus manaſſe: argumento ſortis filiarū Joſeph tribus Jude. Capitulum. xvij.

A Cecidit autē ſors tri
bui Manaſſe: ipſe enī eſt pri-
mogenitus Joſeph: Machir
primogenito Manaſſe patri
Galaad: qui fuit vir pugna-
tor: habuitqꝫ poſſeſſionē Ga
laad ⁊ Baſan ⁊ reliquias filio⁊
Manaſſe iuxta familias ſuas: filijs Abiezer ⁊ fi-
lijs Helech ⁊ filijs Hezriel ⁊ filijs Sichem ⁊ filijs
Epher ⁊ filijs Semida. Jſti ſunt filij manaſſe fi-
lij Joſeph: mares per cognatiōes ſuas. Salpha-
at vero filio Epher filij Galaad filij machir filij
Manaſſe nō erant filij ſed ſole filie: quarum iſta
ſunt nomina: Maala ⁊ Noa ⁊ Egla ⁊ Melcha ⁊
Therſa. Veneruntqꝫ in cōſpectu Eleazari ſacer
B dotis ⁊ Joſue filij Nun ⁊ principū dicētes. Do-
minus precepit per manū Moyſi vt dareꝭ nobis
poſſeſſio ī medio fratrū noſtro⁊. Deditqꝫ iuxta
imperiū dn̄i poſſeſſionē in medio fratruꝫ patris
earum: ⁊ ceciderūt funiculi Manaſſe decē abſqꝫ
terra Galaad ⁊ Baſan trans iordanē. Filie eniꝫ
manaſſe poſſederūt hereditatē in medio filioruꝫ
eius. Terra aūt Galaad cecidit in ſortē filiorum
Manaſſe qui reliqui erant. Fuitqꝫ terminꝰ Ma
naſſe ab Aſer machmata: que reſpicit Sichem ⁊
egreditur ad dexteram iuxta habitatores fontis
Taphue. Et enī in ſorte manaſſe ceciderat terra
Taphue: que eſt iuxta terminos Manaſſe filio-
rum Ephraim. Deſcēditqꝫ terminus vallis Ha
rundineti in meridiē torrētis ciuitatū Ephraiꝫ:
C que in medio ſunt vrbium Manaſſe. Terminus
Manaſſe ab aquilone torrētis ⁊ exitus eius per
git ad mare: ita vt poſſeſſio Ephraim ſit ab au-
ſtro: ⁊ ab aquilone Manaſſe: vt vtrunqꝫ claudat
mare: ⁊ coniunganꝭ ſibi in tribu Aſer ab aquilo-
ne: ⁊ in tribu Jſachar ab oriente. Fuitqꝫ heredi-
tas Manaſſe in Jſachar ⁊ in Aſer: Berſan ⁊ vi-
culi eius ⁊ Jebblaan cum viculis ſuis: ⁊ habita-
tores Dor cum opidis ſuis: habitatores quoqꝫ
Endor cū viculis ſuis: ſimiliter habitatores Te-
nac cum viculis ſuis: ⁊ habitatores Mageddo
cum viculis ſuis: et tertia pars vrbis Nophet.
Nec potuerunt filij Manaſſe has ciuitates ſub
uertere: ſed cepit Chananeus habitare in terra
ſua. Poſtqꝫ autem conualuerunt filij Jſrael:
ſubiecerunt Chananeos: ⁊ fecerūt ſibi tributa-
rios: nec interfecerūt eos. Locutiqꝫ ſunt filij Jo
D ſeph ad Joſue: ⁊ dixerunt. Quare dediſti mihi
terram in poſſeſſione ſortis et funiculi vnius cuꝫ
ſim tante multitudinis: ⁊ benedixit mihi domi-
nus. Ad quos Joſue ait: Si populus multus
es: aſcende in ſiluam et ſuccide tibi ſpacia in
terra Pharizei et Raphim: quia anguſta eſt
tibi poſſeſſio montis Ephraim. Cui reſpon-
derunt Filij Joſeph: Non poterimus ad mon
tana conſcendere: cum ferreis curribus vtan-
tur Chananei: qui habitant in terra Campe-
ſtri: in qua ſiti ſunt Berſan cum viculis ſuis:
⁊ Jezrael mediam poſſidens vallem. Dixitqꝫ
Joſue ad domū Joſeph ⁊ Ephraim ⁊ Manaſſe:

De tribu manaſſe.

De aucto ſortis filio⁊ ioſeph

Populus multus es ⁊ magne fortitudinis: non habebis ſortem vnam: ſed tranſibis ad montem et ſuccides tibi atqꝫ purgabis ad habitandum ſpacia et poteris vltra procedere: cum ſubuerteris Chananeum: quem dicis ferreos habere currus et eſſe fortiſſimum.

Capituli. Summarium. De miſſione ad ſcribendam terram ſeptem tribuum: et de ſorte Beniamin. Capitulum.xviij.

A De deſcriptione terre ſeptē tribuum.

Congregatiqꝫ ſunt omnes filij Iſrael in Sylo: ibiqꝫ fixerunt tabernaculū teſtimonij: ⁊ fuit eis terra ſubiecta. Remanſerunt autem filiorum Iſrael ſeptem tribus: que necdū acceperant poſſeſſiones ſuas. Ad quos Joſue ait. Uſqꝫ quo marcetis ignauia: ⁊ non intratis ad poſſidendam terrā quam dñs deus patrū veſtrorū dabit vobis? Eligite de ſingulis tribubus ternos viros vt mittā eos: ⁊ pergant atqꝫ circumeant terram: ⁊ deſcribant eam iuxta numerū vniuſcuiuſqꝫ multitudinis: referātqꝫ ad me qđ deſcripſerint. Diuidite vobis terrā in ſeptem partes. Judas ſit in terminis ſuis ab B auſtrali plaga: ⁊ domus Joſeph ab aquilone: mediam inter hos terram in ſeptem partes deſcribite: ⁊ huc venietis ad me: vt coram dño deo veſtro mittam vobis hic ſortem: qꝛ nō eſt inter vos C pars leuitarum: ſed ſacerdotium dñi eſt eorū hereditas. Gad autem ⁊ Ruben ⁊ dimidia tribus manaſſe iam acceperunt poſſeſſiones ſuas trans iordanem ad orientalem plagam: quas dedit eis Moyſes famulus domini. Cumqꝫ ſurrexiſſent viri ⁊ pergerent ad deſcribendam terram: precepit eis Joſue dicens: Circuite terram ⁊ deſcribite eam ac reuertimini ad me: vt hic coram domino deo veſtro in Silo mittam vobis ſortem. Itaqꝫ perrexerunt ⁊ luſtrantes eam in ſeptem partes diuiſerūt: ſcribentes in volumine. Reuerſiqꝫ ſunt ad Joſue in caſtra Silo. Qui miſit ſortes coram dño in Silo: diuiſitqꝫ terram filijs Iſrael in ſeptem partes. Et aſcēdit ſors prima filiorū Beniamin per familias ſuas: vt poſſiderent terram inter filios Juda ⁊ filios Joſeph. Fuitqꝫ terminus eorum contra aquilonē a iordane: pergens iuxta latus Hiericho ſeptemtrionalis plage: ⁊ inde contra occidentē ad montana conſcendēs: ⁊ perueniēs ad ſolitudinem Bethauen atqꝫ pertranſiens iuxta Luzā ad meridiem: ipſa eſt Bethel: deſcenditqꝫ in aſtaroth Addar in montem E qui eſt ad meridiem Bethoron inferioris: ⁊ inclinatur circuiens contra mare ad meridiem montem qui reſpicit Bethoron contra Aphricum. Suntqꝫ exitus eius in Cariath: Baal: que vocatur ⁊ Cariathiarim vrbem filiorum Juda. Hec eſt plaga contra mare ad occidentem. A meridie autem ex parte Cariathiarim egreditur terminus contra mare: ⁊ peruenit vſqꝫ ad fontē aquarum Nepthoa. Deſcenditqꝫ in partem montis qui reſpicit vallem filiorum Ennon: ⁊ eſt cōtra ſeptentrionalem plagam in extrema parte vallis Raphaim. Deſcenditqꝫ in Gehennon: id eſt vallis Ennon iuxta latus Jebuſei ad auſtrum: ⁊ peruenit ad fontem Rogel: tranſiens ad aquilonem: ⁊ egrediēs ad Eſames: id eſt fontem ſolis: ⁊ pertranſit vſqꝫ ad tumulos qui ſunt e regione aſcenſus Adommim: deſcenditqꝫ Habemboem: id eſt lapidem Boem filij Ruben ⁊ pertranſit ex latere aquilonis ad campeſtria: deſcēditqꝫ in planiciem: ⁊ pretergreditur contra aquilonem Bethagla: ſuntqꝫ exitus eius contra linguam maris ſalſiſſimi ab aquilone in fine Jordanis ad auſtralem plagam qui eſt terminus illius ab oriente. D Hec eſt poſſeſſio filiorum Beniamin per terminos ſuos in circuitu et familias ſuas. Fuerūtqꝫ ciuitates eius Hiericho ⁊ Bethagla ⁊ vallis Caſis Betharāba ⁊ Samaraim ⁊ Bethel ⁊ Auiz ⁊ Affra ⁊ Offora villa Hemona ⁊ offni ⁊ Gabee: ciuitates duodecim ⁊ ville earū. Gabaon ⁊ Rhama ⁊ Beroth ⁊ Meſphe: Caphara ⁊ Amopha ⁊ Recem Jarephel ⁊ Tharela ⁊ Sela: Heleph ⁊ Jebus que eſt Hieruſalē Gabaad ⁊ Cariath: ciuitates quattuordecim ⁊ ville earum. Fueruntqꝫ omnes ciuitates vigintiſex. Hec eſt poſſeſſio filiorum Beniamin iuxtā familias ſuas.

D De ſorte Beniamin

Capituli. Summ. De aſſignatione ſortis ſex Tribuū: ſcilicet, Symeon: Zabulon: Iſachar: Aſer: Neptalim in medio filiorum Iſrael.

Capitulum.xix.

A De ſorte Symeon.

Et egreſſa eſt ſors ſecunda filiorū Symeon per cognationes ſuas: fuitqꝫ hereditas eorum in medio poſſeſſionis filiorum Juda: Berſabee ⁊ Sabee ⁊ Molada ⁊ aſerſua: Baala ⁊ Aſem ⁊ Heltholad: ⁊ Bethularma ⁊ Sicelech: ⁊ Bethmarchaboth ⁊ Aſerſua ⁊ Bethlepaboth ⁊ Sarohem ciuitates tredecim ⁊ ville earum. Ahin ⁊ Remmon et Athar ⁊ Aſan: ciuitates quattuor ⁊ ville earum: omnes viculi per circuitū vrbium iſtarum vſqꝫ ad Balaad: Berchameth contra auſtralem plagam. Fueruntqꝫ omnes ciuitates decem ⁊ ſeptē. Hec eſt hereditas filiorū Symeon iuxta cognationes ſuas in poſſeſſione ⁊ funiculo filiorum Juda: quia maior erat: ⁊ idcirco filij Symeon poſſederūt in medio hereditatis eius. Cecidditqꝫ ſors tertia filiorum Zabulon per cognationes ſuas: ⁊ factus eſt terminus poſſeſſionis filiorum Zabulon vſqꝫ Sarith. Aſcenditqꝫ de mari ⁊ Medalaa: et peruenit in Debbaſeth vſqꝫ ad torrentem: qui eſt contra Jeconnam: ⁊ reuertitur de Sarith contra orientem in finem Ceſeleth Thabor: egredit ad Dabereth: aſcenditqꝫ cōtra Jaſie ⁊ inde pertranſit vſqꝫ ad orientalem plagā gethe

De filijs Symeon.

De ſorte Zabulon.

ſer et tachaſin:et egreditur in rēmodo amphar
B et noa:et circuit ad aquilonem et nathan. Sunt
qꝫ egreſſus eius vallis Jeptael et catheth ⁊ Na
alol et Semron ⁊ Jedaba et Bethelem:ciuita-
tes duodecim et ville earum. Hec eſt hereditas
tribus filiorum Zabulon per cognationes ſuas
De ſorte vrbes ⁊ viculi earū. Iſſachar egreſſa eſt ſors quar
tribus Iſſa ta per cognationes ſuas : fuitqꝫ eius hereditas
char. Jezrahel et Caſaloth et Sunen et Ephraim et
Senō et Naaroth et Rabboth et Ceſienthac-
mes et Rameth et Enganni ⁊ henadda ⁊ Beth
phazes:et peruenit terminus eius vſqꝫ Tabor ⁊
Seſema ⁊ Bethſemes erantqꝫ exitus eius Jor
danis ciuitates ſedecim et ville earum. Hec eſt
poſſeſſio filiorum Iſſachar per cognatiōes ſuas
vrbes et viculi earum. Cecidit qꝫ ſors quinta tri
De ſorte bui filiorum Aſer per cognatiōes ſuas. fuitqꝫ ter
aſer. minus eorū Alchat et Chali et Bethen ⁊ Arab
et Elmelech et Amaad,et Meſſal et peruenitqꝫ
vſqꝫ ad camelum maris et Sior et Labanath:ac
reuertitur contra orientem Bethdagon:et per
tranſit vſqꝫ Zabulon et Vallem Jepthael con-
tra aquilonem in Bethemeth et Neiel : egredi
turqꝫ ad Leuam Cabul ⁊ Arcan ⁊ Roob ⁊ Amō
et Chan vſqꝫ ad Sidonē magnam reuertiturqꝫ
in Horma vſqꝫ ad ciuitatem munitiſſimam Ty-
rum et vſqꝫ Oſa : eruntqꝫ exitus eius in mare
C de funiculo Aczība et Amma et Afeg ⁊ Roob. ci-
uitates vigitiduo et ville earū. Hec eſt poſſeſſio fi
De ſorte fi liorum Aſer per cognationes : vrbeſqꝫ et viculi:
liorum ne- earum. Filiorum Neptalim ſexta pars cecidit
ptalim. per familias ſuas:et cecidit terminus de Heleb
et Helon Sannanim:et Adami:que eſt Neceb
at Jebnahel vſqꝫ Lecum:et egreſſus eorum vſ-
qꝫ ad Jordanem:reuerti turqꝫ terminus contra
occidentem ⁊ Azauoth Thabor : atqꝫ inde egre-
ditur,in Vcuca et pertranſit in Zabulon contra
meridiem et in Aſer contra occidentem ⁊ in Ju
da ad Jordanem contra ortum ſolis : ciuitates
munitiſſime Aſſedim Ser ⁊ Ammad ⁊ Rechath
et Senereth et Edema Etharama:Aſor et Ce
des et Edrai:Naſor ⁊ Jeron ⁊ Magdihel Hor
rem et Bethanath et Bethſames:ciuitates de
cem et nouem et ville earum. Hec eſt poſſeſſio
tribus filiorum Neptalim per cognationes ſu-
as vrbes et viculi earum. Tribui filiorum Dan
per familias ſuas egreſſa eſt ſors ſeptima:et fuit
terminus poſſeſſionis eius Saraa Heſthaol et
D Hairſemes:id ē ciuitas Solis:Selebin ⁊ Ahialō
et Jethelahelon et Themna ⁊ Achron Helchetē
Jebton et Baaladiud et Banetbarach et Je-
thremon atqꝫ Hiericon et Arechon:cū termino
qui reſpicit Joppem et in ipſo fine concluditur
Aſcenderuntqꝫ filij Dan et pugnauerūt contra
Leſen:ceperuntqꝫ eam:et percuſſerunt eam in
ore gladij:et poſſederunt et habitauerunt in ea:
de tribu dā vocantes nomen eius Leſen Dan ex nomine
De poſſeſ Dan patris ſui. Hec eſt poſſeſſio tribus filiorū
ſiōe ioſue. Dan per cognationes ſuas vrbes et viculi ea-
rum. Cumqꝫ compleſſet ſorte diuidere terram
ſingulis per tribus ſuas dederūt filij Iſrael poſ
ſeſſionē Joſue filio Nun iu medio ſui iuxta pre
ceptum domini vrbem quam poſtulauit Than-
nathſara in monte Ephraim Et edificauit ciui-
tatem:habitauitqꝫ in ea. He ſunt poſſeſſiones
quas ſorte diuiſerunt Eleazar ſacerdos et Jo-
ſue filius Nun:et principes familiarum ac tribu
um filiorū Iſrael in Silo corā domino ad oſtiū
tabernaculi teſtimonij:partitiqꝫ ſunt terram.

Capituli. Summarium. De ciuitatibus
refugij:qꝫ poſt mortē ſacerdotis magni profu-
gus reuertatur in ſuam ciuitatem : et domum
de qua fugerat. Capitulum.xx.

ET locutus eſt domi A
nus ad Joſue dicens. Loque De ci
re filijs Iſrael:et dic eis. Se- tib⁹ re
parate vrbes fugitiuorum de nu.xxx
quibus locutus ſum ad vos per Deu.
manum Moyſi vt confugiat
ad eas quicumqꝫ animam per
cuſſerit neſcius et poſſit euadere iram proximi
qui vltor eſt ſanguinis:cum ad vnam harum con
fugerit ciuitatum ſtabitqꝫ ante portā ciuitatis:
et loquetur ſenioribus vrbis illius ea que ſe com
probent innocentem:ſicqꝫ ſuſcipient eum et da
bunt ei locū ad habitandum Cum vltor ſangui B
nis eum fuerit perſecutus,nō tradent in manus
eius:quia ignorans percuſſit proximū eius nec
ante biduum triduū vt eius probatur inimicus
Et habitabit in ciuitate illa donec ſtet ante iudi De lib
cium cauſam reddens facti ſui:⁊ moriatur ſacer tiōe p
dos magnus qui fuerit in illo tēpore. Tūc reuer rū in m
tetur homicida et ingredietur ciuitatem et do- ſacerd
mum ſuā, de qua fugerat. Decreuerūtqꝫ cedes C
in galilea montis Neptalim:⁊ Sichem in mōte
Ephraim ⁊ Cariatharbe:ipſa eſt Hebron in mō
te Juda:et trans Jordanem contra orientalem
plagam Hiericho:ſtatuerūt Boſor que ſita eſt
in campeſtri ſolitudine de tribu Ruben :et Ra-
mot in Galaad de tribu Gad : et Gaulon in D
Baſan de tribu Manaſſe. He ciuitates conſti-
tute ſunt cunctis filijs Iſrael et aduenis qui ha
bitabant inter eos:vt fugeret ad eas qui animā
neſcius percuſſiſſet:et non moreretur in manu
proximi effuſum ſanguinem vindicare cupiētis:
donec ſtaret ante pplm expoſiturus cauſā ſuā.

C. S. De ciuitatib⁹ ⁊ ſuburbanis leuitarū
numero qdragintaocto:de pace data. C.xxj.

ACceſſeruntqꝫ princi A
pes familiarū Leui ad Eleaza De ciuita
rū ſacerdotē ⁊ Joſue filiū nun tib⁹ leuitar
⁊ ad duces cognationū per ſin
gulas trib⁹ filiorū Iſrael locuti
qꝫ ſunt ad eos in Silio terre
Chanaan:atqꝫ dixerunt. Do-
minus precepit per manū Moyſi vt darent no-
bis vrbes ad habitādū:⁊ ſuburbana earum ad

alenda iumenta. Dederuntqꝫ filij Iſrael de poſ- [Numeri. 35.]
ſeſſionibus ſuis iuxta imperium domini ciuita-
tes ⁊ ſuburbana earum. Egreſſaqꝫ eſt ſors in fa-
milia Caath filiorum Aaron ſacerdotis de tribu
Juda ⁊ Symeon ⁊ Beniamin: ciuitates trede-
cim: ⁊ reliquis filiorum Caath: id eſt Leuitis qui
ſuperfuerunt de tribubꝰ Ephraim ⁊ Dan ⁊ dimi
die tribus Manaſſe: ciuitates decem. Porro fi-
lijs Gerſon egreſſa eſt ſors vt acciperent de tri-
bubus Iſachar ⁊ Aſer ⁊ Neptaliꝫ dimidiaqꝫ tri
bu Manaſſe in Baſan ciuitates numero trede-
cim. Et filijs Merari per cognationes ſuas de
B tribubus Ruben ⁊ Gad ⁊ Zabulon vrbes duode
cim. Dederuntqꝫ filij Iſrael Leuitis ciuitates ⁊
ſuburbana earum: ſicut precepit dominus per
manum Moyſi ſingulis ſorte tribuētes. De tri
bubus Filiorum Juda ⁊ Symeon dedit Joſue
ciuitates: quarum iſta ſunt nomina: filijs Aaron
per familias Caath Leuitici generis. Prima eñ
ſors illis egreſſa eſt: cariathurbe patris Enach:
que vocatur Hebron in monte iuda ⁊ ſuburbana
eius per circuitum. Agros vero ⁊ villas eius de-
derat Caleb filio Jephone ad poſſidendum. De
dit ergo filijs Aaron ſacerdoti Hebron confugij
ciuitatem ac ſuburbana eius ⁊ lobnam cum ſub-
urbanis ſuis: ⁊ Jether ⁊ Jſtimon ⁊ helon ⁊ Da
bir ⁊ Am ⁊ Jetham ⁊ Bethſames cum ſuburba
nis ſuis: ciuitates nouem de tribubus vt dictum
eſt de duabus. De tribu autem filiorum Benia
min: Gabaon ⁊ Gabae ⁊ Anathot ⁊ Almon cuꝫ
ſuburbanis ſuis: ciuitates quattuor. Omnes ſi-
mul ciuitates filiorum Aaron ſacerdotis trede-
cim cum ſuburbanis ſuis. Reliquis vero per fa-
milias filiorũ Caath Leuitici generis hec eſt da-
ta poſſeſſio. De tribu Ephraim vrbes confugij
Sichen cũ ſuburbanis ſuis in monte Ephraim:
et Gazer ⁊ Jebſan ⁊ Bethoron cum ſuburba-
nis ſuis ciuitates quattuor. De tribu qꝫ Dan
C Heltheco ⁊ Gabathon ⁊ Hailō ⁊ Jethremmon
cum ſuburbanis ſuis ciuitates quattuor. Por-
ro de dimidia tribu manaſſe tanach ⁊ Jethrem-
mon cum ſuburbanis ſuis ciuitates due. Oēs ci-
uitates decem ⁊ ſuburbana earuꝫ date ſunt filijs
Caath inferioris gradus. Filij quoqꝫ Gerſon le
uitici generis dedit de dimidia tribu Manaſſe
confugij ciuitates Gaulon in Baſan ⁊ Boſraꝫ
cum ſuburbanis ſuis ciuitates duas. Porro de
tribu Jſachar Ceſion ⁊ Daberet ⁊ Jaramoth
⁊ Engannim cũ ſuburbanis ſuis ciuitates quat-
tuor. De tribu autem Aſer: Maſan ⁊ Abdon et
Elrath ⁊ Roob cum ſuburbanis ſuis ciuitates
quattuor. De tribu quoqꝫ Neptalim ciuitates
[alia chartã] confugij cedes in Galilea ⁊ Amothdor ⁊ Char-
thari cum ſuburbanis ſuis ciuitates tres. Oēs
vrbes familiarum Gerſon tredecim cum ſubur-
banis ſuis. Filij autem Merari Leuitis inferio-
ris gradus per familias ſuas data eſt de tribu Za
bulon Jecnal ⁊ Cartha ⁊ Dāna ⁊ Naalol ciuita
tes quattuor cũ ſuburbanis ſuis: De tribu Gad
ciuitates ꝯfugij: ramoth in galaad ⁊ manaim et
eſebon ⁊ Jazer ciuitates qttuor cuꝫ ſuburbanis
ſuis. De tribu Ruben vltra Jordanē cōtra Hie D
richo ciuitates refugij: Boſor in ſolitudine: Mi
ſor ⁊ Jazer ⁊ Jethſon ⁊ Maſpha: ciuitates quat
tuor cũ ſuburbanis ſuis. Oēs vrbes filiorꝫ Me-
rari per familias ⁊ cognationes ſuas duodecim.
Itaqꝫ ciuitates vniuerſe Leuitarum in medio
poſſeſſionis filiorum Iſrael fuerunt quadragin-
ta octo cuꝫ ſuburbanis ſuis: ſingule per familias
diſtribute. Deditqꝫ dñs deus Iſrael omnem ter- [De pacifica poſſeſſione terre ꝓmiſſionis dei.]
ram quam traditurum ſe patribus eorum iura-
uerat: ⁊ poſſederunt illam atqꝫ habitauerunt in
ea. Dataqꝫ eſt ab eo pax in omnes per circuituꝫ
natiōes: nulluſqꝫ eis hoſtium reſiſtere auſus eſt:
ſꝫ cũcti in eorꝫ ditionē redacti ſũt. Nec vnũ qui-
dem verbum qḋ illis preſtaturũ ſe eſſe promiſe-
rat irritum fuit: ſed rebus expleta ſunt omnia.

¶ L. S. ¶ De duabꝰ ⁊ ſemis tribubꝰ remiſſis ad propria: ⁊ de altari quod fecerunt infinite magnitudinis: ⁊ de excuſatione duarũ tribuum ⁊ ſemis pro altari conſtructo. Capitulū. xxij.

Eodem tempore vo- A
cauit Joſue rubenitas ⁊ Gad [De duabꝰ ⁊ ſemis tribubꝰ remiſſis ad ꝓpria trās iordanem. Nu. xxxij. f]
ditas ⁊ dimidiam tribum ma-
naſſe: dixitqꝫ ad eos. Feciſtis
omnia que precepit vobis moy
ſes famulus dñi: mihi qꝫ in om
nibus obediſtis: nec reliquiſtis
fratres vr̃os longo tp̃e vſqꝫ in p̃ñteꝫ diem: cuſto
dientes imperium dñi dei veſtri. Quia igitur de
dit dñs deus veſter fratribus veſtris quietē ⁊ pa
cem ſicut pollicitus eſt: reuertimini ⁊ ite in taber
nacula veſtra: ⁊ in terram poſſeſſionis quam tra-
didit vobis Moyſes famulꝰ dñi trans iordanē:
Ita dũtaxat vt cuſtodiatis attente: ⁊ opere com
pleatis mādatum ⁊ legem quam precepit vobis
Moyſes famulus dñi: vt diligatis dñm deum ve
ſtrum: ⁊ ambuletis in oībus vijs eius ⁊ obſerue-
tis mandata illius: adhereatiſqꝫ ei ac ſeruiatis in
omni corde ⁊ in omni anima veſtra. Benedixitqꝫ
eis Joſue: ⁊ dimiſit eos. Qui reuerſi ſunt in ta- B
bernacula ſua. Dimidie autē tribui manaſſe poſ
ſeſſionem Moyſes dederat in Baſan ⁊ idcirco
medie que ſuperfuit dedit Joſue ſortem inter ce
teros fratres ſuos trans iordanem ad occidenta
lem eius plagam. Cumqꝫ dimitteret eos in ta-
bernacula ſua: ⁊ bñdixiſſet eis: dixit ad eos. In [De cōſtructiōe altarꝫ mire magnitudinis a duabꝰ ⁊ ſemis tribubus.]
multa ſubſtantia atqꝫ diuitijs reuertimini ad ſe-
des veſtras cũ argento ⁊ auro: ere ac ferro ⁊ veſte
multiplici. Diuidite predam hoſtium cum fratri
bus veſtris. Reuerſiqꝫ ſunt ⁊ abierũt filij Rubē ⁊
filij Gad ⁊ dimidia tribus manaſſe a filijs Iſrael
de Sylo: que ſita eſt in Chanaā: vt intrarēt Ga
laad ad terram poſſeſſionis ſue: quam obtinue-
runt iuxta imperium dñi in manu Moyſi. Cũqꝫ C
veniſſent ad tumulos iordanis in terra Chanaā
edificauerũt iuxta Jordanē altare infinite magni
tudinis. Qḋ cuꝫ audiſſent filij iſrl̃: ⁊ ad eos certi
nuncij detuliſſent edificaſſe filios Ruben et Gad

et dimidie tribus manaſſe altare in terra chana
an ſuper iordanis tumulos contra filios iſrael:
conuenerunt omnes in ſilo vt aſcenderent et di-
micarent contra eos. Et interim miſerunt ad il
los in terram galaad phinees filium eleazari ſa-
cerdotis: et decem principes cum eo ſingulos de
ſingulis tribubus. Qui venerunt ad filios Rubē
et Gad et dimidie tribus manaſſe in terrā Ga-
laad dixeruntqꝫ ad eos. Hec mandat omnis
D populus domini. que eſt iſta trangreſſio. Cur re
liquiſtis deum Iſrael: edificantes altare ſacrile-
Nu.xxv.a. gum: et a cultu illi⁹ recedentes. An paruꝫ vobis
eſt ꝙ peccaſtis in beelphegor: et vſqꝫ in preſenteꝫ
dieꝫ macula huius ſceleris in vobis permanet:
multiqꝫ de populo corruerunt: et vos hodie re-
liquiſtis dominum: et cras in vniuerſum Iſrael
ira eius deſeuiet. Quod ſi putatis immundam
eſſe terram poſſeſſionis veſtre: tranſite ad ter-
ram in qua tabernaculum domini eſt ⁊ habitate
inter nos: tantum vt a domino et a noſtro con-
Io.vij.a. ſortio non recedatis: edificato altari preter alta-
re domini dei veſtri. Nonne Archam filius Zare
preterijt mādatum domini: et ſuper omnem po
E pulum Iſrael ira eius incubuit. Et ille erat vn⁹
homo: atqꝫ vtinam ſolus periſſet in ſcelere ſuo.
Reſponderuntqꝫ filij Ruben et Gad et dimidia
tribus manaſſe principibus legationis Iſrael.
Excuſatio ſuper altari cum ſeruitio. Fortiſſimus dominus deus Iſrael ipſe nouit: et
Iſrael ſimul intelligat ſi preuaricationis animo
hoc altare conſtruximus: non cuſtodiat nos: ſed
puniat nos in preſenti. Et ſi ea mente fecimus
vt holocauſta ⁊ ſacrificium ⁊ pacificas victimas
ſuper eo imponeremus et ipſe querat et iudicet
et nō ea magis cogitatione atqꝫ tractatu vt dice
remus: cras dicent filij veſtri filijs noſtris. Quid
vobis et domino deo Iſrael. Terminum poſuit
domin⁹ inter nos ⁊ vos o filij Ruben et filij Gad
Iordanem fluuium: et idcirco partem non habe
tis in domino: et per hanc occaſionem auertent
filij veſtri filios noſtros a timore domini. Puta
F uimus itaqꝫ melius et diximus. Extruamus no
bis altare: non in holocauſta: neqꝫ ad victimas
offerendas: ſed in teſtimonium inter nos ⁊ vos ⁊
ſobolem noſtram veſtrāqꝫ progeniē vt ſeruiam⁹
domino: ⁊ iuris noſtri ſit offerre ⁊ holocauſta et
victimas ⁊ pacificas hoſtias: et nequaꝗ̄ dicant:
cras filij veſtri filijs noſtris. Non eſt vobis pars
in dn̄o. Qđ ſi voluerint dicere: rn̄debūt eis. Ecce
altare dn̄i qđ fecerunt pr̄es noſtri: nō in holocau
ſta neqꝫ in ſacrificium: ſed in teſtimoniū noſtruꝫ
ac veſtrū. Abſit a nobis hoc ſcelus vt recedamus
a dn̄o ⁊ eius veſtigia relinquamus: extructo al-
tari ad holocauſta ⁊ ſacrificia ⁊ victimas offeren
das: p̄ter altare dn̄i dei noſtri qđ extructum eſt
ante tabernaculū eius. Quibus auditis phinees
G ſacerdos ⁊ principes legationis Iſrael qui erāt
cum eo placati ſunt: ⁊ verba filiorum Ruben et
Gad ⁊ dimidie tribus manaſſe libentiſſime ſu-
ſceperunt. Dixitqꝫ phinees filius eleazari ſacer-
dos ad eos. Nūc ſcimus ꝙ nobiſcū ſit dn̄s: q̄m
alieni eſtis a preuaricatione hac et liberaſtis fili
os Iſrael de manu domini. Reuerſuſqꝫ eſt cum
principibus a filijs Ruben ⁊ Gad de terra gala
ad finium chanaam ad filios Iſrael ⁊ retulit eis.
Placuitqꝫ ſermo cunctis audientibus. Et lau-
dauerunt deum filij Iſrael: ⁊ nequaꝗ̄ vltra dixe
runt vt aſcenderent contra eos atqꝫ pugnarent
et delerent terram poſſeſſionis eorum. Vocaue-
runt filij Ruben ⁊ filij Gad altare quod extruxe
rant: teſtimonium noſtrum ꝙ dn̄s ipſe ſit deus.

¶ Capituli. Summarium. ¶ Exhortatio Jo
ſue: prohibet ſocietatem cum gentibus.

Capitulum. xxiij.

Euoluto autem mul- B
to tempore poſtꝗ̄ pacem dede
rat dominus Iſraeli ſubiectis
in gyro nationibus vniuerſis:
⁊ Ioſue iam longeuo ⁊ perſeni
lis etatis. Poſtꝗ̄ diuiſerat ter
ram filijs Iſrael ſm̄ ꝙ domin⁹
imperauerat: vocauit Joſue omnem Iſraelem:
maioreſqꝫ natu et principes ac duces ac magi-
ſtros: dixitqꝫ ad eos. Ego ſenui et progreſſioris
etatis ſum: voſqꝫ cernetis omnia que fecerit do
minus deus veſter cunctis per circuitum natio
nibus quomodo pro vobis ipſe pugnauerit. Et
nunc quia vobis ſorte diuiſit omnem terram: ab
orientali parte iordanis vſqꝫ ad mare magnum:
multeqꝫ adhuc ſuperſunt nationes: dn̄s deus ve
ſter diſperdet eas et auferet a facie veſtra et poſ
ſidebitis terram ſicut vobis pollicitus eſt. Tan-
tum confortamini et eſtote ſolliciti vt cuſto-
diatis cuncta que ſcripta ſunt in volumine legis
Moyſi: et non declinetis ab eis neqꝫ ad dexterā
neqꝫ ad ſiniſtram: ne poſtꝗ̄ intraueritis ad gen-
tes que inter vos future ſunt: iuretis in nomine
deorum earuꝫ et ſeruiatis eis et adoretis illos:
ſed adhereatis domino deo veſtro qđ feciſtis vſ-
qꝫ in diē hanc. Et tunc auferet dominus deus in C
conſpectu veſtro gentes magnas et robuſtiſſi- Deu.
mas: et null⁹ vobis reſiſtere poterit. Vnus e vo b.
bis perſequetur hoſtium mille viros: quia domi
nus de⁹ veſter pro vobis ipe pugnabit ſicut pol
licitus eſt: hoc tantum diligentiſſime precauete
vt diligatis dominum deum veſtrum. Quod ſi vo
lueritis gentiuꝫ harum que inter vos habitant
erroribus adherere: et cuꝫ eis miſcere connubia
atqꝫ amicitias copulare: iam nunc ſcitote ꝙ do
minus deus veſter non eas deleat ante faciem ve
ſtram ſed erunt vobis in foueam ac laqueum et
offendiculum ex latere veſtro: et ſudes in oculis
veſtris donec vos offerat atqꝫ diſperdat de ter-
ra hac optima quam tradiderit vobis. En ego
hodie ingrediar viaꝫ vniuerſe terre ⁊ toto animo
cognoſcetis ꝙ de omnibus verbis que ſe domi-
nus preſtiturum vobis pollicitus eſt: vnum non D
preterierit in caſſum. Sicut ergo impleuit ope-
re qđ promiſit: et proſpera cuncta venerunt: ſic
adducet ſuper vos quicquid malorum commi-

natus eſt: donec vos auferat atqȝ diſpdat de ter-
ra hac optima quam tradidit vobis: eo ꝙ pre-
terieritis pactum domini dei veſtri quod pepi-
git vobiſcum: ⁊ ſeruieritis dijs alienis: ⁊ adorave
ritis eos. Cito atqȝ velociter cōſurget in vos fu-
ror domini ⁊ auferemini ab hac terra optima
quam tradidit vobis.

¶ Capituli. Summariū. ¶ De commemora-
tione beneficiorum domini ⁊ federe populi ad do
minum: de morte Joſue ⁊ ſepultura oſſium Jo-
ſeph: de morte Eleazari. Capitulum. xxiiij.

A Cōmemoratio bñficiorū dei in Jſrael ꝑ Joſue morientem.

Congregauitqȝ Jo-
ſue omnes trib⁹ Jſrael in Si-
chem: ⁊ vocauit maiores natu
ac principes ⁊ iudices ⁊ magi
ſtros: ſteterūtqȝ in conſpectu
dñi: ⁊ ad populū ſic locut⁹ eſt:
Hec dicit dñs deus Jſrael:
Gen. xj. d. Trans fluuiū habitauerūt pr̄es veſtri ab initio:
thare pater Abraam ⁊ Nachor: ſeruierūtqȝ dijs
alienis. Tuli ego patrem veſtrū Abraam de me-
ſopotamie finibus: ⁊ adduxi eum in terram Cha
naan: multiplicauiqȝ ſemē eius: ⁊ dedi ei Jſaac:
Gen. xxj. a. illiqȝ rurſum dedi Jacob ⁊ Eſau. E quibus eſau
Gen. xxv. c. dedi montem Seir ad poſſidendū: Jacob vō et
Exo. iiij. g. filij eius deſcenderunt in Egyptū. Miſiqȝ moy
ſen ⁊ Aaron: ⁊ percuſſi Egyptum multis ſignis
atqȝ portentis: eduxiqȝ vos ⁊ patres veſtros de
B Egypto ⁊ veniſtis ad mare: perſecutiqȝ ſunt egy
Exo. xiiij. e ptij patres veſtros cum curribus ⁊ equitatu vſ-
qȝ ad mare rubrum. Clamauerunt autem ad do
minum filij Jſrael: qui poſuit tenebras inter vos
⁊ Egyptios ⁊ adduxit ſuper eos mare ⁊ operuit
eos. Viderūt oculi veſtri cuncta que in Egypto
fecerim: ⁊ habitaſtis in ſolitudine multo tempo-
re ⁊ introduxi vos in terram Amorrei: qui habi-
Nu. xxj. a. tabat trans iordanem. Cumqȝ pugnarent con-
tra vos: tradidi eos in manus veſtras: ⁊ poſſedi-
ſtis terram eorum atqȝ interfeciſtis eos. Surre-
xit autem Balach filius Seppor rex Moab et
pugnauit contra Jſraelem. Miſitqȝ ⁊ vocauit
C Balaam filium Beor vt malediceret vobis: et
ego nolui audire eum: ſed econtrario per illum
benedixi vobis: et liberaui vos de manu eius.
Exo. xxiij. d. Tranſiſtiſqȝ Jordanē ⁊ veniſtis ab Hiericho pu
gnaueruntqȝ cōtra vos viri ciuitatis eius Amor
Deu. vij. c. reus ⁊ Phereſeus ⁊ Chananeus ⁊ Gergeſeus
Eueus ⁊ Jebuſeus: ⁊ tradidi illos in manus ve
ſtras. Miſiqȝ ante vos ſcabrones ⁊ eieci eos de
locis ſuis duos reges Amorreorum nō in gladio
⁊ in arcu tuo: dediqȝ vobis terram in qua non la
Exhortatō ad ſeruiendū domino boraſtis ⁊ vrbes quas non edificaſtis vt habita-
retis in eis: vineas ⁊ olivueta que non plantaſtis.
Nunc ergo timete dominum ⁊ ſeruite ei perfe-
1. Reg. vij. a. Tobias xiiij. d. cto corde atqȝ veriſſimo: et auferte deos quibus
ſeruierunt patres veſtri in Meſopotamia et in
D Egypto: ac ſeruite domino: Si autem malum
vobis videtur vt domino ſeruiatis: optio vobis
datur. Eligite hodie quod placet cui ſeruire po-
tiſſimum debeatis: vtrum dijs quibus ſeruierūt
patres veſtri in Meſopotamia: an dijs Amor-
reorum in quorum terra habitatis: Ego autem
et domus mea ſeruiemus domino. Reſponditqȝ
populus et ait: Abſitqȝ a nobis vt relinquamus
dominum: et ſeruiamus dijs alienis. Dominus
deus noſter ipſe eduxit nos et patres noſtros
de terra Egypti et de domo ſeruitutis: fecitqȝ
videntibus nobis ſigna ingentia: et cuſtodiuit
nos in omni via per quam ambulauimus: et in
cunctis populis per quos tranſiuimus: et eie-
cit vniuerſas gentes Amorreorum habitatorem
terre quam nos intrauimus. Seruiemus igitur
domino: quia ipſe eſt deus noſter. Dixitqȝ Jo- E
ſue ad populum: Non poteritis ſeruire domi-
no: deus enim ſanctus et fortis emulator eſt: nec
ignoſcet ſceleribus veſtris atqȝ peccatis. Si di-
miſeritis dominum et ſeruieritis dijs alienis: cō
uertet ſe et affliget vos atqȝ ſubuertet: poſtꝙ̄
vobis preſtiterit bona. Dixitqȝ populus ad Jo
ſue: Nequaꝙ̄ ita vt loqueris erit: ſed domino
ſeruiemus. Et Joſue ad populum: Teſtes in-
quit vos eſtis: quia ipſi elegeritis vobis domi-
num vt ſeruiatis ei. Reſponderuntqȝ: teſtes. F
Nunc ergo ait: Auferte deos alienos de medio
veſtrum: et inclinate corda veſtra ad dominum
deum Jſrael. Dixitqȝ populus ad Joſue: Do-
mino deo noſtro ſeruiemus: et obedientes eri-
mus preceptis eius. Percuſſit ergo Joſue in
die illo fedus: et propoſuit populo precepta at-
qȝ iudicia in Sichem. Scripſit quoqȝ omnia ver De federe
ba hec in volumine legis domini: et tulit lapidē populi ad
pergrandem: poſuitqȝ eum ſubter quercum que dominū ꝑ
erat in ſanctuario domini: et dixit ad omnem po Joſue.
pulum: En lapis iſte erit vobis in teſtimonium
ꝙ audieritis omnia verba domini que locutus
eſt vobis ne forte poſtea negare velitis et menti-
ri domino deo veſtro. Dimiſitqȝ populum ſin-
gulos in poſſeſſionem ſuam. Et poſt hec mor- De morte
tuus eſt Joſue filius Nun ſeruus domini: cen- Joſue.
tum et decem annorum: ſepelieruntqȝ eum in G
finibus poſſeſſionis ſue in Thannathſare que eſt
Sita in monte Ephraim: a ſeptemtrionali par
te montis Gaas. Seruiuitqȝ Jſrael domino cū-
ctis diebus Joſue et ſeniorum: qui longo vixe-
rant tempore poſt Joſue: et qui nouerant om-
nia opera domini que fecerat in Jſrael. Oſſa
quoqȝ Joſeph que tulerant filij Jſrael de Egy- xiiij. qō. ſi. c
pto: ſepelierunt in Sichem in parte agri: quem Hebron.
emerat Jacob a filijs Emor patris Sichem cen
tum nouellis ouibus: et fuit in poſſeſſionem fi-
liorū Joſeph. Eleazar quoqȝ filius Aaron mor
tuus eſt: et ſepelierunt eum in Gabaath Phi-
nees filij eius: que data eſt ei in mōte ephraim.

¶ Explicit liber Joſue.

k

Incipit liber Sophtim quem nos Judicum appellamus.

Capituli. Summariũ. Joſue: mortuo: Judas conſtituitur dux belli cum quo Symeon aſcendit contra Chananeum: de Adonibezech: de terra tradita Caleb: de irriguo duplici: de gẽtib⁹ cũ iſrl' ſub tributo.

Capitulum. j.

A Judas conſtituit dux iſrael q cũ ſymeone prio pugnauit cõ chananeuʒ.

Poſt mortẽ ioſue cõſuluerunt filij iſrael dñm dicẽtes. Quis aſcendet ante nos contra chananeuʒ: ⁊ erit dux belli ? Dixitq; dominus: Judas aſcendet: ecce tradidi terraʒ in manu eius. Et ait Judas Symeoni fratri ſuo: Aſcende mecũ in ſortẽ meã: ⁊ pugna contra Chananeum vt et ego pergam tecũ in ſortẽ tuã. Et abijt cũ eo Symeon. Aſcenditq; Judas ⁊ tradidit dominus Chananeum ac Phereʒeum in manus eorum: et percuſſerunt in Bezech decem milia viroꝝ. Jnuenerũtq; Adonibezech: in Bezech: ⁊ pugnauerunt contra eum ac percuſſerunt Chananeum ⁊ Phereʒeum. Fugit autem Adonibezech: quem perſecuti comprehenderunt: ceſis ſummitatibus manuum eius ac pedum. Dixitq; Adonibezech: Septuaginta reges amputatis manuuʒ ac pedum ſummitatibus colligebant ſub menſa mea ciborum reliquias: ſicut feci ita reddidit mihi dominus. Adduxeruntq; eum in Hieruſalem: et ibi mortuus eſt. Oppugnantes ergo filij Juda Hieruſalem: ceperunt eam: et percuſſerunt in ore gladij: tradentes cunctã incendio ciuitatem. Et poſtea deſcendẽtes pugnauerunt contra Chananeum qui habitabat in montanis ⁊ ad meridiem in campeſtribus: pergenſq; iudas contra chananeuʒ qui habitabat in Ebron: cuius nomen fuit antiquitus Cariatharbe: percuſſit Seſai ⁊ Haimam ⁊ Tholmai: atq; inde profectus abijt ad habitatores Dabir: cuius nomen vetus erat Cariathſepher: id eſt ciuitas litterarum. Dixitq; Caleb: Qui percuſſerit Cariathſepher ⁊ vaſtauerit eam: dabo ei Axam filiam meam vxorem. Cumq; cepiſſet eam Othoniel filius Cenez frater Caleb minor dedit ei Axam filiam ſuam coniugem.

De morte Adonibezech ceſis manibus.

B

De oppugnatiõe hieruſalem et aliarũ ciuitatum.

Joſue. xv. c

C .Paral'. ij. a.

De terra Caleb.

Quam pergentem in itinere monuit vir ſuus vt peteret a patre ſuo agrum. Que cum ſuſpiraſſet ſedens in aſino: dixit ei Caleb: Quid habes ? At illa reſpondit. Da mihi benedictioneʒ: quia terram arentem dediſti mihi: da ⁊ irriguam aquis. Dedit ergo ei Caleb irriguum ſuperius ⁊ irriguum inferius. Filij autem Cinei cognati Moyſi aſcenderunt de ciuitate palmarum cum filijs Juda in deſertũ ſortis eius quod eſt ad meridiem Arath: ⁊ habitauerunt cum eo. Abijt autem Judas cum Symeone fratre ſuo: ⁊ percuſſerũt ſimul Chananeũ qui habitabat in Sephat ⁊ interfecerũt eum. Vocatumq; eſt nomen vrbis Horma: id eſt Anathema. Cepitq; Judas Gaʒan cum finibus ſuis: ⁊ aſcalon em atq; accaron cũ terminis ſuis. Fuitq; dñs cũ Juda: ⁊ mõtana poſſedit: nec potuit delere habitatores vallis: quia falcatis curribus abundabant. Dederuntq; Caleb Hebron ſicut dixerat Moyſes: qui deleuit ex ea tres filios Enach: Hiebuſeum autem habitatorem Hieruſalem non deleuerunt filij Beniamin: habitauitq; Hiebuſeus cum filijs Beniamin: in Hieruſalem vſq; in preſentem diem. Domus quoq; Joſeph aſcendit in Bethel: fuitq; dominus cum eis: nam cum obſiderent vrbẽ que prius Luʒa vocabatur: viderunt hominem egredientem de ciuitate: dixeruntq; ad eum: oſtende nobis introitum ciuitatis: ⁊ faciemus tecum miſericordiam. Qui cum oſtendiſſet eis: percuſſerunt vrbem in ore gladij: hominem autem illum et omnem cognationem eius dimiſerunt. Qui dimiſſus abijt in terram Ethim: ⁊ edificauit ibi ciuitatem vocauitq; eam Luʒam que ita appellatur vſq; in preſentem diem. Manaſſes quoq; nõ deleuit Bethſam ⁊ Tanach cum viculis ſuis: et habitatores Dor ⁊ Jeblaam ⁊ Mageddo cũ viculis ſuis: Cepitq; Chananeus habitare cũ eis. Poſtq̃ autem confortatus eſt Jſrael fecit eos tributarios ⁊ delere noluit. Ephraim etiam non interfecit Chananeum qui habitabat in Gaʒer: ſed habitauit cum eo. Zabulon non deleuit habitatores Cethron ⁊ Naalon: ſed habitauit Chananeus in medio eius: factus eſt ei tributarius. Aſſer quoq; non deleuit habitatores Accho ⁊ Sidonis Alab ⁊ Achaʒib ⁊ Amma ⁊ Aphech ⁊ Roob: habitauitq; in medio Chananei habitatores illius terre: nec interfecit eum. Neptalim quoq; non deleuit habitatores Bethſemes ⁊ Bethanath: ⁊ habitauit inter Chananeum habitatoreʒ terre. fueruntq; in bethſemithe ⁊ Bethanite tributarij. Artauitq; Amorreus filios Dan in monte nec dedit eis locum vt ad planiora deſcenderent: habitauitq; in monte hares quod interpretatur teſtatio in hailon ⁊ ſalabim. Et aggrauata eſt manus domus Joſeph: factuſq; eſt tributarius. Fuit autem terminus amorrei: ab aſcenſu ſcorpionis petra ⁊ ſuperiora loca.

D

Joſue g.

E

F

De p[...] lis trib[...] rijs J[...] ⁊ non d[...] tis.

G

¶ Capitu. Sũma. ¶ Mittitur angelus ad locum flentium peccat Iſrael ꝛ traditur hoſtibus: penitet ꝛ liberatur. Capitulum. ij.

a De miſſione angeli ad increpandũ Iſrael.

A Scenditqꝫ angelus domini de galgalis ad locũ flentium: ꝛ ait. Eduxi vos de Egypto et introduxi in terraꝫ pro qua iuraui patribus veſtris et pollicitus ſum vt non facerem irritum pactum meum vobiſcũ in ſempiternum: ita dumtaxat vt nõ feriretis fedus cum habitatoribus terre huius ꝛ aras eorũ ſubuerteretis: ꝛ noluiſtis audire vocem meam.
D Cur hoc feciſtis. Quamobrem nolui delere eos a facie veſtra: vt habeatis hoſtes: ꝛ dij eorũ ſint vobis in ruinam. Cumqꝫ loquereť angelus dñi
Iu. vij. b. hec verba ad omnes filios Iſrael: eleuauerũt vocem ſuam ꝛ fleuerunt. Et vocatum eſt nomen loci illius locus flentium ſiue lachrymarũ: immolaueruntqꝫ ibi hoſtias dño. Diuiſit ergo Joſue populum: ꝛ abierunt filij Iſrael vnuſquiſqꝫ in poſſeſſionem ſuam vt obtinerent eam: ſeruieruntqꝫ
E domino cunctis diebus eius ꝛ ſeniorum qui longo poſt eum vixerunt tempore. et nouerant om
B nia opera domini que fecerat cum Iſrael. Mortuus eſt autem Joſue filius Nun famulus Domini centum ꝛ decem annorum: ꝛ ſepelierunt eũ in finibus poſſeſſionis ſue in Thannathſare in
De monte Joſue. monte Ephraim a ſeptemtrionali plaga montis Gaas. Omniſqꝫ illa generatio congregata eſt ad patres ſuos: ꝛ ſurrexerunt alij qui non nouerunt dominum ꝛ opera que fecerat cum Iſrael.
iij. Re. xvi. a. Feceruntqꝫ filij Iſrael malum in conſpectu domini: ꝛ ſeruierunt Baalaim: ac dimiſerunt dominum deum patrum ſuorum qui eduxerat eos de terra Egypti: ꝛ ſecuti ſunt deos alienos. deos quoqꝫ populorum qui habitabant in circuitu eorum: ꝛ adorauerunt eos: ꝛ ad iracundiam concitauerunt dominum dimittentes eum ꝛ ſeruien-
C De punitione Iſrl' ꝓpt idolatriam. tes Balaal et Aſtaroth. Iratuſqꝫ domin⁹ contra Iſrael tradidit eos in manus diripientiũ qui ceperunt eos ꝛ vndiderunt hoſtibus qui habitabant per gyrum: nec potuerunt reſiſtere aduerſarijs ſuis: ſed quocunqꝫ pergere voluiſſent manus domini ſuper eos erat: ſicut locutus eſt ꝛ iurauit eis: ꝛ vehementer afflicti ſunt. Suſcitauitqꝫ dominus iudices qui liberarent eos de vaſtantium manibus: ſed nec eos audire voluerunt: fornicantes cum dijs alienis ꝛ adorantes eos. Cito deſeruerunt viam per quam ingreſſi fuerant patres eorum: ꝛ audientes mandata domini omnia fecerunt contraria. Cumqꝫ dominus iudices
D ſuſcitaret: in diebus eorum flectebatur miſericordia ꝛ audiebat afflictorum gemitus ꝛ liberabat eos de cede vaſtantium. Poſtqꝫ autem mortuus eſſet iudex reuertebantur et multo faciebant maiora qꝫ fecerant patres eorum: ſequentes deos alienos ſeruienteſqꝫ eis ꝛ adorantes illos. Non dimiſerunt adinuentiones ſuas ꝛ viam duriſſimam per quam ambulare conſueuerant. Iratuſqꝫ eſt furor domini in Iſrael: et ait. Quia irritum fecit gens iſta pactum meum qꝫ pepigeram cum patribus eorum ꝛ vocem meam audire contempſit: ego non delebo gentes quas dimiſit Joſue: ꝛ mortuus eſt vt in ipſis experiar iſrael vtrum cuſtodiat viam domini ꝛ ambulent in ea ſicut cuſtodierunt patres eorum: an non. Dimiſit ergo dñs omnes nationes has ꝛ cito ſubuertere noluit nec tradidit in manus Joſue.

¶ Capituli. Summarium. ¶ Dominantur gentes derelicte ad exercitandum Iſrael: ſed et ipſi cum eis connubia iungunt: traduntur autẽ Iſraelite in manus Chuſanraſathaim regis meſopotamie octo annis: quos liberat Othoniel: poſt hoc premit eos Eglon rex Moab decem et octo annis: quos liberat Aioth: poſt hunc Sangar filius Anath defendit Iſrael percutiens ſexcentos vomere. Capitulum. iij.

a De gẽtib⁹ dimiſſis in terra pmiſſionis ad pbãdũ Iſrl'.

H Eſunt gentes quas dñs dereliquit vt erudiret in eis Iſraelem ꝛ oẽs qui nõ nouerant bella Chananeorum: et poſtea diſcerent filij eorũ certare cũ hoſtibus ꝛ habere conſuetudinem preliãdi quinqꝫ ſatrapas Philiſtinorũ: omnemqꝫ Chananeuꝫ ꝛ Sidonium atqꝫ Eueũ qui habitabãt in monte Libano de monte Baal hermon vſqꝫ ad introituꝫ Emath. Dimiſitqꝫ eos vt in ipſis experireť Iſraelem: vtrum audirent mãdata domini que preceperat patribus eorũ per manũ Moyſi: an nõ. Itaqꝫ filij Iſrael habitauerunt in medio Chananei ꝛ Ethei ꝛ Amorrei ꝛ Pherezei ꝛ Euei et Jebuſei: ꝛ duxerunt vxores filias eorũ: ipſiqꝫ filias ſuas filijs eorum tradiderũt ꝛ ſeruierũt dijs eorum. Feceruntqꝫ malum in conſpectu domini ꝛ obliti ſunt dei ſui: ſeruientes Baalim et Aſtaroth. Iratuſqꝫ contra Iſrael Dominus tradi-
B dit eos in manus Chuſanraſathaim regis Meſopotamie: ſeruieruntqꝫ ei octo annis. Et clamauerunt ad Dominum qui ſuſcitauit eis ſaluatorem: et liberauit eos Othoniel: videlicet filium Cenem fratrem Caleb minorem: fuitqꝫ in eo ſpiritus Domini: ꝛ iudicauit Iſrael. Egreſſuſqꝫ eſt ad pugnam: et tradidit dominus in manus eius Chuſanraſathaim regem Syrie: ꝛ oppreſſit eum. Quieuitqꝫ terra quadraginta annis: et mortuus eſt Othoniel filius Cenem. Addiderunt autem filij Iſrael facere malum in conſpectu Domini: qui confortauit aduerſum eos Eglon regem Moab: quia fecerunt malum in conſpectu eius. Et copulauit ei filios Ammon et Amalech: Abijtqꝫ et percuſſit Iſrael atqꝫ poſſedit vrbem palmarum. Seruieruntqꝫ filij Iſrael Eglon regi Moab decem et octo annis: ꝛ poſtea clamauerũt ad Dominum. Qui ſuſcitauit eis ſaluatorem vocabulo Aioth: filium Gera filij Jemini: qui vtraqꝫ manu

Liberatur p acta pnia per Othoniel ducem.

pro dextera vtebatur. Miſeruntq; filij Jſrael
per illum munera Eglon Regi Moab. Qui
fecit ſibi gladium accipitem habentem in me-
C dio capulum longitudinis palme manus et ac-
cinctus eſt eo ſubter ſaguꝫ in dextro femore. Ob
tulitq; munera Eglon regi Moab: erat autem
Eglon craſſus nimis Cumq; obtuliſſet ei mune
ra: proſecutus eſt ſocios qui cum eo venerant et
reuerſus in Galgalis vbi erant idola: dixit ad re
gem. Verbum ſecretum habeo a te O rex. Et il-
le imperauit ſilentium. Egreſſiſq; omnibus qui
circa eū erant: ingreſſus eſt Aioth ad euꝫ. Sede
bat autem in eſtiuo cenaculo ſolus dixitq;. Ver-
bum dei habeo ad te: Qui ſtatiꝫ ſurrexit de thro
no. Extenditq; Aioth ſiniſtram manum et tu-
lit ſiccam de dextro femore ſuo: infixitq; eā in vē
trem eius tam valide vt capulus ſequeretur fer
rum in vulnere: ac pinguiſſimo adipe ſtringere-
tur. Nec eduxit gladium: ſed ita vt percuſſerat
reliquit in corpore: ſtatimq; per ſecreta nature
alui ſtercora proruperunt. Aioth autem clauſis
diligentiſſime oſtijs cenaculi et obfirmatis ſera
per poſticum egreſſus eſt. Seruiq; regis ingreſ-
ſi viderunt clauſas fores cenaculi atq; dixerunt:
D Forſitam purgat aluum in eſtiuo cenaculo. Ex
pectanteſq; diu donec erubeſcerent: et videntes
ꝙ nullus aperiret tulerunt clauem et aperiētes
inuenerunt dominum ſuum in terra iacentem:
mortuum Aioth autem dum illi turbarentur ef-
fugit et pertranſit locum idolorum vnde reuer
ſus fuerat. Venitq; in Seirath: ⁊ ſtatim inſonu
it buccina in monte Ephraim: deſcenderuntq;
cum eo filij Jſrael ipſo in fronte Gradiēte. Qui
dixit ad eos: Sequimini me Tradidit eniꝫ domi
nus inimicos nr̄os Moabitas in manꝰ noſtras
Deſcenderuntq; poſt eum ⁊ occupauerūt vada
Jordanis que tranſmittunt in Moab: et non di
miſerunt tranſire quēꝙ: ſed percuſſerunt Moa
bitas in tempore illo Circiter decem milia: om-
nes robuſtos et fortes viros: Nullus eorum eua
dere potuit. Humiliatuſq; eſt Moab in die illo
ſub manu Jſrael: et quieuit terra octoginta an
nis a prelijs. Poſt hūc fuit Sagar filius Anath
qui percuſſit De philiſtijm ſex centos viros vo-
mere: et ipſe quoq; defendit Jſrael.

¶ Capituli. Summarium ¶ De delbora pro
phetiſſa et pugna Barach contra Siſaram du-
cem militie Jabin. Siſara A iahel vxore Aber ci-
nei occiditur.

Capitulum. iiij.

A
Punitio
pcti i Iſrael.

Addiderūtq; filij Iſ-
rael facere malum in conſpe-
ctu domini poſt mortē Aioth:
et tradidit illos dominꝰ in ma
nus Jabin regis Chanaā qui
regnauit in Aſor: habuitq; du
cem exercitus ſui nomine Si-
ſaram. Jpſe autem habitabat in Aroſeth genti
um. Clamaueruntq; filij Jſrael ad dominum:
Nongentos enim habebat falcatos currus: et s.h.b.
per viginti annos vehementer oppreſſerat eos. iij.a.
Erat autem Delbora prophetes vxor Lapi- a.
dōth: que iudicabat populum in illo tempore: j.Re.
et ſedebat ſub palma que nomine illius vocaba- De d
tur: inter Rama et Bethel in monte Ephraim: pphe
aſcendebantq; ad eam filij Jſrael in omne iudici iudice
um. Que miſit et vocauit Barach filium Abino el.
em de cedes Neptalim: Dixitq; ad eum: Pre-
cepit tibi dominus deus Jſrael: Vade deſcende
et duc exercitum in montem Thabor tolleſq; te- mitti
cum decem milia pugnatorum de filijs Nepta ſina.
lim et de filijs Zabulon. Ego auteꝫ adducam ad
te in loco torrentis ciſon Siſaram principē exer
citus Jabin et currus eius atq; omnem multi-
tudinem: et tradam eos in manus tua. Dixitq;
ad eam Barach: Si venis mecum: vadam: ſi no
lueris venire mecum non pergam. Que dixit ad
eum: Jbo quidem tecum: ſed in hac vice victo-
ria non reputabitur tibi: quia in manu mulieris
tradetur Siſara: Surrexit itaq; Delbora et
perrexit cum Barach in cedes. Qui accerſiti Za B
bulon et Neptalim aſcendit cum decem milibꝰ
pugnatorum habens Delborā in comitatu ſuo.
Aber autem cineus receſſerat quidem a cete-
ris cineis fratribꝰ filijs ſuis Obab cognati Moy
ſi: et tetenderat tabernacła vſq; ad vallem que
vocatur Senni: et erat iuxta cades. Nunciatū
q; eſt Siſare ꝙ aſcendiſſet Barach filius Abino
em in montem Thabor cum Delbora: et cōgre
gauit nongentos Falcatos Currus: et omneꝫ
exercitum de Aſceroth gentium ad Torrentem
Ciſon. Dixitq; Delbora ad Barach. Surge
hec eſt enim dies in qua tradidit dominus Si-
ſaram in manus tuas. En ipſe Ductor eſt tuus. C
Deſcendit itaq; Barach de monte Thabor: et
deceꝫ milia pugnatorum eum eo. Perterruitq;
dominus Siſaram et omnes Currus eius: vni-
uerſamqꝫ multitudiuem in ore gladij ad conſpe-
ctum Barach: in tantum vt Siſara de curru de
ſiliens pedibus fugeret: et Barach peſequere-
tur fugientes currus ⁊ exercitū vſqꝫ ad Aroſeth
gentiū ⁊ oīs hoſtiū multitudo vſq; ad internitio De m
neꝫ caderet Siſara autē fugiēs peruenit ad ten ſiſare.
toriū Jahel vxoris Aber cinei. Erat autē pax in
ter Jabin regē Aſor: ⁊ domuꝫ Aber cinei. Egreſ
ſa igitur Jahel in occurſum Siſare dixit ad euꝫ.
Intra ad me dn̄e mi ne timeas qui ingreſſus ta
bernaculū eius ⁊ opertus ab ea pallio: dixit ad
eam. Da mihi obſecro paululum aque: q: ſitio D
valde. Que aperuit vtreꝫ lactis ⁊ dedit ei bibere
et operuit illum. Dixitqꝫ Siſara ad eā. Sta ſan-
te oſtium tabernaculi ⁊ cum venerit aliquis in-
terrogans te ⁊ dicens. Nunquid hic eſt aliquis.
Reſpōdebis. Nullus eſt. Tulit itaqꝫ Jahel vxor
Aber clauum tabernaculi: aſſumens pariter et
Malleum: et ingreſſa abſcondite et cum ſilentio
poſuit ſupra tempus capitis eius clauuꝫ percuſ
ſumqꝫ Malleo defixit in cerebrum vſqꝫ ad ter-
ram qui ſoporem mortis ſocians defecit: et mor
tuꝰ eſt. Et ecce barach ſequēs Siſarā veniebat

tiſſ.q.c.re mittunt.ſ. cum ergo.

egreſſaq; Jahel in occurſum eius dixit ei. Ueni et oſtendam tibi virum quem queris. Qui cum intraſſet ad eam: vidit Siſaram iacentem mortuum et clauum infixum in tempore eius. Humiliauit ergo deus in die illo Jabin regem Chanaan corã filiis Iſrael qui creſcebant quotidie et forti manu opprimebant Jabin regem Chanaan donec delerent eum.

Capituli Sũma. De cantico qđ cecinerunt delbora et barach poſt victoriam. Ca.v.

A Cãticũ delbore obtenta victoria.

Cecineruntq; Delbora et Barach filius Abinoẽ in illo die dicentes. Qui ſponte obtuliſtis de Iſrael animas veſtras ad periculum benedicite domino. Audite reges auribus pcipite principes. Ego ſum: ego ſum qui domino canam pſallam domino deo Iſrael. Domine cum exires de Seir et tranſires per regiones Edom: terra mota eſt celiq; ac nubes diſtillauerunt aquis. Mõtes fluxerũt a facie domini: et Sinai a facie domini dei Iſrael. In diebus Sangar filii Anath in diebus Jahel quieuerunt ſemite: et qui ingrediebantur per eas ambulauerunt per calles deuios. Ceſſauerunt fortes in Iſrael et quieuerunt donec ſurgeret Delbora: ſurgeret mater in Iſrael. Noua
B bella elegit dominus: et portas hoſtium ipſe ſubuertit. Clypeus et haſta ſi apparuerunt in quadraginta milibus Iſrael. Cor meum diligit principes Iſrael qui propria volũtate obtuliſtis vos diſcrimini benedicite domino. Qui aſcẽdiſtis ſuper nitentes aſinos: et ſedetis ſupra in iudicio: et ambulatis in via loquimini. Ubi colliſi ſunt currus et hoſtium ſuffocatus eſt exercitus: ibi narrentur iuſticie domini: et clementia in fortes Iſrael. Tunc deſcendit populus domini ad portas et obtinuit principatũ. Surge: ſurge Delbora: ſurge ſurge et loquere canticũ. Surge Barach et apprehende captiuos tuos filii Abinoen Saluate ſunt reliquie populi. Dominus in fortibus dimicauit. Ex ephraiz deleuit eos in Amalech et poſt eum ex Beniamin in populos tuos o Amalech. De machir principes deſcenderunt et de Zabulon qui exercitum ducerent ad bellandum. Duces Iſſachar fuere cũ Delbora: et Barach veſtigia ſunt ſecuti: qui quaſi in preceps ac Baratrum ſe diſcrimini dedit. Diuiſo contra ſe
E Ruben: magnanimorum reperta eſt contentio. Quare habitas inter duos terminos vt audias ſibilos gregum. Diuiſo contra ſe Rubẽ: magnãnimorum reperta eſt contentio. Gad trans Jordanem quieſcebat: et dan vacabat nauibus. Aſer habitabat in littore maris: et in portubus morabatur. Zabulon vero et Neptalim obtulerunt animas ſuas morti in regione morome. Uenerunt reges et pugnauerunt. Pugnauerunt reges Chanaam in Thanne iuxta aquas Mageddeon; et tamen nihil tulere predantes. De celo dimicatum eſt contra eos: ſtelle manentes in ordine et curſu ſuo aduerſus Siſaram pugnauerunt. Torrens ciſon traxit cadauera eorum: torrens cadumini torrens ciſon. Conculca anima mea robuſtos. Ungule equorum ceciderunt fugientibus impetu: et per preceps ruentibus fortiſſimis hoſtium. Maledicite terre Merom: di- D
xit Angelus domini: maledicite habitatoribus eius quia non venerunt ad auxiliũ domini adiutorium fortiſſimorum eius. Benedicta inter mulieres Jahel vxor Aber cinei vt benedicatur in tabernaculo ſuo. Aquam petenti lac dedit: et in Phiala principum obtulit Butyrum. Siniſtrã manum miſit ad clauum: et dexteram ad fabrorum Malleos: percuſſitq; Siſaram querens in capite vulneri locum et tempus valide perforãs inter pedes eius Ruit defecit et Mortuus eſt. Uoluebatur ante pedes eius: et iacebat exanimis et miſerabilis ber feneſtram reſpiciens vlulabat mater eius: et de cenaculo loquebatur. Cur moratur regredi currus eius: quare tardauerũt pedes Quadrigarum illius vna ſapientior ceteris vxoribus eius: hec ſocrui verba reſpondit. Forſitan nunc diuidit ſpolia: et pulcherrima feminarum eligitur ei: Ueſtes diuerſorum colorũ Siſare traduntur in predam: et ſupellex varia ad ornanda colla congeritur. Sic pereãt omnes inimici tui domine: qui autem diligũt te: ſicut ſol in ortu ſuo ſplẽdet: ita rutilent. Quieuitq; terra per quadraginta annos.

Capituli Summarium. Iſrael a Madian opprimitur: de Gedeone et ſacrificio eius: de Ara Baal deſtructa: de ſigno dato in vellere. Capitulum. vi.

Fecerunt autem filii Iſrael malum in conſpectu domini: qui tradidit illos in manu Madiam ſeptem annis et oppreſſi ſunt valde ab eis. Feceruntq; ſibi Antra et ſpeluncas in mõtibus: et munitiſſima ad repugnandum loca. Cumq; ſeuiſſet Iſrael: aſcendebat Madian et Amalech ceteriq; Orientalium nationum et apud eos figentes tẽtoria: ſicut erant in Herbis cuncta vaſtabant vſq; ad introitum Gaze: nihilq; omnino ad vitam pertinens relinquebãt in Iſrael. Nõ oues: non boues: non aſinos. Ipſi enim et vniuerſi greges eorum veniebant cum tabernaculis ſuis: et inſtar locuſtarum vniuerſa complebant: innumera multitudo hominum et Camelorum quicquid tetigerant deuaſtantes. Humiliatuſq; eſt Iſrael valde in conſpectu Madian. Et clama- B
uit ad dominum poſtulans auxiliũ contra Madianitas. Qui miſit ad eos virum prophetam et locutus eſt. Hec dixit dominus deus Iſrael. Ego vos feci conſcendere de Egypto: et eduxi vos de domo ſeruitutis: liberaui de manu Egyptio-

A Iſrael liberatura madia3.ſ.ii.b. et.iii.a.et iiii.a.

rum et omnium inimicoꝝ qui affligebant vos
Eieciq; eos ad introitum veſtrum: et tradidi vo
bis terram eoꝝ vt dixi. Ego dominus deus ve
ſter. Ne timeatis deos Amorreoꝝ in quoꝝ terra
ra habitatis. Et noluiſtis audire vocem meam.
Venit autem Angelus domini ⁊ ſedit ſub quer-
cu que erat in Ephra: ⁊ pertinebat ad Joas pa-
trem familie Ezri. Cūq; Gedeon filius eius ex-
cuteret atq; purgaret frumēta in torculari vt fu
geret Madiā apparuit ei angelus domini ⁊ ait.
Dominꝰ tecū viroꝝ fortiſſime. Dixitq; ei Ge-
deon. Obſecro mi domine: ſi dominus nobiſcū
eſt cur ergo apprehenderūt nos hec omnia. Ubi
ſunt mirabilia eius que narrauerunt patres no
ſtri atq; dixerūt de Egypto eduxit nos dominꝰ.
Nunc autē dereliquit nos dominus et tradidit
in manu Madian. Reſpexitq; ad eum dominus
et ait. Uade in hac fortitudine tua ⁊ liberabis iſ-
rael de manu Madiā. Scito ꝙ miſerim te. Qui
reſpōdens ait. Obſecro mi domine in quo libera
bo Iſrael Ecce familia mea infima eſt in Ma-
naſſe ⁊ ego minimus in domo patris mei. Dixit
q; ei dominus. Ego ero tecum: ⁊ percuties Ma
dian quaſi vnū virum. Et ille. Si inueni inquit
gratiam coram te: da mihi ſignum ꝙ tu ſis qui
loqueris ad me. Ne recedas hic donec reuertar
ad te portans ſacrificium ⁊ offerens tibi. Qui re
ſpondit. Ego preſtolabor aduentum tuum. In-
greſſus eſt itaq; Gedeon ⁊ coxit hedū ⁊ de fari
ne modio azimos panes: carneſq; ponens in ca-
niſtro: et ius carnium mittens in ollā: tulit om
nia ſub quercu et obtulit ei. Cui dixit Angelus
domini. Tolle carnes ⁊ azimos panes ⁊ pone ſu-
pra petrā illā et ius deſuper funde. Cūq; feciſ-
ſet ita extendit Angelus domini ſummitatē vir
ge quam tenebat in manu ⁊ tetigit carnes et pa
nes azymos: aſcenditq; ignis de petra et carnes
azymoſq; panes conſumpſit angelus autē domi
ni euanuit ex oculis eius. Uidenſq; Gedeon ꝙ
eſſet angelus domini: ait. Heu mi domine deus:
quia vidi angelum dei facie ad faciē. Dixitq; ei
dominus. Pax tecum Ne timeas nō morieris.
Edificauit ergo ibi Gedeon altare domino: vo-
cauitq; illud domini pax vſq; ad preſentem diē.
Cumq; adhuc eſſet in ephra que eſt familie Ezri
nocte illa dixit dominus ad eum. Tolle taurū pa
tris tui ⁊ alterum taurū annorum ſeptē: deſtru
eſq; Aram Baal que eſt patris tui: et Nemus
quod circa Aram eſt ſuccide et edificabis altare
domino deo tuo in ſummitate petre huiꝰ: ſuper
quam ante ſacrificium poſuiſti: tolleſq; taurum
ſecundum et offeres holocauſtum ſuper ſtruem
lignorum que de nemore ſuccideris. Aſſumptis
ergo Gedeon decem viris de ſeruis ſuis: fecit ſi
cut preceperat ei dominus. Timens autem do-
mum patris ſui et hoīes illius ciuitatis: per diē
noluit facere: ſed omnia nocte compleuit. Cum
q; ſurrexiſſent viri opidi eius mane viderunt de
ſtructam Aram Baal: lucumq; ſucciſum et tau
rum alterum impoſitū ſuper altare quod tunc
edificatum erat. Dixeruntq; adinuicem. Quis
hoc fecit. Cumq; perquirerent auctorem facti:
dictum eſt Gedeon filius Joas fecit hec omnia.
et dixerunt ad Joas. Produc filium tuum huc
vt moriatur: quia deſtruxit Aram Baal et ſucci
dit nemus. Quibus ille reſpondit Nunquid vl-
tores eſtis Baal vt pugnetis pro eo qui aduerſa
rius eſt eius moriatur anteq̄ lux craſtina veniat
Si deus eſt: vindicet ſe de eo qui ſuffodit Aram
eius. Ex illo die vocatus eſt Gedeon Hieroba-
al: eo ꝙ dixiſſet Joas vlciſcatur ſe de eo Baal:
qui ſuffodit Aram eius. Igitur omnis Madian
et Amalech ⁊ orientales populi congregati ſunt
ſimul: et tranſeuntes Jordanē caſtrametati ſūt
in valle Jezrael. Spiritus autem domini induit
Gedeon qui: clangens buccina cōuocauit domū
Abiezer vt ſequeretur ſe. Miſitq; nūcios in vni
uerſum Manaſſen: qui et ipſe ſecutus eſt eum.
Et alios nuncios in Aſer et Zabulon et Nepta
lim qui occurrerunt ei. Dixitq; Gedeon ad do
minum. Si ſaluum facias per manum meam po
pulum Iſrael ſicut locutus es, ponā hoc vellus
lane in Area. Si ros in ſolo vellere fuerit ⁊ in om
ni terra ſiccitas: ſciam ꝙ per manū meam ſicut
locutus es: liberabis Iſrael. Factumq; eſt ita.
et nocte conſurgens expreſſo vellere conchā ro
re impleuit. Dixitq; rurſus ad dominū. Ne ira
ſcatur furor tuus contra me: ſi adhuc ſemel ten-
tauero ſignum querens in vellere: oro vt ſolum
vellus ſiccū ſit et oīs terra rore madēs. Fecitq;
dominus nocte illa vt poſtulauerat: et fuit ſicci-
tas in ſolo velere: et ros in omni terra.

Ca. Sūma. De probatiōe ppli ad aquas de ſomnio narrato in caſtris madiā: lagenis vacuis comploſis in lucernis in medio lampadarum et tubis: de Oreb et Zeb: interfectis ab Ephraim. Capitulum. vij.

Git Hierobaal qui
et Gedeon de nocte cōſurgēs
et omnis populus cū eo venit
ad fontem qui vocatur Arad.
Erant autem caſtra Madian
in valle ad ſeptemtrionalē pla
gā collis excelſi. Dixitq; dñs
ad Gedeon. Multus tecū eſt ppl's: nec tradet
Madiā in manꝰ eius: ne glorietur cōtra me Iſrael
et dicat: meis viribꝰ liberatus ſum. Loquere ad
ppl'm ⁊ cūctis audientibꝰ pdica. Qui formidolo-
ſus ⁊ timidus eſt reuertatur. Receſſerūtq; de mon
te galaad ⁊ reuerſi ſūt ex ppl'o vigintiduomilia
viroꝝ: ⁊ tantū decem milia remāſerunt Dixitq;
dñs ad Gedeon. Adhuc ppl's multus eſt. Duc
eos ad aquas ⁊ ibi probabo illos: ⁊ de quo dixero
tibi vt tecum vadat ipſe pergat quem ire prohi-
buero reuertatur. Cūq; deſcēdiſſet ppl's ad aquas
dixit dñs ad Gedeon. Qui manu ⁊ lígua lābue-
rint aquas ſicut ſolent canes lābere ſepabis eos
ſeorſū: qui aūt curuatis genibus biberint in al-
tera pte erūt. Fuit itaq; numerꝰ eoꝝ q manu ad

De gedeō duce cui apparuit āgelus.

De ſacrificio gedeōis ⁊ altari.

Gedeō [no]minat[ur hie]robaal.

De v[ellere] gedeō[nis] ſignu[m vi]ctorie.

Eligi[tur] bellu[m] ...

os proijcientes aquas lambuerāt trecenti viri: omnis autem reliqua multitudo flexo poplite bi berat. Et ait dñs ad Gedeon. In trecentis viris qui lambuerunt aquas liberabo vos ꝛ tradaꝫ in manu tua Madian: omnis autem reliqua multi
E tudo reuertatur in locum ſuum. Sumptis itaq̧ pro numero cibarijs ꝛ tubis: omneꝫ reliquā mul titudinem abire precepit ad tabernacula ſua: et ipſe cum trecentis viris ſe certamini dedit. Ca ſtra autem Madian erant ſubter valle. Eadē no cte dixit dñs ad eum. Surge ꝛ deſcende in caſtra quia tradidi eos in manu tua. Si autem ſolus ire formidas: deſcendet tecum phara puer tuus. Et cum audieris quid loquantur tunc conforta buntur manus tue ꝛ ſecurior ad oſtium caſtra de ſcendes. Deſcendit ergo ipſe ꝛ Phara puer ei9 in partem caſtrorum vbi erant armatorum vigi lie. Madian autem ꝛ Amalech ꝛ omnes orienta
D les populi fuſi iacebant in valle vt locuſtarū mul titudo. Camelli autem innumerabiles erant ſi cut arena que iacet in littore maris. Cumq̧ ve niſſet Gedeon narrabat aliquis ſomnium proxi mo ſuo: ꝛ in hunc modum referebat quod vide rat. Vidi ſomnium: ꝛ videbatur mihi quaſi ſubci nericius panis ex hordeo volui: ꝛ in caſtra Ma dian deſcendere. Cumq̧ perueniſſet ad taberna culum percuſſit illud atq̧ ſubuertit ꝛ terra fun ditus coequauit. Reſpondit is cui loquebatur. Nō eſt hoc aliud niſi gladi9 Gedeonis filij Joas viri Iſraelite. Tradidit enim dñs in manus eius Madian: ꝛ omnia caſtra eius. Cū q̧ audiſſet ge
E deon ſomnium ꝛ interpretationeꝫ eius. adorauit ꝛ reuerſus eſt ad caſtra Iſrael: ꝛ ait. Surgite tra didit eñi dñs in manus noſtras caſtra Madian. Diuiſitq̧ trecētos viros in tres partes: ꝛ dedit tubas in manibus eoꝝ: lagenaſq̧ vacuas ac lam padas in medio lagenaruꝫ: Et dixit ad eos. Qđ me facere videritis hoc facite. Ingrediar partes caſtrorum: ꝛ quod fecero ſectamini. Quādo per ſonuerit tuba in manu mea: vos q̧ per caſtrorū circuitum clangite ꝛ conclamate dño ꝛ Gedeo ni. Ingreſſuſq̧ eſt Gedeō ꝛ trecēti viri qui erāt cum eo in partem caſtroꝝ incipiētib9 vigilijs no
F ctis medie: ꝛ cuſtodibus ſuſcitatis ceperunt bu cinis clangere ꝛ cōplodere inter ſe lagenas. Cūq̧ per gyrum caſtrorū in tribus perſonarent lo cis ꝛ hydrias confregiſſent: tenuerunt ſiniſtris manus lampades ꝛ dextris ſonantes tubas: cla maueruntq̧ gladius domini ꝛ Gedeonis: ſtan tes ſinguli in loco ſuo per circuitum caſtrorū ho ſtilium. Omnia itaq̧ caſtra turbata ſunt: ꝛ voci ferantes, vlulanteſq̧ fugerunt. Et nihilominus inſiſtebant trecenti viri buccinis perſonantes: Immiſitq̧ dominus gladiuꝫ in omnibus caſtris ꝛ mutua ſe cede truncabant: fugientes vſq̧ ad Bethſeca: ꝛ crepidinem abelmeula in Thebath. Conclamantes autem viri Iſrael de Neptalim
G ꝛ Aſer ꝛ omni Manaſſe perſequebantur Madiā ꝛ dedit dominus victoriam populo Iſrael in die illa. Miſitq̧ Gedeon nuncios in omnem mon tem Ephraim dicens. Deſcendite in occurſum Madian ꝛ occupate aquas vſq̧ Bethbera atq̧ iordanem. Clamauitq̧ omnis Ephraim ꝛ pocu pauit aquas atq̧ iordanem vſq̧ bethbera. Appꝫ henſoſq̧ duos viros madian oreb Zeb: interfecit Oreb in petra oreb: Zeb vero in torculari Zeb. Et perſecuti ſunt Madian: capita oreb ꝛ Zeb portā tes ad Gedeon tranſfluenta Jordanis. Eſaie.x.f.

¶ Capituli. Summarium. ¶ Viri Ephraim contra Gedeon inſurgunt Zebee ꝛ Salmana occiſis a Gedeone. De viris Soccoth ꝛ phanuel occiſis: dantur Gedeoni inaures: De ſeptua ginta filijs Gedeonis: ꝛ de abimelech nato de cō cubina: De morte Gedeon.

Capl'm.viij.

Dixeruntq̧ ad eum viri Ephraim. Quid eſt hoc qđ facere voluiſti vt nos non voca res cum ad pugnam pergeres contra Madian iurgantes for titer ꝛ prope vim inferentes. Quibus ille reſpondit. Quid enim tale facere potui quale vos feciſtis. Non ne melior eſt racemus Ephraim vindemijs abie zer: In man9 vr̄as dñi tradidit principes madian Oreb ꝛ Zeb. Quid tale facere potui quale vos fe ciſtis. Qđ cū locutus eſſet requieuit ſpūs eorum quo tumebāt cōtra eū. Cūq̧ veniſſet Gedeō ad iordanem: trāſiuit eū cū trecētis viris qui ſecum
B erant: ꝛ pre laſſitudine fugientes pſequi nō pote rant. Dixitq̧ ad viros Soccoth: Date obſecro panes pp̄lo qui mecū eſt: q2 valde defecerunt vt poſſimus pſequi Zebee ꝛ ſalmana reges madian. Reſpōderunt pncipes Soccoth: Forſitā palme manuum Zebee ꝛ Salmana in manu tua ſunt: et idcirco poſtulas vt demus exercitui tuo panes? Quibus ille ait: Cum ergo tradiderit dñs zebee ꝛ ſalmana in manus meas: ꝛ cum reuerſus fuero victor in pace: conterā carnes veſtras cuꝫ ſpinis: tribuliſq̧ deſerti. Et inde cōſcēdēs venit in pha
C nuel: locutuſq̧ eſt ad viros loci illius ſimilia. Cui ꝛ illi reſponderunt ſicut reſponderant viri Soc coth. Dixit itaq̧ eis. Cuꝫ reuerſus fuero victor in pace: deſtruā turrim hanc. Zebee autem ꝛ ſal mana requieſcebant cū omni exercitu ſuo. Quin decim enim milia viri remāſerāt ex omnibus tur mis orientaliū populorū ceſis centū viginti mili bus bellatorū ꝛ educentiū gladiuꝫ. Aſcendenſq̧ Gedeon per viā eorum qui in tabernaculis mo rabantur ad orientalē parteꝫ nobe ꝛ iecbaa: per cuſſit caſtra hoſtium qui ſecuri erant ꝛ nihil ad uerſi ſuſpicabant. Fugerūtq̧ Zebee ꝛ Salmana quos perſequēs gedeon cōprehēdit turbato om ni exercitu eorum. Reuertenſq̧ de bello ante ſo lis ortum apprehendit pueruꝫ de viris Soccoth interrogauitq̧ eum omnia principum et ſenio
D rum Soccoth: et deſcripſit ſeptuaginta ſeptem viros. Venitq̧ ad ſoccoth ꝛ dixit eis: En zebee ꝛ ſalmana ſuper quibus exprobraſtis mihi dicen

A Ephraim cōmouet ꝫ gedeon9 ſed pacificatur

tes: Forſitā manꝰ zebee ⁊ ſalmana in manibꝰ tuis
ſunt: ⁊ idcirco poſtulas vt demꝰ viris qui laſſi ſūt
⁊ defecerūt panes. Tulit ergo ſeniores ciuitatis ⁊
ſpinas deſerti ac tribulos: ⁊ cōtriuit cuꝫ eis atqꝫ
cōminuit viros Soccoth. Turrim qꝫ Phanuel
E ſubuertit: occiſis habitatoribꝰ ciuitatis. Dixitqꝫ
ad Zebee ⁊ Salmana. Quales fuerunt viri quos
occidiſti in Thabor? Qui rn̄derūt: Similes tui ⁊
vnus ex eis quaſi filius regis. Quibus ille rn̄dit:
Frēs mei fuerūt filij matris mee: Uiuit dn̄s: q2
ſi ſeruaſſetis eos non vos occiderē. Dixitqꝫ Je-
ther primogenito ſuo: Surge ⁊ interfice eos. Qui
non eduxit gladium. Timebat em̄ q2 adhuc puer
erat. Dixeruntqꝫ Zebee ⁊ Salmana: Tu ſurge ⁊
irrue in nos: q2 iuxta etateꝫ Robur eſt hominis.
Surrexit Gedeon ⁊ interfecit Zebee ⁊ Salma-
na. ⁊ tulit ornamēta ac bullas quibus colla rega-
lium camelorū decorari ſolēt. Dixerūtqꝫ oēs viri
Iſrl' conſti Iſrael ad Gedeon: Dominare noſtri tu ⁊ filius
tuūtg edeō tuus ⁊ filius filij tui: q2 liberaſti nos de manu ma
dn̄s cui dāt dian. Quibus ille ait: Nō dominabor veſtri nec
inaures. dominabitur in vos filius meus: ſed dn̄abitur vo
bis dn̄s. Dixitqꝫ ad eos: Unam petitionem po-
ſtulo a vobis: Date mihi inaures ex preda veſtra:
In aures em̄ aureas hiſmaelite habere cōſueue
rant. Qui rn̄derūt: Libentiſſime dabimꝰ. Expan
F dentesqꝫ ſuper terram pallium: proiecerūt in eo
inaures de preda: ⁊ fuit pondus poſtulatarū: in-
aurium: mille ſeptingenti auri ſicli abſqꝫ ornamē
tis ⁊ monilibus et veſte purpurea quibus reges
Madian vti ſoliti erant: ⁊ preter torques aureas
camellorum. Fecitqꝫ ex eo Gedeon Ephot: ⁊ po
ſuit illud in ciuitate ſua Ephra. Fornicatuſqꝫ eſt
omnis Iſrael in eo: ⁊ factum eſt Gedeoni ⁊ om-
ni domui eius in ruinam. Humiliatus eſt autem
Madiam coram filijs Iſrael: nec potuerunt vl-
tra ceruices eleuare: ſed quieuit in terra per qua
draginta annos quibus Gedeon prefuit. Abijt
G itaqꝫ Hieroboal filius Joas ⁊ habitauit in do-
mo ſua: habuitqꝫ ſeptuaginta filioſq́ egreſſi ſunt
de femore eius: eo qꝙ plures haberet vxores. Cō-
cubina autem illius quā habebat in Sichem: ge
nuit ei filium nomine Abimelech. Mortuuſqꝫ eſt
Gedeon filius Joas in ſenectute bona: et ſepul
De morte tus eſt in ſepulchro Joas patris ſui in Ephra de
⁊ ſepultura familia Ezri. Poſtqꝙ autem mortuus eſt Ge-
gedeonis. deon: auerſi ſunt filij Iſrael: ⁊ fornicati ſunt in
Baalim. Percuſſeruntqꝫ cum Baal fedus vt
eſſet eis in deuꝫ nec recordati ſunt domini dei ſui
qui eruit eos de manibus inimicorum ſuoruꝫ om
niumqꝫ per circuitum: nec fecerunt miſericordiā
cum Hieroabaal Geedeon iuxta omnia bona
que fecerat Iſraeli.

Ca. ix. Abimelech fratres ſuos ſeptua-
ginta occidit: Jonathan minimus ſaluat: ad Si
chimitas mittit: de Gaal ⁊ Zebul: ⁊ pugna Abi-
melech contra Gaal in ciuitate Sal ſpargitur:
phanum Berith ſuccenditur Abimelech ciuita
tem Thebes oppugnat viriliter: capiti eius fra-
gmen mole illiſit. Capitulum. ix.

ABijt autem Abime A Abimel
lech filius Hieroboal in Si- filiꝰ Ge
chem ad fratres matris ſue et nis occi
locutus eſt ad eos et ad om- lxx. fra
nem cognationem domus pa excep
tris matriſqꝫ ſue: dicēs Loqui nathā.
mini ad omnes viros Sichem:
Quid vobis eſt melius vt dominentur veſtri ſe-
ptuaginta viri omnes filij Hierobaal: an vt domi
netur vobis vnus vir? Simulqꝫ cōſiderate: quia
os veſtrū et caro veſtra ſum. Locutiqꝫ ſunt fra-
tres matris eius de eo ad omnes viros Sichem
vniuerſos ſermones iſtos: ⁊ inclinauerūt cor eoꝝ
poſt Abimelech: dicentes: Frater noſter eſt. De
deruntqꝫ illi ſeptuaginta pondo argenti de pha-
no Baal berith: Qui conduxit ſibi ex eo viros
inopes ⁊ vagos: ſecutiqꝫ ſunt eum. Et venit in
domū patris ſui in Ephra: ⁊ occidit fratres ſuos
filios Hierobaal ſeptuaginta viros ſuper lapidē Abim
vnum. Remanſitqꝫ Joatham filius Hierobaal cōſti
minimus: ⁊ abſconditus eſt. Congregati ſunt au rex
tem omnes viri Sichem ⁊ vniuerſe familie vrbis ſiue
Melo: abieruntqꝫ ⁊ cōſtituerūt regē Abimelech
iuxta quercū que ſtabat in Sichem. Quod cum
nunciatū ei eſſet Joathan iuit ⁊ ſtetit in vertice
montis Garizim: eleuataqꝫ voce clamauit ⁊ di-
xit. Audite me viri Sichem ita vt audiat vos do B
minus. Jerunt ligna vt vngerent ſuper ſe regeꝫ.
Dixerūtqꝫ oliue impera nobis. Que rn̄dit. Nū
quid poſſum deſerere pinguedinē meā qua ⁊ dij
vtuntur ⁊ homines ⁊ venire vt inter ligna pmo-
uear. Dixeruntqꝫ ligna ad arborem ficū. Ueni ⁊
ſuper nos regnum accipe. Que reſpondit eis nū-
quid poſſum deſerere dulcedinē meam fructuſqꝫ
ſuauiſſimos ⁊ ire vt inter cetera ligna promo-
uear. Locutaqꝫ ſunt ligna ad viteꝫ. Ueni ⁊ impe
ra nobis. Que reſpōdit eis. Nunquid poſſuꝫ de
ſerere vinum meū quod letificat deū ⁊ hoies ⁊ in-
ter cetera ligna promoueri. Dixeruntqꝫ omnia
ligna ad rhamnū. Ueni ⁊ impera ſuper nos. Que
rn̄dit eis. Si vere me regē vobis cōſtituitis: veni
te ⁊ ſub vmbra mea requieſcite. Si autem nō vul
tis: egrediatur ignis de rhamno ⁊ deuoret cedros
libani. Nunc igitur ſi recte ⁊ abſqꝫ peccato cōſti
tuiſtis ſuper vos regē Abimelech: et bene egiſtis
cum Hierobaal ⁊ cū domo eius: ⁊ reddidiſtis vicē
beneficijs eius qui pugnauit pro vobis ⁊ animaꝫ
ſuam dedit periculis vt erueret vos de manu ma
dian. qui nunc ſurrexiſtis contra domum patris
mei: ⁊ interfeciſtis filios eius ſeptuaginta viros
ſuper vnum lapidem: ⁊ conſtituiſtis regē Abime
lech filiuꝫ ancille eius ſuper habitatores Sichē: C
eo qꝙ frater veſter ſit. Si ergo recte ⁊ abſqꝫ vicio
egiſtis cum Jierobaal ⁊ domo eius hodie letami
ni in Abimelech ⁊ ille letetur in vobis. Sin auteꝫ
peruerſe egrediatur ignis ex eo ⁊ conſumat ha-
bitatores Sichem et oppidum mello: egredia-
turqꝫ ignis de viris Sichem ⁊ de oppido mello:
et deuoret Abimelech. Que cum dixiſſet fugit et Sichim
abijt in Bera: habitauitqꝫ ibi ob metum Abime ⁊ abimel

ſe inuicem lech fratris ſui. Regnauit itaqꝫ Abimelech ſu-
occiderunt per Iſrael tribus annis. Miſitqꝫ dominus ſpi-
in punitio ritum peſſimum inter Abimelech ⁊ habitatores
nem homi- Sichem qui ceperunt eum deteſtari: ⁊ ſcelus in-
cidij filiorū terfectionis ſeptuaginta filiorum Hierobaal ⁊ ef-
gedeonis. fuſionem ſanguinis eorum conferre in Abime-
lech fratrem ſuum ⁊ inter ceteros Sichimorum
principes qui eum adiuuerant. Poſueruntqꝫ in-
ſidias aduerſum eum in ſummitate montium: ⁊
dum illius preſtolarentur aduentum exercebant
latrocinia agentes predas de pretereuntibus.
Nunciatumqꝫ eſt Abimelech: Uenit autē Ga-
D al filius Obed cum fratribus ſuis ⁊ tranſiuit in
Sichimam. Ad cuius aduentum erecti habita-
tores Sichem egreſſi ſunt in agros vaſtantes vi-
neas vuaſqꝫ calcantes: ⁊ factis cantantium cho-
ris ingreſſi ſunt Phanum dei ſui ⁊ inter epulas
⁊ pocula maledicebant Abimelech: clamāte Ga-
al filio Obed. Quis eſt iſte Abimelech ⁊ que eſt
Sichem vt ſeruiamus ei. Nunquid non eſt ip-
ſe filius Hieroboal: et conſtituit principem Zebul
ſeruum ſuum ſuper viros Emor patris Sichem.
Cur ergo ſeruiemus ei. Utinam daret aliquis
populum iſtum ſub manu mea vt auferam de me-
dio Abimelech. Dictumqꝫ eſt Abimelech. Cō-
grega exercitus multitudinem ⁊ veni. Zebul enim
princeps ciuitatis auditis ſermonibus Gaal fi-
lij Abed: iratus eſt valde ⁊ miſit clam ad Abime-
lech nuncios dicens. Ecce Gaad filius Obed ve-
nit in Sichimam cum fratribus ſuis: et oppu-
gnat aduerſum te ciuitatem. Surge itaqꝫ nocte
cum populo qui tecum eſt: ⁊ latita in agro ⁊ pri-
E mo mane oriente ſole: irrue ſuper ciuitatem. Il-
lo autem egrediente aduerſum te cū populo ſuo:
Fac ei quod potueris. Surrexit itaqꝫ Abime-
lech cum omni exercitu ſuo nocte: ⁊ tetendit in-
ſidias iuxta ſichimam in quattuor locis. Egreſ-
ſuſqꝫ eſt Gaal filius Obed: ⁊ ſtetit in introitu por-
te ciuitatis. Surrexit autem Abimelech et om-
nis exercitus cum eo de inſidiarum loco. Cumqꝫ
vidiſſet populum Gaal dixit ad Zebul. Ecce de
montibus multitudo deſcendit: Cui ille reſpon-
dit. Umbras montium vides quaſi capita homi-
num: et hoc errore deciperis. Rurſumqꝫ Gaal
ait. Ecce populus de vmbilico terre deſcendit.
⁊ vnus cuneus venit per viam que reſpicit quer-
cum. Cui dixit Zebul. Ubi eſt nunc os tuum quo
loquebaris quis eſt Abimelech vt ſeruiamus ei.
Nonne hic populus eſt quem deſpiciebas. egre-
dere ⁊ pugna contra eum. Abijt ergo Gaal ex-
pectante Sichimorum populo ⁊ pugnauit con-
tra Abimelech qui perſecutus eſt eum. fugientē
⁊ in vrbem compulit. Cecideruntqꝫ ex parte eius
plurimi vſqꝫ ad portam ciuitatis: et Abimelech
F ſedit in ruma. hebul autem Gaal ⁊ ſocios eius
expulit de vrbe: nec in ea paſſus eſt commora-
ri. Sequenti ergo die egreſſus eſt populus in
campum: quod cum nunciatum eſſet Abime-
lech: tulit exercitum ſuum et diuiſit in tres tur-
mas: tendens inſidias in agris. Uidenſqꝫ quod
egrederetur populus de ciuitate: ſurrexit et ir-
ruit in eo cum cuneo ſuo oppugnans et obſidēs
ciuitatem: due autem turme palantes per cam-
pum aduerſarios perſequebantur. Porro Abi-
melech omni die illo oppugnabat vrbem quam
cepit interfectis habitatoribus eius: ipſaqꝫ de-
ſtructa: ita vt ſal in ea diſpergeret. Quod cum
audiſſent qui habitabant in turre Sichimorum:
ingreſſi ſunt Phanum dei ſui Berith: vbi fedus
cum eo pepigerant: et ex eo locus nomen acce-
perat. qui erat munitus valde. Abimelech quo-
qꝫ audiens viros turris Sichimorum pariter
conglobatos: aſcendit in montem Selmon cum
omni populo ſuo: et arrepta ſecuri preſcidit ar-
boris ramum: impoſitumqꝫ ferens humero di- s.vij.c.
xit ad ſocios. Quod me vidiſtis facere cito faci- G
te. Igitur certatim ramos de arboribus preci- De morte
dentes: ſequebantur ducem. Qui circundan- ſichimitarum
tes preſidium ſuccenderunt: atqꝫ ita factum eſt igne ⁊ fumo
vt fumo ⁊ igne mille hominum necarentur viri pa-
riter. et mulieres habitatorum turris Sichem.
Abimelech autem inde proficiſcens venit ad opi-
dum Thebes quod circundans obſidebat exer-
citu. Erat autem turris excelſa in media ciuita-
te ad quam confugerant ſimul viri ac mulieres
⁊ omnes principes ciuitatis clauſa firmiſſime ia-
nua: et ſuper turris tectum ſtantes per propu-
gnacula. Accedenſqꝫ Abimelech iuxta turrim j.Reg.xj.c.
pugnabat fortiter: ⁊ appropinquans oſtio ignē occiſio abi-
ſupponere nitebatur. Et ecce vna mulier fra- melech.
gmen mole deſuper iaciēs illiſit capiti Abime- j.re.xxxj.b.
lech: et confregit cerebrum eius. Qui vocauit j.paral.x.a.
cito Armigerum ſuum: ait ad eum. Euagina
gladium tuum et percute me: ne forte dicatur
quod a femina interfectus ſim. Qui iuſſa perfi-
ciens interfecit eum. Illo quoqꝫ mortuo omnes
qui cum eo erant de Iſrael reuerſi ſunt in ſedes
ſuas: et reddidit deus malum quod fecerat Abi-
melech contra patrem ſuum: interfectis ſeptua-
ginta fratribus ſuis. Sichimitis quoqꝫ quod
operati erant retributum eſt: et venit ſuper eos
maledictio Ioatham filij Hierobaal

¶ Capituli. Summarium. ¶ De duobus
ducibus Iſrael: Thola ⁊ Iair ⁊ de idolatria fi-
liorum Iſrael: et penitentia. Capitulum. x.

Oſt Abimelech ſur- A
rexit dux in Iſrael Thola filius De Thola
Phua patrui Abimelech vir iudice. viij.
de Iſachar qui habitauit in ſa- in Iſrael.
mir montis Ephraim: ⁊ iudica-
uit Iſrael viginti et tribus an-
nis: mortuuſqꝫ eſt ac ſepultus in
Samir. Huic ſucceſſit Iair Galaadites qui iu-
dicauit Iſrael per viginti ⁊ duos annos: habens Iair iudex
triginta filios ſedentes ſuper triginta pullos aſi- Iſrael.ix.
narum ⁊ principes triginta ciuitatū: que ex nōie
eius ſunt appellati Auothiar: id eſt opida Iair B
vſqꝫ in preſentē diē in terra Galaad. Mortuuſqꝫ s.ij.b.⁊.iij.
eſt Iair ac ſepultus in loco cui eſt vocabulū Ca- a.⁊.iiij.a.vj.
mon. Filij autē Iſrael peccatis veteribus iungen- a.⁊.j.xiij.a.

tẽs noua: fecerẽt malũ in cõſpectu dñi: ⁊ ſeruierũt
idolis Baalim ⁊ Aſtaroth ⁊ dijs Syrie ac Sido
nis ⁊ Moab ⁊ filioꝝ Ammon ⁊ philiſtijm: dimiſe
rũtqꝫ dñm ⁊ nõ coluerũt eũ. Cõtra quos dñs ira
tus tradidit eos in manu philiſthijm ⁊ filioꝝ am-
mon: afflictiqꝫ ſunt ⁊ vehementer oppreſſi ꝑ an-
nos decẽ ⁊ octo oẽs qui habitabãt trãs iordanẽ
in terra Amorrei que eſt in Galaad intantũ vt fi
lij Ammon iordane trãſmiſſo: vaſtarẽt iudam et
Beniamin ⁊ Ephraim. Afflictuſqꝫ eſt Iſrael ni-
C mis. Et clamãtes ad dñm dixerũt. Peccauimꝰ
Filij iſrl' penitꝰ õ idolatria liberã-tur a philiſtinis. tibi: qꝛ dereliq̃mus te dñm deũ nrm: ⁊ ſeruiuimꝰ
Baalim. Quibus locutus eſt dñs. Nunq̃d non
Egyptij ⁊ Amorrei filijqꝫ Ammon ⁊ philiſtijm ſi
donij q̃ꝫ ⁊ abimelech ⁊ Chanaan oppreſſerũt vos
⁊ clamaſtis ad me: ⁊ erui vos de manu eoꝝ. Et ta
men reliquiſtis me: ⁊ coluiſtis deos alienos. Id-
circo nõ addã vt vltra vos liberẽ. Ite ⁊ inuocate
deos quos elegiſtis ipſi vos liberent in tp̃e angu
D ſtie. Dixerũtqꝫ filij Iſrl' ad dñm. Peccauimus
redde tu nobis q̃cquid tibi placet: tm̃ nũc libera
nos. Que dicẽtes oĩa de finibus ſuis alienoꝝ deo
rum idola ꝓiecerũt: ⁊ ſeruierũt dño deo qui do-
luit ſuꝑ miſerijs eoꝝ. Itaqꝫ filij ammon cõclamã
tes in Galaad fixere tentoria. contra quos con-
gregati filij Iſrael in maſpha caſtrametati ſunt.
Dixerũtqꝫ principes galaad ſinguli ad ꝓximos
ſuos. Qui primus ex nobis contra filios ammon
ceperit dimicare: erit dux populi Galaad.

¶ Ca. xi. ¶ De iepthe: prius abiectus eligi
tur ad regem filiorum Ammon pro terra haben-
da: mittit ille non acquieſcit: ſed pugnat con-
tra Iſrael et vincitur de voto Iepthe: et filia
eius immolata. Capitulum. xi.

A Jepthe primo abiectꝰ cõſtituitͬ dux in Iſrl' illuſtris. lvj. diſtĩn. c. naſci.

Uit itaqꝫ illo in tem
pore Jepthe Galaadites vir
fortiſſimus atqꝫ pugnator filiꝰ
mulieris meretricis: qui natus
eſt Galaad. Habuit aũt Ga-
laad vxorem de qua ſuſcepit fi-
lios: qui poſtq̃ꝫ creuerant eiece
runt Jepthe: dicẽtes. Heres in domo patris no
ſtri eſſe non poteris: quia de adultera matre na-
tus es. Quos ille fugiens atqꝫ deuitans habita-
uit in terra Thob. Congregatiqꝫ ſunt ad eum vi
ri inopes ⁊ latrocinantes ⁊ quaſi principem ſe-
quebantur. In illis diebus pugnabant filij Am-
mon contra Iſrael. Quibus acriter inſtantibus
perrexerũt maiores natu de Galaad: vt tollerẽt
in auxilium ſui Jepthe de terra Thob. Dixerũt
qꝫ ad eum. Ueni ⁊ eſto princeps noſter ⁊ pugna
contra filios Ammon. Quibus ille reſpõdit. Nõ
Gen. xxvj. f. ne vos eſtis q̃ odiſtis me: ⁊ eieciſtis de domo pa-
tris mei: ⁊ nunc venitis ad me neceſſitate cõpul-
ſi. Dixerũtqꝫ principes Galaad ad Jepthe. Ob
hanc igitur cauſam nunc ad te venimus: vt profi
B ciſcaris nobiſcum: ⁊ pugnes contra filios Am-
mon: ſiſqꝫ dux omniũ qui habitant in Galaad.

Jepthe quoqꝫ dixit eis. Si vere veniſtis ad me vt
pugnem pro vobis cõtra filios Ammon: tradide
ritqꝫ eos dñs in manꝰ meas: ego ero veſter prin-
ceps. Qui reſponderunt ei. Dñs qui hec audit
ipſe mediator ac teſtis eſt ꝙ noſtra promiſſa fa-
ciemus. Abijt itaqꝫ Jepte cũ principibus Gala-
ad fecitqꝫ eum omnis ppl's principem ſui. Locu
tuſqꝫ eſt Jepthe omnes ſermones ſuos corã dño
in Maſpha. Et miſit nuncios ad regẽ filiorũ am
mon: qui ex perſona ſua dicerent. Quid mihi et
tibi eſt: quia veniſti contra me: vt vaſtares terrã
meam. Quibus ille reſpõdit. Qꝛ tulit Iſrael ter-
ram meam quãdo aſcendit de egypto a finibꝰ ar-
non vſqꝫ Jeboch atqꝫ iordanem. Nũc ergo cum C
pace redde mihi eam: Per quos rurſum mãda
uit Jepthe: ⁊ imperauit eis vt dicerent regi am
mon. Hec dicit Jepthe. Nõ tulit Iſrael terram
Moab: nec terram filiorũ ammon: ſed q̃n de egy-
pto conſcenderunt: ambulauit per ſolitudinem
vſqꝫ ad mare rubrum: ⁊ venit in cades. Miſitqꝫ
nuncios ad regẽ Edon dicens. Dimitte vt tran
ſeam terram tuam. Qui noluit acquieſcere pre-
cibus eius. Miſit quoqꝫ ad regem Moab: qui ⁊
ipſe tranſitum prebere contẽpſit. Manſit itaqꝫ Num.
in cades ⁊ circuiuit ex latere terrã edom ⁊ terrã
Moab. Uenitqꝫ ad orientalem plagam terre mo
ab: ⁊ caſtrametatꝰ eſt trans arnon: nec voluit in-
trare terminos Moab. Arnon quippe confiniũ
eſt terre Moab. Miſit itaqꝫ Iſrael nuncios ad D
Seon regem Amorreorũ qui habitabat in Eſe-
bon: et dixerunt ei. Dimitte vt tranſeam per ter
ram tuam vſqꝫ ad fluuium. Qui et ipſe Iſrael
verba deſpiciens: non dimiſit eum tranſire per
terminos ſuos: ſed infinita multitudine congre-
gata egreſſus eſt contra eum in Jaſa: et fortiter
reſiſtebat. Tradiditqꝫ eum dominus in manus Al's.
Iſrael cum omni exercitu ſuo: et percuſſit eum
⁊ poſſedit omnem terrã amorrei habitatoris re
gionis illius et vniuerſos fines eius de Arnon vſ
qꝫ Jeboch ⁊ de ſolitudine vſqꝫ iordanem. Domi Al'.
nus ergo deus Iſrael ſubuertit Amorreum pu-
gnantem contra illũ ꝓ populo ſuo Iſrael: ⁊ tu nũc
vis poſſidere terram eius. Nonne ea que poſſe-
dit chamos deus tuus tibi iure debentur. Que
autem dominꝰ deus noſter victor obtinuit in no
ſtram cedent poſſeſſionem. Ne forte melior es E
Balach filio Sephor rege moab: aut docere po-
tes ꝙ iurgatus ſit contra Iſrael: ⁊ pugnauerit Nu.
contra eum quando habitauit in Eſebon ⁊ vicu-
lis eius ⁊ in Aroer ⁊ villis illius: vel in cunctis ci-
uitatibus iuxta Jordanem per trecentos annos
Quare tanto tempore nihil ſuper hac repetitio-
ne tentaſtis. Igitur non ego pecco in te: ſed tu
contra me male agis: indicens mihi bella non iu-
ſta. Judicet dominus arbiter huius diei inter Iſ
rael et filios Ammon. Noluitqꝫ acquieſcere rex
filiorum Ammon verbis Jepte que per nuncios
mandauerat. Factus eſt ergo ſuper Jepthe ſpi-
ritus dñi: ⁊ circuiens Galaad ⁊ Manaſſe. Maſ-
pha quoqꝫ Galaad: ⁊ inde trãſiẽs filios ammon
votum vouit dño dicẽs. Si tradideris filios am-

F mon in manus meas: quicūq̄ prim⁹ fuerit egreſſus de foribus domus mee: mihiq̄ occurrerit reuertenti cum pace a filijs Ammon: eum holocauſtum offeram domino. Trāſiuitq̄ Iepte ad filios Ammon vt pugnaret contra eos: quos tradidit dominus in manus eius: percuſſitq̄ ab Aroer vſq̄ dum venias in Menith viginti ciuitates: ꝛ vſq̄ ad Abel: que eſt vineis conſita plaga magna nimis. Humiliatiq̄ ſunt filij Ammon a filijs Iſrl'. Reuertenti aūt Iepthe in Maſpha domū ſuam occurrit ei vnigenita filia ſua cū tympanis ꝛ choris. non enim habebat alios liberos. Qua viſa: ſcidit veſtimenta ſua: ꝛ ait. Heu me filia mi: dece-

B piſti me ꝛ ipſa decepta es. Aperui enim os meum ad dominū ꝛ aliud facere nō potero. Cui illa reſpondit. Pater mi: ſi aperuiſti os tuum ad dn̄m: fac mihi quodcūq̄ pollicitus es: conceſſa tibi vltione atq̄ victoria de hoſtibus tuis. Dixitq̄ ad patrē. Hoc ſolū mihi preſta qd̄ deprecor. Dimitte me vt duobus mēſibus circumeā mōtes ꝛ plāgam virginitatē meā cum ſodalibus meis. Cui ille r̄ndit. Uade ꝛ dimiſit eā duob⁹ menſibus. Cūq̄ abijſſet cum ſocijs ac ſodalibus ſuis: flebat virginitatem ſuam in montibus. Expletiſq̄ duobus mēſibus: reuerſa eſt ad patrem ſuum: ꝛ fecit ei ſicut vouerat. Que ignorabat virū. Exinde mos increuit in iſrael: ꝛ conſuetudo ſeruata eſt: vt poſt anni circulum conueniant in vnū filie Iſrael: ꝛ plangant filiam Iepthe Galaadite dieb⁹ quattuor.

C Capi. Sūma C De pugna Iepthe contra Ephraim: de illo qui dicebat Thebolleth pro Sebolleth: de morte trium ducum qui fuerunt poſt eum. Capitulum. xij.

a Oritur ſeditio inter ephraim ꝛ iepthe ꝛ occiſunt ephraim cogniti platione ſcidā verbi.

Ecce autē in Ephraim orta eſt ſeditio: nā tranſeuntes cōtra aquilonē dixerunt ad Iepthe. Quare vadens ad pugnam cōtra filios Amon vocare nos noluiſti: vt pergeremus tecum. Igitur incendemus domum tuam. Quibus ille reſpondit. Diſceptatio erat mihi ꝛ pp̄lo meo contra filios Ammon vehe-

B mens vocauiq̄ vos vt preberetis mihi auxiliū: ꝛ facere noluiſtis. Quod cernēs poſui aīam meā in manibus meis: trāſiuiq̄ ad filios Ammon: ꝛ tradidit eos dn̄s in manus meas. Quid cōmerui vt aduerſum me cōſurgatis in preliū. Uocatis itaq̄ ad ſe cunctis viris de Galaad: pugnabat contra ephraim. Percuſſerūtq̄ viri Galaad ephraim: qꝛ dixerat fugitiuus eſt Galaad de ephraim: ꝛ habitat in medio ephraim ꝛ Manaſſe. Occupaueruntq̄ Galaadite vada Iordanis p̄ que Ephraim reuerſurus erat. Cūq̄ veniſſet ad ea de ephraim numero fugiens atq̄ dixiſſet. Obſecro vt me

C tranſire permittas: dicebant ei Galaadite. Nunquid Ephrateus es. Quo dicente. Nō ſum. Interrogabant eū. Dic ergo Sebolleth quod interpretatur ſpica. Qui r̄ndebat Thebolleth eadem littera ſpica exprimere non valens: ſtatimq̄ apprehenſum iugulabant in ipſo iordanis tranſitu. Et ceciderūt in illo tp̄e de Ephraim quadraginta duo milia. Iudicauit itaq̄ iepthe galaadites iſrl' ſex annis: ꝛ mortu⁹ eſt: ac ſepultus in ciuitate ſua galaad. Poſt hūc iudicauit iſrl' abeſſan de bethleem: q̄ habuit triginta filios ꝛ totidē filias: q̄s emittēs foras maritis dedit: ꝛ eiuſdē numeri filijs ſuis accepit vxores introducēs in domū ſuam. Qui ſeptē ānis iudicauit Iſrl': mortuuſq̄ eſt ꝛ ſepultus in bethleē. Cui ſucceſſit Ahialō Zabulonites ꝛ iudicauit Iſrl' decem annis: mortuuſq̄ eſt ac ſepultus in Zabulon. Poſt hūc iudicauit iſrl' abdon fili⁹ Hellel pharathonites: q̄ hūit quadraginta filios: ꝛ triginta ex eis nepotes aſcēdentes ſup ſeptuaginta pullos aſinarum: ꝛ iudicauit Iſrl' octo annis: mortuuſq̄ eſt ac ſepult⁹ in pharaton terre ephraim in monte Amalech.

Abeſſan dux iſrl'. xj.

D Abdon dux xiij.

C C. xiij. C De manue ꝛ vxore ei⁹: de natiuitate ſanſonis: prenūciata ab angelo: de locutione angeli cum Manue. et oblatione Manue: in qua aſcendit angelus. Capitulum. xiij.

a Predicit ab āgelo natiuitas ſanſonis liberatur Iſrl'.

Ruſumq̄ filij Iſrael fecerunt malū in cōſpectu dn̄i: qui tradidit eos in man⁹ Philiſtinorum quadraginta annis. Erat autem quidā vir de Saraa ꝛ de ſtirpe Dan nomie Manue habens vxorem ſterilem cui apparuit angelus dn̄i: ꝛ dixit ad eam. Sterilis es ꝛ abſq̄ liberis: ſed concipies ꝛ paries filium. Caue ergo ne bibas vinū ac ſiceram: nec immundū quicq̄ comedas: qꝛ concipies ꝛ paries filiū: cuius nō tanget caput nouacula. Erit enim nazare⁹ dei ab infantia ſua et ex matris vtero: et ipſe incipiet liberare Iſrael de manu Philiſtinorum. Que cum veniſſet ad maritum ſuum: dixit ei. Uir dei venit ad me habens vultum angelicū terribilis nimis. Quem cum interrogaſſem quis eſſet: ꝛ vnde veniſſet: ꝛ quo nomine vocaretur: noluit mihi dicere: ſed hoc reſpondit. Ecce concipies ꝛ paries filium: caue ne vinum bibas nec ſiceram: ꝛ ne aliquo veſcaris immundo. Erit enim puer nazare⁹ dei ab infantia ſua: ꝛ ex vtero matris ſue vſq̄ ad diem mortis ſue. Orauit itaq̄ Manue dn̄m ꝛ ait Obſecro dn̄e vt vir dei quē miſiſti veniat iterum ꝛ doceat nos quid habeam⁹ facere de puero qui naſciturus eſt. Exaudiuitq̄ dominus deprecantem Manue: ꝛ apparuit rurſum angelus dn̄i vxori eius ſedenti in agro. Manue aūt marit⁹ eius non erat cum ea. Que cum vidiſſet angelū: feſtinauit ꝛ occurrit ad virū ſuum nunciauitq̄ ei dicēs. Ecce apparuit mihi vir quem ante viderā. Qui ſurrexit ꝛ ſecutus eſt vxorem ſuam veniēſq̄ ad virum dixit ei. Tu es qui locutus es mulieri. Et ille reſpondit: ego ſum. Cui Manue: qñ inq̄t ſermo tuus fuerit expletus: quid vis vt faciat puer: aut a quo ſe obſeruare debebit. Dixitq̄ āgel⁹ do

j. Reg. j. b.

B Gen. xvj. c. Lu. j. b.

C

de mō viuē di ſanſonis ⁊ omnis nazarei.

mini ad manue. Ab oībus que locutus ſum vxori tue abſtineat ſe: ⁊ quicquid ex vinea naſcit̄ nō comedat: vinum ⁊ ſiceram non bibat: nullo veſcatur imundo: ⁊ quod ei precepi: impleat atqꝫ cuſtodiat. Dixit itaqꝫ Manue ad āgelū dn̄i. Obſecro te vt acquieſcas precibus meis ⁊ faciamus tibi hedum de capris. Cui reſpondit angelus. Si me cogis non comedam panes tuos: ſi autē vis holocauſtum facere: offer illud domino. Et neſciebat Manue ꝙ angelus domini eſſet: dixitqꝫ ad eum. Quod eſt tibi nomen: vt ſi ſermo tuus fuerit expletus honoremus te. Cui ille reſpondit. Cur queris nomen meum quod eſt mirabile.

D Tulit itaqꝫ Manue hedum de capris ⁊ libamēta ⁊ poſuit ſuper petram: offerens domino qui facit mirabilia. Ipſe autem et vxor eius intuebātur. Cumqꝫ aſcenderet flamma altaris in celū: angelus domini pariter in flamma aſcendit. Quod cum vidiſſet Manue ⁊ vxor eius proni ceciderūt in terram: ⁊ vltra eis nō apparuit angelus domini. Statimqꝫ intellexit Manue angelū dn̄i eſſe: ⁊ dixit ad vxorem ſuam. Morte moriemur: q: vidimus dn̄m. Cui reſpondit mulier. Si dn̄s nos vellet occidere: de manibus nr̄is holocauſtū ⁊ libamenta nō ſuſcepiſſet: nec oſtēdiſſet nobis hec omnia: neqꝫ ea que ſunt vētura: dixiſſet. Pepit itaqꝫ filium ⁊ vocauit nomē eius Sanſon. Creuitqꝫ puer: ⁊ bn̄dixit ei dn̄s. Cepitqꝫ ſpūs dn̄i eſſe cum eo in caſtris Dan inter ſaraa ⁊ eſthaol.

Natiuitas ſanſonis.

¶ Ca. Sum. ¶ Sanſon deſcendit ⁊ duxit vxorem de Philiſthim in Thannatha: de catulo leonis occiſo: et fauo in ore eius reperto: de problemate eius ⁊ ſoluto recedit Sanſon iratus ⁊ vxor eius datur alteri.

Capitulum. xiiij.

A de deſpōſatione ſanſonis mulieri philiſtie.

Eſcendit ergo Sanſon in Thannatha: videnſqꝫ ibi mulierem de filiabus philiſthijm aſcēdit ⁊ nunciauit patri ſuo ⁊ matri ſue: dicens. Vidi mulierem in thānatha de filiabꝰ philiſtinoꝝ: quā queſo vt mihi accipiatis vxorem. Cui dixerunt pater ⁊ mater ſua. Nunquid non eſt mulier in filiabus fratrū tuorum ⁊ in omni populo tuo: q: vis accipe vxorem de philiſtijm qui incircumciſi ſunt. Dixitqꝫ Sanſon ad patrem ſuum. Hanc mihi accipe: q: placuit oculis meis. Parentes autē eius neſciebāt ꝙ res a dn̄o fieret: ⁊ quereret occaſiones contra Philiſtijm. Eo em̄ tp̄e Philiſthym dn̄abantur Iſraeli. Deſcendit itaqꝫ Sanſon cum patre ſuo ⁊ matre in thannatha. Cumqꝫ veniſſent ad vineas opidi: apparuit catulus leonis ſeuus ⁊ rugiens ⁊ occurrit ei. Irruit autē ſpūs dn̄i in Sanſon ⁊ dilacerauit leonem quaſi hedum in fruſtra decerperet: nihil omnino habens in manu: ⁊ hoc patri ⁊ matri noluit indicare. Deſcenditqꝫ ⁊ locutus eſt mulieri que placuerat oculis eius. Et poſt aliquot dies reuertens vt acciperet eam declinauit vt videret cadauer leonis: ⁊ ecce examē apum in ore leonis erat ac fauus mellis. Quē cū ſumpſiſſet in manibus: comedebat in via: veniēſqꝫ ad patrē ſuū ⁊ matrem dedit eis partē: qui et ipſi comederūt: nec tamen eis voluit indicare ꝙ mel de corpore leonis aſſumpſerat. Deſcēdit itaqꝫ pater eius ad mulierem: ⁊ fecit filio ſuo Sanſoni conuiuium. Sic em̄ iuuenes facere cōſueuerant. Cum ergo ciues loci illius vidiſſent eū: dederunt ei ſodales triginta qui eſſent cū eo. Quibus locutus eſt Sanſon. Proponam vobis problema qđ ſi ſolueritis mihi intra ſeptē dies cōuiuij: dabo vobis triginta ſyndones ⁊ totidē tunicas. Sin autē non potueritis ſoluere vos dabitis mihi triginta ſyndones ⁊ eiuſdem numeri tunicas. Qui reſponderūt ei. Propone problema vt audiamus. Dixitqꝫ eis. De comedēte exiuit cibus: ⁊ de forti egreſſa eſt dulcedo. Nec potuerūt per tres dies propoſitionē ſoluere. Cumqꝫ adeſſet dies ſeptimus: dixerunt ad vxorem Sanſon. Blandire viro tuo: ⁊ ſuade ei vt indicet tibi qd ſignificet ꝓblema: qđ ſi facere nolueris: incendemus te ⁊ domum patris tui. An idcirco vocaſtis nos ad nuptias vt ſpoliaretis? Que fūdebat apđ ſanſon lachrymas ⁊ querebat̄ dicēs: Odis me et non diligis: idcirco ꝓblema qđ ꝓpoſuiſti filijs populi mei nō vis mihi exponere: At ille rn̄dit: patri meo ⁊ matri nolui dicere: ⁊ tibi indicare potero? Septem igitur diebꝰ cōuiuij flebat ante eum tandēqꝫ die ſeptimo cū ibi eſſet moleſta: expoſuit. Que ſtatim indicauit ciuibus ſuis. Et illi dixerunt ei die ſeptimo ante ſolis occubitū. Quid dulcius melle: ⁊ quid fortius leone? Qui ait ad eos: Si non araſſetis in vitula mea: nō inueniſſetis propoſitionē meā. Irruit itaqꝫ in eum ſpiritus dn̄i: deſcenditqꝫ aſcalonem ⁊ percuſſit ibi triginta viros: quorū ablatos veſtes dedit his qui problema ſoluerant. Iratuſqꝫ nimis aſcendit in domum patris ſui: vxor autem eius accepit maritum vnum de amicis eius ⁊ pronubis.

j.xxv.c.

B Sāſon occidit leonē et cuꝰ cadauere fauus mellis prodijt.

C

ā.vj.ſ.

De p… matc… nis.

D

ā.iiij.b.

j.xv.

Sanſ… cidit… ros.

¶ Ca. Sū. ¶ De vulpibꝰ ⁊ segetibꝰ philiſtinorū ſuccenſis: de genere ⁊ vxore Sanſonis ſuccenſis a philiſtinis: ⁊ ſuraꝫ femori imponunt: de mille viris mandibula aſini occiſis: de aquis ex maxilla dentis molaris fluentibus.

Capitulum. v.

Oſt aliquātulum autem temporis cum dies triticee meſſis inſtarent: venit ſanſon inuiſere volens vxorem ſuam: et attulit ei hedum de capris. Cumqꝫ cubiculum eius ſolito vellet intrare: prohibuit illum pater illius dicens: Putaui ꝙ odiſſes eam et ideo tradidi illam amico tuo. Sed habet ſororem: que iunior et pulchrior illa eſt: ſit tibi pro ea vxor. Cui Sanſon reſpondit: Ab hac die non erit culpa in me contra Phili-

A Cōmo… ſanſō… liſtios… vxorem… ablatam.

De vaſtatione ſegetū per caudas vulpium incenſas.

ſteos: faciā enim vobis mala. Perrexitqꝫ ⁊ cepit
trecentas vulpes caudaſqꝫ earum iunxit ad cau
das: et faces legauit in medio: quas igne ſuccen
dens dimiſit vt huc illucqꝫ diſcurrerent. Que ſta
B tim perrexerunt in ſegetes philiſtinorum. Qui-
bus ſuccenſis ⁊ comportate iam fruges ⁊ adhuc
ſtantes in ſtipula concremate ſunt in tantum vt
vineas quoqꝫ et olīueta flamma cōſumeret. Di-
ā.vj.f. xeruntqꝫ philiſthijm: Quis fecit hanc rem? Qui-
bus dictuꝫ eſt: Sanſon Gener Tannathei: quia
tulit vxorem eius ⁊ alteri tradidit: hec operatus
eſt. Aſcenderuntqꝫ philiſthijm ⁊ combuſerunt taꝫ
mulierem ꝙ patrē eius. Quibus ait Sāſon: Li-
cet hec feceritis: tamen adhuc ex vobis expetaꝫ
vltionem: ⁊ tunc quieſcam. Percuſſitqꝫ eos in-
genti plaga: ita vt ſtupentes ſuram femori impo
nerēt. Et deſcēdens habitauit in ſpelunca Pe
tre Ethan. Igitur aſcēdentes Philiſthijꝫ in ter-
ram Iuda caſtrametati ſunt in loco: qui poſtea
vocatus eſt Lechi: id eſt maxilla vbi eoruꝫ fuſus
eſt exercitus. Dixerūtqꝫ ad eos de Tribu Iuda:
Cur aſcendiſtis aduerſum nos. Qui reſpōderūt
Vt ligemus Sanſon venimus et reddamus ei
que in nobis operatus eſt. Deſcenderunt ergo
tria milia virorum de Iuda ad ſpecum ſilicis
Ethan: dixeruntqꝫ ad Sanſon: Neſcis ꝙ Phi
liſtijm imperent nobis: quare ergo hoc facere vo
ā.iiij.b. luiſti: Quibus ille ait: Sicut fecerunt mihi: ſic fe
ci eis. Ligare inquiūt te venimus: ⁊ tradere in
manus Philiſtinorum. Quibus Sanſon iurate
ait et ſpondete mihi ꝙ non occidatis me. Dixe-
runt: Non te occidemus: ſed victum trademus.
Ligaueruntqꝫ eum duobus nouis funibus: et
tulerunt eum de Petra Ethan. Qui cuꝫ veniſ-
ſet ad locuꝫ Maxille: ⁊ Philiſthijm vociferantes
occurriſſent ei: irruit ſpiritus domini in eum: et
ſicut ſolent ad ardorem ignis ligna conſumi: ita
D vincula quibus ligatus erat diſſipata ſunt ⁊ ſolu
ta. Inuentamqꝫ maxillaꝫ: id eſt mandibulam aſi
ni que iacebat arripiens: interfecit in ea mille vi
ros: et ait: in maxilla aſini in mandibula pulli aſi
narum deleui eos: et percuſſi mille viros. Cumqꝫ
hec verba Canens compleſſet: proiecit mādibu-
lam de manu: et vocauit nomen loci illius Rama
thlechi: quod interpretatur eleuatio Maxille.
Sitienſqꝫ valde clamauit ad dominum: ⁊ ait Tu
dediſti in manu ſerui tui ſalutem hanc maximaꝫ
atqꝫ victoriam: et En ſiti morior: incidamqꝫ in
manus incircunciſorum. Aperuit itaqꝫ dominus
Molarem dentem in maxilla aſini: et egreſſe ſūt
ex eo aque. Quibus hauſtis reforcillauit ſpiritū
et vires recepit. Idcirco appellatum eſt nomen
loci illiꝰ fōs inuocātis de maxilla vſqꝫ in p̄ſntē diē
Iudicauitqꝫ iſrl' in diebꝰ philiſthijꝫ viginti annis.

Sāſon ligatꝰ datꝰ philiſthijs pugnātibꝰ ꝫ iſrl'.

C

Sāſon occidit mille viros ex mandibula aſini

De egreſſu aque ex maxilla aſini.

¶ Capituli. Sumarium. ¶ De portis Gaze ſublatis: de Dalila qualiter decepit Sanſonem de excecatione Sanſonis ab hoſtibus: de morte eius cum Philiſtinis in domo conuiuij.

Capitulum. xvj.

A
De meretricibꝰ ſanſonis a qbꝰ deceptꝰ eſt.

IVijt quoqꝫ in Gazā:
et vidit ibi mulierem meretricē:
ingreſſuſqꝫ eſt ad eam. Quod cuꝫ
audiſſent Philiſthijm: et percre-
buiſſet apud eos intraſſe vrbem
Sanſon: circundederunt eum' poſitis in porta
ciuitatis cuſtodibus et ibi tota nocte cum ſilen
tio preſtolantes: vt facto mane exeuntem occide
rent. Dormiuit autem Sanſon vſqꝫ ad mediuꝫ
noctis et inde conſurgens apprehendit ambas
porte fores cuꝫ poſtibus ſuis et ſera impoſitiſqꝫ
humeris ſuis portauit ad verticem montis qui
reſpicit Hebron. Poſt hec amauit mulierē que
habitauit in valle Soreth: et vocabatur Dalila
Veneruntqꝫ ad eam principes Philiſtinorum
atqꝫ dixerunt: Decipe eū et diſce ab illo in quo
habeat tantam fortitudinem: et quomodo eum
ſuperare valeamus et victum affligere. Quod ſi B
feceris dabimus tibi ſinguli mille centum argen
teos. Locuta eſt ergo Dalila ad Sanſon: Dic
mihi obſecro in quo ſit tua maxima fortitudo:
et quid ſit quo ligatus erumpere nequeas: Cui
reſpōdit Sanſon: Si ſepteꝫ Neruiceis Funi-
bus necdum occiſi et adhuc humentibus liga-
tus fuero: infirmus ero ut ceteri homines. At-
tuleruntqꝫ ad eam Satrape Philiſtinorum ſep
tem funes vt dixerat: quibus vinxit eum latenti
bus apud ſe inſidijs: ⁊ in Cubiculo finem rei ex
pectantibus. Clamauitqꝫ ad eum: Philiſthijm
ſuper te Sanſon. Qui rupit vincula quomodo
ſi rumpat quis filum de ſtuppa tortum ſputami
ne cū odoreꝫ ignis acceperit et nō eſt cognitū in
quo eſſet fortitudo eius. Dixitqꝫ ad eum Dali-
la: Ecce illuſiſti mihi: ⁊ falſum locutus es: ſalteꝫ C
nunc iudica mihi quo ligari debeas: Cui ille re-
ſpōdit: Si ligatus fuero nouis funibus qui nun
ꝙ fuerunt in opere: infirmus ero ⁊ aliorum ho-
minum ſimilis. Quibus rurſuꝫ Dalila vinxit eū
et clamauit. Philiſthijm ſuper te Sanſon: in Cu
biculo inſidijs preparatis. Qui ita rupit vincula
quaſi Fila telarum. Dixitqꝫ Dalila rurſum ad
eum: Vſqꝫ quo decipis me: et falſum loqueris?
Oſtende de quo vinciri debeas? Cui rn̄dit San
ſon: Si inquit ſeptem crines capitis mei cū licio
plexueris: ⁊ clauum his circunligatum terre fi-
xeris: infirmus ero. Quod cum feciſſet Dalila:
dixit ad eum: Philiſthijm ſuper te Sanſon: Qui
cōſurgens de ſomno extraxit clauum cum crini
bus et licio. Dixitqꝫ ad euꝫ Dalila. Quomodo
dicis ꝙ amas me: cum animus tuus non ſit me- D
cuꝫ: Per tres vices mentitus es mihi: ⁊ noluiſti
dicere in quo ſit maxima fortitudo tua. Cumqꝫ
moleſta eſſet ei: ⁊ per multos dies iugiter adhe-
reret ſpacium ad quietem non tribuens: defecit
anima eius: ⁊ ad morteꝫ vſqꝫ laſſata eſt. Tūc ape
riens veritatem rei dixit ad eam: Ferrum nunꝙ
aſcēdit ſuper caput meuꝫ: quia Nazareus: id eſt
conſecratus domino ſum de vtero matris mee ſi
raſum fuerit caput meum: recedet a me fortitu-
do mea ⁊ deficiā: eroqꝫ ſicut ceteri hoīes. Vidēſ-

Sanſon de tegit ſecre- tũ fortitudinis ſue meretrici aꝗ̃ d cipitur.

cꝫ illa ꝙ cõfeſſus ei eſſet oẽm animum ſuũ: miſit
ad principes Philiſtinorum ac mandauit: Aſcẽ
dite adhuc ſemel: q2 nũc mihi aperuit cor ſuum.
Qui aſcenderunt aſſumpta pecunia quam pro
miſerant. At illa dormire eum fecit ſuper genua
ſua: et in ſinu ſuo reclinare caput. Vocauitqꝫ tõ

E

ſorem et raſit ſeptem crines eius: et cepit abige
re eum et a ſe repellere. Statim enim de eo for-
titudo diſceſſit: dixitqꝫ: Philiſtijm ſuper te San
ſon. Qui de ſomno conſurgẽs dixit in animo ſuo
Egrediar ſicut ante feci: ⁊ me excutiam neſciens

De captione ſanſõ a philiſtinis.

ꝙ receſſiſſet ab eo dñs. Quem cum apprehẽdiſ-
ſent Philiſtijm: ſtatim eruerunt oculos eius: et
duxerunt Gazam vinctum Cathenis: ⁊ clauſum

F

in carcere molere fecerunt. Jamqꝫ capilli eius re
naſci ceperant: et principes Philiſtinorum con
uenerunt in vnum vt immolarent hoſtias ma-
gnificas Dagon deo ſuo: ⁊ epularẽtur dicẽtes:
Tradidit deus noſter inimicũ noſtrum Sanſon
in manus noſtras. Quod etiam populus videns
laudabat deũ ſuum eadẽqꝫ dicebat: Tradidit de9
noſter inimicum nr̃m Sanſon in man9 nr̃as. Q̃d
ẽt, ppl's vidẽs laudabat deũ ſuũ eadẽqꝫ dicebat.
Tradidit deus noſter aduerſariũ nr̃m in man9 no
ſtras: qui deleuit terram noſtram ⁊ occidit pluri-
mos. Letanteſqꝫ per conuiuia: ſumptis iam epu-
lis preceperũt: vt vocaretur Sanſon: ⁊ ante eos
luderet. Qui adductus de carcere ludebat ante
eos feceruntqꝫ eum ſtare inter duas columnas.

G

Sanſon cadere facit domũ ⁊ ita morit cum plurib9 phiſtinis.

Qui dixit puero regenti greſſus ſuos: Dimit-
te me vt tangam columnas quibus omnis immi
net domus ⁊ recliner ſuper eas ⁊ paululũ requie
ſcam. Domus autem erat plena virorum ac mu
lierum: ⁊ erant ibi omnes principes Philiſtino
rum: ac de tecto et ſolario circiter tria milia vtriuſ
qꝫ ſexus ſpectantes ludentem Sanſon. At ille in
uocato domino ait: Domine deus meus memẽ
to mei: ⁊ redde mihi nunc fortitudinem meam
priſtinam deus meus vt vlciſcar me de hoſtibus
meis: et pro amiſſione duorum luminum vnam
vltionem recipiã. Et apprehendẽs ambas colum
nas quibus innitebatur domus: alteramqꝫ earũ
dextera: et alteram leua tenens ait: Moriatur
anima mea cum Philiſtijm. Concuſſiſqꝫ forti-
ter columnis cecidit domus ſuper omẽs princi-
pes et ceteram multitudinem que ibi erat. Mul

s̃. xiiij. d. et s̃. xv. d.

toſqꝫ plures interfecit moriens: ꝙ̃ ante viuus
occiderat. Deſcendentes autem fratres eius: et
vniuerſa cognatio tulerunt corpus eius: et ſe-
pelierũt in terra Saraa ⁊ eſt Haor in ſepulchro
patris ſui manue iudicauitqꝫ iſrael viginti ãnis.

C. S. De micha ⁊ idolo ei9: ⁊ de adoleſcẽ te bethleemita ſacerdote ei9. Capitulum. xvij.

A

De micha ⁊ idolo ei9.

Vitqꝫ eo tẽpore vir
quidam de monte Ephraim
nomine Michas: qui dixit ma
tri ſue: Millecentum argente
os quos ſeparaueras: et ſuper
quibus me audiẽte iuraueras
ecce ego habeo ⁊ apud me ſũt.
Cui illa reſpõdit: Bũdict9 fili9 meus dño. Red
didit ergo eos matri ſue que dixerat ei: Cõſecra

B

ui ⁊ voui hoc argentũ dño: vt de manu mea ſuſci
piat filius meus: ⁊ faciat ſculptile atqꝫ cõflatile:
et nunc trado illud tibi. Reddidit igitur eos ma
tri ſue: que tulit ducentos argẽteos ⁊ dedit eos
argentario vt faceret ex eis ſculptile atqꝫ confla
tile qđ fuit in domo Miche. Qui ediculã quoqꝫ
in ea deo ſeparauit ⁊ fecit Ephot ⁊ Theraphim:

C

j. viij. ⁊ d.

De ſacerdotem...

id eſt veſtem ſacerdotalẽ: et idola. Impleuitqꝫ
vnius filiorum ſuorum manum: ⁊ factus eſt ei ſa-
cerdos. In diebus illis nõ erat rex in Iſrael ſed
vnuſquiſqꝫ quod ſibi rectum videbatur hoc facie
bat. Fuit quoqꝫ in tempore illo alter adoleſcens
de Bethelem iuda ex cognatione eius: eratqꝫ ip
ſe Leuites et habitabat ibi. Egreſſuſqꝫ de ciuita
te Bethleem peregrinari voluit vbicumqꝫ ſibi
commodum reperiſſet. Cumqꝫ veniſſet in mon-
tem Ephraim iter faciens et declinaſſet parum
per in domo Miche: interrogatus eſt ab eo vn
de veniſſet. Qui reſpondit: Leuita ſum de Be-

D

thleem Juda: et vado vt habitem vbi potuero
et vtile mihi eſſe proſpexero. Dixitqꝫ Micha:
Mane apud me inquit ⁊ eſto mihi parens ac ſa-
cerdos: daboqꝫ tibi per annos ſingulos decem
argenteos ac veſtem duplicem: et que ad victum
ſunt neceſſaria. Acquieuit et manſit apud homi
nem: fuitqꝫ illi quaſi vnus de filijs. Impleuitqꝫ
Micha manum eius: et habuit puerum ſacerdo
tem apud ſe: nunc ſcio dicens: ꝙ benefaciet mihi
deus habenti Leuitici generis ſacerdotem.

Capi. Sũma. De filijs dan q̇ abſtulerũt deos ⁊ ſacerdotes miche ceperũt. Capi. xviij.

A

De ſpo[lia]tiõe ido[lorum] miche ... bũ dan ... ferientẽ ... ſacerdo[tem]

N dieb9 illis nõ erat
rex in Iſrael: et tribus dan que
rebat poſſeſſionem ſibi vt habi-
taret in ea. Vſqꝫ ad illum enim
diem interceteras tribus ſortem
non acceperat: miſerunt ergo filij Dan ſtirpis ⁊
familie ſue quinqꝫ viros fortiſſimos de Saraa et
eſtHaol: vt explorarent terram et diligenter in-
ſpicerẽt. Dixeruntqꝫ eis. Ite et cõſiderate ter
ram. Qui cum pergentes veniſſent in montem
Ephraim et intraſſent domum Miche: requie-
uerunt ibi: ⁊ agnoſcẽtes vocẽ adoleſcẽtis Leuite

B

vtẽteſqꝫ illius diuerſorio: dixerũt ad eum. Quis
te adduxit: quid hic agis: quam ob cauſam huc
venire voluiſti. Qui rñdit eis. Hec ⁊ hec preſti
tit mihi Michas: ⁊ me mercede cõduxit: vt ſim
ei ſacerdos. Rogauerunt aũt eum vt conſuleret
dñm: ⁊ ſcire poſſent an proſpero itinere pergerẽt
et res haberet effectum. Qui reſpondit eis. Ite
cum pace: dñs reſpicit viam veſtram ⁊ iter quo
pergitis. Euntes igitur quinqꝫ viri venerunt la
is: videruntqꝫ populũ habitantẽ in ea abſqꝫ vllo
timore iuxta conſuetudinẽ Sidoniorũ ſecurũ et
quietũ: nullo eis penit9 reſiſtẽte magnarũqꝫ opũ
⁊ procul a ſidone atqꝫ a cũctis hoibus ſeparatũ.

C Reuerſiq; ad fratres ſuos in ſaraa ⁊ eſt Haþol:
quid egiſſent ſciſcitantibus rñderūt. Surgite et
eamus ad eos. Uidimus enim terraȝ valde opu
lentam ⁊ vberem: nolite negligere: nolite ceſſare.
Eamus ⁊ poſſideamꝰ eam: nullus erit labor. In
trabimus ad ſecuros in regionem latiſſimā: tra-
detq; nobis dñs locum in quo nullius rei eſt pe-
nuria eorum que gignuntur in terra. Profecti
igitur ſunt de cognatione Dan: id eſt de Saraa
⁊ eſtþaol ſexcentiviri accincti armis bellicis: aſcē
denteſq; manſerūt in Cariathiarim Jude: q̇ lo-
D cus ex eo tempore caſtroꝝ Dan nomen accepit:
⁊ eſt poſt tergū Cariathiarim. Unde tranſierūt
in monte Ephraim. Cūq; veniſſent ad domū mi
che: dixerūt quinq; viri qui prius miſſi fuerant
ad conſiderandū terrā lais ceteris fribus ſuis.
Noſtis ꝙ in domibꝰ iſtis ſit Ephot Theraphim
⁊ ſculptile atq; conflatile: videte quid vobis pla-
ceat. Et cū paululuȝ declinaſſent egreſſi ſunt do
mum adoleſcētis leuite qui erat in domo miche:
ſalutauerūtq; eū verbis pacificis. Sexcenti autē
E viri ita vt erant armati ſtabant ante oſtiū: At illi
qui ingreſſi fuerant domum iuuenis ſculptile et
Ephot ⁊ Theraphim atq; conflatile tollere nite
bantur: ⁊ ſacerdos ſtabat ante oſtiū: ſexcentis vi
ris fortiſſimis haud procul expectantibus. Tule-
runtq; igitur qui intrauerāt ſculptile ephoth et
idola atq; cōflatile. Quibꝰ dixit ſacerdos. Quid
facitis. Cui reſponderūt. Tace ⁊ pone digitū ſup
os tuum: veniq; nobiſcū vt habeamus te patreȝ
ac ſacerdotem. Quid tibi melius eſt vt ſis ſacer-
dos in domo vnius viri an in vna tribu ⁊ familia
F in Iſrael. Quod cū audiſſet acquieuit ſermoni-
bus eorum: ⁊ tulit Ephot ⁊ idola ac ſculptile et
profectus eſt cum eis. Qui cuȝ pergerent ⁊ ante
ſe ire feciſſent paruulos ac iumēta ⁊ omne quod
erat precioſum: iamq; a domo miche eſſent ꝓcul
viri qui habitabant in edibus miche cōclamātes
ſecuti ſunt: ⁊ poſt tergū clamare ceperunt. Qui
cum reſpexiſſent dixerunt ad micham. Quid tibi
vis: cur clamas. Qui reſpondit deos meos quos
mihi feci tuliſtis: ⁊ ſacerdotem ⁊ omnia que ha-
beo: ⁊ dicitis quid tibi eſt. Dixerūtq; ei filij dan:
Caue ne vltra loquaris ad nos: ⁊ veniant ad te vi
ri animo concitati: ⁊ ipſe cuȝ omni domo tua pe-
reas. Et ſic cepto itinere perrexerūt. Uidens au
G tem micha ꝙ fortiores ſe eſſent: reuerſus eſt in
domum ſuam. Sexcenti autem viri tulerunt ſa-
cerdotem et que ſupra diximꝰ: venerūtq; in lais
ad populum quieſcentem atq; ſecurum: ⁊ percuſ
ſerunt eos in ore gladij: vrbemq; incendio tradi-
derunt: nullo penitus ferente preſidiū: eo ꝙ pro-
cul habitarent a Sidone: ⁊ cum nullo hoīȝ babe
rent quicq̄ ſocietatis ac negocij. Erat autē ciui-
tas ſita in regione Roob: quam rurſum extruen
tes habitauerunt in ea. Uocato nomine ciuita-
tis Dan iuxta vocabulum patris ſui quem ge-
nuerat Iſrael: que prius Lais dicebat. Poſue-
runtq; ibi ſculptile ⁊ Jonathā filiū Merſan filij
moyſi ac filios eiꝰ ſacerdotes in tribu dan vſq; ad
diem captiuitatis ſue. Manſitq; apud eos ido-
lum Miche omni tēpore quo fuit domus dei in
Silo. In diebus illis non erat rex in Iſrael.

C Capituli. Sūma. C De Leuita ⁊ vxore eiꝰ
qualiter ad parentes reuerſa. ⁊ qualiter a mari-
to reducitur a viris Gabaa illuſa: mortua eſt: ⁊ a
viro ſuo in duodecim partes diuiſa: in omneȝ ter
minum Iſrael mittitur. Capitulum. xix.

Uit quidam vir Leui- A
tes habitans in latere montis De quodā
Ephraim: qui accepit vxorem viro vna cū
de Bethleem Juda: que reli- vxore hoſpi
quit eū ⁊ reuerſa eſt in domū pa ter peccato
tris ſui in Bethleem: manſitq; apud eum quat Sodome.
tuor menſibus. Secutuſq; eſt eam vir ſuus: vo-
lenſq; reconciliari ei Atq; blandiri ⁊ ſecum redu
cere: habens in comitatu puerum ⁊ duos aſinos:
Que ſuſcepit eum ⁊ introduxit in domuȝ patris
ſui. Quod cum audiſſet ſocer eius eumq; vidiſ-
ſet: occurrit eſletus: et amplexatus eſt homineȝ
Manſitq; gener in domo ſoceri tribus diebus
comedens cum eo et bibēs familiariter. Die au
tem quarto de nocte conſurgens proficiſci voluit B
Quem tenuit ſocer: ⁊ ait ad eū. Guſta prius pu
ſillum panis ⁊ conforta ſtomachum: et ſic profi-
ciſceris: Sederuntq; ſimul ac comederunt ⁊ bi-
berunt. Dixitq; pater puelle ad generum ſuuȝ:
Queſo te vt hodie hic maneas pariterq; letemur
At ille conſurgens cepit velle proficiſci. Et nihil
ominus obnixe eum ſocer tenuit: ⁊ apud ſe fecit
manere. Mane autem facto parabat leuites iter
Cui ſocer rurſum. Obſecro inquit vt paululum
cibi capias: et aſſumptis viribus donec increſcat
dies poſtea proficiſcaris. Comederunt ergo ſi-
mul: ſurrexitq; adoleſcens vt pergeret cuȝ vxo
re ſua et puero. Cui rurſum locutus eſt ſocer.
Conſidera quod dies ad occaſum decliuior ſit ⁊ C
propinquat ad veſperum: mane apud me etiam
hodie: et duc letum diem et cras proficiſceris vt
vadas in Domum tuam. Noluit gener acquie-
ſcere ſermonibus eius: ſed ſtatim perrexit et ve
nit contra Hiebus: que altero nomine vocaba-
tur Hieruſalem: ducens ſecuȝ duos aſinos onu
ſtos ⁊ concubinam. Jamq; aderant iuxta Hie-
bus: et dies mutabatur in noctem. Dixitq; pu
er ad dominum ſuum. Ueni obſecro declinemꝰ
ad vrbem Hiebuſeorum: ⁊ maneamus in ea. Cui
reſpondit dominus. Non ingrediar oppidum D
gentis aliene: que non eſt de filijs Iſrael: ſed trā
ſibo vſq; Gabaa. ⁊ cū illuc peruenero manebi-
mus in ea: aut certe in vrbe Rhama. Trāſierūt ergo
Hiebus ⁊ ceptū carpebant iter: occubuitq; eis
ſol iuxta gabaa: que eſt in tribu beniamin: diuer-
teruntq; ad eam: vt manerent ibi. Quo cum in-
traſſent: ſedebant in platea ciuitatis: et nullus
eos recipere volebat hoſpitio. Et ecce apparu-
it homo ſenex reuertens de agro: et de opere ſuo
veſperi: qui ⁊ ipſe de monte erat Ephraim: et pe
regrinus habitabat in gabaa. Homines autem

regionis illius erãt filij Iemini. Eleuatiſq; ocu
lis vidit ſenex ſedentẽ hominẽ cũ ſarcinulis ſuis
in platea ciuitatis: et dixit ad eũ. Unde venis: et
E quo vadis? Qui reſpõdit ei. Profecti ſumus de
Bethleem Iuda: et pgimus ad locũ noſtrũ qui
eſt in latere montis Ephraim. Unde ieramus in
Bethleem: et nũc vadimus ad domũ dei: nulluſq;
q; ſub tectum ſuũ nos vult recipere: habẽtes pa
leas et fenũ in aſinorum pabulũ: et panẽ ac vinũ
in meos et ancille tue vſus et pueri qui mecum
eſt: nulla re indigemus niſi hoſpitio. Cui reſpõ-
dit ſenex. Pax tecũ ſit: ego prebebo omnia que
neceſſaria ſunt tantũ queſo ne in platea maneas.
Introduxitq; eum in domum ſuam: et pabulum
aſinis prebuit: ac poſtq̃ lauerunt pedes ſuos
F recepit eos in conuiuium. Illis epulantibus: et
de ſodomia in Gabaa. poſt labore itineris cibo et potu reficiẽtibus cor
pora. venerunt viri ciuitatis illi⁹ filij Belial: id eſt
abſq; iugo: et circũdantes domũ ſenis: fores pul
Gen. xix. b ſare ceperunt: clamãtes ad dñm domus atq; di-
centes. Educ virũ qui ingreſſus eſt domũ tuã:
vt abutamur eo. Egreſſuſq; eſt ad eos ſenex et
ait. Nolite fratres nolite facere malũ hoc: q: in-
greſſus eſt homo hoſpitiũ meũ: et ceſſate ab hac
ſtultitia: habeo filiã virginẽ: et hic homo habet
concubinã: educã eas ad vos vt humilietis eas:
et veſtram libidinẽ cõpleatis: tantu; obſecro ne
ſcelus hoc cõtra naturã operemini in virum. No
lebant acquieſcere ſermonibus illius. Quod cer-
nens homo: eduxit ad eos cõcubinã ſuam: et eis
tradidit illudendam. Qua cum tota nocte abuſi
G eſſent: dimiſerũt eam mane. At mulier recedẽti-
bus tenebris venit ad oſtiũ domus vbi manebat
dñs ſuus: et ibi corruit. Mane facto ſurrexit ho
mo et aperuit oſtium: vt ceptam expleret via; et
ecce concubina eius iacebat ante hoſtium ſpar-
ſis in limine manus. Cui ille putans ea; quieſce
re loquebatur. Surge et ambulemus. Qua ni-
hil reſpondente intelligens q; erat mortua: tu-
lit eam et impoſuit aſino: reuerſuſq; eſt in domũ
ſuam. Quam cum eſſet ingreſſus: arripuit gla-
dium: et cadauer vxoris cum oſſibus ſuis in duo
decim partes ac fruſtra concidens miſit in om-
nes terminos Iſrael. Quod cum vidiſſent ſin-
guli conclamabant. Nunq̃ res talis facta eſt in
Iſrael ex eo die quo aſcenderunt patres noſtri
de Egypto vſq; in preſens tempus: ferte ſniam:
et in comune decernite quid facto opus ſit.

¶ C.S. ¶ De pugna toti⁹ iſrl' p ſcelere hoc ꝯ tribũ beniamin: qliter filij iſrl' ab eis hic prio et ſecũdo victi ſũt: tertio tamẽ vicit Iſrl' beniamin: nec ſuperſunt de eo niſi ſexcenti viri: quia duo milia quingenti mortui ſunt. Cap. xx.

A De pugna Iſrael ꝯ tribum beniamin pp peccatũ prede.

Egreſſi itaq; ſunt om
nes filij Iſrael: et pariter cõgre
gati quaſi vir vnus de Dan vſq;
berſabee: et terra galaad ad dñs
in maſpha: omneſq; ãguli popu-
lorum et cuncte tribus Iſrael in eccleſiam popu
li dei conuenerunt quadraginta milia peditum
pugnatorũ. Nec latuit filios Beniamin q; aſcen
diſſent filij Iſrael in maſpha. Interrogatuſq; le
uita marit⁹ mulieris interfecte qũ tãtum ſcelus
perpetratum eſſet: reſpondit. Veni Gabaa Be
niamin cum vxore mea: illucq; diuerti: et ecce ho
mines ciuitatis illius circundederunt nocte do-
mum in qua manebam: volentes me occidere: et
vxorem meam incredibili furore libidinis vexan-
tes: deniq; mortua eſt. Quam arreptam in fru-
ſtra concidi: miſiq; partes in omnes terminos
poſſeſſionis veſtre: quia nunq̃ tantum nefas et
tam grande piaculum factum eſt in Iſrael. Ade
ſtis omnes filij Iſrael: decernite quid facere de-
beatis. Stanſq; omnis populus ⁊ quaſi vnius
hominis ſermone reſpondit. Non recedemus in
tabernacula noſtra: nec ſuam quiſq; intrabit do-
mum: ſed hoc contra Gabaa in commune facie- D
mus: Decem viri eligantur e centum ex omnib⁹
tribubus Iſrael: ⁊ centũ de mille: ⁊ mille de decẽ
milibus: vt comportent exercitui cibaria: ⁊ poſſi
mus pugnare contra Gabaa Beniamin: ⁊ red-
dere ei pro ſcelere quod meretur. Cõuenitq; vni
uerſus Iſrael ad ciuitatẽ quaſi homo vn⁹ eade;
mente vnoq; conſilio: ⁊ miſerũt nũcios ad omnẽ
tribũ Beniamin: qui dicerent: Cur tantũ nefas
in vobis repertum eſt? Tradite homines de Ga
baa qui hoc flagitium perpetrarunt vt moriant
et auferatur malum de Iſrael. Qui noluerũt fra
trum ſuorum filiorũ Iſrael audire mandatũ: ſed
ex cunctis vrbibus que fortis ſue erant conuene-
runt in Gabaa vt illis ferrent auxiliũ: ⁊ contra
vniuerſum populũ Iſrael dimicarẽt. Inuentiq;
ſunt vigintiquinq; milia de Beniamin educen-
tium gladium: pter habitatores Gabaa: qui ſe-
ptingenti erant viri fortiſſimi: ita ſiniſtra vt de-
xtra preliantes: ⁊ ſic fundis lapides ad certũ ia-
cientes: vt capillũ quoq; poſſent percutere: ⁊ ne E
quaq̃ in alteram partem ictus lapidis deferret.
Virorũ quoq; Iſrael abſq; filijs Beniamin in-
uenta ſunt quadraginta milia educẽtiũ gladios
⁊ paratorum ad pugnam. Qui ſurgentes vene-
runt in domum dei: hoc eſt in Silo: conſuluerũt
q; dominum atq; dixerunt: quis erit in exercitu
noſtro princeps certaminis contra filios Benia
min? Quibus reſpondit dominus: Iudas ſit
dux veſter. Statimq; filij Iſrael ſurgentes mane
caſtrametati ſunt iuxta Gabaa: ⁊ inde proce-
dentes ad pugnam contra Beniamin vrbem
oppugnare ceperunt. Egreſſiq; filij Beniamin
de Gabaa occiderunt de filijs Iſrael die illo vi
gintiduomilia virorum. Rurſum filij Iſrael et
fortitudine ⁊ numero confidentes in eodem loco
in quo prius certauerunt: ⁊ aciem direxerunt: ita
tamen vt prius aſcenderent et flerent coram do
mino vſq; ad noctem: conſulerentq; eum et di-
cerent: Debemus vltra procedere ad dimican-
dum contra filios Beniamin fratres noſtros: F
an non? Quibus ille reſpondit: Aſcendite ad
eos et inite certamẽ. Cũq; filij Iſrael altera die

xxxvi. capitu. Iudas exercit ⁊ pmo cundo tur ſu veniẽ dias ⁊ gam ſu tam.

contra filios Beniamin ad prelium proceſſiſſent:
eruperunt filij Beniamin de portis Gabaa: τoc
currentes eis tanta in illos cede bacchati ſunt: vt
decem et octo milia virorum educentium gladiū
proſternerent. Quamobrem omnes filij Iſrael
venerunt in domum dei: et ſedentes flebant co-
ram domino. Ieiunaueruntqꝫ die illo vſqꝫ ad ve
ſperam et obtulerunt ei holocauſta atqꝫ pacifi-
cas victimas τ ſuper ſtatu ſuo interrogauerunt.
Eo tempore ibi erat arca federis Domini: τ fi-
nees filius Eleazari filij Aaron prepoſitus do-
mus. Conſuluerunt igitur Dominum atqꝫ dixe
runt: Exire vltra debemus ad pugnam contra fi
lios Beniamin fratres noſtros: an quieſcere?
E Quibus ait dominus: Aſcendite: cras enim tra-
dam eos in manus veſtras. Poſueruntqꝫ filij Iſ
rael inſidias per circuitum vrbis Gabaa τ ter-
tia vice ſicut ſemel τ bis contra Beniamin exer-
citum produxerunt. Sed et filij Beniamin au-
dacter eruperunt de ciuitate: et fugientes aduer
ſarios longius perſecuti ſunt: ita vt vulnerarent
ex eis ſicut primo die et ſecūdo: et cederent per
duas ſemitas vertentes terga: quarum vna fere
batur in Bethel: τ altera in Gabaa: atqꝫ pro-
ſternerent triginta circiter viros. Putauerunt
enim ſolito eos more cedere. Qui fugam arte ſi-
mulantes inierunt conſilium vt abſtraherēt eos
de ciuitate: τ quaſi fugientes ad ſupradictas ſe-
mitas perducerent. Omnes itaqꝫ filij Iſrael ſur
gentes de ſedibus ſuis: tetenderunt aciem in lo-
co qui vocabatur Baalthamar. Inſidie quoqꝫ
que circa vrbem erant paulatim ſe aperire cepe
runt τ ab occidentali vrbis parte procedere. Sed
τ alia decem milia virorum de vniuerſo Iſrael ha
bitatores vrbis ad certamina prouocabant. In-
grauatumqꝫ eſt bellum contra filios Beniamin
et non intellexerunt qꝫ ex omni parte illis inſta-
ret interitus. Percuſſitqꝫ eos Dominus in cō-
ſpectu filiorum Iſrael: et interfecerunt ex eis in
illo die vigintiquinqꝫ milia et centum viros: om-
nes bellatores et educentes gladium. Filij autē
F Beniamin cum ſe inferiores eſſe vidiſſent cepe-
runt fugere. Quod cernentes filij Iſrael: dede-
runt eis ad fugiendū locum: vt ad preparatas inſi
dias deuenirent quas iuxta vrbem poſuerant.
Qui cum repente de latibulis ſurrexiſſent: τ Be
niamin terga cedentibus daret: ingreſſi ſunt ciui
tatem: et percuſſerunt eam in ore gladij. Signū
autem dederunt filij Iſrael his quos in inſidijs
collocauerant: vt poſtqꝫ vrbem cepiſſent: igne ac
cenderent: vt aſcendente in altum fumo: captā
vrbem demonſtrarent. Quod cum cernerent filij
Iſrael in ipſo certamine poſiti putauerunt enim
filij Beniamin eos fugere τ inſtantius perſe-
quebantur: ceſis de exercitu eorum triginta vi-
ris: et viderunt quaſi columnam fumi de ciuita
te conſcendere. Beniamin quoqꝫ reſpiciens re-
tro cum captam cerneret ciuitatem: et flammas
in ſublime ferri: qui prius ſimulauerant fugam:
verſa facie fortius reſiſtebant. Quod cum vidiſ-
ſent filij Beniamin: in fugam verſi ſunt: et ad
viam deſerti ire ceperunt: illuc quoqꝫ eos aduer
ſarijs perſequentibus. Sed τ hi qui vrbem ſuccē G
derant occurrerunt eis: atqꝫ ita factum eſt vt ex
vtraqꝫ parte ab hoſtibus cederentur nec erat vlla
requies morientium. Ceciderunt atqꝫ proſtra-
ti ſunt ad orientalem plagam Vrbis Gabaa.
Fuerunt autē qui in eodem loco interfecti ſunt
decem et octo milia virorum: omnes robuſtiſſi-
mi pugnatores. Quod cum vidiſſent qui reman
ſerant de Beniamin: fugerunt in ſolitudinem:
τ pergebant ad petram cuius vocabulū eſt Rem-
mon. In illa quoqꝫ fuga palantes et in diuerſa
tendentes occiderunt quinqꝫ milia viros. Et cū
vltra tenderent perſecuti ſunt eos: et interfece-
runt etiam alia duo milia. Et ſic factum eſt vt
omnes qui ceciderant de Beniamin in diuerſis
locis eſſent viginti quinqꝫ milia pugnatores ad
bella promptiſſimi. Remanſerunt itaqꝫ de om-
ni numero Beniamin qui euadere potuerant et
fugere in ſolitudinem ſexcenti viri: ſederuntqꝫ in
petra Remmon menſibus quattuor. Regreſſi
autem filij Iſrael omnes reliquias ciuitatis a vi
ris vſqꝫ ad iumenta gladio percuſſerunt cunctas
vrbes τ viculos beniamin vorax flāma cōſumpſit.

¶ Capituli. Summarium. ¶ Filij Iſrael du
cti penitentia ſuper iuramento quod fecerant:
Et ecce virgines dantur in vxores viris qui re-
manſerant de Beniamin: De Iabes Galaam
quem percuſſerunt: reliquas capiunt ex virgini-
bus Silo ducentibus choros. In diebus illis nō
erat rex in Iſrael.

Capitulum .xxj.

A

Urauerāt quoqꝫ fi- Separatio
lij Iſrael in Maſpha τ dixe- iſrl' a tribu
runt: Nullus noſtrum dabit beniamin τ
filijs Beniamin de filiabus ſu- poſtea recō
is vxores. Veneruntqꝫ om- ciliatio.
nes ad domum dei in Silo τ in
conſpectu eius ſedentes vſqꝫ
ad veſperam leuauerunt vocem et magno vlula-
tu ceperunt flere: dicentes: Quare domine deus
Iſrael factum eſt hoc malum in populo tuo: vt
hodie vna tribus auferretur a nobis? Altera au-
tem die diluculo conſurgentes extruxerunt alta-
re: obtuleruntqꝫ ibi holocauſta τ pacificas victi-
mas: τ dixerunt. Quis non aſcendit in exercitu
domini de vniuerſis tribubus Iſrael. Grandi
enim iuramento ſe conſtrinxerant cum eſſent in
Maſpha interfecit eos qui defuiſſent. Ducti B
penitentia filij Iſrael ſup fratre ſuo Beniamin:
ceperunt dicere. Ablata eſt tribus vna de Iſrael
vnde vxores accipient: Omnes enim in com-
mune iurauimus non daturos nos his filias no
ſtras. Idcirco dixerunt: Quis eſt de vniuerſis
tribubus Iſrael qui non aſcendit ad dominum
in Maſpha: Et ecce inuenti ſunt habitatores
Iabis Galaad in illo exercitu non fuiſſe. Eo

quocꝫ tempore cum eſſent in Silo:nullus ex eis
ibi repertus eſt. Miſerunt itaqꝫ decem milia vi-
ros robuſtiſſimos:⁊ preceperunt eis: Jte ⁊ per-
cutite habitatores Jabis Galaad in ore gladij:
tam vxores ꝙ paruulos eorum: ⁊ hoc erit quod
Nu.xxxj.c. obſeruare debebitis. Omne generis maſculini et
Tribus be- mulieres que cognouerunt viros:interficite: vir
niamin re- gines autem reſeruate. Jnuenteqꝫ ſunt de Ja-
parat̃ p ma bis Galaad quadringente virgines que neſcie-
trimonia runt viri thorum:⁊ adduxerunt eas ad caſtra in
cū alijs tri- Silo in terra Chanaam. Miſeruntqꝫ nūcios ad
bubus non filios Beniamin:qui erant in petra Remmon: ⁊
aſtrictis iu- preceperunt eis vt eas ſuſciperent in pace. Uene
ramento. runtqꝫ filij Beniamin in illo tempore: ⁊ date ſunt
C eis vxores de filiabus Galaad:alias autem non
repererunt quas ſimili modo traderent. Uniuer
ſuſqꝫ Jſrael valde doluit ⁊ egit penitentiam ſu-
per interfectiōe vnius tribus ex iſrael. Dixerūt
qꝫ maiores natu: Quid faciemus reliquis qui nō
acceperunt vxores? Omnes in Beniamin femi-
ne conciderunt: ⁊ magna nobis cura ingentiqꝫ
ſtudio prouidendum eſt:ne vna tribus deleatur
ex Jſrael. Filias enim noſtras eis dare non poſ-
ſumus:conſtricti iuramento ⁊ maledictione qua
diximus:maledictus qui dederit de filiabus ſuis
vxorem Beniamin. Ceperuntqꝫ conſilium atqꝫ
dixerunt: Ecce ſolennitas domini eſt in Silo an-
niuerſaria:que ſita eſt ad ſeptemtrionem vrbis
Bethel ad orientalem plagam vie que de Be-
D thel tendit ad Sichimam ⁊ ad meridiem opidi
lebona. Preceperuntqꝫ filij Beniamin atqꝫ di-
xerunt: Jte latitate in vineis. Cumqꝫ videritis
filias Silo ad ducendos choros ex more proce-
dere exite repente de vineis ⁊ rapite ex eis ſingu
li vxores ſingulas:⁊ pergite in terram Benia-
min. Cumqꝫ venerint patres earum ac fratres
⁊ aduerſum vos queri ceperint atqꝫ iurgari: di-
cemus eis: Miſeremini eorum: Non enim ra-
puerunt eas iure bellantium atqꝫ victorum: ſed
rogantibus vt acciperent non dediſtis:⁊ a veſtra
parte peccatum eſt. Feceruntqꝫ filij Beniamin
vt ſibi fuerat imperatum:et iuxta numerum ſu-
um rapuerunt ſibi de his que ducebant choros
vxores ſingulas:abieruntqꝫ in poſſeſſionem ſuaꝫ
J̄.xvij.c. et edificantes vrbes ⁊ habitantes in eis. Filij quo-
xviij.a. qꝫ Jſrael reuerſi ſunt per tribus et familias in
tabernacula ſua. Jn diebus illis non erat rex in
Jſrael: ſed vnuſquiſqꝫ quod ſibi rectum vide-
batur hoc faciebat.

¶ Explicit liber Judicum.

¶ Jncipit liber Ruth.

¶ Capituli. Summarium. ¶ Elimelech cum vxore Noemi et filijs peregrinantur in Moab:quo mortuo cum filijs: Noemi vxor eius in Bethleem redit cum Ruth nuru ſua: et dicit nolite me vocare Noemi: ſed Mara ⁊c. Capitulum.j.

IN diebus vnius iudicis quādo iudices preerant: facta eſt fames in terra. Abijtqꝫ homo de bethleem Juda vt peregrinaretur in regione Moabitide cū vxore ſua ac duobus liberis. Ipſe vocabatur Elimelech: et vxor eius Noemi: ⁊ duo filij : alter Maalon:⁊ alter Chelion: Ephratei de Bethleeꝫ Juda. Jngreſſiqꝫ regionem Moabitidem morabantur ibi. Et mortuus eſt Elimelech maritus Noemi:remanſitqꝫ ipſa cuꝫ filijs. Qui acceperunt vxores Moabitidas: quarum vna vocabatur Orpha : altera Ruth. Manſeruntqꝫ ibi decem annis:⁊ ambo mortui ſunt: Maalon videlicet ⁊ Chelion : remanſitqꝫ mulier orbata duobus liberis ac marito. Et ſurrexit vt in patriam pergeret cum vtraqꝫ nuru ſua de regione Moabitide. Audierat enim ꝙ reſpexiſſet dominus populum ſuum:⁊ dediſſet eis eſcas. Egreſſa eſt itaqꝫ de loco peregrinationis ſue cum vtraqꝫ nuru:⁊ iam in via reuertendi poſita ī terra Juda dixit ad eas: Jte in domū matris vr̄e:faciat vobiſcū dn̄s miſericordiā: ſicut feciſtis cum mortuis ⁊ mecum. Det vobis inuenire requiem in domibus virorum quos ſortiture eſtis : ⁊ oſculata eſt eas que eleuata voce flere ceperunt ⁊ dicere. Tecum pergemus ad populū tuū. Quibus illa reſpondit. Reuertimini filie mee :cur venitis mecū. Num vltra habeo filios in vtero meo

vt viros ex me ſperare poſſitis. Reuertimini fi-
lie mee ⁊ abite. Iaʒ em̄ ſenectute cōfecta ſuʒ nec
apta vinculo cōiugali: etiā ſi poſſeʒ hac nocte cō
cipere ⁊ parere filios ſi eos expectare velletis do
nec creſcāt ⁊ ānos pubertatis impleāt: ante eri-
C tis vetule ꝙ nubatis. Nolite queſo filie mee face
re hoc: q: veſtra anguſtia magis me p̄mit ⁊ egreſ
ſa eſt manꝰ dn̄i ꝫ me. Eleuata igit̄ voce rurſum
flere ceperūt Orpha oſculata eſt ſocrū ac reuerſa
eſt. Ruth adheſit ſocrui ſue. Cui dixit noemi. En
reuerſa eſt cognata tua ad populū ſuū ⁊ ad deos
ſuos vade cū ea. Que r̄ndit. Ne aduerſeris mihi
vt relinquam te ⁊ abeā quocūq; em̄ perrexeris
ij.reg.xvij. pergam: ⁊ vbi morata fueris ⁊ ego pariter mora
bor. Populus tuus: ppl's meus: ⁊ deus tuꝰ deꝰ
meus. Que te terra morientem ſuſceperit: in ea
moriar: ibiq; locū accipiā ſepulture. Hec mihi fa
ciat deus: ⁊ hec addat ſi nō ſola mors me ⁊ te ſe-
parauerit. Vidēs ergo Noemi ꝙ obſtinato ani-
mo Ruth decreuiſſet ſecū pgere aduerſari noluit
nec ad ſuos vltra reditum pſuadere. Profecte
D ſunt ſimul ⁊ venerūt in Bethleē. Quibꝰ vrbē in-
greſſis velox apud cunctos fama pcrebuit: dice-
bantq; mulieres. Hec eſt illa Noemi. Quibꝰ ait
B Nec vocetis me Noemi: id eſt pulchrā: ſed voca
te me Mara: id eſt amarā q: amaritudine valde
repleuit me oipotēs. Egreſſa ſum plena: ⁊ vacuā
reduxit me dn̄s. Cur ḡ vocatis me noemi: quam
dn̄s hūiliauit ⁊ afflixit oipotēs. Venit ergo noe-
mi cum Ruth Moabitide nuru ſua de terra pe-
regrinatiōis ſue: ac reuerſa eſt in Bethleem qn̄
primum hordea metebantur.

Capi. Sūmarium. Ruth in agro Booz
cognati Noemi cum gratia eius ſpicas colligit
poſt meſſores et de cibis quibus fuerat ſaturata
apud Booz.

Capitulum. ij.

A ERat autem viro Eli-
melech cōſanguineus homo po
tens ⁊ magnarū opū noie Booz
Dixitq; Ruth Moabitis ad ſo-
crum ſuā. Si iubes vadā in agrū
De Ruth colligente ſpicas in agro Booz. ⁊ colligam ſpicas que fugerēt manus metentiū
vbicunq; clementis in me patriſfamilias reppe-
rero grāʒ. Cui illa r̄ndit. Vade filia mi. Abijt ita
q; ⁊ colligebat ſpicas poſt terga metentiū. Acci-
dit autē vt ager ille haberet dn̄m noie Booz: q
erat de cognatiōe Elimelech. Et ecce ipſe venie-
B bat de Bethleē dixitq; meſſoribꝰ. Dn̄s vobiſcū
Qui reſponderūt ei. Bn̄dicat tibi dn̄s. Dixitq;
Booz iuueni qui meſſoribus preerat: Cuiꝰ hec
eſt puella: Cui r̄ndit. Hec eſt Moabitis que ve-
nit cū Noemi de regione Moabitide: ⁊ rogauit
vt ſpicas colligeret remanentes: ſequēs meſſorū
veſtigia: ⁊ de mane vſq; nūc ſtat in agro: ⁊ nec ad
momentū quidē domū reuerſa eſt. Et ait Booz
ad Ruth. Audi filia: ne vadas in alterū agruʒ ad
colligendū: nec recedas ab hoc loco ſed iungere
puellis meis: ⁊ vbi meſſuerint ſequere: Mādaui
enim pueris meis vt nemo moleſtus ſit tibi: ſed
etiam ſi ſitieris vade ad ſarcinulas ⁊ bibe aquas
de quibus ⁊ pueri mei bibunt. Que cadens in fa
ciem ſuam ⁊ adorans ſuper terram: dixit ad euʒ.
Vnde mihi hoc vt inuenirem gratiam ante ocu-
los tuos: ⁊ noſſe me dignareris peregrinam mu-
lierem: Cui ille reſpondit. Nunciata ſunt mihi C
omnia que feceris ſocrui tue poſt mortē viri tui
⁊ ꝙ reliqueris parentes tuos ⁊ terrā in qua na-
ta es ⁊ veneris ad populū quem antea neſciebas
Reddat tibi dn̄s pro opere tuo ⁊ plenam merce-
dem recipias a dn̄o deo Iſrael ad quem veniſti:
⁊ ſub cuius confugiſti alas: que ait Inueni gra-
tiam coram oculis tuis domine mi: qui conſola-
tus es me ⁊ locutus es ad cor ancille tue. que nō
ſum ſimilis vnius puellarū tuarū. Dixitq; ad eā
Booz: Quādo hora veſcēdi fuerit veni huc ⁊ co
mede panē. ⁊ intinge bucellā tuaʒ in aceto. Se-
dit itaq; ad latus meſſorū ⁊ congeſſit polleutam
ſibi: comeditq; ⁊ ſaturata eſt: ⁊ tulit reliquias:
atq; inde ſurrexit vt ſpicas ex more colligeret.
Precepit autē Booz pueris ſuis dicens. Etiaʒ
ſi vobiſcū metere voluerit: ne prohibeatis eam:
⁊ de veſtris quoq; manipulis proijcite de indu-
ſtria: ⁊ remanere permittite vt abſq; rubore colli
gat ⁊ colligentem nemo corripiat. Collegit ergo D
in agro vſq; ad veſperam: ⁊ que collegerat virga
cedens et excutiens: inuenit hordei quaſi ephi
menſuram: id eſt tres modios quos portans re-
uerſa eſt in ciuitatem: et oſtendit ſocrui ſue inſu
per protulit et dedit ei de reliquijs cibi ſui quo
ſaturata fuerat. Dixitq; ei ſocrus ſua. Vbi ho-
die collegiſti: ⁊ vbi feciſti opus. Sit benedictus
qui miſertus eſt tui. Indicauit ei apud quem
eſſet operata: et nomen dixit viri ꝙ Booz vo-
caretur. Cui reſpondit Noemi: Benedictus ſit
a Domino: quoniam eandem gratiam quā pre
buerat viuis ſeruauit et mortuis. Rurſumq; ait.
Propinquus noſter eſt homo. Et Ruth. Hoc
quoq; inquit precepit mihi vt tandiu meſſori-
bus eius iungerer donec omnes ſegetes mete-
rentur. Cui dixit ſocrus. Melius eſt filia mi
vt cum puellis eius exeas ad metendum: ne in
alieno agro quiſpiam reſiſtat tibi. Iuncta eſt ita
q; puellis Booz: ⁊ tandiu cuʒ eis meſſuit donec
hordea ⁊ triticum in horreis conderentur.

Capituli. Summarium. Iuxta conſiliū
Noemi Ruth in agro ad pedes Booz dormit:
petit extendi pallium ſuper ſe: ⁊ dormit ſecū vſq;
mane: ſex hordei modios ad ſocrum reportat.

Capitulum. iij.

POſtq̄ʒ autem reuer- A
ſa eſt ad ſocrum ſuam: audi- Ruth q̄rit
uit ab ea. Filia mi queram ti- vt Booz ſu
bi requiem et prouidebo vt be- ſcitet ſemē
ne ſit tibi: Booz iſte cuius mariti mor
puellis in agro iuncta es ppin tui.
quus noſter eſt: et hac nocte
aream hordei ventilat. Lauare igitur ⁊ vngere

⁊ induere cultioribus veſtimentis ⁊ deſcende in
aream. Non te videat homo donec eſum potuſq;
finierit. Quando autem ierit ad dormiendū: no
ta locum in quo dormiat. Venieſq; ⁊ diſcooperi-
es pallium quo operitur a parte pedum ⁊ proij-
cies te ⁊ ibi iacebis. Ipſe autem dicet tibi quid
agere debeas. Que reſpondit: Quicquid prece-
B peris faciam. Deſcenditq; in aream ⁊ fecit om-
nia que ſibi imperauerat ſocrus ſua. Cumq; co-
mediſſet Booz ⁊ bibiſſet ⁊ factus eſſet hilarior:
iſſetq; ad dormiendum iuxta aceruum manipu-
lorum: venit abſcondite ⁊ diſcooperto pallio a pe
dibus eius ſe proiecit. Et ecce nocte iam media
expauit homo et conturbatus eſt: viditq; mulie-
rem iacentem ad pedes ſuos: ⁊ ait illi: Que es?
Illaq; reſpondit. Ego ſum Ruth ancilla tua.
Expande pallium tuum ſuper famulam tuam
quia propinquus es. Et ille: Benedicta inquit:
es a domino filia: ⁊ priorem miſericordiam poſte
riore ſuperaſti: quia non es ſecuta iuuenes pau-
C peres ſiue diuites. Noli ergo metuere: ſed quic-
quid dixeris mihi faciam tibi. Scit enim omnis
populus qui habitat intra portas vrbis mee mu
lierem te eſſe virtutis. Nec abnuo me propin-
quum: ſed eſt alius me propinquior. Quieſce hac
nocte: ⁊ facto mane ſi te voluerit propinquitatis
iure retinere: bene res acta eſt: ſin autem ille no-
luerit: ego te abſq; vlla dubitatione ſuſcipiam.
Viuit dominus: Dormi vſq; mane. Dormiuit
D itaq; ad pedes eius vſq; ad noctis abſceſſū. Sur
rexit itaq; anteq̄ homines ſe cognoſcerent mu-
tuo: ⁊ dixit Booz: Caue ne quis nouerit q; huc
veneris. Et rurſum. Expande inquit palliū tuū
quo operiris ⁊ tene vtraq; manu. Qua extenden
te ⁊ tenente: menſus eſt ſex modios hordei: et po
ſuit ſuper eam. Que portans ingreſſa eſt ciuita-
tem: ⁊ venit ad ſocrum ſuam. Que dixit ei: Quid
egiſti filia. Narrauit ei omnia que ſibi feciſſet ho
mo: Et ait. Ecce ſex modios hordei dedit mihi
⁊ ait: Nolo vacuam te reuerti ad ſocrum tuam:
Dixitq; Noemi: Expecta filia donec videamus
quem res exitum habeat: neq; enim ceſſabit ho-
mo niſi compleuerit quod locutus eſt.

Capituli. Summarium. Booz ſuſcepit ius propinquitatis a propinquo viri premortui Ruth: calciamento ſoluto accipit Ruth vxorem: generat Obeth patrem Dauid: narratur generatio Phares. Capitulum .iiij.

A Descendit ergo Booz ad portam ⁊ ſedit ibi. Cumq; vidiſſet propinquū preterire de quo prius ſermo habitus eſt: dixit ad eum: Declina pauliſper ⁊ ſede hic vocans eum nomine ſuo. Qui diuertit ⁊ ſedit. Tollens autem Booz decem viros de ſenioribus ciuitatis: dixit ad eos. Sedete hic. Quibus reſidentibus locutus eſt ad propinquum. Partem agri fratris noſtri Elimelech vendidit Noemi:

Propinquior pareſmariti ruth cedit iuſ ſuum

que reuerſa eſt de regione Moabitidē: quod audire te volui ⁊ tibi dicere coram cunctis ſedentibus ⁊ maioribus natu de populo meo. Si vis poſſidere iure propinquitatis: eme ⁊ poſſide: Sin autem diſplicet tibi: hoc ipſum indica mihi: vt ſciam quid facere debeam. Nullus enim eſt propinquus excepto te qui prior es: ⁊ me qui ſecundus ſum. At ille reſpondit: Ego agrum emam. Cui dixit Booz. Quando emeris agrum de manu mulieris: Ruth quoq; Moabitidem que vxor defuncti fuit debes accipere vt ſuſcites nomen propinqui tui in hereditate ſua. Qui reſpondit: Cedo iuri propinquitatis: Neq; enim poſteritatem familie mee delere debeo. Tu meo vtere priuilegio quo me libenter carere profiteor. Hic autem erat mos antiquitus in Iſrael inter propinquos: vt ſi quando alter alteri ſuo iuri cedebat vt eſſet firma conceſſio: ſoluebat homo calciamētum ſuum et dabat propinquo ſuo. Hoc erat teſtimonium ceſſionis in Iſrael. Dixit ergo propinquo ſuo Booz: Tolle calciamentum. Quod ſtatim ſoluit de pede ſuo. B Et ille maioribus natu ⁊ vniuerſo populo. Teſtes vos inquit eſtis hodie q; poſſederim omnia que fuerunt Elimelech ⁊ Chelion ⁊ Maalon: tradente Noemi et Ruth Moabitidem vxorem Maalon in coniugium ſumpſerim: vt ſuſcitem nomen defuncti in hereditate ſua: ne vocabulum eius de familia ſua ac fratribus ⁊ populo deleatur. Vos inquam huius rei teſtes eſtis. Reſpondit omnis populus qui erat in porta ⁊ maiores natu. Nos teſtes ſumus: Faciat Dominus hanc mulierem que ingreditur domum tuam: ſicut Rachel ⁊ Liā que edificauerunt domum Iſrael vt ſit exemplū virtutis in Ephrata: ⁊ habeat Celebre nomen in Bethleem. Fiatq; domus tua ſicut domus Phares quem Thamar peperit Iude: de ſemine quod tibi dederit Dominus ex hac puella. Tulit itaq; Booz Ruth ⁊ accepit vxorem: ingreſſuſq; eſt ad eam: ⁊ dedit illi Dominus vt conciperet ⁊ pareret filium. C Dixeruntq; mulieres ad Noemi. Benedictus dominus qui non eſt paſſus vt deficeret ſucceſſor familie tue: ⁊ vocaretur nomen eius in Iſrael: ⁊ habeas qui conſoletur animam tuam etiam enutriat ſenectutem. De nuru enim tua natus eſt qui te diliget: ⁊ multo tibi melior eſt q̄ ſi ſeptem haberes filios. Suſceptumq; Noemi puerum poſuit in ſinu ſuo: ⁊ nutricis ac gerule fungebatur officio. Vicine autem mulieres congratulantes ei: ⁊ dicentes. Natus eſt filius Noemi vocauerunt nomen eius Obeth. Hic eſt pater Iſai: patris Dauid. He ſunt generationes Phares: Phares genuit Eſrom. Eſrom genuit Aram. Aram genuit Aminadab. Aminadab genuit Naaſon: Naaſon genuit Salmon. Salmon genuit Booz. Booz genuit Obeth. Obeth genuit Iſai. Iſai genuit Dauid regem.

Booz

De ſolu[…] ne calci[…] ti in ſi[…] ceſſion[…]

Benedi[…] popul[…] pro Boo[…] Ruth[…] bus n[…] Obeth

Deſcri[…] generati[…] num. j. Par. Math. j

Explicit liber Ruth.

¶ Incipit prologus Sancti Hieronymi In libros Regum: qui Galeatus dicitur.

De litteris ſm linguas

Viginti et duas litteras eſſe apud Hebreos Syrorū quoqꝫ lingua ⁊ Chaldeorum teſtatur: que Hebree magna ex parte confinis eſt. Naꝫ ⁊ ipſi vigintiduo elementa habent eodem ſono: ſed diuerſis characteribus. Samaritani etiam Pentateuchum Moyſi totidem litteris ſcriptitant: figuris tantum ⁊ apicibus diſcrepantes. Certum qꝫ eſt Eſdram ſcribam legiſqꝫ doctorem poſt captam Hieroſolymam ⁊ inſtaurationem templi ſub Zorobabel alias litteras reperiſſe: quib⁹ nūc vtimur: cum ad illud vſqꝫ tempus iidem Samaritanorum ⁊ Hebreoruꝫ characteres fuerint. In libro quoqꝫ Numerorum hec eadem ſupputatio: ſub leuitarum ac ſacerdotum cenſu myſtice oſtenditur. Et nomen Domini tetragrammaton in quibuſdam grecis voluminibus vſqꝫ hodie antiquis expreſſum litteris inuenimus. Sed ⁊ pſalmi triceſimuſſextus ⁊ centeſimuſdecimus ⁊ centeſimuſundecimus: ⁊ centeſimuſdecimuſoctauus: ⁊ centeſimuſquadrageſimuſquartus: ꝗꝗ diuerſo ſcribantur metro: tamen eiuſdeꝫ numeri texuntur alphabeto ⁊ Hieremie lamenta-

Prouerb. xxxi.b. tiones ⁊ oratio eius. Salomonis quoqꝫ in fine prouerbia ab eo loco in quo ait. Mulierem fortem quis inueniet. Eiſdem alphabetis vel inciſionibus ſupputantur. Porro quinqꝫ littere duplices apd Hebreos ſunt: cha: mem: nun. phe: ſade. Aliter enim ſcribuntur per has principia: medietateſqꝫ verborum aliter fines. Unde ⁊ quīqꝫ a pleriſqꝫ libri duplices eſtimantur Samuel

Primꝰ ordo eſt. Malachim dibre: haomin eſdras hieremias cuꝫ

cinoth: id eſt lamentationibus ſuis. Quomodo

De quinqꝫ libris moyſi. igitur vigintiduo elementa ſunt per que ſcribimus Hebraice omne quod loquimur ⁊ eorū initiis vox humana comprehēditur: ita vigintiduo volumina ſupputantur: quibus quaſi litteris et exordiis in dei doctrina tenera adhuc ⁊ lactens viri iuſti eruditur infantia. Primus apud eos liber vocatur Breſchith: quem nos Geneſim dicimus. Secundus Elleſmoth qui exodus appellatur. Tertius vayikra: ideſt Leuiticus. Quartus vaidaber: quem numeri vocamus. Quintus elle

Secundus librorum ordo eſt prophetarum. hadborem: qui deuteronomium prenotatur. Hi ſunt quinqꝫ libri Moyſi. quos proprie thorath: id eſt legem appellant. Secundū prophetarū ordinem faciunt. ⁊ incipiunt ab Jeſu filio Naue. qui apud illos Joſue bēnun dicitur. Deinde ſub texunt ſophtim: id eſt iudicum librum ⁊ in eundem compingunt Ruth: quia in diebus iudicum facta eius narratur hyſtoria. Tertius ſequitur ſamuel: quem nos regnorum primum ⁊ ſecundum dicimus. Quartus malachim: id eſt regum qui tertio ⁊ quarto regnorum volumine continetur. Meliuſqꝫ multo eſt malachim: ideſt regum quā malachoth: id eſt regnorum dicere. Non enim multarum gentiū regna deſcribit: ſed vnius Iſraelitici populi qui tribubus duodecim continetur. Quint⁹ eſt Iſaias. Sextus Hieremias. Septimus Ezechiel. Octauus liber duodecim prophetarum qui apud illos vocatur thareaſra. Tertius ordo agiographa poſſidet. Et primus liber incipit ab Job. Secundus a Dauid quem quinqꝫ inciſionibus ⁊ vno pſalmorum volumine comprehendūt. Tertius eſt Salomon tres libros ha-

Tertius librorum ordo eſt agiographus. bens prouerbia que illi parabolas: id eſt maſloth appellant. Quartus eccleſiaſten: id eſt coeleth. Quintus eſt canticum canticorum. quem titulo ſiraſirim appellant. Sextus eſt Daniel. Septimus dibre haiomin: ideſt verba dierum quod ſignificātius chronicon totius diuine hyſtorie poſſumus appellare qui liber apud nos paralipomenon primus atqꝫ ſecundus inſcribitur. Octau⁹ Eſdras: qui ⁊ ipſe ſimiliter apud grecos ⁊ latinos in duos libros diuiſus eſt. Nonus Heſter. Atqꝫ ita fiunt pariter veteris legis libri viginti-

Numerus librorum veteris teſtamenti. duo id eſt Moyſi quinqꝫ: ⁊ prophetarum octo: Agiographorum nouem: quamꝗ nonnulli Ruth ⁊ Cinoth inter agiographa ſcriptitent: ⁊ hos libros in ſuo putent numero ſupputandos ac per hoc eſſe priſce legis libros vigintiquattuor: quos ſub numero vigintiquattuor ſeniorum apocalypſis Johannis inducit adorantes agnum ⁊ coronas ſuas proſtratis vultibus offerentes ſtanti- Apo.iiij.

bus coram quattuor animalibus oculatis ante ⁊ retro: id eſt in preteritum ⁊ in futurum reſpicientibus: ⁊ indefeſſa voce clamantibus. Sanctus:

Prologus galeatus. ſanctus: ſanctus: dominus deus omnipotēs qui erat ⁊ qui eſt ⁊ qui venturus eſt. Hic prologus ſcripturarum quaſi galeatum principium omnibus libris quos de Hebreo vertimus in latinum conuenire poteſt vt ſcire valeamus quicquid extra hos eſt inter apocrypha eſſe ponēdum. Igitur ſapientia que vulgo Salomonis inſcribitur: ⁊ Jeſu filii Sirach liber: ⁊ Judith ⁊ Tobias et paſtor non ſunt in canone. Machabeorum primum librum hebraicum reperi. Secundus grecus eſt: ꝙ ex ipſa quidem phraſi probari poteſt. Que cum ita ſe habeant: obſecro te lector: ne laborem meum reprehenſionem eſtimes antiquorum: in tēplo dei offert vnuſquiſqꝫ ꝙ poteſt. Alii

i. Cor.xii.c. aurum: argentum ⁊ lapides precioſos: alii byſſum ⁊ purpuram ⁊ coccum offerūt ⁊ hiacyntum. Nobiſcum bene agitur ſi obtulerimus pelles et caprarū pilos. Et tū apoſtolus cōtēptibiliora noſtra magis neceſſaria iudicat. Unde ⁊ tota illa tabernaculi pulchritudo ⁊ per ſingulas ſpecies eccleſie pſentis futureqꝫ diſtinctio: pellibus tegit ⁊ ciliciis: ardoremqꝫ ſolis ⁊ iniuria imbriū ea que viliora ſunt prohibēt. Lege ergo primū Samuel ⁊ Malachim meū. Meū inquam meū. Quicqd enim crebrius vertēdo ⁊ emēdādo ſollicit⁹ ⁊ didicimus ⁊ tenemus: noſtrum eſt. Et cum intellexeris quod antea neſciebas: vel interpreteꝫ me eſtimato ſi gratus es: vel paraphraſtem ſi ingratus: ꝗꝗ mihi omnino conſcius non ſim. mutaſſe

me quippiā de hebraica veritate. Certe ſi incredulus es: lege grecos codices ⁊ latinos: ⁊ cōfer cū his opuſculis que nuper emendauimus: ⁊ vbicūq̧ diſcrepare inter ſe videris īterroga quēlibet hebreoꝝ cui magis accōmodare debeas fidē: ⁊ ſi noſtra firmauerit: puto ꝙ eum nō eſtimes coniectorem: vt in eodē loco mecū ſimiliter diuinauerit. Sed ⁊ vos famulas xp̄i rogo que dn̄i diſcumbentis precioſiſſima fidei myrrha vngitis caput que nequaq̄ ſaluatorē queritis in ſepulchro quibus iam ad prēs xp̄s aſcēdit: vt cōtra latrentes canes qui aduerſum me rabido ore deſeuiunt ⁊ circumeunt ciuitatē atq̧ in eo ſe doctos arbitrant̄: ſi alijs detrahāt oratiōes veſtrarum clypeos opponatis. Ego ſciens
ps. xxxviij. humilitatē meam: illius ſemper ſentētie recordabor. Dixi cuſtodiā vias meas: vt non delinquā in lingua mea. Poſui ori meo cuſtodiā: cū cōſiſteret aduerſum me peccator. Obmutui ⁊ hūiliatus ſum: ⁊ ſilui a bonis.

Explicit prologus.

Incipit liber Samuelis primus.

Capi. Sum. De Helcana ⁊ duabus vxoribꝰ eiꝰ Phenenna: ſecunda emulat̄ annam pulchrā ⁊ ſterilē: anna flet: nec capit cibum. Anna a dn̄o prolē poſtulat Samuel naſcitur ablactatur ⁊ domino offertur.

Capitulum. j.

A Helcana habuit Annam ſterilē ⁊ Phennēnam vxores

uit vir vnus de ramathaim ſophim de mōte ephraim ⁊ nomē eiꝰ helcana: filius hieroboam: filij Heliu: filij Thau: filij Suph Ephrateus: ⁊ habuit duas vxores: nomē vni anna: ⁊ nomē ſecunde phenenna. Fueruntq̧ phenēne filij: āne aūt nō erāt liberi. Et aſcēdebat vir ille de ciuitate ſua ſtatutis diebus vt adoraret ⁊ ſacrificaret dn̄o exercituū in ſilo. Erāt autē ibi duo filij heli: ophni ⁊ phinees ſacerdotes dn̄i. Venit ergo dies ⁊ immolauit helcāna: deditq̧ phenēne vxori ſue ⁊ cunctis filijs eius ⁊ filiabꝰ partes. Anne autem dedit partē vnam triſtis: qr annam diligebat. Dn̄s aūt ccōcluſerat vuluā eius: affligebat q̧ eam emula eius: ⁊ vehemēter angebat: intantum vt exprobraret ꝙ dn̄s cōcluſiſſet vuluā eius. Sicq̧ faciebat per ſingulos annos: cūq̧ redeunte tp̄e aſcēderent ad tēplū domini: ⁊ ſic prouocabat eam. Porro illa flebat ⁊ nō capiebat cibum. Dixit ergo ei Helcana vir ſuus. Anna cur fles ⁊ quare nō comedis: ⁊ q̄obrem affligitur cor tuum? Nunquid non ego melior tibi ſum q̄ decem filij? Surrexit autē anna poſtq̄ comederat ⁊ biberat in ſilo. Et heli ſacerdote ſedente ſuper ſellam ante poſtes domus domini cum eſſet Anna amaro animo: orauit ad dn̄m flens largiter: ⁊ votum vouit: dicens. Dn̄e exercituū ſi reſpiciēs videris afflictionē famule tue ⁊ recordatus mei fueris: nec oblitus ancille tue: dederiſq̧ ſerue tue ſexum virilē: dabo eum dn̄o omnibus diebus vite eius: ⁊ nouacula nō aſcendet ſuper caput eius. Factum eſt autem cum illa multiplicaret preces coram domino vt Heli obſeruaret os eius. Porro Anna loquebatur in corde ſuo: tantumq̧ labia illius mouebantur ⁊ vox penitus non audiebatur. Eſtimauit ergo eam heli temulentam: dixitq̧ ei. Vſq̧quo ebria eris. Digere paulisper vinum quo mades? Reſpondens Anna. Nequaq̄ inquit domine mi. Nā mulier infelix nimis ego ſum: vinum ⁊ omne quod inebriare poteſt nō bibi: ſed effudi animā meam in conſpectu domini Ne reputes ancillam tuam quaſi vnam de filiabus Belial: qr ex multitudine doloris ⁊ meroris mei locuta ſum vſq̧ in preſens. Tunc Heli ait ei. Vade in pace: ⁊ deus Iſrael det tibi petitionem tuam quam rogaſti eum. At illa dixit. Vtinā inueniat ancilla gratiam in oculis tuis: ⁊ abijt mulier in viam ſuam ⁊ comedit: vultuſq̧ illius non ſunt amplius in diuerſa mutati. Et ſurrexerunt mane ⁊ adorauerunt corā dn̄o: reuerſiq̧ ſunt et venerunt in domū ſuam in ramatha. Cognouit autem Helcana Annam vxorem ſuam: ⁊ recordatus eſt eius dominus: ⁊ factum eſt poſt circulum dierum concepit Anna ⁊ peperit filium vocauitq̧ nomen eius Samuel: eo ꝙ a domino poſtulaſſet eum. Aſcendit autem vir eius Helcana ⁊ omnis domus eius vt immolaret domino hoſtiam ſolennem ⁊ votum ſuum: ⁊ Anna non aſcendit. Dixit enim viro ſuo. Non vadam donec ablactetur infans: ⁊ ducam eum vt appareat ante cōſpectum dn̄i ⁊ maneat ibi iugiter: ⁊ ait ei Helcana vir ſuus. Fac ꝙ bonū tibi videtur: ⁊ mane donec ablactes eū: p̄coꝛq̧ vt impleat dn̄s verbū tuum. Manſit ergo mulier ⁊ lactauit filiū ſuum donec amoueret eū a lacte. Et adduxit eū ſecū poſtq̄ ablactauerat in vitulis tribus ⁊ tribꝰ modijs farine ⁊ āphora vini: ⁊ adduxit eū in domū dn̄i in ſilo. Puer aūt erat adhuc infantulus: ⁊ immolauerunt vitulū ⁊ obtulerunt puerum heli. Et ait Anna. Obſecro mi dn̄e: viuat aīa tua. Ego ſum illa mulier que ſteti coram te hic orans dn̄m pro

Anna affligit pp opprobriū ſterilitatis et orat p ple ⁊ exauditur

B

Judic.

C

j.xx.8.

Samu. D

Offert Samuel ſacerdoti pro voto

puero iſto. Oraui ⁊ dedit mihi dn̄s petitionem meam quā poſtulaui eū. Idcirco ⁊ ego comodaui eum dn̄o cūctis dieb9 q̄bus fuerit accōmodatus dn̄o. ⁊ adorauer̄t ibi dn̄ꝫ. Et orauit āna ⁊ ait.

B

Capitu. Summa. De cantico Anne: de peccato filiorum Ophni ⁊ phinees: de tunica ſamuelis ⁊ fecunditate mr̄is eius. Heli morit̄: ⁊ reprehēdit filios: venit vir dei ad heli qui mortē filiorum eius ⁊ ablationem ſacerdotij p̄dicit: ⁊ chriſtum promittit.

Capitulum. ij.

A — Cāticū anne p̄pter p̄leꝫ a deo datam ſibi.

Exultauit cor meum in dn̄o: ⁊ exaltatuꝫ eſt cor meum in deo meo. Dilatatuꝫ eſt os meuꝫ ſup inimicos meos: q: letata ſuꝫ in ſalutari tuo. Nō eſt ſanctus vt eſt dn̄s: neq3 eīm eſt alius extra te ⁊ non eſt fortis ſicut deus noſter. Nolite multiplicare loqui ſublimia gloriātes. Recedant vetera de ore vr̄o quia deus ſcientiarū dn̄s eſt: ⁊ ipſi preparan̄t cogitationes. Arcus fortiū ſuperatus eſt: ⁊ infirmi accincti ſunt robore.

B — Tob. xiij. a. Sap. xix. b.

Repleti prius pro panibus ſe locauerunt. ⁊ famelici ſaturati ſunt. Donec ſterilis peperit plīmos ⁊ que multos habebat filios infirmata eſt. Dn̄s mortificat ⁊ viuificat: deducit ad inferos ⁊ reducit. Dn̄s pauperē facit ⁊ ditat. Humiliat ⁊ ſubleuat. Suſcitat de puluere egenuꝫ: ⁊ de ſtercore eleuat pauperē: vt ſedeat cū principibus ⁊ ſoliuꝫ glorie teneat.

Ps. cxij.

Domini enim ſunt cardines terre: ⁊ poſuit ſuper eos orbē. Pedes ſanctoruꝫ ſuoruꝫ ſeruabit ⁊ impij in tenebris conticeſcent: q: non in fortitudine ſua roborabit̄ vir. Dn̄m formidabunt aduerſarij eius: ⁊ ſup impios in celis tonabit. Dn̄s iudicabit fines terre: ⁊ dabit imperiū regi ſuo: ⁊ ſublimabit cornu chriſti ſui: Et abijt Helcana in ramatha in domum ſuam.

C — Peccatū filiorum heli ſacerdotis.

Puer autē erat miniſter in conſpectu dn̄i ante faciem Heli ſacerdotis. Porro filij helij filij Belial neſcientes dominum neq3 officiuꝫ ſacerdotum ad populum: ſed quicunq3 immolaſſet victimam veniebat puer ſacerdotis dum coquerētur carnes ⁊ habebat fuſcinulā tridentē in manu ſua: ⁊ mittebat eam in lebetē vl' in caldariam: aut in ollam ſiue in cacabum: ⁊ omne ꝙ leuabat fuſcinula tollebat ſacerdos ſibi: ſic faciebat vniuerſo Iſraeli venientiuꝫ in Silo. Etiā anteq̄ꝫ adolerēt adipē veniebat puer ſacerdotis ⁊ dicebat immolanti. Da mihi carnē vt coquam ſacerdoti. Non eīm accipiaꝫ a te carnē coctā: ſed crudā.

D

Dicebat q3 illi immolans. Incendat̄ primuꝫ iuxta morem hodie adeps ⁊ tolle tibi quātūcūq3 deſiderat anima tua. Qui reſpōdēs aiebat ei. Nequaq̄ꝫ. Nūc eīm dabis alioquin tollam vi. Erat ergo peccatuꝫ puerorū grande nimis coram domino q: detrahebant hoīes a ſacrificio domini. Samuel aūt miniſtrabat ante faciem dn̄i: puer accinctus ephot lineo. Et tunicam paruam faciebat ei mater ſua quam offerebat ſtatutis diebus aſcendens cum viro ſuo: vt immolaret hoſtiam ſolenneꝫ ⁊ votuꝫ ſuum. Et benedixit Heli Helcane ⁊ vxori eius, dixitq3 ei. Reddat tibi Dominus ſemen de muliere hac pro fenore quod cōmodaſti Domino. Et abierunt in locum ſuum. Uiſitauit ergo dominus Annam et concepit ⁊ peperit tres filios ⁊ duas filias. Et magnificatus eſt puer Samuel apd̄ dominum.

Anna cōcepit tres alios filios heli corripit̄ a dn̄o p̄pter negligentiā corripiendi filios.

Heli autem erat ſenex valde et audiuit omnia que faciebant filij ſui vniuerſo Iſraeli: ⁊ quomodo dormiebant cum mulieribus que obſeruabant ad hoſtium tabernaculi ⁊ dixit eis.

E

Quare facitis res huiuſcemodi quas ego audio: res peſſimas ab omni populo. Nolite filij mei. Non eniꝫ eſt bona fama quam ego audio vt trāſgredi faciatis populum domini. Si peccauerit vir in virum placari ei poteſt deus ſi autem in deum peccauerit vir: quis pro eo orabit. Et nō audierunt vocem patris ſui: quia voluit dominus occidere eos. Puer autem Samuel proficiebat atq3 creſcebat: et placebat tam deo q̄ꝫ hominibus.

l. di. ca. alienū ē d̄ pen. di. j. ca. ſi ſacerdos.

Uenit autem vir dei ad heli: et ait ad eum. Hec dicit Dominus. Nunquid non aperte reuelatus ſum patris tui, cum eſſet in Egypto in domo Pharaonis. Et elegi eum ex omnibus tribubus Iſrael mihi in ſacerdotem: vt aſcēderet ad altare meum: et adoleret mihi incenſuꝫ ⁊ portaret Ephot coram me: et dedit domum patris tui omnia de ſacrificijs filioruꝫ Iſrael.

F

Qua re calce abiecistis victimam meaꝫ ⁊ munera mea que precepi vt offerentur in templo: et magis honoraſtis filios q̄ꝫ me: vt comederetis primitias omnis ſacrificij Iſrael populi mei.

lvij. diſ. c. ſicut hi. d̄ ſy. c. licet.

Propterea ait Dominus deus Iſrael. Loquens locutus ſum vt domus tua et domus patris tui miniſtraret in conſpectu meo vſq3 in ſempiternum

iij. Reg. ij. e

Nunc autem dicit Dominus. Abſit hoc a me: ſed quicunq3 honorificauerit me glorificabo eū: qui autem contemnunt me erunt ignobiles. Ecce dies veniunt. et preſcidam brachium tuum ⁊ brachium domus patris tui: vt non ſit ſenex in domo tua.

G

Et videbis emulum tuum in templo in vniuerſis proſperis Iſrael: et non erit ſenex in domo tua omnibus diebus. Ueruntamen nō auferam penitus virum ex te ab altari meo: ſed vt deficiant oculi tui et tabeſcat anima tua et pars magna domus tue morietur cum ad virileꝫ etatem venerit. Hoc autem erit tibi ſignum qd̄ venturum eſt duobus filijs tuis ophni ⁊ phinees

j. x. a.

In die vno morientur ambo. Et ſuſcitabo mihi ſacerdotem fidelem qui iuxta cor meum ⁊ animam meā faciet: ⁊ edificabo ei domū fidelē: ⁊ ambulabit corā xp̄o meo cūctis diebus.

Eſa. xxxviij. b. j. iiij. e.

Futurū eſt autē vt quicūq3 remāſerit in domo tua: veniat vt oret̄ pro eo: ⁊ offerat nūmuꝫ argēteuꝫ ⁊ tortā panis: dicatq3. Dimitte me obſecro ad vnā p̄teꝫ ſacerdotalem vt comedam bucellam panis.

C. S. De vocatiōe Samuelis dormiētis de viſione ei reuelata quam indicat Heli: ſamuel fidelis propheta domini eſſe cognoſcitur: ⁊ dominus addidit vt appareret in Silo: verbum Samuelis euenit vniuerſo Iſraeli.

Capl̄m. iij.

a Samueli apparuit dñs pñũciãs tranſlatione ſacerdotij ad heli. j.iiij.c.

Puer autẽ Samuel miniſtrabat dño corã Heli: ⁊ ſermo dñi erat precioſus. In diebus illis non erat viſio manifeſta. Factum eſt ergo in die quadam Heli iacebat in lectulo ſuo ⁊ oculi eius caligauerãt nec poterat videre: Lucerna dei anteq̃ extingueretur: Samuel dormiebat in templo dñi vbi erat arca dei. Et vocauit dñs ſamuel. Qui reſpondẽs ait: Ecce ego. Et cucurrit ad Heli ⁊ dixit: Ecce ego: Vocaſti enim me. Qui dixit: Non vocaui te filij: Reuertere ⁊ dormi. Et abijt ⁊ dormiuit. Et adiecit dominus rurſum vocare ſamuel. Conſurgenſq̃ ſamuel abijt ad Heli ⁊ dixit: Ecce ego q: vocaſti me. Qui reſpondit. Nõ vocaui te filij mi: Reuertere ⁊ dormi. Porro ſamuel necdum ſcie-
B bat dominum: nec reuelatus fuerat ei ſermo domini. Et adiecit dominus ⁊ vocauit adhuc ſamuel tertio: Qui conſurgens abijt ad Heli ⁊ ait: Ecce ego quia vocaſti me. Intellexit ergo Heli: q: dominus vocaret puerum: ⁊ ait ad Samuel: Vade ⁊ dormi: ⁊ ſi deinceps vocauerit te: dices Loquere domine: quia audit ſeruus tuus. Abijt ergo ſamuel ⁊ dormiuit in loco ſuo. Et venit dominus ⁊ ſtetit ⁊ vocauit ſicut vocauerat ſecundo: ſamuel ſamuel: Et ait ſamuel: Loquere domine: quia audiuit ſeruus tuus. Et dixit dominus ad ſamuel: Ecce ego facio verbũ in Iſrael: quod quicunq̃ audierit: tinniẽt ambe aures eius. In die
C illa ſuſcitabo aduerſum heli omnia que locutus ſuʒ ſuper domũ eius. Incipiã ⁊ cõplebo. Predixi eniʒ ei q̃ iudicaturus eſſem domum eius in eternum propter iniquitatẽ eius: eo q̃ nouerat indigne agere filios ſuos. ⁊ nõ corripuit eos. Idcirco iuraui domui Heli q̃ non expieẽ iniquitas domus eius victimis ⁊ muneribus vſq̃ in eternũ.
Gen. xxxvij.c.⁊.j.xxij.c. Dormiuit autem Samuel vſq̃ mane: aperuitq̃ oſtia domus dñi. Et ſamuel timebat indicare viſionẽ Heli. Vocauit ergo Heli ſamueleʒ ⁊ dixit Samuel filij mi? Qui reſpondẽs ait. Preſto ſuʒ: Et interrogauit eũ: Quis eſt ſermo quem locutus eſt dominus ad te? Oro te ne celaueris me. Hec faciat tibi deus ⁊ hec addat ſi abſconderis a me ſermonẽ ex oĩbus verbis que dicta ſunt tibi. Indicauit itaq̃ ei Samuel vniuerſos ſermones ⁊ nõ abſcondit ab eo. Et ille reſpondit Dñs eſt. Quod bonũ eſt in oculis ſuis: faciat. Creuit autem ſamuel ⁊ dominus erat cũ eo: ⁊ nõ cecidit ex oĩbus verbis eius in terrã. Et cognouit vniuerſus Iſrael a Dan vſq̃ Berſabee q̃ fidelis ſamuel propheta eſſet dñi. Et addidit dominus vt appareret in Silo: quoniaʒ reuelatus fuerat dominus Samueli in ſilo iuxta verbuʒ domini. Et euenit ſermo Samuelis vniuerſo Iſraeli.

¶ Capit. Sũma. ¶ De bello Philiſthijm ⁊ fuga Iſrael: de arca capta: ⁊ morte filiorum Heli: ⁊ de morte ipſius Heli: de morte nurus ſue vxoris phinees ⁊ ortu icaboth. **Capitulum. iiij.**

a Et factum eſt in diebus illis: conuenerũt Philiſthijm in pugnaʒ. Egreſſus eſt namq̃ Iſrael obuiã philiſthijʒ in prelium: ⁊ caſtrametatꝰ eſt iuxta lapideʒ adiutorij. Porro philiſthijm venerũt in Aphec: ⁊ inſtruxerunt aciẽ ꝯ Iſrael. Inito autẽ certamine: terga vertit iſrael philiſteis: ⁊ ceſa ſunt in illo certamine paſſim per agros quaſi quattuor milia virorũ. Et reuerſus eſt populus ad caſtra. Dixeruntq̃ maiores natu ad iſrael: Quare percuſſit nos dñs hodie corã philiſthijm? Afferamus ad nos de ſilo arcã federis dñi ⁊ veniat in mediuʒ noſtri vt ſaluet nos de manu inimicorũ noſtrorũ. Miſit ergo populus in ſilo ⁊ tulerũt inde arcã federis
B dñi exercituũ ſedentis ſuper cherubin. Erantq̃ duo filij Heli cũ arca federis dñi: ophni ⁊ phinees. Cũq̃ veniſſet arca federis domini in caſtra: vociferatus eſt omnis iſrael clamore grãdi: ⁊ perſonuit terra. ⁊ Audierunt philiſthijm vocẽ clamoris dixeruntq̃: Que nã eſt hec vox clamoris magni in caſtris hebreorum? Et cognouerunt q̃ arca domini veniſſet in caſtra. Timueruntq̃ Philiſthijm: dicentes: Venit deus in caſtra. Et ingemuerunt: dicentes: Ve nobis. Nõ enim fuit tanta exultatio heri ⁊ nudiuſtertiꝰ. Ve nobis. Quis nos ſaluabit de manu deorũ ſublimium iſtorum? Hi ſunt dij qui percuſſerũt egyptũ omni plaga in deſerto. Cõfortamini ⁊ eſtote viri Philiſthijʒ ne ſeruiatis hebreis: ſicut ⁊ illi ſeruierũt nobis: Confortamini ⁊ bellate. Pugnauerũt ergo philiſthijm ⁊ ceſus eſt Iſrael: et fugit vnuſquiſq̃ in tabernaculum ſuum. Et facta eſt plaga magna nimis: ⁊ ceciderunt de Iſrael triginta milia pe- C
ditum: ⁊ arca dei capta eſt. Duo quoq̃ filij Heli mortui ſunt: ophni ⁊ phinees. Currens autẽ vir de Beniamin ex acie venit in ſilo in die illa. ſciſſa veſte ⁊ conſperſus puluere caput. Cumq̃ ille veniſſet: Heli ſedebat ſuper ſellam contra viam expectans. Erat enim cor eius pauẽs pro arca dñi. Vir autẽ ille poſtq̃ ingreſſus eſt: nũciauit vrbi ⁊ vlulauit omnis ciuitas. Et audiuit Heli ſonituʒ clamoris: dixitq̃. Quis eſt hic ſonitus tumultus huius? At ille feſtinauit et venit ⁊ nunciauit Heli. Heli autem erat nonaginta ⁊ octo annorũ: et oculi eius caligauerant ⁊ videre non poterat. Et dixit ad Heli. Ego qui veni de prelio: ⁊ ego qui de acie fugi hodie. Cui ille ait. Quid actum eſt fili mi. Reſpondens aũt ille qui nunciabat. Fugit inquit Iſrael corã Philiſthijm: ⁊ ruina magna facta eſt in populo. Inſuper ⁊ duo filij tui mortui ſunt ophni ⁊ phinees: ⁊ arca dei capta eſt. Cũq̃ ille nominaſſet arcã dei: cecidit de ſella retrorſum iuxta hoſtium: ⁊ fractis ceruicibus mortuus eſt. D
Senex enim erat vir ⁊ grandeuus ⁊ ipſe iudicauit Iſrael quadraginta annis. Nurus autem eiꝰ vxor Phinees pregnans erat vicinaq̃ partui et audito nuncio q̃ capta eſſet arca dei ⁊ mortuus eſſet ſocer ſuus ⁊ vir ſuus incuruauit ſe ⁊ pepe-

Ichaboth naſcitur et nuru beli q moritur.

rit. Irruerant enim in eam dolores ſubiti. In ipſo autem momento mortis eius dixerunt ei qui ſtabant circa eam. Ne timeas: quia filium peperiſti: que non reſpondit eis. neqꝫ animaduertit. Et vocauit puerum Ichaboth dicens. Tranſlata eſt gloria domini de Iſrael: quia capta eſt arca dei. Et pro ſocero ſuo: ⁊ pro viro ſuo ait. Tranſlata eſt gloria ab Iſrl: eo q capta eſſet arca dei.

Capit. v. Arca dñi iuxta Dagon collocatur dagon ante arcã cadens proſternitur. Iterumqꝫ cadens caput ⁊ manus eius abſcinduntur: flagellantur Philiſthijm in ſecretiori parte natium: quia arca detinetur alij moriuntur.

Capitulum. v.

A Philiſthij puniti ſunt morte ⁊ graui plaga ꝓ detentionẽ arche.

Philiſthijm autem tulerunt arcã dei et aſportauerunt eam a lapide adiutorij in Azotum. Tuleruntqꝫ Philiſthij arcam dei: et intulerunt eam in templum Dagon ⁊ ſtatuerunt eam iuxta Dagon. Cũqꝫ ſurrexiſſent diluculo Azotij altera die ecce Dagon iacebat pronus in terram ante arcam domini. Et tulerunt Dagon ⁊ reſtituerũt eũ in locum ſuum. Rurſumqꝫ mane die altera conſurgentes

B inuenerunt Dagon iacentem ſuper faciem ſuã in terra coram arca Dñi. Caput autẽ Dagon et due palme manuũ eius abſciſſe erant ſuper li-

Ps. lxxvij. men. Porro Dagon ſolus truncus remanſerat in loco ſuo. Propter hanc cauſã non calcant ſacerdotes Dagon: ⁊ omnes qui ingrediuntur tẽplum eius ſuper limen Dagon in Azoto vſqꝫ in hodiernum diem. Aggrauata eſt autem manus Domini ſuper Azotios: ⁊ demolitus eſt eos. Et percuſſit in ſecretiori parte natiũ Azotum ⁊ fi-

C nes eius. Et ebullierunt ville ⁊ agri in medio regionis illius et nati ſunt mures: ⁊ facta eſt confuſio mortis magna in ciuitate. Videntes autem viri Azoti huiuſcemodi plagã dixerunt. Non maneat arca dei Iſrael apud nos: qm̃ dura eſt manus eius ſuper nos ⁊ ſuper Dagon deum noſtrum. Et mittentes congregauerunt omnes ſatrapas Philiſtinorum ad ſe ⁊ dixerunt. Quid faciemus de arca dei Iſrael. Reſponderunt Ge-

D thei. Circunducatur arca dei Iſrael: ⁊ circunduxerunt arcam dei Iſrael. Illis autem circunducentibus eam fiebat manus Domini per ſingulas ciuitates interfectionis magne nimis ⁊ percutiebat viros vniuſcuiuſqꝫ vrbis a paruo vſqꝫ ad maiorem ⁊ computreſcebant prominentes extales earum. Inieruntqꝫ Gethei conſilium: ⁊ fecerunt ſibi ſedes pelliceas. Miſerunt ergo arcã dñi in accaron. Cumqꝫ veniſſet arca domini dei in accaron: exclamauerunt accaronite dicentes. Adduxerũt ad nos arcã dei Iſrael vt interficiat nos ⁊ populũ noſtrũ. Miſerũt itaqꝫ ⁊ congregauerũt oẽs ſatrapas philiſtinoꝝ. Qui dixerũt. Dimittite arcã dei Iſrael: ⁊ reuertatur in locũ ſuũ: vt non interficiat nos cũ populo noſtro. Fiebat enĩ pauor mortis in ſingulis vrbib⁹ ⁊ grauiſſima valde manus dñi dei. Viri quoqꝫ qui mortui nõ fuerant percutiebantur in ſecretiori parte natium: et aſcendebat vlulat⁹ vniuſcuiuſqꝫ ciuitatis in celũ.

C. S. De remiſſiõe arce cũ munerib⁹ de vacis ducẽtibus plauſtrũ ⁊ vitulis eaꝝ domi relictis: Bethſamite q: vident arcã percutiuntur: nũcios mittunt in Cariathiarim. Capitlm. vj.

A Philiſthijm reſtituũt arcã dñi cum mũerib⁹ et remittũt bethſamitas q puniuntur.

Fuit ergo arca domini in regione Philiſtinorũ ſeptem menſib⁹. Et poſt hec vocauerũt Philiſthijm ſacerdotes ⁊ diuinos dicentes. Quid faciemus de arca dei. Indicate nobis quomodo remittamus eã in locũ ſuum. Qui dixerunt. Si remittitis arcã dei Iſrl nolite dimittere eã vacuã: ſed q debetis reddite ei pro peccato: ⁊ tunc curabimini et ſcietis quare non recedat manus eius a vobis. Qui dixerunt: Quid eſt qđ pro delicto reddere debeamus ei: Reſpõderũtqꝫ illi. Iuxta numerũ prouinciarũ Philiſtinoꝝ quinqꝫ anos aureos facietis: ⁊ quinqꝫ mures aureos: q: plaga vna fuit oĩbus vobis ⁊ ſatrapis. Facietiſqꝫ ſimilitudines anorũ vroꝝ: ⁊ ſilitudines muriũ qui demoliti ſunt terrã ⁊ dabitis deo Iſrael gloriã ſi forte releuet manũ ſuam a vobis: ⁊ a dijs veſtris ⁊ a ter-

B Exo. xij. a. ra veſtra: Quare aggrauatis corda veſtra ſicut aggrauauit Egyptus ⁊ Pharao cor ſuũ. Nonne poſtqꝫ percuſſus eſt tũc dimiſit eos ⁊ abierũt. Nunc ergo arripite ⁊ facite plauſtrũ nouũ vnũ: ⁊ duas vaccas fetas quibus non eſt impoſitũ iugum iungite in plauſtro ⁊ recludite vitulos earũ domi. Tolletiſqꝫ arcã dñi ⁊ ponetis in plauſtro ⁊ vaſa aurea que exoluiſtis ei pro delicto ponetis in capſellã ad latus eius: ⁊ dimittite eam vt vadat ⁊ aſpicietis. Et ſi quidem per viã finiũ ſuorum aſcẽderit cõtra bethſames: ipſe fecit nobis hoc malũ grande: ſin autẽ minime ſciemus q: nequaqꝫ manus eius tetigit nos: ſed caſu accidit. Fecerunt ergo illi hoc modo: ⁊ tollẽtes duas vaccas que lactabãt vitulos iunxerũt ad plauſtrũ: vituloſqꝫ earũ cõcluſerũt domi. Et poſuerunt ar-

C cam dei ſuper plauſtrũ: ⁊ capſellã que habebat mures aureos ⁊ ſimilitudinẽ anorũ. Ibant autẽ in directũ vacce ꝑ viã que ducit bethſames ⁊ itinere vno gradiebantur: pergẽtes ⁊ mugiẽtes ⁊ non declinabãt neqꝫ ad dexterã neqꝫ ad ſiniſtrã. Sed ⁊ ſatrape philiſtijm ſequebantur vſqꝫ ad terminos Bethſames. Porro bethſamite metebant triticum in valle. Et eleuantes oculos viderunt arcam ⁊ gauiſi ſunt cum vidiſſent. Et plauſtrũ venit in agrum Ioſue Bethſamite: ⁊ ſtetit ibi. Erat autem ibi lapis magnus ⁊ conciderunt ligna plauſtri: vaccaſqꝫ impoſuerunt ſuper ea holocauſtum domino. Leuite autem depoſuerunt

arcam dei ⁊ capſellaꝫ que erat iuxta eam in qua erant vaſa aurea: ⁊ poſuerunt ſuper lapideꝫ grā-dem. Uiri autem Bethſamite obtulerunt ho-locauſta: ⁊ immolauerunt victimas in die illa do-

D mino. Et quinqꝫ ſatrape philiſtinorum viderūt ⁊ reuerſi ſunt in Accaron in die illa. Hi ſunt autē ani aurei quos reddiderūt Philiſthijm pro deli-cto domino. Azotus vnuꝫ: Gaza vnum: Aſcalon vnum: Geth vnum: Accaron vnum ⁊ mures au-reos ſm̄ numeruꝫ vrbiū Philiſthijm quinqꝫ pro-uinciarum: ab vrbe murata vſqꝫ ad villā que erat abſqꝫ muro: ⁊ vſqꝫ ad Abel magnum ſuper quē poſuerunt arcam dn̄i que erat vſqꝫ in die illa in agro Joſue bethſamitis. Percuſſit autem do-minus de viris bethſamitibus: eo ꝙ vidiſſent ar-cam domini: ⁊ percuſſit de populo ſeptuaginta viros ⁊ quinquaginta milia plebis. Luxitqꝫ po-pulus eo ꝙ dominus percuſſiſſet plebem plaga magna. Et dixerunt viri bethſamite. Quis pote-rit ſtare in conſpectu Domini dei ſancti huius. Et ad quem aſcendet a nobis. Miſeruntqꝫ nun-cios ad habitatores Cariathiarim: dicentes. Re-duxerunt Philiſthijm arcam domini: deſcendite et reducite eam ad vos.

Bethſamite percutiunt in aduentu arce iō re-mittunt ad Cariathia-rim.

¶ Capituli. Summarium. ¶ De tranſitu ar-ce in Cariathiarim: de federe populi ad dominū iudicio Samuelis qui iudicauit populum: de ob-latione Samuelis: ⁊ de humilitate Philiſthijm: ⁊ pace Jſrael.

Capitulum. vij.

A Arca reduci-tur penes Aminadab in cariathia-rim ⁊ elea-zarus cō-ſtituitur ſacer-dos ⁊ mul-tiplicatur i bonis.

Enerunt ergo viri Cariathiarim: ⁊ reduxerūt ar-cam domini: ⁊ intulerunt eam in domum Aminadab in Ga-baa. Eleazarum autem filiuꝫ eius ſanctificauerūt vt cuſto-diret arcam dn̄i. Et factuꝫ eſt ex qua die manſit arca domini in Cariathiarim: multiplicati ſunt dies. Erat quippe iam annus viceſim⁹. Et requieuit omnis dom⁹ Jſrael poſt dominum. Ait autem Samuel ad vniuerſam do-mum Jſrael: dicens. Si in toto corde veſtro re-uertimini ad dominum: auferte deos alienos de medio veſtri: Baalim ⁊ Aſtaroth: ⁊ p̄parate cor-da veſtra Domino: ⁊ ſeruite ei ſoli: ⁊ eruet vos de manu Philiſthijm. Abſtulerunt ergo filij Jſ-

B rael Baalim ⁊ Aſtaroth: ⁊ ſeruierunt domino ſo-li. Dixit autem Samuel. Congregate vniuerſuꝫ Jſrael in Maſphat: vt orem pro vobis dominū. Et conuenerūt in Maſphat. Hauxerūtqꝫ aquā ⁊ effuderunt in conſpectu domini: ⁊ ieiunaue-runt in die illa atqꝫ dixerunt. Tibi peccauim⁹ do-mine. Judicauitqꝫ Samuel filios Jſrael in Maſ-phat. Et audierunt Philiſthijm ꝙ congregati eſ-ſent filij Jſrael in Maſphat: ⁊ aſcenderunt ſatra-pe Philiſtinorum ad Jſrael. Quod cum audiſ-ſent filij Jſrael: timuerunt a facie Philiſtinorū. Dixeruntqꝫ ad Samuelem. Ne ceſſes pro no-

C bis clamare ad Dominum deum noſtrum: vt ſal-uet nos de manu Philiſtinorum. Tulit autem Samuel agnum lactentem vnum: ⁊ obtulit illuꝫ holocauſtum integrum domino. Et clamauit Samuel ad dominum pro Jſrael: et exaudiuit eum dominus. Factum eſt autem cum Samuel offerret holocauſtuꝫ domino: Philiſthijm inire prelium contra Jſrael. Jntonuit autem domi-nus fragore magno in die illa ſuper Philiſthijm et exterruit eos ⁊ ceſi ſunt a filijs Jſrael. Egreſ-ſiqꝫ filij Jſrael de Maſphat: perſecuti ſunt phi-liſteos et percuſſerunt eos vſqꝫ ad locū qui erat ſubter Bethchar. Tulit autem Samuel lapidē vnum et poſuit eum inter Maſphat ⁊ inter ſen: et vocauit nomen loci illius lapis adiutorij. Di-xitqꝫ. Hucuſqꝫ auxiliatus eſt nobis dominus. Et humiliati ſunt Philiſthijm: nec appoſuerūt

D vltra vt venirent in terminos Jſrael. Facta eſt itaqꝫ manus domini ſuper Philiſteos cunctis diebus Samuelis: et reddite ſunt vrbes quas tu-lerant Philiſthijm ab Jſrael Jſraeli: ab Accaron vſqꝫ Geth ⁊ terminos ſuos. Liberauitqꝫ Jſra-el de manu Philiſtinorum: eratqꝫ pax inter Jſ-rael ⁊ Amorreum. Judicabat quoqꝫ Samuel Jſrael cunctis diebus vite ſue: et ibat per ſin-gulos annos circuiens Bethel ⁊ Galgala ⁊ maſ-phat: et iudicabat Jſraelem in ſupradictis lo-cis. Reuertebaturqꝫ in Ramatha: ibi enim erat domus eius: et ibi iudicabat Jſraelem. Edifi-cauit etiam ibi altare domino.

Samuel iudex Jſrael docet eos idola deſtru-ere ⁊ orat p eis.

Philiſthijm oppugnan-tur ab Jſrl' meritis ſa-muelis.

Eccle. xlvj.

j. r. c.

¶ Capituli. Summarium. ¶ De filijs Sa-muelis qui declinant ad auariciam et populus petijt regem: quibus ius regis predicitur.

Capitulum. viij.

Actum eſt autem cuꝫ ſenuiſſet Samuel: poſuit filios ſuos iudices ſuper Jſrael. Fuit-qꝫ nomen filij eius primogeniti Johel: et nomen ſecundi Abia iudicum in Berſabee. Et non ambulauerunt filij eius in vijs eius ſed declinauerunt poſt aua-riciam: acceperuntqꝫ munera ⁊ peruerterunt iu-dicium. Congregati ergo vniuerſi maiores na-tu Jſrael: venerunt ad Samuelem in Rama-tha: dixeruntqꝫ ei. Ecce tu ſenuiſti: et filij tui non ambulant in vijs tuis. Conſtitue nobis re-gem vt iudicet nos: ſicut et vniuerſe habent na-tiones. Diſplicuitqꝫ ſermo in oculis Samuelis eo ꝙ dixiſſent: da nobis regem vt iudicet nos. Et orauit Samuel ad dominum. Dixit autem Dominus ad Samuelem. Audi vocem popu-li in omnibus que loquuntur tibi. Non enim te abiecerunt ſed me: ne regnem ſuper eos. Ju-xta omnia opera ſua que fecerunt a die qua edu-xi eos de Egypto vſqꝫ ad diem hanc: ſicut dere-liquerunt me ⁊ ſeruierunt dijs alienis: ſic faciēt etiam tibi. Nunc ergo vocem eorum audi: Ue-runtamen cōteſtare eos ⁊ p̄dic eis ius regis qui regnaturus eſt ſuper eos. Dixit itaqꝫ Samuel omnia verba dn̄i ad ppl'm qui petierat a ſe regeꝫ

Filijs Sa-muel iudici-bus in Jſrael errantibus pplus regem poſtulat.

A

Ppl's re-quirit re-gem. Oſee. xiij. Act. xiij.

B

Ius regis predicitur. ⁊ ait. Hoc erit ius regis qui imperaturus eſt vo
bis. Filios veſtros tollet ⁊ ponet in curribꝰ ſuis:
C facietqꝫ ſibi equites ⁊ precurſores quadrigaruꝫ
ſuarum: ⁊ conſtituet ſibi tribunos ⁊ centuriones
⁊ aratores agrorum ſuorum: ⁊ meſſores ſegetum
⁊ fabros armorum ⁊ curruum ſuorū. Filias quo
qꝫ veſtras faciet ſibi vnguentarias ⁊ focarias et
panificas. Agros quoqꝫ veſtros ⁊ vineas ⁊ olíueta op
tima tollet ⁊ dabit ſeruis ſuis. Sed ⁊ ſegetes ve
ſtras ⁊ vinearū redditus addecimabit vt det eu
nuchis ⁊ famulis ſuis. Seruos etiam veſtros et
D ancillas ⁊ iuuenes optimos ⁊ aſinos auferet et
ponet in opere ſuo. Greges quoqꝫ veſtros adde
cimabit: voſqꝫ eritis ei ſerui. Exclamabitis in
die illa a facie regis veſtri quem elegiſtis vobis:
⁊ non exaudiet vos dominus in die illa: quia peti
ſtis vobis regem. Noluit autem populus audi
re vocem Samuelis: ſed dixerūt. Nequaqꝫ. Rex
enim erit ſuper nos ⁊ erimꝰ nos quoqꝫ ſicut om
nes gentes: ⁊ iudicabit nos rex noſter. ⁊ egredie
tur ante nos ⁊ pugnabit bella noſtra pro nobis.
Et audiuit Samuel omnia verba populi: ⁊ locu
tus eſt ea in auribus domini. Dixit autem Do
minus ad ſamuelem. Audi vocem eorum ⁊ con
ſtitue ſuper eos regeꝫ. Et addit Samuel ad vi
ros Iſrael. Vadat vnuſquiſqꝫ in ciuitatem ſuā.

¶ Capitulí. Summarium. ¶ De Saule et inquiſitione aſinarum: et aduentu eius ad Samuelem: de armo dextro dato Sauli in conuiuio Samuelis.

Capitulum.ix.

A
De Saule querēte aſinas.
j. Paralip. viij.c. j.xiij. j.x.d.

T erat vir de benia
min: nomine Cis filius Abiel:
filij Seor: filij Bechor: filij Sa
reth: filij Alphia: filij viri Iemi
ni fortis robore. Et erat ei filiꝰ
vocabulo Saul electus ⁊ bonꝰ:
⁊ nō erat vir de filijs Iſrael me
lior illo. Ab humero ⁊ ſurſuꝫ eminebat ſuper oēꝫ
pplm. Perierant aūt aſine Cis patris Saul.
Et dixit Cis ad Saul filiuꝫ ſuuꝫ. Tolle tecū vnū
de pueris: ⁊ cōſurgens vade ⁊ quere aſinas: Qui
cum trāſiſſent per montē Ephraim ⁊ per terraꝫ
Saliſa ⁊ nō inueniſſent trāſierūt etiā per terraꝫ
Salim ⁊ non erāt: ſed ⁊ per terrā Iemini: ⁊ mini
me reppererūt. Cū autē veniſſent in terrā Zuph
⁊ nō inueniſſent: dixit Saul ad puerū qui erat cū
eo. Veni ⁊ reuertamur: ne forte dimiſerit pater
meus aſinas ⁊ ſollicitꝰ ſit pro nobis. Qui ait ei.
Ecce vir dei eſt in ciuitate hac: vir nobilis: omne
qđ loquit̄ ſine ābiguitate venit. Nunc ergo ea
B mus illuc ſi forte indicet nobis de via nr̄a ꝓpter
quā venimus. Dixitqꝫ Saul ad puerū ſuuꝫ. Ec
ce ibimus. Quid feremus ad virū dei. Panis de
fecit in ciſtartijs nr̄is ⁊ ſportulā nō habemꝰ vt de
mus homini dei: nec quicqꝫ aliud. Rurſum puer
rn̄dit Sauli ⁊ ait. Ecce inuēta eſt in manu mea
quarta pars ſtatheris argenti: demꝰ homini dei
vt indicet nobis viam noſtrā. Olim in Iſrael ſic
loquebatur: vnuſquiſqꝫ vadens conſulere deuꝫ.
Venite ⁊ eamus ad videntē. Qui enim ꝓpheta
dicit̄ hodie: vocabat̄ olim videns. Et dixit Saul
ad puerum ſuum. Optimus ſermo tuus. Venia
mus. Et ierunt in ciuitatem in qua erat vir dei.
Cumqꝫ aſcenderent cliuiuꝫ ciuitatis inuenerūt iij.reg.ij.f. ⁊.xviij.d.
puellas egredientes ad hauriēduꝫ aquam: ⁊ di
xerunt eis. Num hic eſt videns. Que reſponden
tes dixerunt illis. Hic eſt. Ecce ante te. Feſtina
nunc. Hodie eniꝫ venit in ciuitatem: qꝛ ſacrificiū
eſt hodie populi in excelſo. Ingredientes vrbem
ſtatim inuenietis eum anteqꝫ aſcendat excelſum
ad veſcendum. Neqꝫ enim comeſturus eſt popu
lus donec ille veniat: quia ipſe benedicet hoſtie ⁊
deinceps comedent qui vocati ſunt. Nunc ergo
conſcendite: quia hodie reperietis eum. Et aſcē
derunt in ciuitatem. Cumqꝫ illi ambularent in E
medio vrbis: apparuit Samuel gradiens obuiaꝫ De aduentu Saulis ad Samuelem inungēdum in regem ex reuelatione.
eis vt aſcenderet in excelſum. Dominus autem
reuelauerat auriculam Samuelis ante vnam diē
qꝫ veniret Saul: dicens. Hac ipſa hora que nunc
eſt cras mittam virum ad te de terra Beniamin
et vnges eum ducem ſuper populum meum Iſ
rael. Et ſaluabit populum meum de manu phi
liſtinorum: quia reſpexi populum meum. Venit
enim clamor eorum ad me. Cumqꝫ aſpexiſſet ſa
muel Saulem: Dominus dixit ei. Ecce vir queꝫ
dixeram tibi: iſte dominabitur populo meo. Ac
ceſſit autem Saul ad Samuelem in medio por
te: ⁊ ait. Indica oro mihi vbi eſt domus videtis.
Et reſpondit Samuel Sauli: dicens. Ego ſum
videns. Aſcende ante me in excelſum vt come
das mecum hodie et dimittam te mane: et om
nia que ſunt in corde tuo: indicabo tibi. Et de
aſinis quas nudiuſtertius ꝑdidiſti ne ſollicitus
ſis: quia inuente ſunt. Et cuius erunt optima
queqꝫ Iſrael: nonne tibi ⁊ omni domui patris
tui. Reſpondit autem Saul ⁊ ait. Nunquid non D
filius Iemini ego ſum de minima tribu Iſrael: ⁊ Saul recipit in cōuiuio Samuelis cui dat armum dextrum.
cognatio mea nouiſſima inter omēs familias de
tribu Beniamin. Quare ergo locutus es mihi
ſermonem iſtum. Aſſumens itaqꝫ Samuel Sau
lem ⁊ puerum eius: introduxit eos in triclinium:
⁊ dedit eis locum in capite eorum qui fuerant in
uitati. Erant enim quaſi triginta viri. Dixit
qꝫ Samuel coco. Da partem quam dedi tibi et
precepi vt reponeres ſeorſum apud te. Leuauit
autem cocus armum ⁊ poſuit ante Saul. Dixit De ſacra vnctione.c. vnico.
qꝫ Samuel. Ecce quod remanſit pone ante te ⁊
comede: quia de induſtria ſeruatum eſt tibi quā
do populum vocaui. Et comedit Saul cuꝫ Sa
muele in die illa: ⁊ deſcenderunt de excelſo in opi
dum ⁊ locutus eſt cum Saule in ſolario: ſtrauit
qꝫ Saul in ſolario ⁊ dormiuit. Cumqꝫ mane ſur
rexiſſent et iam dies luceſceret: vocauit Samu
el Saulem in ſolario: dicens. Surge ⁊ dimittam
te: ⁊ ſurrexit Saul. Egreſſiqꝫ ſunt ambo: ipſe vi
delicet ⁊ Samuel. Cūqꝫ deſcenderēt in extrema
parte ciuitatis: Samuel dixit ad Saul. Dic pue
ro vt antecedat nos ⁊ trāſeat. Tu autē ſubſiſtere
pauliſper vt indicem tibi verbum domini.

¶ Capituli. Summariū. ¶ De vnctiōe Saulis in regem: ⁊ signis datis sibi: ⁊ precepto expectationis: ⁊ de probatione Saulis: ⁊ de confirmatione regis eius populi sortem in Maspha.

Capitulum. x.

A
Inunctio saulis in regem Israel primum. j.qō.j.c. sacramenta. ⁊ bis c.dñs ⁊ c.p phetauit. Primum signum inunctionis est nūciatio inuentionis asinarum. Secundum signū inuentio triū virorū i thabor. Tertium signum grex pphetarum ⁊ Saul pphetat iter eos

Tulit autem samuel lenticulam olei ⁊ effudit super caput eius ⁊ deosculatus est eum ⁊ ait. Ecce vnxit te dñs super hereditatem suam in principem: ⁊ liberabis populū suū de manibus inimicoꝛuꝫ eius qui in circuitu eius sunt. Et hoc tibi signū: qꝛ vnxit te dñs in principeꝫ. Cumqꝫ abieris hodie a me: inuenies duos viros iuxta sepulchꝛū rachel in finibus Beniamin in meridie: saliētes magnas foueas: dicentqꝫ tibi. Inuēte sunt asine ad quas ieras perquirēdas: ⁊ intermissis pater tuus asinis sollicitus est pꝛo vobis: ⁊ dicit. Quid faciā de filio meo. Cūqꝫ abieris inde ⁊ vltra trāsieris ⁊ veneris ad quercum thaboꝛ: inuenient te ibi tres viri ascendētes ad deū in Bethel: vnus poꝛtās tres hedos: ⁊ alius tres toꝛtas panis: ⁊ alius poꝛtās lagenam vini. Cūqꝫ te salutauerint: dabunt tibi duos panes ⁊ accipies de manu eoꝛū. Post hec venies in collem dñi vbi est statio Philistinoꝛū. Et cum ingressus fueris ibi vꝛbē: obuiū habebis gregē pꝛophetarū descendentiū de excelso: ⁊ ante eos psalteriū ⁊ tympanū ⁊ tybiam ⁊ citharaꝫ:
B ipsosqꝫ pphetātes: ⁊ insiliet in te spūs dñi ⁊ pꝛophetabis cū eis: ⁊ mutaberis in virū aliū. Qñ ergo euenerint signa hec oia tibi: fac quecūqꝫ inuenerit manus tua: qꝛ dñs tecū est. Et descēdes ante me in Galgala. Ego quippe descēdaꝫ ad te vt
j.xiij.b. offeras oblationē ⁊ immoles victimas pacificas. Septē diebus expectabis donec veniam ad te: ⁊ ostendaꝫ tibi quid facias. Itaqꝫ cū auertisset humerum suuꝫ vt abiret a Samuele: immutauit ei deus coꝛ aliud: ⁊ venerunt omnia signa hec in die illa. Veneruntqꝫ ad pꝛedictū collem: ⁊ ecce cuneus
j.xj.a. pꝛophetarū obuius ei. Et insiluit super eū spiritus dñi: ⁊ pꝛophetauit in medio eoꝛum. Videntes autem omnes qui nouerant eū heri ⁊ nudiustertius ꝙ esset cum pꝛophetis ⁊ pꝛophetaret: di
C xerunt adinuicem. Quenā res accidit filio Cis? Num ⁊ Saul inter pꝛophetas. Respōditqꝫ aliꝰ ad alterū: dicēs. Et quis pater eius. Propterea versum est in puerbiū: Num ⁊ saul inter pꝛophetas? Cessauit autē pꝛophetare ⁊ venit ad excelsum. Dixitqꝫ patruus Saul ad euꝫ ⁊ ad puerum eius. Quo abistis? Qui responderunt. Querere asinas. Quas cum non repperissemus: venimus ad Samueleꝫ. Et dixit ei patruus suus. Indica mihi quid dixerit tibi Samuel? Et ait saul ad patruum suum. Indicauit nobis: quia inuente essent asine. De sermone autem regni non indicauit ei queꝫ locutus fuerat ei Samuel. Et cōuocauit Samuel populum ad dñm in Maspha: ⁊ ait ad filios Israel. Hec dicit dñs deus Israel. Ego eduxi Israel de Egypto: ⁊ erui vos de manu egyptioꝛū ⁊ de manu omniū regū qui affligebant vos. Vos aūt hodie pꝛoiecistis dñꝫ deū vrꝫ qui solus saluauit vos de vniuersis malis ⁊ tribulationibus vestris: ⁊ dixistis. Nequaq̄: sed regeꝫ constitue super nos. Nūc ergo state coꝛam domino per tribus vestras ⁊ per familias. Et applicuit Samuel omnes tribus israel: ⁊ cecidit soꝛs super tribum Beniamin. Et applicuit tribū beniamin ⁊ cognatiōes eius: ⁊ cecidit super cognationem methꝛi: ⁊ peruenit vsqꝫ ad Saul filiū Cis
D Quesierūt ergo eum ⁊ non est inuentus illic. Et consuluerunt post hec dñm vtrum nam vēturus esset illuc. Respōditqꝫ dñs. Ecce abscōditus est domi. Cucurrerunt itaqꝫ ⁊ tulerunt eū inde stetitqꝫ in medio populi: ⁊ altioꝛ fuit vniuerso populo ab humero ⁊ sursuꝫ. Et ait Samuel ad omnem populum. Certe videtis quem elegit dñs: quoniam non sit similis illi in omni populo. Et clamauit omnis popūlus et ait. Viuat rex. Locutus est autem Samuel ad populum legem regni ⁊ scripsit in libꝛo ⁊ reposuit coꝛam domino: ⁊ dimisit Samuel omnē populum singulos in domum suam. Sed ⁊ Saul abijt in domum suam in Gabaa. Et abijt cum eo pars exercitus quorum tetigerat deus coꝛda. Filij vero Belial dixerunt. Num saluare nos poterit iste? Et despexerunt eum et non attulerunt ei munera. Ille vero dissimulabat se audire.

j.xix.d. Als q[…]
Regn[…] Saul a[…] truum[…]
De f[…] reges p[…] tem co[…] mation[…]
z.viij.d. xij.c.

¶ Capituli. Summarium. ¶ De Naas obsidente Jabes Galaad: de victoꝛia Saulis: de quibus dicentibus: vnde saluare poterit iste: de innouatione regni eius: Saul regnat in Galgala.

Capitulum. xj.

A
De Naas volēte eruere oculos dextros viris Jabes Galaad.

Et factū est quasi post mensem: ascendit Naas Ammonites ⁊ pugnare cepit aduersum Jabes Galaad. Dixeruntqꝫ omnes viri Jabes ad Naas. Habeto nos federatos: ⁊ seruiemus tibi. Et respondit ad eos Naas ammonites. In hoc feriam vobiscum fedus vt eruam omnium vestrum oculos dextros: ponamqꝫ vos oppꝛobꝛium in vniuerso Israel. Et dixerunt ad eum seniores iabes

Concede nobis ſeptem dies vt mittamus nuncios ad vniuerſos terminos Iſrael: ⁊ ſi non fuerit qui defendat nos egrediemur ad te. Venerūt

B

ergo nuncij in Gabaa Saulis: ⁊ locuti ſunt verba hec audiente populo. Et eleuauit omnis populus vocem ſuam ⁊ fleuit. Et ecce Saul veniebat ſequēs boues de agro: ⁊ ait. Quid habet populus ꝙ plorat? Et narrauerunt ei verba virorū Iabes. Et inſiluit ſpiritus domini in Saul cum audiſſet verba hec: ⁊ iratus eſt furor eius nimis. Et aſſumens vtrumq́ȝ bouem cōcidit in fruſtra: miſitq́ȝ in omnes terminos Iſrael per manum nunciorum: dicens. Quicumq́ȝ non exierit ⁊ ſecutus fuerit Saul ⁊ Samuel: ſic fiet bobus eius. Inuaſit ergo timor domini populum: ⁊ egreſſi ſunt quaſi vir vnus: ⁊ recenſuit eos in Bezech:

Saul victorioſiſſime liberauit eos a poteſtate Naas.

C

Fueruntq́ȝ filiorum Iſrael trecenta milia: virorū autem Iuda triginta milia. Et dixerunt nuncijs qui venerāt: Sic dicetis viris qui ſunt in Iabes Galaad: Cras erit vobis ſalus cum incaluerit ſol. Venerunt ergo nuncij ⁊ annunciauerunt viris Iabes. Qui letati ſunt ⁊ dixerunt: Mane exibimus ad vos: ⁊ facietis nobis omne quod placuerit vobis. Et factum eſt cum dies craſtinus

D

veniſſet: conſtituit Saul populum in tres partes. Et ingreſſus eſt media caſtra in vigilia matutina: ⁊ percuſſit Ammon vſq́ȝ dum incaleſceret dies. Reliqui autem diſperſi ſunt: ita vt non relinquerentur ex eis duo pariter. Et ait populus ad Samuelem: Quis eſt iſte qui dixit: Saul regnabit ſuper nos? Date viros ⁊ interficiemus eos. Et ait Saul. Non occidetur quiſq́ȝ in die hac: q2 hodie fecit dñs ſalutem in Iſrael. Dixit autem Samuel ad populuȝ. Venite ⁊ eamus in Galgala: ⁊ innouem9 ibi regnū. Et perrexit omnis populus in galgala: ⁊ fecerunt ibi regē Saul coram dño in Galgala. Et immolauerunt ibi victimas pacificas coram domino. Et letatus eſt ibi Saul: ⁊ cuncti viri Iſrael nimis.

De innouatione regni ei9 in galgala

¶ Capituli. Summarium. ¶ De innocentia ⁊ manſuetudine Samuelis: de correptione populi: de ſignis datis de celo.

A

Capitulum. xij.

Dixit autem Samuel ad vniuerſum Iſrael: Ecce audiui vocem veſtram iuxta omnia que locuti eſtis ad me: ⁊ cōſtitui ſuper vos regem. Et nūc rex graditur ante vos. Ego autem ſenui ⁊ incanui. Porro filij mei vobiſcum ſunt. Itaq́ȝ cōuerſatus coram vobis ab adoleſcētia mea vſq́ȝ ad hanc diē: ecce preſto ſum: Loquimini de me coraȝ dño ⁊ coram chriſto eius: vtrū bouem cuiuſq́ȝ tulerim aut aſinum: Si quēpiā calūniatus ſum: ſi oppſſi aliquē: ſi de manu cuiuſq́ȝ munus accepi: ⁊ contēnaȝ illō hodie: reſtituam vobis. Et dixerunt: Nō es calūniatus nos neq́ȝ oppreſſiſti: neq́ȝ tuliſti de manu alicuius quippiaȝ. Dixitq́ȝ ad eos: Teſtis eſt dominus aduerſum vos: ⁊ teſtis chriſtus eius in die hac: q2 non inueneritis in manu mea quippiā.

De māſuetudine Samuelis.

Eccleſiaſti. xxxvj. d.

Et dixerunt: Teſtis. Et ait Samuel ad populuȝ

B

Dominus qui fecit moyſen ⁊ aaron: ⁊ eduxit patres noſtros de terra Egypti: adeſt. Nunc ergo ſtate vt iudicio contendam aduerſum vos coraȝ dño de oibus miſericordijs domini quas fecit dominus vobiſcū ⁊ cū prib9 veſtris: qño Iacob ingreſſus eſt in Egyptū: ⁊ clamauerūt pres veſtri ad dūm: ⁊ miſit dñs Moyſen ⁊ Aaron: ⁊ eduxit patres veſtros de Egypto: ⁊ collocauit eos in loco hoc. Qui obliti ſunt domini dei ſui ⁊ tradidit eos in manus Siſare magiſtri militie Aſor: ⁊ in manu Philiſtinorum ⁊ in manu regis Moab: ⁊ pugnauerunt aduerſum eos. Poſtea clamauerunt ad dominum ⁊ dixerunt: Peccauimus qa dereliquimus dominum: ⁊ ſeruiuimus Baalim ⁊ Aſtaroth. Nunc ergo erue nos de manu inimicorum noſtrorum: ⁊ ſeruiemus tibi. Et miſit dominus Hieroboal ⁊ Badan ⁊ Barach ⁊ Iepthe ⁊ Samuel: ⁊ eruit vos de manu inimicorum vrorum per circuitum: ⁊ habitaſtis confidenter. Videntes autem ꝙ Naas rex filiorum Ammon veniſſet aduerſum vos: dixiſtis mihi. Nequaq́ȝ: ſed rex imperabit nobis: cum dominus deus veſter regnaret in vobis. Nunc ergo preſto eſt rex veſter quem elegiſtis et petiſtis. Ecce dedit vobis dominus regem. Si timueritis dominum ⁊ ſeruieritis ei: ⁊ audieritis vocem eius: ⁊ non exaſperaueritis os domini: eritis ⁊ vos ⁊ rex qui imperat vobis ſequentes dominum deum veſtrum. Si autem non audieritis vocem domini: ſed exaſperaueritis ſermones eius: erit manus domini ſuper vos ⁊ ſuper patres veſtros. Sed ⁊ nunc ſtate ⁊ videte rem iſtam grandeȝ quam facturus eſt dominus in conſpectu veſtro. Nunquid nō meſſis tritici eſt hodie? Inuocabo dominuȝ: ⁊ dabit voces ⁊ pluuias: ⁊ ſcietis ⁊ videbitis: q2 grande malum feceritis vobis in conſpectu domini petentes ſuper vos regeȝ. Et clamauit Samuel ad dominū: ⁊ dedit dñs voces ⁊ pluuias in illa die. Et timuit omnis populus nimis dñm ⁊ Samuelem: dixitq́ȝ vniuerſus populus ad Samuelem. Ora pro ſeruis tuis ad dñm deum tuum: vt non moriamur. Addidimus enim vniuerſis peccatis noſtris malum vt peteremus nobis regem.

De correptiōe ppli ingrati beneficij dei.

Gen. xl.vj. a.

Iudi. iiij. a.

C

Iudi. vj. a.

Ṡ. viij. d. ⁊. x c.

De malo quod fecerunt filij Iſrael petendo regem p ſignum de celo: ⁊ exhortatio ad ſeruienduȝ dño ⁊ regi.

D

Dixit autem Samuel ad populum: Nolite timere: Vos feciſtis vniuerſum malum hoc. Verūtamē nolite recedere a tergo domini: ſed ſeruite domino i omni corde veſtro: ⁊ nolite declinare poſt vana que non proderunt vobis: neq́ȝ eruent vos: q2 vana ſunt: ⁊ non derelinquet dominus populum ſuum propter nomen ſuum magnum: q2 iurauit dominus facere vos ſibi populum. Abſitauteȝ a me hoc peccatum in domino: vt ceſſem orare pro vobis: ⁊ docebo vos viam bonam ⁊ rectam. Igitur timete dominum ⁊ ſeruite ei in veritate: ⁊ ex toto corde veſtro. Vidiſtis enim magnifica que in vobis geſſerit domin9 ꝙ ſi pſeueraueritis in malicia: ⁊ vos ⁊ rex veſter pariter peribitis.

¶ C.S. ¶ De Philiſteis percuſſis a Saule ⁊ Jonatha: ⁊ iterum congregatis de filijs Jſrael qui abſconderunt ſe in antris: de holocauſto ſaulis ⁊ de reprehenſione eius a Samuele: non ſtabit regnum eius: de diuiſione regni. de tribus cuneis Philiſtinorum: de armorum defectu in Jſrael niſi in Saule ⁊ Jonatha. Cap. xiij.

A De Philiſteis ꝑcuſſis a Saule ⁊ ionatha.

Filius vni⁹ anni erat Saul cū regnare cepiſſet: duobus autem annis regnauit ſuꝑ Jſrael. Et elegit ſibi Saul tria milia de Jſrael. Et erant cum Saul duo milia in machmas ⁊ in monte Bethel: mille autem cum Jonatha in Gabaa Beniamin. Porro ceterum populum remiſit vnumquēq; in tabernacula ſua. Et percuſſit Jonathas ſtationem philiſtinorū que erat in Gabaa. Quod cū audiſſent Philiſtijm. Saul cecinit buccina in omni terra dicens: Audiāt Hebrei. Et vniuerſus Jſrael audiuit huiuſcemodi famā: ꝑcuſſit Saul ſtationē Philiſtinorū. Et erexit ſe Jſrael aduerſus philiſtijm: Clamauit ergo ppl's poſt ſaul in Galgala Et philiſtijm congregati ſunt ad preliandum cōtra Jſrael: triginta milia curruū: ⁊ ſex milia equitum: ⁊ reliquum vulgus ſicut arena que eſt in littore maris plurima. Et aſcendentes caſtrametati ſunt in machmas ad orientē bethauē. Qđ cum vidiſſent viri Jſrael ſe in arto poſitos (afflictus enim erat populus) abſconderunt ſe in ſpeluncis ⁊ in abditis: in petris quoq; ⁊ in antris ⁊ in ciſternis. Hebrei autem tranſierunt Jordanem in terram Gad ⁊ Galaad. Cumq; adhuc eſſet Saul in Galgala: vniuerſus populus perterritus eſt qui ſequebatur eum. Et expectauit ſeptē dieb⁹ iuxta placitum Samuelem: ⁊ non venit Samuel in Galgala. Dilapſuſq; eſt populus ab eo. Ait ergo Saul: Afferte mihi holocauſtum ⁊ pacifica. Et obtulit holocauſtū. Cūq; compleſſet offerēs holocauſtum: ecce Samuel veniebat. Et egreſſus eſt Saul obuiam ei: vt ſalutaret eum. Locutuſq; eſt ad eum Samuel: Quid feciſti? Reſpondit Saul. Quia vidi ꝙ populus dilaberet a me: ⁊ tu nō veneras iuxta placitos dies. Porro philiſtijm cōgregati fuerant in machmas dixi: Nūc deſcendent philiſtijm ad me in Galgala ⁊ faciē dñi non placaui: Neceſſitate compulſus obtuli holocauſtum domino. Dixitq; Samuel ad ſaul: Stulte egiſti: nec cuſtodiſti mandata domini dei tui que precepi tibi: Quod ſi non feciſſes: iā nūc preparaſſet dominus regnum tuū ſuper Jſrael in ſempiternum. Sed nequaq̄ regnum tuum vltra conſurget. Queſiuit dominus ſibi virum iuxta cor ſuum: ⁊ precepit ei dominus vt eſſet dux ſuper populum ſuum: eo ꝙ non ſeruaueris que precepit dominus. Surrexit autem Samuel et aſcendit de galgalis in Gabaa beniamin. Et reliqui populi aſcenderunt poſt Saul obuiā populo qui expugnabant eos veniētes de Galgala in Gabaa in colle Beniamin. Et recenſuit Saul populum qui inuenti fuerant cum eo quaſi ſexcentos viros: ⁊ Saul ⁊ Jonathas filius eius: populuſq; qui inuentus fuerat cum eis: erat in Gabaa beniamin. Porro Philiſtijm conſederant in machmas. Et egreſſi ſunt ad predandū de caſtris Philiſtinorū tres cunei: Unus cuneus pergebat contra viā Ephraim ad terrā Saul. Porro alius ingrediebatur per viam Bethoron: Tertius autem verterat ſe ad iter termini ſui in terra Sabaa: imminentis vallis Seboim contra deſertum. Porro faber ferrarius non inueniebat in omni terra Jſrael. Cauerant enī Philiſtijm: ne forte facerent Hebrei gladiū aut lanceā. Deſcendebat ergo oīs Jſrael ad Philiſtijm: vt exacueret vnuſquiſq; vomerem ſuum ⁊ ligonem et ſecurim ⁊ tridentē ⁊ ſarculum. Retuſe itaq; erāt acies vomerum ⁊ ligonum ⁊ tridentium ⁊ ſecurium vſq; ad ſtimulum corrigendum. Cumq; veniſſet dies prelij: non eſt inuentus enſis ⁊ lancea in manu totius populi qui erat cum Saul ⁊ Jonatha: excepto ſaul ⁊ ionatha filio ei⁹. Egreſſa eſt aūt ſtatio philiſtijm: vt trāſcēderet in machmas.

B Filij iſrael abſcōdūt ſe in antris fugiētes philiſtijm.

S. x. b. Saul in ſamuelis abſētia offert ⁊ iō reprehenditur.

C Gen. xxxj. d. ⁊ j. Parali. xvj. c. De diuiſione regni ſaulis propter peccatū oblationis.

¶ Capituli. Summa. ¶ De Jonatha ⁊ Armigero eius qui aſcendunt ad Philiſtijm: dat ſignum armigero ꝙ tradatur Philiſtijm in man⁹ eorum in modo loquendi: de victoria eius: de adiuratione populi facta a Saule: de melle guſtato a Jonatha: qui forte deprehenditur: ⁊ a morte ꝑ populum liberatur. Nomina generis Saulis: et quorundam de familia. Capitulum. xiiij.

Factum accidit in quadam die: vt diceret Jonathas filius Saul ad adoleſcentem armigerum ſuum: Ueni ⁊ tranſeam⁹ ad ſtationem Philiſtinorum que eſt trans locum illum: Patri autem ſuo hoc ipſum nō indicauit. Porro Saul morabatur in extrema parte Gabaa ſub Malogranato: que erat in agro Gabaa: ⁊ erat populus cum eo quaſi ſexcētorū virorū. Et Achias filius Achitob fratris Jchabod filij Phinees qui ortus fuerat ex Heli Sacerdote dñi in Silo portabat Ephot. Sed ⁊ populus ignorabat quo iſſet Jonathas. Erant aūt inter aſcēſus: per quos nitebatur Jonathas trāſire ad ſtationē Philiſtinorū: eminētes petre ex vtraq; parte: ⁊ quaſi in modum dentiū ſcopuli hincinde ꝑrupti. Nomen vni boſes: ⁊ nomen alteri ſene. Unus ſcopulus prominēs ad aquilonē ex aduerſo machmas: ⁊ alter ad meridiē contra Gabaa. Dixit aūt Jonathas ad adoleſcentem armigerum ſuum: Ueni tranſeamus ad ſtationē incircunciſorū horum: ſi forte faciat dñs pro nobis: q2 non eſt dño difficile ſaluare vel in multis: vel in paucis: Dixitq; ei armiger ſuus: Fac omnia que placent animo tuo: Perge quo cupis ⁊ ero tecum vbicunq; volueris. Et ait Jonathas:

B De victoria Jonathe contra Philiſtijm ⁊ ſigno

Ecce nos tranſimus ad viros iſtos. Cumq; ap-
paruerimus eis: ſi taliter locuti fuerint ad nos:
manete donec veniamus ad vos: ſtemus in lo-
co noſtro: nec aſcendamus ad eos. Si autem di-
xerint aſcendite ad nos: aſcendemus ad eos: q̄a
tradidit eos Dominus in manib9 noſtris. Hoc
Judith. erit nobis ſignum: Apparuit igitur vterq; ſtatio
ni Philiſtinorum. Dixeruntq; Philiſthim:
En Hebrei egrediuntur de cauernis: in quibus
abſconditi fuerant. Et locuti ſunt viri de ſtatio-
ne ad Jonatham & ad Armigerum ſuum: Dixe-
runtq;: Aſcendite ad nos: et oſtendemus vo-
Machab. bis rem. Et ait Jonathas ad armigerum ſuuʒ:
Aſcendamus: Sequere me. Tradidit enim do-
minus eos in manus Iſrael. Aſcendit autē Jo-
nathas manibus et pedibus reptans: et Armi
ger eius poſt eum. Itaq; cum vidiſſent faciem
Jonathe: alij cadebant ante Jonatham: alios
armiger eius interficiebat ſequens eum. Et fa-
cta eſt plaga prima: quam percuſſit Jonathas.
et armiger eius quaſi viginti virorum: in media
parte iugeri: quam par boum in die arare con-
ſueuit. Et factum eſt miraculum in caſtris & per
agros. Sed & omnis populus ſtationis eorū qui
erant ad predandū: obſtupuit & conturbata ſunt
caſtra. Et accidit quaſi miraculū a deo. Et reſpe
xerunt ſpeculatores Saul qui erāt in Gabaa be
niamin: & ecce multitudo proſtrata: & huc illucq;
diffugiens. Et ait Saul populo qui erat cum eo
Requirite & videte quis abierit ex nobis. Cūq;
requiſiſſent: repertum eſt non adeſſe Jonathaʒ
& armigerum eius. Et ait Saul ad Achiam. Ap-
Philiſthijm debellant a Saule. plica arcam domini. Erat eñ ibi arca domini in
die illa cum filijs Iſrael. Cumq; loqueret Saul
ad ſacerdotem: tumultus magnus exortus eſt in
C caſtris Philiſtinorum. Creſcebatq; paulatim &
clarius reſonabat. Et ait Saul ad ſacerdotē. Cō
trahe manum tuam. Conclamauit ergo Saul et
omnis populus qui erat cum eo: et venerunt vſ-
q; ad locū certaminis. Et ecce verſus fuerat gla-
dius vniuſcuiuſq; ad proximuʒ ſuuʒ: & cedes ma
gna nimis. Sed & hebrei qui fuerant cum Phi-
liſthijm heri & nudiuſtertius: aſcenderantq; cum
eis in caſtris: reuerſi ſunt vt eſſent cum Iſrael: &
his qui erant cuʒ Saul & Jonatha. Omnes quo
D q; Iſraelite qui ſe abſconderant in monte effraiʒ
audientes q; fugiſſent Philiſtei: ſociauerunt
ſe cum ſuis in prelio. Et erant cum Saul quaſi
decem milia virorum: & ſaluauit Dominus de-
us Iſrael in die illa. Pugna autem peruenit
Preceptū de non cōedendo ante veſperum. vſq; ad Betauen. Et viri Iſrael ſociati ſunt ſi-
bi in die illa. Adiurauit autem Saul populum
dicens. Maledictus vir qui comederit panē vſ-
q; ad veſperum: donec vlciſcar de inimicis meis.
Et non manducauit vniuerſus populus panem
Omniſq; terre vulgus venit in ſaltū in quo erat
mel ſuper faciem agri: Ingreſſus eſt itaq; popu
lus ſaltum & apparuit fluens mel nulluſq; appli-
cuit manū ad os ſuū. Timebat enim populus iu-
Jonathas ramentum. Porro Jonathas non audierat: cuʒ
adiuraret pater eius populum. Extenditq; ſum

mitatem virge quaʒ habebat in manu: & intinxit filius Saul
in fauuʒ mellis. Et conuertit manuʒ ſuam ad os cōedit mel.
ſuū: & illuminati ſunt oculi eius. Reſpondenſq;
vnus de populo ait. Iureiurando conſtrinxit pa
ter tuus populuʒ: dicens. Maledictus vir qui
comederit panem hodie. Defecerat autem po-
pulus. Dixitq; Jonathas. Turbauit pater me-
us terraʒ. Vidiſtis ipſi quia illuminati ſunt ocu-
li mei: eo q; guſtauerim paululum de melle iſto:
quanto magis ſi comediſſet populus de preda
inimicoruʒ ſuorū: quam reperit. Nōne maior pla E
ga facta fuiſſet in Philiſthijʒ. Percuſſerunt er-
go in die illa Philiſteos a machmis vſq; in hai
lon. Defatigatus eſt autē populus nimis. & ver-
ſus ad predam tulit oues & boues & vitulos: & ma
ctauerunt in terra. Comeditq; populus cū ſangui
ne. Nunciauerunt autē Sauli dicentes: q; popu
lus peccaſſet dño: comedens cuʒ ſanguine. Qui ait
preuaricati eſtis. Voluite ad me iaʒ nūc ſaxū grā
de. Et dixit Saul. Diſpergimini in vulgus & di-
cite eis: vt adducat ad me vnuſquiſq; bouē ſuuʒ
& arieteʒ: & occidite ſuper iſtud: & veſcimini: & nō
peccabitis domino comedentes cum ſanguine.
Adduxit itaq; omnis populus vnuſquiſq; bouē
in manu ſua vſq; ad noctem: & occiderunt ibi.
Edificauit autem Saul altare Dño. Tuncq;
primum cepit edificare altare domino. Et dixit
Saul. Irruamus ſuper Philiſteos nocte: et va-
ſtemus eos vſq; dum illuceſcat mane: nec relin-
quamus ex eis virum. Dixitq; populus. Om-
ne quod bonū tibi videtur in oculis tuis: fac. Et
ait ſacerdos. Accedamus huc ad deuʒ. Et conſu F
luit Saul dominuʒ dicens. Num perſequar phi
liſthijm? Si trades eos in manus Iſrael? Et nō
reſpondit ei in die illa. Dixitq; ſaul. Applicate
huc vniuerſos angulos populi: & ſcitote & videte
per quē acciderit peccatū hoc hodie. Viuit dñs
ſaluator Iſrael: quia ſi per Jonathā filiuʒ meuʒ xxij.q.ij.c.
factum eſt abſq; retractatione morietur. Ad qḋ quif.§.eps.
nullus contradixit ei de omni populo. Et ait ad
vniuerſum Iſrael. Separamini vos in partē vnā
& ego cuʒ Jonatha filio meo ero in parte altera.
Reſponditq; ppl's Iſrael ad Saul. Quod bonū
tibi videtur in oculis tuis: fac. Et dixit Saul ad
dñʒ deū Iſrael. Dñe deus Iſrael da iudicium: iij.q.vij.§.
quid eſt quod non reſponderis ſeruo tuo hodie. fi.xxij.q.ij.
Si in me aut Jonatha filio meo eſt iniqtas hec: §.ij.
da oſtenſionē. Aut ſi hec iniquitas eſt in populo
tuo: da ſanctitateʒ. Et deprehēſus eſt Jonathas
& Saul: populus aūt exiuit. Et ait Saul. Mitti G
te ſorteʒ inter me & inter Jonathā filiū meū: & ca
ptus eſt Jonathas. Dixit autem Saul ad Jo-
natham. Indica mihi quid feceris? Et indica- Jonathas
uit ei Jonathas: & ait Guſtans guſtaui in ſum- guſtauit
mitate virge que erat in manu mea paululū mel- mel: & ideo
lis: & ecce ego morior: & ait Saul. Hec faciat mihi Saul pater
deus & hec addat: q: morte morieris Jonatha. ſuus vult
Dixitq; populus ad Saul. Ergo ne Jonathas occidere: ſʒ
morief: qui fecit ſalutē hanc magnā in Iſrl'. Hoc a populo li
nefas eſt. Viuit dñs: ſi ceciderit capillus de capi- beratur.
te eius in terram: q: cum deo optatus eſt hodie. j.xxij.c.

Liberauit ergo populus Jonatham:vt non mo
reretur. Receſſitqꝫ Saul:nec perſecutus eſt in
Philiſtijm. Porro Philiſtijm abierunt in lo-
ca ſua. At Saul confirmato regno ſuper Jſrael
pugnabat per circuituꝫ aduerſum omnes inimi
cos eius contra Moab ⁊ filios Ammon ⁊ edom
⁊ reges Soba ⁊ Philiſteos:⁊ quocunqꝫ ſe ver-
terat:ſuperabat. Congregato exercitu percuſſit
Amalech ⁊ eruit Jſrael de manu vaſtatorū eius.
De filijs ſa-ul regis. Fuerunt autem filij Saul:Jonathas ⁊ Jeſui et
Melchiſua:⁊ nomina duarum filiarum eius no-
men primogenite:Merob ⁊ nomen minoris:mi
chol:⁊ nomen eius vxoris Saul:Achinoem:filia
Achimas. Et nomen principis militie eius Ab-
s. ix.a. ner:filius Ner:patruelis Saul. Porro Cis fue
j.pal.viij.c. rat pater Saul:⁊ Ner pater Abner filius Abiel
Erat autē bellum potens aduerſuꝫ Philiſteos
oībus diebus Saul. Nā quēcūqꝫ viderat Saul
virū fortem ⁊ aptū ad prelium:ſociabat eū ſibi.

Capituli. Summarium. De precepto
dato Sauli:vt deleret Amalech:De tranſgreſ-
ſione eius:quia pepercit Agag regi:De commē
datione obedientie:De expulſione Saulis De
regno:Samuel luget Saul. Capituluꝫ.xv.

A Datur pre-ceptuꝫ ſaul de occiden-do amalech vt fecit.

ET dixit Samuel ad
Saul. Me miſit dominus:vt
vngerem te in regem ſuper po
pulum eius Jſrael. Nunc er-
go audiui vocem domini. Hec
dicit dominus exercituum. Re
cenſui quecunqꝫ fecit Amelech
Exo.xvij.c. j.q.iiij.c.ec-cleſia.xxiiij. q.iij.§.j. Jſraeli:quomodo reſtitit ei in via cum aſcende-
ret de Egypto. Nunc ergo vade ⁊ percute Ama
lech:⁊ demolire vniuerſa eius. Non parcas ei:et
non concupiſcas ex rebus ipſius aliquid:ſed in-
terfice a viro vſqꝫ ad mulierem ⁊ paruulum atqꝫ
lactantem:bouem ⁊ ouem:camelum ⁊ aſinum.
Precepit itaqꝫ ſaul populo:⁊ recenſuit eos qua
ſi agnos ducenta milia peditum:⁊ decem milia
B viroꝛum Juda. Cumqꝫ veniſſet Saul vſqꝫ ad ci-
uitatem Amalech:tetendit inſidias in torrente.
Dixitqꝫ Saul Cineo. Abite:recedite:atqꝫ di-
ſcedite ab Amalech:ne forte inuoluam te cuꝫ eo.
Tu enim feciſti miſericordiam cum omnibus fi-
lijs Jſrael:cum aſcenderent de Egypto. Et re-
ceſſit Cineus de medio Amalech. Percuſſitqꝫ
Saul Amalech ab Euila:donec venit ad Sur
que eſt e regione Egypti. Et apprehendit Agag
De tranſ-greſſione p̄-cepti parcē-do Agag ⁊ alijs ⁊ puni-tione. regem Amalech viuum. Omne autem vulgus
interfecit in ore gladij. Et pepercit Saul ⁊ popu
pulus Agag:⁊ optimis gregibus ouium ⁊ armē
torum:veſtibus ⁊ arietibus:⁊ vniuerſis que pul-
chra erāt:nec voluerūt diſperdere ea. Quicquid
vero vile fuit ⁊ reprobum hec demoliti ſunt. Fa
C ctum eſt autem verbum domini ad Samuel di-
cens. Penitet me ꝙ conſtituerim Saul regem:
quia dereliquit me:⁊ verba mea opere non im-
pleuit. Contriſtatuſqꝫ eſt Samuel:⁊ clamauit
ad dn̄m tota nocte. Cumqꝫ de nocte ſurrexiſſet
Samuel vt iret ad Saul mane:nunciatum eſt ſa
mueli:eo ꝙ veniſſet Saul in carmelū:⁊ erexiſſet
ſibi fornicē triumphalē:⁊ reuerſus tranſiſſet:de-
ſcendiſſetqꝫ in Galgala. Venit ergo Samuel ad
Saul:⁊ Saul offerebat holocauſtū dn̄o de initijs
predarū:que attulerat ex Amalech. Et cū veniſ-
ſet Samuel ad Saul:dixit ei Saul. Benedictus D
tu dn̄o. Jmpleui verbū dn̄i. Dixitqꝫ ſamuel. Et
que eſt hec vox gregum:que reſonat in auribus
meis:⁊ armentoruꝫ quam ego audio. Et ait ſaul
De Amalech adduxerunt ea. Pepercit eniꝫ po-
pulus melioribus ouibus ⁊ armentis:vt immo-
larentur domino deo tuo:reliqua vero occidim⁹
Ait autem Samuel ad Saul. Sine me:⁊ indica-
bo tibi que locutus ſit domin⁹ ad me nocte. Di-
xitqꝫ ei. Loquere ⁊ ait Samuel. Nonne cum par
uulus eſſes in oculis tuis:caput in tribubus Jſ
rael factus es. Vnxitqꝫ te dominus in regem ſu-
per Jſrael:⁊ miſit te dominus in viam:⁊ ait. Va
de ⁊ interfice peccatores Amalech:⁊ pugnabis
contra eos vſqꝫ ad internitionem eorū. Quare er E
go non audiſti vocem dn̄i:ſed verſus ad predam
es:⁊ feciſti malum in oculis domini. Et ait Saul
ad Samuelem. Jmmo audiui vocē domini:⁊ am
bulaui in via per quam miſit me dn̄s:⁊ adduxi
Agag regē Amalech.⁊ Amalech interfeci. Tulit
autē de preda populus:oues ⁊ boues primitias
eorum que ceſa ſunt:vt immolet domino deo ſuo
in galgalis. Et ait Samuel. Nunquid vult domi
nus holocauſta ⁊ victimas:⁊ non potius vt obe-
diatur voci domini. Melior eſt enim obedientia
q̄ victime:⁊ auſcultare magis q̄ offerre adipem
arietum:quoniam quaſi peccatum ariolandi eſt
pugnare:⁊ quaſi ſcelus idolatrie nolle acquieſce
re. Pro eo ergo ꝙ abiecciſti ſermonem domini: F
abiecit te dominus ne ſis rex. Dixitqꝫ ſaul ad ſa
muelem. Peccaui quia preuaricatus ſum ſermo
nem domini:⁊ verba tua:timens populum ⁊ obe
diens voci eorum. Sed nunc porta queſo pecca-
tum meum:⁊ reuertere mecum vt adorem do-
minum. Et ait Samuel ad Saul. Non reuertar
tecum:quia proiecciſti ſermonem domini:⁊ proie
cit te dominus:ne ſis rex in Jſrael. Et cōuerſus
ad Samuel:vt abiret. Jlle autē apprehēdit ſum
mitatem palij eius que ⁊ ſciſſa eſt. Et ait ad euꝫ
Samuel. Scidit dn̄s regnū Jſrael a te hodie:et
tradidit illud proximo tuo meliori te. Porro triū
phator in Jſrael non parcet ⁊ penitudine nō fle-
ctetur. Neqꝫ enim homo eſt:vt agat penitentiā
At ille ait. Peccaui. Sed nunc honora me coraꝫ
ſenioribus populi mei ⁊ coram Jſrael:⁊ reuerte
re mecū:vt adorem dn̄m deum tuuꝫ. Reuerſus er
go Samuel ſecutus eſt ſaulem. Et adorauit ſaul G
dn̄m. Dixitqꝫ ſamuel. Adducite ad me Agag re-
gem amalech:⁊ oblatus eſt ei Agag pinguiſſim⁹
tremens. Et dixit agag. Siccine ſeparat amara
mors. Et ait Samuel:Sicut fecit abſqꝫ liberis
mulieres gladius tuus:ſic abſqꝫ liberis erit in-
ter mulieres mater tua:⁊ in fruſtra concidit euꝫ
Samuel coram dn̄o in galgalis. Abijt auteꝫ Sa-

j. q. ſ. vij. c. nos ſi. ſ. itē Dauid.

muel in Ramatha: Saul vero aſcendit in domū ſuam in Gabaa: ⁊ non vidit Samuel vltra Saul vſqꝫ ad diem mortis ſue. Ueruntamen lugebat Samuel Saul: quoniam dominum penitebat: ꝙ conſtituiſſet regem Saul ſuper Iſrael.

D

¶ C.S. ¶ De vnctiōe dauid in regē in domo pr̄is ſui: de ſpiritu nequā qui vexabat ſaul: de dauid qui percutiebat citharam. Caplm̄. xvj.

A De vnctiōe dauid in regem per ſamuelem. De pe. di. j c. pdixerat.

D Ixitqꝫ dominus ad Samuelē. Uſqꝫquo tu luges Saul: cū ego proiecerim eum ne regnet ſup Iſrl̄. Imple cornu tuū oleo ⁊ veni: vt mittam te ad Iſai bethleemitē: prouidi enī in filijs eius mihi regē. Et ait Samuel. Quo vadā? Audiet enī Saul ⁊ interficiet me. Et ait dn̄s. Uitul de armēto tolles in manu tua: ⁊ dices ad immolādū domino veni.

B Et vocabis Iſai ad victimam: ⁊ ego oſtendā tibi quid facias: ⁊ vnges quēcunqꝫ monſtrauero tibi. Fecit ergo Samuel ſicut locutus eſt ei dominus. Uenitqꝫ in Bethleem: ⁊ admirati ſunt ſeniores ciuitatis: occurrentes ei: dixeruntqꝫ. Pacificus ne eſt ingreſſus tuus? Et ait. Pacificus.

Leuit. xx. b Ad immolandū dn̄o veni. Sanctificamini ⁊ venite mecum vt immolē. Sāctificauit ergo Iſai ⁊ filios eius: ⁊ vocauit eos ad ſacrificiū. Cūqꝫ ingreſſi eſſent: vidit Heliab ⁊ ait. Num corā dn̄o eſt xp̄s eius? Et dixit dn̄s ad Samuelē: ne reſpicias vultum eius: neqꝫ altitudinē ſtatue eius: qm̄ abieci eum: nec iuxta intuitum hoīs ego iudico. Homo enī videt ea que parent: dominus autē intuetur cor. Et vocauit Iſai Aminadab: ⁊ adduxit eum

C corā Samuele. Qui dixit. Nec hunc elegit dominus. Adduxit autē Iſai ſamma: de quo ait: Etiā hunc nō elegit dn̄s. Adduxit itaqꝫ Iſai ſeptē filios ſuos corā Samuel: Et ait Samuel ad Iſai: Nō elegit domin⁹ ex iſtis: Dixitqꝫ Samuel ad Iſai: Nunquid iam cōpleti ſunt filij: Qui reſpōdit. Adhuc reliquus eſt paruulus ⁊ paſcit oues: Et ait Samuel ad Iſai: Mitte ⁊ adduc eū. Nec enī diſcumbem⁹ priuſqꝫ huc ille veniat. Miſit ergo ⁊ adduxit eum. Erat autem rufus ⁊ pulcher

E i. x. a. Ps. lxxvij. Eccu. xlij. d

aſpectu: decoraqꝫ facie: ⁊ ait domin⁹: Surge ⁊ vnge eū: ipſe eſt enī. Tulit ergo Samuel cornu olei et vnxit eum in medio fratrum eius. Et directus eſt ſpiritus domini a die illa in Dauid ⁊ deinceps. Surgenſqꝫ Samuel: abijt in Ramatha.

De ſpiritu nequā vexā te Saul.

Spiritus autem domini receſſit a Saul: ⁊ exagitabat eum ſpiritus nequam a domino. Dixerūt ſerui Saul ad eum. Ecce ſpiritus domini malus exagitat te. Iubeat dominus noſter rex ⁊ ſerui tui qui coram te ſunt: querent hominem ſcientē pſallere cithara: vt quando arripuerit te ſpirit⁹ domini malus: pſallat manus ſua ⁊ leuius feras. Et ait Saul ad ſeruos ſuos. Prouidete ergo mihi aliquem bene pſallentem: et adducite eum ad me. Et reſpondens vnus de pueris: ait: Ecce vidi filium Iſai Bethlemitem ſcientem pſallere: ⁊ fortiſſimum robore: ⁊ virum bellicoſum: et prudentem in verbis: ⁊ virum pulchrum ⁊ dominus eſt cum eo. Miſit ergo Saul nuncios ad Iſai dicens: Mitte ad me Dauid filiū tuū qui eſt in paſcuis. Tulit itaqꝫ Iſai aſinum plenū panibus ⁊ lagenam vini: ⁊ edum de capris vnum: et miſit per manū Dauid filij ſui Sauli: ⁊ venit dauid ad Saul ⁊ ſtetit coram eo. At ille dilexit eum nimis: et factus eſt ei⁹ Armiger: Miſitqꝫ Saul ad Iſai dicens: Stet Dauid in cōſpectu meo. Inuenit enim gratiā in oculis meis. Igitur quā documqꝫ ſpirit⁹ domini malus arripiebat Saul: Dauid tollebat citharam et percutiebat manu ſua et refocillabatur Saul et leuius habebat. Recedebat enim ab eo ſpiritus malus.

D Saul miſit ad dauid, vt ſua cithara liberet eū a vexatiōe demonum.

¶ C.S ¶ De bello Philiſtijm cōtra Iſrl̄: de victoria Dauid contra Goliam. Caplm̄. xvij.

C Ongregantes autem Philiſtijm agmina ſua in preliū: cōuenerūt in Sochoth Iude: ⁊ caſtrametati ſunt inter ſochoth ⁊ azecha in finib⁹ domim. Porro Saul ⁊ filij Iſrael cōgregati venerunt in valle Therebinti: ⁊ direxerunt aciem ad pugnandū contra Philiſtijm. Et Philiſtijm ſtabant ſuper montē ex parte hac: ⁊ Iſrael ſtabat ſupra montē ex altera pte: valliſqꝫ erat inter eos. Et egreſſus eſt vir ſpurius de caſtris Philiſtinorū nomine Goliath de Geth: altitudinis ſex cubitorū ⁊ palmi: ⁊ caſſis erat ſuper caput eius: ⁊ lorica hamata induebat. Porro pōdus lorice eius quinqꝫ milia ſiclorum eris erat: ⁊ ocreas ereas habebat in cruribus: ⁊ clypeus ereus tegebat humeros eius. Haſtile autem haſte eius erat quaſi liciatorium texentium. Ipſum autem ferrum haſte eius ſexcentos ſiclos habebat ferri. Et armiger eius antecedebat eum. Stanſqꝫ clamabat aduerſum phalangas Iſrael: ⁊ dicebat eis: Quare veniſtis parati ad prelium: Nunquid ego nō ſū Philiſteus: ⁊ vos ſerui Sau: Eligite ex vobis virum ⁊ deſcendat ad ſingulare certamen. Si qui

De bello Philiſtijm cōtra Iſr.

E Deſcriptō goliath pliſtijm volētis oppugnare Iſrl̄.

ij. reg. xxj. c

ue: it pugnare mecum ⁊ percuſſerit me: erimus
vobis ſerui: Si autē ego preualuero ⁊ percuſſe-
ro eum: vos ſerui eritis ⁊ ſeruietis nobis. Et aie
B bat Philiſteus: Ego exprobraui agminibus Iſ
rael hodie: Date mihi virū ⁊ ineat mecum ſingu
lare certamen. Audiens autem Saul ⁊ omnes iſ
raelite ſermones philiſtei huiuſcemodi: ſtupebāt
⁊ metuebant nimis. Dauid autem erat filius vi-
ri ephratei: de quo ſupra dictum eſt: De Bethle
em iuda: cui nomen erat Iſai: qui habebat octo
filios: ⁊ erat vir in diebus Saul ſenex ⁊ grande-
uus inter viros. Abierunt autem tres filij eius
maiores poſt Saul in prelium. Et nomina triū
filiorum eius qui perrexerunt ad bellum: heliab
primogenitus: ⁊ ſecundus Aminadab: tertius
quoqꝫ Samma. Dauid autem erat minimus.
Tribus ergo maioribus ſecutis Saulem: abijt
Dauid: ⁊ reuerſus eſt a ſaul: vt paſceret gregem
patris ſui in Bethleem. Procedebat vero phi
liſteus mane ⁊ veſpere: et ſtabat quadraginta
diebus. Dixit autem Iſai ad Dauid filium ſu-
um: Accipe fratribus tuis ephi polente ⁊ decem
panes iſtos: et curre in caſtra ad fratres tuos:
et decē formellas caſei: has deferes ad tribunū:
Et fratres tuos viſitabis: ſi recte agant: et cuꝫ
quibus ordinati ſunt diſce. Saul autem ⁊ illi et
omnes filij Iſrael in valle Terebinthi pugnabāt
aduerſum Philiſtijm. Surrexit itaqꝫ Dauid
mane: et commendauit gregem cuſtodi: et onu
ſtus abijt: ſicut preceperat ei Iſai. Et venit ad
locum magala: et ad exercitum qui ingreſſus ad
pugnam: vociferatus erat in certamine. Direxe
C rat enim aciem Iſrael: ſed ⁊ Philiſtijm ex ad-
uerſo fuerant preparati. Derelinquēs ergo Da
uid vaſa que attulerat ſub manu cuſtodis ad ſar
cinas: cucurrit ad locum certaminis: ⁊ interroga
bat: ſi omnia recte agerentur erga fratres ſuos.
Cumqꝫ adhuc ille loqueretur eis apparuit vir
ille ſpurius aſcendens Goliath nomine Phili-
ſteus de Geth de caſtris Philiſtinorum. Et lo
quente eo hec eadem verba: audiuit Dauid.
Omnes autem Iſraelite cum vidiſſent viruꝫ fu-
gerunt a facie eius timentes eum valde. Et di-
xit vnuſpiam de Iſrael: Num vidiſti virum hūc
qui aſcendit: Ad exprobrandum enim Iſrael:
aſcendit. Virum ergo qui percuſſerit eum: dita
bit rex diuitijs magnis: et filiam ſuam dabit ei:
et domum patris eius faciet abſqꝫ tributo in Iſ
rael. Et ait dauid ad viros qui ſtabant ſecum: di
cens: Quid dabitur viro qui percuſſerit Phili-
ſteum hunc ⁊ tulerit opprobriuꝫ de Iſrael: Quis
eſt enim hic philiſteus incircunciſus qui expro-
brauit aciem dei viuentis? Referebat autem ei
populus eundem ſermonem dicens: Hec dabun
D tur viro qui percuſſerit eum. Quod cuꝫ audiſſet
Heliab frater eius maior loquente eo cum alijs:
iratus eſt contra dauid: et ait: Quare veniſti: et
quare dereliquiſti pauculas oues illas in deſer-
to: Ego noui ſuperbiam tuam ⁊ nequitiam cor-
i.xx.a.⁊.xx- dis tui: quia vt videres prelium: deſcendiſti. Et
vi.c. dixit Dauid: Quid feci? Nunquid non verbuꝫ

eſt. Et declinauit paululum ab eo ad alium: Di
xitqꝫ eundem ſermonem: Et reſpondit ei popu-
lus verbum ſicut prius. Audita ſunt autem ver-
ba que locutus eſt Dauid: ⁊ annunciata in con-
ſpectu Saul: Ad quem cum fuiſſet adductus: lo
cutus eſt ei: Non concidat cor cuiuſꝙ in eo. Ego De am[...]
ſeruus tuus vadam ⁊ pugnabo aduerſus phili- ſa fortitu[...]
ſteum. Et ait Saul ad Dauid. Nō vales reſiſte- ne dauid[...]
re philiſteo iſti: nec pugnare aduerſus eum: quia Goliath[...]
puer es. Hic autem vir bellator eſt ab adoleſcen-
tia ſua. Dixitqꝫ Dauid ad Saul: Paſcebat ſer
uus tuus patris ſui gregem ⁊ veniebat leo vel vr
ſus: ⁊ tolebat arietem de medio gregis: ⁊ perſe-
quebar eos ⁊ percutiebam: eruebamqꝫ de ore eo
rum. Et illi conſurgebant aduerſuꝫ me: ⁊ appre
hendebam mentum eorum ⁊ ſuffocabam: interfi
ciebamqꝫ eos. Nam ⁊ leonem ⁊ vrſum interfeci
ego ſeruus tuus. Erit igitur ⁊ Philiſteus hic in
circunciſus: quaſi vnus ex eis. Nunc vadam ⁊ au E
feram opprobrium populi: Quoniam quis eſt iſte phi-
liſteus incircūciſus qui auſus eſt maledicere exer
citui dei viuentis? Et ait Dauid: Dn̄s qui eri-
puit me de manu leonis ⁊ de manu vrſi: ipſe me
liberabit de manu philiſtei huius. Dixit autem
Saul ad Dauid: Vade: ⁊ dn̄s tecū ſit. Et induit
Saul dauid veſtimentis ſuis: ⁊ impoſuit galeaꝫ
eream ſuper caput eius: ⁊ veſtiuit eum lorica. Ac
cinctus ergo Dauid gladio eius ſuper veſtē ſuā:
cepit temptare: ſi armatus poſſet incedere: Nō
enim habebat conſuetudinem. Dixitqꝫ dauid ad
Saul: Non poſſum ſic incedere: q: non vſum ha
beo. Et depoſuit ea. Et tulit baculū ſuum quem
ſemper habebat in manibus: ⁊ elegit ſibi quinqꝫ
limpidiſſimos lapides de torrente: ⁊ miſit eos in
peram paſtoralem quam habebat ſecum: ⁊ fundā
manu tulit: ⁊ proceſſit aduerſum philiſteū. Ibat
autem Philiſteus ⁊ incedēs appropinquans ad
uerſum Dauid ⁊ armiger eius ante eum. Cūqꝫ
inſpexiſſet eum Philiſteus ⁊ vidiſſet Dauid de
ſpexit eum. Erat autem adoleſcens Ruphus: et F
pulcher aſpectu. Et dixit philiſteus ad Dauid:
Nunqd ego canis ſum: qꝫ tu venis ad me cū bacu
lo: Et maledixit philiſteus dauid in dijs ſuis. Di
xitqꝫ ad dauid: Veni ad me ⁊ dabo carnes tuas
volatilibus celi ⁊ beſtijs terre. Dixit aūt Dauid
ad philiſteum: Tu venis ad me cum gladio ⁊ ha-
ſta ⁊ clypeo: ego autem venio ad te in nomine do
mini exercituum dei agminuꝫ Iſrael: quibus ex
probraſti hodie ⁊ dabit te domin⁹ in manu mea:
⁊ percutiam te: ⁊ auferam caput tuum a te. Et
dabo cadauera caſtrorum philiſtijm hodie vola-
tilibus celi ⁊ beſtijs terre: vt ſciat omnis terra:
q: eſt dn̄s deus in Iſrael: ⁊ nouerit vniuerſa ec-
cleſia hec: q: non in gladio nec in haſta ſaluat dn̄s
Ipſius enim eſt bellum ⁊ tradet vos in manus
noſtras. Cum ergo ſurrexiſſet philiſteus ⁊ veni-
ret ⁊ appropinquaret contra Dauid: feſtinauit
Dauid ⁊ occurrit ad pugnam ex aduerſo phili- Notoria
ſtei. Et miſit manum ſuam in peram: tulitqꝫ vnū riā dauid
lapidem ⁊ funda iecit: ⁊ circunducens percuſſit Goliam.
eum in frōte. Et infixus eſt lapis in fronte eius:

ꝛ cecidit in faciem ſuam ſuper terram. Preua-
luitq; dauid aduerſum philiſteum in funda ꝛ la-
pide: percuſſumq; philiſteum interfecit. Cumq; Eccle. xlvij
gladium non haberet in manu Dauid: cucurrit
ꝛ ſtetit ſuper philiſteum ꝛ tulit gladium eius et
B eduxit eum de vagina ſua ꝛ interfecit eum: preci-
ditq; caput eius. Uidentes autem philiſtijm ꝙ
mortuus eſſet fortiſſimus eorū: fugerunt. Et con
ſurgētes viri Iſrael ꝛ iuda vociferati ſunt ꝛ per-
ſecuti ſunt philiſteos vſq; dum venirent in val-
lem: ꝛ vſq; ad portas accaron. Cecideruntq; vul
nerati de philiſtijm in via ſarim: ꝛ vſq; ad geth ꝛ
vſq; ad accaron. Et reuertentes filij Iſrael poſt
ꝙ perſecuti fuerant philiſteos inuaſerunt caſtra
eorum. Aſſumens autem Dauid caput philiſtei:
attulit illud in Hieruſalem: arma vero eius po-
ſuit in tabernaculo ſuo. Eo autem tempore quo
viderat Saul Dauid egredientem contra Phi
C liſteum: ait ad Abner principem militie ſue. De
qua ſtirpe deſcendit hic adoleſcens: Dixitq; Ab
ner: Uiuit anima tua rex ſi noui. Et ait rex: In-
terroga tu cuius filius ſit iſte puer. Cumq; re-
greſſus eſſet Dauid percuſſo philiſteo: tulit eū
Abner: et introduxit corā Saule caput philiſtei
habentem in manu ſua. Et ait ad eū Saul: De
qua progenie es adoleſcens: Dixitq; dauid: Fi-
lius ſerui tui Iſai bethleemite ego ſum.

¶ Capituli. Summarium. ¶ De amicitia et confederatione dauid: ꝛ Ionathe filij regis ſaul: de cantu mulierum percuſſit ſaul mille: ꝛ Dauid decem milia: de ira Saulis pro hoc cantu: de ipſo prophetante in domo ſua: ꝛ volente configere da uid lancea cum pariete. Saul autē ammonet da uid ꝛ promittit ei filiam ſuam maiorem merob: que alteri datur: poſtea Saul ꝓmittit ei michol filiam in vxorem: ſponſalia petit centum prepu tia: Dauid perſoluit: et fit gener regis.

Capitulum. xviij.

A De amicitia ionathe et dauid.

Et factum eſt cū cō-
pleuiſſet loqui ad Saul anima
Ionate conglutinata eſt ani-
me dauid: ꝛ dilexit eum Iona-
thas quaſi animam ſuam. Tu- ij. reg. j. a.
lit eum Saul in die illa et non
conceſſit ei vt reuerteretur in
domum patris ſui. Inierunt autē dauid ꝛ Io
nathas fedus. Diligebat enim eum quaſi ani-
B mam ſuam. Nam expoliauit ſe Ionathas tuni-
ca qua erat indutus ꝛ dedit eam dauid et reli-
qua veſtimenta ſua vſq; ad gladium et arcum ſu-
um vſq; ad baltheum. Ingrediebatur quoq; da
uid ad omnia quecumq; miſiſſet eum Saul. et
prudenter ſe agebat. Poſuitq; eum Saul ſu-
per viros belli: et acceptus erat in oculis vni-
uerſi populi maximeq; in conſpectu famulorū
Saul. Porro cum reuerteretur percuſſo phi-
liſteo Dauid et ferret caput eius in Hieruſalē:

egreſſe ſunt mulieres de vniuerſis vrbibus Iſrl' propter cā
cantantes chorosq; ducentes in occurſum Saul tum mulie
regis: in tympanis letitie et in ſiſtris: et preci- rum.
nebant mulieres ludentes atq; dicentes. Per-
cuſſit ſaul mille: ꝛ dauid decem milia. Iratus eſt J. xxj. d. ꝛ J.
autem Saul nimis ꝛ diſplicuit in oculis eius ſer xxix. b.
mo iſte. Dixitq;. Dederūt dauid decem milia: Eccl'. xlvij.
et mihi mille dederunt. Quid ei ſupereſt: niſi ſo-
lum regnum: Non rectis ergo oculis ſaul aſpi- C
ciebat dauid a die illa et deinceps. poſt diem au-
tem alteram inuaſit ſpiritus dei malus ſaul ꝛ pro
phetabat in medio domus ſue. dauid autē pſal- De mali
lebat manu ſua ſicut per ſingulos dies. Tene- gno ſpiritu
batq; ſaul lanceam ꝛ miſit eam putans ꝙ confi- dauid.
gere poſſet dauid cum pariete. Et declinauit da
uid a facie eius ſecundo. Et timuit ſaul dauid
eo ꝙ dominus eſſet cum eo: et a ſe receſſiſſet. D
Amouit ergo eū ſaul a ſe ꝛ fecit eum tribunū ſu- De pruden
per mille viros. Et ingrediebatur ꝛ intrabat in tia dauid ꝑ
conſpectu populi. In omnibus quoq; vijs ſuis pterq̄ ſaul
dauid prudenter ſe agebat: et Dominus erat timet eū ꝛ
cum eo. Uidit itaq; Saul ꝙ prudens eſſet ni- dedit filiam
mis et cepit cauere eum. Omnis autem Iſrael ſuā ipſi da
et Iuda diligebat Dauid. Ipſe enim igredie- uid ſe mul
batur et egrediebatur ante eos. Dixitq; Saul tum humi
ad dauid. Ecce filia mea maior merob ipſam da lianti.
bo tibi vxorem tantummodo eſto vir fortis ꝛ pre
liare bella dñi. Saul aūt reputabat dicens. Non ij. reg. iij. a.
ſit manus mea in eo: ſed ſit ſuper eū manus phi E
liſtinorum. Ait autem dauid ad ſaul. Quis ego
ſum. aut que eſt vita mea: aut cognatio patris
mei in Iſrael vt fiam gener regis. Factum eſt
autem tempus cum deberet dari merob filia ſaul
dauid data eſt hadrieli malachite vxor. Dilexit
autem dauid Michol filiam Saul alteram. et
nunciatum eſt ſaul ꝛ placuit ei. Dixitq; ſaul. Da
bo eam illi vt fiat ei in ſcandalum: ꝛ ſit ſuper eū
manus Philiſtinorum. Dixitq; ſaul ad dauid.
In duabus gener meus eris hodie. Et manda
uit ſaul ſeruis ſuis. Loquimini ad dauid clam me
dicentes. Ecce places regi. et omnes ſerui eius
diligunt te. Nunc ergo eſto gener regis. Et locu
ti ſunt ſerui ſaul in auribus dauid omnia verba F
hec. Et ait dauid. Num parum videtur vobis
generum eſſe regis. Ego autem ſum vir pauper
ꝛ tenuis et renunciauerunt ſerui Saul dicentes.
Huiuſcemodi verba locutus eſt dauid. Dixit au
tem Saul. Sic loquimini ad dauid. Non habet
rex ſponſalia neceſſe niſi tantum centum prepu
tia Philiſtinorum: vt fiat vltio de inimicis re
gis. Porro Saul cogitabat dauid tradere in ma
nus Philiſtinorum. Cumq; renunciaſſent ſerui Saul odio
eius dauid verba que dixerat Saul placuit ſer- habebat da
mo in oculis dauid vt fieret gener regis. Et poſt uid ſuſpe
paucos dies ſurgens dauid abijt in accaron cum ctum.
viris qui ſub eo erant: et percuſſit Philiſtijm G
ducentos viros: ꝛ attulit eorum preputia ꝛ annu
merauit ea regi vt eſſet gener eius. Dedit itaq;
ſaul ei michol filiam ſuam vxorem. Et vidit ſaul ij. reg. iij. c.
ꝛ intellexit ꝙ dñs eſſet cum dauid. Michol autē
filia ſaul diligebat eum. Et Saul magis cepit ti-

mere Dauid. Factuſqꝫ eſt Saul inimic⁹ Dauid
cunctis diebus. Et egreſſi ſunt principes Phi-
liſtinorum. A principio autem egreſſionis eorum
prudentius ſe gerebat Dauid q̃ omnes ſerui
Saul et celebre factum eſt nomen eius nimis.

Capituli. Summarium. De Saule qui
precepit occidi Dauid indicat hoc ei ionathas:
Saul iterum inuaditur a ſpiritu malo ⁊ vult lan
cea configere Dauid. Michol eum ſaluat: fugit
Dauid ad Samuelem: Saul mittit nuncios vt
rapiant Dauid tribus vicibus mittuntur nūcij
et omnes cū Samuele prophetāt: de Saule pro
phetāte cum prophetantibus. Capitulū. xix.

A Locutus eſt aūt ſaul
ad Jonatham filium ſuum et
ad omnes ſeruos ſuos vt occi
derent Dauid. Porro Jona
tas filius Saul diligebat Da
uid valde et indicauit Jona-
Saul ppo thas Dauid dicens. Querit
nit occiderē Saul pater meus occidere te. Quapropter ob-
dauid: ⁊ io- ſerua te queſo mane et manebis clam et abſcon
nathas re- deris. Ego autē egrediens ſtabo iuxta patrem
uelat ⁊ paci meum: in agro ⁊ vbicūqꝫ fuerit et ego loquar de
ficat. te ad patrē meum quodcunqꝫ videro nunciabo
tibi. Locutus eſt ergo Jonathas de dauid bona
ad Saul patrem ſuum. Dixitqꝫ ad eū. Ne pec-
ces rex in ſeruū tuum Dauid: quia nō peccauit
tibi: ⁊ opera eius bona ſunt tibi valde: et poſuit
animam ſuam in manu tua ⁊ percuſſit philiſteū:
B et fecit dominus ſalutem magnam vniuerſo Iſ-
raeli. Vidiſti et letatus es. Quare ergo peccas
in ſanguine innoxio interficiens Dauid qui eſt
abſqꝫ culpa. Quod cum audiſſet Saul, placatus
voce Jonathe iurauit. Viuit dominus: q: non
occidetur. Vocauit itaqꝫ Jonathas Dauid: et
indicauit ei omnia verba hec. Et introduxit Jo-
nathas Dauid ad Saul et fuit ante eum ſicut
erat heri ⁊ nudiuſtertius. Motū eſt autem rur
ſum bellum: et egreſſus Dauid pugnauit aduer-
de maligno ſum philiſthijm: percuſſitqꝫ eos plaga magna: et
ſpū in ſaul. fugerūt a facie eius: ⁊ factus eſt ſpiritus domini
malus in Saul. Sedebat autem in domo ſua et
tenebat lanceam. Porro Dauid pſallebat ma-
nu ſua. Niſuſqꝫ eſt Saul cōfigere Dauid lancea
in pariete. Et declinauit dauid a facie ſaul. Lan
cea autē caſſo vulnere perlata eſt in parietē ⁊ da
uid fugit: ⁊ ſaluat⁹ eſt nocte illa. Miſit ergo ſaul
ſatellites ſuos nocte i domū dauid vt cuſtodirēt
C eū et interficerent mane. Qđ cū ānūciaſſet dauid
michol vxor ſua: dicēs. Niſi ſaluaueris te nocte
hac: cras morieris: depoſuit eū p feneſtrā. Por
Dauid fu- ro ille abijt ⁊ aufugit atqꝫ ſaluatus eſt. Tulit aūt
git ſaul pfe michol ſtatuā: ⁊ poſuit eā ſup lectū: ⁊ pellē pilo-
neſtraꝫ eua ſaꝫ capraꝝ poſuit ad caput eius ⁊ operuit eā ve
dens. ſtimētis: Miſit aūt Saul apparitores qui rape
rent Dauid: ⁊ rñſum eſt q egrotaret. Rurſum
qꝫ miſit Saul nuncios: vt viderent dauid dicens

Afferte eum ad me in lecto vt occidatur. Cunqꝫ
veniſſent nuncij: inuentuꝫ eſt ſimulacrum ſuper
lectum: ⁊ pelles caprarum ad caput eius. Dixit
qꝫ Saul ad Michol: Quare ſic illuſiſti mihi ⁊ di
miſiſti inimicuꝫ meum: vt fugeret: Et rñdit Mi
chol ad Saul: Quia ipſe locutus eſt mihi dicens.
Dimitte me: alioquin iterficiaꝫ te. Dauid autē
fugiēs ſaluat⁹ eſt. Et venit ad Samuel in rama
tha: ⁊ nunciauit ei oīa que fecerat ſibi Saul: Et
abierūt ipſe ⁊ Samuel ⁊ morati ſunt in Naioth
Nunciatū eſt autē ſauli a dicentibus. Ecce Da D
uid in naioth in ramatha. Miſit ergo ſaul licto- Saul nū[...]
res: vt raperent Dauid. Qui cū vidiſſent cuneū oppugn[...]
prophetaꝝ vaticinātiuꝫ ⁊ Samuelē ſtantē ſuper dauid ⁊ [...]
eos factus eſt etiā ſpiritus dñi in illis: ⁊ prophe muel: ſꝫ [...]
tare ceperūt etiā ipſi. Qđ cū nunciatū eſſet Sau ⁊ nūcij p[...]
li: miſit ⁊ alios nūcios: ꝓphetauerunt aūt et illi. phetant.
Et rurſuꝫ miſit Saul tertios nuncios: qui ⁊ ipſi
prophetauerūt. Et iratus iracundia Saul abijt
et ipſe in ramatha: ⁊ venit vſqꝫ ad ciſternaꝫ ma-
gnam que eſt in ſocoth: ⁊ interrogauit ⁊ dixit:
In quo loco ſunt Samuel et Dauid? Dictūqꝫ
eſt ei: Ecce in naioth ſunt in ramatha. Et abijt
in naioth in ramatha. Et factus eſt etiā ſup eū
ſpiritus dñi: ⁊ ambulabat ingrediēs et ꝓpheta-
bat vſqꝫ dum veniret in naioth in ramatha. Et s. x. c.
expoliauit etiam ipſe ſe veſtimentis ſuis: et pro-
phetauit cum ceteris coram Samule: et cecinit
nudus tota die illa et nocte. Unde et exiuit pro
uerbium: Num et Saul inter prophetas.

j. q. j. c. m[...]
Capi. Sūma. De renouatione ⁊ confir- ter. c. p[...]
matione federis Dauid ⁊ Jonathe: et qualiter tauit.
Jonathas apud Saul excuſat Dauid abſentē:
et ille confundit eū opprobrijs: de ſignis triū ſa-
gittaꝝ inter Jonatā ⁊ Dauid. Saul arripit lan
ceā: vt pcutiat Jonathā excuſanteꝫ Dauid: de
fletu Jonathe ⁊ Dauid ⁊ oſculo. Capi. xx.

Fugit autem Dauid A
de Naioth que eſt in Ramatha:
veniensqꝫ locutus eſt coram Jo
natha: Quid feci. Que eſt iniqui
tas mea: et quod peccatuꝫ meū De pe[...]
in patrem tuum: q: querit animam meam: Qui ij. c. fug[...]
dixit ei: Abſit a te non morieris. Neqꝫ em̄ faciet autem.
pater meus quicq̃ grande vel paruum: niſi pri-
us indicauerit mihi. Hunc ergo celauit a me pa
ter meus ſermonem tantūmodo: nequaq̃ enim
erit iſtud. Et iurauit rurſuꝫ Dauid. Et ille ait:
Scit profecto pater tuus quia inueni gratiam
in oculis tuis: et dicet: Neſciat hoc Jona-
thas: ne forte triſtetur. Quinimmo viuit do-
minus et viuit anima tua: q: vno tantum (vt ita
dicaꝫ) gradu: ego morſqꝫ diuidimur. Et ait Jo- De fide [...]
nathas ad Dauid. Quodcūqꝫ dixerit mihi aīa amicitia [...]
tua: faciā tibi. Dixit autē Dauid ad Jonathā: nathe ad
Ecce kalende ſunt craſtino: et ego ex more ſede dauid.
re ſoleo iuxta regem ad veſcēdum. Dimitte er- s. xvij. d. [...]
go me: vt abſcondar in agro vſqꝫ ad veſperam xxvj. c.

B diei tertie. Si reſpiciens requiſierit me pater tu
us:reſpondebis ei: Rogauit me Dauid vt iret
celeriter in Bethleēꝫ ciuitatem ſuaꝫ:q: victime
ſolennes ibi ſunt vniuerſis contribulibus ſuis.
Et dixerit bene:pax erit ſeruo tuo. Si autē fue
rit iratus: ſcito q: cōpleta eſt malicia eius. Fac
ergo miām in ſeruum tuum:q: fedus dn̄i me fa-
mulū tuū tecum inire feciſti. Si autem eſt ini-
quitas in me:tu me interfice:⁊ ad patrem tuum
introducas me. Et ait ionathas: Abſit hoc a me
Necꝫ em̄ fieri poteſt:vt ſi certe cognouero com
pletam eſſe patris mei maliciam cōtra te:nō an-
nunciē tibi. Rn̄ditqꝫ Dauid ad Jonathā: Quis
renunciabit mihi ſi quid forte rn̄derit tibi pater
tuus dure de me. Et ait Jonathas ad Dauid:
C Veni ⁊ ingrediamur foras in agrum. Cūqꝫ exiſ
ſent ambo in agrum ait Jonathas ad Dauid:
Domine deus Iſrael:ſi inueſtigauero ſnīam pa
tris mei craſtino vel perendie:⁊ aliquid boni fue
rit ſuper Dauid:⁊ nō ſtatiꝫ miſero ad te:⁊ notū
tibi fecero hec faciet de⁹ Jonathe ⁊ hec augeat.
Si autem perſeuerauerit patris mei malicia ad
uerſum te:reuelabo aurem tuam ⁊ dimittam te:
vt vadas in pace:⁊ ſit dn̄s tecum ſicut fuit in pa
tre meo. Et ſi vixero facias mihi miām domini:
ſi vero mortuus fuero:non auferas miām tuam
a domo mea vſqꝫ in ſempiternum: Aut ſi non fe
cero quando eradicauerit dn̄s inimicos Dauid
vnumquēqꝫ de terra auferat Dauid Jonathaꝫ
de domo ſua:⁊ requirat dn̄s de manu inimicorū
Dauid. Pepigit ergo Jonathas fedus cuꝫ do
mo Dauid. Et requiſiuit dominus de manu ini
micorum Dauid. Et addidit Jonathas deiera
D re Dauid:eo ꝙ diligeret illum. Sicut enim aīaꝫ
ſuam ita diligebat eū: Dixitqꝫ ad eū Jonathas
Cras kalende ſunt ⁊ requireris. Requiretur em̄
ſeſſio tua vſqꝫ perendie. Deſcēdas ergo feſtinus
et venies in locum vbi celādus es in die qn̄ ope-
rari licet:⁊ ſedebis iuxta lapidem cui nomen eſt
Ezel. Et ego tres ſagittas mittam iuxta eū:et
iaciaꝫ quaſi exercens me ad ſignuꝫ. Mittaꝫ quo
qꝫ ⁊ puerū:dicēs ei: Vade ⁊ affer mihi ſagittas:
Si dixero puero:ecce ſagitte intra te ſunt:tolle
eas tu veni ad me:q: pax tibi eſt:⁊ nihil eſt mali:
viuit dominus: Si autem ſic locutus fuero pue-
ro:ecce ſagitte vltra te ſunt vade in pace: quia
dimiſit te dominus. De verbo autem qđ locuti
fuimus ego ⁊ tu ſit dominus inter me et te vſqꝫ
in ſempiternum. Abſconditus eſt ergo Dauid
in agro et venerunt kalende: et ſedit rex ad co
medēdū panē. Cūqꝫ ſediſſet rex ſup cathedram
E ſuam ſecūdum conſuetudinē que erat iuxta pa-
rietem:ſurrexit Jonathas ⁊ ſedit Abner ex late
re Saul:vacuuſqꝫ apparuit loc⁹ Dauid. Et nō
eſt locutus Saul qcꝗ in die illa. Cogitabat em̄
ꝙ forte eueniſſet ei vt non eſſet mundus nec pu-
rificatus. Cumqꝫ illuxiſſet dies ſecunda poſt ka
lendam rurſus apparuit vacuus locus Dauid.
Dixitqꝫ Saul ad Jonatham filium ſuum. Cur
non venit filius Iſai nec heri nec hodie ad veſcē
dum. Rn̄ditqꝫ Jonathas Sauli. Rogauit me ob

Jonathas dat dauid ſignū triū ſagittariū ad annunciandū voluntatem ſaul erga dauid.

Jonathas excuſat dauid abſentē erga ſaul.

nixe vt iret in Bethleē et ait. Dimitte me qm̄
ſacrificiū ſolēne eſt i ciuitate mea:vnus de fratri
bus meis accerſiuit me. Nūc ergo ſi inueni gra
tiam in oculis tuis vadam cito et videbo fratres
meos. Ob hanc cauſam non venit ad menſam re
gis. Iratus autem Saul aduerſum Jonatham
F dixit ei. Fili mulieris vltro virū rapiētis:nūquid
ignoro q: diligis filiū Iſai in ꝯfuſionē tuā ⁊ i ꝯfu
ſionē ignominioſe matris tue. Omnibus em̄ dieb⁹
quibus filius Iſai vixerit ſuper terram:non ſta
bilieris tu necꝫ regnum tuum. Itaqꝫ iam nunc
mitte et adduc eum ad me:q: filius mortis eſt.
Reſpondens autem Jonathas Sauli patri ſuo
ait. Quare morief. Quid fecit. Et arripuit Saul
lanceam vt percuteret eum. Et intellexit Jona
thas ꝙ diffinitum eſſet a patre ſuo vt interficere
tur Dauid. Surrexit ergo Jonathas a menſa
in ira furoris:et non comedit in die kalendarum
ſecunda panē. Contriſtatus eſt enim ſuper Da
uid eo ꝙ confudiſſet eum pater ſuus. Cumqꝫ il-
luxiſſet mane venit Jonathas in agrum iuxta
placitum Dauid:et puer paruulus cum eo. Et
ait ad pueruꝫ ſuuꝫ. Vade et affer mihi ſagittas
G quas ego iacio. Cumqꝫ puer cucurriſſet Jecit
aliam ſagittam trans pueruꝫ. Venit itaqꝫ puer
ad locuꝫ iaculi ꝙ miſerat Jonathas. Et clama-
uit Jonathas poſt tergum pueri ⁊ ait. Ecce ibi
eſt ſagitta porro vltra te. Clamauitqꝫ iterū Jo
nathas poſt tergum pueri dicens. Feſtina velo-
citer ne ſteteris. Colligit autem puer Jonathe
ſagittas et attulit ad dominū ſuum:⁊ quid age
retur penitus ignorabat. Tantūmodo enim Jo
nathas ⁊ Dauid reꝫ nouerant. Dedit ergo Jo
nathas arma ſua puero et dixit ei. Vade ⁊ defer
in ciuitatem. Cumqꝫ abiiſſet puer ſurrexit Da-
uid de loco qui vergebat ad auſtrū et cadēs ꝓ
nus in terram adorauit tertio. Et oſculantes ſe
alterutrum fleuerunt pariter: Dauid auteꝫ am
plius. Dixit ergo Jonatas ad Dauid. Vade in
pace. Quecunqꝫ iurauimus ambo in nomine do
mini dicentes. Dominus ſit inter me et te:et in
ter ſemen tuum et inter ſemen meum vſqꝫ in ſē
piternum. Et ſurrexit Dauid et abiit ſed Jona
thas ingreſſus eſt ciuitatem.

Jonathas dat executioni illō ſignū triū ſagittarum.

De mutuo oſculo dauid et ionathe.

¶ Capi. Sūma. ¶ De fuga Dauid in nobe
ad Achimelech ſacerdotem: qui dedit ei panes
ꝓpoſitionis:⁊ gladiuꝫ golie et dominū ꝓ eo
cōſuluit poſt hoc fugit dauid ad achis regē geth
vbi pre timore furoreꝫ ⁊ inſaniam ſimulat emittē
do ſaliuam per barbam. Capitulum.xxj.

VEnit autem Dauid
in nobe ad Achimelech:ſacerdo-
tem:⁊ obſtupuit Achimelech:eo
ꝙ veniſſet dauid ⁊ dixit ei. Qua
re tu ſolus et nullus eſt tecū. Et
ait Dauid ad Achimelech ſacerdoteꝫ. Rex pre-
cepit mihi ſermonem et dixit. Nemo ſciat rem
propter quam miſſus es a me:et cuiuſmodi pre

A Dauid fugit in nobe ad achimelech.

i.xxv.b. cepta q̄ tibi dederiꝫ. Nam ⁊ pueris meis cōdixi
in illum ⁊ illum locuꝫ. Nunc ergo ſi quid habes
ad manum vel quinqꝫ panes da mihi aut q̄cq̄d
B inueneris. Et reſpondēs ſacerdos ad dauid ait
illi. Non habeo laicos panes ad manum ſed tan
tum panem ſanctum. Si mundi ſunt pueri ma
xime a mulieribus mādu cent. Et reſpōdit Da
uid ſacerdoti: ⁊ dixit ei. Et quidē ſi de mulieri-
bus agitur continuimus nos ab heri et nudiuſ-
tertius: quando egrediebamur et fuerunt vaſa
puerorum ſancta. Porro via hec polluta eſt: ſed
Mat. xij.a et ipſa hodie ſanctificabitur in vaſis: dedit ergo
Mar. ij.g. ei ſacerdos ſanctificatum paneꝫ. Neqꝫ enī erat
Luce. vj.a. ibi panis niſi tantum panes propoſitionis qui
C ſublati fuerant a facie domini vt ponerentur pa-
j.xxij.b. nes calidi. Erat autem ibi vir quidam de ſeruis
Saul in die illo intus in tabernaculo domini: et
nomē eius Doech idumeus potentiſſimus pa-
ſtorum Saul. Hic paſcebat mulas Saul. Dixit
autem Dauid ad Achimelech. Si habes hic ad
manum haſtam aut gladium da mihi: q2 gladiuꝫ
dauid acci- meum ⁊ arma mea non tuli mecū. Sermo enim
pit ab achi regis vrgebat ⁊ dixit ſacerdos. Ecce hic gladius
melech gla Goliath Philiſtei quem percuſiſti in valle Te-
diuꝫ golie. rebinthi eſt inuolutus pallio poſt Ephoth. Si
j.xxij.c. iſtum vis tollere tolle. Neqꝫ eniꝫ hic eſt alius abſ
D qꝫ eo. Et ait Dauid. Non eſt huic alter ſimilis:
dauid venit da mihi eum. Surrexit itaqꝫ Dauid: et fugit in
achis regē die illa a facie Saul: ⁊ venit ad achis regē Geth
geth vbi ti- Dixeruntqꝫ ſerui achis cum vidiſſent Dauid.
met. Nunquid non iſte eſt Dauid rex terre. Nonne
s.xviij.b.et huic cantabant per choros dicentes. Percuſſit
j.xxix.b. Saul mile ⁊ Dauid deceꝫ milia. Poſuit autem
eccl'a.xlvij. Dauid ſermones iſtos in corde ſuo: et extimuit
a. valde a facie Achis regis Geth. Et immutauit
os ſuum corā Achis ⁊ collabebatur inter manus
eorum: ⁊ impingebat in oſtio porte: ⁊ defluebant
qꝫ ſaliue eius in barbaꝫ. Et ait Achis ad ſeruos
ſuos. Vidiſtis hominem inſanuꝫ quare adduxi-
ſtis eum ad me. An deſunt nobis furioſi: ꝙ intro
duxiſtis iſtum vt fureret me preſente. Dimitti-
te illum hinc ne ingrediatur domum meam.

Ca. Sūma. De conuenietibꝰ ad Dauid
in ſpelūcaꝫ odollam ⁊ de tranſitu eius ad regem
Moab: de Gad propheta qui miſit dauid in ter
raꝫ iuda: de doech idumeo qui irruit in ſacerdo-
tes octogintaq̄nqꝫ de abiathar qui fugiēs venit
ad dauid ⁊ nūciauit mortē ſacerdotū. Ca. xxij.

A
dauid fugit ABijt ergo Dauid in
in ſpeluncā de: ⁊ fugit in ſpeluncam odollam
odollaꝫ ad Q̄ꝺ cū audiſſent fratres eius et
quē pentes oīs domus pr̄is eius deſcende-
vēnt. ⁊ plu runt ad eū illuc. Et cōuenerunt
res alij. ad eum oēs qui erant in anguſtia cōſtituti: ⁊ op
preſſi ere alieno ⁊ amaro aio: ⁊ factus eſt eorum
princeps. Fuerūt cuꝫ eo quaſi q̄dringenti viri.
Et profectus eſt dauid inde in maſphat: que eſt
moab. Et dixit ad regem Moab. Maneat oro

pater meus ⁊ mater mea vobiſcum donec ſciam Dauid cō[…]
quid faciat mihi deus. Et reliquit eos ante faci mittit pa[…]
em regis moab. Manſeruntqꝫ apud eum cun- tes regi m[…]
ctis diebus quibus Dauid fuit in preſidio. Di- ab.
xitqꝫ Gad propheta ad Dauid. Noli manere
in p̄ſidio proficiſcere ⁊ vade in terraꝫ Juda. Et
profectus eſt Dauid ⁊ venit in ſaltū Areth. Et
audiuit Saul: ꝙ apparuiſſet Dauid et viri qui
erant cū eo. Saul aūt cum maneret in Gabaa: ⁊
eſſet in nemore quod eſt in Ramatha haſtaꝫ ma B
nu tenens: cunctiqꝫ ſerui eius circunſtarent euꝫ Saul o[…]
ait ad ſeruos ſuos qui aſſiſtebant ei. Audite me ad ſuos [...]
nunc filij Jemini. Nunquid omnibus vobis da tra daui[…]
bit filius Yſai agros et vineas et vniuerſos vos
faciet tribunos et centuriones: quoniam con-
iuraſti omnes aduerſum me: et non eſt qui mihi
renunciet: maxime cum et filius meus fedus in
ierit cum filio Yſai. Non eſt qui viceꝫ meam do
leat ex vobis: nec qui annunciet mihi: eo ꝙ ſu-
ſcitauerit filius meus ſeruum meum aduerſum s.xxj.b.
me: inſidiantem mihi vſqꝫ hodie. Reſpondens Doech
autem Doech idumeus qui aſſiſtebat ⁊ erat pri p̄ceptu[…]
mus inter ſeruos Saul. Vidi inquit filium Yſai ulinter[…]
in nobe apud Achimelech filiū Achitob ſacerdo achime
tem: qui conſuluit pro eo dominuꝫ: et cibaria de lech ⁊ ſu[…]
dit ei. Sed ⁊ gladiuꝫ Goliath philiſtei dedit illi ſacerdo[…]
Miſit ergo rex ad accerſienduꝫ Achimelech ſa
cerdotem filium Achitob et omnem domum pa
tris eius ſacerdotum qui erant in nobe: qui vni C
uerſi venerunt ad regē. Et ait Saul ad Achime
lech. Audi fili Achitob. Qui reſpondit. Preſto
ſum domine. Dixitqꝫ ad eū Saul. Quare coniu
raſtis aduerſum me tu ⁊ filius Yſai: et dediſti ei
panes ⁊ gladiuꝫ: et conſuluiſti pro eo dominum
vt conſurgeret aduerſum me inſidiator vſqꝫ ho
die permanens. Reſponditqꝫ Achimelech regi:
et ait. Et quis in omnibus ſeruis tuis ſicut Da
uid fidelis ⁊ Gener regis: ⁊ pergens ad imperi
um tuum: ⁊ glorioſus in domo tua. Num hodie
cepi pro eo conſulere dominuꝫ. Abſit hoc a me:
ne ſuſpicetur rex aduerſus ſeruum ſuum reꝫ hu-
iuſcemodi in vniuerſa domo patris mei. Non
enim ſciuit ſeruus tuus quicq̄ ſuper hoc nego-
cio: vel modicū vel grande. Dixitqꝫ rex. Morte
morieris Achimelech tu ⁊ omnis domus patris
tui: et ait rex emiſſarijs qui circunſtabant eum.
Conuertimini et interficite ſacerdotes domini
Nam manus eoruꝫ cum Dauid eſt: ſciētes ꝙ fu
giſſet: ⁊ nō indicauerunt mihi. Noluerunt autē
ſerui regis extendere manꝰ ſuas in ſacerdotes
dn̄i. Et ait rex ad doech. Cōuertere ⁊ tu: ⁊ irrue D
in ſacerdotes dn̄i. Conuerſuſqꝫ doech idumeus
irruit in ſacerdotes ⁊ trucidauit in die illa octo
gintaquinqꝫ viros veſtitos ephot lineo. Nobe
autē ciuitatem ſacerdotū percuſſit in ore gladij
viros et mulieres: paruulos et lactātes: bouem
qꝫ et aſinum ⁊ ouem in ore gladij. Euadens aūt Abiathar
vnus filius Achimelech filij Achitob: cuius no- lius achim[…]
men erat abiathar: fugit ad dauid: et annuncia- lech fugi[…]
uit ei: ꝙ occidiſſet ſaul ſacerdotes dn̄i. Et ait da fugit daui[…]
uid ad abiathar. Sciebaꝫ enim in die illa: ꝙ cuꝫ

ibi eſſet Doech idumeus: proculdubio annūciaret Sauli. Ego ſum reus omniuʒ animarum patris tui. Mane mecum ne timeas. Siquis queſierit animam meam: queret ⁊ animam tuam: mecumqꝫ ſeruaberis.

¶ Capi. Sūma. ¶ Quod Dauid liberauit ceilam: ꝙ etiam Dauid timore Saul fugit in deſertum Ziph: vbi Jonathas cōfortauit manus eius in deo: de Zipheis qui dauid ſauli accuſauerunt: ⁊ ille venit ad querendum eum: dauid hoc vidēs: deſcendit in deſertum Maon. ſauli nunciatꝰ: ⁊ iterum perſequitur eum: deſperat dauid de euaſione: ſed tandem liberatur. Capitulum. xxiij.

A Dauid liberauit Ceilā a Philiſtijs conſulto domino.

ET annunciauerūt dauid: dicētes. Ecce Philiſtijm oppugnant Ceilā: ⁊ diripiunt areas. Cōſuluit ergo dn̄m dauid dicens. Num vadam ⁊ percutiam philiſteos iſtos: Et ait dn̄s ad dauid. Uade ⁊ percuties philiſteos: ⁊ ſaluabis Ceilam. Et dixerūt viri qui erant cuʒ Dauid ad eum. Ecce nos hic in Judea conſiſtentes timemus: quantomagis ſi erimus in Ceila aduerſum Agmina philiſtinorū. Rurſum ergo dauid conſuluit dn̄m. Qui reſpondens ait ei. Surge ⁊ vade in Ceilam. Ego enim tradam philiſteos in manu tua. Abijt ergo Dauid ⁊ viri eius in Ceilam ⁊ pugnauit aduerſum Philiſteos. Et abegit iumenta eorum: ⁊ percuſſit eos plaga magna: ⁊ ſaluauit Dauid habitatores Ceile. Porro eo tp̄e quo fugiebat abiathar filius achimelech ad Dauid in Ceilam ephot ſecum habens deſcēderat. Nunciatū eſt aūt ſauli: ꝙ veniſſet dauid in Ceilam. Et ait Saul. Tradidit eum dn̄s in manus meas: concluſuſqꝫ eſt ingreſſus vrbeʒ in qua porte ⁊ ſere ſunt. Et precepit Saul omni populo: vt ad pugnā deſcenderet in Ceilam: ⁊ obſideret Dauid ⁊ viros eius. Quod cū Dauid reſciſſet: q: prepararet ei Saul clam malum: dixit ad Abiathar ſacerdotem. Applica Ephot. Et ait dauid. Dn̄e deus Jſrael: audiuit famam ſeruus tuus: ꝙ diſponat Saul venire in Ceilam: vt euertat vrbem propter me. Si tradent me viri Ceile in manus eius: ⁊ ſi deſcendet ſaul ſicut audiuit ſeruꝰ tuꝰ dn̄e deus Jſrael:

Dauid conſulto defugit de ceila propter ſaul. B

xxx.b.

indica ſeruo tuo. Et ait dominus. Deſcendet. Dixitqꝫ Dauid rurſum ſi tradent me viri Ceile ⁊ viros qui ſunt mecuʒ in manus Saul. Et dixit dominus. Tradent. Surrexit ergo Dauid ⁊ viri eius quaſi ſexcenti ⁊ egreſſi de Ceila huc atqꝫ illuc vagabant̄ incerti. Nunciatumqꝫ eſt Saul ꝙ fugiſſet Dauid de Ceila ⁊ ſaluatus eſſet: q̄obrez diſſimulauit exire. Morabatur autem Dauid in deſerto in locis firmiſſimis: manſitqꝫ in ſolitudinis monte Ziph in monte opaco. Querebat eum tamen Saul cunctis diebus ⁊ non tradidit eum dominus in manꝰ eius. Et vidit Dauid ꝙ egreſſus eſſet ſaul vt quereret animam eius. Porro Dauid erat in deſerto Ziph in ſilua. Et ſurrexit Jonathas filius Saul ⁊ abijt ad Dauid in ſiluā ⁊ confortauit manus eius in deo: dixitqꝫ ei. Ne timeas: neqꝫ enim inueniet te manus Saul p̄ris mei. Et tu regnabis ſuper Jſrael: ⁊ ego ero tibi ſecūdus. Sed ⁊ pater meus Saul ſcit hoc. Percuſſit ergo vterqꝫ fedus coram domino. Manſitqꝫ Dauid in ſilua: Jonathas aūt reuerſus eſt in domuʒ ſuam. Aſcenderunt autē Ziphei ad Saul in Gabaa dicentes. Nonne ecce Dauid latitat apud nos in locis tutiſſimis ſilue: in colle Achile que eſt ad dexteram deſerti. Nunc ergo ſicut deſiderauit anima tua vt deſcenderes: deſcende: noſtrum autem erit vt tradamus eum in manu regis: Dixitqꝫ Saul. Benedicti vos a domino quia doluiſtis vicem meam. Abite ergo oro ⁊ diligentius preparate: ⁊ curioſius agite ⁊ conſiderate locum vbi ſit pes eius velociter: vel quis viderit eum ibi: vbi dixiſtis. Recogitat enim de me ꝙ calide inſidier ei. Conſiderate et videte omnia latibula eius in quibus abſconditur. ⁊ reuertimini ad me ad rem certam vt vadam vobiſcuʒ. Quaſi etiam in terram ſe obſtruxerit perſcrutabor eum in cunctis milibus Juda. At illi ſurgentes abierunt in Ziph ante Saul. Dauid autem ⁊ viri eius erant in deſerto Maon in campeſtribus ad dexteram Jeſimuth. Juit ergo Saul et ſocij eius ad querendum eum. Et nunciatuʒ eſt Dauid ſtatimqꝫ deſcendit ad petram ⁊ verſabatur in deſerto Maon. Quod cum audiſſet Saul perſecutus eſt Dauid in deſerto Maon. Et ibat Saul ⁊ viri eius ad latus montis ex parte vna. Dauid autem ⁊ viri eius erant in latere montis ex parte altera. Porro Dauid deſperabat ſe poſſe euadere a facie Saul. Jtaqꝫ Saul et viri eius in modum corone cingebant Dauid et viros eius vt caperent eos. Et nuncius venit ad Saul dicens. Feſtina ⁊ veni quoniam infuderunt ſe Philiſtijm ſuper terram. Reuerſus eſt ergo Saul deſiſtens perſequi Dauid. ⁊ perrexit in occurſum Philiſtinorum: propter hoc vocauerunt locum illum petram diuidentem.

E Fugit in deſertuʒ ziph vbi a ziphis accuſatꝰ ⁊ cōfederatꝰ iterū cū Jonatha.

D

Saul pſequitur dauid i maon ſʒ liberatꝰ ibi.

¶ Capituli. Summarium. ¶ De fuga Dauid in Engaddi vbi in ſpelunca manens preſcidit oram chlamydis Saul de iuramento Dauid: inde Dauid ad tutiora loca aſcendit.

Capitulum. xxiiij.

A
De fuga
dauid in
engaddi.

Scendit ergo Da-
uid inde et habitauit in locis
tutiſſimis engaddi. ¶Cumq; re
uerſus eſſet Saul poſtq; per-
ſecutus eſt Philiſteos nūcia-
uerunt ei dicentes. ¶Ecce Da-
uid in deſerto eſt engaddi. Aſ-
ſumens ergo Saul tria milia electoꝝ viroꝝ ex
omni Iſrael perrexit ad inueſtigandum dauid ꝛ
viros eius etiā ſuper abruptiſſimas petras que
ſolis ibicibus peruie ſunt. ¶Et venit ad caulas
ouium que ſe offerebant vianti: eratq; ibi ſpelun
ca quam ingreſſus eſt Saul vt purgaret ventrē.
Porro Dauid ꝛ viri eius in interiore parte ſpe
lunce latebant. ¶Et dixerunt ſerui dauid ad eum.
¶Ecce dies de qua locutus eſt dominus ad te: ego
tradam tibi inimicū tuum: et facies ei ſicut pla-
cuerit in oculis tuis. Surrexit ergo dauid ꝛ pre-
ſcidit oram chlamydis Saul ſilenter. Poſt hec
percuſſit cor ſuum dauid: eo q abſcidiſſet oram
chlamydis Saul. Dixitq; ad viros ſuos. Pro-
pitius ſit mihi dominus: ne faciam hanc rem do
mino meo chriſto domini vt mittam manū meā
in eum quia chriſtus domini eſt. viuit dominus:
quia niſi dominus percuſſerit eum aut dies eius
venerit vt moriatur: aut deſcendens in prelium
perierit: propitius mihi ſit dominus vt non mit
tam manum meam in chriſtum domini. ¶Et con-
fregit dauid viros ſuos ſermonibus iſtis: ꝛ non
permiſit eos vt conſurgerent in Saul. Porro
Saul exurgens de ſpelunca pergebat cepto iti-
nere. Surrexit aūt dauid poſt eū: ꝛ egreſſus de
ſpelunca clamauit poſt tergum Saul dicēs. Do
mine mi rex. ¶Et reſpexit ſaul poſt ſe ꝛ inclinans
ſe dauid pronus in terram adorauit. Dixitq; ad
Saul. Quare audis verba hominum loquentiū
dauid querit malum aduerſum te. ¶Ecce hodie vi
derunt oculi tui q tradiderit te dominus in ma-
nu mea in ſpelunca: et cogitaui vt occiderem te:
ſed pepercit tibi oculus meus. Dixi eñ. Nō ex-
tendam manū meam in dñm meū: q: chriſtus do
mini eſt. Quinpotius pater mi: vide ꝛ cognoſce
oram chlamydis tue in manu mea: qm cū preſcin
derem ſummitatē chlamydis tue. nolui extende
re manum meam in te. Animaduerte ꝛ vide quo-
niam non eſt in manu mea malū: neq; iniquitas:
neq; peccaui in te. Tu autē inſidiaris anime mee:
vt auferas eam. Iudicet dominus inter me et te
et vlciſcatur me dominus ex te manus autē mea
non ſit in te: ſicut ꝛ in puerbio antiquo dicitur.
Ab impijs egredietur impietas. Manus ergo
mea non ſit in te. Quem perſequeris rex Iſrael
quem perſequeris. ¶Canem mortuū perſequeris
ꝛ pulicem vnum. Sit dominus iudex: ꝛ iudicet
inter te ꝛ me: ꝛ videat ꝛ iudicet cauſam meam:
et eruat me de manu tua. ¶Cum autem compleſ-
ſet dauid loquēs ſermones huiuſcemodi ad ſaul
dixit Saul. Nunqd vox hec tua eſt fili mi dauid.
¶Et eleuauit Saul vocē ſuā ꝛ fleuit: dixitq; ad da
uid. Iuſtior tu es q ego. Tu enim tribuiſti mihi

Saul repiſ
ſol9 a dauid
ꝛ ſuis cui ſo
lū chlamy-
dē ſcidit in
ſpelunca.
j.q.j.c.dñs.
ij.q8.vij.c.
plerunq;.
B
De pe.diſt.
ij.c. vt co-
gnouerūt. ſ
opponitur.
j.xxvj.b.

Saul ppt
clemētiā da
uid in eū pa
cificatur ſ3
doloſe.

C

De pe.diſ.
ij.ſ.oppo-
nitur.
D

bona: ego autem reddidi tibi mala. ¶Et tu indica
ſti mihi hodie que feceris mihi bona: quomodo
tradiderit me dominus in manu tua: ꝛ nō occide
ris me. Quis eñ cum inuenerit inimicū ſuum: et
dimittet eum in via bona? Sed dñs reddat tibi
viciſſitudinem hanc pro eo q hodie operatus es
in me ꝛ tunc quia ſcio q certiſſime regnaturus
ſis: ꝛ habiturus in manu tua regnum Iſrael: iu-
ra mihi in dño: ne deleas ſemen meum poſt me:
neq; auferas nomen meū de domo patris mei: ꝛ
iurauit dauid ſauli: Abijt ergo ſaul in domū ſuā:
ꝛ dauid ꝛ viri eius aſcenderunt ad tutiora loca.

¶C.S. ¶De morte ſamuelis: de ira dauid ꝫ nabal: de prudētia abigail que venit obuiā dauid quam poſt mortē nabal dauid duxit in vxorē ꝛ q ſaul dedit michol phalti. Capitulum. xxv.

Ortuus eſt autē Sa-
muel: ꝛ cōgregatus eſt vniuerſus
Iſrael: ꝛ planxerūt eū nimis: ꝛ ſe-
pelierūt eū in domo ſua in rama-
tha. ¶Conſurgenſq; dauid deſcen-
dit in deſertum pharam. ¶Erat aūt vir quiſpiam
in ſolitudine maon: ꝛ poſſeſſio eius in carmelo: ꝛ
homo ille magnus nimis. ¶Erantq; ei oues tria
milia: ꝛ mille capre. ¶Et accidit: vt tonderet grex
eius in carmelo. Nomē aūt viri illius erat nabal
ꝛ nomen vxoris eius abigail. ¶Eratq; mulier illa
prudentiſſima ꝛ ſpecioſa. Porro vir eius durus
ꝛ peſſimus ꝛ malicioſus. ¶Erat aūt de genere Ca
leb. ¶Cum aūt audiſſet dauid in deſerto: q tonde
ret nabal gregem ſuū: miſit decem iuuenes ꝛ di-
xit eis: Aſcendite in carmelū: venietis ad nabal:
ꝛ ſalutabitis eū ex noīe meo pacifice ꝛ ſic dicetis:
Sit fratribus meis ꝛ tibi pax. ꝛ domui tue pax:
ꝛ omnibus quecunq; habes ſit pax. ¶Ex multis
annis ſaluos faciens tuos ꝛ omnia tua. Audiui
q tonderunt paſtores tui greges tuos qui erant
nobiſcum in deſerto. Nunq eis moleſti fuimus:
nec aliquādo defuit quicq eis de grege omni tē-
pore quo fuerunt nobiſcum in carmelo. Interro
ga pueros tuos ꝛ indicabunt tibi. Nunc ergo in-
ueniant pueri tui gratiam in oculis tuis. In die
enim bona venimus ad te: Quodcunq; inuene-
rit manus tua: da ſeruis tuis ꝛ filio tuo Dauid.
¶Cumq; veniſſent pueri dauid: locuti ſunt ad na-
bal oia verba hec ex noīe dauid ꝛ ſiluerūt. Rñdēs
aūt nabal pueris dauid. ait: Quis eſt dauid: ꝛ qs
eſt filius iſai: Hodie increuerūt ſerui qui fuge[illegible]
dños ſuos. Tollā ergo panes meos ꝛ aquas mea[illegible]
ꝛ carnes pecorum que occidi tōſoribus meis: et
dabo viris quos neſcio vñ ſint. Regreſſi ſunt ita-
q; pueri dauid per viam ſuam ꝛ reuerſi venerunt
ꝛ annunciauerūt ei omnia verba que dixerat na-
bal. Tūc ait dauid pueris ſuis: Accingat vnuſqſ-
q; gladio ſuo. ¶Et accincti ſūt ſinguli gladijs ſuis
Accinctuſq; eſt ꝛ dauid enſe ſuo ꝛ ſecuti ſunt da
uid quaſi quadringenti viri. Porro ducenti re-
manſerunt ad ſarcinas. Abigail autem vxori Na

A
De mo[rte]
ſamuelis
j.xxviij.
Dauid
ꝓuidentia
Abigail
B
ſ.xxi.a.
C
Abigail
vxor
nabal

[N]abal dauid ... [u]nialia io placatur. bal nunciauit vnus de pueris ſuis dicens. Ecce dauid miſit nuncios de deſerto vt benedicerent domino noſtro: et aduerſatus eſt eos. Homines iſti boni ſatis fuerunt nobis et nõ moleſti: nec qc- quã aliquãdo periit omni tẽpe quo fuimus cõuerſati cum eis in deſerto. Pro muro erant nobis tã nocte quã in die oĩbus diebus quibus pauimus apud eos greges. Quamobrem cõſidera et recogita quid facias: quoniam cõpleta eſt malicia aduerſum virũ tuũ et aduerſus domũ tuã: et ipſe eſt filius Belial: ita vt nemo poſſit ei loqui. Feſtinauit igitur abigail et tulit ducentos panes et duos vtres vini: et quinque arietes coctos: et quinque ſata polente: et centũ ligaturas vue paſſe et ducentas maſſas caricarũ: et impoſuit ſuper aſinos: dixitque pueris ſuis: Precedite me: et ecce ego poſt tergum ſequar vos. Viro autem ſuo nabal non indicauit. Cum ergo aſcendiſſet aſinum: et deſcenderet ad radicẽ montis: dauid et viri eius deſcendebant in occurſum eius: quibus et illa occurrit. Et ait dauid. Vere fruſtra ſeruaui oĩa que huius erant in deſerto: et non periit quicquã de cunctis que ad eum pertinebant: et reddidit mihi malũ pro bono. Hec faciat dominus inimicis dauid: et hec addat. Si reliquero de oĩbus que ad ipſum pertinẽt vſque mane mingentem ad parietẽ. Cũ autẽ vidiſſet abigail dauid feſtinauit et deſcendit de aſino: et procidit coram dauid ſuper faciẽ ſuã: et adorauit ſuper terram et cecidit ad pedes eius: et dixit in me ſit domine mi hec iniquitas. Loquatur obſecro ancilla tua in auribus tuis: et audi verba famule tue. Ne ponat oro dñs meus rex cor ſuum ſuper virũ iſtũ iniquum Nabal: quia ſcdm nomen ſuũ ſtultus eſt et ſtulticia eſt cum eo. Ego autem ancilla tua non vidi pueros tuos dñe mi quos miſiſti. Nũc ergo domine mi viuit dñs: et viuit anima tua: qui prohibuit te ne venires in ſanguinem: et ſaluauit aĩam tuam tibi. Et nũc fiant ſicut Nabal inimici tui et qui querunt domino meo malũ. Quapropter ſuſcipe benedictionem hanc quam attulit ancilla tibi dño meo: et da pueris qui ſequuntur te dominum meũ. Aufer iniquitatem famule tue. Faciens enim faciet tibi dñs dño meo domum fidelem: quia prelia domini dñe mi tu preliaris. Malicia ergo non inueniatur in te omnibus diebus vite tue. Si enim ſurrexerit aliquãdo homo perſequẽs te vel querẽs aĩam tuam: erit aĩa domini mei cuſtodita quaſi in faſciculo viuentium apud dñm deum tuum. Porro inimicorum tuorũ aĩa rotabitur quaſi in impetu et circulo funde. Cum ergo fecerit tibi dñs domino meo omnia hec que locutus eſt bona de te et conſtituerit te ducem ſuper Iſrael non erit tibi hoc in ſingultum et in ſcrupulum cordis domino meo quod effuderis ſanguinem innoxium aut ipſe te vltus fueris. Et cum benefecerit dñs domino meo: recordaberis ancille tue et tu benefacies ei. Et ait dauid ad abigail. Benedictus dñs deus Iſrael qui miſit te hodie in occurſum meum. et benedictum eloquium tuum et benedicta tu que prohibuiſti me hodie ne irem ad ſanguinẽ et vlciſcerer me manu mea. Alioquin viuit dominus deus Iſrael qui prohibuit me ne malum facerem tibi niſi cito veniſſes in occurſum mihi non remanſiſſet Nabal vſque ad lucem matutinam mingens ad parietem. Suſcepit ergo dauid de manu eius omnia que attulerat ei. Dixitque ei. Vade pacifice in domum tuam. Ecce audiui vocem tuam et honoraui faciem tuam. Venit autem Abigail ad Nabal. Et ecce erat ei cõuiuium in domo eius quaſi conuiuium regis et cor Nabal iocundum. Erat enim ebrius nimis et non indicauit ei verbum puſillum aut grande vſque mane. Diluculo autem cum digeſſiſſet vinum Nabal indicauit ei vxor ſua verba hec. Et emortuũ eſt cor eius intrinſecus. Et factus eſt quaſi lapis. Cumque pertranſiſſent decem dies percuſſit dominus Nabal et mortuus eſt. Quod cum audiſſet dauid mortuum nabal ait. Benedictus dominus qui vindicauit cauſam opprobrii mei de manu nabal et ſeruũ ſuũ cuſtodiuit a malo: et maliciã nabal reddidit dñs in caput eius. Miſit ergo Dauid et locutus eſt ad Abigail vt ſumeret eam ſibi in vxorem. Et venerunt pueri dauid ad Abigail in carmelum et locuti ſunt ad eam dicentes. dauid miſit nos ad te vt accipiat te ſibi in vxorem. Que conſurgens adorauit prona in terram et ait. Ecce famula tua ſit in ancillam vt lauet pedes ſeruorum domini mei. Et feſtinauit et ſurrexit abigail et aſcẽdit ſup aſinum et quinque puelle ierunt cũ ea pediſſeque eius et ſecuta eſt nũcios dauid et facta eſt illi vxor. Sed et achinoen accepit dauid de iezrael et fuit vtraque vxor eius. ſaul aũt dedit michol filiam ſuã vxorem dauid alio viro phalti filio lais qui erat de gallim.

Left margin: Regũ.qo.iiij. c.p dauid ... curauit. et ſi aliquid. Oro abigail prudẽtis ad dauid.

Right margin: B — Nabal moritur et dauid accipit ĩ vxorem abigail — Achinoen accipit a dauid in vxorẽ. michol copulat alteri quã dauid.

Capituli. Summariũ. Quod de ziphei qui indicant ſauli dauid ille venit ad querendum dauid cum abiſai deſcendit ad ſaul in caſtra de cipho aque et lancea eius ſublata quod cum indicaret ſaul ille reuocat eum et cognoſcit culpã ſuam.

Capitulum. xxvi.

Et venerunt ziphei ad ſaul in gabaa dicentes. Ecce dauid abſconditus eſt in colle achile que eſt ex aduerſo ſolitudinis et ſurrexit ſaul et deſcendit in deſertum ziph et cum eo tria milia virorũ de electis Iſrael vt quereret dauid in deſerto Ziph et caſtrametatus eſt Saul in Gabaa Achile que erat ex aduerſo ſolitudinis in via. dauid autem habitabat in deſerto. Videns autem quod veniſſet Saul poſt ſe in deſertum miſit exploratores et didicit quod illuc veniſſet certiſſime. Et ſurrexit dauid clam et venit ad locum vbi erat Saul. Cumque vidiſſet locum in quo dormiebat Saul et Abner filius Ner princeps militie eius et Saulem dormientem in tentorio et reliquum vulgus per circuitum eius et ait dauid ad Achimelech Etheum et Abiſai filium Saruie fratrem Joab dicens quis deſcendet mecum ad Saul in caſtra. Dixitque Abi-

Right margin: A — Ziphei itez accuſant dauid quem ſcdo apphendit ſaul dormiẽtẽ cui pcit.

ſai. Ego deſcendam tecum. Uenerunt ergo Da
uid ⁊ Abiſai ad populum nocte: ⁊ inuenerunt
Saul iacentem ⁊ dormientem in tentorio: ⁊ haſtā
fixam in terra ad caput eius: abner autem ⁊ po-
pulum dormiētes in circuitu eius. Dixitqꝫ Abi-
ſai ad Dauid concluſit deus inimicum tuum ho
B die in manus tuas. Nunc ergo perfodiam eum
lancea in terra ſemel ⁊ ſecundo opus non erit. et
dixit Dauid ad Abiſai. Ne interficias euꝫ. quis
enim extendet manū ſuam in chriſtuꝫ dn̄i ⁊ inno
ꝭ.iiij. b. cens erit? ⁊ dixit Dauid. Uiuit dn̄s qꝛ niſi domi-
nus percuſſerit eum aut dies eius venerit vt mo
riatur aut in preliū deſcendes perierit propitius
ſit tibi dn̄s ne extendam manum meam in chri-
Dauid aufert a Saul dormiente haſtam ⁊ ciphū ſolum. ſtum domini. Nunc igitur tolle haſtā que eſt ad
caput eius ⁊ ziphum aque ⁊ abeamus. Tulit igit̄
Dauid haſtaꝫ ⁊ ziphum aque qui erat ad caput
eius ⁊ abierūt: ⁊ nō erat quiſqꝫ qui videret ⁊ in-
telligeret ⁊ euigilaret ſed oēs dormiebant qꝛ ſo-
por domini irruerat ſuper eos. Cumqꝫ tranſiſſet
Dauid ex aduerſo ⁊ ſtetiſſet in vertice mōtis de
longe: ⁊ eſſet grande interuallū inter eos: clama-
uit Dauid ad populum ⁊ ad Abner filium Ner:
dicens. Nonne reſpondebis Abner. Et reſpon-
dens Abner ait: Quis es tu qui clamas ⁊ inquie
tas regem. Et ait Dauid ad Abner. Nunquid
C nō vir tu es. Et quis alius ſimilis tibi in Iſrael
Quare ergo nō cuſtodiſti dominum tuuꝫ regem
Ingreſſus eſt enim vnus de turba vt interficeret
regem dominum tuum. Non eſt bonū hoc ꝙ fe-
ciſti. Uiuit dominus quoniam filij mortis eſtis
vos: quia non cuſtodiſtis dominuꝫ veſtrum chri-
ſtum domini. Nunc ergo vide vbi ſit haſta regis
⁊ vbi ſit ziphus aque qui erat ad caput eius. Co
gnouit autem Saul vocem Dauid ⁊ dixit. Nū-
quid hec vox tua fili mi Dauid. Et ait Dauid.
Saul ſcđo placatur dauid pp ſecūdam clemētiam. ꝭ.xx.d. Uox mea dn̄e mi rex. Et ait. Quam ob cauſam
dn̄s meus perſequit̄ ſeruū ſuū. Quid feci aut qđ
eſt malum in manu mea. Nūc ergo audi oro do-
mine mi rex verba ſerui tui. Si dominus incitat
te aduerſum me odoretur ſacrificiū. Si autem fi
lij hominum maledicti ſint in conſpectu dn̄i qui
eiecerunt me hodie vt non habitem in heredita-
te domini dicentes. Uade ſerui dijs alienis. Et
D nunc non effundatur ſanguis meus in terra corā
domino: qꝛ egreſſus eſt rex Iſrael: vt querat pu-
licem vnum ſicut perſequitur perdix in monti-
bus. Et ait Saul. Peccaui. Reuertere filij mi
Dauid. Nequaqꝫ enim vltra tibi maleſaciā: eo ꝙ
precioſa fuerit anima mea in oculis tuis hodie.
Apparet em̄ ꝙ ſtulte egerim ⁊ ignorauerim mul-
ta nimis. Et reſpondens Dauid ait. Ecce haſta
regis tranſeat vnus de pueris regis ⁊ tollat eaꝫ.
Dominus autem retribuat vnicuiqꝫ ſm̄ iuſticiā
ſuam ⁊ fidem. Tradidit enim te dominus hodie
in manum meam: ⁊ nolui extendere manum meā
in chriſtum domini. Et ſicut magnificata eſt ani-
ma tua hodie in oculis meis: ſic magnificet̄ ani-
ma mea in oculis domini: ⁊ liberet me de omni an
guſtia. Ait ergo Saul ad Dauid. Benedictꝰ tu
filij mi Dauid. Et quideꝫ faciēs facies ⁊ potens
poteris. Abijt autem Dauid in viam ſuam: et
Saul reuerſus eſt in locum ſuum.

Capituli. Summarium. De fuga Da-
uid ad Achis regeꝫ Geth qui dedit ei Sicelech:
de predijs quas agebat Dauid. Caplꝫ. xxvij.

Et ait Dauid in cor A
de ſuo. Aliquādo incidam vna Dauid fugiens Saul
die in manus Saul. Nōne me recipit̄ ab
lius eſt vt fugiā ⁊ ſaluer in ter Achis rege
ra Philiſtinorū: vt deſperet Geth dan-
Saul: ceſſetqꝫ me querere in do ei ciuitatem Si-
cunctis finibus Iſrael. Fugiā celech.
ergo manꝰ eiꝰ. Et ſurrexit Dauid ⁊ abijt ipſe et j.xxx.a.
ſexcenti viri cū eo ad Achis filiū Maoch regem B
geth. Et habitauit dauid cū achis in geth: ipſe ⁊
viri eiꝰ: ⁊ domꝰ eiꝰ: ⁊ due vxores eiꝰ: achinoen ie-
zraelites ⁊ abigail vxor nabal carmeli. Et nūciatū
eſt Saul ꝙ fugiſſet Dauid in Geth: ⁊ nō addi-
dit vltra querere eū. Dixit aūt Dauid ad achis.
Si inueni gr̄am in oculis tuis: detur mihi locꝰ in
vna vrbiū regionis huius. vt habitē ibi. Cur em̄
manet ſeruus tuus in ciuitate regis tecum. De-
dit itaqꝫ ei achis in die illa Sicelech. Propter
quam cām facta eſt Sicelech regum iuda vſqꝫ in
diē hāc. Fuit aūt numerus dierū qbus habitauit C
Dauid in regione Philiſtinorū quattuor men- De predis
ſiuꝫ. Et aſcēdit Dauid ⁊ viri eiꝰ ⁊ agebāt predas Dauid.
de geſſuri ⁊ de gezre ⁊ de amalechitis. Hi em̄ pa-
gi habitabāt in terra antiqtus euntibꝰ Sur vſqꝫ
ad terrā Egypti. Et percutiebat Dauid oēꝫ ter
ram illoꝝ: nec relinquebat viuentē virū ⁊ mulierē:
tollēſqꝫ oues ⁊ boues ⁊ aſinos ⁊ camelos ⁊ veſtes
reuertebat̄ ⁊ veniebat ad Achis. Dicebat auteꝫ D
ei Achis. In quē irruiſti hodie? Rn̄debat dauid.
Contra meridiē Iude ⁊ cōtra meridiem Hiera
mel: ⁊ contra meridiē Ceni. Uirū ⁊ mulierē non
viuificabat dauid: nec adducebat in geth dicens.
Ne forte loquant̄ aduerſuꝫ nos. Hec fecit dauid
Et hoc erat decretū illi oībꝰ diebꝰ qbꝰ hītauit in
regione philiſtinoꝝ. Credidit ergo Achis dauid
dicens. Multa mala em̄ opatus eſt cōtra ppl'm
ſuū Iſrl'. Erit igitur mihi ſeruus ſempiternus.

Capituli. Summarium. Philiſthijm con
tra Iſrael congregantur: Saul interfecit Phy-
tones: Saul Phytoniſſam conſuluit: Samuelē
iubet ſuſcitari: Samuel ſuſcitatus Sauli dixit:
Cras mecum eris tu ⁊ filij. Caplm. xxviij.



Factum eſt autem in A
diebus illis. Congregauerunt
Philiſthijm agmina ſua: vt pre-
pararent̄ ad bellū cōtra Iſrael
Dixitqꝫ achis ad dauid. Sciēs
nūc ſcito qm̄ mecuꝫ egredieris
in caſtris tu ⁊ viri tui. Dixitqꝫ
dauid ad achis. Nūc ſcies que facturꝰ eſt ſeruus ꝭ.xxv.a.
tuus. Et ait achis ad dauid. Et ego cuſtodē ca- De morte
pitis mei ponā te cunctis diebus. Samuel autē Samuelis
mortuus eſt: planxitqꝫ eū oīs Iſrael: ⁊ ſepelierūt

Saul occi- hariolos ſ parat ſe cōtra philiſtinos
Actu.vj.c.

eum in Ramatha vrbe ſua. Et Saul abſtulit ma-
gos et hariolos de terra: et interfecit eos qui phy-
thones habebāt in vētre. Cōgregatiq; ſunt phi-
liſtijm et venerūt et caſtrametati ſunt in Sunam.
Cōgregauit aūt et Saul vniuerſuz Iſrael: et ve-
nit in Gelboe. Et vidit Saul caſtra philiſtijm et
timuit et expauit cor eius nimis. Cōſuluitq; dñs
et non rñdit ei neq; per ſomnia: neq; per ſacerdo-
tes: neq; per pphetas. Dixitq; Saul ſeruis ſuis.
B Querite mihi mulierē habentē phythonē: et va-
dam ad eā et ſciſcitabor per illā. Et dixerūt ſerui
eius ad eū. Eſt mulier phythonē habens in en-
dor. Mutauit ergo habitū ſuū: veſtituſq; eſt alijs
veſtimentis: et abijt ipſe et duo viri cū eo: venerūt
q; ad mlierē nocte: et ait illi. Diuina mihi in phy
thone: et ſuſcita mihi quē dixero tibi. Et ait mu-
lier ad eū. Ecce tu noſti quāta fecerit Saul: qūo
eraſerit magos et hariolos de terra. Quare ergo
inſidiaris aie mee: vt occidar. Et iurauit ei Saul
in dño dicens. Viuit dñs q: nō eueniet tibi quic-
q̄ mali propter hanc rē. Dixitq; ei mulier. Quē
ſuſcitabo tibi. Qui ait Samuelem mihi ſuſcita.
Cum autem vidiſſet mulier Samuelē: exclama-
uit voce magna et dixit ad Saul. Quare impoſui-
ſti mihi. Tu es enim Saul. Dixitq; ei rex. Noli
timere. Quid vidiſti? Et ait mulier ad Saul.
C Deos vidi aſcendentes de terra. Dixit ei. Qua-
lis eſt forma eius. Que ait. Vir ſenex aſcendit: et
ipſe amictus eſt pallio. Et intellexit Saul: q' Sa
muel eſſet. et inclinauit ſe ſuper faciem ſuā in ter
ra: et adorauit. Dixit autem Samuel ad Saul.
Quare inquietaſti me: vt ſuſcitarer. Et ait Saul
Coarctor nimis. Siquidē philiſtijm pugnant ad
uerſum me: et deus receſſit a me: et exaudire me
noluit: neq; in manu prophetarū: neq; per ſom-
nia. Vocaui ergo te. vt oſtenderes mihi quid fa-
ciam. Et ait Samuel. Quid interrogas me: cum
dominus receſſerit a te: et tranſierit ad emulum
tuum. Faciet enim tibi dominus ſicut locutus eſt
in manu mea: et ſcindet regnum tuum de manu
tua: et dabit illud proximo tuo dauid: quia nō obe
diſti voci domini: neq; feciſti iram furoris eius in
amalech. Idcirco quod pateris fecit tibi dñs ho
die: et dabit dominus etiam Iſrael tecum in ma
nu Philiſtijm. Cras autem tu et filij tui mecum
eritis: ſed et caſtra Iſrael tradet dominus in ma-
nus Philiſtijm. Statimq; Saul cecidit porre-
D ctus in terram. Extimuerat enim verba Sa-
muelis: et robur non erat in eo: quia non come-
derat panem tota die illa. Ingreſſa eſt itaq; mu-
lier illa ad Saul. Conturbatus enim erat valde.
Dixitq; ad eū. Ecce obediuit ācilla tua voci tue
et poſui animam meam in manu mea: et audiui
ſermones tuos quos locutus es ad me. Nūc igi-
tur audi et tu vocem ancille tue: et ponam coram
te buccelam panis: vt comedens conualeſcas: et
poſſis iter agere. Qui renuit et ait. Non come
dam. Coegerunt autem eum ſerui ſui et mulier: et
tandem audita voce eorum ſurrexit de terra: et
ſedit ſuper lectum. Mulier autem illa habebat vi
tulum paſcualem in domo: et feſtinauit et occidit

De ſuſcitatione ſamuelis per phythoniſſā ad requeſtam Saul.

xv.f.

eū. Tollēſq; farinā miſcuit eam: et coxit azyma: et
poſuit ante ſaul et āte ſeruos eius. Qui cū comediſ-
ſent. ſurrexerūt et ābulauerūt p totā noctē illaz.

Capituli. Summarium. De reuerſione Dauid ab exercitu Philiſtijm. Caplm. xxix.

Congregata ſunt er
go Philiſtijm vniuerſa agmi
na in aphec: Sz et iſrl' caſtrame
tatus eſt ſup fontē qui erat in
iezrael. Et ſatrape quidē phili
ſtijm incedebāt in cēturijs et
milib'. Dauid aūt et viri eius
erāt in nouiſſimo agmine cū achis. Dixeruntq;
principes philiſtijm ad achis. Quid ſibi volūt he
brei iſti. Et ait achis ad pncipes philiſtijm. Nū-
quid ignoratis dauid qui fuit ſeruus ſaul regis iſ
rael: et eſt apud me multis diebus et annis. Et nō
inueni in eo quicq; mali ex die qua tranſfugit ad
me vſq; ad diē hāc. Irati ſunt aūt aduerſus eum
pncipes philiſtijm: et dixerunt ei. Reuertat vir: et
ſedeat iu loco ſuo in quo cōſtituiſti eū: et nō deſcē-
dat nobiſcū in prelium: ne fiat nobis aduerſarius:
cū preliari ceperimus: qūo enī aliter poterit placare
dñz ſuū: niſi in capitib' nr̄is. Nōne iſte eſt dauid
cui cātabāt in choris: dicētes. Percuſſit ſaul in
milib' ſuis: et dauid in decē milib' ſuis. Vocauit g̃
achis dauid et ait ei. Viuit dñs: q: rectus es tu et
bon' in cōſpectu meo. et exit' tu' et introit' tuus
mecū eſt in caſtris. Et nō inueni in te qcq; mali
ex die qua veniſti ad me vſq; i diē hāc ſz ſatrapis
nō places. Reuertere g̃ et vade in pace: et nō offen
das oculos ſatrapaz philiſtijz. Dixitq; dauid ad
achis. Quid enī feci: et qd inueniſti in me ſeruo tuo
a die qua fui in cōſpectu tuo vſq; in diē hāc: vt nō
veniā et pugnē cōtra inimicos dñi mei regis. Rñdēs
autē Achis: locutus eſt ad Dauid. Scio q: bon'
es tu in oculis meis ſicut angelus dei: ſz pncipes
Philiſtinorū dixerūt. Nō aſcēdat nobiſcum in
prelium. Igitur conſurge mane tu et ſerui dñi tui
qui venerūt tecū: et cum de nocte ſurrexeritis et
ceperit diluceſcere. pergite. Surrexit itaq; de no
cte Dauid ipſe et viri eius: vt pficiſcerētur ma-
ne: reuerterentur ad terram Philiſtijm. Phi-
liſtijm autem aſcenderunt in Iezrael.

A Philiſthijm contra Iſrael congregantur.

i. Paralip. xij.a.

B

s.xiij.b.et j.xiij.d. Eccleſiaſtici.xlvij.a.

C Orationes mutue achis ad dauid expulſuz ab exercitu philiſtinorz

D

C.S. Dauid reuertēs Sicelech: ſuccen-
ſam inuenit: conſuluit dñm: et perſecutus eſt la-
trunculos: cibauitq; puerum egyptiū: irruit Da-
uid in hoſtes: et accepit predā et diuiſit eam equa
liter remanentibus ad ſarcinas et ad prelium de-
ſcendentibus. dona mittit ſenioribus Iuda.

Capitulum. xxx.

Umq; veniſſent Da-
uid et viri eius in Sicelech die ter
tia: amalechite impetum fecerāt
ex parte auſtrali in Sicelech: et

A Amalechite depredauerāt Sicelech: ſz a dauid conſulto dño depredantur.

percuſſerant ſicelech: ⁊ ſuccenderunt eam igni.
Et captiuas duxerunt mulieres ex ea a minimo
vſq; ad magnum: ⁊ non interfecerant quemq̄: ſ;
ſecum duxerant: et pergebant itinere ſuo. Cum
ergo veniſſet dauid ⁊ viri eius ad ciuitatem: ⁊ in-
ueniſſent eam ſuccenſam igni: et vxores ſuas ⁊ fi
lios ſuos et filias ductas eſſe captiuas. Leuaue-
runt dauid ⁊ populus qui erat cū eo voces ſuas:
⁊ planxerunt donec deficerent in eis lachryme.
ſ.xxvij.a. Si quidem et due vxores dauid captiue ducte
fuerant Achinoen Jezraelites ⁊ Abigail vxor na
bal carmeli: et contriſtatus eſt dauid valde. Vo-
lebat enim eum populus lapidare: quia amara
erat anima vniuſcuiuſq; viri ſuper filijs ſuis ⁊ fi-
liabus. Confortatus eſt autem dauid in domino
B deo ſuo: ⁊ ait ad abiathar ſacerdotē filium achi
ſ.xxiij.b. melech. Applica ad me Ephot. Et applicauit
Abiathar Ephot ad Dauid: et conſuluit dauid
dominum dicens. Perſequar latrunculos hos:
⁊ comprehendā eos an non. Dixitq; ei domin9.
Perſequere abſq; dubio enī cōprehendes eos:
et excuties predam. Abijt ergo dauid ipſe ⁊ ſexcē
ti viri qui erant cū eo: et venerunt vſq; ad tor-
C rentem Beſor: et laſſi quidem ſubſtiterūt. Per
ſecutus eſt autem dauid ipſe ⁊ quadringenti vi-
ri cum eo. Subſtiterant enim ducenti qui laſſi
tranſire non poterant torrentē Beſor. Et inue
nerunt virum Egyptium in agro ⁊ adduxerunt
eum ad dauid. Dederuntq; ei panem vt come-
deret et biberet aquam: ſed ⁊ fragmen maſſe ca-
ricarum: ⁊ duas ligaturas vue paſſe. Que cū co-
mediſſet reuerſus eſt ſpiritus eius: ⁊ refocillat9
eſt. Non enī comederat panē neq; biberat aquā
tribus dieb9 ⁊ tribus noctib9. Dixit itaq; ei da-
uid. Cuius es tu: vel vnde et quo pergis. Qui ait
Puer egyptius ego ſū: ſeruus viri Amalechite
D Dereliquit autē me dn̄s meus: quia egrotare ce
pi nudiuſtertius. Siquidē nos erupimus ad au
ſtralem plagam cerethi ⁊ contra Judam: ad me
ridiem caleph: ⁊ ſicelech ſuccendimus igni. Di-
xitq; ei dauid. Potes me ducere ad cuneū iſtū
Qui ait. Jura mihi per deum q̄ non occidas me
et non tradas me in manus domini mei: et ego
ducam te ad cuneū iſtum. Et iurauit ei Dauid.
Qui cum duxiſſet eum: ecce illi diſcumbebāt ſu-
per faciem vniuerſe terre comedentes et biben-
tes: et quaſi feſtum celebrantes diem pro cun-
E cta preda: ⁊ ſpolijs que ceperant de terra Phi-
liſtijm ⁊ de terra iuda. Et percuſſit eos dauid a
veſpere vſq; ad veſperam alterius diei: ⁊ nō eua
ſit ex eis quiſq̄: niſi tantū quadringenti viri ado
leſcentes: qui aſcenderant camelos et fugerant.
Eruit ergo Dauid omnia que tulerant Amale-
chite: et duas vxores ſuas eruit. Nec defuit
quiſq̄ a paruo vſq; ad magnum tam de filijs q̄
de filiabus et de ſpolijs: et quecunq; rapuerant
omnia: reduxit dauid: et tulit vniuerſos greges
et armenta: et minauit ante faciem ſuam. Dixe-
runtq;. Hec eſt preda Dauid. Venit autem da
uid ad ducentos viros qui laſſi ſubſtiterant: nec
ſequi poterant dauid: ⁊ reſidere eos iuſſerat in
torrente in Beſor. Qui egreſſi ſunt obuiam da- De largita te dauid diſtributio da preda.
uid: ⁊ populo qui erat cum eo: Accedens autem
dauid ad populum: ſalutauit eos pacifice. Reſpō
denſq; omnis vir peſſim9 ⁊ iniquus de viris qui
erant cum dauid dixit. Quia nō venerunt nobiſ- F
cum nō dabimus eis quicq̄ de preda quam erui-
mus: ſed ſufficiat vnicuiq; vxor ſua ⁊ filij: quos
cum acceperint: recedant. Dixit autem dauid.
Non ſic facietis fratres mei de his que tradidit
nobis dominus: et cuſtodiuit nos ⁊ dedit latrun
culos qui eruperant aduerſum nos in manus no
ſtras: nec audiet vos quiſq̄ ſub ſermone hoc.
Equa enim pars erit deſcendentis ad prelium ⁊ G
remanentis ad ſarcinas ⁊ ſimiliter diuident. Et
factum eſt hoc ex die illa: ⁊ deinceps conſtitutū
⁊ prefinitum ⁊ quaſi lex in Jſrael vſq; in diē hāc.
Venit ergo dauid in Sicelech: et miſit dona de
preda ſenioribus iuda et proximis ſuis: dicens.
Accipite benedictionem de preda hoſtium domi
ni. His qui erant in Bethel: ⁊ qui in Ramoth ad
meridiē: ⁊ qui in gether: et qui in Aroer ⁊ qui in
Sephamoth: et qui in eſthama ⁊ qui in rachala
et qui in vrbibus Hierameli et qui in vrbibus ce
ni ⁊ qui in harama ⁊ q̇ in lacu aſan ⁊ qui in atach.
⁊ qui in hebron ⁊ reliquis qui erant in his locis:
in quibus cōmoratus fuerat dauid ⁊ viri eius.

¶ Capituli. Summarium. ¶ De fuga ⁊ cede Jſrael de morte Saulis ⁊ trium filiorū eius de armis eius ⁊ capite de viris Jabes Galaad qui tulerunt cadauera Saulis ⁊ filiorum eius de muro bethſan ⁊ ſepelierunt in nemore Jabes.

Capitulum. xxxj.

Philiſtijm autem pu
gnabant aduerſum Jſrael. Et
fugerunt viri Jſrael ante faciē
philiſtijm et ceciderunt inter-
fecti in monte gelboe. Jrrue-
runtq; philiſtijm in ſaul ⁊ in fi-
lios eius ⁊ percuſſerunt Jona
tham ⁊ Abinadab ⁊ melchiſue filios Saul totū-
q; pondus prelij verſum eſt in ſaul. Et conſecu-
ti ſunt eum viri ſagitarij ⁊ vulneratus eſt vehe-
menter a ſagittarijs. Dixitq; Saul ad armigerū B

A Saul ionathas ⁊ alij filij eius occidūt ſe aut a philiſtinis occidūtur

Paralip. .x. ſuum. Euagina gladiū tuū ⁊ percute me: ne
forte veniant incircuncisi iſti ⁊ interficiāt me
illudētes mihi. Et noluit armiger eius: fue-
rat enim nimio terrore perterritus. Arripuit
itaq; ſaul gladium ſuū ⁊ irruit ſup eū. Quod
C cum vidiſſet armiger eius: videlicet ꝙ mor-
tuus eſſet ſaul: irruit etiā ipſe ſuper gladiū
ſuum ⁊ mortuus eſt cum eo. Mortuus eſt er-
ro ſaul ⁊ tres filij eius: ⁊ armiger illius: ⁊ vni
uerſi viri eius in die illa pariter. Videntes au
tem viri Iſrael qui erāt trans vallē ⁊ trans
iordanē: ꝙ fugiſſent viri iſraelite: ⁊ ꝙ mortu9
eſſet ſaul ⁊ tres filij ei9: reliquerūt ciuitates
ſuas ⁊ fugerūt. Veneruntq; Philiſtijm ⁊ ha
bitauerunt ibi. Facta aūt die altera venerūt
philiſtijm: vt expoliarēt interfectos: ⁊ inue-
nerunt ſaul ⁊ tres filios eius iacētes in mon-
te Gelboe. Et preciderūt caput ſaul: ⁊ expo
liauerunt eum armis: ⁊ miſerūt in terrā phi-
D liſtinorum per circuitū: vt annunciaretur in tē
plis idolorum ⁊ in populis. Et poſuerunt ar
ma eius in templo aſtaroth: corpus vero ei9
ſuſpenderūt in muro bethſan. Quod cū audiſ-
ſent habitatores Jabes galaad: quecūq; fe-
cerant philiſtijm ſaul: ſurrexerūt oēs viri for
tiſſimi: ⁊ ambulauerūt tota nocte ⁊ tulerunt
cadauer ſaul: ⁊ cadauera filiorū eius de mu-
ro bethſan. Veneruntq; viri Jabes Galaad
et combuſſerunt ea igni: et tulerunt oſſa eo-
rum et ſepelierunt in nemore Jabes: et ie-
iunauerunt ſeptem diebus.

Quid factū ſit de cadauere Saul.

¶ Explicit liber primus Samuelis.

¶ Incipit ſecundus liber Samuelis.

¶ Capituli. Summarium. ¶ De cede eius qui attulit diadema et armillam Saulis: dicens ꝙ occiderat Saul: de planctu dauid ſuper Saul et Jonatham.

Capitulum .j.

FActū eſt
autem poſtq̄
mortuus eſt
Saul: vt da-
uid reuerte-
retur a cede
Amalech et
maneret in ſi
celech duos
dies. In die
autem tertia
apparuit homo veniens de caſtris Saul ve-
ſte conciſa: ⁊ puluere conſperſus caput. Et
vt venit ad Dauid: cecidit ſuper faciem ſuā:
⁊ adorauit. Dixitq; ad eum Dauid. Unde
venis? Qui ait ad eum. De caſtris Iſrael
fugi. Et dixit ad eum Dauid. Quod eſt verbū
quod factum eſt. Indica mihi. Qui ait. Fugit po
pulus ex prelio ⁊ multi corruentes e populo mor
tui ſunt: ſed ⁊ Saul ⁊ Jonathas filius eius inte-
rierunt. Dixitq; Dauid ad adoleſcentem qui nū-
ciabat ei. Unde ſcis quia mortuus eſt Saul ⁊ Jo
nathas filius? Ait adoleſcens qui nunciabat ei.
Caſu veni in montem Gelboe: ⁊ Saul incumbe B
bat ſuper haſtam ſuam. Porro currus ⁊ equites
appropinquabant ei ⁊ conuerſus poſt tergum ſu
um: videnſq; me vocauit. Cui cum reſpondiſſem:
adſum. Dixit mihi. Quis nam es tu? Et aio ad
eum. Amalechites ego ſum. Et locutus eſt mihi.
Sta ſuper me ⁊ interfice me: qm̄ tenent me an-
guſtie: et adhuc tota anima mea in me eſt. Stānſ
q; ſuper eum: occidi illum. Sciebam enim ꝙ viue
re non poterat poſt ruinam. Et tuli diadema qđ
erat in capite eius: ⁊ armillam de brachio illius: ⁊
attuli ad te dominum meum huc. Apprehendens j.iij.f.⁊.j.
autem Dauid veſtimenta ſua ſcidit: omneſq; vi- xiij.f.
ri qui erant cum eo: et planxerunt ⁊ fleuerunt et
ieiunauerunt vſq; ad veſperam ſuper Saul ⁊ ſu-
per Jonathan filium eius ⁊ ſuper populum do-
mini ⁊ ſuper domum Iſrael. eo ꝙ corruiſſent gla
dio. Dixitq; Dauid ad iuuenem qui nunciaue-
rat ei. Unde es tu? Qui reſpondit: Filius homi
nis aduene Amalechite ego ſum. Et ait ad eum
Dauid: Quare non timuiſti mittere manum tuā
vt occideres chriſtum domini: Vocanſq; Dauid
vnū de pueris ſuis ait: Accedēs irrue in eū. Qui
percuſſit illum et mortuus eſt. Et ait ad eum da-
uid: Sanguis tuus ſuper caput tuum. Os enim
tuum locutum eſt aduerſum te dicens: Ego in-
terfeci chriſtum domini. Planxit autem Dauid
planctum huiuſcemodi ſuper Saul ⁊ ſuper Jo-
nathan filium eius ⁊ precepit vt docerent filios
Juda arcum: ſicut ſcriptum eſt in libro iuſtorum. D
Et ait conſidera Iſrael pro his qui mortui ſunt
ſuper excelſa tua vulnerati. Inclyti Iſrael ſuper
montes tuos interfecti ſunt. Quomodo cecide-
runt fortes: Nolite annunciare in geth: neq; an-
nuncietis in compitis aſcalonis: ne forte letentur
filie Philiſthijm: ne exultent filie incircunciſorum.
Montes gelboe: nec ros nec pluuia veniant ſu-
per vos. Neq; ſint agri primitiarum: q: ibi abie-
ctus eſt clypeus fortium: clypeus Saul quaſi nō
eſſet vnct9 oleo: a ſanguine interfectorum ab adi
pe fortium. Sagitta Jonate nunq̄ rediit re-
trorſum: et gladius Saul non eſt reuerſus ina-
nis. Saul ⁊ Jonathas amabiles et decori val-
de in vita ſua: in morte quoq; non ſunt diuiſi.
Aquilis velociores: leonibus fortiores. Filie Iſ
rael ſuper Saul flete: qui veſtiebat vos coccino
in delitijs: qui prebebat ornamenta aurea cultui
veſtro. Quomodo ceciderunt fortes in prelio:
Jonathas in excelſis tuis occiſus es. Doleo
ſuper te frater mi Jonatha decore nimis: et ama
bilis ſuper amorem mulierum. Sicut mater

A Nunciatur mors ſaul ⁊ filiorū ipſi dauid: vnde triſtis valde.

Reg. iiij. c.

Dauid iubet interfici nūciū dicentē ſe iter feciſſe ſaul.

De pe. diſ. ij. ſ. opponitur.

j.q.j.c. dn̄s.

vnicum amat filium ſuum: ita ego te dilige-
bam. Quomodo ceciderunt Robuſti et perie-
runt Arma Bellica.

¶ Capituli. Summarium. ¶ De prima vn-
ctione Dauid in Hebron: de nuncio eius ad vi
ros Jabes Galaad: de Jſboſeth: de prelio pue
rorum Dauid et puerorum Saul: de morte Aſa
hel: Joab: et Abiſai fratres perſequuntur Abner
propter mortē Aſael fratris eorū et reuertūtur.

A
De pria vn
ctiōe dauid
i regē iude
poſt ſaul in
hebron.

Capitulum. ij.

Igitur poſt hec con
ſuluit Dauid dominum dicēs.
Num aſcendam in vnam de ci
uitatibus Juda: Et ait do-
minus ad eum: Aſcende. Di-
xitq; Dauid: Quo aſcendam:
Et reſpondit ei: In Hebron
Aſcendit ergo Dauid et due vxores eius Archi
noem Jſraelites et Abigail vxor Nabal Carme
li: ſed et viros qui erant cum eo: duxit Dauid
ſingulos cum domo ſua: et manſerunt in opidis
Hebron. Ueneruntq; viri Juda: et vnxerunt
ibi Dauid: vt regnaret ſuper domum Juda.
Et nunciatum eſt Dauid: ꝙ viri Jabes Ga-
laad ſepeliſſent Saul. Miſit ergo Dauid nun
cios ad viros Jabes Galaad. Dixitq; ad eos:
Benedicti vos a domino qui feciſtis miſericor-
diam hanc cum domino veſtro Saul et ſepeliſtis
eum. Et nunc retribuet vobis quidem domi-
nus miſericordiam et veritatem: ſed et ego red
dam gratiam: eo ꝙ feciſtis verbum iſtud. Con
fortentur manus veſtre: et eſtote filij fortitudi-
nis: licet enī mortuus ſit dominus veſter Saul
tamen me vnxit domus Juda in regem ſibi.
Abner autē filius Ner princeps exercit⁹ Saul:
tulit Jſboſeth filium Saul: et circumduxit eum
per Caſtra: regemq; conſtituit ſuper Galaad
et ſuper Geſſuri et ſuper Jezrael: et ſuper Ephra
im: et ſuper Beniamin: et ſuper Jſrael vniuer
ſum. Quadraginta annorum erat Jſboſeth fili
us Saul cum regnare cepiſſet ſuper Jſrael: et
duobus annis regnauit. Sola autem domus
Juda: ſequebatur Dauid. Et fuit numerus
dierum quos commoratus eſt Dauid: imperās
in Hebron ſuper domum Juda ſeptem annorū
et ſex menſiū. Egreſſuſq; eſt Abner filius Ner
et pueri Jſboſeth filij Saul de Caſtris in Ga-
baon. Porro Joab filius Saruie: et pueri Da
uid egreſſi ſunt: et occurrerunt eis iuxta Pi-
ſcinam Gabaon. Et cum in vnum conueniſſēt
e regione: ſederunt hi in vna parte Piſcine: et
illi ex altera. Dixitq; Abner ad Joab: Surgāt
pueri et ludant coram nobis. Et reſpōdit Jo
ab: Surgant. Surrexerunt ergo et tranſierūt
numero duodecim de Beniamin ex parte Jſ-
boſeth filij Saul: et duodecim de pueris Da-
uid. Apprehenſoq; vnuſquiſq; capite comparis

j. Re. xxxj. d.

B
Remune-
ratio iabes
q: ſepelie-
rant ſaul.

Abner ꝯſti
tuit iſbo-
ſeth relictū
filiū ſaul in
regez gala-
ad et aliarū ci
uitatum.
j. v. a.

C

De duello
duodeci for
tiū de exer
citu iſbo
ſeth ꝯ alios
duodeci de
exercitu da
uid.

D

ſui: defixit gladium in latus contrarij: et cecide
runt ſimul: vocatumq; eſt nomen loci illius ager
Robuſtorum in Gabaon. Et ortum eſt Bellū
durum ſatis in die illa. Fugatuſq; eſt Abner et
viri Jſrael a pueris Dauid. Erant autem ibi
tres filij Saruie: Joab et Abiſai et Aſahel. Por
ro Aſahel Curſor velociſſimus fuit quaſi vnus
de Capreis que morantur in Siluis. Perſeque
batur autem Aſahel Abner: et non declinauit
ad dexteram neq; ad ſiniſtram omittens perſe-
qui Abner. Reſpexit itaq; Abner poſt tergum
ſuum: et ait Tu ille es Aſahel: Qui reſpondit:
Ego ſum dixitq; ei Abner: Uade ad dexteram
ſiue ad ſiniſtram: et apprehende vnum de ado-
leſcentibus et tolle tibi ſpolia eius. Noluit au-
tem Aſahel omittere quin Urgeret eum. Rur-
ſumq; locutus eſt Abner ad Aſahel: Recede: et
noli me ſequi: ne forte compellar confodere te
in terram: et leuare non potero faciem meam
ad Joab fratrem tuum. Qui audire contempſit
et noluit declinare. Percuſſit ergo eum Abner
auerſa haſta in Jnguine et tranſfodit: et mor-
tuus eſt in eodem loco. Omneſq; qui tranſibāt
per locum in quo ceciderat Aſahel et mortuus
erat: ſubſiſtebant. Perſequentibus autem Jo
ab et Abiſai fugientem Abner: Sol occubuit.
Et venerunt vſq; ad Collem aqueductus: qui
eſt ex auerſo Uallis et itineris deſerti in Gaba
on. Congregatiq; ſunt filij Beniamin ad Ab-
ner: et Conglobati in vnum Cuneum: ſtete-
runt in ſummitate Tumuli vnius. Et exclamauit
Abner ad Joab et ait: Num vſq; ad internitio
nem tuus Mucro deſeuiet: An ignoras: ꝙ pe
riculoſa ſit deſperatio? Uſq; quo non dicis po-
pulo: vt omittat perſequi fratres ſuos? Et ait
Joab: Uiuit dominus: ſi locutus fuiſſes ma-
ne: receſſiſſet populus perſequens fratrem ſuū.
Jnſonuit ergo Joab Buccina: et ſtetit omnis
exercitus nec perſecuti ſunt vltra Jſrael: neq;
iniere certamen. Abner autem et viri eius abie
runt per Campeſtria Moab tota nocte illa: et
tranſierunt Jordanem: et luſtrata omni Betho
ron venerunt ad Caſtra. Porro Joab reuer-
ſus omiſſo Abner congregauit omnem populū
et defuerunt de pueris Dauid decem et nouem
viri excepto Aſahele. Serui autem Dauid per
cuſſerunt de Beniamin: et de viris qui erant
cum Abner trecentos ſexaginta: qui et mortui
ſunt. Tuleruntq; Aſahel et ſepelierunt eum in
ſepulchro patris ſui in Bethleem: et ambulaue
runt tota nocte Joab. et viri qui erāt cum eo: et
in ipſo crepuſculo peruenerunt in Hebron.

Dauid[...]
cit et abn[...]
alij d[...]
citu iſbo[...]
ſeth fug[...]

E
Aſahel [...]
quens [...]
ner fug[...]
tes occ[...]
ab eo.

F
j. xx. d.

[...]inexp[...]
Dauid [...]
boſeth [...]
ponit i[...]
cias [...]
belli p[...]
pericul[...]
G

j. xx. g.

¶ Capituli. Summarium. ¶ De filijs Dauid
natis in Hebron: quomodo Abner iratus con-
tra Jſboſeth pro concubina Reſpha patris ſui:
miſit ad Dauid: Dauid Michol vxorem ſuam
petijt: et ad Jſboſeth miſit: illa autem venit ad
Dauid: et Abner dimiſſo a Dauid: Joab et fecit
reduci eum et occidit Dauid plangit Abner.

Capitulum. iij.

A Creſcentia dauid pmo filiis na in hebrō

Facta eſt ergo longa concertatio inter domum dauid ꝛ inter domum Saulis: dauid proficiens ꝛ ſemper ſeipſo robuſtior: domus autem Saul decreſcens quotidie. Natiq; ſunt ſex filij dauid in Hebron. Fuitq; primogenitus eius ammon de Achinoen Jezraelite: ꝛ poſt eum Chelab de Abigail vxore Nabal carmeli. Porro tertius Abſalon filius Maacha filie Tholomai regis geſſur. Quartus autem adonias filius Agith. Et quintus ſaphacias filius Abithal. Sextus quoq; Jethraan de egla vxore dauid. Hi nati ſunt dauid in hebron: Cum ergo eſſet prelium inter domum ſaul ꝛ domum dauid: abner filius ner regebat domū ſaul.

Paralip

B Abner princeps militie ſegat ſe ab Iſboſeth ꝛ confederat dauid

Fuerat autem ſauli concubina nomine reſpha filia achia: ingreſſuſq; eſt ad eam Abner. Dixitq; Jſboſeth ad abner: Quare ingreſſus es ad concubinam patris mei: Qui iratus nimis propter verba Jſboſeth: ait. Nunquid caput canis ego ſum aduerſum iudam hodie: qui fecerim miſericordiam ſuper domū ſaul patris tui: ꝛ ſuper fratres ꝛ proximos eius: ꝛ non tradidi te in manus dauid: ꝛ tu requiſiſti in me: q̄ argueres pro muliere hodie. Hec faciat deus Abner et hec addat ei: niſi quomodo iurauit Dominus Dauid: ſic faciam cum eo, vt transferatur regnum de domo Saul: et eleuetur thronus Dauid ſuper Jſrael et ſuper Judam: a Dan vſq; Berſabee. Et non potuit reſpondere ei quicq̄: quia metuebat illum. Miſit ergo Abner nuncios ad dauid in Hebron pro ſe dicentes: cuius eſt terra? Et vt loquerentur: Fac mecum amicitias: ꝛ erit manus mea tecum: et reducam ad te vniuerſum Jſrael.

C

Qui ait: Optime. Ego faciam tecum amicitias: ſed vnam rem peto a te: dicens: Non videbis faciem meam anteq̄ adduxeris mihi michol filiam Saul: ꝛ ſic venies et videbis me. Miſit autem Dauid nuncios ad Jſboſeth filium Saul dicens: Redde vxorem meam Michol quam deſpondi mihi centum preputijs philiſtijm. Miſit ergo Jſboſeth: et tulit eam a viro ſuo Phaltiel filio Lais: Sequebaturq; eā vir ſuus plorās vſq; ad bahurim. Et dixit ad eū Abner: Uade ꝛ reuertere. Qui reuerſus eſt. Sermonem quoq; intulit Abner ad ſeniores Jſrael: dicens: Tam heri q̄ nudiuſtertius querebatis Dauid vt regnaret ſuper vos. Nunc ergo facite: quoniam dominus locutus eſt ad dauid: dicens. Jn manu ſerui mei dauid ſaluabo populum meum Jſrael de manu Philiſtijm ꝛ omnium inimicorum eius.

D

Locutus eſt autem Abner etiam ad Beniamin. Et abijt vt loqueretur ad Dauid in Hebron omnia que placuerant Jſraeli et vniuerſo Beniamin: venitq; ad Dauid in Hebron cum viginti viris. Et fecit dauid Abner ꝛ viris eius qui venerant cum eo conuiuium. Et dixit Abner ad dauid: Surgam ꝛ congregem ad te dominum meum regē omnem Jſrael; et ineam tecum fedus; et imperes omnibus ſicut deſiderat anima tua. Cum ergo deduxiſſet dauid Abner ꝛ ille iſſet in pace: ſtatim pueri dauid ꝛ Joab venerunt ceſis latronibus: cum preda magna nimis Abner autem non erat cum Dauid in Hebron: quia iam dimiſerat eum et profectus fuerat in pace: et Joab et omnis exercitus qui erant cum eo: poſtea venerant.

E Joab ſeq̄tur Abner recedētē a dauid ꝛ occidit. iij. reg. ij. c.

Nunciatum eſt itaq; Joab a narrantibus: Uenit Abner filius Ner ad regem et dimiſit eum: ꝛ abijt in pace. Et ingreſſus eſt Joab ad regem et ait: Quid feciſti? Ecce venit Abner ad te. Quare dimiſiſti eum: et abijt et receſſit: Jgnorans abner filium Ner. quoniam ad hoc venit ad te: vt deciperet te et ſciret exitum tuum ꝛ introitum tuum: ꝛ noſcet omnia que agis? Egreſſus itaq; Joab a dauid: miſit nuncios poſt abner: ꝛ reduxit eum a ciſterna ſyra ignorante dauid. Cumq; rediſſet Abner in hebron: ſeorſum adduxit eum Joab ad medium porte: vt loqueretur ei in dolo et percuſſit illum ibi in inguine: ꝛ mortuus eſt in vltionem ſanguinis Aſahel fratris eius.

daniel. xiij. e. Actu. xx. f.

F Dauid plā git abner ꝛ maledixit Joab.

Quod cum audiſſet dauid rem iam geſtam: ait: Mundus ego ſum: ꝛ regnum meum apud deum vſq; in ſempiternum a ſanguine Abner filij Ner: ꝛ veniat ſuper caput Joab ꝛ ſuper omnem domum patris eius: nec deficiat de domo Joab fluxum ſeminis ſuſtinēs ꝛ leproſus ꝛ tenēs fuſum: et cadens gladio et indigens pane. Jgitur Joab et Abiſai frater eius interfecerunt Abner: eo q̄ occidiſſet Aſahel fratrem eorum in Gabaon in prelio. Dixit autem Dauid ad Joab: et ad omnem populum qui erat cum eo: Scindite veſtimenta veſtra ꝛ accingimini ſaccis: ꝛ plangite ante exequias Abner. Porro rex Dauid ſequebatur feretrum. Cumq; ſepeliſſent Abner in Hebron: leuauit rex dauid vocem ſuam et fleuit ſuper tumulum Abner. Fleuit autem ꝛ omnis populus. Plangenſq; rex ꝛ lugens. Abner ait: Nequaq̄ vt mori ſolent ignaui: mortuus es Abner.

s. j. b. t. J. xiij. f.

G s. eodem.

Manus tue ligate non ſunt: ꝛ pedes tui nō ſunt compedibus aggrauati: ſed ſicut ſolent cadere coram filijs iniquitatis ſic corruiſti. Congeminanſq; omnis populus fleuit ſuper eum. Cumq; veniſſet vniuerſa multitudo cibum capere cū dauid clara adhuc die: iurauit dauid dicens. Hec faciat mihi deus ꝛ hec addat: ſi ante occaſum ſolis guſtauero panem vel aliud quicq̄. Omniſq; populus audiuit: ꝛ placuerunt eis cuncta que fecit rex in conſpectu totius populi. Et cognouit omne vulgus et vniuerſus Jſrael in die illa quoniā non actum fuiſſet a rege: vt occideretur Abner filius Ner. Dixit quoq; rex ad ſeruos ſuos. Num ignoratis: quoniam princeps et maximus cecidit hodie in Jſrael. Ego autem adhuc delicatus ſum ꝛ vnctus rex. Porro viri iſti filij ſaruie duri ſunt mihi. Retribuat dominus facienti malum iuxta maliciam ſuam.

¶ Capi. Summa. ¶ De rechab ꝛ banaa qui occiderunt Jſboſeth: ꝛ ipſi a pueris dauid occiſi ſunt in vltionem.

Capitulum. iiij.

A
De occiſio ne iſboſeth filij ſaul ꝑ latrones.

Udiuit autẽ Iſboſeth filius Saul ꝙ cecidiſſet abner in hebron: ⁊ diſſolute ſunt manus eius: oĩſqꝫ Iſrael ꝑturbatus eſt. Duo aũt viri principes latronuꝫ erant filio Saul: nomen vni banaa: ⁊ nomen alteri rechab rẽmon berothite de filijs Beniamin. Siquidẽ ⁊ beroth reputata eſt in beniamin. Et fugerunt berothite in gethaim: fugerũtqꝫ ibi aduene vſqꝫ ad tp̃s illud. Erat autẽ Ionathe filio ſaul fili⁹ debilis pedib⁹. Quinquẽnis enim fuit qñ venit nuncius de ſaul ⁊ ionatha iezrael. Tollẽs itaqꝫ eũ nutrix ſua fugit. Cũqꝫ feſtinaret vt fugeret cecidit: ⁊ claudus effect⁹ eſt: habuitqꝫ vocabuluꝫ miphiboſeth. Uenientes igit̃ filij rẽmon berothite rechab ⁊ banaa ingreſſi ſunt feruẽte die domũ Iſboſeth. Qui dormiebat ſuꝑ ſtratũ ſuuꝫ meridie: ⁊ oſtiaria domus purgans triticũ: obdormiuit. Ingreſſi ſunt aũt domũ latẽter aſſumentes ſpicas tritici: ⁊ percuſſerũt eũ in inguine rechab: ⁊ banaa frater eius ⁊ fugerũt. Cum aũt ingreſſi fuiſſent domũ: ille dormiebat ſuper lectũ ſuum in conclaui: ⁊ percutiẽtes interfecerũt eũ. Sublatoqꝫ capite eius abierunt per viam deſerti tota nocte: ⁊ attulerũt caput Iſboſeth ad dauid in hebron. Dixeruntqꝫ ad regẽ. Ecce caput Iſboſeth filij Saul inimici tui: qui querebat aĩaꝫ tuã: ⁊ dedit dñs dño nr̃o regi vltionẽ hodie de Saul ⁊ de ſemine eius. Rñdens autẽ dauid rechab ⁊ banaa fratri eius filius Rẽmon berothite: dixit ad eos. Uiuit dñs qui eruit aĩaꝫ meaꝫ de omni anguſtia qm̃ euꝫ qui annũciauerat mihi ⁊ dixerat: mortu⁹ eſt Saul: qui putabat ſe ꝓſpera nũciare tenui ⁊ occidi eum in Sicelech: cui oportebat me mercedẽ dare pro nuncio. Quantomagis nunc cum hoĩes impij interfecerũt virũ innoxiũ in domo ſua ſuꝑ lectũ ſuuꝫ: nõ querã ſanguinẽ eius de manu vr̃a: ⁊ auferam vos de terra. Precepit itaqꝫ Dauid pueris ſuis: ⁊ interfecerunt eos: precidenteſqꝫ manus ⁊ pedes eorũ: ſuſpenderunt eos ſuper piſcinã in hebron. Caput aũt Iſboſeth tulerũt ⁊ ſepelierũt in ſepulchro Abner in hebron.

B
De miphiboſeth filij ionathe cõditionibus.

Delato capite Iſboſeth ad Dauid ꝑ latrones: ipſos facit occidi per pueros ſuos.

C

s.j.b.

D

C. S. C. De ſecũda vnctiõe dauid ſuper Iſrael: ꝙ abſtulit cecos ⁊ claudos qñ cepit arcẽ ſiõ: de hira rege qui mittit ad dauid ligna cedrina et artifices lignorũ ⁊ lapidum: de filijs natis in hieruſalẽ: ⁊ de bello Dauid in Baalpharaſim: vbi percutit Philiſtijm. Capitulum. v.

A
De ſecũda vnctiõe dauid ⁊ regno eius tam in hebron ꝙ in omni Iſrl̃.

T venerunt vniuerſe tribus Iſrael ad dauid in hebron: dicẽtes. Ecce nos os tuũ ⁊ caro tua ſumus. Sed ⁊ heri ⁊ nudiuſtertius cuꝫ eſſet ſaul rex ſuper nos: tu eras educẽs ⁊ reducens Iſrl̃. Dixit aũt dñs ad te. Tu paſces ppl̃m meũ Iſrael: ⁊ tu eris dux ſuper Iſrl̃. Uenerũt qꝫ ⁊ ſeniores Iſrl̃ ad regẽ in hebron: ⁊ ꝑcuſſit cũ eis rex dauid fedus in hebr̃ coram dño: vnxeruntqꝫ Dauid in regẽ ſuꝑ Iſrael. Filius triginta annoꝝ erat Dauid cũ regnare cepiſſet: ⁊ quadraginta annis regnauit. In hebron regnauit ſuꝑ Iudaꝫ ſeptẽ annis ⁊ ſex mẽſib⁹. In Hierl̃m autẽ regnauit trigintatrib⁹ annis ſuper omnẽ Iſrl̃ ⁊ Iudam. Et abijt rex ⁊ oẽs viri qui erant cũ eo in Hierl̃m ad Iebuſeum habitatorẽ terre. Dictũqꝫ eſt dauid ab eis. Nõ ingredieris huc niſi abſtuleris cecos ⁊ claudos: dicẽtes. Nõ ingredieť dauid huc. Cepit autẽ dauid arcẽ ſion: hec eſt ciuitas dauid. Propoſuerat em̃ dauid in die illa premiũ qui ꝑcuſſiſſet Iebuſeũ ⁊ tetigiſſet domatum fiſtulas ⁊ abſtuliſſet cecos et claudos odientes aĩam dauid. Idcirco diciť in ꝓuerbio. Cecus ⁊ claudus nõ intrabũt in tẽplum. Habitauit aũt dauid in arce ſion: ⁊ vocauit eam ciuitatem dauid: ⁊ edificauit per gyrũ a mello ⁊ intrinſecus. Et ingrediebať ꝓficiẽs atqꝫ ſuccreſcens: ⁊ dñs deus exercituũ erat cũ eo. Miſit quoqꝫ hiram rex tyri nuncios ad dauid ⁊ ligna cedrina ⁊ artifices lignorũ: artificeſqꝫ lapidũ ad parietes: ⁊ edificauerunt domuꝫ dauid. Et cognouit dauid qm̃ cõfirmaſſet eum dñs regeꝫ ſuꝑ Iſrael: ⁊ quoniã exaltaſſet regnũ eius ſuper ppl̃m ſuũ Iſrael. Accepit ergo dauid adhuc concubinas ⁊ vxores de hieruſalẽ poſtꝙ venerat de hebron. Natiqꝫ ſunt dauid ⁊ alij filij ⁊ filie: ⁊ hec noĩa coꝝ qui nati ſũt ei in hierl̃m. Samuaz ſobab et natham ⁊ ſalomon ⁊ iabaar ⁊ eliſua ⁊ nepheg ⁊ iaphia ⁊ beliſama et helida ⁊ heliſeleth. Audierũt ergo Philiſtijm ꝙ vnxiſſent Dauid in regẽ ſuper Iſrael ⁊ aſcenderunt vniuerſi vt quererẽt Dauid. Quod cum audiſſet Dauid deſcendit in preſidium. Philiſtijm autem venientes diffuſi ſunt in valle Raphaim. Et conſuluit dauid dñm dicẽs. Si aſcendã ad Philiſtijm: ⁊ ſi dabis eos in manu mea. Et dixit dñs ad Dauid. Aſcende: q2 tradẽs dabo Philiſtijm in manu tua. Uenit ergo Dauid in balpharaſiꝫ: ⁊ percuſſit eos ibi: ⁊ dixit. Diuiſit dñs inimicos meos corã me: ſicut diuiduntur aque. Propterea vocatũ eſt nomẽ loci illius Baalpharaſim: ⁊ reliquerunt ibi ſculptilia ſua que tulit dauid ⁊ viri eius. Et addiderũt adhuc philiſtijm vt aſcenderent ⁊ diffuſi ſunt in valle raphaim. Conſuluit autem Dauid dñꝫ. Si aſcẽdã ꝯ philiſteos ⁊ tradas eos in manus meas? Qui rñdit. Nõ aſcẽdas contra eos: ſed gyra poſt tergũ eoꝝ ⁊ venies ad eos ex aduerſo pyroꝝ. Et cum audieris ſonitum clamoris gradientis in cacumine pyroruꝫ tũc inibis prelium: q2 tunc egredietur dñs ante faciẽ tuam: vt percutiat caſtra Philiſtijm. Fecit itaqꝫ Dauid ſicut preceperat ei Dñs: ⁊ percuſſit Philiſtijm de Gabaa vſqꝫ dum venias de Gezer.

s.ij.b.
Tẽpus regni dauid. Dauid expulit iebuſeum a hierl̃m ⁊ etiã claudos ⁊ cecos

B

Matthe. xxj.b.
De lignis cedrinis ⁊ artificibus miſſis a hira rege Dauid.
j. Paralip. xiiij.a.

C
Noia aliorum vxorum dauid

De duobus bellis dauid ꝯ philiſtijm ꝯſulto dño.

D

Scda victoria dauid.

C. S. C. De reductione arce dñi de domo Aminadab: de ꝑcuſſiõe oze. Quod dauid voluit dimittere arcaꝫ in domo obededom gethei: ꝙ inde reduxit in ciuitateꝫ dauid: quomodo ludebat coram dño: quõ Michol eũ deſpexit. Capitulum. vj.

A
j.pa.xiij.c. Arca dn̄i ꝺfert de domo amina dab ad domuꝫ obede dom.
Oza tāgēs eam morit

Ongregauit aūt rurſum Dauid omnes electos ex iſrael triginta milia. Surrexitqꝫ Dauid et abijt: et vniuerſus populus qui erat cuꝫ eo de viris iuda vt adduceret̄ arcam dei: ſuper quam inuocatum eſt nomen domini exercituum ſedentis in cherubin ſuper eam. Et impoſuerunt Arcā dei ſuper plauſtrum nouum. Tuleruntqꝫ eam de domo Aminadab: qui erat in Gabaa. Oza aūt et Haio filij Aminadab minabant plauſtrum nouū Cūqꝫ tuliſſent euꝫ de domo Aminadab qui erat in Gabaa cuſtodiēs arcam dei: Haio p̄cedebat arcaꝫ dei: Dauid autē ⁊ omnis Jſrael ludebant coram domino in omnibus lignis fabrefactis: et citharis et lyris et tympanis et ſiſtris et cymba

B
ij.q.vij.ſ. itē obijcit.

lis. Poſtꝙ autem venerunt ad arcam Nachor: extendit Oza manum ad arcam dei ⁊ tenuit eā: quoniam calcitrabant boues: et declinauerant eā. Jratuſqꝫ indignatione dominus cōtra Ozaꝫ et percuſſit eum ſuper temeritate: qui mortuꝰ eſt ibi iuxta Arcam dei. Contriſtatus eſt autem Dauid eo ꝙ percuſſiſſet dominꝰ Ozam: ⁊ vocatum eſt nomen loci illius percuſſio Oze vſqꝫ in diem hanc. Et extimuit Dauid dominuꝫ in die

Arca reducit i domū dauid cum gaudio.

illa: dicens. Quomodo ingredietur ad me Arca dn̄i. Et noluit diuertere ad ſe Arcam dn̄i in ciuitatē Dauid: ſed diuertit eā in domū Obededoꝫ Gethei. Et habitauit arca dn̄i in domo Obededom gethei tribꝰ menſibꝰ: ⁊ bn̄dixit dn̄s Obededō ⁊ oēm domuꝫ eius. Nunciatūqꝫ eſt regi

C

Dauid ꝙ bn̄dixiſſet dn̄s Obededom ⁊ omnia eius propter arcaꝫ dei. Dixitqꝫ dauid. Jbo ⁊ reducā arcam cum benedictione in domū meam. Abijt ergo Dauid ⁊ adduxit arcam dei de domo obedēdō in ciuitatē Dauid cum gaudio: ⁊ erāt cuꝫ Dauid ſepteꝫ chori ⁊ victima vituli. Cumqꝫ trāſcendiſſent qui portabant Arcam dn̄i ſex paſſus immolabāt bouem ⁊ oueꝫ ⁊ arietē: ⁊ Dauid percutiebat in organis armigatis et ſaltabat totis viribus ante dn̄m. Porro Dauid erat accinctꝰ ephot lineo Dauid ⁊ omnis domꝰ Jſrael ducebant arcam teſtamenti dn̄i in Jubilo ⁊ in clāgore buccine. Cumqꝫ intraſſet arca dn̄i in ciuitatē

Michol vxor dauid eū deſpicit ꝓpter humilitatem.

Dauid: Michol filia Saul ꝓſpiciens ꝑ feneſtrā: vidit regē Dauid ſubſilientē atqꝫ ſaltantem coram dn̄o: ⁊ deſpexit eum in corde ſuo. Et introduxerunt arcam dn̄i ⁊ impoſuerunt eam in loco ſuo in medio tabernaculi qđ tetenderat ei Da

D

uid. Et obtulit Dauid holocauſta ⁊ pacifica coram dn̄o. Cūqꝫ cōpleſſet offerēs holocauſta ⁊ pacifica: benedixit populo in nomie dn̄i exercituuꝫ Et partitus eſt vniuerſe multitudini Jſrael tā viro ꝙ mulieri ſingulis collyridam panis vnam et aſſaturam Bubale carnis vnam et ſimilam frixam oleo. Et abijt omnis populus vnuſqſqꝫ in domū ſuam. Reuerſuſqꝫ eſt Dauid vt bn̄diceret domui ſue: ⁊ egreſſa Michol filia ſaul in occurſum dauid: ait. Quā glorioſus fuit hodie rex iſrael diſcooperiens ſe ante ancilllas ſeruoꝝ ſuorū: ⁊ nudatus eſt q̄ſi ſi nudetur vnus de ſcurris. Dixitqꝫ Dauid ad michol. Uiuit dn̄s: qꝛ ludaꝫ ante dn̄ꝫ qui elegit me potiꝰ ꝙ patrē tuū ⁊ ꝙ oēꝫ domū eiꝰ: ⁊ p̄cepit mihi vt eēꝫ dux ſuꝑ oēꝫ pplꝫ dn̄i in iſrael. Et ludā ⁊ vilior fiā plus ꝙ factus ſuꝫ: ⁊ ero humilis in oculis meis: ⁊ cū ancillis de quibꝰ locuta es: glorioſior appebo Jgit michol filie ſaul nō eſt natus filius vſqꝫ in diē mortis ſue.

Capituli. Summarium. De Dauid volente edificare domum dn̄i: de Nathan ꝓpheta qui ei rn̄dit: de verbo qđ ei dn̄s mandauit: ꝙ filium ſuſcitaret qui edificaret ei domū: vbi ꝓmittitur xp̄s: gratias agit. Capitulum.vij.

A
De nathā ꝓpheta dauid volente edificare tēplum.

Actuꝫ eſt aūt cum ſediſſet rex in domo ſua: ⁊ dominꝰ dediſſet ei requieꝫ vndiqꝫ ab vniuerſis inimicis ſuis: dixit ad nathan prophetā. Uides ne ꝙ ego habitem in domo cedrina: ⁊ arca dei poſita ſit in medio pellium. Dixitqꝫ Nathan ad regeꝫ. Omne quod eſt incorde tuo vade fac: quia dominus tecum eſt. Factum eſt autem in illa nocte: et ecce ſermo domini ad Nathan dicens. Uade ⁊ loquere ad ſeruum meuꝫ Dauid. Hec dixit dominus. Nunquid tu edificabis mihi domuꝫ ad habitandum. Neqꝫ enim habitaui in domo ex die illa qua eduxi Jſrael de terra egypti vſqꝫ in dieꝫ hanc: ſed ambulabam in tabernaculo et in tentorio per cuncta loca que trāſiui cū oībus filijs Jſrl. Nunqd loquēs locutꝰ ſuꝫ ad vnā de tribubus iſrael cū p̄cepi vt paſceret pplꝫ meū Jſrael dicēs. Quare non edificaſti mihi domum cedrinam. Et nūc hec dices ſuo meo Dauid. Hec dicit dn̄s exercituū. Ego tuli te de paſcuis ſequētē greges vt eſſes dux ſuꝑ pplm̄ meum Jſrael: et fui tecum in oībus vbicunqꝫ ambulaſti et interfeci vniuerſos inimicos tuos a facie tua fecique tibi nomen grande iuxta nomen magnorum qui

j.reg.xvj.

B

ſunt in terra. Et ponam locū populo meo Jſrael: ⁊ plantabo eum: ⁊ habitabo cum eo: ⁊ nō turbabitur amplius nec addent filij iniquitatis vt affligant eum ſicut ꝑus ex die qua conſtitui iudices ſuꝑ pplm̄ meum iſrael. Et requiē dabo tibi ab oībus inimicis tuis p̄dicitqꝫ tibi dn̄s ꝙ domū faciat tibi dn̄s. Cumqꝫ cōpleti fuerint dies tui et dormieris cum patribus tuis ſuſcitabo ſemē tuum poſt te: ꝙ egredieť de vtero tuo et firmabo regnum eius. Jpſe edificabit domum nomini meo: ⁊ ſtabiliā thronum regni eius vſqꝫ in ſempiternum. Ego ero ei in patreꝫ: ⁊ ipſe erit mihi in filium. Qui ſi inique aliquid geſſerit: arguam eum in virgaꝫ virorum ⁊ in plagis filiorum hominum. Miſericordiā autē meam nō auferā ab eo ſicut abſtuli a Saul quem amoui a facie mea. Et fidelis erit domus tua ⁊ regnum tuū vſqꝫ in eternum ante faciem meaꝫ: ⁊ thronꝰ tuus erit firmus iugiter. Scđm oia verba hec ⁊ iuxta vniuerſaꝫ viſionē iſtā: ſic locutꝰ eſt Nathā ad Da

iiij.Reg. viij.c.

j.Para ip xxij.c.

Predicit dauid ꝙ filius ſuꝰ edificaret templū ⁊ bn̄dicit ei ⁊ poſteritati.

C

Hebre. j. b. Gras agit deo Dauid ſe humiliando.

uid. Ingreſſus eſt autez rex dauid ꝛ ſedit coꝛam dño ꝛ dixit. Quis ego ſum dñe deus: ꝛ que dom⁹ mea: quia adduxiſti me huc uſq;: Sed ꝛ hoc paꝝ viſum eſt in conſpectu tuo dñe deus niſi loqueris etiam de domo ſerui tui in longinquuz. Iſta eſt enim lex Adam dñe deus. Quid ergo addere poterit adhuc dauid vt loquatur ad te? Tu enim ſcis ſeruum tuum dñe deus. Propter verbũ tuũ ꝛ ſm coꝛ tuuz feciſti omnia magnalia hec: ita vt notum faceres ſeruo tuo. Idcirco magnificatus es dñe deus: quia non eſt ſimilis tui: nec eſt de⁹ extra te in omnibus que audiuimus auribus noſtris. Que eſt autẽ vt populus tuus Iſrael gens in terra propter quã iuit deus vt redimeret eaz ſibi in populum ꝛ poneret ſibi nomen: faceretq; eis magnalia ꝛ hoꝛribilia ſuper terraz a facie populi tui quem redemiſti tibi ex egypto gente et

D deo eius: Firmaſti enim tibi populum tuum Iſrael in populum ſempiternum: ꝛ tu dñe deus factus es eis in deum. Nunc ergo dñe deus verbũ quod locutus es ſuper ſeruuz tuuz ꝛ ſuper domũ eius ſuſcita in ſempiternum: ꝛ fac ſicut locutus es vt magnificetur nomen tuũ vſq; in ſempiternum: atq; dicatur. Dñe deus exercituũ deus ſuper Iſrl': Et domus ſerui tui dauid erit ſtabilita corã dño: q; tu dñe exercituũ deus Iſrael reuelaſti auriculam ſerui tui dicens domũ edificabo tibi: propterea inuenit ſeruus tuus coꝛ ſuuz vt oꝛaret te oꝛone hac. Nunc ergo dñe deus tu es de⁹: ꝛ verba tua erunt vera. Locutus es enim ad ſeruum tuũ bona hec. Incipe ergo ꝛ benedic domui ſerui tui vt ſit in ſempiternum coꝛam te: q; tu domine deus locutus es hec: ꝛ benedictione tua benedicet domus ſerui tui in ſempiternum.

Capituli. Sũmarium. De victoriis Dauid qui tulit frenũ tributi de Philiſthijm: de adadezer: de tributis gentium Moab: Syrie: ꝛ Idumee: de congratulatione Thau ad Dauid: de officialibus Dauid. Capitulum. viij.

A j. Paralip. vj. a. Victoria dauid z philiſthijm: mo-

Factuz eſt aũt poſt hec percuſſit dauid philiſthijm ꝛ humiliauit eos ꝛ tulit dauid frenũ tributi de manu philiſthijm ꝛ percuſſit moab ꝛ menſus eſt eos funiculo coequans terre. Menſus eſt autẽ duos funiculos: vnum ad occidendũ ꝛ vnum ad viuificanduz. Factus eſt Moab dauid ſeruiẽs ſub tributo. Et percuſſit Dauid Adadezer filiũ Roob regẽ Soba: quãdo profectus eſt vt dñaretur ſuper flumẽ euphratem. Et captis dauid ex parte eius mille ſeptingentis equitibus: ꝛ viginti milibus peditũ ſubneruauit oẽs iugales curruũ. Dereliquit aũt ex eis centũ currus. Venit q; Syria damaſci vt preſidium ferret adadezer regi Soba. Et percuſſit dauid de Syria vigitiduo milia viroꝝ: ꝛ poſuit dauid preſidiũ in Syria damaſci: factaq; eſt Syria dauid ſeruiens ſub tributo. Seruauitq; dñs

ab: z Syria ꝛ adadezer reges ſoba.

B dauid in oibus ad quecũq; ꝑfectus eſt. Et tulit dauid arma aurea ꝛ toꝛques aureos quos habebant ſerui Adadazer: ꝛ detulit ea in Hieruſalem. ꝛ de Bethe ꝛ de Beroth ciuitatibus Adadezer tulit rex dauid es multum nimis: de quo fecit ſalomon oĩa vaſa erea in templo: ꝛ mare eneum et colũnas ꝛ altare. Audiuit autẽ Thou rex Emat q; percuſſiſſet dauid omne robur Adadezer: ꝛ miſit Thou Ioꝛam filium ſuum ad regẽ dauid vt ſalutaret eũ: congratulans ꝛ gratias ageret: eo q; expugnaſſet Adadezer ꝛ percuſiſſet eum. Hoſtis quippe erat Thou Adadezer: ꝛ in manu ei⁹ erãt vaſa aurea ꝛ vaſa argentea ꝛ vaſa erea que ꝛ ipſa ſanctificauit rex dauid dño cum argento ꝛ auro que ſanctificauerat de vniuerſis gentibus quas ſubegerat de Syria ꝛ Moab ꝛ filijs Ammõ ꝛ phi

De cõgratulatiõe thou regis ad dauid.

C liſthijm ꝛ Amalech ꝛ de manubijs Adadezer filij Roob regis Soba. Fecit q; ſibi dauid nomẽ cuz reuerteretur capta Syria in valle Salinarũ Ceſis decem ꝛ octo milibus ꝛ in Gebelez ad viginti tria milia: ꝛ poſuit in idumea cuſtodes: ſtatuitq; preſidium. Et facta eſt vniuerſa idumea ſeruiens dauid ꝛ ſeruauit dñs dauid in oibus ad quecunq; profectus eſt. Et regnauit dauid ſuper oẽm Iſrael. Faciebat q; dauid iudicium ꝛ iuſticiam omni populo ſuo. Ioab autẽ filius Saruie erat ſupˀ j.xx.g.
exercitũ. Poꝛro Ioſaphat fili⁹ Ahilud erat a cõmẽtarijs ꝛ Sadoch fili⁹ Achitob ꝛ Achimelech filius Abiathar erãt ſacerdotes ꝛ Saraias ſcriba. Banaias autem filius Ioiade ſuper Cerethi ꝛ Pheleti. Filij autem Dauid ſacerdotes erant.

Capitu. Sũma. De ſiba ſeruo Miphiboſeth: de miſericoꝛdia quam fecit dauid Miphboſeth claudo filio Ionathe. Caplz. ix. A

Dixit Dauid. Putaſne eſt aliquis qui remanſerit de domo Saul vt faciam cũ eo miſericoꝛdiam propter Ionatham. Erat aũt de domo Saul ſeru⁹ nomine ſiba. Quẽ cũ vocaſſet rex ad ſe dixit ei: Tune es ſiba: Et ille rñdit. Ego ſuz ſeru⁹ tu⁹. Et ait

B rex: Nunqd ſupeſt aliqs de domo Saul: vt faciã cũ eo miaz dei: Dixitq; ſiba regi: Supeſt fili⁹ Ionate debilis pedib⁹: Ubi inqt ẽ. Et ſiba ad regẽ. Ecce ait in domo eſt machir filij amihel in lodabar. Miſit g̃ rex dauid: ꝛ tulit eũ de domo Machi filij amihel de lodabar. Cũ aũt veniſſet: Mi-

phiboſet fili⁹ ionathe filij ſaul ad dauid: corruit in faciē ſuā ⁊ adorauit. Dixitq₃ dauid miphiboſeth. Qui rn̄dit: Adſū ſeru⁹ tu⁹. Et ait ei dauid: Ne timeas: q: faciēs faciā in te miaꝫ ꝓpter Jonathā prēs tui: ⁊ reſtituā tibi oēs agros ſaul patris tui: ⁊ tu comedes panē in mēſa mea ſemper. Qui adorās eū dixit: Quis ego ſū ſeru⁹ tu⁹: qm̄ reſpexiſti ſuper canē mortuū ſimilē mei: Uocauit itaq₃ rex Sibam puerū Saul: ⁊ dixit ei. Oia quecunq₃ fuerūt Saul ⁊ vniuerſaꝫ domū eius dedi filio dn̄i tui. Operare igit̄ ei terrā tu ⁊ filij tui ⁊ ſerui tui ⁊ inferes filio dn̄i tui cibos, vt alat̄. Miphiboſeth autē fili⁹ dn̄i tui comedet ſemꝑ paneꝫ ſuper menſaꝫ meā. Erāt aūt ſibi quindecim filij ⁊ viginti ſerui. Dixitq₃ ſiba ad regē: ſicut iuſſiſti dn̄e mi rex ſeruo tuo ſic faciet ſeruus tu⁹. Et miphiboſeth cōedet ſuꝑ mēſaꝫ meā quaſi vn⁹ de filijs regis. Habebat aūt miphiboſeth filium paruulum nomine Micha. Omnis vero cognatio dom⁹ ſibe ſeruiebat miphiboſeth. Porro miphiboſeth habitabat in Hierl'm: q: de menſa regis iugiter veſcebat̄: ⁊ erat claudus vtroq₃ pede.

¶ Capi. Sum. ¶ De nuncijs dauid quib⁹ rex Anon fecit radi dimidiam barbam ⁊ veſtes vſq₃ ad nates: de pugna ⁊ victoria Joab ⁊ Abiſai fratris contra Ammon ⁊ Syros: de Syris qui erāt trans flumen conducti ab adadeſer admonitis: quos poſtea percuſſit dauid. Capl'm.x.

Factū eſt aūt poſt hec vt morerer̄ rex filioꝝ Ammon et regnauit Anon fili⁹ ei⁹ pro eo. Dixitq₃ dauid: Faciā miaꝫ cū Anon filio Naas: ſicut fecit pater eius mecū miam. Miſit ḡ dauid cōſolans eū per ſeruos ſuos ſuꝑ prīs interitu. Cū aūt veniſſent ſerui dauid in terrā filioꝝ Ammon: dixerūt pncipes filioꝝ Ammon ad Anon dn̄ꝫ ſuū: Putas ꝙ ꝓpter honorē prīs tui miſerit dauid ad te ꝯſolatores: ⁊ nō ideo vt te inueſtigaret ⁊ exploraret ciuitatē ⁊ euerteret eā: miſit dauid ſeruos ſuos ad te. Tulit itaq₃ Anō ſeruos dauid: raſitq₃ dimidiā ꝑteꝫ barbe eoꝝ ⁊ pſcidit veſtes eoꝝ medias vſq₃ ad nates: ⁊ dimiſit eos. Qđ cū nūciatū eſſet dauid: miſit ī occurſuꝫ eoꝝ. Erāt eīn viri ꝯfuſi turpiter valde. Et mādauit eis dauid: Manete in hiericho donec creſcat barba vr̄a: ⁊ tūc reuertimini. Uidētes autē filij āmon ꝙ iniuriā feciſſent dauid miſerūt ⁊ cōduxerunt mercede ſyꝛū Roob ⁊ ſyꝛū ſoba viginti milia peditū ⁊ a rege Maacha mille viros ⁊ ab hiſtob decē milia viroꝝ. Qđ cū audiſſet dauid: miſit Joab ⁊ oēs exercituꝫ bellatoꝝ. Egreſſi ſunt ḡ filij Ammon ⁊ direxerunt aciē ante ipm introituꝫ porte. Syꝛus autē ſoba ⁊ Roob ⁊ hiſtob ⁊ maacha ſeorſū erāt in cāpo. Uidēs igit̄ Joab ꝙ preparatū eſſet aduerſuꝫ ſe pliū: ⁊ ex aduerſo poſt tergū elegit ſibi ex oībus electis Jſrl': ⁊ inſtruxit aciē cōtra ſyꝛū: reliquā autē ꝑtem ppl'i tradidit Abiſai fratri ſuo. Qui direxit aciē aduerſus filios Ammon: Et ait Joab: Si ꝑualuerint aduerſū me ſyꝛi eris mihi in adiutorium: ſi aūt filij Ammon ꝑualuerint aduerſum te: auxiliabor tibi. Eſto vir fortis ⁊ pugnem⁹ pro ppl'o nr̄o ⁊ ciuitate dei nr̄i. Dn̄s aūt faciet ꝙ bonū eſt in conſpectu ſuo. Jnijt itaq₃ Joab ⁊ ppl's ei⁹ qui erat cū eo certamē ꝯ Syros: qui ſtatim fugerūt a facie eius. Filij autē Ammon videtes: q: fugiſſent Syri: fugerūt ⁊ ipſi a facie Abiſai: ⁊ ingreſſi ſunt ciuitatē. Reuerſuſq₃ eſt ioab a filijs āmon ⁊ venit hieruſalē. Uidētes igit̄ filij āmon qm̄ ſyꝛus expauit: ⁊ qm̄ corruiſſet corā iſrael: cōgregati ſunt pariter. Miſitq₃ adadeſer ⁊ eduxit ſyros qui erant trans fluuiū ⁊ adduxit eoꝝ exercitū. Sobach autem magiſter militie adadeſer erat princeps eorum. Quod cū nunciatū eſſet dauid cōtraxit oēꝫ Jſraelē ⁊ trāſiuit iordanē: venitq₃ in helema. Et direxerunt aciē ſyri ex aduerſo dauid ⁊ pugnauerunt cōtra iſrael. Fugeruntq₃ Syri a facie Jſrael: ⁊ occidit dauid de ſyris ſeptingētos curr⁹ ⁊ quadraginta milia equitū: ⁊ Sobach principē militie ꝑcuſſit qui ſtatim mortuus eſt. Uidētes aūt vniuerſi reges qui erāt in pſidio adadeſer ſe victos eſſe ab Jſrael: expauerūt: ⁊ fugerunt quinquaginta ⁊ octo milia coram Jſrael. Et fecerūt pacem cum Jſrael ⁊ ſeruierunt eis: timueruntq₃ Syri auxilium prebere filijs Ammon.

¶ Ca. Sum. ¶ De adulterio dauid cū bethſabee: de litteris ⁊ morte vrie: de nuncio Joab ad dauid de filio nato de Bethſabee. Capl'm.xj.

Factū eſt aūt vertente anno eo tpe quo ſolent reges ad bella procedere: miſit dauid Joab ⁊ ſeruos ſuos cum eo: ⁊ vniuerſum Jſrael ⁊ vaſtauerunt filios Ammon ⁊ obſederunt rabba. Dauid autem remanſit in hierl'm. Dū hec ageret accidit quadam die vt ſurgeret dauid de ſtratu ſuo poſt meridieꝫ ⁊ deambularet in ſolario domus regie: viditq₃ mulierē ſe lauanteꝫ ex aduerſo ſuper ſolariū ſuū. Erat aūt mulier pulchra valde. Miſit ergo rex ⁊ requiſiuit que eſſet mulier. Nūciatumq₃ eſt ei ꝙ ipſa eſſet Bethſabee filia Heliam vxor Urie ethei. Miſſis itaq₃ dauid nuncijs tulit eā. Que cum ingreſſa eſſet ad illum dormiuit cū ea. Statimq₃ ſanctificata eſt ab immundicia ſua. ⁊ reuerſa eſt in domum ſuam concepto fetu. Mittenſq₃ nunciauit Dauid et ait. Concepi. Miſit autem Dauid ad Joab dicens: Mitte ad me vriā etheum. Miſitq₃ Joab vriam ad Dauid. Et venit vrias ad Dauid. Queſiuitq₃ Dauid ꝙ recte ageret Joab ⁊ populus: ⁊ quomodo adminiſtraretur bellum. Et dixit dauid ad vriam. Uade in domum tuam et laua pedes tuos. Et egreſſus eſt Urias de domo regis: ſecutuſq₃ eſt eum cib⁹ regius. Dormiuit autē Urias ante portā domus regie cum alijs ſeruis domini ſui: ⁊ nō deſcendit

A j.paralip.xix. Anon raſit barbā nūtijs dauid ⁊ de oppugnat āmon ⁊ ſyros.

Ano raſit barbam.

A j.paral'.xx. De adulterio Dauid cū bethſabee ꝓ vxore vrie.

Ad occultandū adulterium dauid cū bethſabee vrias retrahit̄ a bello vt cū muliere copuletur.

ad domum ſuam. Nunciatūqꝫ eſt Dauid a dicentibus: Non iuit vrias ad domū ſuam. Et ait Dauid ad vriam. Nunqd non de via veniſti. Quare non deſcendiſti in domuꝫ tuam. Et ait Urias ad Dauid. Arca dei ⁊ Iſrael ⁊ Juda habitāt in papilionibus: ⁊ dn̄s meus Joab ⁊ ſerui dn̄i mei ſuper faciem terre manent ⁊ ego ingrediar domuꝫ meam vt comedam ⁊ bibam ⁊ dormiam cum vxore mea. Per ſalutem tuam ⁊ per ſalutem anime tue non faciā reꝫ hanc. Ait ergo Dauid ad Uriā. Mane hic etiaꝫ hodie: et cras dimittam te. Mā-

C

Dauid per ep̄ſam facit vriam poni in periculo belli ⁊ ibi occidit vrias.

ſit Urias in Hieruſalem in die illa et altera: ⁊ vocauit eum Dauid vt comederet corā ſe ⁊ biberet et inebriauit eum. Qui egreſſus veſpere dormiuit in ſtratu ſuo cum ſeruis domini ſui ⁊ in domum ſuam non deſcendit. Factum eſt ergo mane: et ſcripſit Dauid epiſtolam ad Joab: miſitqꝫ per manuꝫ Urie: ſcribens in epiſtola: Ponite Uriam ex aduerſo belli vbi fortiſſimuꝫ eſt prelium: et derelinquite eum vt percuſſus intereat. Igitur cum Joab obſideret vrbem poſuit Uriā in loco vbi ſciebat viros eſſe fortiſſimos. Egreſſiqꝫ viri de ciuitate bellabant aduerſum Joab: ⁊ ceciderunt de populo ſeruorum Dauid: mortuꝰ eſt etiam Urias Etheus. Miſit itaqꝫ Joab ⁊ nūciauit Dauid omnia verba prelij: precepitqꝫ nūcio dicens. Cum compleueris vniuerſos ſermones belli ad regem: ſi eum videris indignari et dixerit: quare acceſſiſtis ad murum vt preliaremini an ignorabatis ꝙ multa deſuꝑ ex muro tela mittantur. Quis percuſſit Abimelech filium Hierobaal. Nōne mulier miſit ſuper eum fragmen mole de muro ⁊ interfecit eum in thebes. Quare iuxta murum acceſſiſtis dices. Etiam ſeruus tuus Urias etheus occubuit. Abijt ergo nuncius et venit et narrauit Dauid omnia que ei preceperat Joab: et dixit nuncius ad Dauid. Preualuerunt aduerſuꝫ nos viri: et egreſſi ſunt ad nos in agrum. Nos auteꝫ facto impetu perſecuti eos ſumus vſqꝫ ad portam ciuitatis: ⁊ direxerūt Jacula ſagittarij ad ſeruos tuos ex muro deſuper: mortuiqꝫ ſunt de ſeruis regis: Quinetiam ſeruus tuus Urias etheus mortuus eſt. Et dixit Dauid ad nuncium. Hec dices Joab. Non te frangat iſta res. Uarius enim euentus eſt belli: et nunc hunc et illum conſumit gladius. Conforta bellatores tuos aduerſus vrbem vt deſtruas eam: et exhortare eos. Audiuit autem vxor Urie ꝙ mortuus eſſet Urias vir ſuus: et planxit eum. Tranſactoqꝫ luctu miſit Dauid ⁊ introduxit eam in domum ſuam: et facta eſt ei vxor: peperitqꝫ ei filium. Et diſplicuit verbum hoc quod fecerat Dauid coram domino.

Judi.ix. ſ.

D

C Capituli. Summarium. C De parabola Nathan ad Dauid: de oue pauperis: de puero Dauid: de morte paruuli filij: de natiuitate Salomonis qui vocatꝰ eſt amabilis domino: de captione Rabbath: ⁊ de victoria Dauid in ea.

Capitulum. xij.

A

Miſit ergo dominus Nathan ad Dauid. Qui dum veniſſet ad eum dixit ei. Reſponde mihi iudiciū. Duo viri erāt in ciuitate vna. vnus diues ⁊ alter pauꝑ. Diues habebat oues ⁊ boues plurimos valde: pauper autem nihil habebat omnino preter ouem vnam paruulam quam emerat et nutrierat: et que creuerat apud eum cum filijs eius ſimul de pane illius comedens et de calice eius bibens: et in ſinu illius dormiens: eratqꝫ illi ſicut filia. Cuꝫ autem peregrinus quidam veniſſet ad diuitem: parcens illi ſumere de ouibus et de bobus ſuis: vt exhiberet conuiuium peregrino illi qui venerat ad ſe: tulit ouem viri pauperis et preparauit cibos homini illi qui venerat ad ſe. Iratus autem indignatione Dauid aduerſus hominem illum nimis dixit ad Nathan. Uiuit dominus: quoniam filius mortis eſt vir qui fecit hoc qui reddet in quadruplum: eo ꝙ fecerit verbuꝫ iſtud ⁊ non pepercerit. Dixit autem Nathan ad Dauid. Tu es ille vir qui feciſti hanc rem. Hec dicit dominus deus Iſrael. Ego vnxi te in regem Iſrael: et ego erui te de manu Saul: ⁊ dedi tibi domum domini tui: ⁊ vxores domini tui in ſinu tuo: dediqꝫ tibi domū Iſrael ⁊ Juda: ⁊ ſi parua ſunt iſta adijciam tibi multo maiora. Quare ergo contempſiſti verbum domini vt faceres maluꝫ in conſpectu meo. Uriam etheum percuſiſti gladio: et vxorem illius accepiſti in vxorem tibi: ⁊ interfeciſti eum gladio filiorū Ammon. Quāobrem nō recedet gladius de domo tua vſqꝫ in ſempiternuꝫ. eo ꝙ deſpexeris me ⁊ tuleris vxorem Urie ethei vt eſſet vxor tua. Itaqꝫ hec dicit dn̄s. Ecce ego ſuſcitabo ſuper te malum de domo tua: ⁊ tollam vxores tuas in oculis tuis: ⁊ dabo primo tuo: ⁊ dormiet cū vxoribus tuis in oculis ſolis huius. Tu enim feciſti abſcondite: ego autem facio verbum iſtud in conſpectu omnis Iſrael: ⁊ in cōſpectu ſolis huiꝰ. Et dixit Dauid ad Nathā. Peccaui dn̄o. Dixit nathan ad dauid. Dn̄s qꝫ tranſtulit peccatū tuuꝫ. Non morieris. Uerūtamen qm̄ blaſphemare feciſti inimicos nomen dn̄i propter verbū hoc filius qui natus eſt tibi morte morietur. Et reuerſus eſt Nathan in domū ſuam. Percuſſit qꝫ dn̄s paruulū quē pepererat vxor vrie dauid: ⁊ deſperatus eſt. Deprecatuſqꝫ eſt dauid dn̄m pro paruulo: ⁊ ieiunauit dauid ieiunio ⁊ ingreſſus ſeorſum iacuit ſuper terram. Uenerūt autem ſeniores domus eius: cogētes eū vt ſurgeret de terra. Qui noluit nec comedit cū eis cibū: Accidit autē die ſeptima vt moreret infans: timuerūtqꝫ ſerui dauid nūciare ei ꝙ mortuꝰ eſſet paruulus: dixerūt eñ: Ecce cū paruulus adhuc viueret loquebamur ad eū: ⁊ nō audiebat vocē noſtram: quāto magis ſi dixerimꝰ mortuus eſt puer: ſe affliget: Cuꝫ ergo Dauid audiſſet ſeruos ſuos muſitantes: intellexit ꝙ mortuus eſſet infantulus. Dixitqꝫ ad ſeruos ſuos: Num mortuus eſt

De reprehenſiōe parabolica Nathan ad Dauid ꝑ ꝓphetam ꝓpter homicidium et adulterium cum berſabe.

B

C

Penitētia dauid. Eccleſiaſt. xlvij. b.

D

De pe. di. c. voluiſſem. ſ. deniqꝫ. c. peccatū dauid.

De morte filij nati ex dauid ⁊ berſabee. xxxij. q. ij. c. poſt ipſius.

E

puer. Qui reſponderunt ei: Mortuus eſt. Sur⸗
rexit ergo Dauid de terra: et lotus vnctuſqꝫ eſt
Cumqꝫ mutaſſet veſtem ingreſſus eſt domuꝫ do
mini: ⁊ adorauit ⁊ venit in domū ſuā: petiuitqꝫ vt
F ponerent ei panem: et comedit. Dixerunt autē
ei ſerui ſui. Quis eſt ſermo quem feciſti: propter
infantem cum adhuc viueret: ieiunaſti ⁊ flebas:
mortuo autem puero ſurrexiſti ⁊ comediſti pa⸗
nem. Qui ait. Propter infantem cum adhuc vi⸗
ueret: ieiunaui ⁊ fleui: Dicebam enim: Quis ſcit
ſi forte donet eum mihi dominus ⁊ viuat infans:
Nunc autem quia mortuus eſt: quare ieiuno:
Nunquid potero reuocare eum amplius: Ego
vadam magis ad eum ille vero no reuertetur ad
me. Et conſolatus eſt Dauid Bethſabee vxo⸗
Natiuitas ſalomonis filij dauid. rem ſuam: ingreſſuſqꝫ ad eam dormiuit cum ea.
Que genuit filium: ⁊ vocauit nomen eius Salo⸗
mon: et dominus dilexit eum. Miſitqꝫ eum in
i. Paralip. iij. b. manu Nathan prophete: et vocauit nomen eius
amabilis domino: eo ꝙ diligeret eum dominus.
Matt. j. a. Igitur pugnabat Joab contra Rabath regē fi⸗
B liorum Ammon et expugnabat vrbem regiam:
Victoria dauid ⁊ ioab. Miſitqꝫ Joab nuncios ad Dauid: dicens: Di⸗
micaui aduerſum Rabbath: et capienda eſt vrbs
aquarum. Nunc igitur congrega reliquam par⸗
tem populi: et obſide ciuitatem et cape eam: ne
cum a me vaſtata fuerit vrbs nomini meo aſcriba
tur victoria. Congregauit itaqꝫ Dauid omnem
populum et profectus eſt aduerſum Rabbath.
i. Paralip. xx. b. Cumqꝫ dimicaſſet: cepit eam. Et tulit diadema
regis eorum de capite eius pondo auri talentuꝫ
habens gemmas precioſiſſimas: et impoſitum
eſt ſuper caput dauid. Sed et predam ciuitatis
aſportauit multam valde: populum quoqꝫ eius
adducens ſerrauit: et circūuexit ſuper eos ferra⸗
ta carpenta. Diuiſitqꝫ cultris ⁊ traduxit in ty⸗
po laterum. Sic fecit vniuerſis ciuitatibus fi⸗
liorum Ammon. Et reuerſus eſt Dauid ⁊ om⸗
nis exercitus in Hieruſalem.

¶ Capituli. Summariū. ¶ De inceſtu Am⸗
non cum ſorore ſua Thamar et quomodo ab⸗
ſalon occidit eum in conuiuio: De fuga Abſa⸗
lon in Geſſur: Dauid ceſſat perſequi Abſalon.

Capitulum. xiij.

A Actum eſt autē poſt
hec vt Abſalon filij Dauid ſo⸗
rorem ſpecioſiſſimam vocabu⸗
lo Thamar adamaret Amnon
filius Dauid: ⁊ deperiret in
eam valde: ita vt propter amo
rem eius egrotaret: quia cum
eſſet virgo difficile ei videbatur vt quippiam in⸗
honeſte ageret cum ea. Erat autē Amnon ami⸗
cus nomine Jonadab filius Semma fratris da⸗
uid vir prudens valde. Qui dixit ad eum: Quare
ſic attenuaris macie fili regis per ſingulos dies
Cur non indicas mihi: Dixitqꝫ ei Amnon: Tha⸗
mar ſororem fratris mei Abſalon: amo. Cui re⸗
ſpondit Jonadab: Cuba ſuper lectulum tuum
⁊ languorē ſimula. Cumqꝫ venerit pater tuus vt
viſitet te: dic ei: Veniat oro Thamar ſoror mea
vt det mihi cibū: ⁊ faciat pulmētuꝫ ⁊ comedā de
manu eius. Accubuit itaqꝫ Amnō: ⁊ quaſi egro⸗
tare cepit. Cūqꝫ veniſſet rex ad viſitandū eū: ait
Amnon ad regē: Veniat obſecro Thamar ſoror B
mea vt faciat in oculis meis duas ſorbiciūculas:
⁊ cibū paratū capiā de manu eius: Miſit ergo da⸗
uid ad Thamar domū dicēs: veni in domuꝫ Am⸗
non fratris tui ⁊ fac ei pulmentū. Venitqꝫ Tha⸗
mar in domuꝫ Amnō fratris ſui: ille aūt iacebat.
Que tollēs farinā cōmiſcuit ⁊ liquefaciēs in ocu
lis eius coxit ſorbiciūculas: tollēſqꝫ qđ coxerat ef
fudit ⁊ poſuit corā eo: ⁊ noluit cōedere. Dixitqꝫ
Amnon: Eijce vniuerſos a me. Cumqꝫ eiecisſent
omnes dixit Amnon ad Thamar. Infer cibum in
cōclaui vt veſcar de manu tua. Tulit ero Thamar
ſorbiciūculas quas fecerat: ⁊ intulit ad Amnon
fratrē ſuū in cōclaui. Cūqꝫ obtuliſſet ei cibū: ap⸗ C
prehendit eā: ⁊ ait: Veni cuba mecuꝫ ſoror mea.
Que rñdit ei. Noli frater mi: noli opprimere me
neqꝫ eñ hoc fas eſt in Iſrl': noli facere ſtulticiam Thamar violatur ab amnon fratre ⁊ filio dauid
hāc. Ego eñ ferre nō potero opprobriū meū: et ex lvij. diſ. c. ſicut hi. ſ. ne ceſſe.
tu eris quaſi vnus de inſipientib⁹ in Iſrl': qn po⸗
tius loquere ad regē: ⁊ nō negabit me tibi. No⸗
luit aūt Amnon acquieſcere p̄cib⁹ eius: ſꝫ preua⸗
lens virib⁹ opp̄ſſit eā ⁊ cubauit cū ea. Et exoſaꝫ
eam habuit odio magno nimis ita vt maius eſſet
odiū quo oderat eā: amore quo ante dilexerat. Di
xitqꝫ ei Amnon. Surge ⁊ vade. Que rñdit ei. Ma
ius eſt hoc malū qđ nūc agis aduerſum me: q̄ꝫ ꝙ
ante feciſti: expellēs me. Et noluit audire eā: ſed
vocato puero qui miſtrabat ei: dixit: Eijce hanc
a me foras ⁊ claude oſtiū poſt eā. Que īduta erat
talari tunica: huiuſcemodi eñ filie regis virgines
veſtibus vtebant. Eiecit itaqꝫ eā miniſter ill⁹ fo⸗ D
ras: clauſitqꝫ fores poſt eā. Que aſpergēs cinerē
capiti ſuo ſciſſa talari tunica: impoſitiſqꝫ manib⁹
ſup caput ſuum ibat ingrediēs ⁊ clamās. Dixit
autē ei Abſalon frater ſuus: Nunqd ānon frater
tuus cōcubuit tecū: Sꝫ nūc ſoror tace: frater tu⁹
eſt. Neqꝫ affligas cor tuuꝫ p hac re. Manſit itaqꝫ
Thamar cōtabeſcens in domo Abſalō fratris ſui
Cū autē audiſſet rex dauid verba hec: cōtriſtat⁹
eſt valde: ⁊ noluit cōtriſtare ſpirituꝫ Amnon filij
ſui: qm̄ diligebat eū: qr primogenit⁹ erat ei. Por⸗
ro nō eſt locut⁹ abſalō ad Amnon nec maluꝫ nec
bonū. Oderat eñ abſalon amnon: eo ꝙ violaſſet
Thamar ſororem ſuam. Factum eſt autē poſt tē
pus biennij vt tonderentur oues abſalon in bala
ſor: que eſt iuxta Ephraim. Et vocauit Abſalon
omnes filios regis: venit ad regem ⁊ ait ad eum. E
Ecce tondentur oues ſerui tui: veniat oro rex cū
ſeruis ſuis ad ſeruum ſuum. Dixitqꝫ rex ad Ab⸗
ſalon. Noli fili mi noli rogare vt veniamus om⸗
nes et grauemus te. Cum autem cogeret eum ⁊
noluiſſet ire: benedixit ei. Et ait Abſalon ad da⸗
uid. Si non vis venire: veniat obſecro nobiſcum
ſaltem frater meus. Dixitqꝫ ad eum rex. Non
eſt neceſſe vt vadat tecum. Coegit itaqꝫ Abſalon
eum: ⁊ dimiſit cum eo Amnon ⁊ vniuerſos filios

regis fecerat itaqꝫ Abſalon conuiuium quaſi cō/
uiuium regis. Preceperat autē Abſalon pueris
Abſalon ꝑꝑ raptuꝫ thamar inſidio ſe facit occidere ānon.
ſuis dicēs. Obſeruate cū temulentus fuerit Am
non vino: ⁊ dixero vobis percutite euꝫ ⁊ interfici
te nolite timere. Ego em̄ ſuꝫ qui ꝑcipio vobis ro
boramini ⁊ eſtote viri fortes. Fecerunt ergo pue
ri Abſalon aduerſuꝫ Amnon ſicut preceperat eis
F Abſalon. Surgenteſqꝫ omnes filij regis aſcende
runt ſinguli mulas ſuas ⁊ fugerunt. Cumqꝫ ad/
huc pergerent in itinere: fama peruenit ad Da/
uid dicens. Percuſſit Abſalon omnes filios re/
gis: ⁊ non remanſit ex eis ſaltem vnus. Surrexit
itaqꝫ rex Dauid et ſcidit veſtimenta ſua: ⁊ ceci/
dit ſuper terram: ⁊ omnes ſerui illius qui aſſiſte/
bant ei: ſciderunt veſtimēta ſua. Reſpondens au
tem Jonadab filius Semma fratris Dauid di/
xit. Ne eſtimet dominus meus rex ꝙ om̄es pue
ri regis occiſi ſint. Amnon ſolus mortuꝰ eſt: qm̄
in odio Abſalon erat poſitus ex die qua oppreſ/
G ſit Thamar ſororem eius. Nunc ergo ne ponat
dominus meus rex ſuper cor ſuuꝫ verbuꝫ iſtud:
dicens: omnes filij regis occiſi ſunt: quoniā Am/
non ſolus mortuus eſt. Fugit autē Abſalon ⁊ ele/
uauit puer ſpeculator oculos ſuos ⁊ aſpexit: ⁊ ec
ce populus multus veniebat per iter deuiuꝫ ex la
tere montis. Dixit autē Jonadab ad regē. Ec/
ce filij regis adſunt: iuxta verbuꝫ ſerui tui ſic fa/
ctuꝫ eſt. Cumqꝫ ceſſaſſet loqui: apparuerūt ⁊ filij
De fuga abſalō filij dd ob occiſioneꝫ amnon fratris ſui.
regis. Et intrātes leuauerunt vocē ſuā ⁊ fleuerūt
Sed ⁊ rex ⁊ oēs ſerui eiꝰ fleuerunt. ploratu ma/
gno nimis. Porro Abſalon fugiēs abijt ad Tho
lomai filium Ammiur regē geſſur. Luxit ergo da
uid filiuꝫ ſuuꝫ amnon multis diebus. Abſalon au
tem cuꝫ fugiſſet ⁊ veniſſet in geſſur fuit ibi tribꝰ
annis: ceſſauitqꝫ rex Dauid perſequi Abſalon: eo
ꝙ conſolatus eſſet ſuper Amnon interitu.

¶ Capituli. Summarium. ¶ De Joab et
muliere Thecuite: et parabola eius ad Dauid.
De reuocatione Abſalon: de Geſſur in Hieru/
ſaleꝫ: ꝙ faciem regis non vidit tribus annis: de
pulchritudine Abſalon: de pondere capillorum
eius ducentis ſiclis: de ſegete Joab ſuccenſa: Jo
ab intrat ad regem rogans pro Abſalon: vocatur
Abſalon ⁊ oſculatur a rege.

Capitulum. xiiij.

INtelligens aūt Joab
A
filius Saruie ꝙ cor regis verſum
eſſet ad Abſalon: miſit thecuam
et tulit inde mulierem ſapienteꝫ:
Dixitqꝫ ad eam. Lugere te ſimu
la: et induere veſte lugubri et ne vngaris oleo: vt
Joab ꝑ parabolā thecue ĩpetrat reuocationē abſalon.
ſis quaſi mulier iam plurimo tempore lugens
mortuum: et ingredieris ad regē et loqueris ad
eum ſermones huiuſcemodi. Poſuit autem
Joab verba in ore eius. Itaqꝫ cum ingreſſa fuiſ
ſet mulier thecuites ad regem cecidit coram eo
ſuper terram et adorauit: et dixit. Serua me rex
B
et ait ad eam rex. Quid cauſe habes. Que reſpō/
iiij. reg. vj. f.
dit. Heu mulier vidua ego ſum. Mortuus eſt
enim vir meus: et ancille tue erant duo filij qui
rixati ſunt aduerſum ſe in agro: nulluſqꝫ erat qui
eos prohibere poſſet: et percuſſit alter alterum:
et interfecit eum: et ecce conſurgens vniuerſa co
gnatio aduerſum ancillam tuam dicit. Trade eū
qui percuſſit fratrem ſuum vt occidamus eum
pro anima fratris ſui quem interfecit: et delea/
mus heredem: et querunt extinguere ſcintillam
meam que relicta eſt vt non ſuperſit viro meo no
men ⁊ reliquie ſuper terram: Et ait rex ad mu/
C
lierem. Vade in domum tuam et ego iubebo pro
te. Dixitqꝫ mulier thecuites ad regem. In me
domine mi rex: ſit iniquitas et in domum pa/
tris mei: rex autem et thronus eius ſit innocēs.
Et ait rex. Qui contradixerit tibi: adduc eum
oro thecue ad dauid ꝑ ꝑcedenti reuocatione.
ad me: et vltra non addet vt tanget te. Que ait
Recordetur rex Domini dei ſui vt non multi/
plicentur proximi ſanguinis ad vlciſcendum: et
nequaqꝫ interficiant filium meum. Qui ait. Vi/
D
uit dominus: quia non cadet de capillis filij tui
Eccleſiaſti. xxv. d.
ſuper terram. Dixit ergo mulier. Loquatur an
cilla tua ad dominum meum regem verbum. Et
ait: Loquere. Dixitqꝫ mulier. Quare cogi/
taſti huiuſcemodi rem contra populum dei: et
locutus eſt rex verbum iſtud vt peccet ⁊ nō redu/
cat eiectum ſuuꝫ. Omnes morimur: ⁊ quaſi aqua
dilabimur in terram que nō reuertitur. Nec vult
deus perire animam: ſed retractat cogitans ne
penitus pereat qui abiectus eſt. Nunc igit̄ veni
vt loquar ad dn̄m meuꝫ regeꝫ verbuꝫ hoc ꝑſente
populo. Et dixit ancilla tua. Loquar ad regem:
j. xix. d.
ſi quomodo faciat rex verbū ancille ſue. Et audi/
E
uit rex verba vt liberaret ancillā ſuā de manu oīꝫ
qui volebant de hereditate dn̄i delere me: ⁊ filiuꝫ
meum ſimul. Dicat ergo ancilla tua vt fiat ver/
bum dn̄i mei regis ſicut ſacrificiuꝫ: Sicut em̄ an/
gelus dn̄i ſic eſt dn̄s meus rex vt nec benedictiōe
nec maledictione moueat̄. Unde ⁊ dn̄s deus tuꝰ
eſt tecum. Et rn̄dens rex dixit ad mulierem. Ne
s. xj. b.
abſcondas a me verbum quod te interrogo. Di/
xitqꝫ ei mulier. Loquere dn̄e mi rex. Et ait rex.
Nunquid manus Joab tecuꝫ eſt in oībus iſtis.
Reſpondit mulier et ait. Per ſalutē anime tue
dn̄e mi rex: nec ad ſiniſtram nec ad dexteram eſt
ex oībus his que locutus eſt dn̄s meus rex. Ser/
uus enim tuus Joab ipſe ꝑcepit mihi: ⁊ ipſe po/

Reuocatur abſalon:ſed dauid noluit videre eũ.

F

ſuit in os ancille tue oĩa verba hec vt verterem fi
guram ſermonis huius. Seruus enĩ tuus ioab
pꝛecepit Iſtud. Tu autẽ dñe mi rex ſapiens es: ſi
cut habet ſapientiã angelus dei: vt intelligas om
nia ſuper terram. Et ait rex ad Ioab. Ecce placa
tus feci verbũ tuũ. Vade ergo ⁊ reuoca puerũ
abſalon. Cadenſq; Ioab ſuper faciẽ ſuam in ter
ram adoꝛauit ⁊ bñdixit regi. Et dixit Ioab. Ho
die intellexit ſeruus tuus: q: inueni gratiam in
oculis tuis dñe mi rex. Feciſti enĩ ſermonem dñi
mi rex ſerui tui. Surrexit ergo Ioab ⁊ abijt in
Geſſur: ⁊ adduxit Abſalon in hieruſalem. Dixit
autẽ rex. Reuertatur in domum ſuã: ⁊ faciẽ meã
nõ videat. Reuerſus eſt itaq; abſalon in domum
ſuam: ⁊ faciẽ regis non vidit. Poꝛro ſicut Abſa
lon vir non erat pulcher in omni Iſrael: ⁊ deco
rus nimis. A veſtigio pedis vſq; ad verticem non
erat in eo vlla macula. Et qñ tondebat capillum.
(Semel autẽ in anno tondebat: q: grauabat eum
ceſaries) ponderabat capillos capitis ſui ducen
tis ſiclis pondere publico. Nati ſunt autẽ Abſa
lon filij tres: ⁊ filia vna: nomine Thamar: elegan
B tis foꝛme. Manſitq; Abſalon in Hieruſalem duo
bus annis: ⁊ faciẽ regis nõ vidit. Miſit itaq; ad
Ioab vt mitteret eum ad regem. Qui noluit ve
nire ad eum. Cumq; ſecundo miſiſſet ⁊ ille noluiſ
ſet venire ad eum: dixit ſeruis ſuis. Scitis agrũ
Ioab iuxta agrum meum: habentem meſſem
hoꝛdei: ite igitur et ſuccendite eum igni. Succen
derunt ergo ſerui abſalon ſegetẽ igni. Et venien
tes ſerui Ioab ſciſſis veſtibꝰ ſuis dixerunt. Suc
cenderunt ſerui Abſalon partem agri igni. Sur
rexitq; Ioab ⁊ venit ad abſalon in domum eius:
⁊ dixit. Quare ſuccẽderunt ſerui tui ſegetẽ meã
igni. Et reſpondit Abſalon ad Ioab. Miſi ad
te obſecrans vt venires ad me et mitterem te ad
regem: ⁊ diceres ei. Quare veni de Geſſur. Me
lius mihi erat ibi eſſe. Obſecro ergo vt videam fa
ciem regis: ꝙ ſi memoꝛ eſt iniquitatis mee: inter
ficiat me. Ingreſſus itaq; Ioab ad regem: nun
ciauit ei omnia hec. Vocatuſq; eſt Abſalon: ⁊ in
trauit ad regem: ⁊ adoꝛauit ſuper faciem terre co
ram eo. Oſculatuſq; eſt rex Abſalon.

C.S. **De Abſalõ quomodo incuruabat coꝛda viroꝛum poſt ſe: volens regnare: de coniuratione eius contra patrem: de fuga Dauid: de Ethai getheo qui tranſiuit cum rege Sadoch ⁊ abiathar miſſis in hierl'm: de chuſi remiſſo ad abſalon vt diſſipet conſilium achitofel.** Capl'm. xv.

Abſalõ filiꝰ dauid: doloſe nititur vſurpare regnũ ⁊ cõiuratione ꝫ pñtẽ.

Igitur poſt hec fecit
ſibi Abſalon currus ⁊ equites:
et quinquaginta viros qui pꝛe
cederent eum. Et mane cõſur
gẽs abſalõ ſtabat iuxta introi
tum poꝛte in via: ⁊ omnem virũ
qui habebat negocium vt veni
ret ad regis iudicium: vocabat Abſalon ad ſe: et
dicebat. De qua ciuitate es tu? Qui reſpondens
aiebat. Ex vna tribu Iſrael ego ſum ſeruus tuus
Reſpondebatq; ei abſalon. Videntꝰ mihi ſermo
nes tui boni ⁊ iuſti: ſed non eſt qui te audiat con
ſtitutus a rege. Dicebatq; abſalon. Quis me cõ
ſtituat iudicẽ ſuper terrã vt ad me veniant omñs
qui habent negocium ⁊ iuſte iudicem. Sed ⁊ cum
accederet ad eum homo vt ſalutaret illum: exten
debat manum ſuam: ⁊ appꝛehendens: oſculabatꝰ B
eum. Faciebatq; hoc omni Iſrl' venienti ad iudi
cium vt audiretꝰ a rege: ⁊ ſollicitabat coꝛda viro
rum Iſrl'. Poſt quadraginta autẽ annos dixit
Abſalon ad regẽ dauid. Vadã ⁊ reddã vota mea
que voui dño in hebꝛon. Vouens enĩ vouit ſeruꝰ
tuus cum eſſet in geſſur ſyꝛie: dicens. Si reduxe
rit me dñs in hierl'm: ſacrificabo dño. Dixitq; ei
rex dauid. Vade in pace. Et ſurrexit ⁊ abijt in he C
bꝛon. Miſit autem Abſalon exploꝛatoꝛes in vni
uerſas tribus Iſrael: dicens. Statim vt audieri
tis clangoꝛem buccine dicite. Regnabit Abſalon
in Hebꝛon. Poꝛro cum Abſalon ierunt ducenti
viri de Hieruſalem vocati: euntes ſimplici coꝛde
⁊ cauſam penitus ignoꝛantes. Acceerſiuit quoq;
Abſalon Achitofel gilonitem conſiliarium Da D
uid de ciuitate ſua Gilo. Cumq; immolaret vi
ctimas: facta eſt coniuratio valida: populuſq; cõ De fuga
currens augebatur cum Abſalon. Venit igitur dauid ppt̃
nuncius ad Dauid: dicens. Toto coꝛde vniuer abſalon con
ſus Iſrael ſequitur Abſalon. Et ait Dauid ſer iurationem.
uis ſuis qui erant cum eo in Hieruſalem. Surgi xxiij. q. v. c.
te. Fugiamus: neq; enim erit nobis effugium a quis enim.
facie Abſalon. Feſtinate egredi: ne foꝛte veniens
occupet nos: et impellat ſuper nos ruinam: ⁊ per
cutiat ciuitatem in oꝛe gladij. Dixeruntq; ſerui
regis ad eum. Omnia quecunq; pꝛeceperit dñs
noſter rex libenter exequemur ſerui tui. Egreſ
ſus eſt ergo rex: et vniuerſa domus eius pedibꝰ
ſuis. Et dereliquit rex decem mulieres concubi
nas ad cuſtodiendam domum. Egreſſuſq; rex ⁊ E
omnis Iſrael pedibus ſuis: ſtetit pꝛocul a do
mo ⁊ vniuerſi ſerui eius ambulabant iuxta eum ⁊
legiones cerethi ⁊ phelethi ⁊ oẽs gethei pugna
toꝛes validi ſexcenti viri qui ſecuti eũ fuerant de Ethai ge
Geth pꝛecedebãt regem. Dixit aũt rex ad ethai theus volu
getheum. Cur venis nobiſcum. Reuertere ⁊ ha it aſſociari
bita cum rege: quia peregrinus es ⁊ egreſſus es dauid in pe
de loco tuo. Heri veniſti: et hodie compelleris no riculo con
biſcum egredi. Ego autem vadam quo iturus tra abſalon
ſum. Reuertere et reduc tecum fratres tuos: ⁊ do F
minus faciet tecum miam ⁊ veritatẽ: q: oſtendi Ruth. ij. c.
ſti gratiam ⁊ fidem. Et reſpõdit Ethai regi: di
cens. Viuit dñs: ⁊ viuit dñs meꝰ rex: qm̃ in quo
cunq; loco fueris dñe mi rex: ſiue in moꝛte: ſiue in
vita: ibi erit ſeruus tuus. Et ait Dauid Ethai.
Veni ⁊ tranſiuit ethai getheus ⁊ rex ⁊ omnes vi
ri qui cum eo erant: ⁊ reliqua multitudo. Oẽſq;
flebant voce magna: et vniuerſus populus tran
ſibat. Rex quoq; tranſgrediebatur toꝛrentem ce
dron: ⁊ cunctus populus incedebat contra viam
oliue que reſpicit ad deſertum. Venit aũt ⁊ Sa
doch ſacerdos ⁊ vniuerſi leuite cũ eo: poꝛtantes
arcã federis dei: ⁊ depoſuerunt arcã dei. Et aſcẽ

dit Abiathar donec expletus eſſet omnis popu
F lus qui egreſſus fuerat de ciuitate. Et dixit rex
ad Sadoch. Reporta arcam in vrbem. Si inue-
nero gratiā in oculis domini: reducet me ⁊ oſten
det mihi eam ⁊ tabernaculum ſuuꝫ. Si aūt dixe
rit mihi non places: preſto ſum: faciat ꝙ bonum
eſt corā ſe: ⁊ dixit rex ad Sadoch ſacerdotē. O vi
dens reuertere in ciuitateꝫ in pace ⁊ Achimaas
filius tuus ⁊ Jonathas filius Abiathar duo filij
veſtri ſunt vobiſcū. Ecce ego abſcondar in cam-
peſtribus deſerti donec veniat ſermo a vobis in
dicās mihi. Reportauerūt ergo Sadoch ⁊ Abia
thar Arcam dei in Hieruſaleꝫ: ⁊ manſerunt ibi.
Porro Dauid aſcēdebat cliuiū oliuarum ſcan
dens ⁊ flens nudis pedibus incedēs ⁊ operto ca
pite. Sed ⁊ omnis ppl's qui erat cum eo operto
capite aſcendebat plorans. Nunciatū eſt auteꝫ
Dauid ꝙ Achitofel eſſet in coniuratiōe cū Ab-
G ſalō. Dixitq; Dauid. Infatua queſo dn̄e cōſiliū
chuſi explo Achitofel. Cumq; aſcēderet Dauid ſummitatē
rato: ꝯſilij montis in quo adoraturus erat dominum: ecce
abſalon. occurrit ei chuſi arachites ſciſſa veſte: ⁊ terra ple
no capite. Et dixit ei Dauid. Si veneris mecuꝫ
eris mihi oneri: ſi auteꝫ in ciuitatem reuertaris
et dixeris Abſalon: ſeruus tuus ſum rex: patere
me viuere ſicut fui ſeruus patris tui: ſic ero ſer-
j.xvij.c. uus tuus: diſſipabis conſiliū Achitofel. Habes
autem tecum Sadoch ⁊ Abiathar ſacerdotes:
et omne v̄bum quodcunq; audieris in domo re
gis indicabis Sadoch ⁊ Abiathar ſacerdotibus.
Sunt enim cum eis duo filij eoꝝ: Achimas fili9
Sadoch: ⁊ Jonathā filius Abiathar: ⁊ mittetis
per eos ad me omne v̄bum ꝙ audieritis. Veniē
te ergo Chuſai amico dauid in ciuitatem: Abſa
lon quoq; ingreſſus eſt hier'l'ꝫ ⁊ Acchitofel cū eo.

Capituli. Summarium. De Seba ſeruo
Miphiboſeth cuꝫ duobus aſinis de Semei: qui
maledixit: de Abiſai qui voluit occidere Semei.
de Chuſi: quare non iſſet cum Dauid: venit Ab
ſalon ad cōcubinas patris ſui. Capitulū. xvj.

A
ſeba ſeruus
miphibo-
ſeth cū duo
bus aſinis
oneratis ci
bis occur-
rit dauid.

Uncq; Dauid tran
ſiſſet paululuꝫ montis verticē
apparuit Seba puer Miphi
boſeth in occurſum eius cum
duob9 aſinis qui onerati erāt
ducentis panibus: et centum
ligaturis vue paſſe et ſeptem
maſſis palatarum: ⁊ duobus vtribus vini. Et di
xit rex Sebe. Quid ſibi volunt hec. Reſpondit-
q; Seba. Domine mi rex aſini domeſticis regis
vt ſedeant: et panes et palate ad veſcendum pue
B ris: tuis vinum autem vt bibat ſi quis defecerit
in deſerto. Et ait rex. Ubi eſt filius domini tui.
iij.reg.ij.b. Reſponditq; Seba regi. Remanſit Hieruſaleꝫ
Semei ma dicēs. Hodie reſtituet mihi dominus Iſrael re
ledixit da- gnum patris mei. Et ait rex Sebe. Tua ſint om
uid per op nia que fuerunt Miphiboſeth. Dixitq; Seba.
probria. Oro vt inueniam gratiā apud te domine mi rex.

Venit ergo rex dauid vſq; bahuriꝫ. Et ecce egre
diebatur inde vir de cognatione domus ſaul no
mine ſemei filius gera: ꝓcedebatq; egrediēs et
maledicebat mittebatq; lapides cōtra dauid cō
tra vniuerſos ſeruos regis dauid. Omnis auteꝫ
populus ⁊ vniuerſi bellatores a dextro ⁊ a ſini-
ſtro latere regis incedebāt. Ita aūt loquebatur
ſemei cū malediceret regi. Egredere egredere
vir ſanguinū: ⁊ vir belial. Reddidit tibi dn̄s vni-
uerſuꝫ ſanguinē domus ſaul qm̄ inuaſiſti regnū
pro eo ⁊ dedit dn̄s regnū in manu abſalō filij tui
et ecce premunt te mala tua qm̄ vir ſanguinū es.
Dixit aūt Abiſai fili9 ſaruie regi. Quare maledi
cit canis hic moriturus dn̄o meo regi. Vadaꝫ et
amputabo caput eius. Et ait rex. Quid mihi et Patiēter
vobis eſt filij ſaruie dimittite eū vt maledicat: dauid fert
dominus em̄ precepit ei vt malediceret dauid. illa oppro
Et quis eſt qui audeat dicere: quare ſic fecerit. bria.
Et ait rex abiſai ⁊ vniuerſis ſeruis ſuis. Ecce fi- C
lius meus qui egreſſus eſt de vtero meo querit j.xix.d.
animaꝫ meam ꝙ̄tomagis hic filius iemini male eccl'.xxv.d.
dicet mihi: dimittite eū vt maledicat iuxta pre- j.xxiij.b.
ceptum domini: ſi forte reſpiciat dominus affli-
ctionē meā ⁊ reddat mihi dominus bonū pro ma
ledictiōe hac hodierna. Ambulabat itaq; dauid
et ſocij eius per viam cum eo. Semei aūt per iu
guꝫ mōtis ex latere cōtra illuꝫ gradiebatur: ma
ledicens et mittens lapides aduerſum eum: ter
ramq; ſpargens. Venit itaq; rex dauid et vniuer-
ſus populus cum eo laſſus: et refocillati ſunt ibi
Abſalō aūt ⁊ omnis populus eius ingreſſi ſunt
hieruſalem: ſed ⁊ achitofel cum eo. Cū autem ve
niſſent chuſai arachites amicus dauid ad abſa- Oro chuſi
lon locutus eſt ad eum. Salue rex ſalue rex. Ad ad abſalon
quem abſalon. Hec eſt inq̄t grā tua ad amicum
tuum. Quare non iuiſti cum amico tuo. Reſpon D
ditq; chuſai ad abſalō. Nequaq̄ quia illius ero
quem elegit dominus: et omnis hic populus et
vniuerſus Iſrael: et cum eo manebo. Sed vt et
hoc inferam: cui ego ſeruiturus ſum. Nonne fi-
lio regis. Sicut parui patri tuo: ita parebo et
tibi. Dixit autem abſalon achitofel. Inite conſi
lium quid facere debeamus. Et ait achitofel ad
abſalon. Ingredere ad concubinas patris tui
quas dimiſit ad cuſtodiendam domum: vt cum
audierit omnis iſrael ꝙ fedaueris patrem tuuꝫ:
roborentur tecum manus eorum. Tetendit ergo
Abſalon tabernaculum in ſolario: ingreſſuſq; xlvij. diſ.c.
eſt ad concubinas patris ſui coram vniuerſo Iſ ſicut nec ne
rael. Conſilium autem Achitofel quod dabat in ceſſe.
in diebus illis: quaſi ſi quis conſuleret deum.
Sic erat omne conſilium Achitofel: et cum eſ-
ſet cum Dauid: et cum eſſet cum Abſalon.

Capi. Sūma. De conſilio achitofel diſſi
pato per conſilium chuſai de: ionatha ⁊ achima
as qui retulerunt conſilium ad dauid: ⁊ qualiter
deſcenderunt ad puteuꝫ: de ſuſpendio Achitofel
de amaſa conſtituto pro Joab ab abſalon: de
viris: offerentibus munera Dauid ne populus
fame vel ſiti periclitetur. Capitulum. xvij.

A
Chuſai diſſipat conſilium Achitofel erga Abſalon.

DIxit ergo Achitofel
ad Abſalon: Eligam mihi duode
cim milia virorum et conſurgens
perſequar David hac nocte: et
irruens ſuper eum: quippe qui laſ
ſus eſt ⁊ ſolutis manibus percutiam eum. Cum
qꝫ fugerit omnis populus qui cum eo eſt: percu
tiam regem deſolatum: et reducam vniuerſuꝫ po
pulum quomodo vnꝰ homo reuerti ſolet. Vnuꝫ
enim virum tu queris: et omnis populus erit in
pace. Placuitqꝫ ſermo eius Abſalon et cunctis
maioribus natu Iſrael. Ait autem Abſalon: Vo
cate Chuſai arachitem: et audiamus quid etiaꝫ
ipſe dicat. Cumqꝫ veniſſet Chuſai ad Abſalon:
B ait Abſalon ad eum. Huiuſcemodi ſermonem lo
cutus eſt Achitofel. Facere debemus an non: qđ
das conſilium? Et dixit Chuſai ad Abſalon: Nō
eſt bonum conſilium quod dedit Achitofel hac
vice. Et rurſum intulit Chuſai: Tu noſti patreꝫ
tuum et viros qui cum eo ſunt eſſe fortiſſimos ⁊
amaro animo: veluti ſi vrſa raptis catulis in ſal-
tu ſeuiat. Sed et pater tuus vir bellator eſt nec
morabitur cum populo. Forſitan nunc latitat in
foueis: aut in vno quo voluerit loco: ⁊ cum ceci-
derit vnus quilibet in principio: audiet quicun-
qꝫ audierit: et dicet: Facta eſt plaga in pplo qui
ſequebatur Abſalon. Et fortiſſimꝰ quiſqꝫ cuius
C cor eſt quaſi leonis: pauore ſoluetur. Scit enim
omnis populus Iſrael fortem eſſe patrem tuuꝫ:
et robuſtos omnes qui cum eo ſunt. Sed hoc mi
hi videtur rectum eſſe conſilium: Congregetur
ad te vniuerſus populus Iſrael a Dan vſqꝫ ber
ſabee: quaſi arena maris innūerabilis: et tu eris
in medio eorum: et irruemus ſuper eum in quo-
cunqꝫ loco inuentus fuerit: et operiemus eum
ſicut cadere ſolet ros ſuper terram: et non re-
linquemus de viris qui cum eo ſunt: nec vnum
quidem. Quod ſi vrbem aliquam fuerit ingreſ-
ſus: circundabit omnis Iſrael ciuitati illi fu-
nes ⁊ trahemus eam in torrentem vt non repe-
riatur: nec calculus quidem ex ea. Dixitqꝫ Ab-
ſalon et omnes viri Iſrael: Melius eſt conſiliuꝫ
Chuſai arachite conſilio Achitofel. Domini au-
tem nutu diſſipatum eſt conſilium Achitofel vti
le: vt induceret dominus ſuper Abſalon malum.
Et ait Chuſai ſadoch ⁊ abiathar ſacerdotibus.
Hoc ⁊ hoc modo conſilium dedit Achitofel ab-
D ſalon: et ſenioribus Iſrael: et ego tale et tale de-
di conſiliū. Nunc ergo mittite cito: et nunciate
David: dicentes: Ne moreris nocte hac in cam
peſtribus deſerti: ſed abſqꝫ dilatione tranſgrede
re: ne forte abſorbeatur rex: et omnis populus
raonis vxorẽ. De ſomno ⁊ ſapiẽtia Salomonis.
De iudicio duarum meretricum. Capi. iij.

Confirmatuz eſt igi A
tur regnũ in manu Salomõis ij. Parali.
et affinitate coniũctus eſt pha j.a.
raoni regis egypti. Accepit nã De confirma
qꝫ filiã eius ⁊ adduxit in ciuita tione regni
tem Dauid donec compleret ſalomonis
edificans domũ ſuam: ⁊ domũ accipiẽtis
domini et murum hieruſalem per circuitũ. At filiã pharao
tamen ppl's immolabat in excelſis. Non eñ edi nis vxorẽ.
ficatum erat tẽplũ nomini dñi vſqꝫ in diez illuz.
Dilexit autẽ Salomõ dñm ambulans in prece
ptis dauid patris ſui: excepto ꝙ in excelſis imo
labat ⁊ accendebat thymiama. Abijt itaqꝫ Sa
lomon in Gabaon vt immolaret ibi. Illud quip
pe erat excelſuz maximum. Mille hoſtias in ho
locauſtum obtulit Salomõ ſuper altare illud in
Gabaon. Apparuit aũt dñs Salomoni per ſom
nium nocte: dicens: Poſtula qđ vis vt dem tibi.
Et ait Salomõ: Tu feciſti cũ ſeruo tuo Dauid De ſomno ⁊
patre meo miſericordiã magnã ſicut ambulauit ſcia ſalomo
in conſpectu tuo in veritate ⁊ iuſticia ⁊ recto cor nis petitio
de tecum. Cuſtodiſti ei miſericordiã tuam gran obtẽta cũ
dem: et dediſti ei filium ſedentem ſuper thronũ alijs donis
eius: ſicut eſt hodie. Et nunc dñe deus tu regna j. paralip.
re feciſti ſeruum tuum pro Dauid patre meo. xij.a.
Ego autẽ ſum puer paruulus ⁊ ignorans egreſ j. paralip.
ſum et introitum meum: ⁊ ſeruus tuus in medio j.a.
eſt populi quem elegiſti populi infiniti: qui enu Sap ix.b.
merari ⁊ ſupportari non põt pre multitudĩe. Da B
bo ergo ſeruo tuo cor docilem vt populuz tuũ iudi
care poſſit et diſcernere inter bonum et malum.
Quis enim poteſt iudicare populum iſtum: po xxxvi. di. ec
pulum tuum hunc multum: Placuit ergo ſer cleſiaſticis
mo coram domino ꝙ Salomon rẽ huiuſcemodi ſ. cccc.
poſtulaſſet. Et dixit dominus Salomoni. Quia
poſtulaſti verbum hoc et non petiſti tibi dies
multos: nec diuitias: aut animas inimicorum
tuorum: ſed poſtulaſti tibi ſapientiam ad diſcer
nendum iudicium ecce feci tibi ſecundum ſermo
nes tuos. Et dedi tibi cor ſapiens ⁊ intelligens
intantũ: vt nullus ante te ſimilis tui fuerit: nec
poſt te ſurrecturus ſit. Sed ⁊ hec que non poſtu
laſti dedi tibi: diuitias ſcilicet ⁊ gloriaz: vt nemo
fuerit ſimilis tui in regibus cũctis retro diebus.
Si autem ambulaueris in vijs meis et cuſtodie C
ris precepta mea ⁊ mandata mea ſicut ambula
uit pater tuus: longos faciã dies tuos. Igiť cui

gilauit Salomon ⁊ intellexit ꝙ eſſet ſomnium. ¶Cumq; veniſſet Hieruſalem ſtetit coram arca federis domini ⁊ obtulit holocauſta: ⁊ fecit victimas pacificas ⁊ grande conuiuium vniuerſis famulis ſuis. Tunc venerunt due mulieres meretrices ad regem: ſteteruntq; coram eo: quarum vna ait: Obſecro mi domine: ego ⁊ mulier hec habitabamus in domo vna ⁊ peperi apud eam in cubiculo: Tertia autem die poſtꝙ ego peperi: peperit ⁊ hec. Et eram⁹ ſimul: nulluſq; alius nobiſcū in domo: exceptis nobis duabus. Mortuus eſt autem filius mulieris huius nocte. Dormiens quippe oppreſſit eum. Et conſurgens intempeſte noctis ſilentio: tulit filium meum de latere meo ancille tue dormientis: ⁊ collocauit in ſinu ſuo: ſuum autem filium qui erat mortuus poſuit in ſinu meo. Cumq; ſurrexiſſem mane vt darem lac filio meo: apparuit mortuus. Quem diligentius intuens clara luce: deprehendi non eſſe meū quem genueram. Reſpōditq; altera mulier: Nō eſt ita vt dicis: ſed filius tuus mortuus eſt: meus autem viuit. Econtrario illa dicebat: Mentiris: Filius quippe meus viuit et filius tuus mortu⁹ eſt. Atq; in hunc modum contendebant coram rege. Tunc rex ait: Hec dicit: Filius meus viuit: et filius tuus mortuus eſt. Et iſta reſpōdit: Nō: ſed filius tuus mortuus eſt: meus autem viuit. Dixit ergo rex: Afferte mihi gladium. Cumq; attuliſſet gladium coram rege. Diuidite inquit infantem viuum in duas partes et date dimidiā partem vni et dimidiam partē alteri. Dixit autem mulier cuius filius erat viuus ad regem: Commota ſunt quippe viſcera ei⁹ ſuper filio ſuo: Obſecro domine: date illi infantem viuum: et nolite interficere eum. Econtrario illa dicebat: Nec mihi nec tibi ſit: ſed diuidatur. Reſpondit rex et ait Date huic infantem viuū ⁊ non occidatur: hec eſt enim mater eius. Audiuit itaq; omnis Iſrael iudicium quod iudicaſſet rex: et timuerunt regem: videntes ſapientiam dei eſſe in eo ad faciendum iudicium.

De iudicio ſalomonis inter duas meretrices cōtendētes de filio viuo cuius eſſet.

B

De pſumptione.c. afferte.

Lu.vij.b.

¶Capituli. Summarium. ¶De principibus et prefectis Salomonis: de cibis menſe ei⁹: de multiplicatione equorum eius: de parabolis et carminibus eius ſuper lignis a cedro vſq; ad hyſopum qui egreditur de pariete.

Capitulum.iiij.

A

De principibus ſalomonis ⁊ prefectis.

Erat autem rex Salomon regnans ſuper omnem Iſrael: et hi principes quos habebat Azarias filius Sadoch ſacerdotis: Helioreph ⁊ Abia filij Seſa ſcribe. Ioſaphat filius Ahilud a commentarijs. Banaias filius Ioiade ſuper exercitū. Sadoch autem et Abiathar ſacerdotes: Azarias filius Natham ſuper eos qui aſſiſtebant regi. Sabud filius Nathan ſacerdos amicus regis: et Ahiaſar prepoſitus domus: et Adoniram filius Abda ſuper tributa. Habebat autē Salomon duodecim prefectos ſuper omnem Iſrael qui prebebant annonam regi et domui eius. Per ſingulos enim menſes in anno ſinguli neceſſaria miniſtrabant. Et hec nomina eorum. Benhur: in monte Ephraim. Bendecar in maces ⁊ in ſalebim: et in bethſames et in helon ⁊ in bethanan. Beneſed: in araboth. Ipſius enī erat ſoccoth et omnis terra Epher. Benab in Adab cuius omnis Nepthad Dorthaphet filiam Salomonis habebat vxorē. Bena filius Ahilud regebat thanach ⁊ Mageddo et vniuerſā Bethſan que eſt iuxta Sarthana ſubter Iezrael a Bethſan vſq; Abelmeula a regione Iecmam. Bengaber in Ramoth Galaad habebat auothiar filius manaſſe in Galaad. Ipſe erat in omni regione Argob que eſt in Baſan ſexaginta ciuitatibus magnis atq; muratis: que habebant ſeras ereas. Abinadab filius Addo preerat in Manain. Achimaas in Neptalim: ſed ⁊ ipſe habebat Bathſemat filiam Salomonis in coniugio. Baana filius Huſi: in Aſer ⁊ in Baloth. Ioſaphat filius Pharue in Iſachar. Semei filius Hela in Beniamin: Gaber filius Sur in terra Galaad: ⁊ in terra ſeon regis amorrei: ⁊ og regis baſan ſuper omnia que erant in illa terra. Iuda ⁊ Iſrael innumerabiles ſicut arena maris in multitudine comedentes ⁊ bibentes: atq; letantes. Salomon autē erat in ditione ſua: habens omnia regna ſecum in flumine terre Philiſtijm: vſq; ad terminū egypti: offerentium ſibi munera ⁊ ſeruientium ei cūctis diebus vite eius. Erat autem cibus Salomonis per dies ſingulos triginta chori ſimile: ⁊ ſexaginta chori farine: decē boues pingues: ⁊ viginti boues paſcuales: et centum arietes: excepta venatione ceruorum: caprarum: atq; bubalorum: et auium altilium. Ipſe enim obtinebat omnem regionem que erat transflumen quaſi a thapſa vſq; ad Gazam: et cunctos reges illarum regionum et habebat pacem ex omni parte in circuitu. Habitabatq; Iuda ⁊ Iſrael abſq; timore vllo: vnuſquiſq; ſub vite ſua: ⁊ ſub ficu ſua a Dan vſq; berſabee cunctis diebus Salomonis. Et habebat Salomon quadraginta milia preſepia equorum currilium: et duodecim milia equeſtrium. Nutriebantq; eos ſupradicti regis prefecti: ſed et neceſſaria menſe regis Salomonis cum ingenti cura prebebant in tempore ſuo. Hordeum quoq; et paleas equorum et iumentorum deferebant in locum vbi erat rex iuxta conſtitutū ſibi Dedit quoq; deus ſapientiam Salomoni: ⁊ prudentiam multam nimis et latitudinem cordis: quaſi arenam que eſt in littore maris. Et precedebat ſapientia Salomonis ſapientiam omniū orientalium et Egyptiorum: et erat ſapientior cunctis hominibus. Sapientior Ethan Ezraite et heman ⁊ calchal ⁊ dorda filijs Maol: ⁊ erat nominatus in vniuerſis gentibus per circuitū. Locutus eſt quoq; Salomon tria milia parabolas: et fuerunt carmina eius quinq; milia. Et diſputauit ſuper lignis a cedro que eſt in libano vſq;

B

C

De poſſeſſionibus ſalomonis et ciboꝝ apparatu.

D

De ſapientia ſalomonis.

De nūero parabolarū ſalomonis.

ad hyſopum que egreditur de pariete ⁊ diſſeruit de iumentis ⁊ volucribus ⁊ reptilib⁹ et piſcibus. Et veniebant de cunctis populis ad audiendam ſapientiam Salomonis: ⁊ ab vniuerſis regibus terre qui audiebant ſapientiam eius.

¶ C. S. ¶ Hirã mittit ad Salomonẽ ſeruos ſuos: Salomon mittit ad hirã regẽ tyri ligna petẽs ad edificãdũ domum dñi: ideo mercedẽ ꝓmittit ſeruis: letatur ſup hirã inciſione lignoꝝ poſtulata: cibos domui ſue poſtulat: de numero artificum. Capl'm. v.

A ij. Parali. ij. a. De cõfederatiõe hirã regis Tyri cũ ſalomõe cõcedentis ligna cedrina ad edificiũ tẽpli.

Miſitq3 et Hiram rex tyri ſeruos ſuos ad Salomonem. Audiuit em̃ ꝙ ipſum vnxiſſent regẽ ſuper Iſrl' pro pr̃e eius: q: amicus fuerat hirã dauid omni tp̃e. Miſit aũt Salomon ad hiraʒ dicẽs: Tu ſcis volũtatẽ Dauid pr̃is mei: q: nõ poterat edificare domũ nomini dñi dei ſui propter bella immiñẽtia p circuitũ: donec daret dñs eos ſub veſtigio pedũ ei⁹. Nũc autẽ requiem dedit deus meus mihi per circuitum: ⁊ non eſt ſatan neq3 occurſus malus: ꝗobrem cogito edificare tẽplum nomini dñi dei mei: ſicut locutus eſt dauid pr̃i meo: dicẽs:

De ꝯſe. di. j. c. j.

B Fili⁹ tuus quẽ dabo pro te ſup ſoliũ tuũ: ipſe edificabit domum nomini meo. Precipe igit' vt ꝑcidãt mihi ſerui tui cedros de libano: ⁊ ſerui mei ſint cuʒ ſeruis tuis: mercedẽ aũt ſeruoꝝ tuoꝝ dabo tibi quãcũq3 petieris Scis em̃ qñ nõ eſt in ppl'o meo vir qui nouerit ligna cedere ſicut ſidonij. Cũ ergo audiſſet hirã vba Salomonis letat⁹ eſt valde: ⁊ ait: Bñdict⁹ dñs de⁹ hodie q dedit dauid filiũ ſapiẽtiſſimũ ſup ppl'ʒ hũc plurimũ. Et miſit hirã ad Salomonẽ: dicẽs: audiui quecunq3 mãdaſti mihi.

C Ego faciã omnẽ volũtatem tuã in lignis cedrinis ⁊ abiegnis. Serui mei deponẽt ea de libano ad mare: ⁊ ego cõponã ea in ratib⁹ i mari: vſq3 ad locũ quẽ ſignificaberis mihi: ⁊ applicabo ea tibi: ⁊ tu tolles ea. Prebebiſq3 neceſſaria mihi vt deẽ cibus domui mee. Itaq3 hirã dabat ſalomoni ligna cedrina ⁊ ligna abiegna: iuxta oẽm volũtatẽ ei⁹. Salomon autẽ ꝑbebat hirã viginti milia choros tritici in cibũ domui ei⁹: ⁊ viginti choros puriſſimi olei. Hec tribuebat ſalomõ hirã p ſingulos ãnos:

D Dedit q3 dñs ſapiẽtiã ſalomoni: ſicut locut⁹ eſt ei. Et erat pax inter hirã ⁊ ſalomonẽ: ⁊ percuſſerũt ambo fedus. Elegitq3 rex Salomon operarios de omni Iſrl': ⁊ erat indictio triginta milia viroꝝ. Mittebatq3 eos in libanũ decẽ milia p mẽſes ſingulos viciſſim: ita vt duobus mẽſib⁹ eſſet in domibus ſuis. Et adonirã erat ſup huiuſcemodi indictionẽ. Fuerũt itaq3 ſalomon ſeptuaginta milia eoꝝ qui onera portabãt: ⁊ octoginta milia latomoꝝ in mõte abſq3 ꝓpoſitis q̃ ꝑerãt ſingulis operib⁹: nũero triũ miliũ ⁊ trecẽtoꝝ ꝑcipientiũ ppl'o: ⁊ hiis q̃ faciebãt op⁹. Precepitq3 rex vt tollerẽt lapides grãdes: lapides ꝑcioſos i fundamẽtũ tẽpli: ⁊ q̃drarẽt eos q̃s dolauerũt cemẽtarij ſalomonis ⁊ cemẽtarij hirã. Porro biblij ꝑparauerunt ligna ⁊ lapides ad edificandũ domum.

De operarijs templi.

giblii · operarii · provincia gebal

¶ Capituli. Summarium. ¶ Deſcribit' figura tẽpli: ⁊ fabrica porticus eius: altare oraculi cũ alijs intus edificatis. Capitulum. vj.

A De cõſtructione tẽpli ⁊ figura ei⁹. ij. pa. iij. a.

Actuʒ eſt igitur quadringẽteſimo ⁊ octogeſimo anno egreſſiõis filioꝝ Iſrl'. de terra egypti in ãno q̃rto mẽſe zio: ipſe eſt mẽſis ſcd's regni Salomonis ſup Iſrl' edificare cepit domũ dño. Dom⁹ aũt quã edificauit rex Salomon dño habebat ſexaginta cubitos in lõgitudine: ⁊ viginti cubitos in latitudine ⁊ triginta cubitos in altitudine. Et portic⁹ erat ante tẽplũ viginti cubitoꝝ lõgitudinis: iuxta mẽſuram latitudinis tẽpli: ⁊ habebat decẽ cubitos latitudinis ãte faciẽ tẽpli. Fecitq3 in tẽplo feneſtras obliquas. Et edificauit ſup parietẽ tẽpli tabulata p gyrũ in parietib⁹ dom⁹ p circuitũ templi ⁊ oraculi ⁊ fecit latera in circuitu. Tabulatum q̃d ſubter erat q̃nq3 cubitos habebat latitudinis ⁊ mediũ tabulatuʒ ſex cubitoꝝ latitudinis: ⁊ tertium tabulatuʒ ſeptẽ habẽs cubitos latitudinis. Trabes autẽ poſuit in domo per circuitũ foriſecus vt nõ hererent muris templi.

B Domus autẽ cum edificaret' de lapidibus dolatis atq3 perfectis edificata eſt: ⁊ malleus et ſecuris: ⁊ omne ferramẽtuʒ nõ ſunt audita in domo cũ edificaretur. Oſtium lateris medij in pariete erat dom⁹ dextre: ⁊ per cochleã aſcendebãt in mediũ cenaculũ ⁊ a medio in tertiũ. Et edificauit domũ ⁊ cõſummauit eaʒ. Texit quoq3 in domũ laquearib⁹ cedrinis: ⁊ edificauit tabulatuʒ ſuper omnẽ domum q̃nq3 cubitis altitudinis: ⁊ operuit domuʒ lignis cedrinis. Et factus eſt ſermo dñi ad Salomonẽ dicẽs. Domus hec quã edificas: ſi ambulaueris in preceptis meis: ⁊ iudicia mea feceris ⁊ cuſtodieris omnia mãdata mea gradiens per ea firmabo ſermoneʒ meuʒ tibi quẽ locutus ſuʒ ad dauid pr̃em tuum: ⁊ habitabo in medio filioꝝ Iſrael: ⁊ nõ derelinquã ppl'm meũ Iſrl'. Igitur edificauit Salomon domuʒ: ⁊ conſummauit eã. Et

edificauit parietes domus intrinſec⁹: tabulatis cedrinis. A pauimento domus vſqꝫ ad ſummitatem parietū: ⁊ vſqꝫ ad laquearia: ⁊ operuit lignis cedrinis intrinſecus: et texit pauimentū domus tabulis abiegnis. Edificauitqꝫ viginti cubitorū ad poſteriorem partem templi tabulata cedrina a pauimento vſqꝫ ad ſuperiora: ⁊ fecit interiorē domum oraculi in ſanctūſanctorum.

C

Porro quadraginta cubitorum erat ipſum templum pre foribus oraculi ⁊ cedro omnis domus intrinſecus veſtiebat̄ hñs tornaturas ⁊ iūcturas ſuas fabrefactas: ⁊ celaturas eminētes. Oia cedrinis tabulis veſtiebant̄: nec omnino lapis apparere poterat in pariete.

Debiſque erant infra templum.

Oraculum autem in medio domus in interioris parte fecerat: vt poneret ibi arcā federis domini. Porro oraculum habebat viginti cubitos longitudinis ⁊ viginti cubitos latitudinis: ⁊ viginti cubitos altitudinis: ⁊ operuit illud atqꝫ veſtiuit auro puriſſimo. Sed ⁊ altare veſtiuit cedro domum quoqꝫ ante oraculum operuit auro puriſſimo: ⁊ affixit laminas clauis aureis. Nihil erat in templo ꝙ non auro tegeret̄. Sed ⁊ totū altare oraculi texit auro. Et fecit in oraculo duos cherubim de lignis oliuarum decem cubitorum altitudinis. Quinqꝫ cubitorum ala cherub vna: ⁊ quinqꝫ cubitorum ala cherub altera id eſt decem cubitos habentes a ſummitate ale vnius vſqꝫ ad ale alterius ſummitatem. Decem quoqꝫ cubitorum erat cherub ſecundus in menſura pari: et opus vnum erat in duobus cherubim: id eſt altitudinem habebat vnus cherub decem cubitorū et ſimiliter cherub ſecundus.

D

Poſuitqꝫ cherubim in medio templi interioris. Extendebant autem alas ſuas cherubim: et tangebat ala vna parietem ⁊ ala cherub ſecundi tangebat parietem alterum: ale autem altere i media parte templi ſeinuicem contingebant. Texit quoqꝫ cherubim auro. Et omnes parietes templi per circuitum ſculpſit varijs celaturijs et torno. Et fecit in eis cherubim et palmas et picturas varias quaſi prominentes de pariete et egredientes. Sed et pauimentum domus texit auro intrinſecus et extrinſecus. Et in ingreſſu oraculi fecit duo oſtiola de lignis oliuarum: poſteſqꝫ angulorum quinqꝫ et duo hoſtia de lignis oliuarum. Et ſculpſit in eis picturam cherubim ⁊ palmarum ſpecies anaglypha valde prominentia: ⁊ texit ea auro: ⁊ operuit tam cherubim ꝙ palmas ⁊ cetera auro. Fecitqꝫ in introitu templi poſtes de lignis oliuarum quadrangulatos: et duo oſtia de lignis abiegnis altrinſecus: ⁊ vtrumqꝫ oſtium duplex erat: ⁊ ſeinuicem tenens aperiebatur. Et ſculpſit cherubim et palmas et celaturas valde eminentes operuitqꝫ omnia laminis aureis opere quadro ad regulam. Et edificauit atrium interius tribus ordinibus lapidum politorum: et vno ordine lignorum cedri.

[illegible] ✠ bul.

Anno quarto fundata eſt domus dñi in mēſe zio ⁊ in anno vndecimo menſe ✠ elul: ipſe eſt menſis octauus: perfecta eſt domus in omni opere ſuo: et in vniuerſis vtenſilibus ſuis. Edificauitqꝫ eam annis ſeptem.

¶ Capituli. Summmarium. ¶ De domo Salomonis edificata tredecim annis: de domo ſaltus: de domo filie Pharaonis de Hiram artifice erario: de duabus columnis: de mari fuſili: de baſibus eneis: de luteribus: de vaſis templi: de menſa aurea: de candelabris aureis. Ca. vij.

A De cōſtructione ſalomonis ⁊ domus libani

Domum autem ſuam edificauit Salomon tredecim annis: ⁊ ad perfectum vſqꝫ perduxit. Edificauit ꝙ domum ſaltus libani centum cubitorum longitudinis: ⁊ quinquaginta cubitorum latitudinis: ⁊ triginta cubitorum altitudinis: ⁊ quattuor deambulatoria inter columnas cedrinas. Ligna quippe cedrina exciderat in columnas: ⁊ tabulatis cedrinis veſtiuit totam cameram que quadragintaquinqꝫ columnis ſuſtentabatur. Vnus autem ordo habebat colūnas quindecim contra ſeinuicē poſitas: ⁊ e regione ſe reſpicientes equali ſpacio inter columnas: ⁊ ſuper colūnas quadrangulata ligna in cunctis equalia. Et porticum columnarum fecit quinquaginta cubitorum longitudinis et triginta cubitorum latitudinis: et alterā porticum in facie maioris porticus: ⁊ colūnas ⁊ epyſtilia ſup columnas fecit. Porticū ꝙ ſolij in qua tribunal eſt: fecit ⁊ texit lignis cedrinis a pauimento vſqꝫ ad ſummitatem ⁊ domuncula in qua ſederetur ad iudicandum: erat in medio porticu li ſimili opere.

B De domo filie pharaonis.

Domum quoqꝫ fecit filie pharaonis quam vxorem duxerat Salomon tali opere quali ⁊ hanc porticum. Omnia lapidibus precioſis qui ad normam quandam atqꝫ menſuram: tā intrinſecus ꝙ extrinſecus ſerrati erant a fundamento vſqꝫ ad ſummitatem parietum: ⁊ intrinſecus vſqꝫ ad atrium maius. Fundamenta autem de lapidibus precioſis: lapidibus magnis decem ſiue octo cubitorum: ⁊ deſuper lapides precioſi equalis menſure ſecte erant: ſimiliter ꝙ de cedro. Et atrium maius rotundum trium ordinum de lapidibus ſectis: ⁊ vnius ordinis de dolata cedro: necnon ⁊ in atrio domus domini interiori: et in porticu domus. Miſit quoqꝫ rex Salomon et tulit Hiram de tyro filium mulieris vidue de tribu neptalim patre tyrio artificem erarium: ⁊ plenum ſapientia et intelligentia et doctrina: ad faciendum omne opus ex ere. Qui cum veniſſet ad regem Salomonem: fecit omne opus eius: ⁊ finxit duas columnas ereas decem ⁊ octo cubitorū altitudinis columnā vnā: ⁊ linea duodecim cubitorum ambiebat colūnam vtranqꝫ.

C

Duo quoqꝫ capitella fecit que ponerentur ſuper capita colūnarum fuſilia ex ere: quinqꝫ cubitorum altitudinis capitellū vnum: ⁊ quinqꝫ cubitorum altitudinis capitellum vnum ⁊ quinqꝫ cubitorum altitudinis capitellū alterum: ⁊ quaſi in modum retis et catenarum ſibi inuicē miro opere contextarum. Vtrūqꝫ capitellum colūnarum fuſile erat. Septena verſuum retiacula in capitello vno: ⁊ ſeptena retiacula in capitello altero. Et perfecit colum-

nas ⁊ duos ordines per circuitum retiaculorum
ſingulorum: vt tegerent capitella que erant ſuꝑ
ſummitatem malogranatorum. Eodem modo
fecit ⁊ capitello ſecundo. Capitella autem que
erant ſuper capita columnarum quaſi opere lilij
fabricata erant in porticu quattuor cubitorum:
⁊ rurſum alia capitella in ſummitate columnarū
deſuper iuxta menſuram columne contra retiacu
la. Malogranatorū autem ducenti ordines erāt
in circuitu capitelli ſecundi. Et ſtatuit duas co
lumnas in porticu templi. Cumq́ ſtatuiſſent co
lumnam dexteram: vocauit eaʒ nomine Jachin.
D Similiter erexit columnam ſecundam: ⁊ vocauit
nomen eius Booʒ. Et ſuper capita columnaruʒ
opus in modum lilij poſuit perfectumq́ eſt opꝰ
columnarum. Fecit quoq́ mare fuſile decem cu
bitorum a labio vſq́ ad labium rotundum in cir
cuitu. Quinq́ cubitorum altitudo eius ⁊ retiacu
la triginta cubitorum cingebat illud per circuitū
⁊ ſculptura ſubter labium circuiebat illud deceʒ
cubitis ābiens mare. Duo ordines ſculpturarū
hiſtriatarum erant fuſiles: ⁊ ſtabant ſuper duo
decim boues. E quibus tres reſpiciebāt ad aqui
lonem: ⁊ tres ad occidentē: ⁊ tres ad meridiem:
⁊ tres ad orientem: ⁊ mare ſuper eos deſuꝑ erat:
quorum poſteriora vniuerſa intrinſecus latita
bant. Groſſitudo autē luteris triuʒ vnciaꝝ erat:
labiumq́ eiꝰ quaſi labiuʒ calicis: ⁊ folij repādij li
lij. Duo milia bathos capiebat: ⁊ tria milia me
tretas. Et fecit decem baſes eneas quattuor cu
bitorū longitudinis baſes ſingulas: ⁊ q̄ttuor cu
bitoruʒ latitudīs: ⁊ triuʒ cubitoꝝ altitudīs: ⁊ ipſ̄
opus baſium interraſile erat. Et ſculpture inter
iuncturas ⁊ inter coronulas ⁊ plectas: leones et
E boues ⁊ cherubin: ⁊ in iuncturis ſiſr deſuper. Et
ſubter leones ⁊ boues q̄ſi lora ex ere depēdētia: ⁊
quattuor rote per baſes ſingulas ⁊ axes erei: ⁊ ꝑ
q̄ttuor ꝑtes q̄ſi humeruli ſubter luterē fuſibiles
ↄ ſe inuicē reſpectātes. Os q́ luteris intrinſecꝰ
erat in capitis ſummitate: ⁊ qđ forinſecꝰ appare
bat vnius cubiti erat totuʒ rotunduʒ: ꝑiterq́ ha
bebat vnū cubituʒ ⁊ dimidiuʒ. Jn angulis auteʒ
columnaruʒ varie celature erāt: ⁊ media inter co
lumna quadrata nō rotunda. Quattuor q́ rote
que ꝑ quattuor angulos baſis erāt: coherebant
ſibi ſubter baſim. Una rota habebat altitudinis
cubituʒ vnuʒ ⁊ ſemis. Tales autē rote erāt qua
les ſolēt in curru fieri. Et axes earuʒ ⁊ radij ⁊ can
ti ⁊ modioli oia fuſilia. Nā ⁊ humeruli illi quattu
or ꝑ ſingulos angulos baſis vnius ex ipſa baſi fu
ſiles ⁊ cōiuncti erāt. Jn ſummitate autem baſis
erat quedā rotunditas vnius ⁊ dimidij cubiti ita
fabrefacta vt luter deſuper poſſet imponi: habēs
celaturas ſuas variaſq́ ſculpturas ex ſemetipſa.
Sculpſit quoq́ in tabulatis illis que erāt ex ere:
et in angulis cherubin et leones et palmas quaſi
in ſimilitudinem hominis ſtantis: vt non celata:
ſed appoſita ꝑ circuitum viderent̄. Jn hunc mo
F dum fecit decē baſes: fuſura vna ⁊ mēſura ſculptu
raq́ cōſili. Fecit q́ decē luteres eneos. Quadra
ginta bathos capiebat luter vnꝰ: eratq́ q̄ttuor
cubitoruʒ. Singulos q́ luteres ꝑ ſingulas id eſt
decē baſes poſuit ⁊ cōſtituit decē baſes: q̇nq́ ad
dexterā ꝑteʒ tēpli: ⁊ q̇nq́ ad ſiniſtrā. Mare aūt
poſuit ad dexteram partē tēpli contra orientem
ad meridiē. Fecit ergo hiram lebetes ⁊ cultras ⁊
amulas: et ꝑfecit omne opus regis Salomonis
in templo dñi: Columnas duas: et funiculos ca
pitellorum ſuper capitella columnaꝝ duos et re
tiacula duo: vt operirēt duos funiculos qui erāt
ſuꝑ capita columnaꝝ: ⁊ malogranata quadringē
ta in duobus retiaculis. Duos verſus malogra
natorum in retiaculis ſingulis ad operiēdos fu
niculos capitelloꝝ qui erāt ſuper capita colum
narum: et baſes decē: et luteres decē ſuꝑ baſes: ⁊
mare vnuʒ et boues duodecim ſubter mare: et le
betes et ſcutras et amulas. Oia vaſa q̄ fecit hiraʒ G
regi ſalomoni in domo dñi de aurichalco erant.
Jn cāpeſtri regione iordanis fudit ea rex in ar
gylloſa terra inter ſochot et ſartā: et poſuit ſalo
mon oia vaſa in domo dñi. Propter multitudi xij. q.ōc. ſi. c.
nē aūt nimiā nō erat pōdus eris. Fecitq́ Salo glozia.
mon oia vaſa in domo dñi altare aureū et mēſaʒ De vaſis
ſuꝑ quā ponerētur pāes ꝓpoſitiōis aureā et can templi.
delabra aurea q̇nq́ ad dexterā et quinq́ ad ſini ij. para. v. a.
ſtram ↄ oraculū ex auro puro: et q̄ſi lilij flores et
lucernas deſuꝑ aureas et forcipes aureos et hy
drias et fuſcinulas et phialas et mortariola: et
thuribula de auro puriſſimo: et cardines oſtiorū
domus interioris ſanctiſanctorum: et oſtioꝝ do
mus tēpli ex auro erant. Et perfecit omne opꝰ
ꝙ faciebat Salomon in domo dñi: et intulit que ij. para. v. a.
ſanctificauerat pater ſuus: argentum et auruʒ et
vaſa repoſuit in theſauris domus domini.

Capi. Sum. Arca introducit̄ in tēplo: ne
bula implet domuʒ: Salomon benedicit tēpluʒ:
poſt hoc orat vt exaudiant̄ orātes in tēplo. Sur
gens quidē ab oratione bn̄dicit omni eccleſie Jſ
rael: et eos inſtruit: immolantur victime et fit fe
ſtiuitas celebris.

Capitulum. viij.

Tunc congregati ſunt A
omnes maiores natu Jſrael cum ij. para. v. a.
ꝓncipibus tribuuʒ et duces et fa De delatio
miliaruʒ filioꝝ Jſrl ad regē Salo ne arce dñi
monē in hieruſalē vt deferrent ar in tēplo no
cam federis dñi de ciuitate dauid id eſt de ſion. uiter cōſtru
Conueniteq́ ad regem Salomonē vniuerſus Jſ cto per Sa
rael in menſe bethanim in ſolēni die ipſe eſt mē lomonem.
ſis ſeptimus. Ueneruntq́ cuncti ſenes de Jſra
el et tulerunt arcam ſacerdotes: et portauerunt
arcam dñi et tabernaculum federis: et omnia va
ſa ſanctuarij que erant in tabernaculo: et ferebāt
ea ſacerdotes et leuite. Rex autem Salomon et
omnis multitudo Jſrl que conuenerat ad eum
gradiebatur cū illo āte arcā. et immolabāt oues
et boues abſq́ eſtimatione et numero. Et intu
lerunt ſacerdotes arcam federis dñi in locum ſu
um in oraculum templi in ſanctoſanctorum ſub
ter alas cherubin. Siquidem cherubin expāde
bant alas ſuper locum arce: et protegebant arcā

et vectes eius deſuper. Cumq; eminerent vectes
et apparerent ſummitates eorum foris ſanctua-
rium ante oraculum: non apparebāt vltra extrin
ſecus qui et fuerunt ibi vſq; in preſentem diem. B
Hebr.ix.a. In arca autem non erat illud niſi due tabule la-
pidee quas poſuerat in ea moyſes in Oreb: quā-
do pepigit dominus fedus cum filijs Iſrael cum
egrederentur de terra Egypti. Factum eſt autē
De nebula cum exiſſent ſacerdotes de ſanctuario nebula im
implēte do- pleuit domum domini: et non poterant ſacerdo-
in aduē tes ſtare et miniſtrare propter nebulam. Imple
arce. uerat enim gloria domini. Tunc ait Salomon. Do
minus dixit vt habitaret in nebula. Edificās edi
Benedictō ficaui domum in habitaculum tuum firmiſſimum
Sa ſolium tuum in ſempiternum. Conuertitq; rex
lomonem. faciē ſuam et benedixit omni eccleſie Iſrael. Om
ij.para.vj.a nis enim eccleſia Iſrael ſtabat. Et ait Salomon
Benedictus dominus deus Iſrael qui locutus
eſt ore ſuo ad patrem meum: et in manibus eius
perfecit dicens. A die qua eduxi populum meum
Iſrael de egypto: non elegi ciuitatem de vniuer-
ſis tribubus Iſrael: vt edificaretur domus: et eſ-
ſet nomen meum ibi: ſed elegi dauid vt eſſet ſuper
populum meum Iſrael. Voluitq; Dauid pater
meus edificare domum nomini domini dei Iſrl'.
Et ait dominus ad Dauid patrē meum. Quod
cogitaſti in corde tuo edificare domum nomini
meo: bene feciſti hoc ipſum mente tractans. Ve-
runtamen tu non edificabis mihi domum: ſed fi-
in tēplo lius tuus qui egredietur de renib9 tuis ipſe edifi
C cabit domum nomini meo. Confirmabit domi-
nus ſermonem ſuum quem locutus eſt. Stetiq;
pro Dauid patre meo et ſedi ſuper thronum Iſ
rael ſicut locutus eſt Dominus: et edificaui do-
mum nomini domini dei Iſrael: et conſtitui ibi
locum arce in qua fedus domini eſt quod percuſ-
ſit cum patribus noſtris: quando egreſſi ſunt de
terra Egypti. Stetit autem Salomon ante alta
re domini in conſpectu eccleſie Iſrael: et expan-
dit manus ſuas in celum et ait. Dominus deus
Iſrl' non eſt ſimilis tui deus in celo: deſuper ⁊ ſu
per terram deorſum: qui cuſtodis pactum et mi
ſericordiam ſeruis tuis qui ambulant coram te in
toto corde ſuo. q̄ cuſtodiſti ſuo tuo dd' pri meo:
que locutus es ei. Ore locutus es et manib9 per-
feciſti: vt hec dies probat. Nunc igitur domine
deus Iſrael conſerua famulo tuo Dauid patri
meo que locutus es ei dicens. Non auferetur de
te vir coram me qui ſedeat ſuper thronum Iſrl':
ita tamen ſi cuſtodierint filij tui viam ſuam vt am
bulent corā me: ſicut ambulaſti in cōſpectu meo.
Et nunc dñe deus Iſrael firment verba tua que
locutus es ſeruo tuo Dauid patri meo. Ergo ne
putandum eſt q̄ vere deus habitet ſuper terram.
Si enim celum et celi celorum te capere non poſ
ſunt: q̄to magis domus hec quam edificaui tibi.
Sed reſpice ad orationem ſerui tui et ad preces
eius: domine deus meus. Audi hymnum et oratio
nem quam ſeruus tuus orat coram te hodie: vt
ſint oculi tui aperti ſuper domum hanc: nocte ac
die ſuper domum de qua dixiſti: nomen meū ibi
vt exaudias orationem quam orat in loco iſto ad
te ſeruus tuus: vt exaudias deprecationem ſer-
ui tui et populi tui iſrael: quodcunq; orauerit in
loco iſto: et exaudias in loco habitaculi tui in ce
lo: et cum exaudieris ꝓpitius eris. Si peccauerit
homo in proximū ſuum. et habuerit aliquod iura D
mentū quo teneat aſtrictus: et venerit ꝓpter iu- De iuramē
ramentū corā altari tuo in domū tuā: tu exaudi- to in ecclia.
es in celo et facies et iudicabis ſeruos tuos: con- ij.pali.vj.a.
dēnans impiū et reddēs viā ſuā ſuper caput ei9:
iuſtificanſq; iuſtū et retribuēs ei ſm iuſticiā ſuā. De exaudi
Si fugerit populus tuus Iſrael inimicos ſuos: tione peten
q: peccaturus etiā ibi et agentes pniam et cōfi- tium.
tētes nomini tuo: venerint et adorauerint et de-
precati fuerint in domo hac: exaudi in celo et di-
mitte peccatū ppl'i tui iſrl': et reduces eos in ter
ram quā dediſti prībus eorum. Si clauſum fuerit ce- Contra ſic-
lum: ⁊ nō pluerit ꝓpter peccata eorum: ⁊ orātes in citatē terre
loco iſto pniam egerint nomini tuo: ⁊ a peccatis
ſuis cōuerſi fuerint ꝓpter afflictionem ſuā: exau
di eos in celo: ⁊ dimitte peccata ſeruorum tuorum: et
ppl'i tui Iſrl' ⁊ oſtende ei viam bonam per quam
ambulēt: ⁊ da pluuiā ſuper terrā quā dediſti po- Contra fa-
pulo tuo in poſſeſſionem. Fames ſi oborta fuerit men.
in terra: aut peſtilētia: aut corruptus aer: aut eru
go: aut locuſta vel rubigo: ⁊ afflixerit eum et ini-
micus eius portas obſidēs: omnis plaga vniuer
ſa infirmitas: cuncta deuoratio ⁊ imprecatio que
acciderit omni homini de ppl'o tuo Iſrl': ſi quis
cognouerit plagā cordis ſui: et expāderit manus
ſuas in domo hac tu exaudies in celo in loco habi
tatiōis tue: ⁊ repropitiaberis ⁊ facies vt des vni
cuiq; ſm oēs vias ſuas: ſicut videris cor eius qa ij.q.v.c.cōſu
tu noſti ſolus cor omnium filiorum hoim: vt timeant luiſti.
te cunctis diebus quibus viuunt ſuper faciē ter- xviij.q.ij.c.
re quam dediſti patribus noſtris. Inſuper ⁊ alie pernitioſam
nigene qui nō eſt de ppl'o tuo Iſrl': cum venerit De conſec.
de terra longinqua propter nomē tuū: audietur diſ.j.c.fina.
enim nomen tuum magnum et manus tua for- E
tis: et brachium tuum extentum vbiq;. Cum ve De exaudi
nerit ergo et orauerit in hoc loco: tu exaudies in tione alieni
celo in firmamento habitaculi tui: ⁊ facies om- gene.
nia pro quibus inuocauerit te alienigena: vt di-
ſcant vniuerſi populi terrarum nomen tuum ti-
mere: ſicut populus tuus Iſrael: et probent: qa
nomen tuum inuocatum eſt ſuper domum hanc
quam edificaui. Si egreſſus fuerit populus tuus
ad bellum contra inimicos ſuos per viā quocun- Exauditio
q; miſeris eos: orabunt te contra viam ciuitatis pro victoria
quam elegiſti: ⁊ contra domum quā edificaui no- belli.
mini tuo: et exaudies in celo orationes eorum: et
preces eorum ⁊ facies iudicium eorum. Quod ſi
peccauerint tibi (non eſt enim homo qui nō pec- ij. Parali.
cet) ⁊ iratus tradideris eos inimicis ſuis: ⁊ ca- vj.g.
ptiui ducti fuerint in terram inimicorum longe Eccle.vij.c
vel prope: et egerint penitentiam in corde ſuo in j. Iohā.j.d.
loco captiuitatis. et conuerſi deprecati te fuerint
in captiuitate ſua: dicentes. Peccauimus ini- Danie.ix.
que egimus: impie geſſimus: et reuerſi fuerint c.
ad te in vniuerſo corde ſuo: et tota anima ſua in
terra inimicorum ſuorum ad quam captiui du-

cti fuerint et: orauerint te contra viam terre ſue
quam dediſti patribus eorum et ciuitatis quam
elegiſti et templi quod edificaui nomini tuo: ex-
audies in celo in firmamento ſolij tui orationes
eorum et preces eorum: et facies iudicium eorū
et propitiaberis populo tuo qui peccauit tibi: ⁊
omnibus iniquitatibus eorum quibus preuari-
cati ſunt in te: et dabis miſericordiam coram eis
F qui eos captiuos habuerint: vt miſereantur eis.
Populus enim tuus eſt et hereditas tua quos
eduxiſti de terra egypti de medio fornacis fer-
ree: vt ſint oculi tui aperti ad deprecationē ſer-
ui tui et populi tui Iſrael: ⁊ exaudies eos in vni
uerſis pro quibus inuocauerint te. Tu enī ſepa
raſti eos tibi in hereditatem de vniuerſis popu
lis terre ſicut locutus es per Moyſem ſeruum
Bn̄dictio tuum quando eduxiſti patres noſtros de terra
ſalomōis ſu egypti domine deus. Factum eſt autē cum com
pra eccleſiā pleſſet Salomon orans dominum omnē oratio
iſrael. nem ⁊ depcationē hāc ſurrexit de cōſpectu alta-
ris domini. Vtrunq̄ eīm genu in terrā fixerat:
⁊ manus expanderat in celum. Stetit ergo et be
nedixit omni eccleſie Iſrael voce magna: dicēs.
Benedictus dominus deus qui dedit requiem
populo ſuo Iſrael iuxta omnia que locutus eſt.
Non cecidit nec vnus quidem ſermo ex omnib⁹
bonis que locutus eſt per Moyſen ſeruum tuū.
Si domin⁹ deus noſter nobiſcū ſit ſicut fuit cū
patribus noſtris non derelinquēs nos neq̄ pij
ciens: ſed inclinet corda noſtra ad ſe vt ambule-
mus in vniuerſis vijs eius: et cuſtodiamus man
data eius et cerimonias eius et iudicia quecum
q̄ mandauit patribus noſtris: et ſint ſermones
mei iſti quibus deprecatus ſum coram domino:
appropinquantes domino deo noſtro die ac no-
cte: vt faciat iudicium ſeruo ſuo: et populo ſuo
Iſrael per ſingulos dies: vt ſciant omnes popu
li terre: quia dominus ipſe eſt deus: et non eſt
G vltra abſq̄ eo. Sit quoq̄ cor noſtrum perfectū
cum domino deo noſtro vt ambulemus in decre
tis eius: et cuſtodiamus mandata eius: ſicut et
Immolan hodie. Igitur rex et omnis Iſrael cum eo: im-
tur victie ⁊ molabant victimas corā domino. Mactauitq̄
dedicat tē- Salomon hoſtias pacificas quas immolauit do
plū feſtiui mino boum vigintiduo milia: et ouium centum
tate celebri viginti milia. Et dedicauerunt templum domi-
ni rex et filij Iſrael. In die illa ſanctificauit rex
medium atrij quod erat ante domum domini.
Fecit quippe holocauſtum ibi: et ſacrificium et
adipem pacificorum: quoniam altare ereum qd̄
erat coram domino minus erat: et capere non
de cōſe. di. j. poterat holocauſtum et ſacrificium et adipem
c. j. §. fec. g pacificorum. Fecit ergo Salomon in tempore
ſalomō ⁊ c. illo feſtiuitatem celebrem et omnis Iſrael cum
ſolēnitates eo multitudo magna ab introitu emath vſq̄ ad
riuum egypti coram domino deo noſtro ſeptem
diebus: et ſeptem diebus: id eſt quattuordecim
diebus: ⁊ in die octaua dimiſit populos. Qui be
nedicentes regi profecti ſunt in tabernacula ſua
letantes: alacri corde ſuper omnibus bonis que
fecerat dn̄s Dauid ſeruo ſuo: ⁊ iſrael pplo ſuo.

Capituli. Summarium. De apparitiōe
ſecūda dn̄i ad Salomonem: de opidis datis hi-
ram a Salomone: Pharao dat Gazer in dotē
filie: Salomō edificat ciuitates: omnē ppl'm Iſ-
rael excepto: facit tributarios: de filijs iſrael ne
minem ſeruire conſtituit: claſſē mittit in Ophir
ad aurum reportandum. Capitulum. ix.

Factum eſt autem cū A
perfeciſſet ſalomō edificiū dom⁹ ij. pa. vij. c.
dn̄i ⁊ edificium regis ⁊ omne qd̄ Scda ap-
optauerat ⁊ voluerat facere ap- paritio dn̄i
paruit ei dn̄s ſcdo: ſicut apparue ad ſalomo
rat ei in Gabaon. Dixitq̄ dn̄s ad eū. Exaudiui nē cui fit p
orationē tuā ⁊ deprecationē tuā quā depreca- miſſio per
tus es corā me: ſanctificaui domum hanc quam tionū obſer
edificaſti vt ponerē nomē meū ibi in ſempiternū uātib⁹ leg
et erunt oculi mei ⁊ cor meū ibi cunctis diebus. de pe. di. ij.
Tu quoq̄ ſi ambulaueris coram me ſicut ambu c. enim.
lauit pater tuus in ſimplicitate cordis ⁊ in equi
tate ⁊ feceris oīa que precepi tibi ⁊ iudicia mea
et legitima mea ſeruaueris ponā thronū regni
tui ſuper Iſrael in ſempiternum: ſicut locutus B
ſum Dauid patri tuo dicens. Non auferetur vir
de genere tuo de ſolio Iſrael. Si autem auerſio
ne auerſi fueritis vos ⁊ filij veſtri non ſequentes
me nec cuſtodientes mandata mea ⁊ cerimonias
quas propoſui vobis ſed abieritis et colueritis
deos alienos et adoraueritis eos: auferam Iſra
el de ſuperficie terre quam dedi eis: et templum
qd̄ ſanctificaui nomini meo proijciam a conſpe-
ctu meo: eritq̄ Iſrael in prouerbium et in fabu
lam cunctis populis: et domus hec erit in exem
plum. Omnis qui tranſierit per eam ſtupebit et
ſibilabit et dicet. Quare fecit dominus ſic terre deu. xxix. c.
huic et domui huic. Et reſpondebunt. q: dereli- Hier. xxij. c.
querunt dominum deum ſuū qui eduxit patres
eorum de terra egypti: et ſecuti ſunt deos alie-
nos et colluerunt eos et adorauerunt: eos: id
circo induxit dominus ſuper eos omne malum
hoc. Expletis autem annis viginti poſtq̄ edifi- ij. pa. viij. a
cauerat Salomon duas domos ideſt domū dn̄i
et domum regis: hiram rege tyri prebente regi
Salomoni ligna cedrina et abiegna et aurū iux Salomon
ta oē qd̄ opus habuerat. tunc dedit Salomō hi- dat hirā re
ram viginti opida in terra galilee. Et egreſſus gi viginti
eſt hirā de tyro vt videret opida que dederat ei oppida.
Salomon ⁊ non placuerunt ei ⁊ ait. Heccine ſūt C
ciuitates quas dediſti mihi frater. Et appella-
uit eas terram chabul vſq̄ in diem hanc. Miſit
quoq̄ hiram ad regem Salomonem centum vi-
ginti milia talenta auri. Hec eſt ſumma expenſa
rum quā obtulit rex Salomō ad edificandum
domū dn̄i ⁊ domū ſuā: ⁊ mello ⁊ murum hieruſa
lem ⁊ heſer ⁊ mageddo ⁊ gazer. Pharao rex egy
pti aſcēdit ⁊ cepit gazer: ſuccenditq̄ eam igni: ⁊ pharao dat
chananeū qui habitabat in ciuitate interfecit: dotē vxori
et dedit eam in dotem filie ſue vxori ſalomonis ſalomonis
Edificauit ergo ſalomon gazer et bethoron in-
feriorem ⁊ balaad ⁊ palmiram in terra ſolitudis

ꝛ omnes vicos qui ad ſe pertinebant:ꝛ erant abſq3 muro:muniuit ꝛ ciuitates curruū ꝛ ciuitates equitum:ꝛ quodcunq3 ei placuit:vt edificaret in hieruſalem ꝛ in libano ꝛ in omni terra poteſtatis ſue:vniuerſum populu3 qui remanſerat de amorreis ꝛ de etheis ꝛ phereʒeis ꝛ eueis ꝛ iebuʒeis: qui non ſunt de filijs Iſrael. Horum filios qui remanſerant in terra quos ſcilicet non potuerant filij Iſrael exterminare fecit Salomon tributarios vſq3 in diem hanc. De filijs aute3 Iſrael nō conſtituit rex Salomon ſeruire quēq3:ſed erant viri bellatores ꝛ miniſtri ei9 ꝛ principes ꝛ duces et prefecti curruum et equorum. Erant autē pncipes ſuper omnia opera Salomonis prepoſiti quingenti quinquaginta qui habebant ſubiectu3 populum:ꝛ ſtatutis operibus imperabant. Filia autem Pharaonis aſcendit de ciuitate Dauid in domum ſua3 quam edificauerat ei Salomon. Tunc edificauit mello. Offerebat quoq3 Salomon tribus vicibus per annos ſingulos holocauſta:ꝛ pacificas victimas ſuper altare quod edificauerat domino:et adolebat thymiama coram domino. Perfectumq3 eſt templum. Claſſem quoq3 fecit rex Salomon in aſiongaber que eſt iuxta hailam in littore maris rubri:in terra idumee. Miſitq3 hiram in claſſe illa ſeruos ſuos viros nauticos ꝛ gnaros maris cum ſeruis Salomonis. Qui cum veniſſent in Ophir ſumptum inde aurum quadringentorum viginti talentorum detulerunt ad regem Salomonem.

Alienigene ꝛ filij Iſrael ſiunt tributarij.

D De prepoſitis Salomonis.

De claſſe Salomōis.

C. S. C Uenit regina ſaba hierl'm ꝛ obſtupeſcit:dat ꝛ accipit munera: fecit rex Salomon ducenta ſcuta aurea ꝛ thronu3 eburneu3 de claſſe regis ꝛ abundantia ꝛ equis. Capl'm.x.

A iij.ꝗōe.j.c. vereor. De regina ſaba veniente ad Salomonem. ij. Parali. ix. a. Mat. xij. d. Luce. xj. d.

SEd et regina Saba audita fama Salomonis:in nomine venit temptare eu3 in enigmatibus:ꝛ ingreſſa hieruſalem multo cum comitatu ꝛ diuitijs camelis portantibus aromatha ꝛ aurum infinitum nimis ꝛ gemmas precioſas:venit ad regem Salomonem:ꝛ locuta eſt ei vniuerſa que habebat in corde ſuo. Et docuit eam Salomon omnia verba que propoſuerat. Non fuit ſermo qui regem poſſet latere ꝛ non reſponderet ei. Uidens aute3 regina Saba omnem ſapientiam Salomonis et domum quam edificauerat ꝛ cibos menſe eius:ꝛ habitacula ſeruorum ꝛ ordines miniſtrantium. veſteſq3 eorum ꝛ pincernas ꝛ holocauſta que offerebat in domo domini:non habebat vltra ſpiritum:dixitq3 ad regem. Uerus eſt ſermo quem audiui in terra mea ſuper ſermonibus tuis ꝛ ſuper ſapientia tua:et non credebam narrantibus mihi donec ipſa veni ꝛ vidi oculis meis:ꝛ probaui ꝙ media pars mihi nunciata non fuerit. Maior eſt ſapientia ꝛ opera tua ꝙ rumor quem audiui. Beati viri tui ꝛ beati ſerui tui qui hic ſtant coram te ſemper:ꝛ audiunt ſapientiam tuam.

Regina ſaba admiratur ſapiētiā ſalomonis diuini ꝙ magnificentiam. B

Sit dominus deus tuus benedictus cui complacuiſti:ꝛ poſuit te ſuper thronum Iſrael:eo ꝙ dilexerit dominus Iſrael in ſempiternum:ꝛ conſtituit te regem vt faceres iudicium ꝛ iuſticiam. dedit ergo regi centū viginti talenta auri:ꝛ aromata multa nimis:ꝛ gemmas precioſas. Non ſunt allata vltra aromata tam multa ꝙ ea que dedit regina Saba regi Salomoni. Sed ꝛ claſſis hiram que portabat aurum de ophir:attulit ex ophir ligna tina multa nimis:ꝛ gemmas precioſas. Fecitq3 rex de lignis tinis fulcra domus dn̄i: ꝛ domus regie ꝛ citharas lyraſq3 cātoribus. Nō ſunt allata huiuſcemodi ligna tina neq3 viſa vſq3 in preſentem diem: Rex autem Salomon dedit regine Saba omnia que voluit ꝛ petiuit ab eo: exceptis his que vltro obtulerat ei munere regio m C

Que reuerſa eſt ꝛ abijt in terram ſuam cum ſeruis ſuis. Erat autem pondus auri quod offerebatur Salomoni per annos ſingulos ſexcentorum ſexagintaſex talentorum auri:excepto eo qđ offerebant viri qui ſupervectigalia erant ꝛ negociatores:vniuerſiq3 ſcuta vendentes:ꝛ omnes reges Arabie:duceſq3 terre. Fecit quoq3 rex Salomon ducenta ſcuta de auro puriſſimo. Sexcenti auri ſiclos dedit in laminas ſcuti vnius:ꝛ trecētas peltas ex auro probato. Trecenteq3 mine auri:vnam peltam veſtiebant. Poſuitq3 eas rex in domo ſaltus libani. Fecit etiam rex Salomon thronum de ebore grandem et veſtiuit eum auro fuluo nimis qui habebat ſex gradus. Et ſummitas throni rotunda erat in parte poſteriori:et due manus hinc atq3 inde tenentes ſedile:ꝛ duo leones ſtabant iuxta manus ſingulas:ꝛ duodecim leunculi ſtantes ſuper ſex gradus hinc atq3 inde. Non eſt factum tale opus in vniuerſis regnis. Sed ꝛ omnia vaſa de quibus potabat rex Salomon:erant aurea ꝛ vniuerſa ſuppellex domus ſaltus libani de auro puriſſimo. Non erat D

argentum nec alicuius precij putabatur in diebus Salomonis:quia claſſis regis per mare cu3 claſſe hira3 ſemel per tres annos ibat in Tharſis deferens inde aurum ꝛ argentum:ꝛ dentes elephantorum ꝛ ſimias ꝛ pauos. Magnificatus eſt ergo rex Salomon ſuper omnes reges terre diuitijs ꝛ ſapientia: Et vniuerſa terra deſiderabat vultum Salomonis vt audiret ſapientiam eius quam dederat deus in corde eius. Et ſinguli deferebant ei munera: vaſa argentea ꝛ aurea: veſtes et arma bellica:aromata quoq3 et equos et mulos per annos ſingulos. Congregauitq3 ſalomon currus et equites et facti ſunt ei mille quadringenti currus et duodecim milia equitū: et diſpoſuit eos per ciuitates munitas et cum rege in Hieruſalem: Fecitq3 vt tanta eſſet abūdantia argenti in Hieruſalem quanta et lapidū et cedrorum prebuit multitudinem quaſi ſycomoros que naſcuntur in campeſtribus. Et educebātur equi Salomoni de Egypto ꝛ de Choa. Negociatores enim regis emebant de choa ꝛ ſtatuto precio perducebant. Egrediebatur autem quadriga ex Egypto ſexcentis ſiclis argenti: et

ij. Parali. ix. c.

E

equos cētū q̄nquaginta. Atq; in hūc modū cuncti reges etheorū ꝛ ſyrie equos venundabant.

Capituli. Summarium. De ſeptingentis vxoribus et trecentis concubinis regis per quas Salomon preuaricatus eſt: cominatur ei dominus et ſuſcitat aduerſarios ei adad Razon et Hieroboam: de conſciſione regni: de Haia propheta ad Hieroboam miſſo: Salomon voluit interficere Hieroboam: ſed fugit: de morte Salomonis.

Capitulum. xj.

A

Mulier⁹ vxorū ꝯcubiarū ſalomonis per eas idolatrāt.
Eccl'. xlvij. c.
Exod. xxxiiij. d.
Deu. xxij. a
Can. vj. c.

Ex autem ſalomon adamauit mlieres alienigenas multas: filiā quoq; pharaonis et moabitidas ꝛ ammonitidas idumeas ꝛ ſydonias ꝛ ctheas de gentibus ſup quibus dixit dominus Iſrael: Nō ingredimini ad eas: neq; de illis ingredient ad veſtras. Certiſſime enim auertent corda veſtra: vt ſequamini deos earum. His itaq; copulatus eſt Salomon ardentiſſimo amore. Fueruntq; ei vxores quaſi regine ſeptingente: ꝛ cōcubine crecēte. Et auerterūt mlieres cor eius. Cūq; iam eſſet ſenex depauatū eſt cor eius per mulieres: vt ſequeret deos alienos: nec erat cor ei⁹ perfectū cū dño deo ſuo: ſicut cor dauid patris eius. Sed colebat ſalomon aſterthen deam ſydonioꝝ ꝛ chamos deum

B

moabitaꝝ: ꝛ moloch idolū ammonitaꝝ. Feciteq; ſalomō qđ nō placuerat corā dño: ꝛ nō adipleuit vt ſequeretur dñm ſicut dauid pater eius. Tunc edificauit ſalomō phanū chamos idolo moab in monte qui eſt cōtra hieruſalē: ꝛ moloch idolo filiorū ammon. Atq; in hunc modum fecit vniuerſis vxoribus ſuis alienigenis que adolebāt thura et immolabāt dijs ſuis. Igitur iratus eſt dñs ſalomoni quod auerſa eſſet mens eius a dño deo iſrael qui apparuerat ei ſcđo: et p̄ceperat de verbo hoc ne ſequeret deos alienos: ꝛ non cuſtodiuit que mandauit ei dominus. Dixit itaq; dñs ſalomoni. Quia habuiſti hoc apud te: et non cuſtodiſti pactū meum ꝛ precepta mea que mādaui tibi: diſrumpens ſcindam regnum tuum: et dabo illud ſeruo tuo. Uerumtamen in diebus tuis non faciam propter Dauid patrem tuū: De manu filij tui ſcindam illud: nec totum regnum auferam: ſed tribum vnam dabo filio tuo propter Dauid ſeruum meum: et Hieruſalē quā elegi. Suſcitauit autem dominus aduerſarium ſalomoni adad idumeum de ſemine regio: qui erat in Edon. Cum enim eſſet Dauid in idumea: et aſcendiſſet Ioab princeps militie ad ſepeliēdū eos qui fuerant interfecti: et occidiſſet omne maſculinum in idumea. Sex enim mēſibus ibi moratus eſt Ioab et omnis Iſrael donec interimeret omne maſculinum in idumea. Fugit adad ipſe et viri idumei de ſeruis patris eius cum eo: vt ingrederetur egyptum. Erat autem Adad puer paruulus. Cumq; ſurrexiſſent de Madiam: venerunt in pharā. Tuleruntq; ſecū viros de pharam ꝛ introierūt egyptū ad pharaonē regē Egypti.

Inpunitio nē idolatrie ſalomonis. p̄dicit diuiſio regni ꝛ ſuſcitat ꝯ ſalomonem adad.

C

D

Qui dedit ei domū ꝛ cibos conſtituit: ꝛ terram delegauit. Et inuenit adad gratiā coram Pharaone valde intantū vt daret ei vxorem: ſororem vxoris ſue germanā taphnes regine. Genuitq; ei ſoror taphnes Genebath filiū ꝛ nutriuit eum taphnes in domo pharaonis. Eratq; genebath habitans apud pharaonē cū filijs eius. Cumq; audiſſet adad in egypto dormiuiſſe dauid cū patribus ſuis: ꝛ mortuū eſſe Ioab p̄ncipem militie dixit pharaoni. Dimitte me vt vadam in terrā meam. Dixitq; ei pharao. Qua eñ re apud me indiges vt q̄ras ire ad terrā tuam. At ille r̄ndit Nulla: Sed obſecro te vt dimittas me. Suſcitauit quoq; ei deus aduerſariū razon filiū heliadam qui fugerat ad adezer regē ſoba dñm ſuū: et cōgregauit cōtra eū viros: ꝛ fact⁹ eſt p̄nceps latronū cū interficeret eos dauid: abierūtq; damaſcum: ꝛ habitauerunt ibi: ꝛ conſtituerūt eū regē in damaſco: eratq; aduerſarius Iſrael cunctis diebus Salomonis. Et hoc eſt malum adad et odium cōtra iſrael: regnauitq; in ſyria.

Gen. xxx. d

Razō a dō ſuſcitat ꝯ ſalomonem pp peccatū ſuum.

E

Hieroboā ꝯ ſalomonē

Hieroboam quoq; filius nabath ephrateus de ſareda ſeruus ſalomonis: cui⁹ mater erat noīe ſerua: mlier vidua leuauit manū cōtra regē. Et hec eſt cauſa rebellionis aduerſus eum: q: ſalomon edificauit mello ꝛ coequauit voraginē ciuitatis Dauid patris ſui. Erat aūt hieroboā vir fortis ꝛ potēs. Uidēſq; ſalomō adoleſcentē bone indolis et induſtriū: cōſtituerat eū p̄fectū ſuper tributa vniuerſe domus ioſeph. Factū eſt igit in tp̄e illo vt hieroboā egrederet de hieruſalē: ꝛ inueuerit eū ahias ſilonites propheta in via opertus pallio nouo. Erāt aūt duo tm̄ in agro. Apprehēdēſq; ahias palliū ſuum nouū quo coopertus erat: ſcidit in duodecim partes: ꝛ ait ad hieroboam Tolle tibi decē ſciſſuras. Hec eñ dicit dñs deus Iſrael. Ecce ego ſcindā regnū de manu ſalomonis et dabo tibi decem tribus. Porro vna tribus remanebit ei ꝑpter ſeruū meū dauid ꝛ hieruſalem ciuitatē quā elegi ex oībus tribubus iſrael: eo ꝙ dereliquerit me: et adorauerit Aſtarthen deam ſidonioꝝ ꝛ chamos deū moab ꝛ moloch deum filioꝝ āmon: ꝛ non ambulauerit in vijs meis vt faceret iuſticiā corā me: ꝛ p̄cepta mea atq; iudicia ſicut dauid pater eius. Nec auferam omne regnum de manu eius: ſed ducem ponam eū cunctis diebus vite ſue ꝑpter dauid ſeruū meū quē elegi qui cuſtodiuit mandata ꝛ p̄cepta mea. Auferam enim regnū de manu filij eius: ꝛ dabo tibi decem tribus filio aūt eius dabo tribū vnam: vt remaneat lucerna dauid ſeruo meo cunctis diebus corā me in Hieruſalem ciuitate quam elegi: vt eſſet nomen meum ibi. Te aūt aſſumā ꝛ regnabis ſuper oīa que deſiderat aīa tua: eriſq; rex ſup iſrl'. Si igit audieris omnia que p̄cepero tibi: et ambulaueris in vijs meis: ꝛ feceris ꝙ rectum eſt coram me cuſtodiens mandata mea ꝛ p̄cepta mea ſicut fecit dauid ſeruus meus ero tecū et edificabo tibi domum fidelem quam edificaui Dauid

Ahias propheta diuiſit palliū in ptes in ſignū diuiſiōis regni ſalomonis.

F

promittit hieroboam decem ptes regni ex hoc tando ad p̄cepta.

G

domum:⁊ tradā tibi Iſrael:⁊ affligā ſemē dauid
ſuper hoc:veruntamē nō cunctis diebus. Voluit
ergo Salomon interficere hieroboā. Qui ſurre-
xit ⁊ aufugit in egyptum ad Seſac regē egypti

ij. Parali. ix. g.

⁊ fuit in egypto vſqꝫ ad mortem Salomonis. Re
liquum autem verboꝝ ſalomonis ⁊ omnia que fe
cit ⁊ ſapientia eius:ecce vniuerſa ſcripta ſunt in
libro verborum dieruꝫ Salomonis. Dies autē
quos regnauit ſalomon in hierl'ꝫ ſup oēꝫ Iſrael

Salomon moritur ⁊ roboam ſubrogatur.

quadraginta āni ſunt. Dormiuitqꝫ Salomō cū
patribus ſuis:⁊ ſepultꝰ eſt in ciuitate dauid pa-
tris ſui:regnauitqꝫ Roboam filius eius pro eo.

¶ Capituli. Summarium. ¶ De Roboā qui
conſilio vſus eſt iuuenum: ⁊ tantum ſuper dua-
bus tribus rex conſtituitur: Hieroboam autem
ſuper decem tribus: de Semeia propheta ad ro-
boaꝫ miſſo: de vitulis aureis quos fecit hieroboā.

Capitulum. xij.

A ij. Parali. x. a. Roboā crudelitate vſꝰ ⁊ cōſilio iuuenuꝫ perdit decem partes regni.

Enit autem Roboā
in Sichē. Illic eñ cōgregatus
erat oīs ppl's Iſrl' ad cōſtituē
duꝫ euꝫ regē. At vero hieroboā
filius Nabath cuꝫ adhuc eſſet
in egypto profugus a facie re-
gis Salomonis audita morte
eius reuerſus eſt de Egypto. Miſeruntqꝫ ⁊ voca
uerunt eum. Venit ergo hieroboā ⁊ omnis multi
tudo iſrael:⁊ locuti ſunt ad Roboā dicētes: Pa
ter tuus duriſſimuꝫ iuguꝫ impoſuit nobis tu ita-
qꝫ nūc imminue paululū de impio pr̄is tui duriſ-
ſimo:⁊ de iugo grauiſſimo ꝙ impoſuit nobis: et
ſeruiemus tibi. Qui ait eis. Ite vſqꝫ ad tertium
diem ⁊ reuertimini ad me. Cūqꝫ abijſſet populꝰ
inijt cōſiliuꝫ rex Roboā cuꝫ ſenioribus qui aſſiſte
bant corā Salomone pr̄e eius dū adhuc viueret

B

et ait eis. Quod datis cōſiliuꝫ vt reſpōdeam po-
pulo: qui dixerunt ei. Si hodie obedieris popu-
lo huic:⁊ ſeruieris et petitioni eorū ceſſeris: locu

xvij. q. j. ca. eccleſia.

tuſqꝫ fueris ad eos verba lenia: erunt tibi ſerui
cunctis diebus. Qui dereliquit conſilium ſenum
quod dederant ei:⁊ adhibuit adoleſcētes qui nu
triti fuerant cū eo ⁊ aſſiſtebant illi dixitqꝫ ad eos.
Quod mihi datis conſilium vt reſpondeam po-
pulo huic: qui dixerunt mihi: leuius fac iuguꝫ qđ
impoſuit pater tuus ſuper nos. Et dixerunt ei
Capituli. Summarium. De comentu Achab et Joſaphat regũ: de pſeudo prophetis: de Michea: de bello vbi periit Achab ⁊ regnauit poſt eum Ochozias: de Joſaphat rege Juda ⁊ claſſibus eius poſt quẽ regnauit Joraz fili⁹ eius.

Capitulum.xxij.

A Tranſierunt igitur
tres anni abſqꝫ bello inter ſy-
riam et Iſrael. In anno au-
tem tertio deſcẽdit Joſaphat
rex Juda ad regem Iſrael.
Dixitqꝫ rex Iſrael ad ſeruos
ſuos. Ignoratis ꝙ noſtra ſit
ij.Parali. Ramoth Galaad. et negligi-
xviij.a. mus tollere eam de manu regis Syrie. Et ait ad
ij.reg.iij.a. Joſaphat. Venies mecum ad preliandum in ra-
moth Galaa. Dixitqꝫ Joſaphat ad regem Iſ
Prophete rael. Sicut ego ſum ita et tu. Populus meus ⁊
achab falſo populus tuus vnum ſunt: et equites mei ⁊ equi
pronũciant tes tui. Dixitqꝫ Joſaphat ad regem Iſrael.
victoriam. Quere oro te hodie ſermonem domini. Con-
gregauit ergo rex Iſrael prophetas quadrin-
gentos circiter viros et ait ad eos. Ire debeo
B in Ramoth Galaad ad bellandum an quieſcere.
Qui reſponderunt. Aſcende et dabit eam do-
minus in manu regis. Dixit autem Joſaphat.
Non eſt hic propheta domini quiſpiam vt inter
rogem⁹ per eũ. Et ait rex Iſrl' ad Joſaphat: Re
manſit vir vnus per quẽ poſſumus interrogare
dñm: ſed ego odi eum: q: non prophetat mihi bo
num ſed malum Micheas filius Jemla. Cui Jo
ſaphat ait. Ne loqueris ita rex. Vocauit g̃ rex iſ
rael eunuchuz quendam ⁊ dixit ei. Feſtina addu-
cere Micheam filium Jemla. Rex autem Iſrl' ⁊
Joſaphat rex Juda ſedebant vnuſquiſqꝫ in ſo-
lio ſuo veſtiti cultu regio: in area iuxta hoſtiũ por
te Samarie: ⁊ vniuerſi prophete prophetabãt in
conſpectu eorum. Fecit quoqꝫ ſibi ſedechias fili⁹
C Chanaam cornua ferrea ⁊ ait. Hec dicit dñs his
Micheas ventilabis Syriã donec deleas eam. Omſqꝫ pro-
propheta iſ phete ſiliter pphetabant dicẽtes: aſcẽde in Ra-
moth Galaad ⁊ vade pſpere ⁊ tradet eaz dñs in rael predi-
manus regis. Nuncius vo qui ierat vt vocaret cit oppoſi-
Micheã locutus eſt ad eũ dicẽs. Ecce ſermones tum.
prophetarũ ore vno regi bona predicant. Sit er- ij. Parali.
go ⁊ ſermo tuus ſimilis eorum, ⁊ loquere bona. xviij.d.
Cui Micheas ait. Viuit dñs q: quodcunqꝫ dixe
rit mihi dñs hoc loquar. Venit itaqꝫ ad regẽ: et
ait illi rex. Michea: ire debemus in ramoth Ga
laad ad preliandũ an ceſſare. Cui ille reſpondit
aſcende ⁊ vade proſpere ⁊ tradet dñs in man⁹ re
gis. Dixit autez rex ad euz. Iteruz atqꝫ iterum
adiuro te vt non loquaris mihi niſi qđ veruz eſt
in noĩe dñi ⁊ ille ait. Vidi cunctum Iſrael diſper
ſum in montibus quaſi oues non habẽtes paſto
rem. Et ait dñs: Non habẽt iſti dñm: reuertatur
vnuſquiſqꝫ in domuz ſuã in pace. Dixit ergo rex
Iſrael ad Joſaphat. Nunquid nõ dixi tibi quia
non prophetat mihi bonuz: ſed ſemper malũ. Il Deprehẽſio
le vero addẽs ait. Propterea audi ſermonẽ dñi. falſorũ pro-
Vidi dominuz ſedentẽ ſup ſoliuz ſuuz: ⁊ omnez phetarum.
exercitum celi aſſiſtentez ei a dextris ⁊a ſiniſtris. Eſa.vj.a.
Et ait dominus. Quis decipiet Achab regẽ Iſ- D
rael vt aſcẽdat ⁊ cadat in Ramoth. Galaad. Et ij. Parali.
dixit vnus verba huiuſcemodi: ⁊ ali⁹ aliter. Egreſ xviij.d.
ſus eſt aũt ſpiritus: ⁊ ſtetit coraz dño ⁊ ait. Ego
decipiam illuz. Cui locutus eſt dñs. In quo. Et
ille ait. Egrediar, ⁊ ero ſpirit⁹ mendax in ore om Sedechias
nium prophetaruz eius. Et dixit dñs. Decipies percutit mi-
et preualebis. Egredere ⁊ fac ita. Nũc igitur ec- cheam pro-
ce dedit dñs ſpirituz mẽdacij in ore omniuz pro- phetam in
phetarum tuoruz qui hic ſunt: ⁊ dominus locu- maxillam: ⁊
tus eſt contra te malum. Acceſſit autẽ ſedechias incarcerat
filius Chanaan ⁊ percuſſit Micheam in maxil- per achab.
laz ⁊ dixit. Me ne ergo dimiſit ſpiritus domini: ⁊
locutus eſt tibi. Et ait Micheas. Viſurus es in
die illa quando ingredieris in cubiculum intra
cubiculuz vt abſcondaris. Et ait rex Iſrael. Tol
lite Micheaz ⁊ maneat apud Amon principẽ ci-
uitatis ⁊ apud Joias filium Amalech ⁊ dicit eis
Hec dicit rex. Mittite virũ iſtum in carcerez ⁊ ſu
ſtentate eum pane tribulatiõis ⁊ aqua anguſtie
donec reuertar in pace. Dixitqꝫ micheas. Si re- C
uerſus fueris in pace: non eſt locutus in me dñs.
Et ait. Audite populi omnes. Aſcẽdit itaqꝫ rex
Iſrael ⁊ Joſaphat rex Juda in Ramoth Ga-
laad. dixit itaqꝫ rex Iſrael ad Joſaphat. Sume
arma ⁊ ingredere prelium ⁊ induere veſtib⁹ tuis
Porro rex Iſrael mutauit habitum ſuum: ⁊ in-
greſſus eſt bellum. Rex autem Syrie preceperat
principibus curruũ trigintaduobus dicens. Nõ
pugnabitis contra minorem ⁊ maiorem quẽpiaz
niſi contra regem Iſrael ſolum. Cum ergo veniſ
ſent principes curruum Joſaphat: ſuſpicati ſunt
ꝙ ipſe eſſet rex Iſrael et impetu facto pugnabãt
contra eum: ⁊ exclamauit Joſaphat. Intellexe-
runtqꝫ principes curruum ꝙ nõ eſſet rex Iſrael:
⁊ ceſſauerunt ab eo. Vir autem quidam teten-
dit arcum in incertum ſagittam dirigens et ca-
ſu percuſſit regem Iſrael inter pulmonem et
ſtomacum. At ille dixit aurige ſuo. Verte manum
tuam et eijce me de exercitu: quia grauiter vul-

neratus ſum. Commiſſum eſt ergo prelium in
die illa. Et rex Iſrael ſtabat in curru ſuo con-
tra Syrios: et mortuus eſt veſpere. Fluebat au-
tem ſanguis plage in ſinum currus: et preco
F inſonuit in vniuerſo exercitu anteq̄ ſol occum-
beret dicens. Vnuſquiſq̄ reuertatur in ciuita-
tem et in terram ſuam. Mortuus eſt autem rex
et perlatus eſt in Samariam. Sepelieruntq̄
regem in Samaria et lauerunt currum eius in
piſcina Samarie: et linxerunt canes ſanguinem
eius ⁊ habenas lauerunt iuxta verbum Domi-
ni quod locutus fuerat. Reliqua autem ſermo-
num Achab et vniuerſa que fecit ⁊ domus ebur-
nea quam edificauit: cunctarumq̄ vrbium quas
extruxit: Nonne hec ſcripta ſunt in libro ſermo-
num dierum regũ Iſrael: Dormiuit ergo achab
cum patribus ſuis: et regnauit Ochozias fili-
us eius pro eo. Ioſaphat vero filius Aza re-
gnare ceperat ſuper Iudã anno quarto achab
regis Iſrael. Trigintaquinq̄ annorum erat cũ
regnare cepiſſet: et vigintiquinq̄ annis regna-
uit in Hieruſalem. Nomen matris eius Azu-
ba filia Salai: et ambulauit in omni via Aza pa-
tris ſui et non declinauit ex ea. Fecitq̄ quod
rectum erat in conſpectu domini: veruntamen
excelſa non abſtulit. Adhuc enim populus ſa-
G crificabat et adolebat incenſum in excelſis. Pa-
cemq̄ habuit Ioſaphat cum rege Iſrael. Reli-
qua autem verborum Ioſaphat et opera eius
que geſſit ⁊ prelia: Nonne hec ſcripta ſunt in li-
bro verborum dierum regum Iuda: Sed et re-
liquias effeminatorum que remanſerant in die-
bus Aza patris eius abſtulit de terra. Nec erat
tunc rex conſtitutus in Edom. Rex vero Ioſa-
phat fecerat claſſes in mari que nauigarent in
Ophir propter aurum: et ire non poterant: q̄r
confracte ſunt in aſiongaber. Tunc ait Ocho-
zias filius Achab ad Ioſaphat: Vadant ſerui
mei cum ſeruis tuis in nauibus. Et noluit Io-
ſaphat: Dormiuitq̄ Ioſapat cum patribus
ſuis: et ſepultus eſt cum eis in ciuitate Dauid
patris ſui: regnauitq̄ Ioram fili⁹ eius pro eo.
Ochozias autem filius Achab regnare ceperat
ſuper Iſrael in Samaria anno ſeptimodecimo
Ioſaphat regis Iuda: regnauitq̄ ſuper Iſrael
duobus annis. Et fecit malum in conſpectu do-
mini et ambulauit in via patris ſui et matris
ſue: ⁊ in via Hieroboam filij Nabath qui pec-
care fecit Iſrael. Seruiuit quoq̄ Baal et ado-
rauit eum: et irritauit dominum deum Iſrael
iuxta omnia que fecerat pater eius.

Ochozias filius Achab regnat in iſſo... idola...

De Ioſaphat rege Iude.

Explicit primus liber Malachim: id eſt tertius Regum.

Incipit ſecundus liber Malachim: id eſt quartus Regum.

C.S. De preuaricatiõe Moab: caſu Ochozie ⁊ egrotatiõe eius: de verbis angeli ad Heliã ſuper Ochoziã: de duob⁹ quinquagenarijs igne conſumptis: tertio humilitate liberato: de morte Ochozie: ⁊ Ioram frater eius regnauit pro eo. Capl'm.j.

PReuaricatus eſt au- A
tez moab in
iſrael poſtq̄
mortuus eſt
achab. Ceci-
ditq̄ ocho-
zias per can-
cellos cena-
culi ſui qd
habebat i Sa-
maria ⁊ egrotauit: miſitq̄ nũcios: dicẽs ad
eos: Ite conſulite beezebub deum accaron
vtrum viuere queã de infirmitate mea hac.
Angelus autem dñi locutus eſt ad Heliam
theſbitem: dicens: Surge ⁊ aſcẽde in occur-
ſum nunciorum regis Samarie: ⁊ dices ad
eos: Nunquid nõ eſt deus in Iſrael: vt ea-
tis ad conſulẽdum beezebub deũ accaron:
Quamobrẽ: hec dicit dñs: De lectulo ſuper
quem aſcẽdiſti nõ deſcendes: ſed morte mo-
rieris. Et abijt Helias: reuerſiq̄ ſunt nun- B
cij ad Ochoziã. Qui dixit eis: Quare reuer-
ſi eſtis. At illi rñderunt ei: Vir occurrit no-
bis: ⁊ dixit ad nos: Ite ⁊ reuertimini ad re-
gez qui miſit vos: ⁊ dicetis ei: Hec dicit do-
minus: Nunquid q̄r nõ erat deus in iſrael:
mittis vt cõſulatur beelzebub deus accarõ:
Idcirco de lectulo ſup quẽ aſcẽdiſti non de-
ſcendes: ſed morte morieris. Qui dixit eis:
Cuius figure ⁊ habitus eſt vir ille qui occur-
rit vobis: ⁊ locutus eſt verba hec: At illi di-
xerũt: Vir piloſus ⁊ zona pelicea accinctus
renibus. Qui ait: Helias theſbites eſt. Mi-
ſitq̄ ad eum quinquagenarium principez ⁊
quinquaginta viros qui erant ſub eo. Qui
aſcendit ad eum: ſedẽtiq̄ in vertice mõtis:
ait. Homo dei rex p̄cepit vt deſcẽdas. Reſpõ-
denſq̄ Helias: dixit qnquagenario: Si ho-
mo dei ſum deſcẽdat ignis de celo ⁊ deuoret
te ⁊ qnquaginta tuos. Deſcẽdit itaq̄ ignis
de celo: ⁊ deuorauit eũ: ⁊ quinquaginta qui
erãt cũ eo. Rurſumq̄ miſit ad eũ p̄incipẽ qn-
quagenariũ alterũ: ⁊ qnquaginta cũ eo. Qui
locutus eſt illi: Homo dei: hec dicit rex: Fe-
ſtina deſcẽde. Reſpondẽs Helias: ait. Si ho-
mo dei ego ſum: deſcẽdat ignis de celo ⁊ de-
uoret te ⁊ quinquaginta tuos. Deſcẽdit er-
go ignis de celo: ⁊ deuorauit illũ ⁊ quinqua-

De preuaricatione Moab.

Ochozias infirm⁹ rex iſrl' cõſuluit beezebub ideo p̄dicit̄ ei⁹ mors p Heliaz.

Ochozias miſit ad heliam qnq̄genarium quẽ ignis deuorauit. xxiij. q. iiij. c. ſi illic.

C Scd's qnq̄genarius mittit̄ qui pariter moritur.

ginta eius. Iterū miſit principē quinquagena-
Tertius qn rium tertium ⁊ quinquaginta qui erant cum eo.
quagenari⁹ Qui cum veniſſet: curuauit genua contra Heliā
ſua hūilita- et precatus eſt eum: ⁊ ait: Homo dei noli deſpice
te liberat. re animam meam: ⁊ animas ſeruoꝝ tuorum qui
D mecum ſunt. Ecce deſcendit ignis de celo ⁊ deuo
rauit duos principes quinquagenarios primos ⁊
quinquagenos qui cum eis erant. Sed nunc ob-
Cū tertio ſecro vt miſerearis anime mee. Locutus eſt autē
helias deſcē angelus dñi ad Heliam: dicens: Deſcende cum
dit ⁊ ꝓdicit eo. Ne timeas. Surrexit igitur ⁊ deſcendit cum
mortē ocho eo ad regem: ⁊ locut⁹ eſt ei: Hec dicit dñs: Quia
zie. miſiſti nuncios ad conſulendum beelzebub deū
accaron quaſi non eſſet deus in Iſrael a quo poſ
ſes interrogare ſermonē: ideo de lectulo ſuꝑ quē
aſcendiſti non deſcendes: ſed morte morieris.
Mortuus eſt autem iuxta ſermonē domini quē
locutus eſt helias: ⁊ regnauit Ioram frater eius
pro eo anno ſecundo Ioram filij Ioſaphat regis
Iude. Non enim habebat filium. Reliqua autē
verboꝝ ochozie que operatus eſt: nōne hec ſcripta
ſunt in libro ſermonum dierum regum Iſrael.

¶ Capituli. Summarium. ¶ Helias ⁊ Heli-
ſeus ſimul ambulant: Helias aquam Iordanis
pallio diuidit: in celum rapitur: ſuper Heliſeum
ſpiritus Helie requieſcit: pallio Helie aquas diui
dit Heliſeus. De viris miſſis ad querendum he
liam: de ſale miſſo in vas quo ſanātur aque hieri-
cho: de irriſione puerorum laceratorum ab vrſis.

Capitulum. ij.

A
Accedente tēꝑe tranſlatiōis Helie heliſeus nō vult eum di mittere.

Factum eſt autem cum
leuare vellet dñs heliā ꝑ turbinē
in celum: ibant Helias ⁊ Heliſe⁹
de Galgalis. Dixitq; Helias ad
Heliſeum. Sede hic quia domi-
nus miſit me vſq; in Bethel. Cui ait Heliſeus:
Viuit dñs ⁊ viuit anima tua: qꝛ non derelinquā
te. Cumq; deſcēdiſſent Bethel: egreſſi ſunt filij
ꝓphetarū qui erāt in bethel ad Heliſeum: ⁊ dixe
runt ei: Nunquid noſti: qꝛ hodie dñs tollet dñm
tuū a te: Qui reſpōdit: Et ego noui. Silete: Di-
xit autē helias ad heliſeum: Sede hic qꝛ dñs miſit
me in hiericho. Et ille ait: Viuit dñs ⁊ viuit aīa
tua: qꝛ nō derelinquā te. Cumq; veniſſent Hieri
co: acceſſerunt filij prophetaꝝ qui erant in hieri-
cho ad Heliſeum: ⁊ dixerunt: Nunquid noſti: qꝛ
dominus hodie tollet dñm tuū a te. Et ait: Et
ego noui. Silete. Dixit autē ei helias: ſede hic: qꝛ B
dñs miſit me vſq; ad iordanē. Qui ait: Viuit do-
minus ⁊ viuit anima tua: qꝛ nō derelinquā te. Ie
runt igitur ambo pariter ⁊ quinquaginta viri de
filijs prophetarū ſecuti ſunt eos. Qui ⁊ ſteterūt
econtra longe. Illi autē ambo ſtabāt ſuꝑ Iorda
nem. Tulitq; helias pallium ſuum ⁊ inuoluit il-
lud: ⁊ percuſſit aquas que diuiſe ſunt in vtramq;
partem: ⁊ trāſierunt ambo per ſiccū. Cumq; tran-
ſiſſent: helias dixit ad heliſeum: Poſtula qd vis
vt faciā tibi anteq̄ tollar a te. Dixitq; heliſeus:
Obſecro vt fiat in me duplex ſpiritu⁹ tuus. Qui
reſpondit: Rem difficilem poſtulaſti: Attamen ſi
videris me quādo tollar a te: erit tibi quod peti-
ſti. Si autē nō videris: non erit. Cumq; pergeret et
incedentes ſermocinarent: ecce currus igneus ⁊
equi ignei diuiſerunt vtrūq;. Et aſcēdit Helias
per turbinem in celum: heliſeus autem videbat ⁊ C
clamabat: Pater mi: pater mi: currus Iſrael et
auriga eius: ⁊ non vidit eum amplius. Apprehen
ditq; veſtimenta ſua: ⁊ ſcidit illa in duas partes.
Et leuauit pallium Helie: quod ceciderat ei. Re-
uerſuſq; ſtetit ſuper ripam Iordanis: ⁊ pallio he
lie quod ceciderat ei: ꝑcuſſit aquas ⁊ nō ſunt di-
uiſe. Et dixit: Vbi eſt deus helie etiā nunc: Per
cuſſitq; aquas ⁊ diuiſe ſunt huc atq; illuc: ⁊ tran
ſijt heliſeus. Videntes autē filij prophetarū qui
erant in hierico: econtra dixerunt: Requieuit ſpi
ritus helie ſuper heliſeum. Et veniētes in occur
ſum eius adorauerunt eū proni in terrā: dixerūt
q; illi: Ecce cū ſeruis tuis ſunt quinquaginta vi
ri fortes: qui poſſunt ire ⁊ querere dñm tuum: ne
forte tulerit eum ſpiritus dñi ⁊ proiecerit eum in
vnum montium aut in vnā vallium: Qui ait: No
lite mittere. Coegeruntq; eum donec acquieſce-
ret ⁊ diceret: Mittite. Et miſerunt quinquagin
ta viros. Qui cum queſiſſent tribus diebus non
inuenerunt. Et reuerſi ſunt ad eum. At ille habi-
tabat in hierico: ⁊ dixit eis: Nunquid nō dixi vo-
bis nolite mittere. Dixerunt quoq; viri ciuita- D
tis ad heliſeum: Ecce habitatio ciuitatis huius
optima eſt ſicut tuipſe domine ꝑſpicis: ſed aque
peſſime ſunt: ⁊ terra ſterilis. At ille ait: Afferte
mihi vas nouum ⁊ mittite in illud ſal. Quod cū
attuliſſent: egreſſus ad fontem aquarum miſit in
illud ſal: ⁊ ait: Hec dicit dñs: Sanaui aquas has
⁊ non erit vltra in eis mors neq; ſterilitas. Sa-
nate ſunt ergo aque vſq; in diem hanc iuxta ver-
bum Heliſei quod locutus eſt. Aſcendit autem
inde Heliſeus in Bethel. Cumq; aſcēderet per
viam: pueri parui egreſſi ſunt de ciuitate ⁊ illude
bant ei: dicentes. Aſcende calue aſcende calue.
Qui cum reſpexiſſet: vidit eos: et maledixit eis
in nomine domini. Egreſſiq; ſunt duo vrſi de ſal
tu ⁊ lacerauerunt ex eis quadragintaduos pue-
ros. Abijt autem inde in montē carmeli: et in-
de reuerſus eſt in Samariam.

Helias ⁊ heliſeus trāſierunt iordanē ſiccum. petitio heliſei translatio helie.

Eccleſiaſti. xxviij. j. pij. c.

Heliſeus tinet pallium helie ⁊ diuiſit aqs iordanis.

Querit helias ⁊ nō inuenitur.

Heliſeus ſanauit aquarum ſterilitatem ſale.

Pueri lacerant ab vrſis: vocantes heliſeū caluum.

¶ Capituli. Summa. ¶ De Ioram qui fecit malum: de tribus regibus congregatis contra regem Moab: quibus Heliſeus dat aquas ſine pluuia: vincitur rex Moab ⁊ iratus filium ſuum primogenitum immolat. Capitulum. iij.

A Iorā rex iſrael cū ioſaphat ⁊ edō oppugnāt regē moabitarū tributū denegantem.

Ioram vero filius Achab regnauit ſup Iſrl'm ſamaria: anno decimoctauo Ioſaphat regis iude. Regnauitq; duodecim annis ⁊ fecit malum corā dn̄o: ſed nō ſicut pater ſuꝰ ⁊ mater: Tulit eni ſtatuas baal quas fecerat pater eius: verūtamen in peccatis hieroboā filij nabath qui peccare fecit iſrael adheſit nec receſſit ab eis. Porro Meſa rex moab nutriebat pecora multa ⁊ ſoluebat regi Iſrl' centum milia agnorum: ⁊ centū milia arietum cum velleribus ſuis. Cumq; mortuus fuiſſet Achab: preuaricatus eſt fedus qḋ habebat cū rege Iſrl'. Egreſſus eſt igitur rex Iorā in die illa de Samaria: ⁊ recenſuit vniuerſum Iſrl': miſitq; ad Ioſaphat regē Iuda: dicēs: Rex moab receſſit a me: veni mecū cōtra eum ad preliū. Qui rn̄dit aſcendā. Qui meus eſt: tuus eſt: ppl's meus: populus tuus: ⁊ equi mei: equi tui. Dixitq;: Per quam viam aſcendemus: At ille reſpondit: Per deſertum idumee. Perrexerunt igit rex Iſrael ⁊ rex iuda ⁊ rex edom: ⁊ circuierunt per viam ſeptē dierum: nec erat aqua exercitui ⁊ iumentis que ſequebantur eos. Dixitq; rex Iſrael: Heu heu heu: Congregauit nos dominus tres reges: vt traderet in manu Moab. Et ait Ioſaphat: Eſt ne hic propheta domini vt deprecemur dominū per eum: Et reſpondit vnus de ſeruis regis Iſrael. Eſt hic heliſeus filius ſaphat qui fundebat aquam ſuper manus helie. Et ait ioſaphat: Eſt apud eum ſermo domini: deſcenditq; ad eum rex Iſrael ⁊ ioſaphat rex iuda ⁊ rex edom. Dixit autem heliſeus ad regē iſrael: Quid mihi ⁊ tibi eſt: Uade ad prophetas patris tui ⁊ matris tue. Et ait illi rex Iſrael: Quare congregauit dominus tres reges hos vt traderet eos in manꝰ Moab: Dixitq; ad eum Heliſeus: Uiuit dominus exercituum in cuius conſpectu ſto: q̄ ſi non vultum Ioſaphat regis Iude erubeſcerem: non attendiſſem quidē te nec reſpexiſſem. Nunc autē adducite mihi pſaltem. Cūq; caneret pſaltes facta eſt ſuper eū manus dn̄i ⁊ ait. Hec dicit dn̄s. Facite alueum torrētis huius foſſas ⁊ foſſas. Hec eni dicit dominus. Non videbitis ventū neq; pluuiam: ⁊ alueus iſte replebit aquis: ⁊ bibetis vos ⁊ familie veſtre ⁊ iumēta veſtra. Parumq; eſt hoc in conſpectu dn̄i: inſuper tradet etiam moab in manus veſtras. Et pcutietis omnē ciuitatē munitā ⁊ omnē vrbem electam: ⁊ vniuerſū lignum fructiferum ſuccidetis: cunctoſq; fontes aquarū obturabitis: ⁊ omnē agrum egregium operietis lapidibus. Factū eſt igit mane quādo ſacrificiū offerri ſolet: ⁊ ecce aque veniebant per viam edō. Et repleta eſt terra aquis. Uniuerſi aūt moabite audientes q̄ aſcendiſſent tres reges vt pugnarent aduerſum eos: conuocauerunt oēs qui accincti erant baltheo deſup: ⁊ ſteterunt in terminis. Primoq; mane ſurgentes: ⁊ orto iam ſole ex aduerſo aquarum viderunt moabite ecōtra aquas rubras quaſi ſanguinē dixeruntq;. Sanguis gladij eſt: pugnauerūt reges cōtra ſe: ⁊ ceſi ſunt mutuo. Nunc perge ad predā moab. Perrexeruntq; in caſtra Iſrael. Porro conſurgens Iſrael percuſſit moabitas at illi fugerunt corā eis. Uenerūt igitur qui vicerant ⁊ pcuſſerunt moab ⁊ ciuitates deſtruxerūt: ⁊ omnē agrū optimū mittentes ſinguli lapides repleuerunt ⁊ vniuerſos fontes aquarū obturauerunt: ⁊ omnia ligna fructifera ſucciderunt: ita vt muri tm̄ fictiles remanerent. Et circundata eſt ciuitas a fundibularijs: ⁊ magna ex parte percuſſa. Quod cū vidiſſet rex Moab p̄ualuiſſe ſcʒ hoſtes: tulit ſecū ſeptingentos viros educentes gladios vt irrumperent ad regem edom: ⁊ non potuerunt. Arripienſq; filium ſuū primogenitū qui regnaturus erat pro eo. obtulit holocauſtū ſuper murū: ⁊ facta eſt indignatio magna in Iſrael: Statimq; receſſerūt ab eo: ⁊ reuerſi ſunt in terram ſuam.

iiij. Regum iij.a.

B Ad pces heliſei alueꝰ replet aqs p̄ tribus regibus ⁊ exercitu.

iij. Regum xxij.a.⁊.xv. ij.c.

C

Victoria iſraelitarū cōtra reges ⁊ moabitas.

D

¶ Ca. Sum. ¶ De vaſis vacuis repletis oleo: de muliere magna hoſpita Heliſei que pregnans peperit filium: de morte filij eius: de reſuſcitatione facta per Heliſeum de panibus primitiarum augmentatis. Capitulum. iiij.

A De multiplicatione olei vidue ad ſatiſfaciendū creditoribus.

Mulier autem quedam de vxoribus prophetarum clamabat ad Heliſeum dicens. Seruus tuus vir meus mortuus eſt et tu noſti quia ſeruus tuus fuit timens deum. Et ecce creditor venit vt tollat duos filios meos ad ſeruiendum ſibi: Cui dixit Heliſeus. Quid vis vt faciam tibi. Dic mihi. Quid habes in domo tuo. At illa reſpondit. Non habeo ancilla tua quicq̄ in domo mea niſi parum olei quo vngar. Cui ait. Uade pete mutuo ab omnibus vicinis tuis vaſa vacua nō pauca: ⁊ ingredere ⁊ claude oſtiū tuū: cū intrinſecus fueris tu ⁊ filij tui: ⁊ mitte inde i omnia vaſa hec et cum plena fuerint tolles. Iuit itaq; mulier et clauſit oſtium ſuper ſe ⁊ ſup filios ſuos. Illi offerebant vaſa: ⁊ illa infundebat. Cumq; plena fuiſſent vaſa dixit ad filium ſuum. Affer mihi adhuc vas. Et ille reſpondit. Non habeo. Stetitq; oleum. Uenit autem illa ⁊ indicauit homini dei. Et ille. Uade inquit vende oleum et redde creditori tuo: tu autem et filij tui viuite de reliquo. Facta eſt autem quedā dies: ⁊ tranſibat Heliſeus per ſuam ciuitatem. Erat autem ibi mulier magna que tenuit eum vt comederet panem. Cūq; frequenter inde tranſiret diuertebat ad eam vt comederet panem. Que dixit ad virum ſuum. Animaduerto q̄ vir dei ſanctus eſt iſte: qui tran-

B

Hoſpite heliſei p̄dicit natiuitas filij.

ſit per nos frequenter. Faciamus ergo ei cena
culum paruum: et ponamus ei in eo lectulum: et
menſaʒ ⁊ ſellam ⁊ candelabrum: vt cum venerit
ad nos maneat ibi. Facta eſt ergo dies quedam
et veniens diuertit in cenaculum: ⁊ requieuit ibi
Dixitqꝫ ad Gieʒi puerum ſuū. Uoca ſunamitē
iſtam qui cum vocaſſet eam: ⁊ illa ſtetiſſet coraʒ
C eo: dixit ad puerum ſuum. Loquere ad eam. Ec
ce ſedule in omnibꝰ miniſtraſti nobis: qd vis vt
faciam tibi. Nūquid habes negociū ⁊ vis vt lo
quar regi ſiue ꝑncipi militie. Que rn̄dit in medio
populi mei habito ⁊ ait. Quid ergo vult vt faciā
ei: Dixitqꝫ Gieʒi. Ne queras. Filiū enim non
Ge.xviij.b Natiuitas pueri hoſpite et poſtea ſuſcitatio. habet: ⁊ vir eius: ſenex eſt. Precepit itaqꝫ vt vo
caret eaʒ. Que cum vocata fuiſſet et ſtetiſſet ad
oſtiū dixit ad eā. In tpe iſto ⁊ in hac eadeʒ hora
ſi vita comes fuerit habebis in vtero filiū. At illa
rn̄dit Noli queſo dn̄e mi vir dei noli mentiri an
cille tue. Et concepit mulier ⁊ peperit filium in
tēpore ⁊ in hora eadē qua dixerat heliſeus. Cre
uit aūt puer ⁊ cum eſſet quedam dies ⁊ egreſſus
eſſet ad patrem ſuū ⁊ ad meſſores ait patri ſuo.
D Caput meū doleo. At ille dixit puero tolle ⁊ duc
eū ad matrē ſuaʒ. Qui cuʒ tuliſſet adduxiſſetqꝫ
euʒ ad matrē ſuā: poſuit euʒ illa ſuper genua ſua
vſqꝫ ad meridieʒ: ⁊ mortuus eſt. Aſcendit autem
et collocauit eū ſuper lectulū hominis dei et clau
ſit oſtium et egreſſa vocauit virum ſuum et ait.
Mitte mecum obſecro vnum de pueris ⁊ aſinā
vt excurram vſqꝫ ad hominem dei et reuertar.
Qui ait illi. Quam ob cām vadis ad euʒ. Hodie
nō ſunt calende neqꝫ ſabbatum Que rn̄dit vadā
Strauitqꝫ aſinaʒ ⁊ pcepit puero. Mina ⁊ prope
ra: ne mihi morā facias in eūdo: ⁊ hoc age quod
j.v.f. precipio tibi. Propheta eſt igitur et venit ad vi
rum dei in monte carmelli. Cumqꝫ vidiſſet eam
vir de contra ait ad Gieʒi puerum ſuum. Ecce
ſunamitis illa vade ergo in occurſum eius: ⁊ dic
ei: Recte ne agitur circa te ⁊ circa virum tuum:
E et circa filium tuum. Que rn̄dit: Recte. Cumqꝫ
veniſſet ad virum dei in montem: apprehendit
pedes eius et acceſſit Gieʒi vt amoueret eā. Et
ait homo dei. Dimitte illā: anima enim eius in
amaritudine eſt ⁊ dn̄s celauit a me ⁊ nō indicauit
mihi. Que dixit illi. Nunqd petiui filium a dn̄o
meo Nunqd nō dixi tibi: ne illudas me. Et ille
ait ad gieʒi. Accinge lūbos tuos: ⁊ tolle baculuʒ
meum in manu tua ⁊ vade. Si occurrerit tibi ho
mo nō ſalutes eū ⁊ ſi ſalutauerit te quiſpiā: non
rn̄deas illi ⁊ pones baculuʒ meū ſup faciē pueri.
Porro mater pueri: ait. Uiuit dn̄s: et viuit aia
tua: non dimittā te. Surrexit ergo ⁊ ſecutus eſt
eam. Gieʒi autē preceſſerat ante eos ⁊ poſuerat
baculuʒ ſup faciem pueri: ⁊ nō erat vox neqꝫ ſen
iij.re.xvij.d ſus. Reuerſuſqꝫ eſt in occurſuʒ eius: ⁊ nunciauit
Act.xx.c. ei: dicēs. Non ſurrexit puer. Ingreſſus eſt ergo
F Heliſeus domum. Et ecce puer mortuus iace
bat in lectulo eius. Ingreſſuſqꝫ clauſit oſtium
ſuper ſe ⁊ ſup puerum: ⁊ orauit ad dn̄m. Et aſcē
dit et incubuit ſup puerum: poſuitqꝫ os ſuū ſup
os eius: ⁊ oculos ſuos ſup oculos eius ⁊ manus
ſuas ſup manꝰ eius ⁊ incuruauit ſe ſup eū ⁊ cale
facta eſt caro pueri. At ille reuerſus deābulabat
in domo ſemel huc atqꝫ illuc: ⁊ aſcendit ⁊ incubu
it ſuper eum. Et oſcitauit puer ſepcies: aperuit j.viij.a.
qꝫ oculos Et ille vocauit Gieʒi: ⁊ dixit ei: Uoca
ſunamitē hanc. Que vocata ingreſſa eſt ad eum.
Qui ait. Tolle filium tuum. Uenit illa ⁊ corruit Lu.vij.b.
ad pedes eius: ⁊ adorauit ſup terram. Tulitqꝫ fi
lium ſuum ⁊ egreſſa eſt: ⁊ Heliſeꝰ reuerſus eſt in
galgala. Erat aūt fames in terra: ⁊ filij ꝑpheta
ruʒ habitabāt corā eo: dixitqꝫ vni d pueris ſuis.
Pone ollam grandem ⁊ coque pulmentū filijs
prophetarum: Et egreſſus eſt vnus in agruʒ vt G
colligeret herbas agreſtes: Inuenit quaſi vitē
ſilueſtrem: ⁊ collegit ex ea coloquintidas agri: ⁊
impleuit palium ſuum: et reuerſus: conſcidit in
ollam pulmenti. Neſciebat enim quid eſſet. In
fuderunt ergo ſocijs vt comederēt. Cūqꝫ guſtaſ
ſent de coctiōe: exclamauerunt: dicentes. Mors
in olla vir dei: ⁊ nō potuerunt comedere. At ille.
Afferte inquit farinam. Cumqꝫ tuliſſent: miſit in
ollam: ⁊ ait. Infunde turbe vt comedant. Et nō
fuit amplius quicqꝫ amaritudinis in olla. Uir āt
quidā venit de Balſaliſa deferēs viro dei panes
primitiarū: ⁊ viginti panes hordeaceos ⁊ frumē
tum nouū in pera ſua. At ille dixit. Da pplo vt
comedat. Rn̄ditqꝫ ei miniſter eius. Quantuʒ eſt
hoc vt apponam coram centum viris. Rurſum
ille ait. Da populo vt comedat. Hec enim dixit
dominꝰ: Comedēt ⁊ ſupererit. Poſuit itaqꝫ corā
eis. Qui comederūt ⁊ ſuperfuit iuxta verbū dn̄i.

Heliſeꝰ pphe famiſ her[b]is agreſtibus dulcorauit pauit pplo[s]

Eligiti [...] cibus bordeaceis centum hoies paſcuntur a heliſeo.

Capituli Summarium. De naaman le
proſo curato per Heliſeū prophetaʒ: ⁊ de Gieʒi
qui accepit argentum et veſtes a naaman: cui ad
heſerat lepra naaman. Capitulum. v.

Naamā princeps mi A
litie regis Syrie: erat vir ma
gnus apud dn̄ʒ ſuum ⁊ hono
ratus. Per illum enim dedit
dn̄s ſalutē ſyrie. Erat aūt vir
fortis ⁊ diues: ſʒ leproſꝰ. Por
ro de ſyria egreſſi fuerāt latrū
culi: ⁊ captiuam duxerant de terra iſrael puellaʒ
paruulā: que erat in obſequio vxoris naamā: que
ait ad dn̄am ſuaʒ. Utinā fuiſſet dominꝰ meus ad
prophetaʒ qui eſt in Samaria profecto curaſſet
eum a lepra quā habet. Ingreſſus eſt itaqꝫ na B
aman ad dn̄m ſuum ⁊ nunciauit ei: dicens. Sic ⁊
ſic locuta eſt puella de terra Iſrl'. dixitqꝫ ei rex
ſyrie. Uade ⁊ mittā litteras ad regeʒ iſrael. Qui
cum pfectus eſſet ⁊ tuliſſet ſecum decem talenta
argenti: ⁊ ſex milia aureos: ⁊ decem mutatoria
veſtimentorū: detulit litteras ad regeʒ iſrael: in
hec verba. Cum acceperis epiſtolam hanc: ſcito
qꝫ miſerim ad te Naaman ſeruū meuʒ: vt cures
eum a lepra ſua. Cumqꝫ legiſſet rex iſrael litteras
ſcidit veſtimenta ſua ⁊ ait. Nunqd ego deus ſuʒ Deut.xxxij.f.
vt occidere poſſim ⁊ viuificare: quia iſte miſit ad

De naaman leproſo curato p heliſeū.

me:vt curē hominē a lepꝛa ſua. Animaduertite ⁊
videte ꝙ occaſiones querat aduerſuꝫ me. Qđ cū
audiſſet heliſeus vir dei: ſcidiſſe videlicet regē Iſ
rael veſtimenta ſua: miſit ad eū: dicēs. Quare ſci-
diſti veſtimēta tua. Ueniat ad me: ⁊ ſciat eſſe pꝛo
E phetā in iſrael. Uenit ergo naamā cū equis ⁊ cur
ribus: ⁊ ſtetit ad oſtium domus heliſei. Miſitq̄
ad eum heliſeus nunciuꝫ: dicens. Uade ⁊ lauare
ſepties in ioꝛdane: ⁊ recipiet ſanitatē caro tua: at
q̄ mūdaberis. Iratus naaman recedebat dicēs
Putabā ꝙ egrederetur ad me: ⁊ ſtans inuoca-
ret nomen dn̄i dei ſui: ⁊ tangeret manu ſua locuꝫ
lepꝛe ⁊ curaret me. Nunquid non melioꝛes ſunt
abanā ⁊ pharfar fluuij damaſci omnibus aquis
Iſrael: vt lauer in eis ⁊ munder. Cū ergo vertiſ-
ſet ſe ⁊ abiret indignans: acceſſerūt ad eum ſerui
ſui ⁊ locuti ſunt ei. Pater ⁊ ſi rem grandē dixiſ-
D ſet tibi pꝛopheta: certe facere debueras. Quanto
Lu.iiij.c. magis: q2 nunc dixit tibi: lauare ⁊ mundaberis.
Heliſe) no- Deſcēdit ⁊ lauit ſepties in ioꝛdane iuxta ſermo-
luit quicꝙ ac nem viri dei: ⁊ reſtituta eſt caro eius ſicut caro
cipe p cura pueri paruuli ⁊ mundatus eſt. Reuerſuſq̄ ad vi-
tiōe naamā rum dei cum vniuerſo comitatu ſuo: venit ⁊ ſtetit
ſed giezi ac coꝛam eo: ⁊ ait. Uere ſcio ꝙ nō ſit alius deus in
cepit ⁊ capi vniuerſa terra: niſi tantū in Iſrael. Obſecro ita-
tur lepꝛa. q̄ vt accipias benedictionē a ſeruo tuo. At ille re
ſpondit: viuit dn̄s ante quem ſto quia nō accipiā.
Cumq̄ vim faceret: penitus non acquieuit dixit
E q̄ naaman. Ut vis. Sed obſecro concede mihi
ſeruo tuo vt tollā onus duoꝛū burdonū de terra.
Non eñ faciet vltra ſeruus tuus holocauſtū aut
victimam dijs alienis niſi dn̄o. Hoc autē ſolū eſt
quo depꝛeceris dn̄m pꝛo ſeruo tuo quādo ingre-
dietur dn̄s meus tēplum rēmon vt adoꝛet: ⁊ illo
innitēte ſuper manum meā ſi adoꝛauero in tēplo
F Remmon adoꝛante eo in eodeꝫ loco: vt ignoſcat
mihi dn̄s ſeruo tuo pꝛo hac re. Qui dixit ei. Ua-
de in pace. Abijt ergo ab eo electo tp̄e. Dixitq̄
Giezi puer viri dei. Pepercit dn̄s meus naamā
ſyꝛo iſti: vt nō acciperet ab eo que attulit. Uiuit do
minus: q2 currā poſt eū: ⁊ accipiā ab eo aliqđ. Et
ſecut9 eſt giezi poſt tergū naamā. Quē cū vidiſſet
ille currētē ad ſe: deſilijt de curru in occurſuꝫ ei9:
iiij.d. ⁊ ait. Recte ne ſunt oīa. ⁊ ille ait. Recte. Dn̄s me9
miſit me ad te: dicēs. Modo venerūt ad me duo
adoleſcentes de monte ephꝛaim: ex filijs pphēta
rum. Da eis talentū argēti: ⁊ veſtes mutatoꝛias
duplices. Dixitq̄ naamā. Melius eſt vt accipias
G duo talēta. Et coegit eum ligauitq̄ duo talenta
argenti in duobus ſaccis: ⁊ duplicata veſtimenta:
⁊ impoſuit duobus pueris ſuis: qui ⁊ poꝛtauerūt
coꝛam eo. Cumq̄ veniſſet iaꝫ veſperi tulit de ma
nu eoꝝ: ⁊ repoſuit in domo: dimiſitq̄ viros ⁊ abie
runt ipſe aūt ingreſſus ſtetit coꝛā dn̄o ſuo: ⁊ dixit
heliſeus. Unde venis giezi. Qui rn̄dit. Non iuit
ſeruus tuus quoq̄. At ille ait. Nonne coꝛ meū in
pꝛeſenti erat: qn̄ reuerſus eſt homo de curru ſuo
...j.c.q ſtu in occurſuꝫ tui. Nunc igit̄ accepiſti argētum ⁊ ac
... cepiſti veſtes vt emas olvieta ⁊ vineas ⁊ oues et
Parali. boues ⁊ ſeruos ⁊ ancillas. Sed ⁊ lepꝛa naaman
...ij.d. adherebit tibi ⁊ ſemini tuo vſq̄ in ſempiternuꝫ.
Et egreſſus eſt quaſi nix ab eo lepꝛoſus.

Capituli. Summarium. Heliſeus ferruꝫ
dilapſum reuocat ad lignum: rex Syꝛie pugnat
contra Iſrael: dirigit pꝛo Heliſeo qui ſecreta
inſidiaruꝫ pandit Iſraeli excecant̄ directi ⁊ in Sa
mariam ducti ⁊ refecti dimittuntur ſalui vendit̄
octoginta argenteis caput aſini ⁊ quarta pars
cabi ſtercoꝛis columbarum quinq̄ argenteis:
due mulieres comedunt infantes pꝛe fame: ho-
micida mittitur vt pꝛecidat caput Heliſei.

Capitulum. vj.

Dixerunt autem filij A
pꝛophetarum ad Heliſeuꝫ. Ec-
ce locus in quo habitamus co-
ram te anguſtus eſt nobis. Ea-
mus vſq̄ ad ioꝛdanem ⁊ tollant
ſinguli de ſilua materias ſingu-
las vt edificemus nobis ibi lo-
cum ad habitandū. Qui dixit. Ite. Et ait vnus
ex illis. Ueni ergo ⁊ tu cum ſeruis tuis. Reſpon-
dit ego veniam. Et abijt cum eis. Cumq̄ veniſ- De conſec.
ſent ad ioꝛdanem cedebant ligna. Accidit autem diſtinc.ij. c.
vt cum vnus materiam ſuccidiſſet: caderet ferruꝫ reuera.
ſecuris in aquam exclamauitq̄ ille ⁊ ait. Heu
heu heu: domine mi: ⁊ hoc ipſum mutuo accepe B
ram. Dixit autem homo dei: vbi cecidit. At ille
monſtrauit ei locum: pꝛecidit ergo lignum ⁊ mi-
ſit illuc. Natauitq̄ ferrum et ait. Tolle. Qui ex-
tendit manum et tulit illud. Rex auteꝫ Syꝛie pu
gnabat contra Iſrael: conſiliumq̄ inijt cum ſer-
uis ſuis dicens: in loco illo ⁊ illo ponamus inſidi- de natatio-
as. Miſit itaq̄ vir dei ad regē Iſrael dicens. Ca ne ferri per
ue ne tranſeas in locum illum: q2 ibi Syꝛi in inſi- heliſeum.
dijs ſunt. Miſit itaq̄ rex Iſrael ad locum quem
dixerat ei vir dei: et pꝛeoccupauit eum ⁊ obſerua
uit ſe ibi: non ſemel neq̄ bis. Conturbatumq̄
eſt coꝛ regis Syꝛie pꝛo hac re. et conuocatis ſer- Heliſeus p
uis ſuis ait. Quare non indicaſtis mihi quis pꝛo phetat regi
ditoꝛ mei ſit apud regem Iſrael. Dixitq̄ vnus iſrael inſidi
ſeruoꝛum eius. Nequaq̄ domine mi rex: ſed He- as Syꝛie iō
liſeus pꝛopheta qui eſt in Iſrael indicat regi Iſ- perſequit̄
rael omnia verba quecunq̄ locutus fueris in con heliſeum.
claui tuo. Dixitq̄ eis ite ⁊ videte vbi ſit vt mit- C
tam ⁊ capiam eum. Annunciauerunt ei dicentes:
Ecce in Dothaim. Miſit ergo illuc equos ⁊ cur
rus ⁊ robur exercitus. Qui cum veniſſent nocte
circundederunt ciuitatem. Conſurgens auteꝫ di
luculo miniſter viri dei egreſſus eſt. Viditq̄ exer
citum in circuitu ciuitatis ⁊ equos ⁊ currus. Nū
ciauitq̄ ei dicens. Heu heu heu dn̄e mi quid fa-
ciemus. At ille reſpondit. Noli timere. Plures ij. Parali.
enim nobiſcum ſunt q̄ cum illis. Cumq̄ oꝛaſſet xxxij.b.
Heliſeus ait. Domine aperi oculos pueri huius D
vt videat. Et aperuit dn̄s oculos pueri ⁊ vidit: ⁊
ecce mons plenus equoꝛum ⁊ curruum igneoꝛuꝫ
in circuitu Heliſei. Hoſtes vero deſcenderunt ad
eum. Poꝛro Heliſeus oꝛauit ad dominuꝫ dicēs. Geñ.xix.a
Percute obſecro gentem hanc cecitate. Per- Syꝛi perſe-
cuſſitq̄ eos dominus ne viderent iuxta verbum quētes heli
heliſei. Dixit autem ad eos Heliſeus: nō eſt hec ſeum obce-
via neq̄ iſta eſt ciuitas. Sequimini me et oſten- cantur.

E damvobis virum quē queritis. Duxit ḡ eos in ſamariam. Cumq; ingreſſi fuiſſent in Samariam dixit Heliſeus. Domine aperi oculos iſtorum vt videāt. Aperuitq; dn̄s oc'los eoꝝ: ⁊ viderūt ſe eſſe in medio Samarie. Dixitq; rex Iſrl' ad Heliſeuꝫ cum vidiſſet eos. Nunquid percutiaꝫ eos pater mi. Et ille ait. Non percuties. Neq; enim cepiſti eos gladio ⁊ arcu tuo vt percutias. Sed pone panem ⁊ aquam coram eis vt comedant ⁊ bibāt ⁊ vadāt ad dominū ſuuꝫ. Appoſitaq; eſt eis ciborum magna preparatio: ⁊ comederunt ⁊ biberūt

F ⁊ dimiſit eos: abieruntq; ad dominum ſuum. Et vltra non venerunt latrones Syrie in terrā iſrael. Factum eſt autem poſt hec congregauit Benadab rex Syrie vniuerſum exercituꝫ ſuuꝫ ⁊ aſcēdit ⁊ obſidebat Samariā: Factaq; eſt fames magna in Samaria: ⁊ tandiu obſeſſa eſt donec venūdaretur caput aſini octoginta argēteis: ⁊ quarta pars cabi ſtercoris columbarum quinq; argēteis. Cumq; rex Iſrael tranſiret per murum: mulier quedam exclamauit ad euꝫ dicens. Salua me domine mi rex. Qui ait. non te ſaluet dominus: vnde te poſſum ſaluare de area vel de torculari. Dixitq; ad eam rex. Quid tibi vis. Que reſpondit. Mulier iſta dixit mihi. Da filiuꝫ tuum vt comedamus eum hodie: ⁊ filium meum comedem⁹ cras. Coximus ergo filium ⁊ comedimus. Dixit

G q; ei die altera. Da filium tuum vt comedamus eum. Que abſcondit filium ſuum. Quod cum audiſſet rex ſcidit veſtimenta ſua: ⁊ tranſibat ꝑ murum. Viditq; omnis populus ciliciū quo veſtitus erat rex ad carnem intrinſecus. Et ait rex. Hec mihi faciat deus ⁊ hec addat: ſi ſteterit caput Heliſei filij Saphat ſuper ipſum hodie. Heliſeus aūt ſedebat in domo ſua: ⁊ ſenes ſedebant cū eo. Premiſit itaq; virum: et anteq̄ veniret nuncius ille dixit ad ſenes. Nunquid ſcitis ꝙ miſerit filius homicide huc vt precidatur caput meum. Videte ergo cum venerit nuncius claudite hoſtium ⁊ non ſinatis eum introire. Ecce enim ſonitus pedum domini eius poſt eum eſt. Adhuc illo loquente eis: apparuit nuncius qui veniebat ad eum ⁊ ait. Ecce tantum malum a domino eſt. Quid amplius expectabo a domino.

Deuteronō. xxviij. f. Tpe belli fames tātavt due mr̄es comederēt ſuos filios. ij. Regum xiiij. a. Thre. iiij. a

Mittit̄ nūcius ad preſcindenduꝫ caput Heliſei.

iij. re. xix. a.

¶ Capituli. Summarium. ¶ Premittitur conſolatio vbertatis abundantis: de quattuor viris leproſis qui nunciant fugam Syriorum: de copia ſimile ⁊ hordei: de morte ducis non credentis Heliſeo.

Capitulum. vij.

A Dixit autem Heliſe⁹ Audite verbum domini: Hec dicit dominus: In tēpore hoc cras modi⁹ ſimile vno ſtathere erit: ⁊ duo modi hordei ſtathere vno in porta Samarie. Reſpōdens vnus de ducibus ſuper cuius manum rex incumbebat homini dei: ait: Si dominus fecerit etiam cataractas in celo: nunquid poterit eſſe quod loqueris

Heliſe⁹ prenunciat fames ſedādā qđ accidit ex ſolhs ſyriorū fugiētium.

Qui ait: Videbis oculis tuis ⁊ inde nō comedes. Quattuor ergo viri erant leproſi iuxta introituꝫ porte: qui dixerunt ad inuicem. Quid hic eſſe volumus donec moriamur: Siue ingredi voluerimus ciuitatem: fame moriemur: ſiue māſerimus hic moriendum nobis eſt. Venite ergo ⁊ tranſfugiamus ad caſtra Syrie. Si pepercerint nobis: viuemus: Si autem occidere voluerint: nihilominus moriemur. Surrexerūt ergo veſpere vt venirent ad caſtra Syrie. Cumq; veniſſent ad ꝑncipium caſtrorum Syrie: nullum ibidem reppere

B runt. Siquidem dominus ſonituꝫ audiri fecerat in caſtris Syrie curruum ⁊ equoruꝫ: ⁊ exercitus plurimi. Dixeruntq; ad inuicem: Ecce mercede conduxit aduerſum nos rex Iſrael: reges Betheorum ⁊ Egyptiorum: ⁊ venerunt ſuper nos. Surrexerunt ergo ⁊ fugerunt in tenebris: ⁊ dereliquerunt tētoria ſua: ⁊ equos ⁊ aſinos in caſtris: fugeruntq; animas tantum ſuas ſaluare cupiētes. Igitur cum veniſſent leproſi illi ad principium caſtrorum: ingreſſi ſunt vnum tabernaculuꝫ: ⁊ comederunt ⁊ biberunt: Tuleruntq; inde argētum ⁊ aurum ⁊ veſtes ⁊ abierunt ⁊ abſconderunt Et rurſum reuerſi ſunt ad aliud tabernaculum: ⁊ inde ſimilter auferentes abſconderunt. Dixeruntq; ad inuicem: Non recte facimus. Hec eīm dies boni nuncij eſt. Si tacuerimus ⁊ noluerimus nunciare vſq; mane: ſceleris arguemur. Venite eamus ⁊ nunciemus in aula regis. Cumq;

C veniſſent ad portam ciuitatis: narrauerunt eis: dicentes: Iuimus ad caſtra Syrie: ⁊ nullum ibidem repperimus hominem: niſi equos ⁊ aſinos alligatos: ⁊ fixa tentoria. Ierunt ergo portarij: ⁊ nunciauerunt in pallacio regis intrinſec⁹. Qui ſurrexit nocte: ⁊ ait ad ſeruos ſuos: Dic nobis quid fecerint nobis Syri. Sciūt: quia fame laboramus: ⁊ idcirco egreſſi ſunt de caſtris ⁊ latitant in agris dicentes: Cum egreſſi fuerint de ciuitate: capiemus eos viuos: ⁊ tunc ciuitatem ingredi poterimus. Reſpondit autem vnus ſeruorum eius: Tollamus quinq; equos qui remanſerunt in vrbe: quia ipſi tantum ſunt in vniuerſa multitudine Iſrael: alij enim conſumpti ſunt: ⁊ mittētes explorare poterimus. Adduxerūt ergo duos equos: miſitq; rex in caſtra Syriorum: dicens:

D Ite ⁊ videte. Qui abierunt poſt eos vſq; ad iordanem. Ecce autem omnis via plena erat veſtibus ⁊ vaſis: que proiecerant Syri cum turbarētur. Reuerſiq; nuncij indicauerunt regi. Et egreſſus populus diripuit caſtra Syrie. Factuſq; eſt modius ſimile ſtathere vno: ⁊ duo modij hordei ſtathere vno: iuxta verbum domini. Porro rex ducem illum in cuius manu incubuerat: conſtituit ad portam quem conculcauit turba in introitu porte: ⁊ mortuus eſt iuxta quod locutus fuerat vir dei quando deſcenderat rex ad eum. Factumq; eſt ſm̄ ſermonem viri dei: quē dixerat regi quādo ait: duo modij hordei ſtathere vno erunt: et modius ſimile ſtathere vno: hoc eodem tempore cras in porta ſamarie qn̄ r̄nderat dux ille viro dei ⁊ dixerat etiam ſi dn̄s fecerit cataractas in celo:

Quattuor leproſi fugiētes propter famem nunciant fugaꝫ ſyriorū.

nunquid poterit fieri quod loqueris: Et dixit ei: Videbis oculis tuis ⁊ inde non comedes. Euenit ergo ei ſicut predictū erat: ⁊ conculcauit eū populus in porta: ⁊ mortuus eſt.

¶ Capituli. Summarium. ¶ De fame ſeptē annorum ⁊ ſunamite peregrinante: de morte Benadab ⁊ regno Azahel: recedit edom ab iuda facto ſibi rege moritur rex Iuda: ⁊ regnat Ochozias filius eius. Capitulum.viij.

A
Fames ſeptē annoꝝ pdicit mulieri ſunamiti ab heliſeo ij.iiij.f.

Eliſeus autem locutus eſt ad mulierem cuius viuere fecerat filiū dicens: Surge et vade tu ⁊ domus tua: ⁊ peregrinare vbicunqꝫ reppereris. Vocabit enim dñs famen: ⁊ veniet ſuper terram ſeptē annis. Que ſurrexit ⁊ fecit iuxta verbū hominis dei: ⁊ vadēs cum domo ſua peregrinata eſt in terra Philiſtijm diebus multis. Cumqꝫ finiti eſſent anni ſeptem: reuerſa eſt mulier de terra Philiſtijm. Et ingreſſa eſt vt interpellaret regē pro domo ſua ⁊ pro agris ſuis. Rex autem loquebatur cum Giezi

B

puero viro dei dicēs: Narra mihi omnia magnalia que fecit heliſeus. Cūqꝫ ille narraret regi quomodo mortuum ſuſcitaſſet apparuit mulier cuius viuificauerat filium: clamans ad regē pro domo ſua ⁊ pro agris ſuis: dixitqꝫ Giezi: Dñe mi rex hec eſt mulier: ⁊ hic eſt filius eius quē ſuſcitauit Heliſeus. Et interrogauit rex mulierē. Que narrauit ei vera eſſe. Deditqꝫ ei rex eunuchum vnū dicens: Reſtitue ei omnia que ſua ſunt: ⁊ vniuerſos redditus agrorum a die qua reliquit terram vſqꝫ ad preſens. Venit qꝫ Heliſeus damaſcū ⁊ benadab rex Syrie egrotabat. Nunciaueruntqꝫ ei dicentes. Venit vir dei huc. Et ait rex ad Azabel Tolle tecum munera ⁊ vade in occurſum viri dei: et conſule dominum per eum: dicens: Si euadere potero de infirmitate mea hac. Iuit igitur Azahel in occurſum eius habēs ſecū munera ⁊ oīa bona damaſci onera quadraginta camellorū. Cūqꝫ ſtetiſſet coram eo: ait. Filius tuus Benadab rex Syrie: miſit me ad te dicēs: Si ſanare potero de infirmitate mea hac. Dixitqꝫ heliſeus: Vade dic ei: Sanaberis. Porro oſtendit mihi dñs: qꝛ morte morietur. Stetitqꝫ cum eo ⁊ conturbatus eſt vſqꝫ ad ſuffuſionem vultus. Fleuitqꝫ vir dei. Cui Azahel ait. Quare dominus meus flet: At ille dixit: Quia ſcio que facturus ſis filijs Iſrael mala. Ciuitates eorum munitas igne ſuccendes: ⁊ iuuenes eorum interficies gladio: ⁊ paruulos eorum elides: ⁊ pregnantes diuides. Dixitqꝫ Azahel. Quid enim ſum ſeruus tuus canis: vt faciā rem iſtam magnam. Et ait Heliſeus. Oſtendit mihi dñs te regē Syrie fore: Qui cū receſſiſſet ab Heliſeo: venit ad dñm ſuū. Qui ait ei. Quid tibi dixit Heliſeus. At ille rñdit. Dixit mihi: recipies ſanitatem. Cumqꝫ veniſſet dies altera: tulit ſtragulū et infudit aquam ⁊ expandit ſuper faciem eius.

Heliſeus nunciat mortē regi Syrie.

C

iij.Regum xix.a.

D

Azabel pdicit mala q̄ facturꝰ ſit in Iſrael.

Quo mortuo regnauit Azahel pro eo. Anno quinto Ioram filij Achab regis Iſrael: regnauit Ioram filius Ioſaphat regis Iuda. Trigintaduorum annorum erat cum regnare cepiſſet: ⁊ octo annis regnauit in hieruſalem. Ambulauitqꝫ in vijs regū Iſrael: ſicut ambulauerat domꝰ achab Filia enim Achab erat vxor eius. Et fecit qꝫ malum eſt in conſpectu domini. Noluit autem dominus diſperdere Iudam propter Dauid ſeruum ſuum. Sicut promiſerat ei vt daret illi lucernam: ⁊ filijs eius cunctis diebus. In diebus eius receſſit Edom ne eſſet ſub Iuda et conſtituit ſibi regem. Venitqꝫ Ioram Seira ⁊ omnis exercitus cum eo. Et ſurrexit nocte: percuſſitqꝫ idumeos qui eum circundederant ⁊ principes curruum. Populus autem fugit in tabernacula ſua. Receſſit ergo Edom ne eſſet ſub Iuda vſqꝫ ad diem hanc. Tunc receſſit ⁊ Lobna in tempore illo. Reliqua autem ſermonum Ioram et vniuerſa que fecit: Nonne hec ſcripta ſunt in libro verborum dierum regū Iuda. Et dormiuit Ioram cum patribus ſuis: ſepultuſqꝫ eſt cum eis in ciuitate Dauid: ⁊ regnauit Ochozias filius eius pro eo. Anno duodecimo Ioram filij Achab regis Iſrael regnauit Ochozias filius ioram regis Iude. Vigintiduo annorū erat ochozias cum regnare cepiſſet: et vno anno regnauit in Hieruſalem. Nomen matris eius Athalia filia Amri regis Iſrael: et ambulauit in vijs domus Achab: et fecit quod malum eſt coram domino: ſicut domus Achab. Gener enī domus Achab fuit. Abijt quoqꝫ cū Ioram filio achab ad preliandum contra Azahel regem Syrie in ramoth Galaad: et vulnerauerunt Syri Ioram. Qui reuerſus eſt vt curaretur in Iſrael: quia vulnerauerunt eum Syri in Ramoth preliantem cōtra Azahel regem Syrie. Porro Ochozias filiꝰ Ioram rex Iuda deſcendit inuiſere Ioram filiū Achab in Iſrael: quia egrotabat ibi.

Ioram rex iude malus

E

ij. Parali. xxj.b.

ij.re.vij.b.

Edom ſeparat ſe a rege iude.

F

G

¶ Capituli. Summarium. ¶ De vnctione Iehu in regem ſuper Iſrael qui percuſſit Ioram ⁊ interfecit Ochoziam ⁊ Iezabel quam comederunt canes. Capitulum.ix.

A

Eliſeus autem pro-
phetes vocauit vnum de filijs
prophetarum et ait illi accinge
lumbos tuos: et tolle lenticu-
lam olei hanc in manu tua ⁊ va-
de in Ramoth Galaad. Cumqꝫ veniſſet illuc videbis Iehu filium Ioſaphat filij Nanſi. Et ingreſſus ſuſcitabis eū de medio fratrum ſuoꝝ ⁊ introduces in interius cubiculū: tenēſqꝫ lenticulam olei fundes ſuper caput eius ⁊ dices. Hec dicit dñs. Vnxi te regē ſup Iſrl': Aperieſqꝫ oſtiū ⁊ fugies. ⁊ nō ibi ſubſiſtes. Abijt ergo adoleſcēs puer pphete in ramoth Galaad: ⁊ ingreſſus eſt illuc Ecce autē pncipes exercitus ſedebāt ⁊ ait. Verbū mihi ad te o prin-

De vnctione Iehu in regē Iſrl' tēpore heliſei s.xiiij.c.

B ceps: Dixitqꝫ iehu. Ad quē ex oībus nobis. At
ille dixit ad te o princeps. Et ſurrexit ⁊ ingreſ-
ſus eſt cubiculum. At ille fudit oleuꝫ ſuper caput
eius ⁊ ait. Hec dicit dn̄s deus Iſſael. Unxi te re
gem ſuper populum dn̄i iſrael: ⁊ pcuties domuꝫ
Achab dn̄i tui: ⁊ vlciſcar ſanguinē ſeruoꝝ meorū
prophetaꝝ: ⁊ ſanguinē omniuꝫ ſeruoꝝ domini de
manu Iezabel perdamqꝫ omnē domuꝫ Achab.
Et interficiam de domo Achab mingentē ad pa
iij.re.xxj. f. rietē: ⁊ clauſum ⁊ nouiſſimum in Iſrael. Et dabo
domum Achab ſicut domū Hieroboā filij nath:
⁊ ſicut domum Baaſa filij haia. Iezabel quoqꝫ
comedent canes in agro Iezrael: nec erit qui ſe-
peliat eam. Aperuitqꝫ oſtium ⁊ fugit. Iehu autē
ingreſſus eſt ad ſeruos domini ſui qui dixerunt
ei. Recte ne ſunt oia. Quid venit inſanus iſte ad
te. Qui ait eis. Noſtis hominez: ⁊ qd locut⁹ ſit.
C At illi rn̄derunt. Falſum eſt ſed magis narra no-
bis. Qui ait eis. Hec: ⁊ hec locutus eſt mihi. Et
ait hec dicit dn̄s. Unxi te regem ſup iſrael. Feſti-
naueruntqꝫ ita: ⁊ vnuſquiſqꝫ tollens palliū ſuum
poſuerunt ſub pedibus eius in ſimilitudinē tri-
bunalis: ⁊ cecinerunt tuba atqꝫ dixerunt. Regna
bit iehu. Coniurauit ergo iehu filius ioſaphat fi
lij Nanſi contra ioram. Porro ioram obſederat
ramoth Galaad: ipſe ⁊ omnis iſrael contra Aza-
hel regem Syrie: ⁊ reuerſus fuerat vt curaretur
Cōiuratio in iezrael propter vulnera: quia percuſſerant euꝫ
iehu contra Syri preliantem contra Azahel regeꝫ Syrie. Di
iorā quē p- xitqꝫ iehu. Si placet vobis nemo egrediatur pro
cuſſit pijciē fugus de ciuitate: ne vadat ⁊ nunciet in iezrael.
do in agruꝫ Et aſcendit ⁊ profectus eſt in iezrael. ioram eniꝫ
naboth iez- egrotabat ibi: ⁊ Ochozias rex iuda deſcenderat
raelite. ad viſitandum ioram. Igitur ſpeculator qui ſta-
D bat ſuper turrim iezrael vidit globum iehu veniē
tis ⁊ ait. Uideo ego globuꝫ. Dixitqꝫ ioram. Tol-
le currum ⁊ mitte in occurſum eorum ⁊ dicat va-
dens. Recte ne ſunt omnia. Abijt ergo qui aſcen-
derat currum in occurſum eius ⁊ ait. Hec dicit
rex. Pacata ne ſunt omnia. Dixitqꝫ iehu. Quid
tibi ⁊ paci: Tranſi ⁊ ſequere me. Nunciauit quoqꝫ
ſpeculator dicens. Uenit nuncius ad eos ⁊ non
reuertitur. Miſit etiam currum equorum ſecun-
dum venitqꝫ ad eos ⁊ ait. Hec dicit rex. Nun-
E quid pax eſt: ⁊ ait iehu. Quid tibi ⁊ paci. Tran-
ſi ⁊ ſequere me: Nunciauit autem ſpeculator di-
cens. Uenit vſqꝫ ad eos ⁊ non reuertitur. Eſt au
tem inceſſus quaſi inceſſus iehu filij Naſi. Priu
ceps enim graditur. Et ait ioram. Iungite cur-
rum. Iunxeruntqꝫ currum eius ⁊ ingreſſus eſt io
ram rex iſrael: ⁊ Ochozias rex iuda: ſinguli in cur
ribus ſuis: egreſſiqꝫ ſunt in occurſum iehu ⁊ inue
nerunt eum in agro Naboth iezraelite. Cumqꝫ
vidiſſet ioram iehu dixit. Pax eſt iehu. At ille re
ſpondit. Que pax. Adhuc fornicationes iezabel
matris tue: ⁊ veneficia eius multa vigent. Con-
uertit autem ioram manum ſuam ⁊ fugiens ait
ad ochoziam. Inſidie Ochozia. Porro iehu tetē
dit arcum manu: ⁊ percuſſit ioram inter ſcapu-
las. Egreſſa eſt ſagitta per cor eius: ſtatimqꝫ cor-
ruit in curru ſuo. Dixitqꝫ iehu ad Badacher

ducē. Tolle: proijce eum in agro Naboth iezrae- F
lite. Memini enim quando ego ⁊ tu ſedentes in
curru ſequebamur Achab patrem huius: ꝙ do-
minus onus hoc leuauerit ſuper eum: dicens ſi
non pro ſanguine Naboth ⁊ pro ſanguine filiorū
eius quem vidi heri: ait Dominus: reddam tibi
in agro iſto dicit dominus. Nunc ergo tolle et
proijce eum in agro iuxta verbum domini. Ocho Ochozias
zias autem rex Iuda videns hoc: fugit per viam rex iuda p[…]
domus horti: perſecutuſqꝫ eſt eum Iehu: ⁊ ait. cutit a iehu
Etiam hunc percutite in curru ſuo: ⁊ percuſſe-
runt euꝫ in aſcenſu Gaber qui eſt iuxta Ieblaā.
Qui fugit in Mageddo: ⁊ mortuus eſt ibi. Et
impoſuerunt eum ſerui eius ſuper currum ſuuꝫ:
et tulerunt in Hieruſalem. Sepelieruntqꝫ eum
in ſepulchro cum patribus ſuis in ciuitate Da
uid. Anno vndecimo ioram filij Achab regis Iſ
rael regnauit Ochozias ſuper iudam: venitqꝫ ie
hu in iezrael. Porro iezabel in introitu eius au-
dito: depinxit oculos ſuos ſtibio: et ornauit ca- Miſerrima
put ſuum et reſpexit per feneſtram ingredienteꝫ mors Ieza
Iehu per portam: et ait. Nunquid pax poteſt bel propter
eſſe Zamri: qui interfecit dominum ſuum. Le- homicidium
uauitqꝫ Iehu faciem ſuam ad feneſtram: ⁊ ait. naboth quā
Que eſt iſta. Et inclinauerunt ſe ad eum duo vl comederūt
tres Eunuchi: ⁊ dixerunt. Hec eſt illa Iezabel. canes.
At ille dixit eis. Precipitate eam deorſum. Et G
precipitauerunt eam: Aſperſuſqꝫ eſt ſanguine iij.re.xxj.a.
paries et equorum vngule conculcauerunt eam.
Cūqꝫ introgreſſus eſſet vt comederet biberet-
qꝫ: ait. Ite et videte maledictam illam et ſepe-
lite eam: quia filia regis eſt. Cumqꝫ iſſent vt ſe
pelirent eam: non inuenerunt niſi caluariam et
pedes et ſummas manus. Reuerſiqꝫ nunciaue-
runt ei. Et ait Iehu. Sermo Domini eſt queꝫ iij.reg.xxj.
locutus eſt per ſeruum ſuum Heliam theſbitem
dicens. In agro Iezrael comedent canes carnes
Iezabel et erant carnes Iezabel ſicut ſtercus ſu-
per faciem terre in agro Iezraelita vt preterēū-
tes: dicant. Heccine eſt illa Iezabel.

Capituli. Summarium. De occiſione
ſeptuaginta filiorum Achab: de quadraginta-
duobus viris fratribus Ochozie iugulatis: de
Ionadab filio Rechab: et ſacerdotibus Baal
occiſis et templo deſtructo: promittitur regnuꝫ
Iſrael Iehu vſqꝫ ad quartam generationem:
propter peccatum Iehu percuſſit Azahel vni-
uerſam Iſrael: mortuus eſt: et pro eo regnat
Ioacham filius eius.

Capitulum decimum.

Rant autē achab ſe- A
ptuaginta filij in ſamaria. Scri De decolla
pſit ergo Iehu lr̄as ⁊ miſit in tione.lxx.fi
Samariā ad optimates ciuita liorꝫ achab.
tis ⁊ ad maiores natu: ⁊ ad nu
tricios Achab: dicēs. Statim
vt accepitis lr̄as has qui ha-

betis filios domini veſtri: ⁊ currus ⁊ equos: ⁊ ci-
uitates firmas: ⁊ arma eligite meliorem: ⁊ eum
qui vobis placuerit de filijs domini veſtri: ⁊ eum
ponite ſuper ſolium patris ſui: ⁊ pugnate pro do
mino domini veſtri. Timuerunt illi vehementer:
⁊ dixerunt. Ecce duo reges non potuerunt ſtare
coram eo: ⁊ quomodo nos valebimus reſiſtere.
Miſerunt ergo prepoſiti domus ⁊ prefecti ciui-
tatis: ⁊ maiores natu ⁊ nutritij ad Iehu: dicen-
tes. Serui tui ſumus: quecūqꝫ iuſſeris faciem⁹:
nec conſtituemus nobis regem. Quecumqꝫ tibi
placent: fac. Reſcripſit autem eis litteras ſecun-
B do dicens. Si mei eſtis ⁊ obeditis mihi: tollite
capita filiorum Domini veſtri: et venite ad me
hac eadem hora cras in Iezrael. Porro filij re-
gis ſeptuaginta viri apud optimates ciuitatis
nutriebantur. Cumqꝫ veniſſent littere ad eos:
tulerunt filios regis ⁊ occiderunt ſeptuaginta vi
ros: ⁊ poſuerunt capita eorum in cophinis: ⁊ mi-
ſerunt ad euȝ in Iezrael. Venit autē nuncius ad
eum ⁊ indicauit ei: dicens. Attulerunt capita fi-
liorum regis. Qui reſpondit. Ponite ea ad duos
aceruos iuxta introitum porte vſqꝫ mane. Cum-
qꝫ diluxiſſet egreſſus eſt: ⁊ ſtans dixit ad omnem
C populum. Iuſti eſtis. Si ego coniuraui contra
iiij.re.xxj.g. dominum meum ⁊ interfeci eum: quis percuſſit
omnes hos. Videte ergo nunc quoniam non ce-
cidit de ſermonibus domini in terram quos locu
tus eſt dominus ſuper domum Achab: ⁊ domi-
nus fecit quod locutus eſt in manu ſerui ſui He-
lie. Percuſſit igitur Iehu om̄es qui reliqui erāt
de domo Achab in Iezrael: ⁊ vniuerſos optima
tes eius ⁊ notos ⁊ ſacerdotes: donec non rema-
De.xlij.fra nerent ex eo reliquie. Et ſurrexit ⁊ venit in Sa-
tribus ocho- mariam. Cumqꝫ veniſſet ad cameram paſtorum
zie iugula- in via: inuenit fratres Ochozie regis Iuda di-
tis. xitqꝫ ad eos. Qui nam eſtis vos. Qui reſponde-
runt. Fratres Ochozie regis ſumus: ⁊ deſcendi-
mus ad ſalutandos filios regis ⁊ filios regine.
Qui ait. Cōprehēdite eos viuos. Quos cum cō-
prehēdiſſent viuos: iugulauerunt eos in ciſterna
D iuxta cameraȝ quadragintaduos viros: ⁊ non re-
Ionadab liquit ex eis quemqꝫ. Cumqꝫ abiiſſet inde: inue-
confederat nit Ionadab filium Rechab in occurſum ſibi. Et
a Iehu. benedixit ei. Et ait Iehu ad eum. Nunquid
eſt cor tuum rectum cum corde meo: ſicut cor
meum cum corde tuo. Et ait Ionadab. Eſt.
Si eſt inquit: da mihi manum tuam. Qui de-
dit ei manum ſuam. At ille leuauit eum ad ſe in
currum dixitqꝫ ad eum. Veni mecum et vide
zelum meū pro domino. Et impoſuit hūc currui
ſuo ⁊ duxit in Samariā. Et percuſſit omnes qui
reliqui fuerant de Achab in Samariam vſqꝫ ad
iiij.re.xvj.g. vnum: iuxta verbum domini quod locutus eſt
De occiſio per Heliam. Congregauit ergo Iehu omnem
ne ſacerdo- populum: et dixit ad eos. Achab coluit Baal
tum baal fa parum: ego autem colam eum amplius. Nunc
cta per iehu. igitꝰ oēs ꝓphetas Baal ⁊ vniuerſos ſeruos eius
... q.ij. ⁊ cunctos ſacerdotes ipſius vocate ad me. Nul-
E lus ſit qui non veniat. Sacrificium enim gran-
de eſt mihi Baal. Quicumqꝫ defuerit non viuet.

Porro Iehu faciebat hoc inſidioſe: vt diſper-
deret cultores Baal: et dixitqꝫ. Sanctificate
diem ſolēnem Baal. Voccauitqꝫ et miſit in vni
uerſos terminos Iſrael: et venerunt cuncti ſer-
ui Baal. Non fuit reſiduus: nec vnus quidem
qui non veniret. Et ingreſſi ſunt templum Ba
al. Et repleta eſt domus Baal a ſummo vſqꝫ ad
ſummum. Dixitqꝫ his qui preerāt ſuper veſtes
Proferte veſtimenta vniuerſis ſeruis Baal. Et
protulerunt eis veſtes. Ingreſſuſqꝫ Iehu ⁊ Io
nadab filius Rechab templum Baal: ait culto-
ribus Baal. Perqrite ⁊ videte ne quis forte
vobiſcū ſit de ſeruis domini: ſed vt ſint ſerui Ba
al ſoli. Ingreſſi ſunt igitur vt facerent victimas
⁊ holocauſta: Iehu autem preparauerat ſibi fo-
ris octoginta viros: et dixerat eis. Quicumqꝫ fu
gerit de hominibus his quos ego adduxero in
manus veſtras: anima eius erit pro anima illius.
Factum eſt autem cum completum eſſet holo- F
cauſtum: precepit Iehu militibus et ducibus
ſuis. Ingredimini ⁊ percutite eos. Nullus eua
dat. Percuſſerunt eos in ore gladij et proiece-
runt milites ⁊ duces. Et ierunt in ciuitatem tē-
pli Baal: ⁊ protulerunt ſtatuam de phano Baal
et combuſſerunt et comminuerunt eam. Dextru
xerunt quoqꝫ edem Baal: et fecerunt pro ea la-
trinas vſqꝫ in diem hanc. Deleuit itaqꝫ Iehu
Baal de Iſrael: verūtamē a peccatis Hieroboā
filij Nabath qui peccare fecit Iſrael: non receſ
ſit nec dereliquit vitulos aureos qui erant in be-
thel et in Dan. Dixit autem dominus ad Iehu Commen-
Quia ſtudioſe egiſti quod rectum erat: ⁊ place- datur iehu
bat in oculis meis: et omnia que erant in corde a dn̄o in ali-
meo feciſti contra domum Achab: filij tui vſqꝫ quibus.
ad quartam generationem ſedebunt ſuper thro- i.xv.c.
num Iſrael. Porro Iehu non cuſtodiuit: vt am G
bularet in lege domini dei Iſrael in toto corde
ſuo: non enim receſſit a peccatis Hieroboam
qui peccare fecerat Iſrael. In diebus illis cepit
domin⁹ tedere ſuper Iſrl'. Percuſſitqꝫ eos Aza-
hel in vniuerſis finibus Iſrael: a iordane contra
orientalem plagam: omnem terram Galaad et
Gad et Ruben et Manaſſe: ab Aroer que eſt
ſuper Torrentem Arnon et Galaad ⁊ Baaſan.
Reliqua autem verborum Iehu et vniuerſa que Morit Ie
fecit et fortitudo eius. Nonne hec ſcripta ſunt hu ⁊ Ioa-
in libro verborum dierum regum Iſrael. Et dor- chab filius
miuit Iehu cum patribus ſuis: ſepelieruntqꝫ eius regnat
eum in Samaria: et regnauit Ioachab filius in Iſrael.
eius pro eo. Dies autem quos regnauit Iehu
ſuper Iſrael viginti ⁊ octo anni ſūt in Samaria.

Capituli. Summarium. De Athalia
regina que occidit omne ſemen regium: Ioas
occultato et facto rege per Ioiada ſacerdo-
tem: De morte Athalie regine Ioiadas pepi-
git fedus inter deum et regem et populum et
preponitur.

Capitulum duodecimum.

A
Athalia mulier occiſis filijs ochozie preter ioas ſegerit p rege.
ij. Paralip. xxij.d.

Athalia vero mater ochozie videns mortuum filiū ſuū ſurrexit z interfecit oē ſemen regiū. Tollēs aūt ioſaba filia regis iorā ſoror ochozie furata eſt eum de medio filioꝝ regis qui interficiebant z nutricem eius de triclinio: z abſcōdit eū a facie athalie vt nō interficeret: eratq; cū ea ſex annis clam in domo dñi. Porro athalia regnauit ſup terram ſeptem annis.

ij. Parali. xxiij.a.

Anno autē ſeptimo miſit Joiada pontifex: z aſſumens centuriones z milites introduxit ad ſe in tēplū dñi: pepigitq; cū eis fedus. Et adiurans eos in domo dñi: oſtendit eis filiū regis: z precepit illis dicens. Iſte eſt ſermo quē facere debetis.

Joas fit rex inde p ioiada ſacerdotem.

Tertia pars veſtrum introeat ſabbato: z obſeruet excubias domus regis. Tertia autem pars ſit ad portā ſeir: z tertia pars ſit ad portam que eſt poſt habitaculum ſcutariorum: z cuſtodietis excubias domus meſſa.

B

Due vero partes e vobis omnes egrediētes ſabbato cuſtodiant excubias domus dñi circa regē: z vallabitis eum habentes arma in manibus veſtris. Si quis autē ingreſſus fuerit ſeptum templi interficiatur. Eritiſq; cum rege introeunte z egrediente: z fecerunt cēturiones iuxta oia que pceperat eis Joiada ſacerdos. Et aſſumētes ſinguli viros ſuos qui ingrediebant ad ſabbatū cum his qui egrediebant e ſabbato: venerunt ad ioiadē ſacerdotem. Qui dedit eis haſtas z arma regis dauid que erant in domo dñi. Et ſteterūt ſinguli habētes arma in manu ſua a parte tēpli dextera: vſq; ad partem ſiniſtrā altaris z edis circa regē. Produxitq; filiū regis z poſuit ſuper eū diadema z teſtimonium. Fecerunt eum regem z vnxerunt: et plaudētes manu dixerūt. Viuat rex.

C
De occiſione athalie.

Audiuit autem athalia vocē populi currentis: z ingreſſa ad turbas in tēplū dñi: vidit regē ſtantē ſup tribunal iuxta morē: z cantores z turbas ppe eum omnemq; populum terre letantē z canētē tubis: et ſcidit veſtimēta ſua clamauitq;. Coniuratio coniuratio. Precepit aūt ioiada cēturionib⁹ qui erāt ſuper exercitū: z ait eis. Educite eam extra ſepta tēpli: z quicūq; eam ſecutus fuerit: feriat gladio. Dixerat enī ſacerdos: non occidat in tēplo dñi. Impoſueruntq; ei manus z impingerūt eā per viam introitus equoꝝ: iuxta pallaciū z interfecta eſt ibi.

D
Joas fedus iniit ad deum z pplm ioiada.

Pepigit ergo ioiada fedus inter deum z regem z inter populum vt eſſet populus dñi z inter regem z populū. Ingreſſuſq; eſt omnis populus terre tēplū Baal: z deſtruxerunt aras ei⁹ z imagines contriuerunt valide: Mathan quoq; ſacerdotem Baal occiderunt corā altari. Et poſuit ſacerdos cuſtodias in domo domini: tulitq; centuriones et cerethi z phelethi legiones: z omnem populum terre: deduxeruntq; regem de domo domini.

ij. Parali. xxiiij.a.

Et venerunt per viam porte ſcutariorum in palacium: z ſedit ſuper thronum regū. Letatuſq; eſt omnis populus terre: z ciuitas cōquieuit: Athalia autem occiſa eſt gladio in domo regis ſeptemq; annis erat Joas cum regnare cepiſſet.

Capituli. Summa. Quia ſacerdotes nō inſtaurauerunt domū dñi: prohibiti ſunt a rege Joas vltra pecunias accipere a tranſeuntibus: de pecunia in gazophilatio inuenta de aſcenſu azahel regis Syrie qui aſportauit theſaurum hieruſalem mittente ſibi rege Joas: duo ex ſeruis Joas occiderunt ipſum Joas z regnauit Amaſias filius eius pro eo.

Capitulū. xij.

A
Ioas ſedit z regnauit.

Anno ſeptimo Jehu regnauit ioas quadraginta annis regnauit in hieruſalē: nomē matris eius ſebia de berſabee. Fecitq; ioas rectum corā domino cunctis diebus: quibus docuit eum ioiada ſacerdos. Veruntamen excelſa non abſtulit. Adhuc enim populus immolabat z adolebat in excelſis incenſum.

Sacerdotes accipiunt oblationes ad reparationum templi.

Dixitq; Joas ad ſacerdotem. Omnem pecuniam ſanctorum que illata fuerat in templum domini a pretereuntibus que offertur pro precio anime: z quā ſponte z arbitrio cordis ſui inferūt in templum dñi. accipiāt illā ſacerdotes iuxta ordinē ſuū: z inſtaurēt ſartatecta domus ſi quid neceſſarium viderint inſtauratione.

B

Igitur vſq; ad viceſimum tertium annū regis ioas non inſtaurauerunt ſacerdotes ſartatecta templi. Vocauitq; rex ioas ioiadam pontificem z ſacerdotes dicens eis. Quare ſartatecta non inſtauratis templi. Nolite ergo amplius accipere pecuniam iuxta ordinē veſtrū: ſed ad inſtaurationē tēpli reddite eam. Prohibitiq; ſunt ſacerdotes vltra accipere pecuniā a populo z inſtaurare ſartatecta domus.

De impoſitione gazophilatij in templo.

Et tulit Joiada pontifex gazophylatium vnū: aperuitq; foramē deſuper z poſuit illud iuxta altare ad dexterā ingrediētiū domum dñi: mittebātq; in eo ſacerdotes qui cuſtodiebant oſtia omnē pecuniam que deferebat ad tēplū dñi: cū viderent nimiam pecuniam eſſe in gazophylatio: aſcendebat ſcriba regis z pontifex effundebātq; z numerabāt pecuniā que inueniebatur in domo dñi: z dabant eam iuxta numerum atq; menſuram in manu eorum qui preerāt

C cementariis domus dñi. Qui impendebant eam in fabris lignoꝝ ⁊ in cemētariis his qui operabātur in domo dñi: ⁊ ſartatecta faciebant ⁊ in his q̄ cedebant ſaxa: et vt emerēt ligna ⁊ lapides qui excidebātur: ita vt impleretur inſtauratio dom⁹ domini in vniuerſis que indigebant expenſa ad muniendam domū. Veruntamē non fiebant ex eadē pecunia hydrie tēpli domini: ⁊ fuſcinule et thuribula ⁊ tube: ⁊ omne vas aureū ⁊ argēteū de pecunia que inferebat̄ in tēplū dñi. His eñ qui faciebant opus dabat̄: vt inſtauraretur templum domini: ⁊ non fiebat ratio his hominibus qui accipiebant pecuniā vt diſtruberēt eam artificibus: ſed in fide tractabāt eā. Pecuniā vo pro delicto ⁊ pecuniam pro peccatis non inferebant in tēplum domini: q: ſacerdotum erat. Tunc aſcēdit Azahel rex Syrie ⁊ pugnabat contra Geth: cepitq̄ eā ⁊ direxit faciē ſuā vt aſcenderet in hieruſalem. Quaobrem tulit Joas rex iuda omnia ſanctificata que conſecrauerat Joſaphat ⁊ Joram ⁊ Ochozias patres eius reges Juda: ⁊ que ipſe obtulerat: ⁊ vniuerſum argētum ꝙ inueniri potuit in theſauris templi domini ⁊ in palatio regis: miſitq̄ Azaheli regi Syrie ⁊ receſſit ab hieruſalem. Reliqua autē ſermonum Joas vniuerſa que fecit: Nonne hec ſcripta ſunt in libro verborum dierum regum iuda. Surrexerunt autem ſerui eius ⁊ coniurauerunt inter ſe: percuſſeruntq̄ Joas in domo mello in deſcēſu ſella. Joſachar. Namq̄ filius ſemath: ⁊ Joſaphat filius ſomer ſerui eius percuſſerunt eum ⁊ mortuus eſt. Et ſepelierunt eum cū patribus ſuis in ciuitate dauid: regnauitq̄ amaſias filius eius pro eo.

Joas dat theſaurum tēpli regni Syrie timore belli.

D

Serui ioas coniurātes in eum ipm occidūt ⁊ regnat Amaſias.

Capituli. Summarium. De regno Joachaz ⁊ ꝙ fecit malum ⁊ traditus eſt in manus Syrie: de Joas filio eius qui regnauit pro eo: de Joas ⁊ ſagittis eius quas iecit corā Heliſeo p feneſtram orientalem: de morte Heliſei in ſepulchro: de morte Azahel pro quo regnauit benadab in Syria quem percuſſit Joas tribus vicibus.

Capitulum. xiij.

A De regno Joachaz in Iſrael.

IN anno viceſimo tertio Joas filii Ochozie regis iude: regnauit ioachaz filius iehu ſup iſrael in ſamaria decem annis: ⁊ fecit malum corā dño. Secutuſq̄ ē peccata hieroboā filii nabath qui peccare fecit Iſrl' ⁊ non declinauit ab eis. Iratuſq̄ eſt furor dñi ī iſrael: ⁊ tradidit eos in manus azahel regis Syrie: ⁊ in manu benadab filii azahel cūctis dieb⁹.

B Deprecatus eſt aūt ioachaz faciē dñi: ⁊ audiuit eum dñs. Vidit enim anguſtiā iſrl': q: attriuerat eos rex Syrie: ⁊ dedit dñs ſaluatorē iſraeli: ⁊ liberatus eſt de manu regis Syrie: habitaueruntq̄ filii iſrael in tabernaculis ſuis: ſicut heri ⁊ nudiuſtertius. Veruntamē nō receſſerūt a peccatis domus Hieroboā qui peccare fecit iſrael: ſed in ipſis ambulauerunt. Siquidē ⁊ lucus permāſit in Samaria ⁊ nō ſunt derelicti ioachaz de populo niſi quinquaginta equites: ⁊ decem currus ⁊ decem milia peditum. Interfecerat eñ eos rex Syrie ⁊ redegerat quaſi puluerē in tritura aree. Reliqua autē ſermonum ioachā ⁊ vniuerſa que fecit ⁊ fortitudo eius: Nonne hec ſcripta ſunt in libro ſermonum dierum regū iſrael. Dormiuitq̄ ioachā cum patribus ſuis: ⁊ ſepelierunt eum in Samaria: regnauitq̄ ioas filius eius pro eo. Anno triceſimoſeptimo Joas regis iuda regnauit ioas filius ioachā ſup iſrl' in Samariam ſedecim annis ⁊ fecit quod malum eſt in conſpectu domini.

C Non declinauit ab omnibus peccatis Hieroboam filii nabath qui peccare fecit iſrael ſed in ipſis ambulauit. Reliqua autē ſermonum ioas ⁊ vniuerſa que fecit: ⁊ fortitudo eius quomodo pugnauerit contra amaſiā regē iuda: Nonne hec ſcripta ſunt in libro ſermonum dierum regum iſrael. Et dormiuit ioas cum pribus ſuis: Hieroboam autē ſedit ſup ſolium eius. Porro ioas ſepultus eſt in Samaria cum regibus Iſrael. Heliſeus autem egrotabat infirmitate qua mortuus eſt. Deſcenditq̄ ad eum ioas rex Iſrael ⁊ flebat corā eo: dicebatq̄: Pater mi pater mi: currus Iſrael ⁊ auriga eius. Et ait illi Heliſeus: Affer arcum et ſagittas. Cumq̄ attuliſſet ad eum arcum ⁊ ſagittas dixit ad regem iſrael. Pone manum tuam ſuper arcum. Et cum poſuiſſet ille manum ſuam ſuperpoſuit Heliſeus manus ſuas manibus regis ⁊ ait. Aperi feneſtram orientalem. Cumq̄ aperuiſſet dixit Heliſeus iace ſagittam. Et iecit ⁊ ait Heliſeus. Sagitta ſalutis domini: ⁊ ſagitta ſalutis contra Syriam: percutieſq̄ Syriam in aphec donec conſumas eam. Et ait. Tolle ſagittas. Qui cum tuliſſet rurſum dixit ei. Percute iaculo terram. Et cum percuſſiſſet tribus vicibus et ſtetiſſet: iratus eſt vir dei contra eum et ait. Si percuſſiſſes quinquies aut ſexies ſiue ſepties: percuſſiſſes Syriam vſq̄ ad conſummationem. Nunc autem tribus vicibus percuties eam. Mortuus eſt ergo Heliſeus et ſepelierunt eum. Latrunculi autem de Moab venerunt in terram in ipſo anno. Quidam autem ſepelientes hominem viderunt latrunculos et proiecerunt cadauer in ſepulchro Heliſei. Quod cum tetigiſſet oſſa Heliſei: reuixit homo et ſtetit ſuper pedes ſuos. Igitur Azahel rex Syrie afflixit Iſrael cunctis diebus Joachaz. Et miſertus eſt dominus eorum et reuerſus eſt ad eos propter pactum ſuum quod habebat cum Habraam et Iſaac ⁊ Jacob et noluit diſperdere eos: neq̄ proiicere penitus vſq̄ in preſens tempus. Mortuus eſt autē Azahel rex Syrie: et regnauit Benadab filius eius pro eo. Porro Joas filius Joachā tulit vrbes de manu Benadab filii Azahel quas tulerat de manu Joachaz patris ſui iure prelii. Tribus vicibus percuſſit eum Joas: et reddidit ciuitates Iſraeli.

Mors heliſei de ſagittis ioas pie ctis corā heliſeo.

ſ. ſ. b.

D

De reſuſcitatiōe mortui adtactū oſſiū heliſei

Eccleſiaſti. xlviij. b

Azahel rex Syrie morit ⁊ regnat benadab q̄ vincit a ioas.

Capituli. Summarium. De amaſia filio Joas regis Jude: qualiter regnauit et vicit: ſed victus eſt Joas a rege Iſrael et ductus in Hieruſalem. De ſpoliatione Hieruſalem quam fecit Joas rex Iſrael: cui ſucceſſit filius eius Hieroboam in regem ſuper Iſrael. Amaſias vero rex Juda occiſus eſt in lachis: cui ſucceſſit Azarias filius eius: Hieroboam reſtituit Iſrael. Hieroboe ſucceſſit Zacharias.

Capitulum. xiiij.

A
De regno amaſie in iuda occiſiõe eoꝝ q̄ occiderãt ioas prẽm ſuuꝫ.

In anno ſecũdo Joas filij Joachã regis Iſrael regnauit Amaſias filius Joas regis iuda: Vigintiquinqꝫ annorum erat cum regnare cepiſſet viginti autem et nouem annis regnauit in Hieruſalẽ. Nomen matris eius Joiadem de Hieruſalem. Et fecit rectum coram domino: veruntamen non vt David pater eius. Juxta omnia que fecit Joas pater ſuus fecit: niſi hoc tm̃ ꝙ excelſa non abſtulit: Adhuc enim populus adolebat et immolabat incenſum in excelſis. Cumqꝫ obtinuiſſet regnuꝫ percuſſit ſeruos ſuos qui interfecerant regeꝫ patrem ſuum: filios autem eorum qui occiderãt nõ occidit: iuxta verbum quod ſcriptum eſt in libro legis Moyſi ſicut precepit dominus dicẽs. Nõ morientur patres pro filijs neqꝫ filij pro patribus: ſed vnuſquiſqꝫ in peccato ſuo morietur. Ipſe percuſſit Edom in valle Salinarum decem milia: et apprehendit petram in prelio: vocauitqꝫ nomen eius Jezechel vſqꝫ in preſentem diem. Tunc miſit Amaſias nuncios ad Joas filium Joachã: filij Jehu regis Iſrael: dicẽs: Veni et videamus nos. Remiſitqꝫ Joas regem Iſrael ad Amaſiaꝫ regem Juda: dicens: Carduus libani miſit ad cedron qui eſt in Libano: dicens: Da filiam tuam filio meo vxorem. Tranſieruntqꝫ beſtie ſaltus que ſunt in Libano et conculcauerunt carduum. Percutiens inualuiſti ſuper Edom et ſubleuauit te cor tuum. Contentus eſto gloria: et ſede in domo tua. Quare prouocas malum vt cadas tu et iudas tecum. Et non aquieuit Amaſias. Aſcẽditqꝫ Joas rex Iſrael et viderunt ſe ipſe et Amaſias rex Juda in Bethſames opido Jude. Percuſſuſqꝫ eſt Juda coram Iſrael: et fugerunt vnuſquiſqꝫ in tabernacula ſua. Amaſiam vero regem Juda filium Joas filij Ochozie cepit Joas rex Iſrael in Bethſames: et adduxit eum in Hieruſalem.

ij. Parali. xxv. a.

B
Deutero. xxiiij. c.
ij. Parali. xxv. a.
iiij. Parali. xxv. c.
Amaſias iude rex capit a ioas rege Iſrael.

C

D
Et interrupit muruꝫ Hieruſalẽ: a porta Ephraim vſqꝫ ad portam anguli: quadringentis cubitis. Tulitqꝫ omne aurum et argentum et vniuerſa vaſa que inuenta ſunt in domo dñi: et in theſauris regis et obſides: et reuerſus eſt in Samariam. Reliqua autem verborum Joas que fecit: et fortitudo eius: qua pugnauit contra amaſiam regem Juda: Nonne hec ſcripta ſunt in libro ſermonũ dierum regum Iſrael: Dormiuitqꝫ Joas cum patribus ſuis: et ſepultus eſt in Samaria cum regibus Iſrael: et regnauit Hieroboam filius eius pro eo. Vixit autem Amaſias filius Joas rex iuda: poſtquã mortuus eſt Joas filius Joacham regis Iſrael vigintiquinqꝫ annis. Reliqua auteꝫ Sermonum Amaſie: nonne hec ſcripta ſunt in libro ſermonum dierum regum iuda? Factaqꝫ eſt contra eum coniuratio in Hieruſalem: at ille fugit in lachis. Miſeruntqꝫ poſt eum in lachis: et interfecerunt eum ibi et aſportauerunt in equis: ſepultuſqꝫ eſt in hieruſalem cuꝫ patribus ſuis in ciuitate dauid. Tulit autẽ vniuerſus populus iude azariam annos natuꝫ ſedecim: et conſtituerũt eum regem pro patre eius amaſia. Ipſe edificauit ahilam et reſtituit eam iude: poſtquam dormiuit rex cum patribus ſuis. Anno quintodecimo amaſie filij ioas regis iuda: regnauit hieroboam filius ioas regis iſrael in ſamaria quadraginta et vno anno: et fecit quod malum eſt coram domino. Non receſſit ab omnibus peccatis hieroboaꝫ filij nabath qui peccare fecit iſrael. Ipſe reſtituit terminos iſrael ab emath vſqꝫ ad mare ſolitudinis iuxta ſermonem dñi dei iſrael: quem locutus eſt per ſeruum ſuum ionam filium amathi pphetam qui erat de geth que eſt in ophir. Vidit eniꝫ dñs afflictionem iſrael amaram nimis: et ꝙ conſumpti eſſent vſqꝫ ad clauſos carceris et extremos: et non eſſet qui auxiliaret iſrael. Nec locutus eſt dñs vt deleret nomen iſrael de ſub celo: ſꝫ ſaluauit eos in manu Hieroboam filij ioas. Reliqua autem ſermonum hieroboaꝫ et vniuerſa que fecit: et fortitudo eius qua preliatus eſt: et quomodo reſtituit damaſcum et emath iude in iſrael Nonne hec ſcripta ſunt in libro ſermonum dierũ regum Iſrael? Dormiuitqꝫ Hieroboam cum patribus ſuis regibus Iſrael: et regnauit Zacharias filius eius pro eo.

Joas moritur et hieroboã regnat.

C
Amaſias cõiuratiõe occiditur

Azarias iude rex.

E

ij. Par. xxvj. a.
De hieroboã rege iſrael ma[…]

Al's oph[…]
F

Capituli. Summarium. Azarie leproſo ſucceſſit Joatam filius eius ſuper Judam: Zachariam quoqꝫ occidit Sellum et regnauit pro eo ſuper Iſrael: et hunc occidit Manahen et regnauit pro eo: qui occidit omnes pregnantes de terra: qui inſtituit tributaria dari regi Aſſyriorum: huic Manahen ſucceſſit Phaceia filius eius hunc occidit Phacee filius Romelie: in diebus illis aſcendit Theglaphalaſar rex Aſſur et vaſtat terram: Iſrael in Aſſyrios tranſfert: Phacee occiditur ab Oſee et regnauit pro eo: Joathan filius Ozie rex Juda fecit placitum coram domino iuxta omnia que fecit Ozias pater eius mortuus eſt: et regnauit Acham filius eius pro eo.

Capitulum. xv.

A
Azarie leproſo iude ſucceſſit ioathan filius.

In anno viceſimo ſeptimo hieroboam regis iſrael regnauit azarias filius amaſie regis iuda. Sedecim annorum erat cum regnare cepiſſet: et q̄nquaginta duobus annis regnauit in hieruſalem. Nomẽ mr̃is eius Jecclia de Hieruſalem. Fecitqꝫ quod erat

ij. Parali. xxvj.

placitum coram domino: iuxta omnia que fecit Amaſias pater eius veruntamen excelſa non eſt demolitus. Adhuc populus ſacrificabat ⁊ adolebat incenſum in excelſis. Percuſſit autem dominus regem: ⁊ fuit lepꝛoſus vſq; in diem moꝛtis ſue: ⁊ habitabat in domo libera ſeoꝛſum Ioathã vero filius regis gubernabat palatium ⁊ iudicabat populum terre. Reliqua autem ſermonũ Azarie ⁊ vniuerſa que fecit: Nonne hec ſcripta ſunt in libꝛo verboꝛum dierum regum iuda: Et doꝛmiuit Azarias cum patribus ſuis: ſepelieruntq; eum cum maioꝛibus ſuis in ciuitate Dauid: ⁊ regnauit Ioatham filius eius pꝛo eo. Anno triceſimooctauo Azarie regis iude: regnauit zacharias filius Hieroboam ſup Iſrael in Samaria ſex mẽſibus ⁊ fecit quod malum eſt corã domino: ſicut fecerant patres eius. Nõ receſſit a peccatis hieroboam filij Nabath: qui peccare fecit Iſrael.

B

Sellũ occidit Zachariam regẽ Iſrael ⁊ regnat.

C

Coniurauit autẽ contra eum Sellum filius iabes percuſſitq; eum palam ⁊ interfecit: regnauitq; pꝛo eo. Reliqua autem verboꝛum Zacharie: Nõne hec ſcripta ſunt in libꝛo ſermonũ dierũ regum Iſrael: Iſte eſt ſermo dñi quẽ locutus eſt ad Iehu: dicens: Filij tui vſq; ad quartã generationẽ ſedebunt de te ſuper thꝛonum Iſrael. Factũq; eſt ita. Sellum filius Iabes regnauit triceſimo anno Azarie regis iude. Regnauit autẽ vno menſe in Samaria. Et aſcendit Manahen filius gaddi de therſa: venitq; in Samariã: ⁊ percuſſit Sellum filium Iabes in Samaria: ⁊ interfecit eum: Regnauitq; pꝛo eo. Reliqua autẽ verboꝛum Sellum ⁊ coniuratio eius per quam tetẽdit inſidias: Nonne hec ſcripta ſunt in libꝛo ſermonum dierũ regum Iſrael:

D

Manahen rex in Iſrl' malus.

Tunc pcuſſit Manahen thapſam ⁊ omnes qui erant in ea: ⁊ terminos eius de therſa. Noluerant enim aperire ei. Et interfecit omnes pꝛegnantes eius ⁊ ſcidit eos Anno triceſimo nono Azarie regis iuda: regnauit Manahen filius gaddi ſuper Iſrael decem annis in Samaria: fecitq; ꝙ erat malum coram domino: Non receſſit a peccatis Hieroboã filij Nabath qui peccare fecit Iſrl' cũctis diebus eꝰ. Veniebat Phul rex Aſſyrioꝝ in therſa: ⁊ dabat Manahen Phul mille talenta argenti: vt eſſet ei in auxilium ⁊ firmaret regnum eius. Indixitq; Manahen argentum ſuper Iſrael: cunctis potentibus: ⁊ diuitibꝰ vt daret regi Aſſyrioꝛum quinquaginta ſiclos argenti per ſingulos. Reuerſuſq; eſt rex aſſyrioꝝ: ⁊ non eſt moꝛatus in Therſa. Reliqua autem ſermonum Manahen ⁊ vniuerſa que fecit: Nonne hec ſcripta ſunt in libꝛo ſermonum dierum regũ Iſrael:

E

Phaccia rex Iſrl' occiditur a pha...

Et doꝛmiuit Manahen cum patribus ſuis. Regnauitq; Phaccia filius eius pꝛo eo. Anno quinquageſimo Azarie regis Iude: regnauit Phaccia filius Manahen ſuper Iſrael in Samaria biennio: ⁊ fecit quod erat malum corã domino: non receſſit a peccatis Hieroboam filij nabath qui peccare fecit Iſrael. Coniurauit autẽ aduerſus eum Phacee filius Romelie dux eius ⁊ percuſſit eum in Samaria in turre domus regie iuxta argob ⁊ iuxta ariph: ⁊ cum eo quinquaginta viros de filijs Galaaditarum: ⁊ interfecit eum: regnauitq; pꝛo eo. Reliqua autem ſermonũ Phaccia ⁊ vniuerſa que fecit: Nonne hec ſcripta ſunt in libꝛo ſermonum dierum regum Iſrl':

De regno malo phacce ſup iſrl'.

F

Anno quinquageſimoſecundo Azarie regis Iude: regnauit Phacee filius Romelie ſuper Iſrl' in Samaria viginti annis: et fecit quod erat malum coꝛam domino: Non receſſit a peccatis hieroboaz filij Nabath qui peccare fecit Iſrael. In diebus Phacee regis Iſrael venit Theglat phalaſar rex Aſſur ⁊ cepit Ahion: ⁊ Abel domũ maacha ⁊ ianoe: ⁊ cedes ⁊ azoꝛ ⁊ galaad ⁊ galileã: ⁊ vniuerſam terram Neptalim: ⁊ tranſtulit eas in Aſſyrios. Coniurauit autẽ ⁊ tetendit inſidias Oſee filius Hela contra phacee filium Romelie ⁊ percuſſit eum ⁊ interfecit: regnauit pꝛo eo viceſimo anno Ioathan filius Ozie. Reliqua autem ſermonum Phacee ⁊ vniuerſa que fecit: Nonne hec ſcripta ſunt in libꝛo ſermonum dierum regũ Iſrael:

G

ij. Parali. xxvij. a.

Ioathan rex iude bonus.

Anno ſecundo Phacee filij Romelie regis Iſrael: regnauit Ioatam filius Ozie regis Iuda. Viginti quinq; annoꝛum erat cum regnare cepiſſet: ⁊ ſedecim annis regnauit in Hieruſalem. Nomen matris eius Heruſa: filia Sadoch. Fecitq; quod erat placitum coꝛam domino. Iuxta omnia que fecit Ozias pater ſuus operatus eſt: veruntamen excelſa non abſtulit. Adhuc populus immolabat et adolebat incenſum in excelſis. Ipſe edificauit poꝛtam domus Domini ſublimiſſimam. Reliqua autem ſermonum Ioathã ⁊ vniuerſa que fecit: Nonne hec ſcripta ſunt in libꝛo verboꝛum dierum regum Iuda. In diebus illis cepit dominus mittere in iudam Raſin regem Syrie et Phacee filium Romelie: et doꝛmiuit Ioatham cum patribus ſuis: ſepultuſq; eſt cum eis in ciuitate Dauid patris ſui: et regnauit Acham filius eius pꝛo eo.

Capitulũ. Summarium. De rege Achã in Iuda poſt Ioatham: qui fecit malum: filium ſuum per ignem conſecrauit: Theglatphalalar inuocauit auxilium contra reges Iſrael et Syrie: de ſimilitudine altaris de Damaſco miſit vaſa: que poſtq; commutauit moꝛtuus eſt. et Ezechias filius eius regnauit pꝛo eo in Iuda.

Capitulum. xvj.

A
De regno malo achā in iuda et idolatria.

Anno decimoſeptimo Phacee filij Romelie: regnauit Acham filius Joatham regis iuda. Uiginti annorum erat Achā cum regnare cepiſſet: ⁊ ſedecim annis regnauit in Hieruſalem: Non fecit quod erat placitum in conſpectu domini dei ſui ſicut Dauid pater eius: ſed ambulauit in via regum Jſrael. Jnſuper ⁊ filium ſuum conſecrauit: trāſferens per ignē ſm idola gentiū que diſſipauit dominus coraꝫ filijs Jſrael. Jmmolabat quoqꝫ victimas ⁊ adolebat incenſuꝫ in excelſis ⁊ in collibus: ⁊ ſub omni ligno frondoſo. Tunc aſcēdit Raſin rex ſyrie ⁊ Phacee filius Romelie rex Jſrael in Hieruſalem ad preliandum. Cumqꝫ obſiderent Acham non valuerunt ſuperare euꝫ.

Achaꝫ filiū ſuū p ignē cōſecrat.

Eſa. vij. a.

B

Jn tempore illo reſtituit Raſin rex ſyrie Hailam ſyrie: ⁊ eiecit iudeos de Haila. Et idumei ⁊ Syri venerunt in Hailā: ⁊ habitauerūt ibi vſqꝫ in diem hanc. Miſit autem Acham nuncios ad theglaphalaſar regem aſſyriorum: dicens. Seruus tuus ⁊ filius tuus ego ſum. Aſcēde et ſaluuꝫ me fac de manu regis ſyrie: et de manu regis Jſrael: qui cōſurrexerunt aduerſuꝫ me. Et cum collegiſſet argentum et aurum qđ inueniri potuit in domo domini: et in theſauris regis miſit regi aſſyriorum munera: qui ⁊ acquieuit volūtati eiꝰ. Aſcendit rex aſſyriorum in damaſcum: et vaſtauit eam ⁊ tranſtulit habitatores eius cyrenē: Raſin autem interfecit. Perrexitqꝫ rex Acham in occurſum Theglatphalaſar regi Aſſyriorum in damaſcum. Cumqꝫ vidiſſet altare damaſci miſit rex Acham ad Uriam ſacerdotem exemplar eiꝰ: ⁊ ſilr̄itudinē iuxta omne opus eiꝰ. Extruxitqꝫ Urias ſacerdos altare. Juxta omnia que preceperat rex Acham de damaſco: ita fecit ſacerdos Urias donec veniret rex Achā de damaſco. Cūqꝫ veniſſet rex de damaſco vidit altare ⁊ veneratus eſt illud aſcenditqꝫ ⁊ immolauit holocauſta et ſacrificium ſuum et libauit libamina: et fudit ſanguinem pacificoruum que obtulerat ſuper altare.

Achaꝫ p̄ſidio regiſ aſſyriorū tenetur a rege ſyrie.

De altari facto per achā ⁊ vriā eius ſacerdotē ⁊ ſacrificijs i illo.

C

Porro altare ereum qđ erat coram domino tranſtulit de facie templi: et de loco altaris ⁊ de loco templi domini: poſuitqꝫ illud ex latere altaris ad aquilonem. Precepit quoqꝫ rex Achaꝫ vrie ſacerdoti dicens. Super altare maius offer holocauſtum matutinum et ſacrificiū veſpertinum: et holocauſtuꝫ regis ⁊ ſacrificia eius: et holocauſtum vniuerſi populi terre: et ſacrificia eorum et libamina eorum et omnem ſanguineꝫ holocauſti: et vniuerſum ſanguinem victime ſuper illud effundes. Altare vero ereum erit paratum ad voluntateꝫ meam. Fecit igitur Urias ſacerdos iuxta omnia que preceperat ei rex Acham.

D

Tulit autem rex Acham celatas Baſes et luterem qui erat deſuper: et mare diſpoſuit de boboꝰ eris qui ſuſtentabant illud et poſuit ſuper pauimentum ſtratum lapide. Muſach quoqꝫ ſabbati quod edificauerat in templo: et ingreſſum regis exterius conuertit in templum domini propter regem Aſſyriorum. Reliqua autem verborū Acham et omnia que fecit: nōne hec ſcripta ſūt i libro ſmonū dierꝫ regū iuda. Dormiuitqꝫ achā cū prībus ſuis: ⁊ ſepultus eſt cū eis in ciuitate Dauid: ⁊ regnauit Ezechias filius eius pro eo.

¶ Capituli. Summarium. ¶ Aſcendit contra Oſee Salmanaſar: ⁊ cum ſibi tributarium fecit iterum rebellat Oſee: et incarcerat euꝫ Salmanaſar. Jſrael tranſlatus eſt in Aſſyrios: de colonis miſſis in Samariam quos occidebant leones: mittitur ſacerdos de Jſrael qui eos doceat legē dei qui ei credere noluerunt. Ca. xvij.

A
De regno oſee in iſrl malo regi aſſyriorum tributarij

Anno duodecio achā regis Juda regnauit Oſee filiꝰ Bela in Samaria ſuper Jſrael nouē annis fecitqꝫ malum coraꝫ domino: ſed non ſicut reges Jſrael qui ante eum fuerunt. Cōtra hunc aſcēdit Salmanaſar rex aſſyriorꝫ: et factus eſt eiꝰ Oſee ſeruus reddebatqꝫ illi tributa. Cumqꝫ deprehendiſſet rex aſſyriorum Oſee ꝙ rebellare nitēs miſiſſet nuncios ad ſua regem egypti: ne preſtaret tributa regi aſſyriorum: ſicut ſingulis annis ſolitus erat obſedit eum et vinctum miſit in carcerem: peruagatuſqꝫ eſt omnem terram: ⁊ aſcendens Samariam obſedit eam tribus annis. Anno autem nono Oſee cepit rex aſſyiriorum Samariam: et tranſtulit Jſrael in aſſyrios poſuitqꝫ eos in Hailam et in habor iuxta fluuiū Gozam in ciuitatibus medorum. Factum eſt enim cum peccaſſent filij Jſrael domino deo ſuo qui eduxerat eos de terra egypti de manu Pharaonis regis egypti: coluerunt deos alienos: et ambulauerunt iuxta ritum gentium quas cōſumpſerat dominus in conſpectu filiorum Jſrael ⁊ regum Jſrael: q: ſimiliter fecerant et irritauerunt filij Jſrael verbis nō rectis dn̄m deū ſuū: ⁊ edificauerunt ſibi excelſa in cunctis vrbibus ſuis a turre cuſtodum vſqꝫ ad ciuitatem munitam.

De tranſlatione iſrael in aſſyrios ppter peccata eorꝫ p ſalmanaſar

B

Hie. xxv. b

Fecerūtqꝫ ſibi ſtatuas et lucos in omni colle ſublimi et ſubter omne lignū nemoroſum: et adolebāt ibi incenſum ſuper aras in morem gentium quas tranſtulerat dominus a facie eorum. Fecerūtqꝫ verba peſſima irritantes dominum: et coluerūt immundicias de quibus precepit eis dominus ne facerent verbum hoc. Et teſtificatus eſt dominus in Jſrael ⁊ in iuda per manum omnium prophetarum ⁊ vidētium: dicens. Reuertimini a vijs veſtris peſſimis: ⁊ cuſtodite p̄cepta mea ⁊ cerimonias: iuxta oēm legem quam p̄cepi prībꝰ veſtris: ⁊ ſicut miſi ad vos in manu ſeruorꝫ meorum pphetarū. Qui non audierūt: ſed indurauerunt ceruicē ſuam iuxta ceruiceꝫ patrum ſuorum qui noluerunt obedire dn̄o deo ſuo: ⁊ abiecerunt legitima eiꝰ: ⁊ pactū qđ pepigit cū patribus eorū: ⁊ teſtificatiōes qbus ꝯteſtatus eſt eos ſecutiqꝫ ſunt vanitates ⁊ vane egerunt: ⁊ ſecuti ſunt gētes que erāt per circuituꝫ eorꝫ ſuper qui

C

bus p̄ceperat dn̄s eis vt nō facerēt ſicut: ⁊ illi fa-
ciebant. Et dereliquerunt oīa p̄cepta dn̄i dei ſui
Feceruntq̄ ſibi cōflatiles duos vitulos ⁊ lucos et
adorauerunt vniuerſā militiā celi. Seruieruntq̄
Baal: ⁊ cōſecrauerunt filios ſuos ⁊ filias ſuas p
ignē. Et diuinationibus inſeruiebāt ⁊ augurijs:
Sola tribꝰ iuda non captiuatur. ⁊ tradiderūt ſe vt facerēt malū corā dn̄o: ⁊ irrita
uerunt eū. Iratuſq̄ eſt dn̄s vehemēter Iſraeli:
et abſtulit eos a cōſpectu ſuo: ⁊ nō remanſit niſi
tribus iuda tm̄modo. Sed nec ipſe iuda cuſtodi
uit mādata dn̄i dei ſui: verūtn̄ ābulauit in errori-
D bus iſrl' quos opatꝰ fuerat. Proiecitq̄ dn̄s om-
ne ſemē iſrl' ⁊ afflixit eos et tradidit eos in manu
diripientiū: donec ꝓijceret eos a facie ſua: ex eo
iā tp̄e quo ſciſſus eſt iſrl' a domo dauid: ⁊ cōſtitue
runt ſibi regē Hieroboā filiū Nabath. Sepauit
enī hieroboā iſrael a dn̄o deo: ⁊ peccare eos fecit
peccatum magnū. Et ābulauerunt filij Iſrael in
vniuerſis peccatis hieroboā que fecerat ⁊ nō re-
ceſſerut ab eis vſq̄quo dn̄s auferret Iſrael a fa-
cie ſua: ſicut locutus fuerat in manu omniū ſeruo
De aſſyrijs inhabitātibus ſamariam p leōes interfectis. rum ſuorū ꝓphetaruꝫ. Trāſlatuſq̄ eſt Iſrael de
terra ſua in Aſſyrios vſq̄ in dieꝫ hāc. Adduxit au
tem rex Aſſyriorū viros de babylone ⁊ de cutha
⁊ de Ahiat: ⁊ de emath: ⁊ de ſepharuaim: ⁊ collo-
cauit eos in ciuitatibus Samarie pro filijs Iſrl':
qui poſſederūt Samariā ⁊ habitauerūt in vrbibꝰ
eius. Cumq̄ ibi habitare cepiſſent nō timuerūt
E dn̄m ⁊ immiſit eis dn̄s leones qui interficiebant
eos. Nunciatumq̄ eſt regi aſſyrioꝝ: ⁊ dictū. Gē
tes quas trāſtuliſti ⁊ habitare feciſti in ciuitatibꝰ
Samarie ignorāt legitima dei terre ⁊ immiſit in
eos dominus leones: et ecce interficiūt eos eo ꝙ
ignorent ritum dei terre. Precepit autē rex Aſ-
ſyriorum: dicens. Ducite illuc vnum de ſacerdo-
tibus quos inde captiuos adduxiſtis: vt vadat ⁊
hitet cū eis: ⁊ doceat eos legitima dei terre. Igi
tur cum veniſſet vnus de ſacerdotibus his qui ca
ptiui ducti fuerant de Samaria: habitauit in be
thel: ⁊ docebat eos quomodo colerent dn̄m. Et
vnaqueq̄ gens fabricata eſt deum ſuuꝫ. Poſue-
runtq̄ eos in phanis excelſis que fecerant ſama
rite gens: ⁊ gens in vrbibus ſuis in quibus habi
F tabant. Viri enīꝫ babylonij fecerunt ſochot Be
noth: viri autē cutheni fecerunt nergel: ⁊ viri de
emath fecerunt aſima. Porro euei fecerunt ne-
baā ⁊ tharthan. Hi autē qui erant de ſepharua-
im cōburebāt filios ſuos igni: adramelech ⁊ ana-
melech dijs ſepharuaim: ⁊ nihilominus colebant
dn̄m. Fecerunt aūt ſibi de nouiſſimis ſacerdotes
excelſoruꝫ: ⁊ ponebāt eos in phanis ſublimibus.
Et cum dn̄m colerēt dijs quoq̄ ſuis ſeruiebant
iuxta conſuetudinē gentium: de quibus tranſlati
fuerāt Samariā. Vſq̄ in preſentē diē morem ſe-
quuntur antiquū: non timēt dn̄ꝫ: neq̄ cuſtodiūt
cerimonias eius: atq̄ iudicia ⁊ legeꝫ ⁊ mādatum
qđ p̄ceperat dn̄s filijs Iacob quem cognomina
G uit Iſrael: ⁊ ꝑcuſſerat cū eis pactū ⁊ mādauerat
eis: dicēs. Nolite timere deos alienos: ⁊ nō ado
retis eos neq̄ colatis eos: ⁊ nō immoletis eis: ſꝫ
dn̄m deū veſtrū qui eduxit vos de terra Egypti
in fortitudine magna: ⁊ in brachio extento: ipſum
timete ⁊ illum adorate: ⁊ ipſi immolate. Cerimo
nias q̄ ⁊ iudicia ⁊ legē ⁊ mādatū qđ ſcripſit vo-
bis cuſtodite: vt faciatis cunctis diebus: ⁊ non ti
meatis deos alienos ⁊ pactū qđ ꝑcuſſit vobiſcū
nolite obliuiſci: nec colatis deos alienos: ſed dn̄m
deuꝫ veſtruꝫ timete: ⁊ ipſe eruet vos de manu om
nium inimicorum vr̄oruꝫ. Illi ꝟo nō audierūt: ſꝫ
iuxta conſuetudinem ſuā priſtinā perpetrabant.
Fuerunt igitur gentes iſte timētes quidē domi-
num: ſed nihilominꝰ ⁊ idolis ſuis ſeruientes. Nā Nu. xxi.c.
filij eorum ⁊ nepotes ſicut fecerunt patres ſui:
ta faciunt vſq̄ in preſentem diem.

℄ Capituli. Summarium. ℄ De regno Eze-
chie qui fecit rectum: qui ſerpentem eneum con-
fregit quem fecit Moyſes: ⁊ plura alia huiuſce-
modi: et contra eum aſcendit Salmanaſar: qui
tranſtulit Iſrael in Aſſyrios: poſt hunc aſcendit
rex Sennacherib ⁊ cepit vniuerſas ciuitates Iu
da: ⁊ induxit Ezechie regi Iude trecēta talenta
argenti ⁊ triginta auri qui miſit ad rapſaces qui
noluit loqui ſyriace. Capitulum. xviij.

ANno tertio Oſee fi- A Ezechias
lij Hela regis Iſrael: regnauit rex iude op
Ezechias filius Achā regis iu- timus.
da. Vigintiquinq̄ annorū erat ij. pa. xxix. c
cum regnare cepiſſet: ⁊ viginti Excelſa diſ
nouem annis regnauit in Hie- ſipant ⁊ plu
ruſaleꝫ. Nomē matris eius abi ra alia ido-
ſa filia zacharie: fecitq̄ qđ erat bonum corā do- la ab eo.
mino iuxta oīa que fecerat dauid pater eius. Ip iij. di. ſ. vex
ſe diſſipauit excelſa ⁊ cōtriuit ſtatuas ⁊ ſuccidit
lucos: cōfregitq̄ ſerpenteꝫ eneum quem fecerat
Moyſes. Siquidē vſq̄ ad illud tp̄s filij Iſrl' ado B
lebant incenſum. Vocauitq̄ nomē eius Noeſtā. Et reſiſten
Et in domino deo Iſrl' ſperabit. Itaq̄ poſt euꝫ tia ꝯ aſſyri-
nō fuit ſimilis ei de cunctis regibus iuda: ſed ne- os. Recapi
q̄ in his qui ante euꝫ fuerunt ⁊ adheſit domino: tulatio.
⁊ nō receſſit a veſtigijs eius: fecitq̄ mādata eius
que preceperat dn̄s Moyſi vnde ⁊ erat dn̄s cum
eo: ⁊ in cunctis ad que ꝓcedebat ſapiēter ſe age Recapitula
bat. Rebellauit quoq̄ contra regem Aſſyriorum: tio captiui-
⁊ non ſeruiuit ei. Ipſe ꝑcuſſit philiſteos vſq̄ ad tatis Iſra-
gazam ⁊ omnes terminos eoꝝ: ⁊ a turre cuſtodū el p Salma
vſq̄ ad ciuitatem munitam. Anno quarto regis naſar.
Ezechie qui erat annus ſeptimus Oſee filij hela C
regis Iſrael aſcendit Salmanaſar rex Aſſyriorū
Samariam: ⁊ oppugnauit eam: ⁊ cepit. Nā poſt
annos tres anno ſexto Ezechie: id eſt nono āno
Oſee regis Iſrael: capta eſt Samaria ⁊ tranſtu-
lit rex Aſſyrioruꝫ Iſrael in Aſſyrios collocauitq̄ ij. p. xxxij a.
eos in hayla ⁊ in arbor fluuijs Gozam in ciuita- Ec. xlviij. c.
tibus medoruꝫ: quia nō audierunt vocem dn̄i dei Eſa. xxxvi. a
ſui ſꝫ p̄tergreſſi ſunt pactū eius. Oīa que p̄cepe-
rat moyſes ſeruus domini nō audierūt neq̄ fece
rūt. Anno quartodecimo regis Ezechie aſcēdit
Sennacherib rex Aſſyriorū ad vniuerſas ciuita-

Sennacherib rex aſſyrioꝝ ab ezechia rege iude accepit dona federe.

tes Juda munitas: ⁊ cepit eas. Tunc miſit Ezechias rex Juda nūcios ad regem Aſſyriorum in Lachis: dicens Peccaui. Recede a me et omne qđ impoſueris mihi feram. Indixit itaqꝫ rex aſſyriorum Ezechie regi Jude trecenta talēta argenti. ⁊ triginta talēta auri. Deditqꝫ Ezechias omne argentum qđ repertū fuerat in domo dñi
D et in theſauris regis. In tempore illo confregit Ezechias valuas templi domini ⁊ laminas auri quas ipſe affixerat: ⁊ dedit eas regi aſſiriorum. Miſit autem rex Aſſiriorum Tarthā ⁊ Rapſaris et Rapſacen de Lachis ad regem Ezechiam cū manu valida Hieruſalem Qui cum aſcendiſſent venerunt Hieruſalem: ⁊ ſteterunt iuxta aqueductum piſcine ſuperioris que eſt in via agri fullonis: vocaueruntqꝫ regem. Egreſſus eſt autē ad eos Heliachim filius Helchie prepoſitus dom9 et Sobna Scriba et Johae filius Aſapha commentarijs: dixitqꝫ ad eos Rapſaces. Loquimini Ezechie: Hec dixit rex magnus rex Aſſyriorū. Que eſt iſta fiducia qua niteris? Forſitam iniſti conſilium: vt pՠpares te ad prelium. In quo confidis vt audeas rebellare: An ſperas in baculo
E arundineo atqꝫ confracta egypto. Super quem ſi incubuerit homo cōminutus ingredietur manū
xxiij.q.iij.c j.ſ.itē vaſa eius: ⁊ perforabit eam. Sic eſt Pharao rex egypti oībus qui cōfidunt in ſe. Qđ ſi dixeritis mihi: In dño deo noſtro habemus fiduciam: nōne iſte eſt cuius abſtulit Ezechias excelſa ⁊ altaria et precepit iude ⁊ hierl'm ante altare hoc adorabitis in hieruſalem: Nunc igitur tranſite ad dñm meum regem Aſſiriorū: ⁊ dabo vobis duo milia equorum: ⁊ videte an habere valeatis aſcenſores eorum. Et quō poteſtis reſiſtere ante vnum Satrapā de ſeruis dñi mei minimis. An fiduciā habetis in egypto ꝓpter currus ⁊ equites. Nūquid ſine dñi voluntate aſcendi ad locū iſtū vt demolirer eum. Dñs dixit mihi: Aſcende ad terram hanc: ⁊ demolire eā. Dixerūt autē Eliachī
F filius Helchie ⁊ Sobna Scriba ⁊ Joahe: Rapſaci. Precamur vt loquaris nobis ſeruis tuis Syriace: ſiquidē intelligemus hanc linguā: ⁊ nō loquaris nobis iudaice audiente pplo qui eſt ſup murum. Reſponditqꝫ eis Rapſaces: dicēs. Nūquid ad dñm tuū ⁊ ad te miſit me dñs meus vt loquerer ſermones hos ⁊ nō poti9 ad viros qui ſedēt ſup murū: vt comedāt ſtercora ſua: ⁊ bibāt
Oro cōmiſſarij regis aſſyrioꝝ nolētis loqui ſyriace. ij. Parali. xxxij.c. vrinā ſuā vobiſcū: Stetit itaqꝫ Rapſaces: ⁊ exclamauit voce magna iudaice: ⁊ ait: Audite verba regis magni: regis aſſyriorum. Hec dicit rex Nō vos ſeducat Ezechias: Nō eīn poterit eruere vos de manu mea: neqꝫ fiduciā vobis tribuat ſuper dñm: dicens. Eruens liberabit nos dominus: ⁊ nō tradetur ciuitas hec in manu regis Aſſyriorum. Nolite audire Ezechiā. Hec enim dicit
G rex Aſſyriorum: Facite mecum qđ vobis eſt vtile ⁊ egredimini ad me: Et comedet vnuſquiſqꝫ de vinea ſua: ⁊ de ficu ſua: et bibetis aquas de ciſternis veſtris: donec veniam ⁊ transferā vos in terram que ſimilis eſt terre veſtre: in terram fructiferam ⁊ fertilem vini terrā panis ⁊ vineaꝝ terram oliuarum ⁊ olei ac mellis: ⁊ viuetis ⁊ nō moriemini nolite audire Ezechiam qui vos decipit dicens. Dñs liberabit nos. Nunquid liberauerunt dij gentiū terrā ſuam de manu regis Aſſiriorū. Ubi eſt deus Emath ⁊ Arphat: Ubi eſt deus Sepharnaim: Ana: ⁊ Aua: Nūquid liberauerunt Samariam de manu mea: Quinam illi ſunt in vniuerſis dijs terrarum qui eruerunt regionem ſuam de manu mea: vt poſſit eruere dominus Hieruſalem de manu mea. Tacuit itaqꝫ populus et non reſpondit ei quicqꝫ. Siquidē preceptum regis acceperant vt non reſpōderēt ei. Venitqꝫ Eliachim filius Helchie prepoſitus domus et Sobna Scriba ⁊ Joahe filius Aſaph a commentarijs ad Ezechiam ſciſſis veſtibus: et nunciauerunt ei verba Rapſacis.

Capituli. Sūmarium. Mittit Ezechias ad Eſaiam: Ezechias expādit litteras corā domino: mittit Eſaias ad confortādum Ezechiā angelus centū octogintaquinqꝫ milia occidit de aſſyrijs nocte illa: reuertitur Sennacherib in niniue: ⁊ ibi adorans in templo deū ſuum: a filijs proprijs interficitur. Capitulū. xix.

A Que cum audiſſet Ezechias rex: ſcidit veſtimēta ſua Eſa.xxxvij. a. et opertus eſt ſacco: ingreſſuſqꝫ eſt domum domini: ⁊ miſit Eleachim prepoſitum domus ⁊ Sobnā Scribā ⁊ Senes de ſacerdotibus optos ſaccis ad Eſaiā ꝓphetā filiū Amos. Qui dixerūt. Hec dicit Ezechias: Dies tribulationis ⁊ increpationis ⁊ blaſpemie dies iſte. Venerunt filij vſqꝫ ad partū: ⁊ vires non habet parturiens. Si forte audiat dominus deus tuus vniuerſa verba Rapſacis quē miſit rex Aſſyriorum dñs ſuus vt exprobaret deum viuētē: ⁊ argueret vbis que audiuit dominus deus tuus: ⁊ fac orationē pro reliquijs que reperte ſunt. Venerunt ergo ſerui regis Eze
B chie ad Eſaiā. Dixitqꝫ eis eſaias: Hec dicetis dño veſtro. Hec dicit dñs: Nolite timere a facie ſermonum quos audiſtis qbus blaſphemauerūt pueri regis aſſiriorū me. Ecce ego immittam ei ſpiritum: ⁊ audiet nuncium: et reuertetur in terram ſuam: ⁊ deijciam eū gladio in terra ſua. Reuerſus eſt ergo Rapſaces ⁊ inuenit regē Aſſyriorum expugnātem Lobnam. Audierat enim qꝫ receſſiſſent de lachis. Cumqꝫ audiſſet de Tharacha rege Ethiopie: dicentes: Ecce egreſſus eſt vt pugnet aduerſum te: et iret contra eum miſit nuncios ad Ezechiam: dicēs: Hec dicite Ezechie regi iuda: Non te ſeducat deus tuus in quo habes
C fiduciam: neqꝫ dicas: Non tradetur hieruſalem in manus regis aſſirioꝝ. Tu enim ipſe audiſti que fecerunt reges aſſiriorum vniuerſis terris: quomodo vaſtauerūt eas. Num ergo ſolus poteris liberari. Nunqđ liberauerūt dij gentiū ſingulos quos vaſtauerūt prēs mei goſā videlꝫ ⁊ arān ⁊ re

ſeph et filios Eden q̃ erant in Thalaſſar: Ubi eſt
Oratio eze chie. rex Emath et rex Arphat: et rex ciuitatis ſepha
ruam Ana et Aua: Itaqꝫ cum accepiſſet Ezechi
as litteras de manu nunciorū ⁊ legiſſet eas aſcē-
dit in domum domini: ⁊ expandit eas coram do
mino ⁊ orauit in cōſpectu eius: dicens. Domine
deus: Iſrael qui ſedes ſuper cherubin: tu es deꝰ
ſolus regum omnium terre: tu feciſti celum ⁊ ter
ram: Inclina aurem tuam et audi. Aperi domi-
ne oculos tuos et vide et audi omnia verba Sē
nacherib: que miſit vt exprobraret nobis deum
viuentem. Uere domine diſſipauerunt reges aſ-
ſiriorum gentes et terras omniū ⁊ miſerūt deos
eorum in ignem Non enim erant dij ſed opera
manuum hominum ex ligno et lapide ⁊ perdide
D runt eos. Nunc igitur domine deus noſter ſal-
uos nos fac de manu eorum vt ſciant omnia re-
Reſponſio diuina ad orationem ezechie per eſaiam. gna terre quia tu es domine deus ſolus Miſit
autem Eſeias filius Amos ad Ezechiam: dicēs
Hec dicit dominus deus iſrael: Que deprecatꝰ
es me ſuper ſenacherib rege aſſyriorum; audiui
Iſte eſt ſermo quem locutus eſt dominus de eo
Spreuit te ⁊ ſubſanauit te vgo filia ſion: poſt ter
gū tuū caput mouit filia hieruſalem. Cui expro
braſti ⁊ quē blaſphemaſti. Cōtra quē exaltaſti
vocem tuam ⁊ eleuaſti in excelſuꝫ oculos tuos:
E Contra ſanctum iſrael. Per manū ſuorū tuoꝝ
exprobraſti dn̄o ⁊ dixiſti. In multitudie curruū
meoꝝ aſcendi excelſa montiū in ſūmitate libani
et ſuccidi ſublimes cedros eius: ⁊ electas abie-
tes illius. Et ingreſſus ſum vſqꝫ ad termios eiꝰ
et ſaltū carmeli eius ego ſuccidi. Et bibi aquas
alienas: ⁊ ſiccaui veſtigijs pedū meorum omnes
aquas clauſas. Nūquid nō audiſti q̇d ab initio
fecerim: Ex diebus antiquis plaſmaui illud et
nunc adduxi Eruntqꝫ in ruinā colliū cōpugnā
tium ciuitates munite. Et q̇ ſedent in eis humi
les manu. Cōtremuerūt ⁊ cōfuſi ſunt facti ſūt ve
F De ſigno dato ezechie de victoria ꝯtra aſſyrios. lut fenū agri: ⁊ virēs herba tectoꝝ que areſacta
eſt anteq̄ veniret ad maturitatē. Habitaculum
tuū ⁊ egreſſuꝫ tuū ⁊ introitū tuū ⁊ viā tuaꝫ ego
preſciui ⁊ furorē tuū cōtra me. Inſanaſti in me:
et ſupbia tua aſcēdit in aures meas. Ponā ita
qꝫ circulū in naribꝰ tuis ⁊ chamū in labijs tuis:
⁊ reducā te in via per quā veniſti. Tibi aūt Eze-
chia hoc erit ſignū. Comede hoc anno que repe
reris in ſcd̃o aūt āno que ſpōte naſcūtur. Por-
ro in tertio āno ſeminate ⁊ metite: plātate vine-
as ⁊ comedite fructꝰ eaꝝ. Et quodcūqꝫ reliquū
fuerit de domo iuda mittet radicē deorſuꝫ: ⁊ fa-
G ciet fructū ſurſū. De hierl'ꝫ q̇ppe egredietur re
liquie: ⁊ q̇d ſaluet de mōte ſiō zelꝰ dn̄i exercituū
faciet hoc. Quāobrē hec dicit dn̄s d̄ rege aſſyrio
rū: Nō ingrediet vrbē hāc nec mittet in eā ſagit
tā nec occupabit eā clypeꝰ nec circūdabit eā mu
Eccl. xlviij b. nitio. Per viā qua venit reuertet ⁊ ciuitatē hāc
nō ingrediet dicit dn̄s: Protegāqꝫ vrbē hāc et
Tob. j. d. Aſſyrij p- cutiunt ab ſaluabo eā ꝓpter me ⁊ ꝓpter dauid ſuū meū. Fa
ctū eſt igit in nocte illa venit āgelꝰ dn̄i ⁊ ꝑcuſſit
in caſtris aſſyriorū centumoctoginta quinqꝫ mi
lia. Cūqꝫ diluculo ſurrexiſſet: vidit oīa corpa

mortuoꝝ ⁊ recedēs abijt: ⁊ reuerſus eſt ſenache- angelo tpe
rib rex aſſyrioꝝ ⁊ māſit in niniue cūqꝫ adoraret ezechie ⁊ d̄
in tēplo neſrach deū ſuū adramelech ⁊ ſarāſar: fi morte ſen
lij eiꝰ ꝑcuſſerūt eū gladio: fugeruntqꝫ in terram nacherib.
armenioꝝ ⁊ regnauit Aſaraddon filiꝰ eius ꝓ eo.

¶ Ca. Sū. ¶ De egritudie ezechie de ſigno in ſole de pueris ⁊ litteris ⁊ muneribꝰ que miſit merodach rex babylonie ad eū de cōminatione: q: aſcēderat domū ſuā. Capitulum. xx.

n diebus illis egro- A
tauit ezechias vſqꝫ ad morteꝫ: ⁊ De egrota
venit ad eum eſaias filiꝰ amos ꝓ tiōe ezechie
pheta: dixitqꝫ ei. Hec dixit dn̄s ⁊ plongatō
deus. Precipe domui tue. Mo- ne vite ſue
rieris eñ tu ⁊ nō viues. Qui conuertit faciē ſuā R. xv. annos
ad parietē ⁊ orauit dn̄m dicens. Obſecro dn̄e ij. Parali.
memēto queſo q̄mo ābulauerim corā te in verita xxxij. f.
te ⁊ in corde ꝑfecto ⁊ q̇d placitum eſt coraꝫ te fe Eſa. xxxviij
ceriꝫ. Fleuit itaqꝫ Ezechias fletu magno. Et an
teq̄ egrederet Eſaias mediā ꝑteꝫ atrij factꝰ eſt
ſermo dn̄i ad eū: dicēs: Reuertere: ⁊ dic Ezechie
duci populi mei. Hec dicit dn̄s deus dauid pr̄is B
tui. Audiui orationē tuā: ⁊ vidi lachrymā tuā: et
ecce ſanaui te. Die tertio aſcēdes templū dn̄i: ⁊
addā diebus tuis quindecim ānos. Sed ⁊ de ma
nu regis aſſyrioꝝ liberabo te ⁊ ciuitatē hāc ⁊ pro
tegam vrbē iſtā propter me ⁊ propter dauid ſer-
uum meū. Dixitqꝫ Eſaias: Afferte maſſam fico-
rum. Quā cuꝫ attuliſſent ⁊ poſuiſſent ſup vlcus In ſignum
eius curatus eſt. Dixerat autē Ezechias ad Eſa ſanitatis fu
iam: Quod erit ſignum q: dn̄s me ſanabit, ⁊ quia ture ezechie
aſcēſurus ſum die tertia tēpluꝫ domini: Cui ait ſol retroceſ
Eſaias: Hoc erit ſignū a domino ꝙ facturus ſit ſit per decē
dominus ſermonē quē locutus eſt: Uis vt aſcen- horas.
dat vmbra decem lineis aut vt reuertatur totidē
gradibus: Et ait Ezechias. Facile eſt vmbrā cre
ſcere decem lineis. Nec hoc volo vt fiat: ſed vt re Eccleſiaſti.
uertatur retrorſum decem gradibus. Inuocauit xlviij. d.
itaqꝫ Eſaias propheta dominum ⁊ reduxit vm- C
bram per lineas quibus iam deſcenderat in horo Eſa. xxxix.
logio achaꝫ retrorſum decem gradibus. In tē- a.
pore illo miſit Merodac Baadā filius Baladā Rex babylo
rex Babyloniorum litteras ⁊ munera ad Eze- nioꝝ mittit
chiam: audierat eniꝫ ꝙ egrotaſſet Ezechias. Le nuncios et
tatus eſt autem in aduentum eorum Ezechias: munera ad
⁊ oſtendit eis domum aromatum ⁊ aurum ⁊ argē ezechiam.
tum ⁊ pigmenta varia: vnguenta quoqꝫ ⁊ domū Predicit
vaſorum ſuorum: ⁊ omnia que habere poterat in par tpe eze
theſauris ſuis. Non fuit ꝙ non monſtraſſet eis chie: ꝫ poſt
Ezechias in domo ſua: ⁊ in omni poteſtate ſua. futura ca-
Uenit autem Eſaias propheta ad regeꝫ Eze- ptiuitas in
chiam: dixitqꝫ ei: Quid dixerunt viri iſti aut vn- iuda.
de venerunt ad te: Cui ait Ezechias: De terra
longinqua venerunt ad me de Babylone. At il-
le reſpōdit: Quid viderūt in domo tua: Ait Eze
chias: Oia quecunqꝫ ſunt in domo mea viderūt. D
Nihil enim eſt quod non monſtrauerim eis in
theſauris meis. Dixit itaqꝫ Eſaias Ezechie.

Audi ſermonē domini: Ecce dies veniunt: vt au
ferentur omnia que ſunt in domo tua: ⁊ que con
diderant patres tui vſq; in diem hanc in babylo
nem. Nonne remanebit quicq̄: ait dominus: Sʒ
⁊ de filijs tuis qui egredientur ex te quos gene-
rabis: tollentur ⁊ erunt eunuchi in palatio regis
Babylonis. Dixit Ezechias ad Eſaiam. Bo-
nus ſermo domini quem locutus eſt: Sit tantuʒ
pax ⁊ veritas in diebus meis. Reliqua autem ſer
monum ezechie ⁊ omnis fortitudo eius ⁊ quo-
modo fecerit piſcinam ⁊ aqueductū ⁊ introduxe
rit aquas in ciuitatem: Nonne hec ſcripta ſunt
Mors eze- in libro ſermonum dierum regum iuda? Dormi-
chie. uitq; Ezechias cum patribus ſuis: et regnauit
Manaſſes filius eius pro eo.

Capi. Summa. De Manaſſe ⁊ ſcelerib⁹
eius: de comminatione domini: ⁊ de Amon filio
eius: Iſte amon occiditur a ſeruis ſuis cui ſucceſ-
ſit Joſias filius eius. Capitulum. xxi.

A
De manaſ-
ſe rege Iu-
da malo.
ij. Paralii.
xxxiij. a.

Uodecim annorum
erat Manaſſes cuʒ regnare ce
piſſet: ⁊ quinquagintaquinq;
annis regnauit in Hieruſaleʒ.
Nomen matris eius Aphiſiba
fecitq; malum in conſpectu do
mini: iuxta idola gētium quas
deleuit dominus a facie filiorum iſrael. Conuer
ſuſq; eſt ⁊ edificauit excelſa que diſſipauerat eze-
chias pater eius ⁊ erexit aras Baal ⁊ fecit lu-
cos ſicut fecerat Achab rex Iſrael: ⁊ adorauit
omnem militiam celi et coluit eam. Extruxitq;
aras in domo domini: de qua dixit dn̄s: in hierl'm
ponam nomen meum ⁊ extruxit altaria vniuerſe
militie celi in duobus atrijs templi dn̄i. Et tra-
duxit filium ſuum per ignē ⁊ ariolatus eſt ⁊ obſer
uabat auguria ⁊ fecit phithones ⁊ aruſpices mul
tiplicauit vt faceret malum corā domino ⁊ irrita
B ret eum. Poſuit quoq; idolum luci quē fecerat
in templo dn̄i ſuper quo locutus eſt dn̄s ad Da-
uid ⁊ ad Salomonē filiū eius. In tēplo hoc ⁊ in
Hierl'm quē elegi de cunctis tribubus Iſrl': po
nam nomē meum in ſempiternum: ⁊ vltra nō fa-
ciam cōmoueri pedē Iſrl' de terra quā dedi prī-
bus eoꝝ ſi tm̄ cuſtodierint ope oia que p̄cepi eis:
⁊ vniuerſaʒ legē quam mādauit eis ſeruus meus
Moyſes. Illi vero non audierunt: ſed ſeducti ſunt
a Manaſſe: vt facerēt malū ſuper gētes quas cō
Punitio triuit dn̄s a facie filioꝝ Iſrael. Locutuſq; eſt do
Manaſſis minus in manu ſeruoꝝ ſuorū ꝓphetarum dicēs.
regis iude) Omnia fecit Manaſſes rex Juda abominationes
propter pec iſtas peſſimas ſuper omnia que fecerūt amorrei
cata. ante eum: ⁊ peccare fecit etiā Iudā in immūdi-
C cijs ſuis ꝓpterea hec dicit dn̄s deus iſrael. Ecce
Hiere. xix. a ego inducam mala ſup Hierl'm ⁊ iudā: vt quicū-
q; audierint tinniāt ambe aures eius: Et exten-
dam ſuper Hieruſalē funiculum Samarie ⁊ pon
dus domus Achab ⁊ delebo Hierl'm ſicut deleri
ſolent tabule. Delens vertaʒ ⁊ ducā crebrius ſti
lum ſuper faciem eius. Dimittaʒ vero reliquias
hereditatis mee ⁊ trādā eas in manus inimicorū
eius. Eruntq; in vaſtitate ⁊ in rapinā cunctis ad
uerſarijs ſuis eo ꝙ fecerint malū corā me. ⁊ ꝑſeue
rauerint irritantes me ex die q̄ egreſſi ſunt pr̄es
eorū ex Egypto vſq; ad hanc diem. Inſup ⁊ ſan
guinem innoxiū fudit Manaſſes multuʒ nimis
donec impleret hierl'm vſq; ad os abſq; peccatis
ſuis quibus peccare fecit Juda vt faceret maluʒ
corā dn̄o. Reliqua aūt ſermonū manaſſe: ⁊ vniuer
ſa que fecit ⁊ peccatū ei⁹ qđ peccauit: Nōne hec
ſcripta ſunt in libro ſermonū dierū reguʒ Juda.
Dormiuitq; Manaſſes cū prib⁹ ſuis: ⁊ ſepultus D
eſt in horto domus ſue in horto Ozā: ⁊ regnauit Manaſſes
Amon filius eius pro eo. Uigintiduo annoꝝ erat morit poſt
Amon cū regnare cepiſſet: duobus q; annis re- quē regnat
gnauit in Hierl'm. Nomē matris eius meſſale- Amon.
meth filia Arus de ietheba. Fecitq; malū in con-
ſpectu dn̄i ſicut fecerat Manaſſes pater eius: et
ambulauit in oī via per quā ambulauerat pater
ei⁹: ſeruiuitq; immūdicijs qbus ſeruiebat pater
eius: ⁊ adorauit eas: ⁊ dereliquit dn̄ʒ deū patruʒ
ſuoꝝ: ⁊ nō ābulauit in via dn̄i. Tetēderūtq; ei in-
ſidias ſerui ſui ⁊ interfecerūt regē in domo ſua.
Percuſſit aūt ppl's terre oēs qui cōiurauerāt ꝯ
regē Amon ⁊ cōſtituerūt ſibi regē Joſiā filiū ei⁹
pro eo. Reliq̄ aūt ſermonū Amon que fecit: nōne Amon mo-
hec ſcripta ſunt in libro ſermonū dierū regū Iu- rit ⁊ Joſias
da. Sepelieruntq; euʒ in ſepulchro ſuo in horto regnat.
Ozam: ⁊ regnauit Joſias filius eius pro eo.

Ca. Sū. Regnauit Joſias filius Amon.
Inuenit liber deuteronomij: Joſias mittit ad
conſulendum dn̄m: de verbis Olde ꝓphete per
quam cōſuluerunt dominuʒ. Capl'ʒ. xxij.

Cto annorū erat Jo A
ſias cuʒ regnare cepiſſet: ⁊ trigin ij. Parali.
ta vno anno regnauit in Hierl'm. xxxiiij. a.
Nomen matris eius Idida filia
Phadaia de beſecchath. Fecitq;
quod placitū erat corā dn̄o: ⁊ ābulauit per oēs
vias Dauid pr̄is ſui. Nō declinauit ad dexteraʒ
ſiue ad ſiniſtrā. Anno autē octauodecimo regis
Joſie miſit rex Saphā filiū Aſiia filij meſulā ſcri
bam tēpli dn̄i dicens ei. Uade ad Helchiā ſacer-
dotē magnū vt cōflet pecunia que illata eſt in tē
plum dn̄i: ⁊ quā collegerunt ianitores tēpli a po-
pulo: deturq; fabris per ꝑpoſitos domus domi-
ni. Qui ⁊ diſtribuāt eam his qui operātur in tem B
plo domini ad inſtaurāda ſartatecta templi do-
mini tignarijs videlicet ⁊ cemētarijs: ⁊ his qui in
terrupta cōponūt: ⁊ vt emant ligna ⁊ lapides de
lapidicinis ad inſtaurandū tēpluʒ dn̄i. Uerumta-
men non ſupputet eis argentuʒ qđ accipiunt: ſʒ
in ptāte habeant ⁊ in fide. Dixit auteʒ helchias
pontifex ad Saphā ſcribam. Librum legis repe-
ri in domo dn̄i. deditq; helchias volumen ſaphā
ſcribe qui ⁊ legit illud. Uenit quoq; ſaphā ſcriba
ad regem: ⁊ renūciauit ei quod p̄ceperat et ait:

Conflauerūt ſerui tui pecuniā que reperta eſt in
domo dn̄i. ⁊ dederunt vt diſtribueretur fabris ac
C ꝑfectis operum tēpli⁊ domini. Narrauit ꝗ̄ Sa-
phan ſcriba dicens. Librum legis dedit mihi hel
chias ſacerdos quē cum legiſſet ſaphan corā re-
ge: ⁊ audiſſet rex verba libri legis domini ſcidit
veſtimenta ſua ⁊ precepit helchie ſacerdoti ⁊ ai-
cham filio ſapham: ⁊ achobor filio micha: ⁊ Sa-
phan ſcribe ⁊ aſie ſeruo regis: dicens: ite ⁊ conſu
lite dominum ſuper me ⁊ ſuper populo et ſuper
omni iuda de verbis voluminis iſtius quod in-
uentum eſt. Magna enim ira domini ſuccēſa eſt
contra nos: quia non audierūt patres noſtri ver
ba libri huius vt facerent omne quod ſcriptū eſt
nobis. Ierunt ꝗ̄ helchias ſacerdos ⁊ aichama et
chobor ⁊ Sapham ⁊ Aſia ad Oldam propheten
vxorem Sellum filij Thecue filij Aaras cuſto-
dis veſtium que habitabat in Hieruſalem in ſe-
cunda: Locuti ꝗ̄ ſunt ad eam. Et illa reſpondit
eis. Hec dicit dominus deus Iſrael. Dicite viro
qui miſit vos ad me. Hec dicit dominus: Ecce
ego adducam mala ſuper locum iſtum: et ſuper
habitatores eius: oia v̓ba legis que legit rex iu-
da: q: dereliq̄rūt me: ⁊ ſacrificauerūt dijs alienis
irritātes me in cunctis ope̅ribus manuū ſuarū. Et
ſuccendet indignatio mea in loco hoc ⁊ nō extin
guetur. Regi aūt iuda qui miſit vos vt conſulere
tis dn̄m: ſic dicetis: Hec dicit dn̄s deus Iſrael:
Pro eo ꝙ audiſti v̓ba voluminis ⁊ perterritū eſt
cor tuū: ⁊ humiliatus es coram dn̄o: auditis ſer
monibus contra locum iſtu⁊: ⁊ habitatores eius:
ꝙ videlicet fierent in ſtuporem: ⁊ in maledictu⁊:
et ſcidiſti veſtimenta tua: et fleuiſti coram me: et
ego audiui te: ait dominus. Idcirco colligam te
ad patres tuos et colligeris ad ſepulchrum tuū
in pace: vt non videant oculi tui omnia mala que
introducturus ſum ſuper locum iſtum.

¶ Capi. Sūma. ¶ Ioſias verba federis cora⁊
ppl̓o legit idola: de iuda ⁊ ſamaria extirpantur:
oſſa ſacerdotū ſuper altaria cōburunt: verba dei
prophete implent: paſcha ſolēne celebrat: Ioſi-
as in mageddo occidit: Ioachim filius eius rex
eligit quē vinctū pharao in Egyptū adduxit: et
multa in Iuda impoſita ioachim regē cōſtituit.

Capitulum. xxiij.

Et renunciauerūt re- A ij. Parali. xxxiiij.
gi qđ dixerat: Qui miſit ⁊ con-
gregati ſunt ad eu⁊ oēs ſenes
iuda ⁊ Hieruſalem: aſcendit ꝗ̄
rex templum domini ⁊ omnes
viri Iuda vniuerſi ꝗ̄ qui habi-
tabāt in hierl̓m cu⁊ eo ſacerdo
tes ⁊ ꝓphete: ⁊ ois populus a paruo vſ ꝗ̄ ad ma
gnum legit ꝗ̄ cūctis audiētibus oia v̓ba libri fe-
deris qui inuētus eſt in domo domini. Stetit ꝗ̄
rex ſuꝑ gradū ⁊ fedus ꝑcuſſit corā dn̄o vt ambu
larent poſt dn̄m: ⁊ cuſtodirēt p̄cepta eiꝰ ⁊ teſti-
monia ⁊ cerimonias in oī corde: ⁊ in tota aia: ⁊ ſu
ſcitarēt v̓ba federis huius que ſcripta erant in li
bro illo. Acq̄euit ꝗ̄ ppl̓s pacto. Et p̄cepit rex hel
chie pōtifici ⁊ ſacerdotibus ſecūdi ordinis: ⁊ ia-
nitoribus vt proijcerēt de tēplo domini oia vaſa
q̄ facta fuerāt baal: ⁊ in luco ⁊ vniuerſe militie ce
li: ⁊ cōbuſſit ea foris hierl̓m in cōualle cedrō: ⁊ tu
lit puluerē eorū in bethel. Et deleuit aruſpices B
quos poſuerant reges iuda ad ſacrificandum in
excelſis per ciuitates iuda et in circuitu Hieru-
ſalem: et eos qui adolebāt incēſu⁊ baal et ſoli ⁊ lu
ne et duodecim ſignis et oī militie celi. Et afferri
fecit lucū de domo dn̄i foras hieruſalē in cōual
le cedron: ⁊ cōbuſſit eū ibi: ⁊ redegit in puluere⁊
et ꝓiecit ſuper ſepulchra vulgi. Deſtruxit quo ꝗ̄
ediculas effeminatoꝝ que erāt in domo dn̄i: pro
quibus mulieres texebāt quaſi domūculas luci.
Cōgregauit ꝗ̄ oēs ſacerdotes de ciuitatibus iu
da ⁊ cōtaminauit excelſa vbi ſacrificabāt ſacerdo
tes de gabaa vſ ꝗ̄ berſabee: ⁊ deſtruxit aras por
tarū in introitu oſtij Ioſie p̄ncipis ciuitatis: qđ
erat ad ſiniſtrā porte ciuitatis. Veruntamē non
aſcēdebāt ſacerdotes excelſoꝝ ab altari domini
in Hierl̓⁊: ſ⁊ tm̄ comedebāt azyma in medio fra
trum ſuoꝝ. Contaminauit quo ꝗ̄ Tophet quod C
eſt in conualle filij Ennon: vt nemo conſecraret
filium ſuum aut filiam per ignem moloch. Abſtu
lit quo ꝗ̄ equos quos dederāt reges iude ſoli in
introitu tēpli domini iuxta exedrā nathamelech
eunuchi qui erat in pharurim: currus autem ſo-
lis cōbuſſit igni: altaria ꝗ̄ que erant ſuper tecta
cenaculi Achaz que fecerant reges iuda: et alta
ria que fecerat Manaſſes in duobus atrijs tēpli
dn̄i deſtruxit rex et cucurrit inde et diſperſit cine
rem eorū in torrentē cedron. Excelſa quo ꝗ̄ que
erant in Hierl̓m ad dexteram partem mōtis of
fenſionis que edificauerat Salomon rex Iſrael
aſtaroth idolo ſidoniorum ⁊ chamos offenſiōis
Moab ⁊ Melchon abominationes filiorum am
mon: polluit rex ⁊ contriuit ſtatuas et ſuccidit lu
cos: repleuit ꝗ̄ omnia loca coꝝ oſſibus mortuo-
rum. Inſuper et altare quod erat in bethel et ex
celſum quod fecerat Hieroboam filius Nabath
qui peccare fecit iſrl̓: ⁊ altare illud excelſu⁊ deſtru
xit at ꝗ̄ cōbuſſit et cōminuit in puluerē: ſuccēdit
ꝗ̄ etiam lucum. Et conuerſus Ioſias vidit ibi D
ſepulchra que erāt in monte: miſit ꝗ̄ et tulit oſ- iiij. regum.
ſa de ſepulchris et combuſſit ea ſuꝑ altare et pol xiij. a.

luit illud iuxta verbuꝫ dñi qđ locutus eſt vir dei
qui predixerat verba hec: ⁊ ait: Quis eſt titulus
ille quem video: Reſponderuntq; ei ciues vrbis
illius ſepulchꝛũ eſt hois dei qui venit de Juda ⁊
predixit vba hec: que feciſti ſuper altare Bethel.
Et ait: Dimitte eum. Nemo commoueat oſſa
eius. Et intacta manſerunt oſſa illius cum oſſi-
bus prophete qui venerat de Samaria. Inſuper
et omnia phana excelſoꝛum que erant in ciuitati
bus Samarie: que fecerant reges Iſrael ad irri-
tandum dñm: abſtulit Joſias: ⁊ fecit eis ſm oia
que fecerat in Bethel. Et occidit vniuerſos ſa-
cerdotes excelſoꝛum qui erant ibi ſuper altaria:
E et cõbuſſit oſſa humana ſuper ea. Reuerſuſq; eſt
ij. Parali. in Hieruſalem: et precepit omni populo: dicens:
xxxv.a. Facite phaſe dño deo veſtro: ſm quod ſcriptũ eſt
iij. Eſdre in libꝛo federis huius. Nec enim factuꝫ eſt phaſe
j.a. tale a diebus iudicum qui iudicauerunt Iſrael:
⁊ omniũ dierũ reguꝫ Iſrl' ⁊ regum iuda: ſicut in
octauo decimo anno regis Joſie factũ eſt phaſe
iſtud domino in Hieruſalem. Sed ⁊ phitones et
hariolos ⁊ figuras idoloꝛuꝫ ⁊ immũdicias ⁊ abo-
minationes que fecerunt in terra iuda ⁊ Hieru-
ſalẽ: abſtulit Joſias: vt ſtatueret verba legis que
ſcripta ſunt in libꝛo quẽ inuenit helchias ſacer-
dos in templo domini. Similis illi non fuit ante
eum rex: qui reuerteretur ad dominum in omni
coꝛde ſuo: ⁊ in tota anima ſua: ⁊ vniuerſa virtute
ſua iuxta omnem legem Moyſi: neq; poſt eum
ſurrexit ſimilis illi. Verumtamen non eſt auer-
ſus dñs ab ira furoꝛis ſui magni quo iratus eſt
furoꝛ eius contra iudaꝫ propter irritationes qui-
F bus prouocauerat eũ manaſſes. Dixit itaq; do-
minus. Etiam iudam auferã a facie mea: ſicut ab
ſtuli Iſrael: ⁊ pꝛoijciam ciuitatem hanc quã ele-
gi Hieruſalem: ⁊ domuꝫ de qua dixi: erit nomen
meum ibi. Reliqua autem ſermonum Joſie ⁊ vni
uerſa que fecit: Nonne hec ſcripta ſunt in libꝛo
ij. Parali. verboꝛum dierũ regũ Juda. In diebus eius aſcẽ
xxxv.c. dit pharao nechao rex egypti cõtra regẽ Aſſyꝛio
rum ad flumen euphꝛatem. Et abijt Joſias rex
iuda in occurſum eius ⁊ occiſus eſt in mageddo
cum vidiſſet eũ ⁊ poꝛtauerũt eum ſerui ſui moꝛ-
tuum de mageddo ⁊ pertulerũt Hierl'm: ⁊ ſepe-
lierunt euꝫ in ſepulchꝛo ſuo. Tulitq; populus ter
re Joacham filium Joſie ⁊ vnxerunt eum ⁊ con-
ij. Parali. ſtituerunt euꝫ regem pꝛo patre ſuo. Vigintitriũ
xxxvj.a. annoꝛum erat Joacham cũ regnare cepiſſet ⁊ tri
bus menſibus regnauit in Hierl'm. Nomen ma-
tris eius amithal: filia hieremie de lobna. Et fe-
cit malum corã dño: iuxta oia que fecerãt patres
G eius. Vinxitq; eum pharao nechao in reblatha:
que eſt in terra emath ne regnaret in Hierl'ꝫ. Et
impoſuit mulctam terre centũ talentis argẽti ⁊
talento auri. regẽq; cõſtituit pharao nechao he-
liachim filium Joſie pꝛo Joſia patre eius: vertit
q; nomen eius Joachim. Poꝛro Joacham tu-
lit ⁊ duxit in egyptuꝫ. Argentum autem ⁊ aurum
dedit Joachim Pharaoni cum indixiſſet terre
per ſingulos vt conferretur iuxta pꝛeceptũ pha-
raonis. Et vnumquemq; iuxta vires ſuas exe-
git tam argentum ꝙ aurũ de populo terre vt da-
ret Pharaoni Nechao. Vigintiquinq; annoꝛum
erat Joachim cum regnare cepiſſet: ⁊ vndecim
annis regnauit in hieruſalẽ. Nomẽ matris eius
Zebida filia phadaia de ruma. Et fecit malũ corã
domino iuxta omnia que fecerant patres eius.

¶ Capituli. Summarium. ¶ De moꝛte Joa
chim ⁊ qualiter tribus annis ſeruiuit Nabucho
donoſoꝛ: de latrunculis quos miſit dominus in
iudam: Hieruſalem obſidetur: Joachim egredi-
tur in occurſum Nabuchodonoſoꝛ cum matre
ſua ⁊ ſeruis ſuis ⁊ pꝛincipibus ⁊ eunuchis iſtum
Joachim Nabuchodonoſoꝛ rex tranſtulit in ba-
bilonem cum populo ſuo pꝛo quo regnauit Se-
dechias patruus eius conſtitutus a Nabucho-
donoſoꝛ.

Capitulum. xxiiij.

N diebus eius aſcẽ A
dit Nabuchodonoſoꝛ rex ba-
bylonis: ⁊ fact⁹ eſt ei Joachin
ſeruus trib⁹ ãnis: ⁊ rurſuꝫ re-
bellauit contra eum. Immiſit
q; ei dñs latrũculos chaldeoꝝ
rũ ⁊ latrũculos Syꝛie: ⁊ latrũ
culos moab: ⁊ latrũculos filioꝝ ammon: ⁊ immiſit
eos in iudã: vt diſperderẽt eũ iuxta verbum dñi
quod locutus fuerat per ſeruos ſuos pphetas.
Factũ eſt autẽ hoc per verbuꝫ dñi cõtra iudã vt
auferet eum coꝛam ſe pꝛopter peccata Manaſſe
vniuerſa que fecit: ⁊ propter ſanguinẽ innoxium
quem effudit: ⁊ impleuit Hierl'm cruoꝛe innocẽ-
tium: ⁊ ob hanc rẽ noluit deus ppitiari. Reliqua B
aute ſermonũ Joachim: ⁊ vniuerſa que fecit: nõ-
ne hec ſcripta ſunt in libꝛo ſermonũ dieruꝫ regũ
iuda. Et doꝛmiuit Joachim cũ prĩbus ſuis: ⁊ re-
gnauit ioachim filius ei⁹ pꝛo eo. Et vltra nõ ad-
didit rex Egypti vt egrederet̃ de terra ſua. Tule
rat eñ rex Babylonis a riuo Egypti vſq; ad flu
uium euphꝛatem omnia que fuerãt regis egypti
Decem et octo annoꝝ erat Joachim cum regna
re cepiſſet: ⁊ tribus menſibus regnauit in Hieru
ſalem. Nomẽ matris eius Noeſcha filia Helna- Daniel.j.a
than de Hieruſalem. Et fecit malũ corã dño: iu- E
xta omnia que fecerat pater eius. In tpe illo aſcẽ Heſter.ij.a
derunt ſerui Nabuchodonoſoꝛ regis Babylo-
nis in Hieruſalem ⁊ circundata eſt vrbs munitio
nibus. Veniтq; Nabuchodonoſoꝛ rex Babylo-
nis ad ciuitatẽ cum ſeruis ſuis: vt oppugnarent
eam. Egreſſuſq; eſt Joachim rex iuda ad regem
Babylonis ipſe ⁊ mater eius ⁊ ſerui eius ⁊ pꝛin
cipes eius ⁊ eunuchi eius: ⁊ ſuſcepit eũ rex baby
lonis anno octauo regni ſui. Et pꝛotulit inde om
nes theſauros domus dñi: ⁊ theſauros domus re
gie: ⁊ cõcidit vniuerſa vaſa aurea que fecerat Sa D
lomon rex Iſrl' in templo dñi iuxta verbum dñi:
⁊ tranſtulit omnẽ Hieruſalẽ et vniuerſos pꝛinci-
pes: et oẽs foꝛtes exercitus decem milia in capti
uitatem: ⁊ omnẽ artificẽ: ⁊ incluſoꝛẽ nihilq; reli-
ctem eſt exceptis pauperibus populi terre. Trã-

ſtulit quoqꝫ Joachim in babylonem ⁊ matrem
regis ⁊ vxores regis et eunuchos regis ⁊ iudices
terre duxit in captiuitatē de Hieruſalez in baby-
lonē: et oēs viros robuſtos ſeptem milia ⁊ artifi- [ij. Parali. xxxvj.b. Iiere. lij.a.]
ces et incluſores mille omnes viros fortes bella-
tores: duxitqꝫ eos rex babylonis captiuos in ba-
bilonem: et cōſtituit Mathathiam patruū eius
pro eo impoſuitqꝫ nomen ei ſedechiā. Uiceſimū
et primum annum etatis habebat ſedechias cuꝫ
regnare cepiſſet: et vndecim annis regnauit in
Hieruſalem. Nomen matris eius erat Amithal
filia Hieremie de Lobna: Et fecit malum coram
domino: iuxta omnia que fecerat Joachim. Ira
ſcebatur enim dominus contra Hieruſalem ⁊ cō
tra Judam: donec proijceret eos a facie ſua. Re-
ceſſitqꝫ Sedechias a rege Babylonis.

¶ Capituli. Summarium. ¶ Nabuchodono
ſor obſedit Hieruſalem quia Sedechias receſſe
rat ab eo quem cepit et excecauit: filios eius occi
dit: Hieruſalem cepit: templuꝫ deſtruxit: iuda ca-
ptiuatur: Godoliaꝫ reliquit quem Hiſmael oc-
cidit: Joachim de carcere eſt ſubleuatus per
Euilmerodac: annona ei conſtituitur cunctis
diebus vite ſue. Capitulum. xxv.

A [Hieremie xxix. ar. lij. a.]

Actum eſt autem an
no nono regis eius menſe deci
mo: decima die menſis venit
Nabuchodonoſor rex Baby-
lonis ipſe ⁊ omnis exercitꝰ eiꝰ
in Hieruſalem et circundede-
runt eam ⁊ extruxerunt in cir-
cuitu eius munitiones. Et clauſa eſt ciuitas atqꝫ
vallata vſqꝫ ad vndecimum annum regis Sede-
chie nona die menſis. Preualuitqꝫ fames in ciui
tate nec erat panis populo terre. Et interrupta
eſt ciuitas: et omnes viri bellatores nocte fuge-
runt per viam porte que eſt inter duplicem mu-
rum ad hortum regis. Porro Chaldei obſide-
bant in circuitu ciuitatem. Fugit itaqꝫ Sedechi
B as per viā que ducit ad cāpeſtria ſolitudinis. Et
perſecutus eſt exercitus chaldeorum regē: cōpre-
hēditqꝫ eū ī planicie hiericho: ⁊ oēs bellatores q̄
erant cum eo diſperſi ſunt ⁊ reliquerunt euꝫ. Ap
prehenſum ergo regem duxerunt ad regem Ba
bylonis in Reblatha: qui locutus eſt cum eo iudi
cium. Filios autem Sedechie occidit corā eo: et
oculos eius effodit: vinxitqꝫ eum catenis ⁊ addu
xit in Babylonē. Menſe quinto: ſeptima die mē
ſis (ipſe eſt annus nonuſdecimus regis Babylo-
nis) venit nabuzardan pnceps exercitus ſeruus
C regis babylonis in Hierl'm. Et ſuccendit domuꝫ [Pſa. lxxviij. Ezech. ix. c. Iiiij. diſ. c. xxxvj. diſt. c. Ieiunium.]
dn̄i ⁊ domū regis ⁊ domos Hieruſalē omnemqꝫ
domū combuſſit igni: ⁊ muros Hieruſalē in cir-
cuitu deſtruxit oīs exercitus chaldeoꝝ q̄ erat cuꝫ
principe militum. Reliquam autē populi partem
que remanſerat in ciuitate: ⁊ pfugas qui trāſfu-
gerant ad regem babylonis: ⁊ reliquum vulgus
tranſtulit nabuzardan pnceps militie: ⁊ de pau-
peribus terre reliquit vinitores ⁊ agricolas: co-
lumnas aūt ereas que erāt in tēplo dn̄i ⁊ baſes ⁊
mare ereum quod erat in domo dn̄i confregerūt [Hieremie]
chaldei ⁊ tranſtulerunt es omne in Babyloneꝫ. [xxvij. b.]
Ollas quoqꝫ ereas ⁊ trullas et tridentes et cy-
phos ⁊ mortariola: ⁊ omnia vaſa erea: in quibus
miniſtrabant: tulerunt: necnon ⁊ Thuribula et
phialas. Que aurea aurea: et que argentea argē D
tea: tulit princeps militie: id eſt columnas duas
mare vnum: et baſes quas fecerat rex Salomon
in tēplo domini. Non erat pondus eris omnium
vaſorum. Decem ⁊ octo cubitos altitudinis ha-
bebat columna vna: ⁊ capitellum ereum ſuper ſe
altitudinis trium cubitorum: et retiaculum ⁊ ma
logranata ſuper capitelluꝫ columne: omnia erea:
ſimilem ⁊ columna ſecunda habebat ornatum.
Tulit quoqꝫ princeps militie ſaraiam ſacerdotē E
primum: et ſophoniam ſacerdotem ſecundum: et
tres ianitores: ⁊ de ciuitate eunuchum vnuꝫ qui
erat prefectus ſuper bellatores viros: ⁊ quinqꝫ vi
ros de his qui ſteterant coram rege: quos reppe
rit in ciuitate: et Sopher principē exercitus qui
probabat tyrones de populo terre: et ſex viros e
vulgo qui inuenti fuerant in ciuitate. Quos tol-
lens nabuzardan princeps militum duxit ad re-
gem babylonis in Reblatha: percuſſitqꝫ eos rex
Babylonis: ⁊ interfecit eos in Reblata in terra F
Emath. Et trāſlatus eſt Juda de terra ſua. po-
pulo autem qui relictus erat in terra iuda: quem
dimiſerat Nabuchodonoſor rex Babilonis: pre
fecit Godoliam filium Aicham filij Saphā: Qd
cum audiſſent omnes duces militum: ipſi ⁊ viri
qui erant cum eis: videlicet ꝙ cōſtituiſſet rex ba
bylonis Godoliam: venerunt ad Godoliam in
Maſpha: ⁊ hiſmael filius nathanie: ⁊ Johānam
filius Zaree: ⁊ ſaraia filius thenameth nethopha
tites: ⁊ iezonias filius naachati ipſi ⁊ ſocij eorum.
Jurauitqꝫ Godolias ipſis ⁊ ſocijs eoruꝫ: dicēs.
Nolite timere ſeruire chaldeis. Manete in ter- [Hieremie]
ra. ⁊ ſeruite regi Babylonis: ⁊ bene erit vobis. [xl. c.]
Factum eſt autem in menſe ſeptimo: venit Hiſ- G
mael filius nathanie filij eliſama de ſemine re-
gio: ⁊ decem viri cum eo: percuſſeruntqꝫ godoliā
qui ⁊ mortuus eſt: ſed ⁊ iudeos et Chaldeos qui
erant cum eo in Maſpha. Conſurgenſqꝫ omnis
populus a paruo vſqꝫ ad magnuꝫ ⁊ principes mi
litum venerunt in Egyptuꝫ timētes Chaldeos.
Factum eſt vero in anno triceſimeſeptimo tranſ
migrationis Joachim regis iude: menſe duodeci
mo: viceſima ⁊ ſeptia die menſis: ſubleuauit euil-
merodach rex Babylonis anno quo regnare ce-
perat: caput Joachim regis iuda de carcere: ⁊ lo
cutus eſt ei benigne. Et poſuit thronum eius ſu-
per thronum regum qui erant cum eo in Baby
lone: ⁊ mutauit veſtes eius quas habuerat in car
cere: ⁊ comedebat panē ſemper in conſpectu eiꝰ
cunctis diebus vite ſue annonā quoqꝫ conſtituit
ei ſine intermiſſione que ⁊ dabatur ei a rege per
ſingulos dies omnibus diebus vite ſue.

¶ Explicit ſecundus liber Malachim:
id eſt Regum quartus.

¶ Incipit prologus ſancti Hieronymi in librū Dibre Haiomin: qui eſt Paralipomenō: quod nos dicere poſſumus: verba dierum.

SJ ſeptuaginta inter-
pretū: pura ⁊ vt ob eis in gre-
cum verſa eſt editio permane-
ret: ſuperflue me mi chromati
epiſcoporum ſanctiſſime: atqꝫ
doctiſſime impelleres vt He-
brea tibi volumina latino ſer-
mone transferrē. Quod enī ſe-
mel aures hoīm occupauerat: ⁊ naſcētis eccleſie
roborauerat fidē iuſtū erat etiā noſtro ſilētio cō
probari. Nunc vero cum pro varietate regionū di-
uerſa ferant exēplaria: ⁊ germana illa antiqua-
qꝫ trāſlatio corrupta ſit atqꝫ violata noſtri arbi-
trij putas aut e pluribus iudicare quid verū ſit
aut nouū opus in veteri ope cudere illudētibuſ-
qꝫ iudeis cornicū. vt dicit oculos cōfigere. Ale-
xandria ⁊ Egyptꝰ in ſeptuaginta ſuis heſichiū
laudat auctorē Cōſtantinopolis vſqꝫ antiochiā
luciani martyris exēplaria probat. Medie inter
has ꝓuincie paleſtinos codices legunt: quos ab
origene elaboratos Euſebius ⁊ Pāphilus vul-
gauerunt. Totuſqꝫ orbis hac inter ſe trifaria va-
rietate cōpugnat. Et certe origenes nō ſolū exē-
pla cōpoſuit quattuor editionū e regione ſingu-
la verba deſcribēs: vt vnus diſſentiēs ſtatim ce-
teris inter ſe cōſentiētibus arguat: ſꝫ qd maio-
ris audacie eſt: in editiōe ſeptuaginta theodotio
nis editionē miſcuit: aſtericis videlicet deſignās
que minus fuerint: ⁊ virgulis que ex ſupfluo vi-
debant appoſita. Si igitur alijs licuit nō tenere
qd ſemel ſuſceperāt: ⁊ poſt ſeptuaginta cellulas
que vulgo ſine auctore iactant ſingulas cellulas
aperuere: hocqꝫ in eccleſijs legitur: quod ſeptua-
ginta neſcierunt: cur me non ſuſcipiāt latini mei
qui inuiolata editione veteri ita noua condidi:
vt laborem meū Hebreis ⁊ qd his maius eſt apo
Matth.ij.d. ſtolis auctoribus cōprobē. Scripſit nuper librū
Oſee.xj.a. de optimo genere interpretandi oſtendēs illa de
Eſa.xj.a. euangelio. Ex Egypto vocaui filiū meum: ⁊ qm̄
Joh.xix.g. Nazareus vocabit: ⁊ videbūt in quē compūxe-
Zac.xij.a. runt. Et illud apoſtoli. Quod oculus non vidit
Eſa.lxiiij.b nec auris audiuit ⁊ in cor homis nō aſcēdit que
j.Cori.ij.b. preparauit deus diligentibus ſe. Ceteraqꝫ his
ſimilia in Hebreoꝝ libris inueniri. Certe apl'i et
euāgeliſte ſeptuaginta interpretes nouerāt ⁊ vn
de eis hec dicere que in ſeptuaginta interpreti-
bus nō habent. Chriſtus dn̄s noſter vtriuſqꝫ te-
ſtamenti cōditor in euāgelio ſm̄ Johānē. Qui
credit inquit in me ſicut dicit ſcriptura flumina
Joh.vij.f. de vētre eius fluēt aque viue. Vtiqꝫ ſcriptum eſt
ꝙ ſaluator ſcriptū eſſe teſtatur. Vbi ſcriptū eſt.
Septuaginta nō habent apocrypha neſcit eccle
ſia. Ad Hebreos igitur reuertendū eſt: vnde ⁊ do
minus loquitur ⁊ diſcipuli exempla preſumunt:
hec pace veterū loquor ⁊ obtrectatoribus meis
tantum reſpondeo: quiꝫ canino dente me rodunt
in publico detrahentes et legentes in angulis:
id eſt accuſatores ⁊ defenſores cum in alijs ꝓbēt
quod in me reprobant quaſi virtus ⁊ vitium non
in rebus ſit: ſed cum auctore mutetur. Ceterum
memini editionem ſeptuaginta tranſlatorū olim
de greco emendatam tribuiſſe me noſtris: nec ini
micum debere eſtimari eorum quos in conuentu
fratrum ſemper ediſſero. Et quod nunc dibre ha
iomini: id eſt verba dierum interpretatus ſum:
idcirco feci vt inextricabiles moras et ſiluam no
minum que ſcriptorum confuſa ſunt vicio. ſenſuū
qꝫ barbariē apertius et per verſuū colla dige
rerem mihimetipſi et meis iuxta hiſmenium ca-
nens ſi aures ſurdeſcunt ceterorum.

¶ Item alius prologus.

EUſebius Hierony-
mus Dommoni ⁊ rogatiano
ſuiu in chriſto ſalutē. Quomo
do grecorum hyſtorias magis
intelligunt qui Athenas vide-
rint ⁊ tertium Vergilij librum
a Troade per leuchatē ⁊ acro-
ceraunia ad Siciliā ⁊ inde ad oſtia tyberis naui-
gauerint. Ita ſanctam ſcripturā lucidius intue
bitur qui Judeam oculis contemplatus eſt: ⁊ an
tiquarum vrbium memorias locorumqꝫ vel eadē
vocabula vel mutata cognouerit. Vnde ⁊ nobis
cure fuit cum eruditiſſimis Hebreorum hunc la-
borem ſubire: vt circuiremus prouinciam quam
vniuerſe chriſti eccleſie ſonant. Fateor enim mi
dommoni ⁊ rogatiane chariſſimi nunꝙ̄ me in di-
uinis voluminibus proprijs viribus crediſſe:
nec habuiſſe opinionem meam: ſed eam etiam de
quibus ſcire me arbitrabar interrogare me ſoli-
tum. Quātomagis de his ſuper quibus anceps
eram. Deniqꝫ cum a me nuper litteris flagi-
taſſetis: vt vobis paralipomenon latino ſermo-
ne transferrem de tyberiade legis quondam au-
ctorem: qui apud Hebreos admirationi habeba
tur aſſumpſi et tuli cū eo a vertice (vt aiunt) vſqꝫ
ad extremū vnguē: ⁊ ſic confirmatꝰ auſus ſum fa
cere qd iubebatis. Libere enī vobis loquor. Ita
enī i grecis et latinis codicibus hic nominū liber
vicioſus eſt: vt nō tā Hebrea ꝙ̄ barbara quedā
et ſarmatica noīa conïecta arbitrandū ſit. Nec
hoc ſeptuaginta interpretibus qui ſpirituſancto
pleni ea que vera fuerunt tranſtulerant: ſed ſcri-
ptorum culpe aſcribendum dum de inemendatis
inemendata ſcriptitant: ⁊ ſepe tria nomina ſub-
tractis e medio ſyllabis in vnum vocabulum co-
gunt: vel e regione vnum nomen propter latitu-
dinem ſuam in duo vel tria vocabula diuidunt.
Sed ⁊ ipſe appellationes non homines vt pleri-
qꝫ eſtimant: ſed ⁊ vrbes ⁊ regiones ⁊ ſaltus ⁊ pro
uincias ſonant: ⁊ oblique ſub interpretatione et
figura eorum quedā narrentur hyſtorie: De qui-
bus in regorum libro dicitur. Nonne ecce hec
ſcripta ſunt in libro verborum dierū regū iuda.

Que vtiqꝫ in noſtris codicibus non habentur.
Hoc primum ſciendumqꝫ apud hebꝛeos liber pa
ralipomenon vnus ſit ⁊ apud illos vocatus dibꝛe
haiomim: id eſt verba dierū qui ꝓpter magnitu-
dinem apud nos diuiſus eſt. Quod nonnulli etiā
in bꝛuto Ciceronis dialogo faciūt: vt euꝫ in tres
partes ſecent: cuꝫ vnus a ſuo auctoꝛe ſit editus.
Deinde etiam illud attendēduꝫ ꝙ frequēter no
mina nō vacabula hoim: ſed rerū: vt dixi ſignificā
tias ſonant. Ad extremū: ꝙ ois eruditio ſcriptu
rarum in hoc continet̄: ⁊ hyſtoꝛie que vel p̄termiſ
ſe ſunt in ſuis locis: vel perſtricte leuiter hic per
quedam verboꝛū cōpendia explicantur. Oꝛatio-
num itaqꝫ veſtrarum adiutus auxilio: miſi librū
beniuolis placiturū: tñ inuidis diſpliciturum eſ-
ſe non ambigo. Optima enim queqꝫ vt ait Pli-
nius malunt cōtēnere pleriqꝫ ꝙ̄ diſcere. Si quis
hac interpꝛetatiōe voluerit aliq̄d repꝛehēdere in
terroget hebꝛeos: ſuā cōſciētiā recolat: videat oꝛ
dinem textūqꝫ ſermonis: ⁊ tūc noſtro laboꝛi ſi po
tuerit detrahat. Ubicunqꝫ ergo aſtericos: id eſt
ſtellas radiare in hoc volumine videritis: ibi ſcia
tis de hebꝛeo additūꝫ: quod in latinis codicibus
non habetur. Ubi vero obelus tranſuerſa: ſcili-
cet virga pꝛepoſita eſt: illic ſignatur quid ſeptua
ginta interpꝛetes addiderūt: vel ob decoꝛis gra-
tiam: vel ob ſpiritusſancti auctoꝛitatem: licet in
Hebꝛeis voluminibus non legatur.

¶ Explicit pꝛefatio.

¶ Incipit argumētūꝫ in librū paralipomenon.

Paralipomenon liber
inſtrumēti veteris epithome: tā-
tus ac talis eſt vt abſqꝫ illo ſi q̄s
ſcientiam ſcripturarūꝫ ſibi volue
rit arrogare ſemetipſum irride-
at: per ſingula quippe noia iuncturaſqꝫ verboꝛūꝫ
⁊ pꝛetermiſſe in libꝛis regum tangunt̄ hyſtoꝛie:
⁊ innumerabiles explicant̄ euāgelij queſtiones.

¶ Explicit argumentum.

¶ Incipit pꝛimus liber dibꝛe haiomim:
id eſt Paralipomenon.

¶ Capitu. Sum. ¶ Generationes ab Adam
vſqꝫ ad Noe: de generatiōibus filioꝝ Noe: pꝛio
de filijs Japhet: ſecundo de filijs Cham: ⁊ tertio
de filijs Sem vſqꝫ ad Abꝛaam. Et deinde vſqꝫ
ad filios Jacob et Eſau: pꝛimo de filijs Eſau:
vbi pꝛimo nominantur homines priuati: ſecun-
do pꝛincipes et reges et duces.

Capitulum. I.

Adam:
Seth: enos
cainam: ma A
laleel: iaret: Gen̄. v. a.
enoch: ma-
thuſalem: la
mech: Noe:
ſem: Cham:
⁊ iaphet. Fi Geneſ. x.
lij Japhet.
gomer: ma-
god: madai
⁊ Janan: tubal: moſoch: thiras. Poꝛro filij
Gomer: aſcenem ⁊ riphet: ⁊ togoꝛma. Filij
autē ianan: eliſa: ⁊ tharſis: cetrim ⁊ dodanīꝫ
Filij cham: chus ⁊ meſraim: puth ⁊ chanaā.
Filij aūt chus: ſaba ⁊ euila: ſabatha ⁊ Reg-
ma ⁊ ſabathaca. Poꝛro filij regma: ſaba ⁊ Geneſis. x.
dadan. Chus aūt genuit nemroth. Iſte ce-
pit eſſe potēs in terra. Meſraim v̄o genuit
ludim ⁊ ananim ⁊ labim ⁊ neptuim: phetru
ſim qꝫ ⁊ chaſluim de quibꝰ egreſſi ſunt phi-
liſthijm: ⁊ capturim. Chanaā v̄o genuit ſido-
nem p̄mogenitū ſuū. etheū qꝫ ⁊ iebuſeūꝫ ⁊
amoꝛreū ⁊ gergeſeū: eueū ⁊ aracheū ⁊ aſineū: B
aradium qꝫ ſamareū ⁊ ematheum. Filij ſem Geneſ. x. e
elam ⁊ aſſur ⁊ arphaxat et Lud et aram. Hi
ſunt filij arā: hus ⁊ hul ⁊ gethoꝛ ⁊ moſoch.
Arphaxat aūt genuit ſale: q ⁊ ipſe genuit he
ber. Poꝛro heber nati ſunt duo filij: nomen
vni phalech: q: in diebꝰ eius diuiſa eſt terra
⁊ nomē fr̄is eius iectā. Jectā autē genuit el
modab ⁊ ſaleph: ⁊ aſoꝛ moth ⁊ iare: adurā qꝫ
⁊ Uzal ⁊ decla: ebal. ēt ⁊ abimael ⁊ ſaba: nec-
non ⁊ ophir ⁊ euila ⁊ iobab. Oēs iſti filij ie-
ctam. Sem: arphaxat ⁊ ſale: heber phalech ⁊
ragau: ſeruch: nachoꝛ: thare: abꝛaam iſte eſt
abꝛaā. Filij aūt abꝛaā: iſaac ⁊ hiſmael. Et he
gn̄atiōes eoꝝ: Pꝛiogenitꝰ hiſmaelis: naba: Gene. xj. d.
ioth et cedar ⁊ abdehel et mabſam ⁊ maſma Gen̄. xv. b.
⁊ duma: maſſa: adad ⁊ thema: iachur: Na-
phis: cedma. Hi ſunt filij Hiſmaelis. Filij Gen̄. xv. a.
aūt cethure ꝯcubine abꝛā q̄s gēuit: zarā: iec-
ſan madā: madiā: ieſboꝫ ⁊ ſue. Poꝛro filij iec
ſan: ſaba ⁊ dadā. Filij aūt dadā: aſurim ⁊ la- C
thuſiꝫ ⁊ laomiꝫ. filij aūt madiā: epha ⁊ epher
⁊ enoch ⁊ abida ⁊ elda. Oēs hi filij cethure.
Genuit aūt abꝛaā iſaac cuiꝰ fuerūt filij eſau
⁊ iſrl̄. Filij eſau elipham: rahuel: hiebꝰ: ielon
⁊ choꝛe. Filij eliphan: themā: omer: ſephi:
gothan: cenez: thamma: amalech. Filij rahu
el: Naath: Zara: Samma: meſa. Filij ſeir:
Lothan: Sobal: Sebeon: Ana: Diſon:
Eſer: diſan. Filij Lothan: Hoꝛri: Abohimā.:
Soroꝛ autē iothan fuit Thāna. Filij ſobal
Alihā ⁊ manaath ⁊ Ebal: ſephi et onā. Filij

Sebdon: Ahaia ⁊ ana. Filij Ana: Diſon. Filij di
ſon hamarã ⁊ eſebã ⁊ iethrã ⁊ charrã. Filij Eſer:
Baalaꝫ ⁊ Zabbã ⁊ Jachã. Filij diſan: hus ⁊ arã.
Jſti ſunt reges qui imperauerunt in terra edom
anteq̄ eſſet rex ſuper filios iſrael. Bale filius be-
D or: ⁊ nomen ciuitatis eius denaba. Mortuus eſt
autem Bale: ⁊ regnauit pro eo Jobab filius Sa-
re de boſra. Cumq̄ ⁊ Jobab fuiſſet mortuus: re-
gnauit pro eo Huſan de terra themanorũ. Obijt
quoqꝫ ⁊ Huſan: ⁊ regnauit pro eo Adad fili⁹ ba
dad: qui percuſſit madiã in terra Moab: ⁊ nomen
ciuitatis eius Auith. Cumqꝫ ⁊ addad fuiſſet mor-
tuus: regnauit pro eo Semla de maſreca. Sed et
Semla mortuus eſt: ⁊ regnauit pro eo Saul de
Rooboth: que iuxta amnẽ ſita eſt. Mortuo quo-
qꝫ Saul regnauit pro eo baalana filius achobor.
Sed ⁊ hic mortuus eſt: ⁊ regnauit pro eo Adad:
cuius vrbis nomẽ fuit phau: ⁊ appellata eſt vxor
eius mehethabel filia matred filie Mezaab adad
autẽ mortuo: duces pro regibus in edom eſſe ce
perunt. Dux Thanna: dux aliha dux iether: dux
Olibama dux ela: dux phinon: dux chenem: dux
theman: dux Mapſar: dux magdihel dux Jran.
Hi duces Edom.

C Ca. Sum. C De duodecim patriarchis fi-
lijs Jſrl': de generatione Jude vſqꝫ ad Jſai pr̃ez
Dauid: nomina filiorum ⁊ filiarũ Jſai nominan-
tur: de cognatione ſcribarum: qui venerunt de ca
lore domus Rechab. Capitulum. ij.

A

Gen. xxix.
g. ⁊ xxx. c.
Gen. xxx-
viij. a.

Filij autem Jſrael:
Ruben: ⁊ Symeon: leui: iuda:
iſachar ⁊ Zabulon: dan ⁊ ioſeph
beniamin: neptalin: gad ⁊ aſer.
Filij iuda: her: onan ⁊ ſela. Hi
tres nati ſunt ei de filia ſue cha-
natidis. Fuit autẽ her primoge
nitus iuda: malus coram dño: ⁊ occidit eũ. Tha-
Matt. j. a. mar autem nurus eius peperit ei phares ⁊ Zara.
Ruth. iiij. d Omnes ergo filij iuda quinqꝫ. Filij autẽ Pha
Matt. j. a. res: eſrom ⁊ chamul. Filij q̄ʒ ſare: zamri ⁊ ethan
Joſue. vij. ⁊ eman: chalchal quoqꝫ ⁊ darã ſimul quinqꝫ. Filij
charmi: achar: qui turbauit Jſrael: ⁊ peccauit in
B furto anathematis. Filij ethan: Azarias. Filij au
j. Reg. xvj. b tem eſron qui nati ſunt ei: ieramehel ⁊ ram ⁊ Ca
lubi: hic eſt caleb. Porro ram genuit aminadab
aminadab autem genuit naaſon: principẽ filiorũ
Juda. Naaſon quoqꝫ genuit Salma: de quo or-
tus eſt Booz. Booz genuit Obed: qui ⁊ ipſe ge
nuit Jſai. Jſai autem genuit primogenitũ: He-
liab: ſecundũ: Aminadab: tertiũ: Simma: quar-
tum: Nathanael: quintũ: Sadai: ſextũ: aſon: ſe-
ptimum: Dauid. Quorum ſorores fuerunt ſar-
uia ⁊ Abigail. Filij ſaruie: Abiſai Joab. ⁊ Aſahel
tres. Abigail autem genuit Amaſa: cuius pater
fuit Jether Jſmaelites. Caleb vero filius eſrom
accepit vxorem nomine Azuba: de qua genuit
C Hieroth: Fueruntqꝫ filij eius Jaſer ⁊ Sobab et
ardon. Cumqꝫ mortua fuiſſet Azuba: accepit vxo
rem Caleb ephrata: que peperit ei Hur. Porro
Hur genuit Huri: ⁊ Huri genuit Beſeleel. Poſt
hec ingreſſus eſt Eſron ad filiã Machir patris
Galaad: ⁊ accepit eam cum eſſet annorum ſexa-
ginta: que peperit ei Segub. Sed ⁊ Segub genuit
Jair: ⁊ poſſedit vigintitres ciuitates in terra ga D
laad. Cepitqꝫ Geſſur ⁊ Aram opida Jair: ⁊ Ce
nath ⁊ viculos eius ſexaginta ciuitatũ. Omnes
iſti filij Machir patris Galaad. Cum autẽ mor-
tuus eſſet Eſron ingreſſus eſt Caleb ad Ephra-
ta. Habuit quoqꝫ Eſron vxorem Abia: que pepe
rit ei Eſur patrem thecue. Nati ſunt autem filij
Jeramehel primogeniti Eſrom Ram primoge-
nitus ei⁹ ⁊ Buna ⁊ Aram ⁊ Aſon ⁊ Achia. Du-
xit quoqꝫ vxorẽ alterã Jeramehel noĩe Athara:
que fuit mater Onam. Sed ⁊ filij Ram primoge
niti ieremehel fuerunt Moos: Jamim ⁊ Achar:
Onam autem habuit filios Semei ⁊ Jadan. Fi-
lij autem Semei: nadab ⁊ Abiſur. Nomen vero
vxoris Abiſur Abiahil: que peperit Ahobbam et
Molid. Filij autem Nadab fuerunt Saled ⁊ ap-
phaim. Mortuus eſt autem Saled abſqꝫ liberis
filius vero apphaim Jeſi: qui Jeſi genuit ſeſan
Porro ſeſan genuit ohoali. Filij autẽ iodai fra E
tris ſemei iether ⁊ ionathan. Sed ⁊ gether mor-
tuus eſt abſqꝫ liberis. Porro ionathan genuit
phalech ⁊ Ziza. Jſti fuerunt filij ieramehel prio-
geniti Eſron. Seſa autem non habuit filios. ſed
filias: ⁊ ſeruum egyptiũ nomine Jeraa. Dedit-
qꝫ ei filiam ſuam vxorem: que peperit ei Ethei.
Ethei autem genuit Nathan ⁊ Nathan genuit
Zabath. Zabath quoqꝫ genuit Ophal: ⁊ ophal ge
nuit obed: obed genuit hieu: hieu genuit Azariã
Azarias genuit helles: ⁊ helles genuit helaſa: he
laſa genuit Ziſamoi: Ziſamoi gentit Sellũ: Sel
lum genuit ithiamã: ithiamã autẽ genuit heliſa-
ma. Filij aũt caleb fratris ieramehel: meſa primo F
genitus eius: ipſe eſt pater Ziph filij mareſa pa-
tris hebron. Porro filij hebron: chore ⁊ taphu:
et recẽ ⁊ Samma: Sãma autẽ genuit Raam pa-
trem hierachaã: ⁊ recẽ genuit ſemmei. Fili⁹ ſem-
mei: maon: ⁊ maon pater bethſur. Epha autem
concubina caleb peperit Aram ⁊ Muſa ⁊ geſes.
Porro aram genuit iezẽ. Filij autẽ Jahaddai:
regũ ⁊ ioathã ⁊ geſan ⁊ phalech et epha et ſaaph
Cõcubina caleb maacha peperit Saber ⁊ thara Judic. j. c
na. Genuit autẽ ſaaph pater madmena. Sue pa
trem machbena: ⁊ patrem gabaa. Filij vo caleb
fuit axa. Hi erant filij caleb filij hur primogenita G
ephrata: ſobal pater Cariathiarim: ſalma pater
bethleem: ariph pater bethgader. Fuerũt aũt fi-
lij ſobal patris cariathiarim: qui diuidebat dimi
dium requietionum: ⁊ de cognatione cariathia-
riꝫ: iethrei et eputhei et ſemathei et maſerci. Ex
his egreſſi ſunt ſaraite et eſthaolite filij Salma
patris Betleem: et Nethophati corone domus
Joab: et dimidium requietionis Sarai. Cogna-
tiones quoqꝫ ſcribarum habitantium in Jabes
canentes atqꝫ reſonantes: ⁊ in tabernaculis cõ-
morantes. Hi ſunt Cinei qui venerunt de calo-
re patris domus rechab.

¶ Capi.Sum. ¶ De Dauid ⁊ regibus Juda ⁊ primo de his qui nati ſunt Dauid in hebrõ: ſecundo de his:qui nati ſunt in hieruſalem:de roboam filio Salomonis:⁊ de omnib⁹ regibus Juda ⁊ filijs ⁊ filiabus eorum. Capl'm.iij.

A iij.reg.iij.a. Dauid vero hos habu
it filios qui ei nati ſunt in hebron
Primogenitũ Amnon ex achino
en iezraelitide: ſcd̃m Daniel de
abigail carmelitide:tertiũ: Abſa
lon filium Maacha filie Tholomei regis ieſſur:
B quartũ Adoniã filiũ agith:quintum ſaphaciã ex
labithal:ſextũ ietrahã de egla vxore ſua. Sex er
go nati ſunt ei in hebron:vbi regnauit ſeptẽ an
nis ⁊ ſex mẽſib⁹. Triginta aũt ⁊ trib⁹ ãnis regna
uit in hierl'm. Porro in hieruſalem nati ſunt ei
filij Samaa ⁊ ſobab:nathan ⁊ Salomõ:quattuor
de betſabee:⁊ filia amichel. Jebaar q̃ꝫ ⁊ heliſama
⁊ heliphaleth ⁊ noge ⁊ napheg ⁊ iaphie: necnon
C heliſama ⁊ eliade ⁊ heliphaleg: Oẽs hi filij Da
Matt.j.a. uid abſq; filijs cõcubinarũ:habuerũtq; ſororem
Thamar. Filius aũt Salomonis: roboam cuius
Abia filius genuit Aſa. De hoc quoq; natus eſt
Joſaphat pater Joram:qui ioram genuit oziaz:
ex quo ortus eſt Joas:⁊ huius amaſias filius ge
nuit azariam. Porro azarie filius Joathã pro
creauit acham patrem ezechie:de quo natus eſt
Matt.j.b. manaſſes:ſed ⁊ manaſſes genuit amon patrẽ io
D ſie. Filij aũt ioſie fuerunt:primogenitus: Johan
nam:ſecundus ioakim:tertius ſedechias: quar
tus ſellum. De Joakim natus eſt iechonias ⁊ ſe
dechias. Filij Jechonie fuerũt aſir:ſalathiel: me
chiram:phadaia:ſenaſer:⁊ iecemia:ſaba ⁊ nada
bia. De phadaia orti ſunt Zorobabel ⁊ ſemei. Zo
robabel genuit Moſollan:ananiam ⁊ Salumith
ſororem eorum:aſaban quoq; ⁊ ohol ⁊ barachiaz
⁊ aſadiam ioſabeſeth quinq;. Filius autẽ ananie
phaltias pater hieſeie:cuius filius raphaia. Hu
ius quoq; filius arnan:de quo natus eſt obdia:cu
ius filius fuit ſechenias. Filius ſechenie: ſemeia:
cuius filij artus ⁊ iegal ⁊ baria ⁊ naaria ⁊ ſaphat
⁊ ſeſa:ſex numero. Filius naarie elioenai ⁊ ezechi
as ⁊ ezricam:tres. Filius elioenai oduia ⁊ belia
ſub ⁊ pheleia ⁊ accub ⁊ iohãnã ⁊ dalaia ⁊ anã:ſeptẽ.

¶ Capituli. Summarium. ¶ De generationibus Jude: et oratione Jabes: de filijs Symeon: qui percuſſerunt reliquias Amalech.

Capitulum iiij.

A Gene.ij.g. Filij Juda phares eſ
rom ⁊ charmi et hur ⁊ ſobal. Rea
ia vero filius Sobal genuit Ba
lad:de quo nati ſunt Achimai:et
Laed. He generationes ſarathi.
Jſta quoq; ſtirps Ethan Jezraei ⁊ Jeſema ⁊ ie
debos. Nomen quoq; ſororis eorum Aſalelphu
ni. Phuniel autem pater Jedor: ⁊ Eſer pater
Oſa. Jſti ſunt filij Hur primogeniti Ephrata pa
tris Bethleem. Aſſur vero patris Thecue erant
due vxores: Alaa ⁊ naara. Peperit autem ei naa
ra Oſam et Epher ⁊ themã ⁊ aaſtari: Jſti ſunt
filij naara. Porro filij alaaſaret: Jſaar et Ethnã B
Chus autem genuit anab et Soboba:et cogna
tionem aharel filij arum. Fuit autem Jabes in
clytus pre fratribus ſuis: ⁊ mater eius vocauit
nomen illius Jabes:dicens quia peperi eum in
dolore. Jnuocauit ergo Jabes deũ Jſrl' dicens.
Si benedicẽs benedixeris mihi:⁊ dilataueris ter
minos meos: ⁊ fuerit manus tua mecum:⁊ fece
ris me a malitia non opprimi:⁊ preſtitit de⁹ que
precatus eſt. Caleb autẽ frater ſuus:genuit ma C
hir:qui fuit pater eſthon. Porro eſthon genuit
bethrapha ⁊ pheſſe ⁊ thena patrẽ vrbis naas: hi
ſunt viri recha. Filij autẽ ſcenẽ:othoniel ⁊ ſaraia
Porro filij othoniel:athaat ⁊ maõathi. Maona
thi genuit ophra. Saraias autẽ genuit Joab pa
trem vallis artificum. Jbi quippe artifices erãt.
Filij vero caleb filij Jephone:hir ⁊ hela ⁊ nahen
Filij quoq; hela:cenez:filij quoq; ialelel: ziph et
zipha.teria ⁊ aſrahel. Et filij ezra: iether ⁊ me
reth et epher ⁊ iaalon. Genuitq; mariam ⁊ ſam D
mai ⁊ ieſba patrem eſthamo. Vxor quoq; eius iu
daia peperit iaret patrem iedor:⁊ haber patrem
Zocho:⁊ ichutiel patrem ionaa. Hi autem filij be
thie filie Pharaonis:quam accepit mered:et fi
lij vxoris odaie ſororis Mahan patris ceila:char
mi et eſthamo:qui fuit de Machati. Filij quoq;
Symon:amon ⁊ rima. Filius anan et hilon:⁊ filij
hieſi:zoeth ⁊ benzoet. Filij ſela filij iude: her pa
ter lecha:⁊ laada pater mareſa:⁊ cognationes do
mus operantium byſſum in domo iuramenti: et
qui ſtare fecit ſolem:viriq; mendacij ⁊ ſecutus et
incedens:qui principes fuerunt in moab:que re
uerſe ſunt in lehen. Hec autem verba vetera. Hi
ſunt figuli habitantes in plantationibus ⁊ in ſe
pibus apud reges in operibus eius: cõmorãtiq;
ſunt ibi. Filij Symeon:namuel ⁊ iamin:iarib:za
ra:ſaul. Sellum filius eius mabſam filius eius: E
maſma filius eius. Filij maſma amuhel fili⁹ eius:
zaphur filius eius:Semmei filius eius. Filij Sem
mei ſedecim:⁊ filie ſex. Fratres autem eius non
habuerunt filios multos:vniuerſa cognatio non
potuit adequare ſummam filiorum iuda. Habita
uerunt autem in berſabee et molada et haſarſual
et in balaa et in aſom et in tholad et in Bathuel
et in horma ⁊ in Sicelech ⁊ in bethmarchaboth ⁊
in Aſar ſaſuſim ⁊ in in betherai et in ſaarim. He
ciuitates eorũ vſq; ad regem Dauid. Ville quo F
q; eorum: Ethan ⁊ aen:remon et thocen ⁊ aſan:
ciuitates quinq;. Et vniuerſi viculi eorum per cir
cuitum ciuitatum iſtarum vſq; ad Baal. Hec eſt
habitatio eorum et ſedium diſtributio. Moſo
bab quoq; ⁊ Jemeleth et Joſa filius amaſie et
Johel hieu filius Joſabie filij Saraie filij aſihel
⁊ elioenai ⁊ iacoba ⁊ iſuaia ⁊ aſaia et adihel ⁊ iſi
mihel ⁊ banaria:zira quoq; filius ſephei filij allõ
filij idaia:filij zenri:filij Samaria. Jſti ſunt nomi
nati principes in cognationibus ſuis:et in domo

affinitatum ſuarum multiplicati ſunt vehemen-
ter. Et profecti ſunt vt ingrederentur in gador vſ
qꝫ ad orientē vallis: ⁊ vt quererent paſcua gregi
G bus ſuis. Inueneruntqꝫ paſcuas vberes ⁊ valde
bonas in terrā latiſſimā ⁊ quietam ⁊ fertilem: in
qua ante habitauerant de ſtirpe Cham. Hi ergo
venerunt quos ſupra deſcripſimus nominatim
in diebus ezechie regis Juda: ⁊ percuſſerunt ta-
bernacula eorum ⁊ habitatores qui inuenti fue-
rant ibi: ⁊ deleuerunt eos vſqꝫ in pn̄tem diem: ha
bitaueruntqꝫ pro eis: qm̄ vberrimas paſcuas ibi
dem reppererūt. De filijs qꝫ ſymeon abierūt in
montē Seir viri quingēti: habētes ꝑncipes phal
tiam ⁊ naariā ⁊ raphiā et ozihel filios hieſi: ⁊ per
cuſſerūt reliqas qui euadere potuerāt amalechi-
tarū: ⁊ hītauerūt ibi pro eis vſqꝫ ad diē hanc.

¶ C. S. ¶ De rubē primogenito iſraelis: ⁊ de filijs eꝰ: ꝑmogenita nō ſunt data rubē. q: aſcendit cubile patris ſui: ſed filijs ioſeph ſunt data: de filijs gad ⁊ dimidie tribu manaſſes: qui percuſſerunt agarenos: de captiuitate illarum tribuum: ſcꝫ ruben ⁊ gad ⁊c. ⁊ filiorū eius. Caplm̄. v.

Ilij quoqꝫ Ruben
primogeniti iſrael ipſe qui fuit
primogenitus eius: ſed cū vio-
A Geneſis xlvi. b. laſſet thorum patris ſui: data
ſunt primogenita eius filijs io
ſeph filij Iſrael: ⁊ nō eſt ille re-
Exo. vi. b. putatus in primogenitū. Por
ro Judas qui erat fortiſſimus inter fatres ſuos:
Nu. xxvi. a. de ſtirpe eius principes germinati ſunt: primoge
nita autem reputata ſunt Joſeph. Filij ergo Ru
ben primogeniti Iſrael: Enoch ⁊ vallu: eſrom et
Charmi. Filij Johel: Samaia filius eius: gog fi-
lius eius: ſemei filius eius: micha filius eius: ree-
hia filius eius: Baal filius eius: Beera filius eꝰ
quem captiuum duxit tenglathphalaſar rex Aſ-
ſyriorum: ⁊ fuit princeps in tribu Ruben. Fra-
tres autem eius ⁊ vniuerſa cognatio eius quan-
do numerantur per familias ſuas habuerūt prin
cipes Jehibel ⁊ Zachariam. Porro bala filius
Azaz filij ſamma filij Johel ipſe habitauit in aro
er vſqꝫ ad nebo ⁊ beelmeon. Contra orientalem
B quoqꝫ plagam habitauit vſqꝫ ad introitū eremi.
⁊ flumen euphratem. Multum quippe iumento
rum numerum poſſidebant in terra Galaad In
diebus autem Saul preliati ſunt contra agare-
nos: ⁊ interfecerunt illos: habitaueruntqꝫ pro
eis in tabernaculis eorum in omni plaga que re-
ſpicit ad orientem galaad. Filij vero gag e regio
ne eorum habitauerunt in terra Baſan vſqꝫ ſel-
cha: Joehel in capite: ⁊ Sephan ſecundus Jani
autem ⁊ Saphat in Baſan: fratres vero eorum
ſm̄ domos cognationū ſuarum: Michael ⁊ mo-
ſollam ⁊ ſebe ⁊ iore ⁊ iacham ⁊ zie ⁊ heber: ſeptē.
Hi filij abihail filij huri filij iara filij Galaad fi-
lij Michael filij ieſeſi filij geddo filij Buz. Frēs
quoqꝫ filij abdiel filij guni principes domus in fa

milijs ſuis: ⁊ habitauerunt in Galaad ⁊ in Ba
ſan ⁊ in viculis eius ⁊ in cunctis ſuburbanis Sa
ron vſqꝫ ad terminos. Oēs hi numerati ſunt in C
diebus Joatham regis iuda ⁊ in diebus Hiero-
boam regis Iſrael filij Ruben ⁊ Gad ⁊ dimidie
tribu manaſſe: viri bellatores: ſcuta portantes et
gladios: ⁊ tēdētes arcuꝫ: eruditiqꝫ ad prelia qua
dragintaquattuor milia: ⁊ ſeptinginti ſexaginta
procedentes ad pugnā: dimicauerunt cōtra aga-
renos. Ithurei vero ⁊ naphai ⁊ nodab ꝑbuerunt
eis auxilium. Traditiqꝫ ſunt in manꝰ eorum aga-
reni ⁊ vniuerſi qui fuerāt cum eis: q: deum inuo-
cauerunt cū preliarenť: ⁊ exaudiuit eos: eo ꝙ cre
didiſſent in eum. Ceperūtqꝫ oīa que poſſederāt
camellorum quinquaginta milia: ⁊ ouiū ducēta-
quinquaginta milia: aſinos duo milia: ⁊ animas
hominū centū milia. Uulnerati aūt multi corrue D
runt. Fuit enī bellum dn̄i. Habitaueruntqꝫ pro
eis vſqꝫ ad tranſmigratiōem. Filij qꝫ dimidie tri
bus manaſſe poſſederūt terrā a finibus Baſan
vſqꝫ Baal: hermon ⁊ ſanir ⁊ montē hermon. In
gens quippe numerus erat. Et hi fuerāt princi-
pes domus cognatōis eoꝝ: epher: hieſi ⁊ helihel:
ezrihel ⁊ hieremia ⁊ odia ⁊ iedihel viri fortiſſimi
⁊ potentes ⁊ nominati duces in familijs ſuis. Re
liquerunt autem deum patrum ſuorum ⁊ fornica
ti ſunt poſt deos ppl'orū terre quos abſtulit do
minus corā eis: ⁊ ſuſcitauit deus iſrl' ſpm̄ phul re
gis Aſſyriorum ⁊ ſpiritū theglathphalaſar regis aſ
ſur: ⁊ abſtulit rubē ⁊ gad ⁊ dimidiā tribum Ma-
naſſe: et adduxit eos in ale ⁊ in abor ⁊ ara ⁊ flu-
uium Gozan vſqꝫ ad diem hanc.

¶ C. S. ¶ De filijs leui: qui fuerūt cantores: ⁊ de his qui adolebāt incēſuꝫ: ⁊ de vrbibus filiorū leui: quas habuerūt ex ſingulis tribubus filiorū iſrl': ⁊ que ciuitates refugij fuerunt. Caplm̄. vi.

Ilij Leui Gerſon ca A
ath: ⁊ merari. Filij Caath: am- Gen. xl. b.
ram: iſaar: hebron: ⁊ oziel. Filij i. xxxiij. b.
amram: aaron: Moyſes ⁊ ma-
ria. Filij aaron: Nadab ⁊ Abiu
eleazar ⁊ Ithamar. Eleazar ge
nuit Phinees: et phinees ge-
nuit Abiſue: abiſue vero genuit bocci: ⁊ bocci ge-
nuit ozi: ozi genuit zaraiam: ⁊ zaraias genuit me
raioth. Porro meraioth genuit amariaꝫ: ⁊ ama
rias genuit achitob: achitob genuit ſadoch: ⁊ ſa-
dach genuit achimaas: Achimaas genuit Aza-
riam: azarias genuit Johānam: Johāna genuit
Azariam: ipſe eſt qui ſacerdotio functus eſt in do
mo quam edificauit Salomon in Hieruſalē. Ge
nuit aūt azarias amariaꝫ: ⁊ amarias genuit achi
tob: achitob genuit ſadoch: ⁊ ſadoch genuit ſel-
lum: ſellum genuit helchiam: ⁊ Helchias genuit B
Azariam: azarias genuit zaraiam: et Zaraias ge-
nuit ioſedech Porro Joſedech egreſſus eſt quā
do tranſtulit dn̄s iudā ⁊ Hierl'm per manus na-
buchodonoſor. Filij ergo leui: gerſon: caath ⁊ me
rari. Et hec noīa filiorum gerſon: lobni ⁊ ſemei.

Filij caath: ⁊ amram ⁊ Iſaar ⁊ hebron ⁊ oz ihel.
Filij merari: mooli ⁊ muſi. He autē generatiōes
Leui ſm familias eoꝝ. Gerſon: lobni filiꝰ eius:
Iaath filius eiꝰ: Zamma filius Ioaa filius eius:
addo filius eius: ſara filius eius: Iethrai filius
eius. Filij caath: aminadab filius eius: chore filiꝰ
eius aſir filius eius: helcana filius abiaſaph. filius
eius aſir filiꝰ eius: caath filius eius: vriel filiꝰ eiꝰ:
Ozias filius eius: Saul filius eiꝰ. Filij helchana:
Amaſai ⁊ achimoth ⁊ helchana. Filij helchana:
Sophai filius eiꝰ naath filiꝰ eiꝰ: heliab filius eiꝰ
Hieroboam filius eius: Helchana filius eius. Fi
lij Samuel: primogenitus vaſſeni ⁊ Abia. Filij au
tem merari Mooli: Lobeni filius eius: Semmei
C filius eius: Oza filius eius: Samaa filius eius:
aggia filius eius: aſia filius eius. Iſti ſunt quos
conſtituit Dauid ſuper cantores domꝰ Dn̄i: ex
quo collocata eſt archa: ⁊ miniſtrabant coram ta
bernaculo teſtimonij canentes donec edificaret
Salomon domum domini in hieruſalē. Stabāt
autem iuxta ordinē ſuū in miniſterio. Hi v̄o ſunt
qui aſſiſtebāt cum filijs ſuis de filijs Caath He-
mam cantor filij Iohel filij Samuel: filij Helcha
na: filij Iorā: filij Heliel: filij Thou: filij Suph: fi
lij helchana: filij iohel: filij maath: filij amaſai: filij
Helchana: filij Iohel: filij Azarie: filij Sophonie:
filij Thaach: filij Aſir: filij Abiaſaph: filij Chore:
filij Iſaar: filij Caath: filij Leui: filij Iſrael: ⁊ fra-
tres eius Aſaph: qui ſtabat a dextris eius Aſaph
filius Barachie: filij Samaa: filij Michael: filij
Baſaie: filij melchie: filij Athanai: filij Zara: filij
D Adaia: filij Ethan: filij Zamma: filij Semei: filij
Geth filij Gerſon: filij Leui. Filij autē Merari
fratres eorum ad ſiniſtram Ethan: filij chuſi: filij
Addi filij maloch filij Azabie: filij Amaſie: filij hel
chie: filij Amaſai: filij bonni: filij Somer: filij mo-
oli: filij muſi: filij merari: filij Leui. Fratres quo-
q̄ eorum Leuite qui ordinati ſunt in cunctū mi-
niſterium tabernaculi domus dn̄i. Aaron v̄o ⁊ fi-
lij eius adolebant incenſum ſuper altare holocau
ſti ⁊ ſuper altare thymiamatis in omne opus ſan
cti ſanctorum: ⁊ vt precarentur pro Iſrael iuxta
omnia que p̄ceperat Moyſes ſeruꝰ dei. Hi ſunt
autem filij Aaron: Eleazar filius eius. Phinees
filius eius: Abiſue filius eius: Bocci filius eius:
Ozi filius eius: Zaraia filius eius: Meraioth fi-
lius eius: Amaria filius eius: Achitob filius eius
Sadoch filius eiꝰ: Achimaas filius eius. Et hec
habitacula eorum per vicos atq̄ confinia filiorū:
ſcilicet Aaron: iuxta cognationes Caathitarum.
Ipſis enim forte contingerant. Dederunt igit̄
eis Hebron in terra Iuda ⁊ ſuburbana eius per
circuitum: agros autem ciuitatis ⁊ villas Caleb
E filio Iephone. Porro filijs Aaron dederunt ciui
tates ad confugiendum Hebron ⁊ Lobna ⁊ ſub-
urbana eius. Iether quoq̄ ⁊ Eſthemo cum ſub
urbanis ſuis: ſed ⁊ Helon ⁊ Dabir cum ſuburba
nis ſuis: Aſan quoq̄ ⁊ Bethſemes ſuburbana
eorum. De tribu autem Beniamin in Gabee ⁊
ſuburbana eius: ⁊ Almath cum ſuburbanis ſuis.
Anatoth quoq̄ cum ſuburbanis ſuis. Omnes ci

uitates tredecī cum ſuburbanis ſuis per cogna
tiones ſuas. Filij autem Caath reſiduis de co-
gnatione ſua dederunt ex dimidia tribu manaſſe
in poſſeſſionem vrbes decem. Porro filijs Ger F
ſon per cognationes ſuas de tribu Iſachar ⁊ de
tribu Neptalim ⁊ de tribu manaſſe in Baſan vr
bes tredecim. Filijs autem Merari per cogna-
tiones ſuas de tribu Ruben ⁊ de tribu Gad ⁊ de
tribu Zabulon: dederunt ſorte ciuitates duode-
decim. Dederūt quoq̄ filij Iſrael leuitis ciuita
tes ⁊ ſuburbana earum. Dederūtq̄ per ſortem
ex tribu filiorū Iuda: ⁊ ex tribu filioꝝ Symeon: ⁊
ex tribu filioꝝ Beniamin: vrbes has quas voca-
uerunt nominibus ſuis: ⁊ his qui erant de cogna
tione filiorū Caath. Fueruntq̄ ciuitates in ter-
minis eoꝝ de tribu Ephraim. Dederūt ergo eis
vrbes ad confugiendum: Sichem cum ſuburba-
nis ſuis in monte ephraim: ⁊ Gazer cum ſubur-
banis ſuis: hicinaam quoq̄ cum ſuburbanis ſuis
⁊ Bethoron ſilr̄: necnon ⁊ helon cū ſuburbanis
ſuis ⁊ gethremon in eundē modum. Porro ex di
midia tribu manaſſe: amer ⁊ ſuburbana eius: ba-
alam ⁊ ſuburbana eius. His videlicet qui de co-
gnatione filioꝝ Caath reliqui erant. Filijs autē B
gerſon de cognatione dimidie tribꝰ manaſſe gau
lon in baſan ⁊ ſuburbana eius: ⁊ Aſtaroth cū ſub
urbanis ſuis. De tribu Iſachar: cedes: ⁊ ſubur-
bana eiꝰ: ⁊ dabereth cū ſuburbanis ſuis: ramoth
quoq̄ ⁊ ſuburbana eius: ⁊ anem cum ſuburba-
nis ſuis. De tribu vero Aſer: Maſal cum ſubur-
banis ſuis: ⁊ Abdon ſimiliter: aſach quoq̄ ⁊ ſub-
urbana eiꝰ Roob cū ſuburbanis ſuis. Porro de
tribu Neptalim: cedes ī galilea ⁊ ſuburbana eiꝰ:
amon cū ſuburbanis ſuis: ⁊ Cariathiarim ⁊ ſub-
urbana eiꝰ. Filijs aūt Merari reſiduis: de tribu
Zabulon: remmono ⁊ ſuburbana eiꝰ ⁊ Thabor cū
ſuburbanis ſuis. Transiordanem quoq̄ ex aduer
ſo Hiericho contra orientem iordanis De tribu
Ruben: Boſor in ſolitudine cum ſuburbanis ſu-
is: et Iaſſa cum ſuburbanis ſuis: Cademoth
quoq̄ et ſuburbana eius: et Miphaat cum ſub-
urbanis ſuis. Necnon de tribu Gad: Ramoth
in Galaad et ſuburbana eius: et Manaim cum
ſuburbanis ſuis: ſed ⁊ Eſebon cum ſuburbanis
ſuis: ⁊ Iezer cum ſuburbanis ſuis.

¶ C.S ¶ De filijs Iſachar ⁊ Beniamin ⁊ ne
ptalim ⁊ manaſſe ⁊ ephraim ⁊ Aſer. Capl̄m.vij.

Porro filij Iſachar A
Thol phua: Iaſub ⁊ Zanram: Gen.xlvj.b
quattuor. Filij Thola: Ozi ⁊ ra
phaia ⁊ Hierihel ⁊ Iemai et
Iebſem et Samuel: principes
per domus cognationū ſuarū.
De ſtirpe thola viri fortiſſimi
numerati ſunt in diebus dauid vigintiduo milia
ſexcenti. Filij Ozi: iſrahia: de quo nati ſunt Mi-
chael ⁊ Obadia ⁊ Iohel ⁊ Hieſia q̄nq̄: oēs prin
cipes cum eis per familias ⁊ pp̄los ſuos accin-

cti ad prelium viri fortiſſimi triginta ⁊ ſex milia.
B Multas autem habuerunt vxores ⁊ filios. Fra-
tres quoqꝫ eorum per omnem cognationeꝫ Iſa-
char robuſtiſſimi ad pugnandum octogintaſe-
ptem milia numerati ſunt. Filij Beniamin bale
et bochor et iadihel tres. Filij bale: eſbon et ozi ⁊
ozihel ⁊ hierimoth et vrai: quinqꝫ principes fami
liarum: et ad pugnandum robuſtiſſimi. Nume-
rus autē eorum vigintiduo milia ⁊ trigintaquat
tuor. Porro filij Bochor: zammira et ioas ⁊ elie
zer et elioenai ⁊ amri et hierimoth et abia et ana
toth et armatam: omnes hi filij bochor. Nume-
rati ſunt autem per familias ſuas principes co-
gnationum ſuarum ad bella fortiſſimi viginti mi
C lia et ducenti. Porro filij iadihel: Balam. Filij
autem Balam: hiebus et Beniamin et ahoth et
chanana et iothan et tharſis et haiſaar. Omnes
hi filij gadihel principes cognationum ſuaruꝫ vi
ri fortiſſimi decem et ſeptem milia et ducenti ad
prelium procedentes. Sephan quoqꝫ et haphaꝫ
filij hir et aſim filij aher. Filij autem neptalim: ia
ſihel et guni et aſer et ſellum: filij bala. Porro fi-
lius manaſſe eſrihel: concubinaqꝫ eius ſeira pepe
rit machir patrem galaad. Machir autem acce-
pit vxores filijs ſuis Happhim et ſepham: et ha-
buit ſororem nomine Maacha. Nomen autem
D ſecundi ſalphaat. Nateqꝫ ſunt ſalphaat filie: ⁊ pe
perit Maacha vxor Machir filiuꝫ: vocauitqꝫ no
men eius phares. Porro nomen fratris eius Za
res et filij eius vlam et recem filius autē vlam ba
dam. Hi ſunt filij Galaad: filij Machir: filij ma-
naſſe. Soror autem eius regina: peperit viruꝫ de
corum et Abiezer et moola. Erant autem filij ſe-
mida: ahim et ſechem et leci et ananiam. Filij au-
tem Ephraim ſuthala: Bareth filius eius: elada
filius eius: thaad filius eius: et hui⁹ filius zabad.
et huius filius ſuthala: et huius filius ezer ⁊ elad.
E Occiderunt auteꝫ eos viri geth indigene: qui de
ſcenderant vt inuaderent poſſeſſiones eoruꝫ. Lu
xit igitur Ephraim pater eorum: multis diebus:
et venerunt fratres eius vt conſolarentur eum.
Ingreſſuſqꝫ eſt ad vxorem ſuam: que concepit ⁊
peperit filium: et vocauit nomen eius Beria:
eo ꝙ in malis domus eius ortus eſſet filia autem
eius fuit Sara: que edificauit Bethoron inferio
rem et ſuperiorem et ozenzara. Porro filius ei⁹
rapha et reſeph et Thale. de quo natus eſt thaā:
qui genuit Laadon. Huius quoqꝫ filius Ammi-
ud qui genuit Heliſama: de quo ortus eſt Nun
F qui habuit filium Ioſue. Poſſeſſio autem eoruꝫ
et habitatio Bethel cum filiabus ſuis et contra
orientem noram ad occidentaleꝫ plagam Gazer
filie eius. Sichem quoqꝫ cum filiabus ſuis vſqꝫ
ad aza et filiabus eius. Iuxta filios quoqꝫ Ma-
naſſe Bethſam et filias eius thanath et filias ei⁹
Mageddo et filios eius dor et filias eius. In his
habitauerunt filij Ioſeph: filij Iſrael. Filij aſer ⁊
Iomna et ieſua et Iſui et Baria et ſara ſoror eo
rum. Filij autem Baria Heber et Melchiel. Ip
G ſe eſt pater Barzaid. Heber autem genuit Ie-
phlat et Somer et Iothā et ſuas ſororem eoruꝫ
Filie Iephlat: Phoſec ⁊ Chamaal et aſoph; hi
filij Iephlat. Porro filij ſomer ahi et roaga et
iaba et aram. Filij autem helem fratris eius ſu-
pha et Iemna et ſelles et amal. Filij ſupha: ſue:
arnaphed et Sual et beri et ianra: boſor et odor
et Sama et ſaluſa et iethrā et bera. Filij gether:
Iephone et phaſpha et Ara. Filij autē olla arec
et anihel et reſia. Omnes hi filij Aſer principes
cognationum electi atqꝫ fortiſſimi duces ducum.
Numerus autem eorum etatis que apta eſſet ad
bellum viginti ſex milia.

¶ Capituli. Summarium ¶ De generatio-
nibus Beniamin: qualiter qui ſupra nominati:
hic nominantur. Capitulum. viij.

BEniamin autem ge- A
nuit Bale primogenitum ſuuꝫ
Aſbal ſecundum ahara tertiuꝫ
noaha quartum et rapha quin
tum. Fueruntqꝫ filij Bale ad-
doar et gera et abiud abiſue ꝗꝫ
et neman et haoe ſed et gera et
ſephupham et Vram. Hi ſunt filij Ahod princi-
pes cognationum habitantium in Gabaa qui
tranſlati ſunt in Manath. Naamā aūt et achia
et gera ipſe tranſtulit eos et genuit oza et abiud.
Porro Saarahim genuit in regiōe Moab poſt
ꝗꝫ dimiſit Vſim et Bara vxores ſuas. Genuit
autem de edes vxore ſua Iobab ⁊ Sebia et Mo
ſact Malchon Hiechus quoqꝫ et Sethia ⁊ mar
math. Hi ſunt filij eius principes in familijs ſuis
Mehuſim vero genuit Achitob et elphaal. Por B
ro filij elphaal. Heber et Miſaam et Samad hic
edificauit Ono et Loth et filias eius. Bara au-
tem et Sama principes cognationum habitan-
tium in Ahilon. Hi fugauerūt habitatores geth.
Et haio et ſeſac et hierimoth et Zabadia et arod
et eder. Michael quoqꝫ et Ieſpha et Ioaa filij
Baria. Et zabadia ⁊ Maſollam et ezeci et heber
et eſamari et ieſlia et Iobab filij elphaal et Ia-
cim et Zechri et ſabdi et elioenai ⁊ ſelethai et he
liel et adaia et Baraia et Samrath filij Semei. C
Et ieſphan et heber et heliel et Abdon et zechri
et hanā et anania et ailā et anathothia et ieph-
daida et phanuel filij ſeſac et Samzari et Soo-
ria et otholia, et ierſia et helia et zechri filij ieroā.
Hi patriarche et cognationum principes qui ha i. ix. g.
bitauerunt in Hieruſalem. In Gabaon autem
habitauerunt Abigabaon et nomen vxoris eius
Maacha filiuſqꝫ eius primogenitus Abdon ⁊ ſur
et cis et baal et nadab gedur quoqꝫ et ahio et za
cher ⁊ macelloth et macelloth genuit ſamaa. Ha i. reg. ix. a.
bitaueruntqꝫ ex aduerſo fratrū ſuorum in Hieru- D
ſalem cum fratribus ſuis. Ner autem genuit cis
et cis genuit Saul. Porro Saul genuit Iona-
than et Melchiſue et Abinadab et Iſbaal. Fili⁹
autem Ionathan Miribaal ⁊ Miribaal genuit
Micha. Filij micha Phiton ⁊ Melech ⁊ Thara
et Aham et Aham genuit Ioada et Ioada ge-

nuit Almoth et Aſmoth et Zanri. Porro Zanri
genuit Mooſa ⁊ Mooſa genuit Baana: cuiꝰ fi
lius fuit Raphaia de quo ortꝰ eſt Elaſa q̄ genuit
Aſel Porro Aſel ſex filij fuerūt his noībus Ez-
ricam: Bochri: Hiſmael: Saria: Obdia: et Anā
omnes hi filij Aſel. Filij autem Eſech fratris eiꝰ
vlam primoegenitus et hus ſecundus: ⁊ Elipha
lech tertius. Fueruntq̄ filij vlam viri robuſtiſ-
ſimi: et magno robore tendentes arcum et mul-
tos habentes filios ac nepotes vſq̄ ad centum
quinquaginta. Omnes hi filij Beniamin.

Capituli. Summarium. De ſacerdotibꝰ
et Leuitis: et officijs eorū: ⁊ generatione Saul
et filiorum eius. Capitulum. ix.

A Vniuerſus ergo Iſra
el dinumeratus eſt: et ſumma eo
rum ſcripta eſt in libro regum iſ-
rael ⁊ iuda tranſlatiq̄ ſunt in ba
bylonem propter delictum ſuū.
Qui autem habitauerunt primi in poſſeſſionibꝰ
et in vrbibus ſuis Iſrael et ſacerdotes et Leui-
te et Nathinnei commorati ſunt in hieruſalem
de filijs iuda ⁊ de filijs Beniamin. De filijs quo
q̄ Ephraim ⁊ Manaſſe: Othei filius Ammiud:
B filius Emri: filij Omrai: filij Bonni. De filijs
Phares filij Iuda: et de filoni: Aſaia primoge
nitus et filij eius. De filijs autem Sara: Iebuel
et fratres eorum ſexcenti nonaginta. Porro de
filijs Beniamin: Salo filiꝰ Moſollā: filij Oduia
filij Aſana et Iobania: filius Ieroam et Hela:
filius Ozi filij Mochori et Moſolam: filius Sa
phacie filij Rahuel filij Iebanie: et fratres eorū
per familias ſuas nongenti quinquaginta ſex.
Omnes hi ꝑncipes cognationū per domos pa
trum ſuorum. De ſacerdotibus autem Iedaia:
Ioiarib ⁊ Iachin: Azarias quoq̄ filiꝰ Helchie
filij Moſolam filij Sadoch filij Maraioth: filij
Achitob: pontifex domus dei. Porro Adaias fi
lius Ieroam filij Phaſor filij Melchia: ⁊ Maa
ſia filius adihel: filij Iezra filij Moſollā filij mo
ſollamoth filij Emmer: fratres quoq̄ eorum ꝑn
cipes per familias ſuas mille ſeptingēti ſexagin
ta fortiſſimi robore ad faciendum opus miniſte
C rij in domum dei. De leuitis autem Semeia fili
us Aſſub ⁊ filij Ezricam filij Aſebia de filijs me-
rarij. Bachachar quoq̄ Carpentarius ⁊ Galal
et Mathania filiꝰ Micha filij Zechri filij Aſaph
et Obdias filius Semeie filij Galal filij Idithū
et Barachia filius Aſa filij Helcana qui habita
uit in atrijs Nethophati. Ianitores autē Sel
lū ⁊ achub ⁊ thelmō ⁊ Ahimā: ⁊ frater eorū ſellū
princeps vſq̄ ad illud tempus in porta regis vi-
ciſſim ad orientē obſeruabant per vices ſuas de
filijs leui. Sellū vero filiꝰ Chore filius abiaſaph
filij chore cū fratribꝰ ſuis ⁊ domo patris ſui. Hi
D ſunt chorite ſuper opera miniſterij cuſtodes ve-
ſtibulorū tabernaculi ⁊ familie eorū per vices ca-
ſtrorū dn̄i cuſtodientes introitū. Phinees autē
filiꝰ eleazar erat dux eorū corā dn̄o. Porro zacha
rias filiꝰ moſollamaia ianitor porte tabernacli te
ſtimonij. Oēs hi electi ī oſtiarios ꝑ portas ducē-
ti duodecim: ⁊ dſcripti in villis ꝓprijs q̄s ꝯſtitue-
rūt dd ⁊ ſamuel: vidētes ī fide ſua tā ipoſq̄ filios
eorū ī oſtijs domꝰ dn̄i ⁊ ī tabernaclo vicibꝰ ſuis.
Per q̄ttuor vētos erāt oſtiarij. i. ad orientē ⁊ ad
occidentē ⁊ ad aq̄lonē ⁊ ad auſtrū. Frēs aūt eorū ī
viculis morabant: ⁊ veniebāt in ſabbatis ſuis de
tpe vſq̄ ad tp̄s. His q̄ttuor leuitis creditꝰ erat
oīs nūerꝰ ianitorū: ⁊ erant ſuꝑ exedras ⁊ theſau-
ros domꝰ dn̄i. Per gyrū q̄q̄ tēpli dn̄i morabant E
in cuſtodijs ſuis: vt cū tp̄s fuiſſet: ipi mane ape-
rirēt fores. De eorū grege erāt ⁊ ſuꝑ vaſa miſte-
rij: ad munerū ei ⁊ inferebant vaſa ⁊ efferebant.
De ipis ⁊ q̄ credita habebāt vtēſilia ſanctuarij
ꝑerāt ſile ex vino ⁊ oleo ⁊ thuri ⁊ aromatibꝰ. Fi-
lij aūt ſacerdotū vnguēta ex aromatibꝰ ꝯficiebāt
Et mathathias leuites priogenitꝰ ſellū chorite
ꝑfectꝰ erat eorū q̄ in ſartagine frigebant. Porro F
de filijs caath fribꝰ eorū ſuꝑ panes erāt ꝓpoſitio
nis: vt ſemꝑ nouos ꝑ ſingla ſabbata ꝑpararēt. hi
ſunt ꝑncipes cantorū ꝑ familias leuitarū: q̄ in exe-
dris morabant: ita vt die ac nocte iugiter ſuo mi
niſterio deſeruirēt. Capita leuitarū ꝑ familias ſu
as ꝑncipes māſerūt in hierl'm. In gabaō aūt com S. viij. c.
morati ſunt pr̄ gabaō: iahihel: ⁊ nomē vxoris eiꝰ
maacha. Filiꝰ priogenitꝰ eiꝰ abdō ⁊ ſur ⁊ cis ⁊ ba-
alꝫ ner ⁊ nadab: gedor q̄q̄ ⁊ ahio ⁊ zacharias ⁊ ma
celloth. Porro macelloth gēuit ſemmaā. Iſti ha
bitauerūt e regiōe fratrū ſuorū ī hierl'm cū fribus G
ſuis. Ner aūt gēuit cis: ⁊ cis gēuit ſaul: ⁊ ſaul ge- Al's + ami-
nuit ionathā ⁊ melchiſue + abinadab ⁊ hiſbaal. nadach.
Filiꝰ aūt ionathā miribaal: ⁊ miribaal genuit mi-
cha. Porro filij micha phitō ⁊ melech ⁊ thara et
ahaz. Ahaz aūt gēuit iara: ⁊ iara gēuit alamath ⁊
aſmoth ⁊ Zāri. Zamri aūt gēuit mooſa: mooſa vo
genuit Baana: cuius filius Raphaia genuit Ela Al's Eſel.
ſa: de quo ortꝰ eſt Aſel. Porro Aſel ſex filios ha-
buit his nominibus: Ezricam: bochru: hiſmahel
Saraia: obdia: Anam: Hi ſunt filij Aſel.

Capituli. Summarium. De bello in quo
occiſus eſt Saul: de amputatiōe capitis: ⁊ ſepul-
tura eius ⁊ cauſa necis eius. Caplm̄. x.

i.Reg.iij. g. PHiliſtijm autem pu
gnabant cõtra iſrael: fugerũtqꝫ filij iſrael: paleſtinos: ⁊ ceci-
derũt vulnerati in mõte gelboe
Cumqꝫ appropinquaſſent phi
liſtei perſequentes Saul et fi-
lios eius percuſſerunt Iona-
Iudic.ix.g j.Reg.xiij. b. than et Abinadab et melchiſue filios Saul. Et
aggrauatuꝫ eſt ꝓliuꝫ cõtra Saul: inuenerũtqꝫ
B eũ ſagittarij: ⁊ vulnerauerũt iaculis. Et dixit ſaul
ad armigerũ ſuũ euagina gladiũ tuũ ⁊ interfice
me: ne forte veniant incircuncisi iſti: ⁊ illudãt mi
hi. Noluit aũt armiger eius hoc facere timore
perterritus. Arripuit ergo Saul enſem ⁊ irruit
in eũ. Qđ cũ vidiſſet armiger eiꝰ: videlꝫ mortuũ
eſſe Saul irruit etiã ip̃e in gladiũ ſuũ: et mortuꝰ
eſt. Interijt ergo Saul ⁊ tres filij eiꝰ ⁊ oĩs domꝰ
illius pariter cõcidit. Qđ cũ vidiſſent viri iſrael
qui habitabãt in cãpeſtribus fugerũt: ⁊ Saul ac
C filijs eiꝰ mortuis: dereliquerũt vrbes ſuas: ⁊ huc
illucqꝫ diſperſi ſunt. Veneruntqꝫ philiſtijm ⁊ habi
tauerũt in eis. Die igit̃ altero detrahẽtes phili
ſtijm ſpolia ceſoꝝ: inuenerũt ſaul ⁊ filios eiꝰ iacẽ
tes in monte gelboe. Cumqꝫ ſpoliaſſent eum: et
amputaſſent caput: armiſqꝫ nudaſſent: miſerũt
in terrã ſuã: vt circũferretur ⁊ oſtẽderet̃ idoloꝝ
templis ⁊ populis. Arma autẽ eius conſecraue-
runt in phano dei ſui ⁊ caput affixerũt in tẽplo
D dagon. Hoc cũ audiſſent viri iabes Galaad oĩa
ſcꝫ que philiſtijm fecerãt ſuper ſaul: cõſurrexerũt
ſinguli viroꝝ fortiũ: ⁊ tulerunt cadauera Saul ⁊
filioꝝ eius: attuleruntqꝫ ea in iabes ⁊ ſepelierũt
oſſa eoꝝ ſubter quercũ que erat in iabes ⁊ ieiuna
uerũt ſeptẽ diebꝰ. Mortuꝰ eſt ergo ſaul ꝓpter ini
quitates ſuas: eo ꝙ p̄uaricatus ſit mãdatuꝫ dñi
qđ preceperat: et non cuſtodierit illud: ſed inſuꝑ
etiam phithoniſſam cõſulerit: nec ſperauerit in
domino propter quod interfecit eum: et tranſtu
lit regnum eius ad Dauid filium Iſai.

¶ Capituli. Sũma. ¶ De vnctione Dauid
in regem in Hebron: de iebuſeis: de triginta
A fortiſſimis militum Dauid: et potentia et ſtren
ij.Reg.v.a. nuitate principum Dauid. Capitulum.xj.

COngregatus eſt igi-
tur omnis iſrael ad Dauid in
Hebron dicens: Os tuuꝫ ſumꝰ
et caro tua. Heri quoqꝫ ⁊ nu-
diuſtertius cuꝫ adhuc regna-
ret Saul tu eras qui educebas
et introducebas Iſrael. Tibi
eñ dixit dñs deus tuus. Tu paſces pplꝫ meũ iſ-
rael: ⁊ tu eris princeps ſuꝑ eũ. Venerũt ergo om
nes maiores natu iſrael ad regẽ in hebrõ: ⁊ inijt
dauid cũ eis fedꝰ corã dño. Vnxerũtqꝫ eum regẽ
ſuꝑ iſrael: iuxta ſermonẽ dñi quẽ locutus eſt in
manu ſamuel. Abijt quoqꝫ dauid ⁊ oĩs iſrael in
hieruſalẽ. Hec eſt hiebus vbi erãt hiebuſei habi
tatores terre. Dixerũtqꝫ q̃ habitabãt in hiebꝰ ad
dauid. Nõ ingredieris huc. Porro dauid cepit
arcẽ ſion que eſt ciuitas dauid dixitqꝫ. Oĩs q̃ per B
cuſſerit hiebuſeũ in ꝑmis erit ꝑnceps ⁊ dux. Aſcẽ
dit igit̃ ꝑmus ioab filius ſaruie ⁊ factus eſt ꝑn-
ceps. Habitauit autem dauid in arce: idcirco
appellata eſt ciuitas dauid. Edificauitqꝫ vrbem
in circuitu a mello vſqꝫ ad gyrũ ioab autẽ reliq̃
vrbis extruxit. Proficiebatqꝫ dauid vadens et
creſcens ⁊ dñs exercituũ erat cum eo. Hi princi
pes virorum fortiũ dauid qui adiuuerunt eũ vt
rex fieret ſuꝑ omnẽ iſrael iuxta verbuꝫ dñi quod C
locutus eſt ad iſrael. Et iſte numerus robuſtoꝝ
dauid Ieſbaan filius ahamoni princeps inter
triginta. Iſte leuauit haſtã ſuaꝫ ſuꝑ trecẽtos vul
neratos vna vice. Et poſt euꝫ eleaꝫar filius pa-
trui eius ahoites: qui erat inter tres potentes.
Iſte fuit cuꝫ dauid in aphedomim qñ philiſthijm
congregati ſunt ad locũ illum in preliũ. Et erat
ager regiõis illius plenus hordeo: fugeratqꝫ po
pulus a facie philiſtinoꝝ. Hic ſtetit ĩ medio agri
et defendit eum. Cumqꝫ percuſſiſſet philiſteos:
dedit dñs ſaluteꝫ magnã pplo ſuo. Deſcẽderũt
autẽ tres de triginta ꝑncipibus ad petrã in qua D
erat dauid ad ſpeluncã odollã: qñ philiſtijm fue-
rant caſtrametati in valle raphaiꝫ. Porro dauid
erat in p̄ſidio: ⁊ ſtatio philiſtinorum erat in beth ij.re.xxiij.c
leem. Deſiderauit igitur dauid aquam: ⁊ dixit.
O ſi quis daret mihi aquam de ſiſterna bethleẽ
que eſt in porta. Tres ḡ iſti ꝑ media caſtra phili-
ſtinorum perrexerũt et hauſerunt aquam de ci-
ſterna bethleem: que erat in porta: ⁊ attulerunt
ad dauid vt biberet. Qui noluit: ſed magis liba-
uit illam domino: dicẽs. Abſit vt in cõſpectu dei
mei hoc faciam et ſanguinem iſtorum virorum
bibam quia in periculo animarum ſuarum attu- E
lerunt mihi aquam. Et ob hanc cauſaꝫ noluit bi
bere. Hec fecerunt tres robuſtiſſimi. Abiſai quo
qꝫ frater Ioab ipſe erat princeps triuꝫ: et ipſe
leuauit haſtam ſuam contra trecentos vulnera-
tos et ipſe erat inter tres nominatiſſimus: inter
tres ſecundus: inclytus et princeps eorum. Ve-
runtamen vſqꝫ ad tres primos non peruenerat
Banaias filius ioiade viri robuſtiſſimi: qui mul
ta opera perpetrarat de capſeel: ipſe ꝑcuſſit du-
os ariel: moab. Et ipſe deſcendit et interfecit leo
nem in media ciſterna tẽpore niuis. ⁊ ip̃e percuſ F
ſit virum egyptium: cuius ſtatura erat quinqꝫ
cubitorum: et habebat lanceam: vt liciatorium
texentium. Deſcendit igitur ad eum cum virga
et rapuit haſtam: quam tenebat manu: et inter-
fecit eum haſta ſua. Hec fecit Banaias filius io
iade: qui erat inter tres robuſtos nominatiſſi-
mus: inter triginta primus. Veruntamen ad
tres vſqꝫ nõ peruenerat. Poſuit autẽ euꝫ dauid
ad auriculam ſuam. Porro fortiſſimi viri in exer
citu aſahel frater Ioab ⁊ Eleanam filius patrui
eius de bethleem: ſamoth arodites helles phalo
nites hiras filius acces thecuites abieſar ana-
thotites: Sobochai vſatites iſai ahotites mara
netophatites helleth filius baana Netophati

tes:Ethai filius Rebai de gabaath filioꝝ benia
al's ✝ viri. min banaia pharatonites ✝ hurari de torrente:
Gaam : abihel Arabathites : Asmoth Bau-
B ranites:eliaba ſalabonites. Filij aſſen gezonites
ionathã filius ſaie arathites:ahian filiꝰ ſacha ara
thites:helíphal filius hur:epher meherathites:
ahia phelonites:azrai carmelites:naarai filiꝰ oz-
bi:iohel frater nathã:mibaar filiꝰ agarai : ſelech
ammonites:naarai berothites armiger ioab filij
ſaruie:hiras iethreus:iareb iethreꝰ:vrias etheꝰ:
zabab filiꝰ ooli:adina filiꝰ ſechar rubenites pn-
ceps rubenitaꝝ: ⁊ cũ eo triginta:haaman filius
maacha:⁊ ioſaphat mathanites:ozias aſtarothi
tes:ſemma ⁊ iahihel filij hothã araorites:iedihel
filius zamri:⁊ ioha frater eius thoſaites :helihel
mahũites:⁊ ieribai ⁊ ioſoia filij elnaen:⁊ iethma
moabites:elihel ⁊ obed ⁊ iaſiel de maſoboia.

¶ Ca.Sũ. ¶ De his qui tranſierunt ad Da-
uid in Sicelech : cum adhuc fugeret Saul:⁊ de
principibus qui venerunt ad eum in Hebron : et
quomodo elegerunt eum in regem. Capl'z.xij.

A HJ quocꝫ venerũt ad
David in ſiceleche: cum adhuc
fugeret Saul filiũ cis: qui erãt
fortiſſimi ⁊ egregij pugnatores
tendentes arcum:⁊ vtracꝫ ma-
nu fundis ſaxa iacientes:⁊ diri-
gentes ſagittas. De fratribus
Saul ex tribu beniamin. Princeps Abiezer et
ioas filij ſamaa:gabaathites ⁊ iaſihel ⁊ phaleth
filij aſmoth:⁊ baracha et hieu anathothites: ſa-
maias quocꝫ gabaonites fortiſſimus inter trigi
ta ⁊ ſuper triginta:hieremias ⁊ iezíehel ⁊ ieſab ad
saderothites:⁊ luſai ⁊ hierimut ⁊ baalia ⁊ ſama
ria ⁊ ſaphacia araphites:helchana ⁊ ieſia ⁊ azra-
hel ⁊ ioezer ⁊ ieſbaan de carcim:ioela quocꝫ ⁊ za
B badia filij Joroam de gedor. Sed ⁊ de gaddi trãſ
fugerunt ad David:cum lateret in deſerto viri
robuſtiſſimi ⁊ pugnatores optimi: tenentes cly-
peum ⁊ haſtam. Facies eorũ quaſi facies leonis :
et veloces quaſi capree in montibus. Ezer primꝰ
princeps: Obdias ſecũdus: Eliath tertius: maſ
mana quartus: Hieremias quintus: Ethi ſextꝰ:
Hiliel ſeptimus: Johannaz octauus: Helzebad
nonus: Hieremias decimus: Bachanai vndeci-
mus. Hi de filijs Gad principes exercitus. No-
uiſſimus centum militibus preerat:et maximus
mille. Iſti ſunt qui tranſierunt Jordanem men-
ſe primo:quando inundare conſueuit ſuper ri-
pas ſuas:et omnes fugerunt qui morabantur in
vallibus ad orientalem plagam et occidentalem
C Venerunt autez ⁊ de Beniamin et de Juda ad
preſidium in quo morabatur David . Egreſſuſ-
qꝫ eſt David obuiam eis:et ait . Si pacifice ve-
niſtis ad me : vt auxiliemini mihi cor meum iun-
gatur vobis . Si autem inſidiamini mihi pro
aduerſarijs meis : cum ego iniquitatem in ma-
nibus non habeam:videat deus patrum noſtro-
rum:⁊ iudicet. Spũs vero dñi induit Abiſai prin
cipem inter triginta:⁊ ait. Tui ſumus o David:
et tecum filij Jſai. Pax:pax tibi:et pax adiutori
bus tuis. Te enim adiuuat deus tuus . Suſcepit
ergo eos David et conſtituit principes turme.
Porro de manaſſe tranſfugerunt ad David:qñ
veniebat cum Philiſtijm aduerſus Saul:vt pu- D
gnaret:et non dimicauit cum eis:quia inito cõſi-
lio remiſerunt eum principes philiſtinorum: dicẽ
tes. Periculo capitis noſtri reuertetur ad domi
num ſuũ Saul. Quãdo igitur reuerſus eſt in ſice
lech:tranſfugerunt ad eum de manaſſe Ednas: 1.reg.xxix.
et Joſabab:et iedihel et michael:⁊ Ednas et io
ſabath:et heliu et ſalathi:principes militum in
manaſſe. Hi prebuerunt auxilium david aduer-
ſus latrunculos. Omnes enim erant viri fortiſſi
mi:et facti ſunt principes in exercitu . Sed ⁊ per
ſingulos dies veniebant ad David:ad auxilian-
dum ei:vſcꝫ dum fieret grandis numerus quaſi
exercitus dei. Iſte quocꝫ eſt numerus principũ
exercitus qui venerunt ad david:cum eſſet in he-
bron:vt transferent regnum Saul ad eum:iuxta
verbum dñi. Filij iuda portantes clypeum et ha-
ſtam:ſex milia octingenti expediti ad preliũ. De
filijs Symeon virorum fortiſſimorũ ad pugnan-
dum ſeptem milia centum. De filijs Leui:quat- E
tuor milia ſexcenti. Joiada qꝫ princeps de ſtirpe
Aaron:et cum eo tria milia ſeptingenti. Sadoch
etiaz puer egregie indolis et domus patris eius
principes vigintiduo. De filijs autem Benia-
min fratribus Saul:tria milia. Magna eñi pars
eorum adhuc ſequebatur domum Saul. Porro
de Filijs Ephraim viginti milia octingenti: for-
tiſſimi robore viri nominati in cognationibus
ſuis:et ex dimidia parte tribus manaſſe decez et
octo milia ſinguli per nomina ſua venerũt vt cõ-
ſtituerent regem David. De filijs quocꝫ Jſa- F
char viri eruditi:qui nouerant ſingula tempora
ad precipiendum quid facere deberet Jſrael
principes ducenti. Omnis autem reliqua tribus
eorum cõſilium ſequebatur. Porro de Zabulon
qui egrediebantur ad pliũ et ſtabant in acie in-
ſtructi armis bellicis:quinquaginta milia venerũt
in auxiliũ non corde duplici. Et de neptalim pn-
cipes mille:et cũ eis inſtructi clypeo et haſta: tri
ginta et ſeptem milia. De dan etiam pparati ad
prelium vigintiocto milia ſexcẽti. Et de azer egre
dientes ad pugnã et in acie puocãtes quadragi- G
ta milia. Trãs iordanem aũt de filijs ruben et de
gad et dimidia parte tribus manaſſe inſtructi ar
mis bellicis:centum viginti milia. Omnes iſti vi
ri bellatores expediti ad pugnãdum corde perfe
cto venerunt in hebrõ:vt conſtituerẽt regẽ Da
uid ſuper vniuerſum Jſrael. Sed et oẽs reliqui
ex iſrael vno corde erant vt rex fieret david. Fue
runtqꝫ ibi apud david tribus diebus comeden-
tes et bibentes. Preparauerant eñi eis frẽs ſui.
Sz et q̇ iuxta eos erant vſqꝫ ad Jſachar et Zabu
lon et neptaliz: afferebãt panes in aſinis ⁊ came
lis et mulis ⁊ bobus ad veſcẽdũ farinã : palatas
vuã paſſam:vinum:oleuz:boues:arietes:ad om
nem copiam. Gaudium quippe erat in Jſrael.

¶ C.S. ¶ De reductione arce: de cariathia⸗rim: de morte Oʒa: de declinatiõe arce in domuꝫ Obededom: cui dñs benedixit. Capłꝫ. xiij.

A Inijt autem conſiliũ
dauid cũ tribunis ⁊ centurio⸗
nibus ⁊ vniuerſis principibus
⁊ ait ad oẽm cetum Jſrael. Si
placet vobis ⁊ a dño deo nr̃o
egredietur ſermo quẽ loquor:
mittamus ad fratres noſtros
reliquos in vniuerſas regiões Jſrł ⁊ ad ſacerdo
tes ⁊ leuitas qui habitãt in ſuburbanis vrbiũ vt
B congregentur ad nos: ⁊ reducamus arcaꝫ dei no
ſtri ad nos. Non enĩ requiſiuimus eam in dieb⁹
Saul. Et reſpõdit vniuerſa multitudo vt ita fie
ret. Placuerat enĩ ſermo omni populo. Cõgre⸗
gauit ergo dauid cunctũ Jſrael a Sior egypti vſ
q dum ingrediaris Emath vt adduceret arcam
dei de cariathiarim. Et aſcẽdit dauid ⁊ oĩs vir iſ
rael ad collem cariathiarim: qui eſt in iuda vt af⸗
C ferret inde arcã dñi dei ſedẽtis ſup cherubin: vbi
j.Reg.vj.a. inuocatum eſt nomẽ eius. Jmpoſueruntq arcaꝫ
dei ſup plauſtrũ nouũ de domo Aminadab. Oʒa
autẽ ⁊ fratres ei⁹ minabãt plauſtrũ. Porro da⸗
uid ⁊ vniuerſus Jſrł ludebãt corã deo omni vtu
te: ⁊ in cãticis ⁊ citharis ⁊ pſalterijs ⁊ tympanis
⁊ cymbalis ⁊ tubis. Cũ aũt peruenissent ad arcam
chidon: tetẽdit Oʒa manũ ſuã vt ſuſtẽtaret arcã:
bos quippe laſciuiẽs paululũ: inclinauerat eã. Jra
tus eſt itaq dñs cõtra Oʒam ⁊ percuſſit eũ: eo q
tetigiſſet arcã: ⁊ mortuus eſt ibi corã dño. Cõtri⸗
D ſtatuſq eſt dauid eo q diuiſiſſet dñs Oʒaꝫ: voca
uitq locũ illũ diuiſio Oʒee vſq in pñteꝫ diẽ. Et
timuit deũ tũc tpis dicẽs. Quõ poſſuꝫ ad me in
troducere arcã dei. Et ob hãc cãm non adduxit
eam ad ſe: hoc eſt in ciuitatẽ dauid: ſed auertit in
domuꝫ obededom gethei. Manſit ergo arca dei
in domo Obedom tribus menſibus: ⁊ benedixit
dñs domui eius: ⁊ omnibus que habebat.

¶ Ca. Sũ. ¶ De Hiram rege tyri qualr miſit ad dauid nuncios ⁊ ligna cedrina: de filijs dauid in Hierlꝫ natis: de duabus victorijs dauid ꝯ Philiſteos: vnam fecit in Baalpharaſim: alterã ex aduerſo pirorum. Capitulum. xiiij.

A
ij.reg.v.b. Miſit quoq Hiraꝫ rex
Tyri nuncios ad dauid ⁊ ligna ce
drina ⁊ artifices parietum ligno⸗
rumq vt edificarent ei domum.
Cognouitq dauid eo q cõfirmaſ
ſet eum dñs in regẽ ſuper Jſrael: ⁊ ſubleuatũ eſt
regnum ſuum ſuper pplm eius Jſrael. Accepit
B q dauid alias vxores in Hierlm: genuitq filios
⁊ filias. Et hec nomina eorũ qui nati ſunt in hie
ruſaleꝫ. Samma ⁊ Sobab: Nathan ⁊ Salomon
Jebar ⁊ Eliſu ⁊ Eliphalech: Noga q ⁊ napheg
⁊ Japhie: Eliſama ⁊ Baliada ⁊ Eliphaleth. Au
dientes aũt Philiſthim: eo q vnctus eſſet dauid
in regem ſuper vniuerſuꝫ Jſrael: aſcenderũt om⸗
nes vt quererent eum. Quod cuꝫ audiſſet dauid: C
egreſſus eſt obuiam eis. Porro Philiſthim ve⸗
nientes: diffuſi ſunt in valle Raphaim. Cõſuluit⸗
q dauid dominũ dicẽs. Si aſcendam ad Phili⸗
ſteos: ⁊ ſi trades eos in manu mea? Et dixit ei do
minus. Aſcende ⁊ tradam eos in manu tua. Cũ⸗
q illi aſcẽdiſſent in Baalpharaſim: percuſſit eos
ibi Dauid ⁊ dixit. Diuiſit deus inimicos meos
per manum meam: ſicut diuiduntur aque: ⁊ idcir
co vocatuꝫ eſt nomen illius loci Baalpharaſim.
Dereliqueruntq ibi deos ſuos: quos Dauid
iuſſit exuri. Alia etiam vice Philiſthim irruerũt:
et diffuſi ſunt in valle. Cõſuluitq rurſuꝫ Dauid
deuꝫ: ⁊ dixit ei deus. Nõ aſcendas poſt eos: rece
de ab eis ⁊ venies cõtra illos ex aduerſo pirorũ.
Cumq audieris ſonitũ gradientis in cacumine D
pirorũ: tunc egredieris ad bellũ. Egreſſus eſt enĩ
deus ante te vt percutiat caſtra philiſthijm. Fecit
ergo dauid ſicut pceperat ei deus ⁊ percuſſit ca
ſtra philiſtinorum de gabaon vſq gaʒera. Diuul⸗
gatũ eſt nomẽ dauid in vniuerſis regionib⁹: ⁊ do
minus dedit pauorem eius ſuper omnes gẽtes.

¶ C.S.X. ¶ De filijs aaron ⁊ leuitis ⁊ principibus quos cõgregauit dauid ad reducẽdaꝫ arcam dñi in hierlm. de Michol vxore dauid: que deſpexit ſaltantem ante arcam. Capitulũ. xv.

A Fecit quoq ſibi do⸗
mos in ciuitate dauid: ⁊ edifica
uit locũ arce dei: tetẽditq ei ta
bernaculũ. Tũc dixit dauid: Jl
licitum eſt vt a quocunq por⸗
tetur arca dei: niſi a leuitis qs
elegit dñs ad portãdũ eaꝫ ⁊ ad
miniſtrandũ ſibi vſq in eternũ. Congregauitq
vniuerſum Jſrael in hierlm: vt afferret arca dei
in locum ſuũ quẽ preparauerat ei: necnõ ⁊ filios
Aaron ⁊ leuitas. De filijs Caath: Uriel pnceps
fuit: ⁊ fratres eius ducenti viginti. De filijs me⸗
rari: Aſaia princeps: ⁊ fratres eius ducenti tri⸗
ginta. De filijs Gerſon: Johel princeps: ⁊ fr̃es
eius centũ triginta. De filijs Eliſapham: Seme
ias princeps: ⁊ fratres eius ducenti. De filijs he
bron: Elihel princeps: ⁊ fratres eius octoginta.
De filijs Oʒihel: Aminadab pnceps: ⁊ fr̃es eius B
centum duodecim. Uocauitq dauid Sadoch ⁊
Abiathar ſacerdotes ⁊ leuitas: Uriel: Aſaiam: Jo
hel: Semeiaꝫ: elihel ⁊ Aminadab: ⁊ dixit ad eos:
Uos qui eſtis principes familiarum leuiticarum
ſanctificamini cũ fribus veſtris ⁊ afferte arcã dñi
dei Jſrł ad locũ qui ei pparatus eſt ne vt a prin⸗
cipio: q nõ eratis preſentes: percuſſit nos dñs:
ſic ⁊ nunc fiat illicitũ: quid nobis agentibus. Sã
ctificati ſunt ergo ſacerdotes ⁊ leuite vt porta⸗
rent arcã dñi dei Jſrael. Et tulerunt filij Leui ar
cam dei ſicut pcepat moyſes iuxta verbũ dñi hu
meris ſuis in vectibus. Dixitq dauid principi⸗

bus leuitarum: vt conſtituerent de fratrib⁹ ſuis
cantatores in organis muſicorum: nablis vide-
licet et lyris et cymbalis: vt reſonaret in excelſis
ſonitus letitie. Conſtitueruntq; leuitas: Hemā
filium Johel et de fratribus eius Aſaph filium
Barachie. De filijs vero Merari et fratribus
C eorum: Etham filium Caſaie et cū eis fratres
eorum. In ſecundo ordine Zachariam et Ben
et Jazihel et Semiramoth et Jahihel ꝛ Eliab
et Ani ꝛ Banaiam ꝛ Maaſiam ꝛ Mathathiam
ꝛ Eliphalu ꝛ Maceniam ꝛ Obededon ꝛ Jehi-
hel ianitores. Porro cantores: Hemaꝫ: Aſaph
et Etham in cymbalis eneis concrepantes. Za-
charias autem ꝛ Oziel: Semiramoth ꝛ Jahihel
et Eliab ꝛ Ani ꝛ Maaſias ꝛ Banaias in nablis
arcana cantabant. Porro Mathathias ꝛ Eli-
phalu ꝛ Macenias ꝛ Obededom et Jehihel et
Epinichiō Ozazin in citharis ꝑ octaua canebāt
. Chonenias autem princeps leuitarum prophe
tie ꝑerat: ꝛ ad precinendam melodiā. Erat quip
pe valde ſapiens. Et Barachias ꝛ Helcana ia-
nitores Arce. Porro Sebenias ꝛ Joſaphat et
Nathanael ꝛ Amaſai ꝛ Zacharias ꝛ Banaias ꝛ
Eliezer ſacerdotes clangebant tubis coram Ar
cam dei: et Obededō: et Ahias erant ianitores
Arce. Igitur Dauid et omnes maiores natu iſ
rael et tribuni: ierunt ad deportandam arcam fe
deris domini de domo Obededom cum leticia
magna. Cumq; adiuuiſſet deus Leuitas qui por
tabant arcam federis domini: immolabantur ſe
ptem thauri et ſeptem arietes. Porro Dauid
erat indutus ſtola byſſina: et vniuerſi leuite qui
portabāt arcaꝫ federis: cantoreſq; ꝛ Chonenias
pꝛiceps prophetie inter cantores. Dauid auteꝫ
indutus erat Ephot lineo. Uniuerſuſq; Iſrael
deducebant arcam federis domini in iubilo et ſo
nitu buccine et tubis ca cymbalis et nablis et ci
tharis concrepantes. Cumq; perueniſſet Arca
federis dn̄i vſq; ad ciuitatem Dauid: Michol
filia Saul proſpiciens per feneſtram: vidit re-
gem Dauid ſaltantem atq; ludentem: et deſpe
xit eum in corde ſuo.

C Capituli. Summarium. C De reductione
arce ꝛ feſtiuitate de miniſtrantibus coram arcā
de cantico Aſaph ꝛ fratrum eius: de his qui cō
ſtituti ſunt ad miniſtrandum in tabernaculo qđ
A erat in Gabaon. Capitulum. xvj.

ATtulerunt igitur ar
cam dei: ꝛ cōſtituerunt eam in
medio tabernaculi qđ tetende-
rat ei Dauid: ꝛ obtulerunt ho-
locauſta ꝛ pacifica coram deo.
Cumq; cōpleſſet Dauid offe-
rens holocauſta et pacifica: be
nedixit pplo i nomie dn̄i: ꝛ diuiſit vniuerſis per
ſingulos a viro vſq; ad mulierē tortam panis et
partem aſſe carnis bubale ꝛ frixaꝫ oleo ſimilam.
Cōſtituitq; coraꝫ arca domini de leuitis qui mi
niſtrarēt ꝛ recordarent᷑ operū ei⁹: ꝛ glorificarēt
atq; laudarent dn̄m deum iſrael: aſaphat princi
pē ꝛ ſecūdum eius zachariam. Porro Jahiel et
Semiramoth ꝛ Jahihel ꝛ Mathathiam ꝛ Eli-
ab ꝛ Banaiam ꝛ Obededom Jehihel ſuper or- B
gana pſalterij ꝛ lyras. aſaph autē vt in cymbalis
perſonaret: Bananiam vo et azihel ſacerdotes
canere tuba iugiter corā arca federis dn̄i. In il-
lo die fecit dauid principem ad cōfitendum dn̄o
aſaph et fratres eius. Confitemini dn̄o ꝛ inuoca
te nomē eius. notas facite in populis adiuētio
nes eius. Cantate ei ꝛ pſallite ei et narrate oīa Ps. ciiij
mirabilia eius laudate nomen ſanctum eius le- Eſa. xij. d.
tetur cor querētiū dn̄m. Querite dn̄m ꝛ virtutē
eius querite faciē eius ſemꝑ. Recordamini mira
bilium eius que fecit ſignoꝝ illius ꝛ iudiciorum
oris eius. Semen Iſrael ſerui eius filij iacob ele
cti eius. Ipſe dn̄e deus noſter in vniuerſa terra
iudicia eius. Recordamini in ſempiternuꝫ pacti
eius ſermonis quem precepit in mille genera-
tiones. Quem pepigit cum abraam ꝛ iuramēti
illius cum iſaac: ꝛ conſtituit illud iacob in prece
ptum ꝛ iſrael in pactū ſempiternū dicens. Tibi
dabo terram canaaꝫ funiculū hereditatis veſtre.
Cum eſſent pauci numero parui ꝛ coloni eius. Ps. ciiij.
Et tranſierunt de gente in gentē: et de regno ad Ps. xcv.
populum alterum. Nō dimiſit quemquā calum C
niari eos ſed increpauit pro eis reges. Nolite tā
gere chriſtos meos et in prophetis meis noli-
te malignari. Cantate domino oīs terra annun
ciate ex die in diem ſalutare eius. Narrate in gē
tibus gloriam eius: ꝛ in cunctis populis mirabi Ps. xcv.
lia eius. Quia magnus dn̄s ꝛ laudabilis nimis ꝛ
terribilis ſuper oēs deos. Oēs em̄ dij populoꝝ
idola: dominus aūt celos fecit. Confeſſio et ma-
gnificentia coram eo: fortitudo ꝛ gaudium in lo
co eius. Afferte dn̄o familie pplorum afferte dn̄o
gloriam ꝛ imperium date dn̄o gloriaꝫ nomini ei⁹
Leuate ſacrificium et venite in conſpectu eius:
et adorate dn̄m in decore ſancto. Cōmoueat᷑ a fa
cie eius omnis terra: ipſe em̄ fundauit orbem im
mobilem. Letentur celi ꝛ exultet terra: et dicant
in nationibus dominus regnauit Tonet mare ꝛ
plenitudo eius exultēt agri ꝛ oīa que in eis ſunt
Tunc laudabunt ligna ſaltus coraꝫ dn̄o: q: venit
iudicare terraꝫ. Cōfitemini dn̄o qm̄ bonus: qm̄ Ps. xcv.
in eternū miſericordia eius. Et dicite: ſalua nos
deus ſaluator noſter: ꝛ cōgrega nos ꝛ erue de gē
tibus vt confiteamur nomini ſancto tuo: et exul
temus in carminibus tuis. Bn̄dictus dominus D
de⁹ Iſrl̄ ab eterno vſq; in eternū: ꝛ dicat oīs po
pulus amē: ꝛ hymnuꝫ deo. Dereliquit itaq; ibi
corā arca federis dn̄i aſaph ꝛ fratres eius: vt mi-
niſtrarent in conſpectu arce iugiter per ſingulos
dies et vices ſuas. Porro Obededon ꝛ fratres
eius ſexaginta octo: ꝛ Obededon filium idituꝫ ꝛ
oza conſtituit ianitores. Sadoch autem ſacerdo
tem ꝛ fratres eius ſacerdotes coram tabernacu
lo dn̄i in excelſo qđ erat in Gabaon: vt offerrent
holocauſta domino ſuper altare holocauſtoma-
tis iugiter mane ꝛ veſpere iuxta oīa que ſcripta

ſunt in lege domini quā precepit iſraeli. Et poſt
eum Hemā ⁊ Idithū ⁊ reliquos electos vnūquē
qꝫ vocabulo ſuo ad cōfitendū dn̄o: qm̄ ineternuꝫ
miſericordia eius. Hemā quoqꝫ ⁊ Idithū canen
tes tuba: ⁊ quatiētes cymbala ⁊ oīa muſicoꝝ or-
gana ad canendū domino. Filios auteꝫ Idithū
fecit eſſe portarios. Reuerſuſqꝫ eſt oīs popul⁹ in
domū ſuā: ⁊ Dauid vt bn̄diceret etiā domui ſue.

¶ Capi. Sūma. ¶ Prohibet dauid edificare
templum: prophetat Nathā de chriſto: Dauid
gratias agit ⁊ orat dominū. Capitulū. xvij.

Um autē habitaret
A ij.reg.vij.a Dauid in domo ſua: dixit ad
Nathan pphetam: Ecce ego
habito in domo cedrina: arca
autem federis domini ſub pelli
bus eſt. Et ait Nathan ad Da
uid. Omia que in corde tuo ſūt
fac dominus em̄ tecū eſt. Igit nocte illa fact⁹ eſt
ſermo domini ad nathā: dicēs vade ⁊ loquere da-
uid ſeruo meo. Hec dicit dominus: Nō edifica-
bis tu mihi domum ad habitandum. Neqꝫ eniꝫ
j.ij.d. manſi in domo ex eo tēpore quo eduxi Iſrael de
terra egypti vſqꝫ ad diem hanc: ſed fui ſemper
mutans loca tabernaculi: ⁊ in tētorio manēs cū
omni Iſrael. Nunquid locutus ſum ſaltem vni
iudicum Iſrael: quibus preceperam: vt paſcerēt
populum meum. Et dixi: quare non edificaſti mi
hi domum cedrinam? Nunc itaqꝫ ſic loqueris ad
B ſeruum meum Dauid. Hec dicit dominus exer-
cituum: Ego tuli te cū in paſcuis ſequereris gre
gem: vt eſſes dux populi mei Iſrael: et fui tecuꝫ
quocumqꝫ perrexiſti: et interfeci omnes inimi-
cos tuos coram te: feciqꝫ tibi nomē quaſi vnius
magnorum qui celebrabantur in terra. Et de-
di locum populo meo Iſrael. Plantabitur ⁊ ha
bitabit in eo et vltra non commouebitur: nec
filij iniquitatis atterent eos ſicut a principio
ex diebus quibus dedi iudices populo meo Iſ-
rael: et humiliaui vniuerſos inimicos tuos. An-
nuncio ergo tibi ꝙ edificaturus ſit tibi dominus
domum. Cumqꝫ impleueris dies tuos vt vadas
ad patres tuos: ſuſcitabo ſemen tuum poſt te
quod erit de filijs tuis: et ſtabiliam regnum eius
ipſe edificabit mihi domum: et firmabo ſolium
C eius vſqꝫ in eternum. Ego ero ei⁹ in patrem: et
j.xxvij.b. ipſe erit mihi in filium: ⁊ miſericordiam meam
non auferam ab eo: ſicut abſtuli ab eo: qui an-
te te fuit: Et ſtatuam eum in domo mea et in re-
gno meo vſqꝫ in ſempiternum et thronus eius
erit firmiſſimus in perpetuum. Iuxta omnia ver
ba hec et iuxta vniuerſam viſionem iſtam: ſic lo-
cutus eſt Nathan ad Dauid. Cumqꝫ veniſſet
rex Dauid et ſediſſet corā domino: dixit: Quis
ego ſum domine deus: et que domus mea: vt pre
ſtares mihi talia? Sed et hoc parum viſum eſt in
conſpectu tuo. Ideoqꝫ locutus es ſuper domuꝫ
ſerui tui etiam in futurum: et feciſti me ſpectabi
leꝫ ſuper omnes homines. Domine deus meus
quid vltra addere poteſt Dauid cum ita gloriſi-
caueris ſeruum tuum ⁊ cognoueris eum? Domi
ne propter famulum tuum iuxta cor tuum feci-
ſti omnem magnificentiam hanc: ⁊ nota eſſe vo-
luiſti vniuerſa magnalia. Domine non eſt ſimi-
lis tui: ⁊ non eſt alius deus abſqꝫ te ex omnibus D
quos audiuimus auribus noſtris. Quis eniꝫ eſt
alius vt populus tuus Iſrael: gens vna in terra
ad quā perrexit deus vt liberaret et faceret po-
pulum ſibi: et magnitudine ſua atqꝫ terroribus
eijceret nationes a facie eius quem de egypto li-
berarat. Et poſuiſti populum tuum Iſrael tibi
in populum vſqꝫ in eternum: et tu domine fa-
ctus es deus eius. Nūc igitur dn̄e: ſermo quem
locutus es famulo tuo et ſuper domum eius: cō-
firmetur in perpetuum: et fac ſicut locutus es:
permaneatqꝫ et magnificetur nomen tuum vſqꝫ
in ſempiternum: ⁊ dicatur dominus exercituum
deus Iſrael ⁊ domus Dauid ſerui eius perma-
nes coraꝫ eo. Tu em̄ dn̄e deus meus reuelaſti au
riculam ſerui tui vt edificares ei domum ⁊ idcir-
co inuenit ſeruus tuus fiduciaꝫ vt oret coraꝫ te.
Nunc ergo domine tu es deus ⁊ locutus es ad
ſeruum tuum tāta beneficia: ⁊ cepiſti benedice-
re domui ſerui tui vt ſit ſemper coram te. Te eniꝫ
dn̄e benedicente benedicta erit in perpetuum.

¶ Ca. Sūma. ¶ De preliis dauid ⁊ tributis
gentium: et de officialibus eius. Cap. xviij.

Actum eſt autē poſt A ij.reg.viij.a
hec vt percuteret dauid phili-
ſtijm ⁊ humiliaret eos ⁊ tolle-
ret geth ⁊ filias eius de manu
philiſtijm percuteretqꝫ moab:
⁊ fierent moabite ſerui Dauid
offerētes ei munera. Eo tēpo-
re percuſſit dauid etiā adadezer regē ſoba regio
nis Emath quādo perrexit vt dilataret imperiū
ſuum vſqꝫ ad flumē Euphraten. Cepit g͛ dauid
mille quadrigas eius ⁊ ſeptē milia equituꝫ ac vi- B
ginti milia viroꝝ peditū. Subneruauitqꝫ om̄es
equos curruū exceptis cētuꝫ quadrigis quas re
ſeruauit ſibi. Superuenit aūt ⁊ Syrus damaſce
nus vt auxilium preberet adadezer regi Soba.
Sed ⁊ huius percuſſit dauid vigintiduo milia vi
rorum. Et poſuit milites in damaſco vt ſyria qꝫ
ſeruiret ſibi ⁊ offerret munera. Adiuitqꝫ euꝫ do-
minus in cunctis ad que perrexerat. Tulit qꝫ da-
uid pharetras aureas quas habuerūt ſerui ada-
dezer ⁊ attulit eas in hierlm: necnō de thebath ⁊
chun vrbib⁹ adadezer eris plurimuꝫ de quo fecit
Salomon mare eneuꝫ ⁊ columnas: ⁊ vaſa enea. C
Quod cum audiſſet Thou rex Emath percuſſiſ-
ſe videlicet dauid omnē exercitū adadezer regis
Soba: miſit adurā filium ſuū ad regeꝫ dauid vt
poſtularet ab eo pacem et congratularetur eo ꝙ
percuſſiſſet ⁊ expugnaſſet adadezer. Aduerſari⁹
quippe erat Thau adadezer. Sed ⁊ omnia va-
ſa aurea ⁊ argentea et enea conſecrauit Dauid
rex domino cuꝫ argento ⁊ auro ꝙ tulerat ex vni-

uerſis gentibus tā de idumea ⁊ moab ⁊ filijs am
mon: ꝙ de philiſtijm ⁊ amalech. Abiſai vero filius
Saruie percuſſit edom in valle ſalinarum decez
⁊ octo milia. ⁊ cōſtituit in edon preſidium: vt ſer
D uiret idumea dauid. Saluauitq; dominus Da-
uid in cunctis ad que perrexerat. Regnauit ergo
Dauid ſuper vniuerſum Iſrael: ⁊ faciebat iudi-
cium atq; iuſtitiā cūcto populo ſuo. Porro io-
ab filius Saruie erat ſuper exercitū ⁊ ioſaphat
filius Ahiluth a commentarijs: Sadoch autem
filius Achitob ⁊ Achimelech filius Abiathar ſa
cerdotes: ⁊ Suſa ſcriba. Banaias quoq; filius
Ioiade ſuper legiones Cerethi ⁊ pheleti. Por-
ro filij Dauid primi ad manum regis.

¶ Capitu. Summa. ¶ Deoneſtat Anon nun
cios Dauid: de prelijs contra Anon ⁊ Syros et
adiutores eius. Capitulum. xix.

A ij. reg. x. a.

Ecidit autez vt mo
reret Naas rex filioꝝ ammon
⁊ regnaret anon filius eius ꝓ
eo. Dixitq; dauid. Faciā miſe
ricordiam cū anon filio naas.
Preſtitit eñ mihi pater eius
gratiam. Miſitq; dauid nun-
cios ad conſolandū eum ſuper morte patris ſui.
Qui cum perueniſſent in terrā filiorum ammon
vt conſolarentur anon: dixerunt principes filio-
rum ammon ad anon. Tu forſitan putas ꝙ Da-
uid honoris cauſa in patrē tuum miſerit qui cō
ſolarentur te: nec animaduertis ꝙ vt explorent
B ⁊ inueſtigent ⁊ ſcrutent terram tuā venerint ad
te ſerui eius. Igitur anon pueros dauid decalua
uit ⁊ raſit: ⁊ precidit tunicas eorum a natibus vſ
q; ad pedes: ⁊ dimiſit eos. Qui cū abijſſent ⁊ hoc
mandaſſent Dauid miſit in occurſū eoꝝ. (Grā-
dem enim contumeliam ſuſtinuerūt) ⁊ precepit
vt manerent in hierico donec creſceret barba ✝
eorum: ⁊ tunc reuerterent. Uidentes autem filij
Ammon ꝙ iniuriam feciſſent dauid: tam anon ꝙ̄
reliquus populus: miſerunt mille talenta argen-
ti vt conducerent ſibi de moſopotamia ⁊ de Sy
ria maacha: ⁊ de Soba currus ⁊ equites. Cōdu-
xeruntq; trigintaduo milia curruum: ⁊ regē ma-
acha cum populo eius. Qui cū veniſſent caſtra
metati ſunt e regione Medaba. Filij q; ammon
congregati ſunt de vrbibus ſuis: venerūt ad bel
lum. Quod cum audiſſet dauid miſit ioab ⁊ oēm
C exercitum virorū fortium: egreſſiq; filij ammon
direxerunt aciem iuxta portam ciuitatis. Reges
autem qui ad auxilium eius venerant ſeparatim
in agro ſteterunt. Igitur Ioab intelligens bel-
lum ex aduerſo et poſt tergum contra ſe fieri: ele
git viros fortiſſimos de vniuerſo iſrl': ⁊ perrexit
contra Syrum. Reliquam autem partem populi
dedit ſub manu abiſai fratris ſui: ⁊ perrexerunt
contra filios ammon. Dixitq; ſi vicerit me Sy-
rus auxilio eris mihi: ſi autem ſuperauerint te
filij ammon: ero tibi in preſidiū. Conſortare et

✝ hz. ⁊ capilli.

agamus viriliter pro populo noſtro: ⁊ pro vrbi-
bus dei noſtri. Dominus autem quod in conſpe
ctu ſuo bonum eſt faciat. Perrexit ergo Ioab ⁊
populus qui cum eo erat contra Syrum ad pre-
lium. Et fugauit eos. Porro filij ammon viden D
tes ꝙ fugiſſet ſyrus: ipſi quoq; fugerūt abiſai fra
trem eius: ⁊ ingreſſi ſunt ciuitatē: reuerſuſq; eſt
etiam Ioab in Hierl'm. Uidens autem Syrus
ꝙ cecidiſſet coram Iſrael: miſit nūcios ⁊ addu-
xit Syrum qui erat trans fluuium. Sophat au-
tem princeps militie adadezer erat dux eorum.
Quod cum annunciatum eſſet Dauid congre-
gauit vniuerſum Iſrael et tranſiuit iordanem ir
ruitq; in eos ⁊ direxit ex aduerſo aciem illis con
trapugnantibus. Fugit autem Syrus Iſrael.
Et interfecit Dauid de ſyris ſeptem milia curru
um. ⁊ quadraginta milia peditū: ⁊ Sophat exer-
citus principem. Uidentes autem ſerui adade-
zer ſe ab Iſrael eſſe ſuperatos: tranſfugerunt ad
Dauid. ⁊ ſeruierunt ei. Noluitq; vltra Syria
auxilium prebere filijs Amon.

¶ C. S. ¶ De victoria dauid: de deſtructione
Rabba: ⁊ de tribus bellis famoſis. Capl'm. xx.

Actum eſt autē poſt A ij. reg. xi. a.
anni circulū eo tpe quo ſolent
reges ad bella ꝓcedere: cōgre-
gauit Ioab exercitum ⁊ robur
militie: ⁊ vaſtauit terram filio
rum ammon. Perrexitq; ⁊ ob B
ſedit rabba. Porro dauid ma ij. Regum xij. S.
nebat in Hieruſalē quādo Ioab ꝑcuſſit Rabba:
⁊ deſtruxit eā. Tulit aūt dauid coronā melchon
de capite eius: ⁊ inuenit in ea auri pondo talen-
tum et precioſiſſimas gemmas: fecitq; ſibi inde
diadema. Manubias quoq; vrbis plurimas tu-
lit: populum autem qui erat in ea eduxit: ⁊ fecit
ſuper eos tribulas ⁊ trahas ⁊ ferrata carpēta trā C
ſire: ita vt diſſecarentur ⁊ contererentur. Sic fe-
cit dauid cunctis vrbibus filiorum ammon: ⁊ re-
uerſus eſt cū omni populo ſuo in Hierl'm. Poſt
hec initū eſt bellū in Gazer aduerſū philiſteos
in quo percuſſit Sobochai vſathites Saphai de
genere Raphain: et humiliauit eos. Aliud quoq;
bellum geſtum eſt aduerſus philiſteos: in quo
percuſſit adeodatus filius Saltus bethleemites
fratrem goliath gethei: cuius haſte lignum erat D
quaſi liciatoriū texentium. Sed ⁊ aliud bellum
accidit in geth: in quo fuit homo longiſſimus ſe-
nos habens digitos: id eſt ſimul viginti quattu-
or: qui ⁊ ipſe de Raphaim fuerat ſtirpe genera-
tus. Hic blaſphemauit Iſrael: ⁊ percuſſit eū io
nathan filius Samaa fratris Dauid. Hi ſunt fi
lij Raphaim in Geth: qui ceciderunt in manu
Dauid et ſeruorum eius.

¶ Capi. Summa. ¶ Numeratur populus et
percutitur ab angelo: dauid placat dn̄m: ⁊ erigit
altare in area hornan hiebuſei. Capl'm. xxj

A Conſurrexit aũt Sa
ij.reg. xxiiij. a. than contra iſrl'.⁊ incitauit da-
uid vt numeraret Iſrael. Dixit
qꝫ dauid ad ioab ⁊ ad p̄ncipes
populi. Ite ⁊ numerate iſrael a
berſabee vſqꝫ dan:⁊ afferte mi-
hi numerum vt ſciam. Reſpon-
ditqꝫ Ioab: Augeat dominus populum ſuum cē
tupluꝫ ꝙ̄ ſunt. Nonne domine mi rex omnes ſer
ui tui ſunt? Quare hoc querit dominus meus qđ
ij.reg.xxiiij b. in peccatuꝫ reputetur Iſraeli: Sed ſermo regis
magis p̄ualuit. Egreſſuſqꝫ eſt ioab ⁊ circuiuit vni
uerſum Iſrael:⁊ reuerſus eſt hieruſalē: Dedidit
qꝫ dauid numerum eorum quos circuierat:⁊ inuē
tus eſt omnis numerus Iſrael mille milia:et cen
tum milia: virorum educentium gladium. De iu-
da autem quadringenta ſeptuaginta milia bel-
latorum. Nam Leui ⁊ Beniamin non numerauit
eo ꝙ inuitus exequeretur regis imperium. Di-
ſplicuit autem deo qđ iuſſum erat:⁊ percuſſit Iſ-
rael. Dixitqꝫ Dauid ad deum: Peccaui nimis
vt hoc facerem. Obſecro aufer iniquitatem ſerui
B tui:q: incipiēter egi. Et locutus eſt dominus ad
Gad videntem Dauid dicens: Uade ⁊ loquere
ad Dauid ⁊ dic ei. Hec dixit dominus: Triũ tibi
optionem do: vnum qđ volueris elige vt faciam
tibi. Cũqꝫ veniſſet Gad ad Dauid dixit ei: Hoc
dicit dominus: elige qđ volueris: Aut tribus an-
nis peſtilētiam: aut tribus menſibus te fugere
hoſtes tuos: et gladium eoruꝫ non poſſe euadere
aut tribus diebus gladium domini et mortē ver
ſari in terra: et angeluꝫ dñi interficere in vniuer
ſis finibus iſrael. Nunc igitur vide quid r̃ndeā
ei qui miſit me. Et dixit Dauid ad Gad: Ex om
ni parte me anguſtie premūt. Sed meli⁹ mihi eſt
ij. Reg. xxiiij. c. vt incidā in manus dñi)q: multe ſunt miſeratio
nes eius) ꝙ̄ in manus hominū. Miſit ergo dñs
j. qōne .iiij. peſtilentiaꝫ in iſrael:⁊ ceciderũt de iſrael ſeptua
c. Eccleſia. ginta milia virorum. Miſit quoqꝫ angelũ in Ie
s. itē dauid ruſalē vt percuteret eā. Cũqꝫ p̄cuteret: vidit do
minus ⁊ miſertus eſt ſup̄ magnitudinē mali: et
C imperauit angelo qui p̄cutiebat: Sufficit: iā ceſ-
ſet manus tua. Porro angelus dñi ſtabat iuxta
aream hornam hiebuſei: leuanſqꝫ dauid oculos
ſuos: vidit angelũ dñi ſtantē inter celũ ⁊ terram
⁊ euaginatũ gladium in manu eius ⁊ verſum con
tra hieruſalem ⁊ ceciderunt tam ipſe ꝙ̄ maiores
natu veſtiti ciliciis p̄ni in terrā. Dixitqꝫ Dauid
ad deum Nōne ego ſum qui iuſſi vt nũeraret po
pul⁹? Ego qui peccaui. Ego qui malũ feci. Iſte
grex quid cōmeruit? Dñe deus meus: v̄tat obſe
cro manus tua in me ⁊ in domũ p̄ris mei: ppl'us
autē tuus non percutiatur. Angelus autē domi-
ni precepit Gad vt diceret Dauid vt aſcēderet
extrueretqꝫ altare domino deo in area hornam
Hiebuſei. Aſcēditqꝫ ergo dauid iuxta ſermoneꝫ
Gad quem locutus ei fuerat ex nomine domini
Porro hornam cum aſpexiſſet ⁊ vidiſſet angelũ
quattuorqꝫ filij eius cum eo: abſconderēt ſe. Naꝫ
eo tempore terebat in area triticũ. Igitur cum
veniret Dauid ad hornam: cōſpexit eum hornā
et proceſſit ei obuiam de area:⁊ adorauit eũ pro
nus in terram. Dixitqꝫ ei Dauid. Da mihi lo-
cum aree tue vt edificē in ea altare domino: ita
vt ꝙ̄tuꝫ valet argēti accipias ⁊ ceſſet plaga a po
pulo. Dixit auteꝫ hornā ad dauid: Tolle ⁊ faciat
dominus meus rex quodcũqꝫ ei placet. Sed ⁊ bo D
ues do in holocauſtum:⁊ tribulas in ligna: ⁊ tri
ticuꝫ in ſacrificiũ omnia libens prebeo. Dixitqꝫ
ei rex dauid. Nequaꝙ̄ ita fiet: ſed argentũ dabo
tibi ꝙ̄tum valet. Neqꝫ enĩ tibi auferre debeo: et
ſic offerre domino holocauſta gratuita. Dedit
ergo Dauid Hornā pro loco ſiclos auri iuſtiſſi
mi ponderis ſexcentos:⁊ edificauit ibi altare do
mino obtulitqꝫ holocauſta et pacifica: ⁊ inuo-
cauit deum et exaudiuit eum in igne de celo ſup̄
altare holocauſti. Precepitqꝫ dominus angelo
et conuertit gladium ſuũ in vaginā. Protinus
ergo dauid videnſqꝫ exaudiſſet euꝫ dominus in
area hornā iebuſei: immolauit ibi victimas. Ta-
bernaculum autem domini qđ fecerat Moyſes
in deſerto:⁊ altare holocauſtorum ea tempeſta-
te erat in excelſo gabaon:⁊ non preualuit dauid
ire ad altare vt ibi obſecraret deũ. Nimio ei fue-
rat timore perterritus: vincēs gladiuꝫ āgeli dñi.

Capituli. Summarium. De materia cō
quiſita ad edificium templi et iniungit Dauid
hoc opus Salomoni. Capitulum. xxij.

A Dixitqꝫ Dauid. Hec
eſt domus dei et hoc altare in
holocauſtum Iſrael ⁊ precepit
vt congregarentur omnes pro
ſeliti de terra Iſrael et conſtitu
it ex eis latomos ad cedendos
lapides et poliendos vt edifica
retur domus dei. Ferrum quoqꝫ plurimũ ad cla
uos ianuarum:⁊ ad cōmiſſuras atqꝫ iũcturas pre
parauit Dauid:⁊ eris pondus īnumerabile. Li-
gna quoqꝫ cedrina nō poterant eſtimari que ſi-
donij et tyri deportauerāt ad Dauid. Et dixit
non poſuit vt ſeruirent operibus regis. Ipſi em̄
erant viri bellatores ⁊ duces primi ⁊ principes
quadrigarum ⁊ equitum eius. Oēs autem prin-
cipes exercitus regis Salomonis fuerunt ducē
ti quinquaginta: qui erudiebant populum. Filiā
vero pharaonis tranſtulit de ciuitate Dauid in
C domum quam edificauerat ei. Dixit enim rex.
Non habitabit vxor mea in domo Dauid regis
Iſrael: eo ꝙ ſanctificata ſit: quia ingreſſa eſt in eaꝫ
arca dn̄i. Tūc obtulit Salomon holocauſta dn̄o
ſup altare dn̄i: qd̄ extruxerat ante porticuꝫ vt p
ſingulos dies offerret in eo iuxta p̄ceptum moy-
ſi in ſabbatis ⁊ in calēdis: ⁊ in feſtis diebus ter p
annū: id eſt in ſolēnitate azymoꝝ ⁊ in ſolēnitate
ebdomadarum ⁊ in ſolennitate tabernaculoruꝫ.
Et conſtituit iuxta diſpoſitioneꝫ dauid pr̄is ſui
officia ſacerdotum in myſterijs ſuis: ⁊ leuitas in
ordine ſuo: vt laudarent ⁊ miſtrarēt corā ſacerdo
tibus iuxta ritum vniuſcuiuſqꝫ diei: ⁊ ianitores D
in diuiſionibus ſuis per portā ⁊ portā. Sic enim
p̄ceperat dauid homo dei: nec pretergreſſi ſunt
de mandatis regis: tam ſacerdotes q̃ leuite: ex
oībus que preceꝑat. Et in cuſtodijs theſauroruꝫ
oēs impēſas p̄paratas habuit ſalomō: ex eo die
quo fundauit domū dn̄i: vſqꝫ in diē quo ꝑfecit eā
Tūc abijt ſalomō in aſiongaber ⁊ in ahialath ad
orā maris rubri q̄ eſt in terra edon. Miſit ergo ei hi
ram p manū ſeruoꝝ ſuoꝝ naues ⁊ nautas gna-
ros maris ⁊ abierūt cū ſeruis ſalomōis i ophur.
Tuleruntqꝫ inde quadringenta q̇nquaginta ta-
lenta auri: ⁊ attulerūt ad regem Salomonem.

Capituli. Summa. De regina Saba et
muneribus datis ⁊ acceptis: de ſcutis ⁊ lanceis
argenteis: de ſcutis ⁊ lanceis aureis: ⁊ ſolio Sa-
lomonis: de abundantia ⁊ gloria ⁊ equis Salo-
monis: et obitu eius. Capitulum. ix.

REgina quoqꝫ Saba A
cum audiſſet famam Salomonis iij. Regum
venit vt temptaret eū in enigma x. a.
tibus in Hierl'm cū magnis opi-
bus ⁊ camelis: qui portabāt aro-
mata ⁊ auri plurimum gēmaſqꝫ precioſas. Cūqꝫ
veniſſet ad Salomonem: locuta eſt ei quecunqꝫ
erant in corde ſuo. Et expoſuit ei Salomon om-
nia que ꝓpoſuerat: nec quicq̃ fuit quod nō per-
ſpicuum ei fecerit. Que poſtq̃ vidit ſapientiam:
ſcilicet Salomonis: et domum quam edificaue-
rat: necnon et cibaria menſe eius ⁊ habitacula
ſeruorum: ⁊ officia miniſtroruꝫ eius et veſtimen-
ta eorum: pincernas quoqꝫ ⁊ veſtes eoꝝ: ⁊ victi-
mas quas immolabat in domo dn̄i: non erat pre B
ſtupore vltra in ea ſpiritus. Dixitqꝫ ad regē: Ve
rus eſt ſermo quem audieraꝫ in terra mea de vir
tutibus ⁊ ſapientia tua. Non credebam narrā-
tibus: donec ipſa veniſſem: ⁊ vidiſſent oculi mei:
et ꝓbaſſem vix medietatem. ſapientie tue mihi
fuiſſe narratam. Viciſti famam virtutibus tuis:
beati viri tui ⁊ beati ſerui tui: hi qui aſſiſtunt co
ram te omni tēpore: ⁊ audiunt ſapientiam tuaꝫ.
Sit dn̄s deus tuus benedictus: qui voluit te or-
dinare ſuper thronū ſuū regem dn̄i dei tui. Quia
diligit deus Iſrl': ⁊ vult ſeruare eū in eternū: id- C
circo poſuit te ſuper eū regē: vt facias iudicia at-
qꝫ iuſticiam. Dedit autē regi centum viginti ta-
lenta auri: ⁊ aromata multa nimis: ⁊ gēmas pre-
cioſiſſimas. Non fuerunt aromata talia vt hec
que dedit regina Saba regi Salomoni. Sed et
ſerui Hiraꝫ cū ſeruis Salomonis attulerūt au-
rum de ophir: ⁊ ligna thina: ⁊ gēmas precioſiſ-

ſimas. De quibus fecit rex: de lignis ſcꝫ thinis:
gradus in domo dñi: ⁊ in domo regia citharas ꝙ̄
⁊ pſalteria cantoꝛibus. Nunꝙ̄ viſa ſunt in terra
iuda ligna talia. Rex aũt Salomon dedit regine
D Saba cuncta que voluit ⁊ que poſtulauit: ⁊ mul
to plura ꝙ̄ attulerat ad eum. Que reuerſa abijt
in terram ſuã cum ſeruis ſuis. Erat autem pon-
dus auri, quod afferebatur Salomoni per ſingu-
los annos ſexcentaſexagintaſex talenta auri ex-
cepta ea ſumma quam legati diuerſarum gentiũ
⁊ negociatoꝛes afferre conſueuerãt: oẽſcꝫ reges
arabie ⁊ ſatrape terrarum: qui cõpoꝛtabãt aurũ
⁊ argentum Salomoni. Fecit igitur rex Salo-
mon ducentas haſtas aureas de ſumma ſexcen-
toꝛum aureoꝛum: qui in ſingulis haſtis expende
bantur. Trecenta quocꝫ ſcuta aurea trecentoꝛuꝫ
aureoꝛum quibus tegebantur ſingula ſcuta. Po
ſuitcꝫ ea rex in armamẽtario: quod erat conſitũ
E nemoꝛe. Fecit quocꝫ rex ſolium eburneum gran
de ⁊ veſtiuit illud auro mundiſſimo. Sex ꝙ̄ gra-
dus quibus aſcendebat ad ſoliũ ⁊ ſcabellum au-
reum ⁊ bꝛachiola, duo altrinſecus: ⁊ duos leones
ſtantes iuxta bꝛachiola: ſed ⁊ alios duodecim leũ
culos ſtantes ſuper ſex gradus ex vtracꝫ parte.
Non fuit tale ſoliuꝫ in vniuerſis regnis. Omnia
quocꝫ vaſa cõuiuij regis erãt aurea ⁊ vaſa domꝯ
ſaltus libani ex auro puriſſimo. Argentum enim
in diebus illis pꝛo nihilo reputabatur. Siquideꝫ
naues regis ibant in tharſis cum ſeruis Hiram
ſemel in annis tribus: ⁊ deferebant inde aurum
iij.reg.x.d. et argentum ⁊ ebur et ſimias et pauos. Magnifi
F catus eſt igitur Salomõ ſuper omnes reges ter
reſpꝛe diuitijs et gloꝛia. Omneſcꝫ reges terrarũ
deſiderabant videre faciem ſalomonis: vt audi-
rent ſapientiaꝫ quam dederat deus in coꝛde eiꝯ:
et deferebant ei munera: vaſa argentea et aurea:
veſtes ⁊ arma et aromata: equos et mulos per
ſingulos annos. Habuit quocꝫ Salomon qua-
draginta milia equoꝛum in ſtabulis: et currum
equitumcꝫ duodecim milia. Conſtituitcꝫ eos in
vꝛbibus quadrigarum: ⁊ vbi erat rex in Hierl'm.
Exercuit etiam poteſtatem ſuper cunctos re-
ges a flumine euphrate vſcꝫ ad terram philiſti-
G noꝛum: id eſt vſcꝫ ad terminos egypti. Tantãcꝫ
copiam pꝛebuit argenti in hieruſalem quaſi lapi
dum: ⁊ cedroꝛum tantam multitudinem velut ſy
comoꝛuꝫ que gignuntur in campeſtribus. Addu
cebantur autem ei equi de egypto: cunctiſcꝫ re-
gionibus. Reliqua vero operum ſalomonis pꝛo-
rum ⁊ nouiſſimoꝛum ſcripta ſunt in verbis Na-
than ꝓphete ⁊ in libꝛis ahie ſilonitis. In viſione
iij.re.xij.g. quocꝫ addo videntis: contra hieroboam filiũ na
bath. Regnauit aũt ſalomon in hierl'm ſuper om
neꝫ Iſrl' quadraginta annis. Doꝛmiuitcꝫ cũ pa
tribus ſuis: ⁊ ſepelierunt eum in ciuitate dauid
Regnauitcꝫ roboam filius eius pꝛo eo.

Capituli. Summarium. De obitu Salo
monis: de roboam: ⁊ conſilio iuuenum ei dato:
de ſciſſione regni: ⁊ de hieroboam: quomodo Iſ
rael elegit eum in regem. Capitulum. x.

Rofectus eſt autem A
Roboam in ſichem. (Illuc eñi
cunctus Iſrael conuenerat) vt
conſtituerent eum regem. Qđ
cum audiſſet hieraboam filius
nabath: qui erat in egypto (fu-
gerat quippe illuc ante Salo- iij.re.xij.a.
monem) ſtatim reuerſus eſt: Vocaueruntcꝫ euꝫ:
et venit cum vniuerſo Iſrael: et locuti ſunt ad
Roboam: dicentes. Pater tuus duriſſimo iu-
go nos preſſit tu leuioꝛa impera patre tuo: qui
nobis impoſuit grauem ſeruitutem: et paulu-
lum de onere ſubleua vt ſeruiamus tibi. Qui
ait. Poſt tres dies reuertimini ad me. Cumcꝫ
abijſſet populus init conſilium cum ſenibus:
qui ſteterant coꝛam patre eius Salomone: dum B
adhuc viueret dicens. Quod datis conſilium vt
reſpondeam populo. Qui dixerunt ei. Si pla-
cueris populo huic: et linieris eos verbis cle-
mentibus: ſeruient tibi omni tempoꝛe. At ille
reliquit conſilium ſenum: et cum iuuenibus tra
ctare cepit qui cum eo nutriti fuerant: ⁊ erant in
comitatu illius: dixitcꝫ ad eos. Quid vobis vi-
detur: vel quid reſpondere debeo populo huic:
qui dixit mihi: ſubleua iugum quod impoſuit nõ
bis pater tuus. At illi reſponderunt vt iuuenes:
et nutriti cum eo in delitijs: atcꝫ dixerunt. Sic C
loqueris populo qui dixit tibi. Pater tuus ag-
grauauit iugum noſtrum: tu ſubleua: et ſic reſpõ
debis ei. Minimus digitus meus groſſioꝛ eſt lũ-
bis patris mei. Pater meus impoſuit vobis iij.re.xij.c.
graue iugum: et ego maius pondus apponam.
Pater meus cecidit vos flagellis: ego vero ce-
dam vos ſcoꝛpionibus. Venit ergo Hieroboaꝫ
et vniuerſus populus ad Roboam die tertio: ſi-
cut pꝛeceperat eis. Reſponditcꝫ rex Dura: de
relicto conſilio ſenioꝛum: locutuſcꝫ eſt iuxta iu-
uenum voluntatem. Pater meus graue vobis
impoſuit iugum: quod ego grauius faciam. Pa
ter meus cecidit vos flagellis: ego vero cedã vos
ſcoꝛpionibus. Et nõ acquieuit populi pꝛecibus.
Erat enim voluntatis dei vt compleretur ſer-
mo eius quem locutus fuerat per manum Ahie
ſilonitis ad Hieroboam filium Nabath. Popu
lus autem vniuerſus rege durioꝛa dicente: ſic vij.q.j.c. de
locutus eſt ad euꝫ. Non eſt nobis pars in dauid: nicꝫ.
necꝫ hereditas in filio Iſai. Reuertere in taber- D
nacula tua Iſrl': tu autem paſce domum tuã da- iij.reg.ij.d.
uid. Et abijt Iſrl' in tabernacula ſua. Super fi-
lios autem Iſrael qui habitabant in ciuitatibꝯ
Iuda regnauit roboã. Miſitcꝫ rex roboam adu
ram: qui pꝛeerat tributis: ⁊ lapidauerunt eum fi
lij Iſrael: ⁊ moꝛtuus eſt. Poꝛro rex Roboã cur-
rum feſtinauit aſcendere: ⁊ fugit in Hieruſalem.
Receſſitcꝫ Iſrael a domo dauid vſcꝫ ad diẽ hãc.
Factũ eſt autem cũ audiſſet omnis Iſrl' ꝙ reuer
ſus eſſet Hieroboã: miſerunt ⁊ vocauerunt eum
regem: congregato cetu: ⁊ conſtituerunt eum re
gem ſuper omnem Iſrael: nec ſecutus eſt quiſpi
am domum dauid pꝛeter tribum iuda ſolam.

¶C. B. ¶De Semeia ꝓpheta quem miſit
dñs ad Roboam: ne pugnaret ipſe ⁊ populus cō
tra Iſrael: ⁊ de vxoribus Roboam. Caplm̄. xi.

A iij.re.xij.a. VEnit autē Roboam
in Hieruſalē ⁊ conuocauit vni
uerſam domū iuda ⁊ beniamin
centum octaginta milia electo
rum atq; bellantiū vt dimica-
ret cōtra iſrl': ⁊ cōuerteret ad
ſe regnum ſuum. Factuſq; eſt
ſermo dñi ad ſemeiam hominem dei dicens. Lo-
quere ad roboam filium ſalomonis regem iuda:
⁊ ad vniuerſuz iſrael qui eſt in iuda ⁊ beniamin.
Hec dicit dominus. Non aſcēdetis neq; pugna
bitis cōtra fratres veſtros: reuertatur vnuſquiſ
q; in domum ſuam: quia mea hoc geſtum eſt vo-
B luntate. Qui cum audiſſent ſermonem domini:
reuerſi ſunt: nec perrexerunt contra Hieroboaz.
Habitauit aūt Hieroboam in Hieruſalez: ⁊ edi
ficauit ciuitates muratas ī iuda: extruxitq; beth
leem ⁊ ethan ⁊ thecue: bethſur quoq; ⁊ ſoccho
⁊ odollam: necnon ⁊ geth ⁊ mareſa ⁊ ziph: ſed et
aduram ⁊ lachis ⁊ azecha: ſaraa quoq; ⁊ ahialon
⁊ hebron: que erant in iuda ⁊ beniamin: ciuita-
tes munitiſſimas. Cumq; clauſiſſet eas muris:
poſuit in eis principes: ciborumq; horrea: hoc eſt
olei ⁊ vini. Sed ⁊ in ſingulis vrbibus fecit arma-
mentaria ſcutorum ⁊ haſtarum: firmauitq; eas
ſumma diligentia: ⁊ imperauit ſuper iudā ⁊ bē-
C iamin. Sacerdotes autem ⁊ leuite qui erant in
vniuerſo iſrael venerunt ad eum de cunctis ſedi-
bus ſuis: relinquentes ſuburbana ⁊ poſſeſſiones
ſuas: ⁊ tranſeuntes ad iudam ⁊ hieruſalem: eo ꝙ
abiecißet eos hieroboam ⁊ poſteri eius: ne ſacer
dotio domini fungerentur: qui conſtituit ſibi ſa
cerdotes excelſorum ⁊ demoniorum vitulorum-
q; quos fecerat. Sed ⁊ de cunctis tribubus Iſ-
rael quicunq; dederant cor ſuuz vt quererent do
minum deum Iſrael venerunt in Hieruſalez ad
immolandum victimas ſuas coram domino deo
patrum ſuorum: ⁊ roborauerunt regnum Iuda:
⁊ confirmauerunt Roboam filium Salomonis
D per tres annos. Ambulauerunt enim in vijs da-
uid ⁊ ſalomonis annis tm̄ tribus. Dixit autem
Roboam vxorē maalath filiā herimoth filij Da
uid: abiail q; filiā heliab filij iſai: que peperit ei fi
lios: ieos ⁊ ſummoriā ⁊ ſoon. Poſt hāc q; acce-
pit maacham filiaz abſalon: que peperit ei abiat
ethai ⁊ Ziza ⁊ ſalumith. Amauit autem roboam
maacham filiam abſalon ſuper omnes vxores ſu-
as ⁊ concubinas. Nam vxores decem ⁊ octo du-
xerat: concubinas autem ſexaginta: ⁊ genuit vi-
gintiocto filios ⁊ ſexaginta filias. Conſtituit ve
ro in capite abiā filium maacha ducem ſuper om
nes frēs ſuos: ipſum eīm regem facere cogitabat
q: ſapiētior fuit ⁊ potentior ſuper oēs filios eius:
⁊ in cunctis finibus iuda ⁊ beniamin ⁊ in vniuer
ſis ciuitatibus muratis. Prebuitq; eis eſcas
plurimas: ⁊ multas petiuit vxores.

¶C. S. ¶De Seſac rege egypti: qui ſpolia-
uit Hierl'm: de ſcutis ereis: que fecit Roboam
pro ſcutis aureis a Seſac ſublatis. Caplz. xij.

CUmq; roboratū fuiſ- A
ſet regnū roboam: ⁊ cōfortatum:
dereliq̄t legē dñi: ⁊ oīs Iſrael cū
eo. Anno aūt quinto regni robo
am aſcēdit Seſac rex Egypti in
Hierlz: q: peccauerūt domino cū mille ducentis
curribus ⁊ ſexaginta milibus equituz. Nec erat
numerus vulgi qđ venerat cū eo ex egypto: liby-
es ſcz ⁊ troglodyte ⁊ ethiopes: cepitq; ciuitates
munitiſſimas in iuda: ⁊ venit vſq; in hierlz. Se-
meias autē ꝓpheta ingreſſus eſt ad roboā ⁊ prin
cipes iuda: qui cōgregati fuerant in hierlz: fugiē B
tes ſeſac: dixitq; ad eos. Hec dicit dñs. Vos reli
quiſtis me: ⁊ ego reliqui vos in manu ſeſac. Con
ſternatiq; ꝑncipes iſrael ⁊ rex: dixerunt. Iuſtus
eſt dominus. Cūq; vidiſſet dñs ꝙ humiliati eſ-
ſent factus eſt ſermo dñi ad ſemeiā dicens. Quia
humiliati ſunt: nō diſperdā eos: daboq; eis pau-
xillū auxilij: ⁊ nō ſtillabit furor meus ſup hierl'm
per manū Seſac. Verumtn̄ ſeruiēt ei: vt ſciant di C
ſtantiam ſeruitutis mee ⁊ ſeruitutis regni terra
rum. Receſſit itaq; ſeſac rex egypti ab hierlz: ſub
latis theſauris domus dñi ⁊ domus regis: oiaq;
ſecū tulit: ⁊ clypeos aureos: quos fecerat Salo-
mon: p q̄bus fecit rex eneos ⁊ tradidit illos ꝑn-
cipibus ſcutarioꝝ: qui cuſtodiebāt veſtibulū pa-
latij. Cūq; introiret rex domū domini veniebāt
ſcutarij ⁊ tollebāt eos: iterūq; referebāt eos ad
armamētariuz ſuū. Veruntamē q: hūiliati ſunt
auerſa eſt ab eis ira dñi: nec deleti ſunt penitus.
Siquidē ⁊ in iuda inuēta ſunt oꝑa bona. Cōfor-
tatus eſt ergo rex roboā in hieruſalez atq; regna iij.re.xiiij.
uit. Quadraginta autē ⁊ vnius anni erat cuz re- D
gnare cepiſſet: ⁊ decē ⁊ ſeptem annis regnauit in
hierl'm (vrbe quam elegit dñs) vt cōfirmaret no
men ſuū ibi de cunctis tribubus iſrael. Nomē aūt
matris eius naama amanitis. Fecitq; malum et
non preparauit cor ſuum vt quereret dñm. Oꝑa
vero roboam prima ⁊ nouiſſima ſcripta ſunt in li
bris ſemeie ꝓphete ⁊ addo vidētis: ⁊ diligenter
expoſita. Pugnaueruntq; aduerſuz ſe roboā et
hieroboam cunctis diebus. Et dormiuit roboaz
cum patribus ſuis. Sepultuſq; eſt in ciuitate da
uid. Et regnauit abia filius eius pro eo.

¶Capi. Sūma. ¶De regno abie filij roboā:
⁊ de bello ⁊ victoria abie cōtra iſrael ⁊ hieroboā:
⁊ de morte hieroboam. Capitulum. xiij.

ANno octauodeci- A iij.re.xv.a.
mo regis hieroboam regnauit
abia ſup iudam. Tribus annis
regnauit in hierl'm. Nomenq;
mrīs eius michaia filia Vriel
de gabaa. Et erat bellum inter
abia ⁊ hieroboaz. Cumq; inhi-

ſed abia certamen:⁊ haberet bellicoſiſſimos vi-
ros ⁊ electorum quadraginta milia:hieroboā in-
ſtruxit ecōtra aciem octoginta milia virorū q̄ ⁊
ipſi electi erant:⁊ ad bella fortiſſimi. Stetit ergo
Abia ſuper montē ſemeron:qui erat in ephraim:
et ait. Audi Hieroboam et omnis Iſrael. Nun
ignoratis ꝙ dominꝰ deus Iſrael dederit regnū
dauid ſuper Iſrael in ſempiternum : ipſi et filiis
eius in pactum ſalis. Et ſurrexit Hieroboam fi-
B lius nabath ſeruus Salomonis filii dauid : ⁊ re-
bellauit contra dn̄m ſuū. Congregatiq̄ ſunt ad
eum viri vaniſſimi ⁊ filii belial:⁊ preualuerūt cō-
tra roboā filiū ſalomonis. Porro roboā erat ru-
dis ⁊ corde pauido:nec potuit reſiſtere eis. Nūc
ḡ vos dicitis ꝙ reſiſtere poſſitis regno dn̄i : qḋ
poſſidet ꝑ filios dauid. Habetiſq̄ grandē popu
li multitudinē:atq̄ vitulos aureos q̄s fecit vobis
hieroboā in deos. Et eieciſtis ſacerdotes dn̄i fi
lios Aaron atq̄ leuitas:⁊ feciſtis vobis ſacerdo
tes:ſicut oēs ppl'i terrarū. Quicūq̄ venerit ⁊ ini
tiauerit manū ſuā in tauro ⁊ in bobus ⁊ in arieti
C bus ſeptem:fit ſacerdos eorum qui nō ſunt dii.
Noſter autē dn̄s deus eſt quē non relinquimꝰ.
Sacerdoteſq̄ qui miniſtrāt dn̄o de filiis Aaron:
⁊ leuite ſunt in ordine ſuo:holocauſta quoq̄ of-
ferunt dn̄o per ſingulos dies mane ⁊ veſpere : et
thymiama iuxta legis p̄cepta confectum:⁊ ppo
nuntur panes in menſa mundiſſima. Eſtq̄ apō
nos candelabrū aureū ⁊ lucerna eius:vt accendā
tur ſemper ad veſperam. Nos quippe cuſtodi-
mus p̄cepta dn̄i dei noſtri:quem vos reliquiſtis.
Ergo in exercitu noſtro dux deus eſt:⁊ ſacerdo-
tes eiꝰ qui clangūt tubis:⁊ reſonāt cōtra vos. Fi
lii Iſr'l nolite pugnare ꝯ dn̄m deū patrū vr̄orum: q:
nō vobis expedit. Hec illo loquēte:hieroboā re-
tro moliebatur inſidias. Cūq̄ ex aduerſo oſtiū ſta
ret:ignorantē iudā ſuo ambiebat exercitu. Re
ſpicienſq̄ Iudas vidit inſtare bellum ex ad-
uerſo ⁊ poſt tergum:⁊ clamauit ad dn̄m:ad ſacer
D dotes tubis canere ceperunt:omneſq̄ viri iuda
vociferati ſunt. Et ecce illis clamantibꝰ ꝑterruit
deus Hieroboā ⁊ oēm Iſr'l qui ſtabat ex aduer-
ſo abia ⁊ iuda:fugerūtq̄ filii Iſr'l iudā:⁊ tradidit
eos deꝰ in manu eorum. Percuſſit ergo eos abia ⁊
populus eius plaga magna:⁊ corruerunt vulne-
rati ex iſrael q̄nquaginta milia virorū fortiū. Hu
miliatiq̄ ſūt filii Iſrael in tēpore illo: ⁊ vehemē
tiſſime cōfortati filii iuda:eo ꝙ ſperaſſent in dn̄o
deo patrū ſuorum. Perſecutꝰ eſt aūt abia fugiētē
hieroboā:⁊ cepit ciuitates eius bethel ⁊ filias eiꝰ
⁊ hieſana cū filiabꝰ ſuis:ephron q̄q̄ ⁊ filias eius
nec valuit vltra reſiſtere hieroboā in diebꝰ abia.
Quē percuſſit dominꝰ ⁊ mortuus eſt. Igitur abia
cōfortato imperio ſuo:accepit vxores quattuor-
decim: procreauitq̄ vigintiduos filios ⁊ ſede-
cim filias. Reliqua autem ſermonum abia via-
rumq̄ et operum eius ſcripta ſunt diligentiſſi-
me in libro Addo prophete.

C. S. De morte abie:ꝑ quo regnauit filiꝰ
eiꝰ aſa:⁊ de bello aſa ꝯ ethiopes. Capitulum.xiiii.

Dormiuit autem Abia
A cum patribus ſuis:⁊ ſepelierūt eū iii. regum.
in ciuitate dauid. Regnauitq̄ aſa xv.a.
filius eius pro eo. In quibus die-
bus requieuit terra annis decem.
Fecit ergo aſa quod bonū ⁊ placitum erat in cō
ſpectu dei ſui:⁊ ſubuertit altaria peregrini cultꝰ
⁊ excelſa:⁊ confreg[illegible] ſtatuas: lucoſq̄ ſuccidit: et
p̄cepit iude vt quereret dn̄m deum patrum ſuo-
rum:et faceret legem ⁊ vniuerſa mādata. Et ab
ſtulit de cunctis vrbibus iuda aras ⁊ phana ⁊ re-
gnauit in pace. Edificauit q̄q̄ vrbes munitas in iu
da:q: quietus erat:⁊ nulla tēporibus eius bella
ſurrexerant:pacem dn̄o largiente. Dixit autem
iude: Edificemus ciuitates iſtas:⁊ vallemus mu B
ris:⁊ roboremus turribus ⁊ portis ⁊ ſeris:donec
a bellis quieta ſunt omnia:eo ꝙ queſierimus do
minum deum patrum noſtrorum : ⁊ dederit no
bis pacem per gyrum. Edificauerunt igitur : et
nullum in extruēdo impedimentū fuit. Habuit
autem aſa in exercitu ſuo portantium ſcuta ⁊ ha
ſtas de iuda trecēta milia:de beniamin vero ſcu
tariorum ⁊ ſagittariorū ducenta octoginta milia.
Omneſq̄ iſti viri fortiſſimi. Egreſſus autē con C
tra eos Zara ethios cum exercitu ſuo decies cen
tena milia ⁊ curribus trecentis:⁊ venit vſq̄ ma
reſa. Porro aſa perrexit obuiā ei:⁊ iſtruxit aciē
ad bellum in valle Zephata:que eſt iuxta mare-
ſa:⁊ inuocauit dn̄m deū ⁊ ait. Dn̄e nō eſt apud
te vlla diſtantia:vtrū in paucis auxilieris:aut in
pluribꝰ:adiuua nos domine deus noſter. In te
enim ⁊ in tuo nomine habentes fiduciā venimꝰ
cōtra hanc multitudinem. Dn̄e deus noſter tu
es:nō preualet cōtra t[illegible] homo. Exterruit itaq̄ D
dn̄s ethiopes corā aſa ⁊ iuda. Fugerūtq̄ ethio
pes ⁊ perſecutus eſt eos aſa ⁊ populus qui cum
eo erat vſq̄ gerara. Et ruerunt ethiopes vſq̄
ad internitionem:quia domino cedente contriti
ſunt et exercitu illius preliante. Tulerunt ergo
ſpolia multa. Et percuſſerunt ciuitates omnes
per circuitum gerare. Grandis quippe cunctos
terror inuaſerat. Et diripuerunt vrbes ⁊ multā
predam aſportauerūt:ſed et caulas ouiū deſtruē
tes:tulerunt pecorum infinitam multitudinem
⁊ camelorum:reuerſiq̄ ſunt in Hieruſalem.

Capi. Summa. De verbis Azarie ꝓphete
de Aſa. de federe populi ⁊ iuramēto:vt toto cor-
de dominum quererent. Capitulum.xv.

Azarias autem filius A
Obed facto in ſe ſpiritu dei
egreſſus eſt in occurſum Aſa:
et dixit ei : Audite me Aſa et
omnis iuda et beniamin. Do
minus vobiſcum : quia fuiſtis
cum eo. Si queſieris eum inue
nietis:Si autem dereliqueritis eū: derelinquet
vos. Tranſibunt autē multi dies in Iſrael abſq̄

deo vero ⁊ abſq̃ ſacerdote: abſq̃ doctore quoq̃
⁊ abſq̃ lege. Cumq̃ reuerſi fuerint in anguſtia
ſua: ⁊ clamauerint ad dominũ deũ Iſrael: ⁊ que-
ſierint eum: reperient eũ. Item tpe illo non erit
pax egredienti ⁊ ingredienti: ſed terrores vndiq̃
in cunctis habitatoribus terrarum. Pugnabit
enim gens cõtra gentem: ⁊ ciuitas cõtra ciuita-
tem: quia dñs cõturbabit eos in omni anguſtia.
B Vos ergo confortamini: et non diſſoluantur ma
nus veſtre: erit enim merces operi veſtro. Quod
cum audiſſet Aſa verba ſcilicet ⁊ prophetiã Aza-
rie filij Obed pphete: cõfortatꝰ eſt: ⁊ abſtulit ido
la de omni terra iuda ⁊ de beniamin ⁊ ex vrbibꝰ
quas ceperat montis ephraim: ⁊ dedicauit altare
dño: qđ erat ante porticũ dñi. Cõgregauitq̃ vni
uerſam iudã ⁊ beniamin: ⁊ aduenas cum eis de
C ephraim: ⁊ de manaſſe ⁊ de ſymeon. Plures eñ
ad eum cõfugerãt ex Iſrl': videtes φ dñs deus il
lius eſſet cũ eo. Cũq̃ veniſſent in Hierl'm menſe
tertio: anno decimoquinto regni aſa immolaue-
runt domino in die illa de manubijs: ⁊ predã quã
adduxerat: boues ſeptingẽtos: ⁊ arietes ſeptem
milia. Et intrauit ex more ad corroborandũ fe
dus vt quereret dominũ deũ patrũ ſuoꝝ in toto
corde ⁊ in tota aĩa ſua. Si quis autem inquit nõ
queſierit dominũ deum Iſrl': moriat a minimo
vſq̃ ad maximũ: a viro vſq̃ ad mulierẽ. Iuraue-
runtq̃ domino voce magna in iubilo: ⁊ in clango
re tube et in ſonitu buccinarum oẽs qui erant in
D iuda cum execratione. In omni enim corde ſuo
iurauerunt: ⁊ in tota voluntate queſierunt eum
et inuenerunt. Preſtitit eis dominus requiem
per circuitũ. Sed ⁊ maachã matrẽ Aſa regis
ex auguſto depoſuit imperio: eo φ fecit in luco ſi
mulacrum priapi: qđ omne contriuit ⁊ in fruſta
cõminuẽs combuſſit in torrente cedron. Excel-
ſa autem derelicta ſunt in Iſrael. Attamen cor
Aſa erat perfectum cunctis diebus eius. Ea que
vouerat pater ſuus: et ipſe intulit in domum do
mini: argentum ⁊ aurum: vaſorumq̃ diuerſam
ſupellectilem. Bellum vero non fuit vſq̃ ad
triceſimum annum regni Aſa.

Capituli Summarium. De baaſa ⁊ de federe aſa cũ benadab: de anani propheta increpãte aſa pmiſſo federe: ⁊ morte aſa ppter fedus.

Capitulum. xvj.

A
Nno autẽ triceſimo
ſexto regni eiꝰ aſcẽdit baaſa rex
Iſrl' in iudaã: ⁊ muro circunda-
bat rhama: vt nullus tute poſſet
egredi ⁊ ingredi de regno Aſa.
Protulit autem Aſa argentũ ⁊ aurũ de theſau-
ris domus dñi: ⁊ de theſauris regis: miſitq̃ ad
Benadab regem Syrie qui habitabat in dama
ſco: dicẽs: Fedus inter me ⁊ te eſt: Pater q̃ meꝰ ⁊
pater tuus habuere cõcordiam φ obrem miſi tibi
argẽtum ⁊ aurum: vt rupto federe quod habes
cum Baaſa rege Iſrael: facias eum a me recede-
re. Quo cõperto benadab: miſit pncipes exerci- B
tuum ſuoꝝ ad vrbes Iſrl': qui percuſſerũt ahion
⁊ dan ⁊ abelmaim ⁊ vniuerſas vrbes neptalim mu
ratas. Quod cũ audiſſet baaſa deſijt edificare rha-
ma: ⁊ intermiſit opus ſuũ. Porro aſa rex aſſum-
pſit vniuerſum iudã: ⁊ tulerũt lapides de rhama
⁊ ligna que edificatiõi preparauerat baaſa: edifi-
cauitq̃ ex eis gabaa ⁊ maſpha. In tpe illo venit C
Anan propheta ad Aſam regem iuda: ⁊ dixit ei.
Quia habuiſti fiduciã in rege Syrie: ⁊ nõ in dño
deo tuo: idcirco euaſit ſyrie regis exercitꝰ de ma-
nu tua. Nõne ethiopes ⁊ libyes mltoplures erãt
quadrigis ⁊ equitibus ⁊ mltitudine nimia: quos ij. Machab.
cum dño credidiſſes: tradidit in manu tua? Ocu ix. a.
li eñ domini cõtemplant vniuerſã terrã: ⁊ pre
bent fortitudinẽ his qui corde perfecto credunt
in eum. Stulte igit egiſti: ⁊ ppter hoc etiã pſen- j. Re. xix. c
ti tpe aduerſum te bella conſurgũt. Iratuſq̃ aſa D
aduerſus videntẽ iuſſit eũ mitti in neruum. Val
de quippe ſup hoc fuerat dñs indignatꝰ ⁊ inter-
fecit de populo in tpe illo plurimos. Opa autem iij. re. xv. c
aſa prima ⁊ nouiſſima ſcripta ſunt in libro regum
iuda ⁊ Iſrl'. Egrotauit etiã aſa anno triceſimo re
gni ſui dolore pedũ vehemẽtiſſimo: ⁊ nec in infir-
mitate ſua queſiuit dominũ: ſed magis in medi-
corum arte cõfiſus eſt. Dormiuitq̃ cum prĩbus
ſuis. Et mortuꝰ eſt anno quadrageſimoprimo re
gni ſui: ⁊ ſepelierunt eũ in ſepulchro ſuo quod fo
derat ſibi in ciuitate dauid. Poſueruntq̃ eũ ſup
lectum ſuum pleuũ aromatibus ⁊ vnguẽtis me-
retricijs: que erant pigmentarioꝝ arte cõfecta:
⁊ cõbuſſerunt ſuper eũ ambitione nimia.

Ca. Sũ. De regno Ioſaphat: ⁊ qualiter miſit doctores: ⁊ de diuitijs eius: ⁊ principibus ⁊ numero bellatorum eius. Capitlm. xvij.

Egnauit autem Io- A
ſaphat filius eius pro eo: et in-
ualuit contra Iſrael. Conſti-
tuitq̃ militum numeros in cun-
ctis vrbibus iuda: que erant val-
late muris. Preſidiaq̃ diſpoſuit in terra Iu-
da et in ciuitatibus Ephraim quas ceperat Aſa
pater eius. Et fuit dominus cum Ioſaphat:
quia ambulauit in vijs dauid patris ſui primis:
et non ſperauit in baalim: ſed in deo patris ſui:
et perrexit in preceptis illius et non iuxta pecca
ta Iſrael. Confirmauitq̃ dominus regnum in
manu eius et dedit omnis iuda munera Ioſa-
phat: factęq̃ ſunt ei infinite diuitie: et multa B
gloria. Cumq̃ ſumpſiſſet cor eius audaciã pro
pter vias domini etiam excelſa et lucos de Iuda
abſtulit. Tertio autem anno regni ſui miſit de
principibus ſuis Benail et Abdiam ⁊ Zachariã
et Nathanael et Micheam: vt docerent in ciui
tatibus Iuda: et cum eis leuites Semeiam
et Nathaniam et Zabadiam Aſahel quoq̃ et
Semiramoth et Ionathan Adoniamq̃ et To-
biam et Thobadoniam leuites: ⁊ cum eis Eliſa-

ma et Joram ſacerdotes: docebantqꝫ populum in Juda: habentes librum legis domini: ꝛ circuibant cunctas vrbes Juda: atqꝫ erudiebãt pplꝫm.
C Itaqꝫ factus eſt pauor domini ſuper omnia regna tarrarum que erãt per gyrum Juda nec audebant bellare contra Joſaphat. Sed et Philiſtei Joſaphat munera deferebant et vectigal argenti. Arabes quoqꝫ adducebant pecora arietum ſeptem milia ſerptingentos et hircos totidem. Creuit ergo Joſaphat et magnificatus eſt vſqꝫ in ſublime: atqꝫ edificauit in Juda domos ad inſtar turrium: vrbeſqꝫ muratas ꝛ multa opera parauit in vrbibus Juda. Uiri quoqꝫ bellatores et robuſti erant in Hieruſalem: quorum iſte
D numerus per domos atqꝫ familias ſingulorum. Jn iuda princeps exercitus Ednas dux: et cum eo robuſtiſſimi viri: trecenta milia. Poſt hunc Joannã princeps: et cum eo ducenta octoginta milia. Poſt illum quoqꝫ Amaſias filius Zechri: conſecratus domino: et cum eo ducenta milia virorum fortium. Hunc ſequebatur Robuſtus ad prelia Eliada: et cum eo tenentium arcuꝫ et clypeum ducenta milia. Poſt iſtum etiã Jozabad: et cum eo cẽtuꝫ octoginta milia expeditorũ militũ. Hi oẽs erant ad manũ regis: exceptis alijs: q̃s poſuerat in vrbib⁹ muratis ꝛ in vniuerſa iuda.

C Capituli Summarium. C Deſcendit Joſapath ad Achab: qui inſimul aſcẽderunt ad bellum in Ramoth Galaad: de mendacijs falſorum prophetarum: et de prophetia Michee ad maxillã ꝑcuſſi: de morte achab incarcerat micheas.

Capitulum. xviij.

A iij. reg. xxij.

Uit ergo Joſaphat diues ꝛ inclit⁹ multũ ꝛ affinitate cõiunctus eſt achab: deſcenditqꝫ poſt duos annos ad eum in ſamariã. Ad cuius aduentũ mactauit Achab arietes ꝛ boues plurimos ipſi et pplꝫo qui venerat cum eo: ꝑſuaſitqꝫ illi vt aſcẽderet in ramoth galaad. Dixitqꝫ achab rex iſrael ad ioſaphat regẽ iuda: Ueni mecũ in ramoth galaad. Cui ille reſpõdit: Ut ego et tu ſicut pplꝫs tuus: ſic ꝛ pplꝫs meus: tecũqꝫ erimus in bello. Dixitqꝫ Joſaphat ad regem Jſrael: Conſule obſecro impreſentiarum ſermonẽ dñi. Congregauit igitur rex iſrael prophetarum quadringentos viros: et
B dixit ad eos: Jn ramoth galaad ad bellandũ ire debemus an quieſcere: At illi aſcendite inquiũt: et tradet eos deus in manu regis. Dixitqꝫ Joſaphat: Nunquid non eſt hic prophetes domini vt ab illo etiam inquiramus: Et ait rex iſrael ad ioſaphat: Eſt vir vnus a quo poſſumus querere domini volũtatẽ: ſed ego odi eũ: q: nõ ꝓphetat mihi bonũ: ſed malũ oĩ tpe. eſt aũt micheas fili⁹ Jemla. dixitqꝫ ei Joſaphat. Ne loq̃ris rex hoc modo. Uocauit ergo rex iſrael vnũ de eunuchis: et dixit ei. Uoca cito Micheaꝫ filiuꝫ Jẽla. Porro rex Jſrael et Joſaphat rex Juda vterqꝫ ſedebãt in ſolio ſuo veſtiti cultu regio. Sedebant autẽ in area iuxta portam Samarie: omneſqꝫ prophete vaticinabantur coram eis. Sedechias vo filius Chanana fecit ſibi cornua ferrea ꝛ ait. Hec dicit dominus. His ventilabis ſyriaꝫ donec conteres eam. Omneſqꝫ prophete ſimiliter ꝓphetabant atqꝫ dicebant. Aſcẽde in Ramoth Galaad ꝛ proſperaberis: ꝛ tradet eos domin⁹ in manu regis. Nuncius autẽ qui ierat ad vocãdum Micheaꝫ ait illi. En verba omnium prophetarum vno ore bona regi annunciant. Queſo ergo te vt et ſmo tuus ab eis non diſſentiat: loqueriſqꝫ proſpera. Cui reſpõdit micheas. Uiuit domin⁹. q: quod cunqꝫ dixerit mihi deus me⁹ hoc loquar. Uenit ergo ad regem. Cui rex ait. Michea ire debem⁹ in Ramoth Galaad ad bellandum: an quieſcere. D
Cui ille reſpondit. Aſcendite cuncta enim ꝓſpera euenient ꝛ tradentur hoſtes in manus vr̃as. iij. re. xxij. c
Dixitqꝫ rex. Jterum atqꝫ iterũ te adiuro vt mihi non loqueris niſi qꝺ verum eſt in nomine domini. At ille ait vidi vniuerſum Jſrael diſperſuꝫ in montibus ſicut oues abſqꝫ paſtore. Et dixit dominus. Non habent iſti dominos: reuertatur vnuſquiſqꝫ in domum ſuã, in pace. Et ait rex Jſrael ad Joſaphat. Nonne dixi tibi ꝙ non prophetaret iſte mihi quicq̃ boni: ſed ea que mala ſunt. At ille idcirco ait. Audite verbum domini. Uidi dominum ſedentem in ſolio ſuo: et oẽm exercitum celi aſſiſtentẽ ei a dextris ꝛ a ſiniſtris E
Et dixit dominus. Quis decipiet Acham regẽ Jſrael vt aſcendat ꝛ corruat in Ramoth Galaad. iij. reg. xxij. d.
Cũqꝫ diceret vn⁹ hoc modo ꝛ alter alio ꝓceſſit ſpiritus. et ſtetit coram domino ꝛ ait. Ego decipiam eum. Cui dominus. Jn quo inquit decipies. At ille reſpõdit. Egrediar ꝛ ero ſpirit⁹ mẽdax in ore omnium ꝓphetarũ eius. Dixitqꝫ domin⁹. Decipies ꝛ preualebis: egredere ꝛ fac ita. F
Nunc igitur ecce dominus dedit ſpiritum mendacij in ore omnium prophetarum tuorum. ꝛ dominus locutus eſt de te mala. Acceſſit aũt Sedechias filius chanane: ꝛ ꝑcuſſit michee maxillã et ait. Per quã viam tranſiuit ſpirit⁹ domini a me vt loqueret̃ tibi. Dixitqꝫ micheas. Tu ipſe videbis in die illo: quando ingreſſus fueris cubiculũ de cubiculo vt abſcõdaris. Precepit autem rex Jſrael dicens. Tollite Micheam ꝛ ducite eum ad Amon ꝑncipeꝫ ciuitatis ꝛ ad ioas filiũ amalech ꝛ dicetis. Hec dicit rex. Mittite hunc in carcerem ꝛ date ei panis modicum ꝛ aque pauxillum. donec reuertar in pace. Dixitqꝫ Micheas. Si reuerſus fueris in pace non eſt dominus locutus in me. Et ait. audite omnes populi. Jgitur aſcenderunt rex Jrael et Joſaphat rex Juda in Ramoth Galaad. Dixitqꝫ rex Jſrael ad ioſaphat. Mutabo habitũ: ꝛ ſic ad pugnã vadã: tu aũt induere veſtib⁹ tuis. Mutatoqꝫ rex iſrael habitu venit ad bellũ. Rex autẽ ſyrie preceperat ducibus equitatus ſui dicens. Ne pugnetis contra minimum aut contra maximũ niſi contra ſo- G

um regem Iſrael: itaqꝫ cum vidiſſent principes.
equitatus Ioſaphat dixerūt. Rex Iſrael eſt iſte
Et circumdederūt eum dimicantes. At ille cla-
mauit ad dominū et auxiliatus eſt ei: atqꝫ auer
tit eos ab illo: cum enim vidiſſent duces equita
tus ꝙ non eſſet rex Iſrael reliquerunt eum. Ac
cidit autem vt vnus e populo ſagittam in incer-
tum iaceret et percuteret regem Iſrael inter cer
uicem ⁊ ſcapulas. At ille aurige ſuo ait. Con-
uerte manum tuam et educ me de acie: ꝗ vulne
ratus ſum. Et finita eſt pugna in die illo. Por-
ro rex iſrl' ſtabat in curru ſuo cōtra Syros vſqꝫ
ad veſperam: ⁊ mortuus eſt occidente ſole.

¶ Capituli. Summarium. ¶ De correptōe Ioſaphat p̄ p̄phetam Hieu: de conſilio Ioſa-phat ad iudices. Capitulum. xix.

A R Euerſus eſt aūt Io-
ſaphat rex iuda in domum ſuā
pacifice in Hieruſalem. Cui oc
currit Hieu filius Anani vidēs
⁊ ait ad eum. Impio prebes au
xilium: ⁊ his qui oderunt dn̄m
amicitia iungeris ⁊ idcirco irā
quidem domini merebaris ſed bona opera inuē
ta ſunt in te: eo ꝙ abſtuleris lucos de terra iu-
da: ⁊ preparaueris cor tuum vt requireres domi
B num deum patrum tuorum. Habitauit ergo Io
ſaphat in Hieruſalem. Rurſumqꝫ egreſſus eſt
ad populum de berſabee vſqꝫ ad montem ephra
im: reuocauit eos ad dominum deum patrum
ſuorum: conſtituitqꝫ iudices terre in cunctis ci-
uitatibus iuda munitis per ſingula loca: ⁊ preci-
piens iudicibus videte ait quid faciatis. Non
enim hominis exercetis iudicium ſed domini: ⁊
quodcunqꝫ iudicaueritis in vos redundabit.
C Sit timor domini vobiſcum: et cum diligentia
Ro. ij. b. cuncta facite. Non eſt enim apud dominum de-
Actu. x. f. um noſtrum iniquitas nec perſonarū acceptio:
nec cupido munerum. In Hieruſalem quoqꝫ
conſtituit Ioſaphat leuitas ⁊ ſacerdotes ⁊ prin
cipes familiarum ex Iſrael vt iudiciū et cauſā
domini iudicarēt habitatoribus eius precepitqꝫ
eis dicens. Sic agetis in timore domini fideli-
ter et corde perfecto. Omnem cauſam que ve-
nerit ad vos fratrum veſtrorum qui habitant in
vrbibus ſuis inter cognationem et cognationē
vbicunqꝫ queſtio eſt de lege de mandato de ceri-
monijs de iuſtificationibus oſtendite eis vt non
D peccent in dominum et ne veniat ira dei ſuper
vos et ſuper fratres veſtros. Sic ergo agentes
non peccabitis. Amarias autem ſacerdos ⁊ pō-
tifex veſter in his que ad deum pertinent preſi-
debit. Porro Zabadias filius Iſmael qui eſt
dux in domo iuda ſuper ea opera erit que ad re-
gis officium pertinent. Habetiſqꝫ magiſtros le-
uitas coram vobis confortamini ⁊ agite diligen
ter: et erit dominus vobiſcum in bonis.

¶ Capituli. Summa. ¶ De filijs Ammon et Moab ⁊ Seir cōtra Ioſaphat: congregatis: de oratione Iazihel prophete: de hoſtibus Ioſa-phat ceſis mutuo: de correptione Ioſaphat pro inito federe cum Ochozia rege Iſrael facta per Elíezer. Capitulum. xx.

P Oſt hec congregati A
ſunt filij moab ⁊ filij Ammon:
⁊ cum eis de ammonitis ad io
ſaphat: vt pugnarent contra
eum. Veneruntqꝫ nuncij: ⁊ in
dicauerunt Ioſaphat: dicen-
tes: Venit contra te multitu-
do magna de his locis: que trans mare ſunt ⁊ de
Syria: ⁊ ecce conſiſtunt in aſaſonthamar: que eſt
engaddi. Ioſaphat autem timore perterritus:
totum ſe contulit ad rogandum dominū: ⁊ p̄di-
cauit ieiunium vniuerſo iuda. Cōgregatuſqꝫ eſt
Iudas ad deprecandū dominū: ſed ⁊ oēs de vr-
bibus ſuis venerūt ad obſecrandū eū. Cūqꝫ ſte-
tiſſet Ioſaphat in medio cetu iude ⁊ Hierl'm in B
domo dn̄i ante atriū nouū: ait. Dn̄e deus prꝫ
noſtrorum: tu es deus in celo: ⁊ dominaris cun-
ctis regnis gentium. In manu tua eſt fortitudo
⁊ potentia: nec quiſq̄ tibi poteſt reſiſtere. Non
ne tu deus noſter interfeciſti om̄es habitatores
terre huius corā populo tuo iſrl': ⁊ dediſti eam ſe
mini abraam amici tui in ſempiternum. Habita-
ueruntqꝫ in ea: ⁊ extruxerunt in illa ſanctuariū
nomini tuo dicentes: Si irruerint ſuper nos ma
la: gladius iudicij: peſtilentia: ⁊ fames: ſtabimus
coram domo hac in conſpectu tuo in qua inuo-
catum eſt nomen tuum: ⁊ clamabimus ad te in
tribulatiōibus noſtris: ⁊ exaudies nos: ſaluoſqꝫ
facies. Nunc igitur ecce filij Ammon ⁊ Moab et
mons Seir: per quos non cōceſſiſti filijs Iſrael:
vt tranſirent quando egrediebantur de egypto: C
ſed declinauerunt ab eis: ⁊ nō interfecerūt illos.
E contrario agunt ⁊ enitūtur eijcere nos de poſ
ſeſſione quā tradidiſti nobis deus noſter. Ergo
non iudicabis eos? In nobis quidem non eſt tā-
ta fortitudo: vt poſſimus huic mlt'itudini reſiſte
re: que irruit ſuper nos. Sed cum ignoremus q̇d
agere debeamus: hoc ſolū habem⁹ reſidui vt ocu
los noſtros dirigamus ad te. Omnis vero iuda
ſtabat coram domino cum paruulis ⁊ vxoribus ⁊
liberis ſuis. Erat autē Iazihel filius Zacharie:
filius Banaie filij Iehihel: filij Mathanie: leui-
tes de filijs Aſaph ſuper quem factus eſt ſpirit⁹
domini in medio turbe: ⁊ ait: Attendite omnis D
iuda: et qui habitatis in hieruſalem ⁊ tu rex io-
ſaphat. Hec dicit dominus vobis. Nolite time-
re nec paueatis hanc multitudinem. Non eſt eñ
veſtra pugna ſed dei. Cras deſcendetis contra
eos. Aſcenſuri enim ſunt per cliuū nomine ſeis:
⁊ inuenietis illos in ſummitate torrentis qui eſt
contra ſolitudinē hieruhel. Nō eñ eritis vos qui
dimicabitis: ſed tantūmodo confidenter ſtate:
⁊ videbitis auxilium domini ſuper vos. O iuda

⁊ hierl'm: nolite timere nec paueatis. Cras egre
diemini contra eos: ⁊ dominus erit vobiſcum.
Joſaphat ergo ⁊ iuda ⁊ omnes habitatores hie-
ruſalem ceciderunt proni in terram coram domi
no ⁊ adorauerunt eum. Porro leuite de filijs
Caath: ⁊ de filijs chore laudabant dominum deū
Jſrael voce magna in excelſum. Cūqꝫ mane ſur-
rexiſſent: egreſſi ſunt per deſertum thecue: pfe-
E ctiſqꝫ eis: ſtans ioſaphat in medio eorum: dixit:
Audite me viri iuda: ⁊ omnes habitatores hieru-
ſalem. Credite in domino deo veſtro: ⁊ ſecuri eri
tis: credite ꝓphetis eius: ⁊ cuncta euenient ꝓſpe
ra. Deditqꝫ conſilium populo: ⁊ ſtatuit cātores
domini: vt laudarent eum in turmis ſuis: ⁊ ante-
Re.xxxv. cederent exercitum: ac voce conſona dicerēt. Cō
fitemini domino q̄m bonus quoniam in eternū
miſericordia eius. Cumqꝫ cepiſſent laudes cane
re vertit dominus inſidias eorū in ſemetipſos:
filiorum ſcilicet Ammon ⁊ moab ⁊ montis ſeir:
qui egreſſi fuerāt: vt pugnarēt cōtra iudā: ⁊ per
cuſſi ſunt. Namqꝫ filij ammon ⁊ moab cōſurrexe
runt aduerſum habitatores montis Seir: vt in-
terficerent ⁊ delerent eos. Cumqꝫ hoc opere per
petraſſent: etiam in ſemetipſos verſi mutuis ſe
concidere vulneribus. Porro iudas cū veniſſet
ad ſpeluncā que reſpicit ſolitudinem: vidit ꝓcul
omnem late regionē plenā cadaueribus: nec ſu-
F pereſſe quemq̄: qui necē potuiſſet euadere. Ve-
nit ergo ioſaphat ⁊ oīs populus cū eo ad detra
henda ſpolia mortuorum: inueniuntqꝫ inter ca-
dauera variam ſuppellectilē: veſtes quoqꝫ ⁊ vaſa
precioſiſſima: ⁊ diripuerunt: ita vt omnia porta
re non poſſent: nec per tres dies ſpolia auferre
pre prede magnitudine. Die autem quarto con
gregati ſunt in valle benedictionis. Etenim q̄m
ibi benedixerunt domino: vocauerunt locum il-
lum vallis benedictionis vſqꝫ in preſentem diē.
Reuerſuſqꝫ eſt omnis vir iuda ⁊ habitatores hie
ruſalem ⁊ ioſaphat ante eos in hieruſalem cū le
ticia magna: eo ꝙ dediſſet eis dominus gaudiū
de inimicis ſuis. Jngreſſiqꝫ ſunt in Hieruſalem
cum pſalterijs ⁊ citharis ⁊ tubis in domum dn̄i.
Jrruit autē pauor dn̄i ſuper vniuerſa regna ter
rarum: cum audiſſent ꝙ pugnaſſet dominus con
tra inimicos Jſrael. Quieuitqꝫ regnum Joſa-
phat: ⁊ prebuit ei dominus pacem per circuitu-
tum. Regnauit igitur Joſaphat ſuper iudam: et
G erat trigintaquinqꝫ annorum cum regnare ce-
piſſet. Viginti autem ⁊ quinqꝫ annis regnauit in
hieruſalem: et nomen matris eius Azuba filia ſe
lachi. Et ambulauit in via patris ſui Aza nec de
clinauit ab ea: faciens que placita erant corā do-
mino. Veruntamen excelſa non abſtulit: ⁊ adhuc
populus non direxerat cor ſuum ad dominum
deum patrum ſuorum. Reliqua autem geſtorum
Joſaphat priorum ⁊ nouiſſimorum: ſcripta ſunt
in verbis hieu: filij Anani: que digeſſit in libro re
gum Jſrael. Poſt hec init amicitias Joſaphat
rex iuda cum Ochozia rege Jſrael: cuius opera
fuerunt impiiſſima: et partipes fuit: vt facerent
naues que irent in Tharſis: feceruntqꝫ claſſem in

aſiongaber. Prophetauit autem Eliezer filius
Dodan de Mareſa ad Joſaphat: dicens. Quia
habuiſti fedus cum Ochozia percuſſit dominus
opera tua contriteqꝫ ſunt naues nec potue-
runt ire in Tharſis.

Ca. Sum. De morte Joſaphat: ⁊ regno
Joram qui occidit ſex frēs ſuos: ⁊ ambulauit in
vijs Achab de litteris Helie ad eū miſſis in qui-
bus erat ſcriptū quali morte moreretur ipſe Jo-
ram ⁊ de eius longa tabe. Capitulum.xxj.

Dormiuit autem Jo a
ſaphat cū prībus ſuis: ⁊ ſepul-
tus eſt cū eis in ciuitate dauid:
regnauitqꝫ iorā fili⁹ ei⁹ pro eo.
Q̇ habuit frēs filios Joſaphat
Azariā ⁊ Jahihel ⁊ Zachariā ⁊
Azariā ⁊ Michael ⁊ Saphatiā
Oēs hi filij ioſaphat regis iuda. Deditqꝫ eis prī
ſuus mlta munera argēti ⁊ auri ⁊ pēſatiōes cum
ciuitatibus mūitiſſimis in iuda. Regnū aūt tra-
didit ioram: eo ꝙ eſſet ꝓmogenitus. Surrexit au
tē iorā ſuꝑ regnū prīs ſui. Cūqꝫ ſe cōfirmaſſet oc
cidit oēs fratres ſuos gladio ⁊ quoſdā de ꝓncipi iiij. Regum
bus iuda. Trigintaduorum annoꝝ erat iorā cum viij.c.
regnare cepiſſet: ⁊ octo annis regnauit in Hieru B
ſalem: ambulauitqꝫ in vijs regū iſrael ſicut ege-
rat domus Achab: filia q̇ppe achab erat vxor ei⁹
Et fecit malū in cōſpectu dn̄i. Noluit aūt dn̄s di
ſperdere domum dauid ꝓpter pactū qḋ inierat
cum eo: ⁊ q: ꝓmiſerat vt daret ei lucernam: ⁊ fi-
lijs eius in omni tp̄e. Jn diebus illis rebellauit
Edom ne eſſet ſubditus iude: ⁊ conſtituit ſibi re
gem. Cūqꝫ tranſiret ioram cum ꝓncipibus ſuis
⁊ cuncto equitatu qui erat ſecū: ſurrexit nocte ⁊
percuſſit Edom: q̇ ſe circundederat ⁊ oēs duces
equitatus eius. Attamen rebellauit Edom ne eſ
ſet ſub ditione iuda vſqꝫ ad hanc diem. Eo tem- C
pore ⁊ lobna receſſit ne eſſet ſub manu illius. De
reliquerat em̄ dn̄m deū patrū ſuoꝝ: inſuper ⁊ ex
celſa fabricatus eſt in vrbibus iuda: ⁊ fornicari fe
cit habitatores hierl'm ⁊ preuaricari iudam. Alla
te ſunt autē ei littere ab Helia propheta in quj
bus ſcriptū erat. Hec dicit dn̄s deus dauid prīs
tui: quoniam nō ambulaſti in vijs ioſaphat prīs
tui: ⁊ in vijs Aſa regis iuda ſed inceſſiſti per iter
regum Jſrael: ⁊ fornicari fecit iudam ⁊ habitato
res hierl'm imitatus fornicationē domus achab:
inſuper ⁊ fratres tuos domum patris tui melio
res te occidiſti: ecce dominus percutiet te plaga
magna cū populo tuo ⁊ filijs ⁊ vxoribus tuis:
vniuerſaqꝫ ſubſtantia tua. Tu autem egrotabis
peſſimo languore vteri donec egrediantur vita- D
lia tua paulatim per ſingulos dies. Suſcitauit ḡ
dn̄s ioram contra ſpiritum philiſtinoꝝ ⁊ arabū
qui cōfines ſunt ethiopibus ⁊ aſcenderunt in ter
ram iuda ⁊ vaſtauerunt eam. Diripuerunt cun
ctam ſubſtantiam que inuenta eſt in domo regis
inſuper et filios eius et vxores. Nec remāſit ei

filiꝰ nisi Joachaz qui minimus natu erat et ſup
hec omnia percuſſit eū dn̄s alui languore inſana
bili. Cumq; diei ſuccederet dies ⁊ temporum ſpa
cia voluerentur duoꝝ annoꝝ expletus eſt circulꝰ
et ſic longa cōſumptꝰ eſt tabe ita vt egereret etiā
viſcera ſua lāguore pariter ⁊ vita caruit. Mortuuſq;
eſt in infirmitate peſſima ⁊ non fecit ei ppl's ſecū
duꝫ morem combuſtionis exequias: ſicut fecerat
maioribus eius. Trigintaduorum annorum fuit
cū regnare cepiſſet: ⁊ octo annis regnauit in hie
ruſalem. ambulauitq; non recte: et ſepelierunt
eū in ciuitate dauid verūtn̄ nō in ſepulchro regū.

**Capi. Sūma. De regno Ochozie et qua
liter ipſe et Joraz rex Iſrael occiſi ſunt a Hieu:
de regno Athalie qualiter occidit omne ſemen re
gium: ⁊ de Joas abſcondito. Capitulū. xxij.**

a

Onſtituerunt autem
habitatores hieruſalem Ocho
ziam filium eius minimū regeꝫ
pro eo. Omnes enim maiores
natu qui ante eum fuerant in-
terfecerunt latrones Arabum
q̇ irruerāt in caſtra: regnauitq;
Ochozias filius Joram regis iuda. Quadragin
B ta duorum annorum erat Ochozias cū regnare
cepiſſet ⁊ vno anno regnauit in Hieruſalem: et
nomen matris eius Athalia filia Emri. Sed et
ipſe ingreſſus eſt per vias domus Achab. Ma-
ter enim eius impulit euꝫ vt impie ageret. Fecit
igitur malum in conſpectu domini ſicut domus
Achab. Ipſi enim fuerunt ei cōciliarij poſt mor-
tem patris ſui in interitum eius ambulauitq;
in conſilijs eorum. Et perrexit cum Joram filio
Achab rege Iſrael in bellum cōtra Azahel regē
Syrie in Ramoth Galaad vulneraueruntq; Sy
ri Jorā. Qui reuerſus eſt vt curaret in Jezrahel
Multas enim plagas acceperat in ſupradicto
certamine. Igitur Azarias filius Joram rex iu-
da deſcendit vt inuiſeret Joraꝫ filium Achab in
Jezahel egrotante. Voluntatis quippe fuit dei
C aduerſus Ochoſiam vt veniret ad Joram. ⁊ cum
veniſſet et egrederetur cum eo aduerſum Hieu
filium Namſi queꝫ vnxit dominus vt deleret do
mum Achab. Cum ergo euerteret Hieu domum
D Achab inuenit principes Juda ⁊ filios fratrum
Ochozie qui miniſtrabant ei et interfecit illos.
iiij. re. ix. a. Ipſum quoq; perquirens Ochoziaꝫ comprehē
dit latentem in Samaria adductumq; ad ſe occi
dit et ſepelierunt eum eo: eo ꝙ eſſet filius Joſa
phat qui queſierat dominum in toto corde ſuo.
Nec erat vltra ſpes aliqua vt de ſtirpe quis re-
gnaret Ochozie. Si quidem Athalia mater eius
videns ꝙ mortuus eſſet filius ſuus ſurrexit et in
terfecit oēm ſtirpē regiā domus Joraꝫ. Porro
iozabeth filia regis tulit ioas filiū ochozie ⁊ fura
ta eſt ⁊ de medio filioꝝ regis cū īterficerētur ab-
ſcōditq; eū cuꝫ nutrice ſua in cubiculo lectuloꝝ.
Jozabeth aūt q̄ abſcōderat eum erat filia regis
Joranā vxor Jozade pōtificis ſoror ochozie: ⁊ id
circo athalia nō interfecit eū. Fuit ergo cū eis in
domo dei abſcōditꝰ ſex ānis q̇bus regnauit atha
lia ſuper terram.

**Capi. Sum. De Joiada q̄n̄o vnxit Jo-
as regem iuda; de occiſione athalie. Ca. xxiij.**

Anno autem ſeptimo a
cōfortatꝰ ioiada: aſſumpſit cen iiij. re. xj. a.
turiones: azariam videlꝫ Hie
roboam ⁊ Hiſmael filiū Johā
nam: Azariā quoq; filiū obed ⁊
maſiā filium adaie ⁊ Eliſaphat
filiū zechri: ⁊ inijt cum eis fedꝰ.
Qui circūeuntes iudam congregauerūt leuitas
de cunctis vrbibus iuda: ⁊ principes familiarum
iſrael: veneruntq; ī hieruſalē. Inijt ergo oīs mul
titudo pactū ī domo dn̄i cū rege. Dixitq; ad eos
ioiada. Ecce filiꝰ regis regnabit ſicut locutꝰ eſt
dn̄s ſuꝑ filios dauid. Iſte eſt ergo ſmo quē fa-
cietis. Tertia ꝑs veſtrū qui veniunt ad ſabbatuꝫ
ſacerdotū ⁊ leuitaꝝ ⁊ ianitoꝝ erit in portis. Ter B
tia vo ꝑs ad domū regis ⁊ tertia ad portaꝫ que
appellat fundamēti. Omne vo reliquuꝫ vulgus
ſit in atrijs domus dn̄i: nec quiſpiā aliꝰ ingredia
tur domū dn̄i: niſi ſacerdotes ⁊ qui miniſtrāt de
leuitis. Ipſi tm̄modo ingrediantur: q: ſctificati
ſunt: ⁊ omne reliquuꝫ vulgus obſuet cuſtodias
dn̄i. Leuite aūt circūdēt regē hn̄tes ſinguli ar-
ma ſua. Et ſi q̇s alius ingreſſus fuerit tēplū: in- iiij.
terficiat: ſintq; cū rege ⁊ intrāte ⁊ egrediēte. Fe
cerūt g̊ leuite: ⁊ vniuerſus iuda iuxta oīa q̄ pre-
ceperat ioiada pōtifex. Et aſſumpſerunt ſinguli vi
ros qui ſub ſe erant: ⁊ veniebant ꝑ ordinem ſab
bati cū his qui iam impleuerant ſabbatū: ⁊ egreſ
ſuri erant. Siquidem Joiada pōtifex non dimi
ſerat abire turmas: que ſibi per ſingulas ebdo- C
madas ſuccedere conſueuerant. Deditq; Jo-
iada ſacerdos centurionibus lanceas: clypeoſq;
et peltas regis Dauid: quas cōſecrauerat in do
mo domini. Conſtituitq; omnem populū tenē-
tium pugiones a parte tēpli dextra vſq; ad par
tem templi ſiniſtram coram altari ⁊ templo per
circuitum regis: ⁊ eduxerunt filium regis et im-
poſuerunt ei diadema ⁊ teſtimoniuꝫ: dederūtq;
in manu eius tenendam legem et conſtituerunt
eum regem. Vnxit quoq; illum Joiada pōtifex
et filij eius: imprecatiq; ſunt ei atq; dixerūt. Vi
uat rex. Quod cum audiſſet athalia voceꝫ ſcilicet
currentium atq; laudantium regem: ingreſſa eſt
ad populum domini. Cumq; vidiſſet regem ſtan
tem ſuper gradum in introitu: et principes: tur-
maſq; circa eum omnemq; populum terre gau-
dentem atq; clangentē tubis et diuerſi generis
organis concinentem vocēq; laudantium: ſcidit
veſtimenta ſua et ait. Inſidie inſidie. Egreſſus
autem Joiada pontifex ad centuriones et prin-
cipes exercitus: dixit eis. Educite illam extra ſe
pta templi: et interficiatur foris gladio. Precet

piteꝫ ſacerdos:ne occideretur in domo domini.
Et impoſuerūt ceruicibus eius manus. Cumqꝫ
D intraſſet poꝛtam equoꝛum domus regis interfe-
iiij.reg.xj.a cerunt eam ibi. Pepigit autem Joiada fedus
inter ſe vniuerſumqꝫ populum ⁊ regem:vt eſſet
populus domini. Itaqꝫ ingreſſus eſt omnis po-
pulus domum baal ⁊ deſtruxerunt eam:⁊ altaria
ac ſimulacra illius confregerūt:mathā quoqꝫ ſa-
cerdotem baal interfecerunt ante aras. Conſti-
tuit autem Joiada pꝛepoſitos in domo domini
⁊ ſub manibus ſacerdotum ⁊ leuitarum:quos di-
ſtribuit Dauid in domo dn̄i:vt offerrēt holocau
ſta dn̄o ſicut ſcriptuꝫ eſt in lege moyſi:in gaudio
⁊ canticis iuxta diſpoſitioneꝫ dauid. Conſtituit
quoqꝫ ianitoꝛes in poꝛtis domus domi:vt nō in-
grederetur eam immundus in omni re. Aſſum-
pſitqꝫ centuriones ⁊ foꝛtiſſimos viros ac pꝛinci-
pes populi:⁊ omne vulgus terre:⁊ fecerunt de-
ſcendere regem de domo domini:⁊ introire per
medium poꝛte ſuperioꝛis in domum regis:⁊ col-
locauerunt eum in ſolio regali. Letatuſqꝫ eſt om
nis populus terre et vꝛbs quieuit. Poꝛro athā-
lia interfecta eſt gladio.

¶ Capi. Sum. ¶ De operibus Joas bonis ꝙdiu vixit Joiada:de moꝛte Joiada:de pctis Joas poſt moꝛtē Joiade:qualr̄ interfecit filium eius Zachariā:qualiter contra Joas inſurrexe-runt ſerui ſui:⁊ eū interfecerunt. Capl'ꝫ.xxiiij.

A
iiij.reg.xj.d

Eptem annoꝛū erat
Joas cum regnare cepiſſet:et
quadraginta ānis regnauit in
Hieruſalem. Nomen matris
eiꝰ Sebia de berſabee. Feciteꝫ
quod bonum eſt coꝛam domi-
no cunctis diebus Joiade ſa-
cerdotis. Accepit autem ei Joiada vxoꝛes duas:
e quibꝰ genuit filios ⁊ filias:poſtqꝫ placuit Joas
vt inſtauraret domum domi:cōgregauitqꝫ ſacer
dotes ⁊ leuitas:⁊ dixit eis. Egredimini ad ciui
tates iuda:⁊ colligite de vniuerſo Iſrael pecuniā
ad ſartatecta tēpli dei veſtri per ſingulos annos:
B feſtinatoqꝫ hoc facite. Poꝛro leuite egere negli
gentius. Vocauitqꝫ rex iuda Joiadaꝫ pꝛincipē:
et dixit ei. Quare tibi non fuit cure vt cogeres le
uitas inferre de iuda ⁊ de Hieruſalem pecuniaꝫ:
que conſtituta eſt a Moyſe ſeruo domini:vt in-
ferret eam omnis multitudo Iſrael in tabernacu
lum teſtimonij? Athalia em̄ impijſſima ⁊ filij eius
deſtruxerunt in domum dei:⁊ de vniuerſis que
ſanctificata fuerant in templo domini:oꝛnaue-
runt phanum baalim. Pꝛecepit ergo rex ⁊ fece-
runt arcam:poſueruntqꝫ eam iuxta poꝛtam do-
mini foꝛinſecus. Et pꝛedicatum eſt in iuda ⁊ hie
C ruſalem:vt deferrent ſinguli pꝛecium dn̄o:quod
conſtituit Moyſes ſeruus dei ſuper omnē Iſrl'
in deſerto. Letatiqꝫ ſunt cuncti pꝛincipes ⁊ oīs
populus:⁊ ingreſſi contulerunt in arcaꝫ domini
atqꝫ miſerunt ita vt impleret. Cūqꝫ tēpus eſſet
vt deferrent arcam coꝛam rege per manus leuita
rum(videbat enim multam pecuniā)ingredieba
tur ſcriba regis ⁊ quē pꝛimus ſacerdos cōſtitue-
rat:effundebātqꝫ pecuniā:que erat in arca. Poꝛ
ro arcam repoꝛtabant ad locum ſuum:ſicqꝫ facie
bant per ſingulos dies. Et congregata eſt infini
ta pecunia quam dederunt rex ⁊ Joiada his qui
pꝛeerant opibus domus dn̄i. At illi conducebant D
ex ea ceſoꝛes lapidum ⁊ artifices operum ſingu-
loꝛum vt inſtaurarēt domum dn̄i:fabꝛos ꝙ̄ ferri
⁊ eris vt quod cadere ceperat fulciret. Egerūtqꝫ
hi qui operabant̄ induſtrie ⁊ obducebatur parie
tum cicatrix per manus eoꝛum:ac ſuſcitauerunt
domum domini in ſtatum pꝛiſtinuꝫ:⁊ firmiter eā
ſtare fecerunt. Cumqꝫ compleſſent omnia opera
detulerunt coꝛam rege ⁊ Joiada reliquā partem
pecunie:de qua facta ſunt vaſa templi in miniſte
rium ⁊ ad holocauſta phialeqꝫ ⁊ cetera vaſa, au-
rea ⁊ argentea. Et offerebātur holocauſta in do
mo domini iugiter cunctis diebus Joiade. Se-
nuit autem Joiada plenus dieruꝫ ⁊ moꝛtuus eſt
cum eſſet centum triginta annoꝛuꝫ:ſepelierūtqꝫ E
eum in ciuitate dauid cum regibus:eo ꝙ feciſſet
bonum cum Iſrael ⁊ cū domo eius. Poſtꝙ̄ au-
tem obijt ioiada ingreſſi ſunt pꝛincipes iuda:et
adoꝛauerunt regem. Qui delinitus obſequijs eo
rum acquieuit eis. Et dereliquerunt templuꝫ do
mini dei patrum ſuoꝛum ſeruieruntqꝫ lucis ⁊ ſcul
ptilibus:et facta eſt ira domini contra iudam ⁊
Hieruſalem pꝛopter hoc peccatum:mittebatqꝫ Mat.xxiij.
eis pꝛophetas vt reuerterētur ad dominū quos d.
pꝛoteſtantes illi audire nolebant. Spiritus itaqꝫ
dei induit Zachariam filiū Joiade ſacerdotem:⁊ F
ſtetit in conſpectu populi ⁊ dixit eis. Hec dicit
dominus deus noſter. Quare trāſgredimini pꝛe-
ceptum domini quod vobis nō pꝛoderit ⁊ dereli
quiſtis dominum vt derelinqueret vos. Qui con-
gregati aduerſus euꝫ miſerunt lapides iuxta re
gis imperium in atrio domus domini. Et nō eſt
recoꝛdatus Joas rex miſericoꝛdie quam fecerat
Joiada pater illius ſecū ſed interfecit filiū eius.
Qui cū moꝛeret̄ ait. Videat dn̄s ⁊ reqrat. Cūqꝫ
euolutus eſſet annus aſcēdit cōtra eum exercitꝰ
ſyꝛie venitqꝫ in Judam ⁊ hierl'm ⁊ interfecit cun
ctos pꝛincipes populi:atqꝫ vniuerſam pꝛedā mi-
ſerunt regi in damaſcū. Et certe cū permodicus
veniſſet numerus ſyꝛioꝛum tradidit dn̄s in mani
bus eoꝛum infinitam multitudinē eo ꝙ dereliq̄ſ-
ſent dominum deum patrū ſuoꝛum:in Joas ꝙ̄
ignominioſa exercuere iudicia:⁊ abeuntes dimi
ſerunt eum in languoꝛibus magnis. Surrexerūt
autem cōtra eum ſerui ſui in vltionem ſanguinis
Zacharie filij Joiade ſacerdotis ⁊ occiderunt eū
in lectulo ſuo ⁊ moꝛtuus eſt:ſepelieruntqꝫ illum
in ciuitate Dauid ſed non in ſepulchꝛis regum.
Inſidiati vō ſunt ei Zabath:filius ſemath am-
monitidis et ioſaphat filius Semarith moabiti-
dis. Poꝛro filij eius ac ſumma pecunie que adu
nata fuerat ſub eo ⁊ inſtauratio domus dei ſcri-
pta ſunt diligentius in libꝛis regum. Regnauit
autem Amaſias filius eius pꝛo eo.

¶ Capituli. Summarium. ¶ De regno amasie: et de victoria eius contra Edom de captione eius ⁊ bello Joas contra regem Israel: de spoliatione Hierusalem ⁊ morte Amasie.

Capitulum. xxv.

a Vigintiquinqꝫ anno
rum erat Amasias cum regna
re cepisset: ⁊ vigintinoueꝫ an-
nis regnauit in Hierusalem.
Nomen matris eius ioiaden
de Hierusalem. Fecitqꝫ bonũ
in conspectu domini: veruntamen nõ in corde perfecto. Cumqꝫ roboratũ sibi
videret imperiuꝫ iugulauit seruos qui occiderãt
regem patreꝫ suum: sed filios eoꝝ non interfecit:
sicut scriptum est in libro legis moysi vbi p̃cepit
Deutero. dominus dicens. Non occidentur patres pro fi-
xxiiij. c. lijs neqꝫ filij pro prĩbꝰ suis: sed vnusquisqꝫ in suo
iiij. Regum peccato morietur. Cõgregauit igitur Amasias iu
xxiiij. c. dam ⁊ constituit eos per familias tribunosqꝫ et
B centuriones in vniuerso iuda ⁊ beniamin: ⁊ recẽ
suit a viginti annis ⁊ sursum: inuenitqꝫ triginta
milia iuuenum qui egrederentur ad pugnaꝫ ⁊ te-
nerent hastam ⁊ clypeum. Mercede quoqꝫ con-
duxit de israel centum milia robustorum centum
talentis argenti. Venit autem homo dei ad illũ
et ait: O rex ne egrediatur tecum exercitus Is-
rael. Non est enim dominus cum Israel ⁊ cun-
ctis filijs Ephraim. Quod si putas in robore ex-
C ercitus bella cõsistere superari te faciet deus ab
hostibus. Dei quippe est ⁊ adiuuare ⁊ in fugam
conuertere. Dixitqꝫ Amasias ad hominem dei.
Quid ergo fiet de centum talentis que dedi mili
tibus Israel? Et respondit ei homo dei. Habet
dominus vnde tibi dare possit multo his plura.
Separauit itaqꝫ amasias exercitum qui venerat
ad eum ex ephraim vt reuerteretur in locum suũ.
At illi contra iudã vehementer irati reuersi sunt
in regionem suam. Porro amasias confidenter
eduxit populum suum ⁊ abijt in vallem salinarũ:
percussitqꝫ filios Seir decẽ milia. Et alia decem
milia virorum ceperunt filij iuda: ⁊ adduxerunt
ad preruptum cuiusdam petre: precipitaueruntqꝫ
D eos de summo i preceps qui vniuersi crepuerũt.
At ille exercitus quem remiserat amasias ne secũ
iret ad prelium diffusus est in ciuitate iuda a Sa
maria vsqꝫ ad bethoron. ⁊ interfectis tribus mi-
libus diripuit predam magnam. Amasias vero
post cedem idumeorum ⁊ allatos deos filioꝝ seir
statuit illos in deos sibi ⁊ adorabat eos: ⁊ illis
adolebat incensum. Quamobrem iratus dominꝰ
E contra Amasiam misit ad illum prophetam qui
diceret ei. Cur adorasti deos qui non liberaue-
runt populum suum de manu tua. Cũqꝫ hec ille
loqueretur respondit ei. Num consiliarius regis
es. Quiesce ne interficiam te. Descendensqꝫ pro
pheta scio inquit ꝙ cogitauerit dominus occide
re te quia fecisti hoc malũ: ⁊ insuper nõ acquieui
sti cõsilio meo. Igitur Amasias rex iuda inito pes-
simo consilio misit ad Joas filiuꝫ Joachaz filij
Hieu regẽ Isrl' dicẽs. Veni videamꝰ nos mutuo
At ille remisit nuncios dicens. Carduus qui est
in libano misit ad cedrum libani dicens. Da filiã iiij. Regum
tuam filio meo vxorem. Et ecce bestie que erant xiiij. c.
in silua libani transierunt ⁊ conculcauerunt car-
duum. Dixisti percussi Edom: ⁊ idcirco erigitur
cor tuum in superbiam. Sede in domo tua. Cur
malum aduersum te prouocas vt cadas tu ⁊ iu-
das tecum. Noluit autem audire amasias: eo ꝙ F
dñi esset voluntas: vt traderetur in manus hostiuꝫ
ꝓpter deos edom. Ascendit igitur Joas rex Isrl' ⁊
mutuos sibi prebuere conspectus. Amasias autẽ
rex iuda erat in Bethsames iude. Corruitqꝫ iu-
das coraꝫ Isrl': ⁊ fugit in tabernacula sua. Por
ro Amasiam regem iuda filium Joas filij Joa-
chaꝫ cepit Joas rex israel in bethsames: ⁊ addu-
xit in Hierusalem: destruxitqꝫ murum eius a por
ta ephraim vsqꝫ ad portam anguli quadringẽtis G
cubitis. Omne quoqꝫ aurum et argentum ⁊ vni
uersa vasa que reppererat in domo dei: ⁊ apud
Obededon: in thesauris etiam domus regie: nec
non et filios obsidum reduxit in Samariaꝫ. Vi-
xit autem Amasias filius Joas rex iuda postꝙ̃
mortuus est Joas filius Joachaꝫ rex Israel qn
decim anis. Reliqua autem sermonum Amasie
priorum ⁊ nouissimorum scripta sunt in libro re-
gum iuda ⁊ Israel. Qui postꝙ̃ recessit a dño: te-
tenderunt ei insidias in Hierusalem. Cũqꝫ fuis-
set lachis: miserunt: ⁊ interfecerunt eũ ibi: repor-
tantesqꝫ super equos: sepelierũt eum cum patri
bus suis in ciuitate dauid.

¶ Capituli. Summarium. ¶ De Ozia rege Juda qui primo fecit quod rectum erat in oculis domini: sed roboratus in regno eleuatus est: ⁊ adoleuit incensum: quare lepra percussus est.

Capitulum. xxvj.

Omnis autem popu A iiij. Regum
lus Juda filium eius Oziaꝫ an iiij. c.
norum sedecim constituit regeꝫ
pro Amasia patre suo. Ipse edi
ficauit Ahilat: et restituit eam
ditioni Jude postꝙ̃ dormiuit
rex cum patribus suis. Sedeciꝫ
annorum erat Ozias cum regnare cepisset: ⁊ qn
quagintaduobus annis regnauit in Hierusalem
Nomen matris eius Hiezelia de Hierusalem.
Fecitqꝫ quod erat rectum in oculis domini iu-
xta omnia que fecerat Amasias pater eius: ⁊ ex-
quisiuit dominum in diebus Zacharie intelligen
tis et videntis deum. Cumqꝫ requireret domi-
num: direxerit eum in omnibus. Deniqꝫ egres-
sus est ⁊ pugnauit ꝯtra philisthijm ⁊ destruxit mu B
rum geth: ⁊ murum iamnie: murũqꝫ azoti. Edifi
cauit quoqꝫ oppida in azoto ⁊ in philisthijm ⁊ ad-
iuuit eum deus cõtra philisthijm ⁊ contra arabas
qui habitabant in gurbaal ⁊ cõtra ammonitas.
Appẽdebãtqꝫ ãmonite mũera Ozie ⁊ diuulgatũ

eſt nomen eius vſq; ad introitum egypti ꝓpter crebras victorias. Edificauitq; Ozias turres in hieruſalem ſuper portã anguli: ⁊ ſuper portã vallis: ⁊ reliquas i eodẽ muri latere: firmauitq; eas. Extruxitq; turres in ſolitudine: ⁊ effodit ciſternas plurimas: eo ꝙ haberet multa pecora tã in campeſtribus: ꝗ̃ i heremi vaſtitate. Uineas quoq; habuit ⁊ vinitores in montibus ⁊ in carmelo: erat quippe homo agriculture deditus. Fuit autem exercitus bellatorum eius qui procedebant ad prelia ſub manu hiehihel ſcribe: maaſieq; doctoris ⁊ ſub manu ananie qui erat de ducibus regis. Omniſq; numerus principum per familias ſuas virorum fortiũ duo milia ſexcenti: ⁊ ſub eis vniuerſus exercitus trecentorum ⁊ ſeptem miliũ quingentorum: qui erant apti ad bella et pro rege contra aduerſarios dimicabant. Preparauit
C quoq; eis Ozias: ideſt cuncto exercitui clypeos ⁊ haſtas ⁊ galeas ⁊ loricas: arcuſq; ⁊ fundas ad iaciendos lapides: ⁊ fecit in Hieruſalẽ diuerſi generis machinas quas in turribus collocauit: ⁊ in angulis murorum: vt mitterent ſagittas ⁊ ſaxa grandia. Egreſſumq; eſt nomen eius procul eo ꝙ auxiliaretur ei dominus ⁊ corroboraſſet illũ. Sed cum roboratus eſſet eleuatum eſt cor eius in interitum ſuum: et neglexit dominum deum ſuum: ingreſſuſq; eſt in templum domini adolere voluit incenſũ ſuper altare tymiamatis. Statimq; ingreſſus poſt eum Azarias ſacerdos: et cum eo ſacerdotes domini octoginta viri fortiſſimi: reſiſterunt regi atq; dixerunt. Non eſt tui officij Ozia vt adoleas incenſum domino: ſed ſa-
D cerdotum: hoc eſt filiorum Aaron qui conſecrati ſunt ad huiuſcemodi miniſterium. Egredere
iiij. Regum de ſanctuario: ne contempſeris: quia non reputa
v. 8. bitur tibi in gloriam hoc a domino deo. Iratuſq; Ozias et tenens in manu thuribulum vt ado
ij. q6. vij. c. leret incenſum: minabatur ſacerdotibus. Sta-
nos ſi incõ timq; orta eſt lepra in fronte eius coram ſacerdo
petenter. tibus in domo domini ſuper altare tymiamatis. Cumq; reſpexiſſet eum azarias pontifex et omnes reliqui ſacerdotes: viderunt lepram in fronte eius: et feſtinato expulerunt eum. Sed ⁊ ipſe perterritus accelerauit egredi: eo ꝙ ſenſiſſet ilico plagam domini. Fuit igitur Ozias rex leproſus vſq; ad diem mortis ſue ⁊ habitauit in domo ſeparata plenus lepra: ob quam eiectus fuerat de domo domini. Porro Ioathan filius eius rexit domum regis et iudicauit populũ terre. Reliqua autem ſermonum Ozie priorum ⁊ nouiſſimorum ſcripſit Eſaias filius Amos propheta. Dormiuitq; Ozias cum patribus ſuis: et ſepelierunt eum in agro regalium ſepulchrorum: eo ꝙ eſſet leproſus: regnauitq; Ioathan filius eius pro eo.

Capituli. Summarium. De Ioathan filio Ozie qui vicit regem filiorum Ammon: et de morte eius.

Capitulum. xxvij.

Igintiquinq; anno rum erat Ioathan cum regnare cepiſſet: ⁊ ſedecim annis regnauit in hieruſalem. Nomen matris eius Hieruſa filia Sadoch. Fecitq; quod rectũ erat corã dño iuxta oia que fecerat Ozias pater ſuus: excepto ꝙ nõ eſt ingreſſus tẽplum domini: ⁊ adhuc populus delinquebat. Ipſe edificauit portã domus dñi excelſam: ⁊ in muro ophel multa conſtruxit. Urbes quoq; edificauit in montibus iuda: ⁊ in ſaltibus caſtella ⁊ turres. Ipſe pugnauit cõtra regẽ filiorũ ammon: et vicit eum. Dederuntq; ei filij ammon in tempore illo centum talenta argenti: ⁊ decẽ milia choros tritici ac totidem choros hordei. Hec ei prebuerũt filij ammon in anno ſecũdo ⁊ tertio. Corroboratuſq; eſt Ioathan: eo ꝙ direxiſſet vias ſuas coram dño deo ſuo. Reliqua autẽ ſermonũ Ioathan ⁊ oẽs pugne eius ⁊ opera ſcripta ſunt in libro regum iſrael ⁊ iuda. Uigintiquinq; annorum erat cum regnare cepiſſet: ⁊ ſedecim annis regnauit in Hierl'm. Dormiuitq; Ioathan cum patribus ſuis: ⁊ ſepelierunt eum in ciuitate Dauid: ⁊ regnauit Achaz filius eius pro eo.

C.S. De regno Achaz regis Iude ⁊ ſceleribus eius que fecit ei filius Romelie rex Iſrael: de Obed propheta qui locutus eſt pro captiuis: de populatione terre a theglathphatafar rege Aſſyriorum: Achaz ſpoliata domo dñi ⁊ ꝑncipum dedit regi Aſſyriorum ⁊ nihil ei profuit: qui fecit victimas dijs damaſci ꝙ extruxit aras ⁊ fecit altaria in angulis hierl'z clauſa porta domus dñi: de morte ei⁹ cui ſucceſſit ezechias fili⁹ eius.

Capitulum. xxviij.

Iginti annorũ erat Achaz cum regnare cepiſſet: et ſedecim annis regnauit in hierl'z. Nõ fecit rectum in cõſpectu dñi ſicut dauid pater eius: ſed ambulauit in vijs regum Iſrael: inſuper ⁊ ſtatuas fudit Baalim. Ipſe eſt qui adoleuit incenſum in valle Beennon: ⁊ luſtrauit filios ſuos in igne iuxta ritum gentium quas interfecit dominus in aduentum filiorum Iſrael. Sacrificabat quoq; ⁊ tymiama ſuccendebat in excelſis ⁊ in collibus et ſub omni ligno frondoſo. Tradiditq; eum dñs deus eius in manu regis Syrie qui percuſſit eũ magnamq; predam cepit de eius imperio: ⁊ adduxit in damaſcũ. Manibus quoq; regis Iſrl' traditus eſt ⁊ percuſſus plaga grandi. Occiditq; phacee filius romelie de iuda centum viginti milia in die vno omnes viros bellatores: eo ꝙ reliquiſſent dñm deum patrum ſuorum. Eodẽ tempore occidit Zechri vir potens ex ephraim maaſiam filium regis: ⁊ Ezricam ducem domus eius helchanam quoq; ſecundũ a rege. Ceperuntq;

filij Iſrael de fratribus ſuis ducēta milia mulie-
rum pueroꝝ ⁊ puellarū ⁊ infinitā predā pertule-
runtqꝫ eam in ſamariā. Ea tēpeſtate, erat ibi pro
pheta domini noīe obed qui egreſſus obuiā exer
citui venīēti in Samariā: dixit eis. Ecce irat⁹ dñs
de⁹ patrū veſtroꝝ ꝯ iudā tradidit eos in manib⁹
veſtris: ⁊ occidiſtis eos atrociter: ita vt ad celuʒ
pertingeret veſtra crudelitas. Inſuper filios iu
dā ⁊ hierl'ʒ vultis vobis ſubijcere in ſeruos ⁊ an-
cillas: qḋ nequaqꝫ facto op⁹ eſt. Peccaſtis enim
ſuper hoc dño deo vr̄o. Sed audite cōſiliū meuʒ
⁊ reducite captiuos, quos adduxiſtis de fratrib⁹
veſtris: q: magn⁹ furor dñi imminet vobis. Ste-
terunt itaqꝫ viri de pncipibus filioꝝ Ephraim
Azarias filius Ioānaʒ: barachias filius moſolla
moth: ezechias filius ſellū: ⁊ amaſias filius hada
li cōtra eos qui veniebāt de prelio ⁊ dixerūt eis.
C Nō introducetis huc captiuos nec peccem⁹ do
mino. Quare vultis abijcere ſup peccata noſtra
⁊ vetera cumulare delicta. Grāde quippe pecca-
tum eſt ⁊ ira furoris dñi imminet ſup Iſrael. Di
miſeruntqꝫ viri Iſrael bellatores predā: ⁊ vniuer
ſa que ceperant corā pncipib⁹ ⁊ omni multitudi
ne: ſteteruntqꝫ viri quos ſupra memorauimus: ⁊
apprehēdētes captiuos oēs qui nudi erāt veſtie-
runt de ſpolijs. Cūqꝫ veſtiſſent eos ⁊ calciaſſent:
⁊ refeciſſent cibo ac potu: vnxiſſentqꝫ ppter labo
rem ⁊ adhibuiſſent eis curam: quicūqꝫ ambulare
nō poterāt ⁊ erāt imbecillo corpe impoſuerunt
eos iumētis: ⁊ adduxerūt eos hiericho ciuitateʒ
palmarū ad fratres eoꝝ: ipſiqꝫ reuerſi ſunt in ſa-
mariam. Tpe illo miſit rex achaʒ ad regē aſſyrio
rum poſtulās auxiliū. Veneruntqꝫ idumei ⁊ per
cuſſerunt multos ex iuda: ⁊ ceperūt predam ma-
gnam. Philiſthijm qꝫ diffuſi ſunt per vrbes cāpe-
ſtres ⁊ ad meridiem iuda: ceperūtqꝫ bethſames
⁊ hailon ⁊ aderoth: ſocho qꝫ ⁊ thānam ⁊ gaſon cū
viculis ſuis ⁊ habitauerūt in eis. Humiliauerat
eñi dñs iuda propter achaʒ regem iuda: eo qꝫ nu
daſſet eū auxilio ⁊ cōtemptui habuiſſet dñm: ad-
duxitqꝫ cōtra eū theglatphalaſar regē aſſyrioꝝ
qui ⁊ afflixit eū ⁊ nullo reſiſtēte vaſtauit. Igitur
achaʒ ſpoliata domo dñi: ⁊ domo regū ac princi-
pum dedit regi aſſyrioꝝ munera ⁊ tamē nihil ei
D pfuit. Inſuper ⁊ tēpore anguſtie ſue auxit contē
ptum in dñm. Ipſe per ſe rex Achaʒ immolauit
dijs damaſci victimas pcuſſoribus ſuis ⁊ dixit.
Dij regū ſyrie auxiliant̄ eis quos ego placebo
oſtijs ⁊ aderunt mihi cū econtrario ipſi fuerint
ruine ei ⁊ vniuerſo Iſraeli. Direptis itaqꝫ achaʒ
omnibus vaſis domus dei atqꝫ confractis clau-
ſit ianuas tēpli dei ⁊ fecit ſibi altaria in vniuerſis
angulis hieruſaleʒ. In oībus qꝫ vrbibus iuda ex-
truxit aras ad cremādū thus atqꝫ ad iracūdiā
prouocauit dominum deuʒ patrū ſuoꝝ. Reliqua
autem ſermonum eius ⁊ omnium operū ſuorum
priorum ⁊ nouiſſimoꝝ ſcripta ſunt in libro regū
iuda ⁊ iſrael. Dormiuitqꝫ achaʒ cum patribus
ſuis ⁊ ſepelierunt euʒ in ciuitate Hierl'm. Necqꝫ
enim receperunt eū in ſepulchris regum Iſrael.
Regnauitqꝫ Ezechias filius eius pro eo.

Capituli. Summarium. De regno eze
chie qui templum aperiri mandauit et reſtituit
ſacerdotes. Capitulum .xxix.

Gitur Ezechias re A
gnare cepit cuʒ vigintiquinqꝫ iiij. Regum
eſſet annoꝝ ⁊ viginti nouē an xviij. a.
nis regnauit in hierl'ʒ. Nomē
matris eius abia filia Zacha-
rie: fecitqꝫ qḋ erat placituʒ in
cōſpectu dñi iuxta omnia que
fecerat dauid pater eius. In ipſo anno ⁊ mēſe pri
mo regni ſui aperuit valuas domus dñi: ⁊ inſtau
rauit eas: adduxitqꝫ ſacerdotes atqꝫ leuitas ⁊ cō
gregauit eos in plateam orietalē dixitqꝫ ad eos.
Audite me leuite ⁊ ſanctificamini: mundate do- B
mum dñi dei patrū vr̄oꝝ: ⁊ auferte oēm immun-
diciaʒ de ſanctuario. Peccauerūt pr̄es noſtri ⁊
fecerunt malū in cōſpectu dñi dei noſtri derelin-
quētes eū auerterunt facies ſuas a tabernaculo
dñi dei nr̄i: ⁊ pbuerūt dorſuʒ: clauſerūt oſtia que
erant in porticu ⁊ extinxerūt lucernas: incēſumqꝫ
nō adoleuerūt: ⁊ holocauſta nō obtulerunt in ſan
ctuario deo iſrael. Cōcitatus eſt itaqꝫ furor dñi
ſup iudā ⁊ hierl'ʒ. Tradiditqꝫ eos in cōmotioneʒ
et in interitum: ⁊ in ſibilū: ſicut ipſi cernitis ocu
lis veſtris. En corruerūt patres nr̄i gladijs. Fi-
lij noſtri ⁊ filie noſtre: ⁊ coniuges captiue ducte
ſunt ppter hoc ſcelus. Nunc ergo placet mihi vt
ineamus fedus cum dño deo Iſrl': ⁊ auertet a no
bis furorē ire ſue. Filij mei nolite negligere. Vos
elegit dominus: vt ſtetis coram eo: ⁊ miniſtretis C
illi: colatiſqꝫ eū: ⁊ cremetis ei incenſuʒ. Surrexe
runt ergo leuite maath filius amaſie: ⁊ Iohel fi-
lius Azarie de filijs caath. Porro de filijs Me-
rari: Cis filius abdai: ⁊ azarias filius Iaalehel.
De filijs autem Gerſon Ioa filius Iemma: et
Eden filius Iohaha. At vero de filijs Eliʒaphā:
Zamri: ⁊ Iahihel. De filijs quoqꝫ Aſaph Zacha
rias ⁊ Mathanias: necnon de filijs Eman: Ia-
hihel: et Semei. Sʒ et de filijs Idithun Seme-
ias ⁊ Ozihel. Congregaueruntqꝫ fratres ſuos ⁊
ſanctificati ſunt: ⁊ ingreſſi ſunt iuxta mandatuʒ
regis ⁊ imperium dñi: vt expiarent domum dei. D
Sacerdotes quoqꝫ ingreſſi templum domini: vt
ſanctificarent illud: extulerunt omnem immun-
diciam quam intro repererant in veſtibulo do-
mus domini: quam tulerunt leuite: ⁊ aſportaue-
runt ad torrentem cedron foras. Ceperunt au
tem prima die menſis primi mundare: ⁊ in die
octaua eiuſdem menſis ingreſſi ſunt porticuʒ do
mus templi domini: expiaueruntqꝫ templuʒ die
bus octo: ⁊ in die ſextadecima menſis eiuſdē qḋ
ceperant: impleuerunt. Ingreſſi quoqꝫ ſunt ad
Ezechiam regem: ⁊ dixerunt ei. Sanctificauim⁹
omnem domum domini, ⁊ altare holocauſti: va-
ſaqꝫ eius necnon et menſam propoſitionis cū om
nibus vaſis ſuis: cunctamqꝫ templi ſupellecti-
leʒ quam polluerat rex Achaʒ in regno ſuo poſt-
qꝫ preuaricatus eſt: et ecce expoſita ſunt omnia

E coꝛam altari domini. ¶ Conſurgenſq; diluculo eze
chias rex: adunauit omnes pꝛincipes ciuitatis: ⁊
aſcendit in domum domini: obtuleruntq; ſimul
tauros ſeptē et arietes ſeptē: agnos ſeptē: ⁊ hir-
cos ſeptē: pꝛo peccato pꝛo regno: pꝛo ſanctuario
pꝛo iuda. Dixitq; ſacerdotibus filijs Aaron: vt
offerrent ſuper altare domini. Mactauerunt igi
tur tauros ⁊ ſuſceperunt ſanguinē ſacerdotes:
et fuderunt illum ſuper altare. Mactauerunt
etiam arietes: et illoꝛum ſanguinem ſuper alta-
re fuderunt. Immolauerunt agnos: ⁊ fuderunt
ſuper altare ſanguinem. Applicuerunt hircos ꝓ
peccato coꝛam rege ⁊ vniuerſa multitudine. Im
poſueruntq; manus ſuas ſuper eos: et immola-
F uerunt illos ſacerdotes: et aſperſerunt ſangui-
nem eoꝛum coꝛam altari pꝛo piaculo vniuerſi Iſ
raelis. Pꝛo omni quippe Iſrael ꝑceperat rex:
vt holocauſtum fieret pꝛo peccato. Conſtituit ꝗ;
leuitas in domo domini cum cymbalis et pſal-
terijs ⁊ citharis ſm̄ diſpoſitionem Dauid re-
gis: et Gad videntis: et Nathan pꝛophete. Si
quidem domini pꝛeceptum fuit per manum pꝛo-
phetarum eius. Steteruntq; leuite tenentes oꝛ
4.Ral.xv.d. gana Dauid et ſacerdotes tubas: et iuſſit Eze-
chias: vt offerrent holocauſta ſup altare. Cūq;
offerentur holocauſta: ceperunt laudes canere
domino: et clangere tubis: atq; in diuerſis oꝛ-
ganis que Dauid rex Iſrael reppererat: con-
crepare. Omni autem turba adoꝛante: canto-
res et hi qui tenebant turbas: erant in officio
ſuo donec compleretur holocauſtum. Cumq; fi
nita eſſet oblatio: incuruatus eſt rex et omnes
qui erant cum eo: et adoꝛauerunt. Pꝛecepitq;
Ezechias et pꝛincipes leuitis: vt laudarent do-
minum ſermonibus Dauid et Aſaph videntis:
qui laudauerunt deum magna leticia: et incur-
uato genu adoꝛauerunt. Ezechias autem etiā
G hec addidit. Impleſtis manus veſtras domino:
accedite et offerte victimas ⁊ laudes in domo
domini. Obtulit ergo vniuerſa multitudo ho-
ſtias et laudes ⁊ holocauſta mente deuota. Poꝛ
ro numerus holocauſtoꝛum que obtulit multi-
tudo: hic fuit. Tauros ſeptuaginta: arietes cen
tum: agnos ducentos: ſanctificaueruntq; domi
no boues ſexcentos: ⁊ oues tria milia. Sacer
dotes vero pauci erant: nec poterant ſufficere:
vt pelles holocauſtoꝛum detraherent. Unde et
leuite fratres eoꝛum adiuuerunt eos: donec im-
pleretur opus et ſanctificarentur antiſtites. Le-
uite quippe facilioꝛi ritu ſanctificarentur ꝙ ſa-
cerdotes. Fuerunt ergo holocauſta plurima
adipes pacificoꝛum et libamina holocauſtoꝛum:
et completus eſt cultus domus domini. Leta-
tuſq; eſt Ezechias et omnis populus: eo ꝙ mi-
niſterium domini eſſet expletum: de repēte quip
pe hoc fieri placuerat.

¶ Capituli. Summarium. ¶ De curſoꝛibus quos Ezechias miſit in omnem Iſrael: vt venirent ⁊ celebꝛarēt phaſe domino ⁊ de paſcha Ezechie domino celebꝛato. ¶ Capitulum. xxx.

Miſit quoq; Ezechi-
as ad omnem Iſrl' ⁊ iudā: ſcri- A
pſitq; epl'as ad ephꝛaim ⁊ ma-
naſſen: vt venirent ad domum
dn̄i in Hierl'm: ⁊ facerent pha-
ſe dn̄o deo Iſrael. Inito ergo
conſilio regis ⁊ ꝑncipum ⁊ vni
uerſi cetus hierl'ꝫ decreuerunt vt facerent phaſe
menſe ſecundo. Non enim occurrerat facere in
tempoꝛe ſuo: quia ſacerdotes qui poſſent ſuffice
re: ſanctificati non fuerant: et populus nundum
congregatus fuerat in Hieruſalem. Placuitq;
ſermo regi ⁊ omni multitudine: ⁊ decreuerunt:
vt mitteret nuncios in vniuerſum Iſrael de ber-
ſabee vſq; dan: vt venirent ⁊ facerent phaſe dn̄o
deo iſrael in Hierl'm. Multi enim nō fecerant: ſi
cut in lege pſcriptū eſt. Perrexeruntq; curſo-
res cum epiſtolis ex regis imperio ⁊ pꝛincipum
eius in vniuerſum iſrael ⁊ iudam: iuxta id quod
rex iuſſerat p̄dicātes. Filij iſrael reuertimini ad
dominum deum abꝛaam ⁊ iſaac ⁊ iſrael: ⁊ reuer-
tetur ad reliquias que effugerunt manus regis
Aſſyrioꝛum. Nolite fieri ſicut patres veſtri ⁊ fra
tres qui receſſerunt a domino deo patrum ſuo-
rum: ⁊ tradidit eos in interitum: vt ipſi cernitis
Nolite indurare ceruices veſtras: ſicut patres ve B
ſtri. Tradite manus veſtras domino: ⁊ venite ad
ſanctuarium eius quod ſanctificauit in eternū.
Seruite domino deo patrum veſtroꝛum: ⁊ auer-
tetur a vobis ira furoꝛis eius. Si enim vos reuer
ſi fueritis ad dominum ⁊ fratres veſtri ⁊ filij: ha
bebunt miam coꝛam dn̄is ſuis: qui illos duxerūt
captiuos: ⁊ reuertentur in terram hanc. Pius
enim ⁊ clemens eſt dominus deus veſter: ⁊ non
auertet facieꝫ ſuam a vobis: ſi reuerſi fueritis ad
eū. Igitur curſoꝛes pergebant velociter de ciui-
tate in ciuitatem per terram ephꝛaim et manaſ-
ſe vſq; ad Zabulon illis irridentibus ⁊ ſubſannā-
tibus eos. Attamē quidā viri ex aſer ⁊ manaſſe ⁊
Zabulon acqeſcentes cōſilio: venerunt Hierl'm.
In iuda vero facta eſt manꝰ domini vt daret eis
coꝛ vnum: vt facerent iuxta pꝛeceptū regis ⁊ pꝛin
cipum verbū domini. Cōgregatiq; ſunt in Hie
ruſalem populi multi: vt facerent ſolennitatem C
azymoꝛum in menſe ſecundo. Et ſurgentes de-
ſtruxerunt altaria que erant in hieruſalem atq;
vniuerſam quibus idolis adolebatur incenſum
ſubuertentes pꝛoiecerunt in toꝛrentem cedron.
Immolauerunt autem phaſe quartadecima die
menſis ſecundi. Sacerdotes quoq; atq; leuite
tandem ſanctificati obtulerunt holocauſta in do
mo domini: ſteterunt in oꝛdine ſuo iuxta diſpoſi-
tionem ⁊ legem moyſi hominis dei. Sacerdotes
vero ſuſcipiebāt effundēdū ſanguinē de manibꝰ
leuitarum: eo ꝙ multa turba ſanctificata non eſ
ſet: ⁊ idcirco immolarent leuite phaſe his qui nō
occurrerant ſanctificari domino. Magna etiā
pars populi de ephꝛaim ⁊ manaſſe ⁊ Iſachar et
Zabulō: que ſanctificata nō fuerat comedit pha
ſe: nō iuxta qd̄ ſcriptum eſt: ⁊ oꝛauit ꝓ eis Eze-

chias :dicens. Dominus bonus ꝓpitiabitur cũ
ctis qui in toto corde requirunt dominum deum
patrum ſuorum et non imputabit eis ꝙ mi-
nus ſanctificati ſunt. Quem exaudiuit domi-
nus :et placatus eſt populo. Feceruntq; filij Iſ-
rael qui inuenti ſunt in Hieruſalem ſolenni-
tatem Azimorum ſeptem diebus in leticia ma-
gna laudantes dominum per ſingulos dies : Le
uite quoq;.et ſacerdotes per organa:que ſuo of-
ficio congruebant. Et locutus eſt Ezechias ad
cor omnium Leuitarum:qui habebant intelligẽ
tiam bonam ſuper domino :et comederunt ſep-
tem diebus ſolennitatis immolãtes victimas pa
cificorum et laudantes dominum deum patrum
ſuorum: placuitq; vniuerſe multitudini:vt cele-
brarent etiam alios dies ſeptem : qđ et fecerunt
cum ingenti gaudio. Ezechias autem rex iu-
da prebuerat multitudini mille tauros:⁊ ſeptem
milia ouium. Principes vero dederant populo
tauros mille:et oues decẽ milia. Sanctificata eſt
ergo ſacerdotũ plurima multitudo ⁊ hilaritate
perfuſa omnis turba iuda:tam ſacerdotum ⁊ Le
uitarum:ꝙ̃ vniuerſe frequẽtie:que venerat ex Iſ
rael:proſelytorum quoq; de terra Iſrael:et ha-
bitantium in iuda. Factaq; eſt grandis celebri-
tas in Hieruſalem qualis a diebus Salomonis
filij Dauid regis Iſrael in ea vrbe non fuerat.
Surrexerunt autem ſacerdotes atq; leuite bene
dicentes populo: et exaudita eſt vox eorum:pue
nitq; oratio in habitaculum ſanctum celi.

Capituli. Summarium. Ezechias ſacer-
dotum et Leuitarum diuiſit offertorium:de col-
latione decimarum dantur:colliguntur diſtribu
untur : reputantur bona que fecit Ezechias:et
quomodo proſperatus eſt. Capitulum.xxxj.

A

Umqȝ hec fuiſſent ri-
te celebrata egreſſ⁹ eſt omnis
Iſrael qui inuẽtus fuerat in vr
bibus iuda:et fregerunt ſimu-
lacra:ſucciderũtq; lucos:demo
liti ſũt excelſa:et altaria deſtru
xerunt non ſolum de vniuerſo
Iuda et Beniamin:ſed et de Ephraim quoq;
et Manaſſe:donec penitus euerterẽt. Reuerſiq;
ſunt omnes filij iſrael in poſſeſſiões ⁊ ciuitates
ſuas. Ezechias autem cõſtituit turmas ſacerdo
tales:et Leuiticas per diuiſiones ſuas vnumquẽ
q; in officio proprio tam ſacerdotum videlicet ꝙ̃
leuitarũ ad holocauſta ⁊ pacifica vt miniſtrarẽt
et cõfiterent:canerẽtq; in portis caſtrorũ domini
Pars autẽ regis eorũ erat:vt de ꝓpria eius ſub
ſtantia offerret holocauſtũ mane ſemꝑ ⁊ veſpere:
Le.xxiij.c. ſabbatis quoq; ⁊ calẽdis ⁊ ſolẽnitatib⁹ ceteris:
Num. xx- ſicut ſcriptũ eſt in lege moyſi. Precepit etiã po
viij.b. pulo habitãtiũ hieruſalẽ: vt darẽt ꝑtes ſacerdo
tibus ⁊ leuitis:vt poſſent vacare legi dñi. Qđ cũ
percrebuiſſet in aurib⁹ mltitudis plurimas obtu
lere ꝓmitias filij iſrael frumẽti: vini ⁊ olei:mellis
quoq;⁊ omnium que gignit hum⁹ decimas obtu
lerunt. Sed ⁊ filij iſrael ⁊ iuda qui habitabant in
vrbibus Iuda obtulerunt decimas boũ ⁊ ouiũ
decimaſq; factorũ que vouerãt domino deo ſuo
atq; vniuerſa portantes:fecerunt aceruos pluri
mos. Menſe tertio ceperũt aceruorum iacere fũ
damẽta:⁊ menſe ſeptimo compleuerũt eos. Cũ
q; ingreſſi fuiſſent Ezechias ⁊ principes eius vi
derunt aceruos ⁊ benedixerunt domino ac po-
pulo iſrael. Interrogauitq; Ezechias ſacerdo-
tes et leuitas:cur ita iacerent aceruí. Reſpõdit
illi Azarias ſacerdos primus de ſtirpe Sadoch:
dicens. Ex quo ceperunt offerri primitie in do-
mo domini comedimus ⁊ ſaturati ſumus ⁊ remã
ſerunt plurima: eo ꝙ benedixerit dñs pplo ſuo. C
Reliquiarum aũt copia eſt iſta quã cernis. Pre
cepit igitur Ezechias:vt ꝓpararẽt horrea in do
mo domini:qđ cum feciſſent intulerunt tam pri
mitias ꝙ̃ decimas:⁊ quecunq; vouerãt fideliter.
Fuit autem prefectus eorum Chonenias leuita
et ſemei frater eius ſcđs:poſt quem Iehihel et
Azarias ⁊ naad ⁊ azahel ⁊ hierimoth : iozaphat
quoq; ⁊ elihel et ieſmachias ⁊ maath ⁊ banaias
prepoſiti ſub manibus chonenie et ſemei fratris
eius ex imperio Ezechie regis ⁊ azarie pontifi-
cis domus domini:ad quos omnia pertinebant.
Chore vero filius Iemna Leuites ⁊ ianitor oriẽ
talis porte prepoſitus erat his que ſpõte offere
bantur domino:primitijſq; ⁊ conſecratis in ſan
cta ſanctorum ⁊ ſub cura eius eden ⁊ beniamin
Ieſue ⁊ ſemeias. Amarias quoq; ⁊ ſechenias in
ciuitatibus ſacerdotum:vt fideliter diſtribuerẽt
fratribus ſuis partes minoribus atq; maioribus D
exceptis maribus ab annis tribus ⁊ ſupra cũctis
qui ingrediebant̃ templũ dñi. Et quicquid ꝑ ſin
gulos dies conducebãt in miniſterio atq; obſer
uationibus iuxta diuiſiones ſuas: ſacerdotibus
per familias ⁊ leuitis a viceſimo anno ⁊ ſupra per
ordines et turmas ſuas: vniuerſeq; multitudini
tam vxoribus ꝙ̃ liberis eorum vtriuſq; ſexus fi-
deliter cibi de his que ſanctificata fuerunt : pre-
bebantur. Sed ⁊ filiorum Aaron per agros: et
ſuburbana vrbium ſingularum diſpoſiti erant vi
ri qui partes diſtribuerent vniuerſo ſexui ma-
ſculino:de ſacerdotibus et leuitis. Fecit ergo
Ezechias vniuerſa que diximus in omni iuda:
operatuſq; eſt bonum et rectum et verum coram
domino deo ſuo: in vniuerſa cultura myniſterij
domus domini iuxta legem et cerimonias vo-
lens requirere deum ſuum in toto corde ſuo.
Fecitq; et proſperatus eſt.

Capituli Summarium. De ſtrage fa-
cta ab angelo in caſtris Sennacherib: de morte
ipſius : de egritudine Ezechie : de ſuperbia cor
dis eius et humilitate : de diuitijs eius: de pec-
cato eius in nuncijs Babylonis eis oſtendendo
oia: de morte eius:de regno manaſſe filij eius.

Capitulum.xxxij.

A iiij. Regum xviij.c. Poſt que ⁊ huiuſcemo
di veritatem venit Sennache-
rib rex Aſſyrioꝝ ⁊ ingreſſus iu
daꝫ: obſedit ciuitates munitas
volēs eas capere. Quod cum vi
diſſet ezechias veniſſe: ſcꝫ Sen
nacherib ⁊ totū belli imperiuꝫ
verti contra Hieruſalem inito cum principibus
conſilio: viriſqꝫ fortiſſimis vt obturarent capita
fontium qui erant extra vrbem: ⁊ hoc omniū de-
cernente ſnīa congregauit plurumam multitudi
nem: ⁊ obturauerūt cunctos fontes ⁊ riuum qui
fluebant in medio terre: dicētes. Ne veniant re-
ges aſſyriorum ⁊ inueniant aquarū abundantiā.
Edificauit qꝫ agens induſtrie omnem murū qui
fuerat diſſipatus: ⁊ extruxit turres deſuper ⁊ fo-
rinſecus alterū murum. Inſtaurauitqꝫ mello in
B ciuitate dauid ⁊ fecit vniuerſi generis armaturā
⁊ clypeos. Conſtituitqꝫ principes bellatorum in
exercitu. Et conuocauit vniuerſos in platea por
te ciuitatis: ac locutus eſt ad cor eorum: dicens:
Viriliter agite ⁊ confortamini: nolite timere:
iiij. Regum vj.d. nec paueatis regem aſſyriorum ⁊ vniuerſam mul
titudinē que eſt cū eo. Multo enim plures nobi
ſcum ſunt ꝙ cum illo. Cum illo enim eſt brachiuꝫ
carneū: nobiſcuꝫ dn̄s deus noſter qui auxiliator
eſt noſter: pugnatqꝫ pro nobis. Cōfortatuſqꝫ eſt
populus huiuſcemodi v̄bis Ezechie regis iuda.
Que poſtꝙ geſta ſunt: miſit Sennacherib rex aſ
ſyriorum ſeruos ſuos Hierl'm: ipſe enim cuꝫ vni
uerſo exercitu obſidebat lachis ad Ezechiam re
gem iuda ⁊ ad omnem populū qui erat in vrbe:
C iiij. Regum xviij.f. dicens. Hec dicit Sennacherib rex Aſſyriorum.
In quo habetis fiduciam: ſedetis obſeſſi in Hie
ruſalem. Num Ezechias decepit vos: vt tradat
morti in fame et ſiti: affirmans ꝙ dominus deus
veſter liberet vos de manu regis Aſſyriorū. Nun
quid non iſte eſt Ezechias qui deſtruxit excelſa
illius ⁊ altaria: et precepit Iude et Hieruſaleꝫ:
dicens. Coram altari vno adorabitis: ⁊ in ipſo
comburetis incenſum. An ignoratis que ego fe-
cerim ⁊ patres mei cunctis terrarum populis.
Nunquid preualuerunt dij gentium omniumqꝫ
terrarum liberare regioneꝫ ſuam de manu mea.
Quis eſt de vniuerſis dijs gentium: quas vaſta-
uerunt patres mei: qui potuerit eruere populuꝫ
ſuuꝫ de manu mea: vt poſſit etiā deus veſter erue
re vos de hac manu. Nō vos ergo decipiat Eze- D
chias: nec vana perſuaſione deludat: neqꝫ creda-
tis ei. Si enim nullus potuit deus cunctaꝝ gen-
tium atqꝫ regionū liberare populū ſuū de manu
mea: ⁊ de manu patrū meoꝝ: cōſequēter nec deꝰ
veſter poterit eruere vos de hac manu. Sꝫ ⁊ alia
multa locuti ſunt ſerui eius cōtra dn̄m deuꝫ ⁊ cō
tra Ezechiā ſeruū eius. Epl'as qꝫ ſcripſit plenas
blaſphemie in dominū ſuū Iſrl': ⁊ locutus eſt ad-
uerſum eum. Sicut dij gentium ceteraꝝ non po
tuerunt liberare populum ſuum de manu mea
ſic ⁊ deus Ezechie eruere non poterit populum
ſuum de manu iſta. Inſuper ⁊ clamore magno lin
gua iudaica contra populum qui ſedebat in mu-
ris Hieruſalem perſonabat: vt terreret eos ⁊ ca
peret ciuitatem. Locutuſqꝫ eſt contra deum Iſ- E
rael: ſicut aduerſum deos populorum terre: ope-
ra manuum hominum. Orauerunt igitur Eze-
chias rex ⁊ Eſaias filius Amos pphetes aduer-
ſum hanc blaſphemiam ac vociferati ſunt vſqꝫ in
celum. Et miſit dominus angelum ſuuꝫ: qui per-
cuſſit omnem virum robuſtum ⁊ bellatorem ⁊ pn
cipem exercitus regis Aſſyriorū. Reuerſuſqꝫ eſt
cum ignominia in terram ſuam. Cumqꝫ ingreſ-
ſus eſſet domum dei ſui: filij qui egreſſi fuerāt de
vtero eius: interfecerunt eū gladio. Saluauitqꝫ
dominus Ezechiam ⁊ habitatores hieruſaleꝫ de
manu Sennacherib regis Aſſyriorum: ⁊ de ma-
nu omnium: ⁊ preſtitit ei quietem per circuituꝫ. F
Multi eam deferebant hoſtias ⁊ ſacrificia domi- iiij. Regum
no in Hieruſaleꝫ: ⁊ munera Ezechie regi Iuda. xx.a.
Qui exaltatus eſt poſt hec coram cunctis genti- Eſa. xxx-
bus. In diebus illis egrotauit Ezechias vſqꝫ ad viij.a.
mortem ⁊ orauit dominum. Exaudiuitqꝫ eum: et
dedit ei ſignum: ſed non iuxta beneficia, que acce
perat: retribuit: quia eleuatum eſt cor eius. Et
facta eſt contra eum ira: ⁊ contra Iudaꝫ ⁊ hieru
ſalem. Humiliatuſqꝫ eſt poſtea: ꝙ exaltatum fuiſ
ſet cor eius: tam ipſe ꝙ habitatores Hieruſaleꝫ:
et idcirco non venit ſuper eos ira domini in die-
bus Ezechie. Fuit autem Ezechias diues ⁊ in-
clytus valde: ⁊ theſauros ſibi plurimos cōgrega-
uit: argenti et auri ⁊ lapidis precioſi: aromatum
et aurorum vniuerſi generis: et vaſorum magni
precij: apothecas quoqꝫ frumenti: vini ⁊ olei: et
preſepia omnium iumentorum: caulaſqꝫ pecori-
bus ⁊ vrbes ſex edificauit. Habebat quippe gre-
ges ouium ⁊ armentorum innumerabiles: eo ꝙ
dediſſet ei dominus ſubſtantiaꝫ multam nimis. G
Ipſe eſt Ezechias qui obturauit ſuperiorē fon-
tem aquarum gyon: ⁊ auertit eas ſubter ad occi-
dentem vrbis dauid. In oībus opibus ſuis fecit
proſpere que voluit. Attamē in legatiōe pncipuꝫ
babylonis: qui miſſi fuerāt ad eum vt interroga-
rent de portēto qđ acciderat ſuper terram: dere-
liquit eum dn̄s vt tēptaret: ⁊ nota fierēt omnia
que erāt in corde eiꝰ. Reliqua autem ſermonum
Ezechie ⁊ miſericordiaꝝ eius ſcripta ſunt in vi-
ſione Eſaie: filij Amos prophete: ⁊ in libro regū

iuda ⁊ iſrael dormiuitqꝫ ezechias cum patribus
ſuis:⁊ ſepelierunt eum ſupra ſepulchra filiorum
dauid. Et celebrauit eius exequias vniuerſus iu
da et omnes habitatores Hieruſalem. Regna⸗
uitqꝫ Manaſſes filius eius pro eo.

¶ C.S. ¶ De regno manaſſe ⁊ ſceleribꝰ eiꝰ:
capit ab aſſyrijs:⁊ ducit in babyloniā:penitet et
orat dñm:⁊ reducit in hieruſalem:deſtruit idola
de domo domini:⁊ aras quas fecerat ipſe:ſꝫ po⸗
pulus adhuc immolabat in excelſis:de morte eiꝰ
⁊ de regno filij eius Amon:⁊ occiſione eius a
ſeruis ſuis proprijs:cui ſucceſſit filius eius Joſias.
Capitulum.xxxiij.

A iiij. Regum xxj.a. Duodecim annorum
erat manaſſes cū regnare cepiſ
ſet:⁊ quinquagintaquinqꝫ an⸗
nis regnauit i hieruſalē. Fecit
autē malū corā dño:iuxta abo⸗
minationes gentiū:quas ſubuer⸗
tit dñs corā filijs Iſrl':⁊ cōuer⸗
ſus inſtaurauit excelſa que demolitus fuerat eze
chias pater eiꝰ. Cōſtruxitqꝫ aras Baalim:⁊ fe⸗
cit lucos:⁊ adorauit omnem militiā celi:⁊ coluit
eam. Edificauit quoqꝫ altaria in domo domi⸗
ni:de qua dixerat dñs. In hierl'ꝫ erit nomē meū
in eternuꝫ. Edificauit autem ea cuncto exercitui
celi in duobus atrijs domus dñi:tranſireqꝫ fecit
filios ſuos per ignem in valle behennon. Obſer⸗
uabat ſomnia:ſectabat anguria:maleficis artibꝰ
inſeruiebat:habebat aūt ſecum magos ⁊ canto⸗
res:multaqꝫ mala operatus eſt corā dño:vt irri⸗
B taret eum. Sculptile quoqꝫ ⁊ cōflatile ſignum poſuit
in domo domini. De qua locutus eſt dñs ad Da
uid ⁊ ad Salomonem filiū eius:dicēs:In domo
hac ⁊ in Hierl'm quā elegi de cūctis tribubus Iſ
rael:ponam nomen meū in ſempiternū et moue⸗
re non faciā pedē Iſrael de terra quā tradidi pa
tribus eorū:ita dūtaxat ſi cuſtodierint facere que
precepi eis:cunctā legē ⁊ cerimonias:atqꝫ iudi⸗
cia que mādaui per manū Moyſi. Igit manaſ⸗
ſes ſeduxit iudā ⁊ habitatores Hierl'ꝫ:vt facerēt
malum ſuper oēs gentes quas ſubuerterat dñs
a facie filiorū Iſrael. Locutuſqꝫ eſt dominus ad
eum ⁊ ad populū illius:⁊ attēdere noluerūt. Id
circo ſuperinduxit eis principes exercitus regis
Aſſyriorum:ceperūtqꝫ Manaſſen:et victū cate
nis atqꝫ cōpedibus duxerūt in babylonem. Qui
C poſtquam coangaſtatus eſt:orauit dñm deū ſuuꝫ:et
j.q.vij.c.ij. egit pniam valde corā deo patrū ſuorū. Depre⸗
De pe. diſ. catuſqꝫ eſt eum ⁊ obſecrauit intente:⁊ exaudiuit
c.ſi em. an⸗ orationē eius:reduxitqꝫ eū i hierl'ꝫ in regnū ſuū
te ſi. Et cognouit Manaſſes quod dñs ipſe eſſet deus.
Poſt hec edificauit murū extra ciuitatē dauid
ad occidentē gion i cōualle ab introitu porte pi
ſcium per circuitum vſqꝫ ad Ophel:et exaltauit
illum vehemēter. Conſtituitqꝫ principes exerci
tus in cunctis ciuitatibus Iuda munitis:⁊ ab⸗
ſtulit deos alienos et ſimulacra de domo domi⸗
ni. Aras quoqꝫ quas fecerat in mōte domus dñi
⁊ in hierl'm:⁊ proiecit oīa extra vrbeꝫ. Porro in
ſtaurauit altare domini ⁊ īmolauit ſup illud vi⸗
ctimas ⁊ pacifica ⁊ laudem. Precepitqꝫ iude vt
ſeruiret dño deo iſrael. Attamen adhuc populus
immolabat in excelſis dño deo ſuo. Reliqua aūt
geſtorū Manaſſe ⁊ obſecrationes eius ad deuꝫ
ſuum:verba quoqꝫ vidētium que loquebātur ad
eum in nomine dñi dei Iſrael:continentur in
ſermonibus regum Iſrael. Oratio quoqꝫ eius ⁊ D
exauditio ⁊ cuncta peccata atqꝫ contēptus:loca
etiam in quibus edificauit excelſa:et facit lucos
et ſtatuas antequam ageret penitētiam:ſcripta ſūt
in ſermonibꝰ Ozai. Dormiuit ergo Manaſſes
cuꝫ patribus ſuis:⁊ ſepelierunt eū in domo ſua.
Regnauitqꝫ pro eo filius eius Amō. Uigintiduo
rum annorum erat Amon cum regnare cepiſſet:
et duobus annis regnauit in Hieruſalē. Fecitqꝫ
malum in conſpectu domini:ſicut fecerat Ma⸗
naſſes pater eius:et cunctis idolis que manaſ⸗
ſes fuerat fabricatus:immolauit atqꝫ ſeruiuit:⁊
non eſt reueritus faciem domini:ſicut reueritus
eſt manaſſes pater eius:et multo maiora deliqd.
Cumqꝫ coniuraſſent aduerſus eum ſerui ſui in⸗
terfecerunt eum in domo ſua. Porro reliqua po
puli multitudo ceſis his qui Amon percuſſerāt
conſtituit regem Joſiam filium eius pro eo.

¶ Capi. Sūma ¶ De regno Joſie:⁊ eius pie
tate:de inuētione deuteronomij:de Olda prophe
tiſſa:de federe populi ad dominū. Ca.xxxiiij.

Octo annorū erat Jo
ſias cum regnare cepiſſet:et tri⸗ A iiij. Regum
ginta ⁊ vno anno regnauit in hie xxij.a.
ruſaleꝫ. Fecitqꝫ quod erat rectū
in cōſpectu domini:⁊ ambulauit
in vijs Dauid patris ſui:non declinauit neqꝫ ad
dexteram neqꝫ ad ſiniſtram. Octauo autē anno
regni ſui cum adhuc eſſet puer:cepit querere de
um patris ſui Dauid:⁊ duodecimo anno poſtquam
regnare ceperat:mundauit Judam ⁊ Hieruſaleꝫ
ab excelſis ⁊ lucis ſimulacriſqꝫ ⁊ ſculptilibus. De
ſtruxeruntqꝫ coram eo Aras Baalim:⁊ ſimula⸗
cra que ſuperpoſita fuerant:demoliti ſunt. Lu
cos etiam ⁊ ſculptilia ſuccidit atqꝫ comminuit:
et ſuper tumulos eorum qui eis immolare con⸗ B
ſueuerant fragmenta diſperſit. Oſſa preterea ſa
cerdotum combuſſit in altaribus idolorum:mā
dauitqꝫ Judam ⁊ Hieruſalem. Sed ⁊ in vrbibꝰ
manaſſe ⁊ Ephraim et Symeon vſqꝫ Neptalim
cuncta ſubuertit. Cumqꝫ altaria diſſipaſſet et
lucos:et ſculptilia cōtriuiſſet in fruſtra:cūctaqꝫ
delubra demolitus eſſet de vniuerſa terra Iſra⸗
el reuerſus eſt in Hieruſalem. Igit anno octauo
decimo regi ſui:mundata iam terra ⁊ tēplo dñi:
miſit Sapham filium helchie:⁊ Maaſiam prin⸗
cipem ciuitatis:⁊ Joa filium Joachaꝫ a commē⸗
tarijs:vt inſtaurarent domum domini dei ſui.
Qui venerunt ad Helchiam ſacerdotem magnū:

acceptaqꝫ ab eo pecunia que illata fuerat in do-
mum domini: ⁊ quam congregauerunt leuite et
ianitores de manaſſe ⁊ ephraim ⁊ vniuerſis reli-
quijs Jſrl'; ab omni quoqꝫ iuda ⁊ beniamin ⁊ ha
bitatoribus Hieruſalem: tradiderunt in manibꝰ
eorum qui preerant operarijs in domo domini:
vt inſtaurarent templum: ⁊ infirma queqꝫ ſarti-
C rent. At illi dederunt eam artificibus ⁊ cementa
rijs: vt emerent lapides de lapidicinis: ⁊ ligna ad
cōmiſſuras edificij ⁊ ad contignationem domo-
rum quas deſtruxerant reges iuda. Qui fideliter
cuncta faciebant. Erant autem prepoſiti operan
tium iodab ⁊ abdias de filijs merari Zacharias
⁊ moſollam: de filijs Caath: qui vrgebant opus:
omnes leuite ſcientes organis canere. Sup eos
vo qui ad diuerſos vſus onera portabant: erant
ſcribe ⁊ magiſtri de leuitis ianitores. Cumqꝫ of-
ferret pecuniam que illata fuerat in templum do
mini: reperit helchias ſacerdos librum legis do-
mini qui datus fuerat per manum Moyſi: ⁊ ait
ad Saphan ſcribam: librū legis inueni in domo
D domini. Et tradidit ei. At ille intulit volumē ad
regem: ⁊ nunciauit ei dicens: Omnia que dediſti
in manu ſeruorum tuorum: ecce cōplent̄. Argen-
tum qđ repertū eſt in domo dñi cōflauerunt: da
tumqꝫ eſt prefectis artificum: ⁊ diuerſa opa fabri
cantium. Preterea tradidit mihi helchias ſacer
dos hunc librum. Quem cum rege preſente reci
taſſet: audiſſetqꝫ ille verba legis ſcidit veſtimenta
ſua: ⁊ precepit helchie ⁊ Aicham filio ſaphan: et
abdom filio micha: ſapham quoqꝫ ſcribe ⁊ aſaie
ſeruo regis dicens: Jte ⁊ orate dominū pro me:
⁊ pro reliquijs Jſrael ⁊ iuda ſuper vniuerſis ſer-
monibus libri iſtius qui repertus eſt. Magnus
enī furor dñi ſtillauit ſuper nos: eo ꝙ non cuſto
E dierint patres noſtri v̄ba dñi: vt facerent oīa que
ſcripta ſunt in iſto volumie. Abijt ergo helchias
⁊ hi qui ſimul a rege miſſi fuerant ad oldā pphe
tem: vxorē ſellū filij thecuat filij aras cuſtodis
veſtium: que habitabat in hieruſalē in ſecunda:
⁊ locuti ſunt ei verba que ſupra narrauimus. At
illa reſpondit eis: Hec dicit dñs deus Jſrl': dici-
te viro qui miſit vos ad me. Hec dicit dñs: Ecce
ego inducā mala ſuper locum iſtū ⁊ ſuper habita
tores eius: cunctaqꝫ maledicta que ſcripta ſunt
in libro hoc: quem legerunt corā rege iuda: quia
dereliquerunt me: ⁊ ſacrificauerunt dijs alienis:
vt me ad iracūdiā prouocarent in cunctis operi
bus manuum ſuarū. Jdcirco ſtillabit furor meꝰ
ſuper locum iſtum: ⁊ nō extinguetur. Ad regē au
F tem iuda qui miſit vos pro domino deprecando
ſic loquimini: Hec dicit dñs deus Jſrael. Quo-
niam audiſti verba voluminis: atqꝫ emollitū eſt
cor tuum: ⁊ humiliatus eſt in conſpectu domini
ſuper his que dicta ſunt contra locum hunc ⁊ ha
bitatores Hieruſalem: reueritusqꝫ faciem meā:
ſcidiſti veſtimenta tua ⁊ fleuiſti coram me ego qꝫ
exaudiui te: dicit dñs. Jā enī colligam te ad pa
tres tuos: ⁊ inſereris in ſepulchrum tuum in pa-
ce: nec videbunt oculi tui omne malū quod ego
inducturus ſum ſuper locum iſtum ⁊ ſuper habi
tatores eius. Retulerunt itaqꝫ regi cuncta q̄ di- iiij. Regum
xerat. At ille conuocatis vniuerſis maioribus na xxiij. a.
tu iuda ⁊ Hieruſalem: aſcendit in domum domi-
ni: vnaqꝫ omnes viri iuda ⁊ habitatores Hie-
ruſalem ſacerdotes ⁊ leuite: ⁊ cunctus populus a
minimo vſqꝫ ad maximum. Quibus audiētibus G
in domo domini: legit rex omnia verba volumi-
nis et ſtans in tribunali ſuo: percuſſit fedus corā
domino: vt ambularet poſt eum: ⁊ cuſtodiret pre
cepta ⁊ teſtimonia et iuſtificationes eius in to-
to corde ſuo: ⁊ in tota anima ſua: faceretqꝫ que
ſcripta ſunt in volumine illo quod legerat. Adiu
rauit quoqꝫ ſuper hoc omnes qui reperti fuerāt
in Hieruſalem et Beniamin: et fecerunt habita
tores Hieruſalem iuxta pactum domini dei pa-
trum ſuorum. Abſtulit ergo Joſias cunctas abo
minationes de vniuerſis regionibus filiorū Jſ-
rael: ⁊ fecit omnes qui reſidui erāt in Jſrael: ſer
uire domino deo ſuo. Cunctis diebus vite ſue nō
receſſerunt a domino deo patrum ſuorum.

¶ Capituli Summariū. ¶ De phaſe quod fe
cit Joſias: de morte eiꝰ de lamentationibus ſuo-
rum ſuper eum.

Capitulum. xxxv.

Ecit autem Joſias A
in Hieruſalem phaſe domino iiij. Regum
quod immolatum eſt quarta- xxiij. a.
decima die mēſis pmi. Et con ij. Eſdre.
ſtituit ſacerdotes in officijs ſu j. a.
is: hortatuſqꝫ eſt eos vt mini-
ſtrarent in domo dñi. Leui-
tis quoqꝫ ad quorum eruditionem omnis Jſra-
el ſanctificabatur domino locutus eſt: Ponite
arcam in ſanctuario templi quod edificauit Sa
lomon filius Dauid rex Jſrael. Nequaqꝫ eam
vltra portabitis. Nunc ergo miniſtrate domino
deo veſtro ⁊ populo eius Jſrael: ⁊ pparate vos
per domos et cognationes veſtras in diuiſioni-
bus ſingulorum: ſicut precepit Dauid rex Jſra
el: et deſcripſit Salomon filius eius: miniſtrate
in ſanctuario eius per familias turmaſqꝫ leuiti-
cas: et ſanctificati immolate Phaſe. Fra-
tres autem veſtros vt poſſint iuxta verba que lo
cutus eſt dominus in manu Moyſi: facere pre-
parare. Dedit preterea Joſias omni populo
qui ibi fuerat inuentus in ſolennitate Phaſe:
agnos ⁊ edos de gregibus et reliqui pecoris: tri
ginta milia: boum quoqꝫ tria milia. Hec de regis
vniuerſa ſubſtantia. Duces quoqꝫ eius ſpon-
te quod vouerant: obtulerunt tam populo ꝙ ſa B
cerdotibus ⁊ leuitis. Porro Helchias ⁊ Za-
charias et Jehihel principes domus domini:
dederunt ſacerdotibus ad faciendum phaſe: pe-
cora commixtim duo milia ſexcenta: et boues tre
centos. Chonenias autem et Semeias etiam
⁊ nathanael fratres eius: necnō aſabias ⁊ Jahi-
hel ⁊ Joſabat principes leuitarum dederunt ce-
teris leuitis ad celebrandum phaſe quinqꝫ milia
pecorum ⁊ boues quingentos. Preparatūqꝫ eſt
miniſterium ⁊ ſteterunt ſacerdotes in officio ſuo:
leuite quoqꝫ in turmis iuxta regis imperiū: ⁊ im-

molatum eſt Phaſe. Aſperſeruntq; ſacerdotes
manus ſuas ſanguine: ⁊ leuite detraxerūt pelles
holocauſtorum ⁊ ſeparauerunt ea: vt darent per
domos et familias ſingulorum: et offerentur do-
mino: ſicut ſcriptum eſt in libro Moyſi: de bob⁹
quoq; fecerūt ſimiliter. Et aſſauerūt Phaſe ſu
per ignem: iuxta qđ in lege preceptum eſt. Paci
C ficas vo hoſtias coxerunt in lebetis et cacabis ⁊
ollis: et feſtinato diſtribuerūt vniuerſe plebi ſibi
autem et ſacerdotibus poſtea parauerunt. Nam
in oblatione holocauſtorum et adipum vſq; ad no
ctem ſacerdotes fuerunt occupati: vnde ⁊ Leuite
ſibi ⁊ ſacerdotibus filijs Aaron parauerunt no-
uiſſimis. Porro cantores filij Aſaph ſtabāt i or
dine ſuo iuxta preceptū Dauid et Aſaph ⁊ Emā
et Idithum prophetarum regis Dauid. Iani-
tores vo per portas ſingulas obſeruabant ita vt
nec puncto quidē diſcederent a miniſterio. Quā
obrem ⁊ fratres eorum leuite parauerunt eis ci-
bos. Omnis igit̄ cultura domini rite completa
eſt in die illa. vt facerent Phaſe: et offerrent ho
locauſta ſuper altare domini iuxta preceptum re
gis Joſie. Feceruntq; filij Iſrael qui reperti fue
rant ibi Phaſe in tempore illo et ſolennitatem
Azimorum ſeptem diebus. Non fuit Phaſe ſi-
mile huic in Iſrael a diebus Samuelis ꝓphete:
ſed nec quiſq̄ de cunctis regibus iſrael fecit pha
ſe ſicut Joſias ſacerdotibus ⁊ leuitis et omni iu
de et Iſrael qui repertus fuerat ⁊ habitantibus
in Jieruſalem. Octauodecimo anno regni Jo-
D ſie hoc phaſe celebratum eſt. Poſtq̄ inſtauraue
iiij.reg.xx-iij.c. rat Joſias tēplū aſcēdit Nechao rex egypti ad
pugnādū in charchamis iuxta Euphraten: et
proceſſit in occurſum eius Joſias. At ille miſſis
ad eum nūcijs: ait. Quid mihi ⁊ tibi eſt rex iuda
non aduerſum te hodie venio: ſed contra aliam
pugno domum: ad quam me deus feſtinato ire
precepit. Deſine aduerſum deum facere: q: me-
cum eſt: ne interficiat te. Noluit Joſias reuerti
ſed preparauit cōtra eū bellū: nec acquieuit ſer
monibus nachao ex ore dei: verū perrexit vt di-
micaret i cāpo mageddo. Ibiq; vulneratus a ſa
gittarijs: dixit pueris ſuis. Educite me de ꝓlio
Zach. xij.d. q: opido vulneratus ſum. Qui tranſtulerunt eū
de curru in alterum currum qui ſequebatur eum
more regio: et aſportauerunt eum in Hieruſalē.
Mortuuſq; eſt et ſepultus in Mauſoleo patrum
ſuorum. Et vniuerſus iuda ⁊ hieruſalem luxerūt
eum: Hieremias maxime: cuius omnes cātores
atq; cantatrices vſq; in preſentem diem lamen-
tationes ſuꝑ Joſiam replicant: ⁊ quaſi lex obti
nuit in Iſrael. Ecce ſcriptū fertur in lamētatiōi
bus. Reliqua autem ſermonum Joſie ⁊ miarum
eius que lege ꝓcepta ſunt, dñi: opa q̄ illi⁹ ꝑma
⁊ nouiſſima ſcripta ſūt i libro regū iuda ⁊ iſrael.

Capituli Summarium. De Joacham rege captiuato in egyptum: de Eliachim fratre eius: quomodo captiuauit eum rex babylonis: ⁊ de Sedechia: et de deſtructione Hieruſalem: et de Cyro rege perſarum. Capitulū.xxxvj.

TUlit ergo popul⁹ ter
re Joacham filium Joſie: et con iiij.re.xxiij.
ſtituit regem pro patre ſuo in Hie c.
ruſalem. Uigintitrium annorum
erat Joacham cum regnare cepiſ
ſet: et tribus menſibus regnauit in Hieruſalem
Amouit autem eum rex egypti cum veniſſet in
Hieruſalem: ⁊ cōdemnauit terram centū talentis
argenti ⁊ tolento auri. Conſtituitq; pro eo regē
Eliachim fratrem eius ſuper Judam ⁊ Hieru-
ſalem: ⁊ vertit nomē eius Joakim. Ipm vo Jo
achā tulit ſecū: ⁊ adduxit i egyptū. Uigintiquinq;
annorū erat Joachim cū regnare cepiſſet: et vn-
decim annis regnauit in ieruſalem. Fecitq; malū
coram dño deo ſuo. Cōtra hunc aſcēdit nabucho
B donoſor rex Chaldeorū: ⁊ victū catenis duxit in
babylonē: ad quam ⁊ vaſa dñi trāſtulit: ⁊ poſuit
ea in tēplo ſuo. Reliqua aūt verborum Joachim
et abominationū eius quas operatus eſt: ⁊ que
inuenta ſunt in eo: continent̄ in libro regum iuda
et Iſrael. Regnauit aūt Joachim filius eius pro
eo. Octo annorū erat Joachim cū regnare cepiſ
ſet: ⁊ trib⁹ mēſibus ac decem diebus regnauit in
hieruſalē: fecitq; malū in conſpectu dñi. Cumq;
anni circul⁹ volueretur: miſit Nabuchodonoſor
rex nūcios: qui ⁊ adduxerunt eū in babylonem
aſportatis ſimul ꝓcioſiſſimis vaſis domus dñi.
Regē vero cōſtituit Sedechiā patruū eius ſuper
iudam ⁊ hierl'm. Uiginti ⁊ vnius anni erat ſede
chias cum regnare cepiſſet: ⁊ vndecim annis re-
gnauit in hierl'm. Fecitq; malū in oculis dñi dei
C ſui: nec erubuit faciem hieremie ꝓphete loq̄ntis
ad ſe ex ore dñi: A rege quoq; nabuchodonoſor
receſſit: qui adiurauerat eū per deū: et indurauit
ceruicē ſuam et cor: vt nō reuerteret̄ ad dñm deū
iſrael. Sed ⁊ vniuerſi ꝓncipes ſacerdotum ⁊ po
pulus ꝓuaricati ſunt inique iuxta vniuerſam ab
ominationem gentiū: ⁊ polluerūt domū dñi: quā
ſctificauerat ſibi in hierl'm. Mittebat autē dñs
deus patrū ſuorū ad illos per manum nunciorum
ſuorum de nocte conſurgens ⁊ quotidie commo
nens: eo q̄ ꝑceret populo et habitaculo ſuo. At
illi ſubſanabant nūcios dei: ⁊ paruipēdebant ſer
mōes eius illudebātq; ꝓphetis donec aſcenderet
furor dñi in ppl'm eius: ⁊ eſſet nulla curatio. Ad
duxit eñi ſuꝑ eos regē chaldeorū: ⁊ interfecit iu
uenes eorū gladio in domo ſanctuarij. Nō eſt mi
ſertus adoleſcētis ⁊ virginis ⁊ ſenis nec decrepiti
quidē ſed oēs tradidit in manib⁹ eius vniuerſaq;
vaſa dom⁹ dñi tam maiora q̄ minora ⁊ theſau-
D ros tēpli ⁊ regis et ꝓncipū tranſtulit in babylo-
nē. Incenderūt hoſtes domū dei: deſtruxeruntq;
murū hierl'm. Uniuerſas turres cōbuſſerunt et
quicq̄d precioſum fuerat demoliti ſunt. Si quis
euaſerat gladiū ductus in babylonē ſeruiuit regi
et filijs eius: donec imparet rex perſarū: et com-
Hie.xxv.c. ⁊.xxij.c. pleret̄ ſermo dñi ex ore hieremie: ⁊ celebraret ter
ra ſabbata ſua. Cūctis eñi diebus deſolationis
egit ſabbatum vſq; dum complerentur ſeptua-
ginta anni. Anno aūt primo cyri regis perſarum

ad explēdū sermonē dñi quē locutus fuerat per os Hieremie: suscitauit dñs spūs Cyri regis persarum: qui iussit predicari in vniuerso regno suo etiā per scripturā: dicēs. Hec dicit Cyrus rex persarū. Oia regna terre dedit mihi dñs deus celi: ꝛ ipse pcepit mihi vt edificē ei domū in Hierlm: q̄ est in iudea. Quisqꝫ ex vobis est in omni populo eius: sit dñs deus suus cum eo: ꝛ ascendat. (j. Esdre. j. a. iij. Esdre. ij. a.)

¶ Explicit liber Dibre Haiomin siue Paralipomenon secundus.

¶ Incipit oratio Manasses regis Juda: cum captus teneretur in Babylone: que non est in hebreo: nec est de textu Biblie.

Domine deus omnipotens patrū nostrorū Abraā isaac ꝛ iacob ꝛ semini eorum iusto qui fecisti celum ꝛ terrā cū omni ornatu eorum: qui signasti mare vbo pcepti tui: qui cōclusisti abyssum ꝛ signasti terribili ꝛ laudabili nomini tuo qđ omnes pauent et tremunt a vultu virtutis tue: ꝛ insustētabilis ira super peccatores cōminatiōis tue: immēsa vero ꝛ inuestigabilis misericordia pmissiōis tue: qm̄ tu es dñs deus altissimus super oēm terrā longanimis: ꝛ multum misericors: ꝛ penitens super maliciam hominū. Tu aūt dñe fm bonitatē tuam promisisti pniam remissionis peccatorum: ꝛ tu deus iustorum nō posuisti penitentiā iustis: abraam: isaac ꝛ iacob: his qui tibi non peccauerunt: qm̄ peccaui super numerum arene maris multiplicate sunt iniquitates mee: incuruatus sum multo vinculo ferri: ꝛ nō est respiratio mihi: q: excitaui iracundiam tuā: ꝛ malū corā te feci: statuens abominationes: ꝛ multiplicans offensiones. Et nunc flecto genua cordis me: precans ad te bonitatem domine. Peccaui dñe peccaui: ꝛ iniquitatem meam agnosco. Peto rogās te dñe: remitte mihi: remitte mihi: ne simul perdas me cum iniquitatibus meis: neqꝫ in eternum reserues mala mihi: quia indignum saluabis me fm magnā misericordiam tuam: ꝛ laudabo te semper oib⁹ diebus vite mee: qm̄ te laudat omnis virtus celorū: ꝛ tibi est gloria in secula seculorum. Amen.

¶ Explicit oratio Manasses regis iuda.

¶ Incipit pfatio beati Hieronymi presbyteri in librum Esdre.

Utrum difficilius sit facere quod poscitis an negare necdum statui. Nam neqꝫ vobis aliquid imperantibus annuere sententie est ꝛ magnitudo oneris impositi ita ceruices premit vt āte sub fasce ruēdum sit: qꝫ leuandum. Accedunt ad hoc inuidorum studia: qui omne quod scribimus: reprehendendum putant. Et interdum contra se conscientia repugnante publice lacerant: que occulte legūt intantum vt clamare compellar ꝛ dicere. Domine: libera animam meam a labijs iniquis: ꝛ a lingua dolosa. (Ps. cxix.) Tertius annus est qꝫ semper scribitis atqꝫ rescribitis: vt Esdre librum ꝛ Hester vobis de hebreo transferam: quasi non habeatis greca ꝛ latina volumina: aut quicquid illud est quod a nobis vertitur non statim ab omnibus conspuēdum sit. Frustra autem (vt ait quidā) niti neqꝫ aliud fatigando nisi odium querere: extreme dementie est. Itaqꝫ obsecro vos mi domnion ꝛ rogatiane charissimi: vt priuata lectione contenti libros non efferatis in publicum: nec fastidiosis cibos ingeratis: vitetisqꝫ eorum supercilium: qui iudicare tm̄ de alijs: ꝛ ipsi facere nihil nouerunt. Si qui autem fratrum sunt quibus nostra nō displicent: his tribuatis exemplar: admonentes vt hebrea nomina quorum (grandis in hoc volumine copia est) distincte ꝛ per interualla transcribant. Nihil enim proderit emendasse librum: nisi emendatio librariorum diligentia conseruetur. Nec quemqꝫ moueat: qꝫ vnus nobis liber editus est: nec apocryphorum tertij ꝛ quarti libri somnijs delectet: quia ꝛ apud hebreos Esdre Neemieqꝫ sermones in vnum volumen coartantur: ꝛ que non habent apud illos: nec de viginti quattuor senibus sunt procul abijcienda. Si quis autem septuaginta vobis opposuerit interpretes: quorum exemplaria varietas ipsa lacerata ꝛ euersa demonstrat: nec potest vtiqꝫ verum asseri qđ diuersum est: mittite eum ad euangelia: in quibus multa ponuntur quasi de veteri testamento que apud septuaginta interpretes non habentur vellut illud. Quoniam, Nazareus vocabitur: (Matt. ij. d.) Ex Egypto vocaui filium meum: ꝛ videbunt (Osee. xj. a.) in quem compunxerunt. (Zach. xij. a.) Multaqꝫ alia: que latiori operi seruamus ꝛ querite ab eo: vbi scripta sint. Cumqꝫ proferre non potuerit: vos legite de his exemplaribus que nuper a nobis edita: maledicorum quotidie linguis confodiuntur. Sed vt ad compendium veniam: certe quod illaturus sum: equissimum est. Edidi aliquid quod non habetur in greco: aut aliter habetur qꝫ a me versū est. Quid interpretem laniant: interrogent hebreos: ꝛ ipsis auctoribus translationi mee ✝ vel arrogent vel derogent fidem. (✝ Al's vl' ac comodent.) Porro aliud est si clausis quod dicitur oculis mihi volunt maledicere: et non imitantur grecorum studium ꝛ beniuolentiam: qui post septuaginta translatores iā christi euangelio coruscante: iudeos et hebionitas legis veteris interpretes: aquilam videlicet ꝛ symmachum ꝛ theodotionem: ꝛ curiose legunt: ꝛ per Origenis laborem in hexaplois ecclesijs dedicarunt. Quantomagis latini grati esse debe rent: qꝫ exultantem cernerent greciam a se aliquid mutuari. Primum enim magnorum sumptuum est et infinite difficultatis exemplaria posse habere omnia: deinde etiam qui habue

rint: ⁊ hebrei ſermonis ignari ſunt: magis
errabunt: ignorantes quis e multis verius
dixerit. Quod etiam ſapiētiſſimo cuidā nu-
per apud grecos accidit: vt interdū ſcriptu
re ſenſum relinquens: vniuſcuiuſ libet inter
pretis ſequeretur errorem. Nos autem qui
hebree lingue ſaltem paruā habemus ſcien-
tiam: ⁊ latinus nobis vtcunq ſermo nō de-
eſt ⁊ de alijs magis poſſumus iudicare: ⁊ ea
que ipſi intelligimus in noſtra lingua pro-
+Al's excedra. mere. Itaq licet hydra + ſibilet: victorq
ſi nō incendia iactet: nunq̄ meum (iuuante
Vergilius christo) ſilebit eloquium: etiam preciſa lin-
ij. ene. d. gua balbutiet. Legant qui volunt: qui no
Eſa. xlv. a. lunt abijciant. Euentilēt apices: litteraſq
calumnientur. Magis veſtra qualitate pro
uocabor ad ſtudium: q̄ illorum detractione
et odio deterrebor.

Explicit prefatio.

Incipit liber Eſdre primus.

Capituli Summari. Cyrus ſoluit captiuitatem populi: ⁊ redditis vaſis ac numeratis: precepit populum ire in hieruſalem: et edificare templum.

Capitulum primum.

N anno primo
Cyri regis perſarum vt
compleretur verbum do
A mini ex ore Hieremie: ſu
Hiere. xxv citauit dominus ſpiritū
c. ⁊. xxix. c. Cyri regis perſarum: et
ij. Parali. traduxit vocem in omni
xxxvj. d. regno ſuo etiā per ſcripturā: dicens. Hec di
cit Cyrus rex perſarum. Omnia regna ter-
re dedit mihi dominus deus celi: ⁊ ipſe pre-
cepit mihi vt edificarem ei domum in Hie
B ruſalem: qui eſt in iudea. Quis eſt in vobis
de vniuerſo pplo eius: Sit dn̄s deus illius
cum eo: Aſcendat in Hieruſalem que eſt in Iu-
dea: ⁊ edificet domum domini dei Iſrael ipſe eſt
deus qui eſt in Hieruſalem. Et omnes reliqui in
cūctis locis vbicūq habitāt: adiuuēt eum viri
de loco ſuo. Argento ⁊ auro ⁊ ſubſtantia ⁊ peco-
ribus: excepto quod voluntarie offerunt in tem C
plo dei quod eſt in Hieruſalem. Et ſurrexerunt
principes patrum de iuda ⁊ beniamin ſacerdotes
⁊ leuite: ⁊ omnis cuius deus ſuſcitauit ſpiritum:
vt aſcenderet ad adificandum templum domini:
quod erat in Hieruſalem. Uniuerſiq qui erant
in circuitu adiuuerunt manus eorum in vaſis ar-
genteis ⁊ aureis: in ſubſtantia ⁊ iumētis: in ſup
pellectili: exceptis his que ſponte obtulerant. iij. Eſdre
Rex quoq Cyrus protulit vaſa templi Domini ij. b.
que tulerat Nabuchodonoſor de Hieruſalem: D
⁊ poſuerat ea in templo dei ſui. Protulit autem
ea Cyrus rex perſarum per manū Mitridatis
filij Gazabar: ⁊ annumerauit ea Saſabaſar prin
cipi iude. Et hic eſt numerus eorum: Phiale au
ree triginta: phiale argentee mille cultri vigin-
ti nouem cyphi aurei triginta: cyphi argentei ſe-
cundi quadringenti decem: vaſa alia mille: om-
nia vaſa aurea et argentea quinq milia quadrin
genta. Uniuerſa tulit Saſabaſar cum his qui
aſcendebant de tranſmigratione Babylonis in
Hieruſalem.

Capituli. Summarium. Numerus reuertentium in Iudeam cum duce Zorobabel: et de ſumma pecunie que tēpli inſtauratiōi offert.

Capitulum. ij.

I ſunt autē prouin- A
cie, filij qui aſcenderunt de ca-
ptiuitate quam tranſtulerat
Nabuchodonoſor rex Baby
lonis in Babylonem et reuer
ſi ſunt in Hieruſalem ⁊ iudeā
vnuſquiſq in ciuitatem ſuam:
qui venerunt cum Zorobabel et Ieſua: Neemia:
Saraia: Rahelaia: Mardochai: Belſan: Meſ-
phar: Beguai: Reum: Baana. Numerus viro-
rum populi Iſrael. Filij phares duo milia cen-
tumſeptuagintaduo: filij arethi ſeptingenti ſe-
ptuagintaquinq: filij garſaphatia trecenti ſe-
ptuagintaquinq: filij ſaphatia trecenti ſeptua
gintaduo: filij area ſeptingenti ſeptuaginta-
quinq: filij phetmoab filiorum Ioſue octingen
ti: ⁊ ioab duo milia octingenti duodecim: filij he
lam mille ducenti quinquagintaquattuor: filij Ze
thua nongenti quadragintaquinq: filij Zachai
ſeptingentiſexaginta: filij bani ſexcenti qua-
dragintaduo: filij bebai ſexcenti vigintitres: fi-
lij azgad mille ducenti vigintiduo: filij adonicam
ſexcēti ſexagintaſex: filij beguai duo milia quin-

quagintaſex: filij adin quadringēti quinquagin
taquattuor: filij ather: qui erant ex ezechia nona
gintaocto: filij beſai trecentiuigintitres: filij iora
centum duodecim: filij azom ducenti vigintitres
filij gebbar nongentiquinqꝫ: filij bethleem cen
B tum vigintitres. Viri netuphe quinquaginta
ſex: viri anatoth centum vigintiocto: filij azma
ueth quadragintaduo: filij cariathiarim: cephia
ra et beroth ſeptingenti quadraginta tres: filij
rama τ gabaa ſexcenti vigintivnus: viri machi
mas centum vigintiduo: viri bethel τ hai ducē
ti vigintitres: filij nebo quinquagintaduo: filij
megbis centumquinquagintaſex: filij helam alte
rius mille ducentiquinquagintaquattuor: filij
arim trecentiuiginti: filij lodadin τ ono ſeptin
genti vigintiquinqꝫ: filij hiericho trecentiqua
dragintaquinqꝫ: filij ſenaa tria milia ſexcentitri
ginta. Sacerdotes: filij iadaia in domo ioſue:
nongentiſeptuagintatres: filij emmer mille quin
quagintaduo: filij pheſur mille ducenti quadra
gintaſeptem: filij arim mille decem et ſeptem.
C Leuite: Filij ieſue τ zedmihel filiorum odonie ſe
ptuagintaquattuor. Cantores: filij aſaph: cen
tum vigintiocto: filij ianitorum: filij ſellum: filij
ather: filij thelmon: filij achub: filij athita: filij ſo
bai: vniuerſi centumtrigintanouem. Nathinnei:
Filij ſia: filij aſupha: filij thebaoth: filij Ceros: fi
lij ſiaa: filij phadon: filij lebana: filij aſaba: filij
achub: filij agab: filij ſelmai: filij anan: filij gad
de: filij gaer. filij raabia filij raſin: filij Necboda:
filij gazaz: filij azec: filij phaſea: filij beſee: filij aſe
maa: filij munim: filij neptuſim: filij bechuc: filij
achupha: filij arur: filij beſluth: filij maida: filij
arſa: filij bercos: filij ziſara: filij thema: filij na
ſia: filij atupha: filij ſeruorum Salomonis: filij
ſoteltei: filij ſophereth: filij pharuda: filij iala:
filij dercon: filij gedel: filij ſaphata: filij athil: fi
lij phocereth: qui erant de aſebaim: filij amini.
Omnes Nathinnei et filij ſeruorum Salomo
nis: trecenti nonagintaduo. Et hi qui aſcende
runt de Thelmellath: Thelarſa: Cherub τ Don
τ Mer: et non potuerunt indicare domum pa
trum ſuorum τ ſemen ſuum: vtrum ex Iſrael eſ
D ſent: Filij dalaia: filij thobia: filij nechoga: ſexcē
ti quinquagintaduo. Et de filijs ſacerdotum: fi
lij iobia: filij achos: filij berzellai: qui accepit de
filiabus berzellai galaaditidis vxorē et vocatus
eſt nomine eorum. Hi queſierunt ſcripturam
genealogie ſue τ non inuenerunt: τ eiecti ſunt
de ſacerdotio. Et dixit Atherſatha eis vt non co
mederent de ſancto ſanctorum: donec ſurgeret
ſacerdos doctus atqꝫ perfectus. Omnis multi
tudo quaſi vir vnus quadragintaquinqꝫ milia
trecenti ſexaginta: exceptis ſeruis eorum et an
cillis: qui erant ſeptem milia trecenti triginta
E ſeptem: τ in ipſis cantores atqꝫ cantatrices du
centi. Equi eorum ſexcenti trigintaſex. muli eo
rum ducenti quadraginta quinqꝫ: cameli eorū
quadringenti trigintaquinqꝫ: aſini eorum ſex
milia ſeptingentiviginti. Et de principibus pa
trum cum ingrederentur templum domini: quod

eſt in Hieruſalem: ſponte obtulerunt in domū
dei ad extruendam eam in loco ſuo: ſm vires ſu
as dederunt impenſas operis auri ſolidos qua
draginta milia: et mille argenti mnas quinqꝫ mi
lia: τ veſtes ſacerdotales centum. Habitauerunt E
ergo ſacerdotes τ leuite τ de populo τ cantores
etianitores τ nathinnei in vrbibus ſuis: vniuer
ſuſqꝫ Iſrael in ciuitatibus ſuis.

Capituli Summarium. Congregatur populus in Hieruſalem: τ facto altari fecit ſceno phegia τ ceteras ſolennitates tabernaculorum: alij vociferantur gaudentes: alij flentes.

Capitulum. iij.

Amqꝫ venerat men A
ſis ſeptimus: τ erant filij Iſ ij. Eſdre.
rael in ciuitatibus ſuis. Con viij. a.
gregatꝰ eſt ergo populꝰ qua iij. Eſdre.
ſi vir vnus in Hieruſalem: et ix. e.
ſurrexit Ioſue filius Ioſe l. diſt. c. Ibs
dech τ fratres eius ſacerdo
tes τ Zorobabel filius Salathiel et fratres eius:
τ edificauerunt altare dei Iſrael: vt offerrent in
eo holocauſtomata: ſicut ſcriptū eſt in lege moy
ſi viri dei. Collocauerunt autem altare dei ſuper
baſes ſuas deterrentibus eos per circūitum po
pulis terrarum: et obtulerunt ſuper illud holo
cauſtum domino mane τ veſpere. Feceruntqꝫ ſo B
lennitatem tabernaculorum: ſicut ſcriptum eſt:
τ holocauſtum ſingulis diebus per ordinem ſm
preceptum: opus dei in die ſuo: et poſt hec holo
cauſtū iuge: tam in calendis ꝙ in vniuerſis ſolen
nitatibus dei: que erant conſecrate: τ in omnibꝰ
in quibus vltro offerebatur munus domino. A
primo die menſis ſeptimi: ceperunt offerre holo
cauſtum domino. Porro templum dñi nondum
fundatum erat. Dederunt autem pecuniā lato
mis τ cementarijs: cibum quoqꝫ τ potum τ oleū
ſidonijs tyrijſqꝫ: vt deferrent ligna cedrina de li
bano ad mare ioppem: iuxta qđ pceperat Cy
rus rex perſarum eis. Anno aūt ſecundo aduen
tus eorum ad templum dei in Hieruſalem: men C
ſe ſecundo: ceperunt Zorobabel filius ſalathiel: τ
ioſue filius ioſedech: τ reliqui de fratribus eorū
ſacerdotes: τ leuite τ omnes qui venerant de ca
ptiuitate in Hieruſalem: τ conſtituerunt leuitas
a viginti annis τ ſupra: vt vrgerent opus domi
ni. Stetitqꝫ Ioſue τ filij eius τ fratres eius: ced
mihel τ filij eius: τ filij iuda quaſi vir vnus: vt in
ſtarent ſuper eos qui faciebant opus in templo
dei: filij enadab τ filij eorum τ fratres eorum leui
te. Fundato igitur a cementarijs tēplo dñi: ſtete
runt ſacerdotes in ornatu ſuo cum tubis: τ leui
te filij aſaph in cymbalis: vt laudarent deū per
manus dauid regis Iſrael. Et concinnebantur in D
hymnis τ cōfeſſione dño: qm̄ bonus quoniam in
eternū miſericordia eius ſup Iſrl̄. Omniſqꝫ popu
lus vociferabatur clamore magno in laudādo do
minū: eo ꝙ fundatum eſſet tēplū dñi. Plurimi

etiam de ſacerdotib⁹ ⁊ leuitis:⁊ principes patrũ
et ſeniores qui viderant templum prius cũ fun-
datum eſſet ⁊ hoc templũ in oculis eorum:flebãt
voce magna:⁊ multi vociferantes in letitia:eleua
bant vocem nec poterat quiſq̄ agnoſcere voceʒ
clamoris letantium:⁊ vocẽ fletus populi.Com-
mixtim enim populus vociferabatur clamore ma
gno:⁊ vox audiebatur procul.

¶ Capituli Summarium. ¶ Impeditꝰ edifica
tio ab hoſtibus ſamarie:ſcribunt epiſtolas accu
ſatiõis:⁊ dicunt: ꝙ ſi edificatur ciuitas tributa
regi perſarum non dabuntur:: prohibetur opus
templi. Capitulum.iiij.

A Adſerunt autem ho
ſtes Iude et Beniamin:quia
filij captiuitatis edificarent tẽ
plum domino deo Iſrael:⁊ ac-
cendẽtes ad Zorobabel et ad
principes patrum:dixerũt eis:
Edificemus vobiſcum: q: ita
vt nos querimus deum veſtrum:ecce nos immo
lauimus victimas a diebus Aſſoraddam regis
Aſſur:qui adduxit nos huc.Et dixit eis Zoroba
bel et Ioſue et reliqui principes patruʒ Iſrael:
Non eſt nobis et vobis vt edificemus domum
deo noſtro ſed noſipſi ſoli edificabimus domino
deo nr̃o:ſicut precepit nobis Cyr⁹ rex perſaꝝ.
Factum eſt igit̃ vt populus terre impediret ma
nus populi iude.et turbaret eos in edificendo.
Conduxerunt quoq; aduerſus eos cõſiliatores
vt deſtruerent conſilium eorum omnibus dieb⁹
Cyri regis perſarum ⁊ vſq; ad regnũ darij regis
perſarum in regno autem Aſſueri ipſe eſt Arta-
xerxes in principio regni eius ſcripſerunt accuſa
B tionem aduerſus habitatores Iude et Hieru-
ſalem.Et in diebus artaxerxis ſcripſit Beſellaʒ
Mithridates ⁊ Thabeel et reliqui qui erant in
conſilio eorum ad Artaxerxem regem perſaruʒ:
Epiſtola autem accuſationis ſcripta erat Syria
ce:et legebatur ſermone Syro.Reum Beelthẽ
et Samſai Scriba ſcripſerunt epiſtolam vnam
de Hieruſalem Artaxerxi regi huiuſcemodi.Re
um Beeltheen et Samſai Scriba: et reliqui
conſiliatores eorum Dinei ⁊ Apharſathel The-
phalei Arphaſei Herauei Babylonij Suſanne-
chanci Diei ⁊ Elamite:⁊ ceteri de gẽtib⁹ quas
tranſtulit Aſſennaphar magnus et glorioſus:et
C habitare eas facit in ciuitatibus Samarie et in
reliquis regionibus trans flumen in pace. Hoc
eſt exemplar epiſtole quam miſerunt ad eum.Ar
taxerxi regi ſerui tui viri qui ſunt trans fluuiuʒ
ſalutem dicunt.Notum ſit regi q: iudei qui aſcẽ
derunt a te ad nos venerunt in Hieruſalem ciui
tatem rebellem et peſſimam:quã edificant extru
entes muros eius et parietes cõponentes.Nũc
igitur notum ſit regi:q: ciuitas illa edificata fue
rit.et muri eius inſtaurati:tributum ee vectigal
et annuos redditus non dabũt:⁊ vſq; ad reges
hec noxa perueniet.Nos autem memores ſalis
qđ in palacio cõedimus:et q: leſiones regis vi-
dere nephas ⁊ ducimus:idcirco miſimus ⁊ nun-
ciauimus regi vt recẽſeas in libris hiſtoriarum
patrum tuorũ ⁊ inuenies ſcriptũ in cõmentarijs
et ſcies qm̃ vrbs illa rebellis eſt:⁊ nocẽs regibus
et prouincijs ⁊ bella cõcitantur in ea ex diebus
antiquis:q̄ obrẽ ⁊ ciuitas illa deſtructa eſt.Nun
ciam⁹ nos regi qm̃ ſi ciuitas illa edificata fuerit
et muri ipſius inſtaurati poſſeſſionem trans flu
uium non habebis.Verbum miſit rex ad reum D
Beelthẽ ⁊ Samſai ſcribã ⁊ ad reliq̃s qui erant
in conſilio eorum habitatores ſamarie ⁊ ceteris
trans fluuium ſalutem dicẽs ⁊ pacẽ accuſationẽ
quam miſiſtis ad nos manifeſte lecta eſt coram
me:⁊ a me receptũ eſt: recẽſuerunt inueneruntq;
qm̃ ciuitas illa a diebus antiquis aduerſum re-
ges rebellat et ſeditiones ⁊ prelia concitãtur in
ea.Nam ⁊ reges fortiſſimi fuerunt in hieruſaleʒ
qui ⁊ dñati ſunt omni regioni que trãs fluuium
eſt.Tributũ quoq; ⁊ vectigal ⁊ redditus accipie
bãt.Nũc ergo audite ſniaʒ.Prohibeatis viros
illos:vt vrbs illa nõ edificet̃:donec ſi forte a me
iuſſum fuerit.videte ne negligenter hoc implea-
tis:⁊ paulatim creſcat malũ contra reges.Itaq;
exemplum edicti Artaxerxis regis lectum eſt co
ram reũ beelthẽ ⁊ ſamſei ſcriba ⁊ conſiliarijs eo
rũ.Et abierũt feſtini in hierl'm ad iudeos ⁊ phi
buerunt eos in brachio ⁊ robore.Tunc intermiſ-
ſum eſt opus domini in hierl'm.⁊ nõ fiebat vſq;
ad annum ſecundum regni darij regis perſaruʒ.

¶ Capi.Summa. ¶ Ad exhortationem aggei
et zacharie zorobabel et ioſue iteruʒ edificare tẽ
plũ incipiunt et regionis dux trãs flumẽ cõſulit
darium per epiſtolas ſuper hoc. Capitulũ.v.

Rophetauerunt au A
teʒ aggeus propheta ⁊ zacha
rias filius ado prophetantes
ad iudeos qui erãt in iuda ⁊ in
hierl'm et in nomine dei iſrael
Tunc ſurrexerunt Zorobabel
filius ſalathiel et Ioſue filius
Ioſedech ⁊ ceperunt edificare tẽplum dei in hie
ruſalem:⁊ cum eis prophete dei adiuuantes eos
In ipſo autem tp̃e venit ad eos thatanei q̃ erat
dux trans flumen ⁊ ſtarbuzannai ⁊ cõſiliarij eo-
rum ſicq; dixerunt eis. Quis dedit vobis con-
ſilium vt domuʒ hanc edificaretis et muros eius
inſtauretis. Ad quod reſpondimus eis que eẽnt B
nomina hominum auctoruʒ edificationis illuis
Oculus autem dei eorum factus eſt ſuper ſenes
iudeorum: et non potuerunt inhibere eos.Pla
cuitq; vt rex ad darium referretur:et tunc ſatiſ-
facerent aduerſus accuſationem illam.Exẽplar
epiſtole quam miſit thatannai dux regiõis trãs
flumen et ſtarbuzannai et conſiliatores eius ar-
phaſathei qui erant trans flumẽ ad dariũ regẽ.
Sermo queʒ miſerat ei ſic ſcriptus erat. Dario

regi pax omnis. Notuꝫ ſit regi iſſe nos ad iudeā
ꝓuinciā ad domū dei magni: que edificat lapide
impolito ⁊ ligna ponūtur in parietibus: opuſqꝫ
C illud diligenter extruit ⁊ creſcit in manibꝰ eorūꝫ
Interrogauimus ergo ſenes illos ⁊ ita diximus
eis. Quis dedit vobis ptāteꝫ vt domum hāc edi
ficaretis: ⁊ muros hos inſtauretis: ſed ⁊ noīa eo
rum queſiuimus ab eis vt nunciaremus tibi ſcri
pſimuſqꝫ nomina eorum virorum qui ſunt princi
pes in eis. Huiuſcemodi autē ſermonē reſpōde-
runt nobis dicentes. Nos ſumus ſerui dei celi ⁊
terre: ⁊ edificamus tēplum quod erat extructuꝫ
ante hos annos multos: quodcunqꝫ rex Iſrael
magnus edificauerat et extruxerat. Poſtq̄ aūt
ad iracundiam prouocauerunt patres noſtri deū
celi: tradidit eos in manus Nabuchodonoſor re
gis babylonis regis chaldei: domum quoqꝫ hāc
deſtruxit: ⁊ populuꝫ eius tranſtulit in babylonē.
Anno autem primo Cyri regis babylonis cyrus
D rex propoſuit edictū vt domus dei edificaretur.
Nam ⁊ vaſa templi dei aurea ⁊ argentea que na
buchodonoſor tulerat de tēplo quod erat in hie
ruſalem: ⁊ aſportauerat ea in templuꝫ babylonis
protulit Cyrus rex de templo babylonis: ⁊ data
ſunt ſaſabaſar vocabulo: quem ⁊ principem con-
ſtituit: dixitqꝫ ei. Hec vaſa tolle ⁊ vade ⁊ pone ea
in templo quod eſt in hieruſalē: ⁊ domus dei edi-
ficetur in loco ſuo. Tunc itaqꝫ ſaſabaſar ille venit
et poſuit fundamenta tēpli dei in Hieruſalem: ⁊
ex eo tempore vſqꝫ nunc edificatur ⁊ necdum cō-
pletum eſt. Nunc ergo ſi videtur regi bonum: re
cenſeat in bibliotheca regis que eſt in Babylo
nem: vtrum nam a Cyro rege iuſſuꝫ fuerit vt edi-
ficaretur domus dei in Hieruſalem: ⁊ voluntatē
regis ſuper hac remittat ad nos.

Capituli Summarium. Darius biblio-
thecas babylonie perquiri faciēs: inuenit decre
tum Cyri regis precepiſſe: ⁊ ꝙ ipſe templum edi
ficauerit proprijs ſumptibus: dat ⁊ ipſe preceptū
ꝙ edificetur domus domini: ⁊ dedit iudeis for-
tiſſimum priuilegium: celebrantur ſolennitates
azymorum. Capitulum. vj.

A Tunc Darius rex pre-
cepit: ⁊ recenſuerunt in bibliothe
ca librorum qui erant repoſiti in
babylone: ⁊ inuētuꝫ eſt in egba-
tanis (quod eſt caſtrū in medena
prouincia) volumen vnum: taliſqꝫ ſcriptus erat
in eo cōmentarius: Anno primo Cyri regis: Cy-
rus rex decreuit: vt domus dei edificaretur: que
eſt in Hieruſalem in loco vbi immolant hoſtias:
et vt ponant fundamenta ſuportantia altitudinē
cubitorum ſexaginta: ⁊ latitudinem cubitorum
ſexaginta: ordines de lapidibus impolitis tres:
et ſic ordines de lignis nouis. Sumptus autem
de domo regis dabuntur. Sed ⁊ vaſa templi dei
aurea ⁊ argentea que Nabuchodonoſor tulerat
de templo Hieruſalem: ⁊ attulerat ea in Baby
lonem: reddantur ⁊ referantur in templum hie-
ruſalem in locum ſuum: que et poſita ſunt in tē
plo dei. Nunc ergo Thatannai dux regionis que B
eſt trans flumen: et ſtarbuzannai et conſiliarij ve
ſtri apharſathei: qui eſtis trās flumen: procul re
cedite ab illis: et dimittite fieri templum dei il-
lud a duce iudeorum a ſenioribus eorum: et do-
mum dei illam edificent in loco ſuo. Sed ⁊ a me
preceptum eſt: quid oporteat fieri a preſbyte-
ris iudeorum illis: vt edificetur domus dei ſcili-
cet: vt de arca regis: id eſt de tributis que dan-
tur de regione trans flumen: ſtudioſe ſumptus
dentur viris illis: ne impediatur opus. Quod ſi
neceſſe fuerit ⁊ vitulos et agnos et hedos in ho
locauſtum deo celi: frumentum: ſal vinum et ole
um: ſm ritum ſacerdotum qui ſunt in Hieruſa-
lem detur eis per ſingulos dies: ne ſit in aliquo
querimonia: et offerant oblationes deo celi:
orentqꝫ pro vita regis et filiorum eius. A me ergo
poſitum eſt decretum: vt omnis homo qui hāc
mutauerit iuſſionem tollatur lignum de domo
ipſius: erigatur et configatur in eo: domus au-
tem eius publicetur. Deus autem qui habita-
re fecit nomen ſuum ibi: diſſipet omnia regna ⁊ C
populum qui extenderit manum ſuam vt repu-
gnet et diſſipet domum dei illam que eſt in hie-
ruſalem. Ego Darius ſtatui decretum quod
ſtudioſe implere volo. Igitur Thatannai dux
regionis trās flumen et ſtarbuzannai et conſilia
rij eius ſm quod preceperat Darius rex: ſic dili
genter executi ſunt. Seniores autem iudeorum
edificabantur et proſperabantur iuxta prophe-
tiam Aggei prophete et Zacharie filij Ado. Et
edificauerunt et conſtruxerunt iubente deo Iſ-
rael: et iubente Cyro et Dario ⁊ Artaxerxe re
gibus perſarum: ⁊ compleuerunt domum dei
iſtam vſqꝫ ad diem tertium menſis adar: qui eſt
annus ſextus regni Darij regis. Fecerunt au-
tem filij Iſrael ſacerdotes et leuite et reliqui fi- D
liorum tranſmigrationis dedicationem domus
dei in gaudio: et obtulerunt in dedicatione do-
mus dei: vitulos centū: arietes ducentos: agnos
quadringentos: hircos caprarum pro peccato
totius Iſrael duodecim: iuxta numerum tribu-
um Iſrael. Et ſtatuerunt ſacerdotes in ordini-
bus ſuis: et leuitas in vicibus ſuis ſuper opera
dei in Hieruſalem: ſicut ſcriptuꝫ eſt in libro moy
ſi. Fecerunt autem filij Iſrael tranſmigratio-
nis paſcha q̄rtadecima die mēſis p̄mi. Purifica
ti enim fuerant ſacerdotes et leuite: quaſi vnus:
omnes mundi ad immolandum paſcha vniuer-
ſis filijs tranſmigrationis: et fratribus ſuis ſa-
cerdotibus: et ſibi. Et comederunt filij Iſrael
qui reuerſi fuerant de tranſmigratione: et om-
nes qui ſe ſeparauerant a coinquinatione gen-
tium terre ad eos: vt quererent dominū deum
Iſrael. Et fecerunt ſolennitatem azymorum ſe-
ptē diebus in leticia: quoniam letificauerat eos
dominus: et conuerterat cor regis Aſſur ad eos
vt adiuuaret manus eorum in opere domus do-
mini dei Iſrael.

¶ Capi. Sũma. ¶ Aſcendit Eſdras de baby-
lone: de edicto artarxerxis: de honore templi de:
libertate miniſtrorum eius. Caplm.

A
j. Eſdre.
viij. a.

Poſt hec autem ver-
ba in regno Artarxerxis regis
perſarum: Eſdras filij Sara-
ie filij Azarie filij Helchie: filij
Sellum: filij Sadoch filij achi
tob filij amarie filij azarie filij
maraioth filij Zarie filij Ozi fi-
lij bocci filij abiſue filij phinees filij Eleazar filij
Aaron ſacerdotis: ab initio ipſe Eſdras aſcēdit
de babylone: ⁊ ipſe ſcriba velox in lege Moyſi:
quam dñs deus dedit Iſrael. Et dedit ei rex ſm
manum dñi dei eius bonam ſuper eū omnē peti-
tionē eius: ⁊ aſcenderunt de filijs Iſrael: ⁊ de fi-
lijs ſacerdotum ⁊ de filijs leuitarū: ⁊ de cantori-
bus: ⁊ de ianitoribus ⁊ de nathinneis in Hieru-
ſalem anno ſeptimo Artarxerxis regis: ⁊ venerūt
in Hieruſalem menſe quinto: ipſe eſt annus ſe-
ptimus regis. Quia in primo die menſis primi
cepit aſcendere de babylone: ⁊ in primo die men
ſis quinti venit in hieruſalem iuxta manum dei
ſui bonam ſuper ſe. Eſdras autem parauit cor
ſuum vt inueſtigaret legē dñi: ⁊ faceret ⁊ doceret
B in Iſrael preceptum ⁊ iudicium. Hoc eſt autem
exemplar epl'e edicti: qđ dedit rex Artarxerxes
Eſdre ſacerdoti: ſcribe erudito in ſermonibus ⁊
in preceptis dñi ⁊ cerimonijs eius in Iſrael. Ar-
tarxerxes rex regū Eſdre ſacerdoti: ſcribe legis
dei celi doctiſſimo: ſalutem. A me decretū eſt vt
cuicunq placuerit in regno meo de populo Iſ-
rael ⁊ de ſacerdotibus eius ⁊ de leuitis ire in hie
ruſalem tecum vadat. A facie enim regis ⁊ ſeptē
cōſiliatorum eius miſſus es vt viſites iudeam et
Hieruſalem in lege dei tui: que eſt in manu tua: ⁊
vt feras argentum ⁊ aurum quod rex ⁊ conſilia-
tores eius ſponte obtulerunt deo Iſrael: cuius
C in Hieruſalem tabernaculū eſt. Et omne argen-
tum ⁊ aurū quodcunq inueneris in vniuerſa pro
uincia Babylonis ⁊ populus offerre voluerit: ⁊
de ſacerdotibus qui ſpōte obtulerint domui dei
ſui que eſt in hierl'm libere accipe ⁊ ſtudioſe eme
de hac pecunia vitulos arietes agnos ⁊ ſacrificia
⁊ libamina eorū: ⁊ offer ea ſuper altare templi dei
veſtri qđ eſt in Hierl'm. Sed ⁊ ſi qđ tibi ⁊ fratri-
bus tuis placuerit de reliquo argento ⁊ auro vt
faciatis iuxta voluntatē dei veſtri facite: vaſa quoq
que dant' tibi in miniſteriū domus dei tui: trade
in conſpectu dei in Hierl'm. Sed ⁊ cetera qbus
opus fuerit in domo dei tui quātūcunq neceſſe eſt
vt expēdas: dabis de theſauro ⁊ de fiſco regis ⁊ a
me. Ego artarxerxes rex ſtatui atq decreui om-
nibus cuſtodib' arce publice qui ſunt trās flumē
vt quodcunq petierit a vobis Eſdras ſacerdos
ſcriba legis dei celi: abſq mora detis vſq ad ar
gēti talēta cētū ⁊ vſq ad frumēti choros cētū
⁊ vſq ad vini bathos centum: ⁊ vſq ad bathos
D olei cētū: ſal vero abſq mēſura. Omne quod ad
ritum dei celi pertinet tribuat' diligēter in domo
dei celi ne forte iraſcat' cōtra regnū regis ⁊ filio-
rum eius. Vobis quoq notum facimus de vniuerſis
ſacerdotibus ⁊ leuitis ⁊ cantoribus ⁊ ianitorib'
nathinneis ⁊ miniſtris domus dei huius vt vecti
gal ⁊ tributum ⁊ annonas nō habeatis poteſta-
tem imponēdi ſuper eos. Tu autem Eſdra ſm ſa
pientiam dei tui que eſt in manu tua: cōſtitue iu
dices et preſides vt iudicent omni populo qui
eſt trans flumen his videlicet qui nouerunt legē
dei tui ſed ⁊ imperitos docete libere. Et oīs qui
nō fecerit legem dei ⁊ legem legis diligenter iu-
dicium erit de eo ſiue in morte ſiue in exilium ſi-
ue in condemnationem ſubſtātie eius vel certe in
carcerem. Et dixit Eſdras ſcriba. Benedictus
dominus deus patrum noſtrorum qui dedit hoc
in corde regis vt glorificaret domū domini que
eſt in Hieruſalē ⁊ in me inclinauit miſericordiā
ſuam coram rege ⁊ conſiliatoribus eius ⁊ vniuer
ſis principibus regis potentibus ⁊ ego cōforta
tus manu dñi dei mei que erat in me congrega-
ui de Iſrael principes qui aſcenderunt mecum.

¶ Capituli Summarium. ¶ De his qui aſcē
derunt cum Eſdra ⁊ directione itineris poſt fle-
tum ⁊ ieiunium appendūtur vaſa tēpli ⁊ offerūt
ea cum holocauſtomatibus in Hieruſalem.

Capitulum. viij.

Hi ſunt ergo princi- A
pes familiarū ⁊ genealogia eorū j. Eſdre.
qui aſcenderunt mecum in re- viij. c.
gno Artarxerxis regis de Ba
bylone de filijs Phinees ger-
ſon: de filijs Ithamar Daniel
de filijs dauid atthus: de filijs
Sechenie ⁊ de filijs Pharos Zacharias: ⁊ cū eo
numerati ſunt viri centum quinquaginta: de fi-
lijs phetmoab elioenai filius Zare: ⁊ cum eo ducē
ti viri. De filijs Sechenie fili' Ezechiel: ⁊ cū eo
trecenti viri. De filijs addam nabeth filius Io-
nathan: ⁊ cum eo quinquaginta viri. De filijs he
lam Eſaias filius Athalie: ⁊ cū eo ſeptuaginta
viri. De filijs ſaphacie Zebedia fili' Michael: ⁊ B
cum eo octoginta viri. De filijs ioab obedia fi-
lius Iehihel: cum eo ducentidecem ⁊ octo viri.
De filijs ſelomith filius ioſphie ⁊ cum eo cētum
ſexaginta viri. De filijs belal Zacharias filius be
bai: ⁊ cum eo vigintiocto viri. De filijs Ezeab io
hannam filius Ezetham: ⁊ cum eo cētum ⁊ decē
viri. De filijs Adonicam qui erant nouiſſimi: et
hec nomina eorum: helipheleth ⁊ iehihel ⁊ Sa-
maias: ⁊ cum eis ſexaginta viri. De filijs bechui
Vthai ⁊ Zachur et cum eis ſeptuaginta viri. Cō
gregaui autem eos ad fluuium qui decurrit ad
hauua et manſimus ibi tribus diebus. Queſi- C
uiq in populo et in ſacerdotibus de filijs leui: ⁊
non inueni ibi. Itaq miſi helizer ⁊ ariel ⁊ ſeme-
iam ⁊ helnathā ⁊ iarib et alterum helnathā ⁊ na
than et Zachariam ⁊ moſollā: principes: et Io-

rib et Helnathan ſapipientes: et miſit eos ad
Heddo qui eſt primus in Caſphie loco et po-
ſui in ore eorum verba que loquerentur ad Hed
do et ad fratres eius Mathineos in loco Caſ-
phie: vt adducerent nobis miniſtros domus
dei noſtri et adduxerunt nobis: per manum dei
noſtri bonam ſuper nos virum doctiſſimum de
filijs Mooli filij Leui filij Iſrael: et Sara-
biam et filios eius et fratres eius decem et octo
et Aſabiam et cum eo Eſaim de filijs Merarij:
D fratreſq̄ eius et filios eius viginti. Et de Na-
thinneis quos dederat Dauid et principes ad
miniſteria Leuitarum Nathinneos ducentos
viginti: omnes hi ſuis nominibus vocabantur.
Et predicaui ibi ieiunium iuxta fluuium Hauua
vt affligeremur coram domino deo noſtro: et pe
teremus ab eo viam rectam nobis et filijs nr̄is
vniuerſeq̄ ſubſtantie noſtre. Erubui enim pe-
tere a rege auxilium et equites qui defenderent
nos ab inimico in via: q2 dixeramus regi: Ma-
nus dei noſtri eſt ſuper omnes qui querunt eū
in bonitate: et imperium eius et fortitudo eius
et furor ſuper omnes qui derelinquunt eum: Ie
E iunauimus autē et rogauimus deum noſtrum
pro hoc et euenit nobis proſpere. Et ſeparaui:
de principibus ſacerdotum duodecim: Sarabiā
et Aſabiam: et cum eis de fratribus eorum de
cem: appenditq̄ eis argentum et aurum et vaſa
conſecrata domus dei noſtri: que obtulerat rex
et conſiliatores eius et principes eius vniuer-
ſuſq̄ Iſrael eorum qui inuenti fuerant. Et ap-
B pendi in manibus eorum argenti talenta ſexcen
ta quinquaginta: et vaſa argentea centum. auri
ꝯo centum talenta: et crateres aureos viginti:
ſ qui habebant ſolidos millenos: et vaſa eris ful-
gentis optimi duo pulchra vt aurum. Et dixit
eis. Uos ſancti dn̄i et vaſa ſancta et argentū et
aurum qđ ſponte oblatum eſt domino deo pa-
trum noſtrorum: vigilate et cuſtodite donec ap-
pendatis coram principibus ſacerdotum et leui
tarū ⁊ ducib⁹ familiaꝝ Iſrl̄. in Hieruſalē in the
ſaurū dom⁹ dn̄i. Suſceperūt aūt ſacerdotes ⁊ le
uite pōdus argenti ⁊ auri ⁊ vaſoꝝ vt deferrēt hie
ruſalē in domū dei nr̄i. ꝑmouimus ergo a flumie
hauua duodecimo die mēſis p̄mi vt ꝑgeremus
hierl̄m: ⁊ manus dei nr̄i fuit ſuper nos ⁊ libera
uit nos de manu inimici ⁊ inſidiatoris in via. Et
venimus hierl̄ꝫ ⁊ māſimus ibi trib⁹ diebus. Die
autē quarta appēſum eſt argentū ⁊ aurū ⁊ vaſa
G in domo dei nr̄i ꝑ manuꝫ Remoth filij vrie ſacer
dotis ⁊ cū eo eleazar filius phinees: ⁊ cū eis io-
ſadech filius ioſue ⁊ noadaia filius bennoi leuite
iuxta numerū ⁊ pōdus oīꝫ. Deſcriptūq̄ eſt om
ne pōdus in tpe illo. Sꝫ ⁊ qui venerāt de captiui
tate filij trāſmigratiōis: obtulerūt holocauſto-
mata deo iſrael: vitulos duodecīꝫ: ꝓ omni ppl̄o
iſrael arietes nonaginta ſex: agnos ſeptuaginta
ſeptem: hircos pro peccato duodecim: omnia in
holocauſtum domino. Dederunt aūt edicta re-
gis ſatrapis qui erāt in cōſpectu regis ⁊ ducib⁹
trans flumē: ⁊ eleuauerunt populū ⁊ domū dei.

C Capi. Sum. C Nunciatur eſdre ꝙ filij iſrael
non ſint ſeparati a ppl̄o terre immo etiam duxe
runt in vxores filias eorū ſibi ⁊ filijs ſuis: hoc au
dito eſdras ſcidit palliū ſuum ⁊ tunicaꝫ ⁊ euellet
pilos capitis eius ⁊ ſedēs plorat. Capi. ix.

Postq̄ aūt hec cōple A
ta ſunt: acceſſerūt ad me p̄nci
pes: dicētes. Nō eſt hic ſepa-
tus pplus iſrael ⁊ ſacerdotes
et leuite a ppl̄is terrarūꝫ: ⁊ de
abominationibus eoꝝ: chana
nei videlicet et ethei et phere
zei ⁊ iebuſei ⁊ ammonitarū ⁊ moabitarū ⁊ egy
ptioꝝ ⁊ amorreoꝝ tulerūt eīm de filiab⁹ eoꝝ ſibi
et filijs ſuis vxores ⁊ commiſcuerūt ſemē ſanctū
cum ppl̄is terrarum. Manus etiam principū et
magiſtratuum fuit in tranſgreſſione hac prima.
Cumq̄ audiſſem ſermonem iſtum: ſcidi pallium iij. Eſdre.
meum ⁊ tunicam: ⁊ euelli capillos capitis mei et viij. c.
barbe: ⁊ ſedi merens. Conuenerunt autem ad
me omnes qui timebant verbum dei iſrael pro
tranſgreſſione eorum qui de captiuitate venerāt
et ego ſedebam triſtis vſq̄ ad ſacrificium veſper
tinum. Et in ſacrificio veſpertino ſurrexi de af- B
flictione mea: ⁊ ſciſſo pallio ⁊ tunica curuaui ge-
nua mea ⁊ expandi manus meas ad dn̄m deum
meum ⁊ dixi. Deus meus confundor: ⁊ erubeſco
leuare facieꝫ meam ad te: qm̄ iniquitates noſtre
multiplicate ſunt ſuper caput nr̄m: ⁊ delicta nr̄a
creuerunt vſq̄ ad celū a diebus patruꝫ noſtroꝝ.
Sed ⁊ nos ipſi peccauimus grauiter vſq̄ ad diē
hanc: ⁊ in iniquitatibus nr̄is traditi ſumus: ipſi
et reges noſtri ⁊ ſacerdotes noſtri in manū regū
terraꝝ ⁊ in gladium: ⁊ in captiuitateꝫ: in rapinaꝫ
et in confuſionē vultus ſicut ⁊ die hac. Et nunc C
quaſi ad parū ⁊ momētū facta eſt dep̄catio nr̄a
apud dn̄m deum noſtrū vt dimitterent nobis re
liquie: ⁊ daret pax illius in loco ſancto eius ⁊ illu
minaret oculos nr̄os deus noſter: ⁊ daret nobis
vitā modicā in ſuitute nr̄a q2 ſui ſumus ⁊ in ſui
tute nr̄a non dereliq̇t nos deus noſter: ⁊ inclina-
uit ſup nos miam corā rege ꝑſarum: vt daret no
bis vitā ⁊ ſublimaret domū dei nr̄i: ⁊ extruxerūt
ſolitudines eius et daret nobis ſpem in iuda et
hieruſaleꝫ. Et nūc quid dicem⁹ dn̄e deus noſter
poſt hec: q2 dereliq̇mus mādata tua que precepi
ſti in manu ſuoꝝ tuorum ꝓphetarū: dicēs. Ter-
ra ad quā vos ingredimini vt poſſideatis eam:
terra immūda eſt iuxta immūdiciā populorū ce
teraruq̄ terraꝝ abominationibus eorum qui re
pleuerūt eaꝫ ab ore vſq̄ ad os in coinq̇natione
ſua. Nunc ergo filias vr̄as ne detis filijs eoꝝ et D
filias eoꝝ ne accipiatis filijs vr̄is: ⁊ nō queratis
pacē eorum ⁊ ꝓſperitatē eoruꝫ vſq̄ in eternum:
vt confortamini ⁊ cōedatis que bona ſunt terre
et heredes habeatis filios vr̄os vſq̄ in ſeculuꝫ. Et
poſt oīa que venerūt ſup nos in operibus nr̄is peſ
ſimis ⁊ in delicto nr̄o magno: q2 tu deus noſter
liberaſti nos de iniquitate noſtra: ⁊ dediſti nobis

ſalutem ſicut eſt hodie vt non cõuerteremur: et
irrita faceremus mandata tua: neqꝫ matrimonia
iungeremus cum populis abominationum iſta-
rum. Nũquid iratus es nobis vſqꝫ ad cõſumma
tionem: ne dimitteres nobis reliquias ad ſalutẽ:
dñe deus Iſrl' iuſtus tu: qm̃ derelicti ſumus qui
ſaluaremur ſicut die hac. Ecce corã te ſumus in
delicto noſtro. Non eñ ſtari põt corã te ſup hoc.

¶ C. S. ¶ Penitet ꝛ luget populus: ſeperan
tur vxores alienigene: deſcribuntur illi qui eas
abiecerunt. Capitulum. x.

A
iij. Eſdre.
viij. g.

HJc ergo orãte eſdra
ꝛ implorante deum ꝛ flente et
iacente ante templum dei: col
lectus eſt ad eum de Iſrael ce-
tus grandis nimis virorum et
mulierum puerorumqꝫ. Et fle
uit populus fletu multo. Et re
ſpõdit Sechenias filius Jehihel de filijs Helã:
ꝛ dixit Eſdre. Nos preuaricati ſumus in deũ no
ſtrum: ꝛ duximus vxores alienigenas de populis
terre. Et nunc ſi eſt penitentia in Iſrael ſuper
hoc: percutiamus fedus cum domino deo noſtro
vt proijciam⁹ vniuerſas vxores: ꝛ eos qui de his
nati ſunt: iuxta voluntatẽ domini ꝛ eorũ qui te
nent preceptum domini dei noſtri: ſm legẽ fiat.
Surge: tuum eſt diſcernere: noſqꝫ erimus tecũ.
Confortare ꝛ fac. Surrexit ergo Eſdras ꝛ adiu
rauit principes ſacerdotum ꝛ leuitarum: ꝛ omnẽ
iij. Eſdre. Iſrael vt facerent ſm verbũ hoc. Et iurauerũt.
ix. a. Et ſurrexit Eſdras ante domum dei: ꝛ abijt ad
cubiculum Joãnam filij Eliaſib: ꝛ ingreſſus eſt
B illuc. Panem non comedit ꝛ aquã nõ bibit. Lu
gebat enim tranſgreſſionem eorum qui venerãt
de captiuitate. Et miſſa eſt eorum vox in iuda et
in Hieruſalem omnibus filijs tranſmigrationis:
vt congregarentur in Hieruſalẽ: ꝛ omnis qui nõ
venerit in tribus diebus iuxta cõſiliũ principum
ꝛ ſeniorum: auferetur vniuerſa ſubſtantia eius: ꝛ
ipſe abijcietur de cetu tranſmigrationis. Conue
nerunt igitur omnes viri iuda: ꝛ beniamin in hie
ruſalem tribus diebus: ipſe eſt menſis nonus vi-
ceſima die menſis: ꝛ ſedit omnis populus in pla-
tea domus dei: trementes pro peccato ꝛ pluuijs.
Et ſurrexit Eſdras ſacerdos ꝛ dixit ad eos. Uos
tranſgreſſi eſtis ꝛ duxiſtis vxores alienigenas vt
adderetis ſuper delictum Iſrael. Et nunc date
confeſſionem domino deo patrum veſtrorum: et
facite placitum eius: ꝛ ſeparamini a populis ter
re: ꝛ ab vxoribus alienigenis. Et reſpondit vni-
uerſa multitudo. Dixitqꝫ voce magna. Juxta
verbum tuum ad nos: ſic fiat. Ueruntamen quia
populus multus eſt ꝛ tempus pluuie: ꝛ non ſuſti
nemus ſtare foris: ꝛ opus non eſt diei vnius vel
duorum: vehementer quippe peccauimus in ſer
mone iſto: conſtituantur principes in vniuerſa
multitudine: ꝛ omnes in ciuitatibus noſtris qui
duxerunt vxores alienigenas veniant in tempori-
bus ſtatutis: ꝛ cum his ſeniores per ciuitatẽ in
ciuitatem: ꝛ iudices eius donec auertatur ira dei
noſtri a nobis ſuper peccato hoc. Igitur Jona- C
than filius Aſahel ꝛ Jaazia filius Thecue ſtete-
runt ſuper hoc: ꝛ moſollam ꝛ Sebethai leuites
adiuuerunt eos: feceruntqꝫ ſic filij tranſmigra-
tionis. Et abierunt eſdras ſacerdos ꝛ viri princi
pes familiarum in domos patrum ſuorum ꝛ om
nes per omnia ſua: ꝛ ſederunt in die primo men-
ſis decimi vt quererent rem. Et cõſummati ſunt
omnes viri qui duxerũt vxores alienigenas vſqꝫ
ad diem primam menſis primi: ꝛ inuenti ſunt de
filijs ſacerdotum qui duxerunt vxores alienige-
nas de filijs Joſue filij Joſedech ꝛ fratres eius
Maaſia ꝛ Eliezer ꝛ Jarib ꝛ Godolia. Et dede-
runt manus ſuas vt eijcerent vxores ſuas: et pro
delicto ſuo arietem de ouibus offerent. Et de
filijs Emmer: Annani ꝛ Zebedia ꝛ de filijs Se-
rim Maaſia ꝛ Elia ꝛ Semeia Jehihel ꝛ Ozias: D
ꝛ de filijs Pheſur Elioenai Maaſia Hiſmahel
Nathanael Joſabeth ꝛ Heleſa: ꝛ d̃ filijs Leuitarũ
Joſabeth ꝛ Semei ꝛ celaia: ipẽ ẽ Calithaphata-
ia Juda ꝛ Elieſer: ꝛ de cantoribus Eliaſub: ꝛ de
ianitoribus Sellum ꝛ Thelem ꝛ Uri ꝛ ex Iſrael
de filijs Pharos Remeia ꝛ Ezia ꝛ Melchia et
Miamin ꝛ Eliezer ꝛ Melchia ꝛ Banea: ꝛ de fi-
lijs Helam Mathania Zacharias ꝛ Hiehil et
Abdi ꝛ Jerimoth ꝛ Helia: et de filijs Zethua
Elioenai Eliaſib Nathania et Jerimuth et Za-
beth ꝛ Aſia: ꝛ de filijs Bebai Johannam Anã-
nia Zabbai Athalai: ꝛ de filijs Benni Moſolla
ꝛ Melluch ꝛ Adaia: Jaſub ꝛ Saal ꝛ Ramoth: ꝛ
de filijs Phetmoab Edna ꝛ Chalal Banaias:
ꝛ Maaſias Mathanias Beſelehel Bennui et
Manaſſe: ꝛ de filijs Herem Eliezer Jeſue Mel-
chias Semeias Symeon Beniamin Maloch
Samarias: ꝛ de filijs Aſõn Mathanai Mathet
Azabeth Elpheleth Jermai Manaſſe Semei:
de filijs Bani Maaddi Amram ꝛ Huel Bane-
as ꝛ Badaias Cheliau Banni Amarimuth et
Eliaſib Mathanias Mathanai ꝛ Jaſi ꝛ Bani
ꝛ Bennui Semei ꝛ Salmias ꝛ Nathan ꝛ Ada-
ias Mechne Dabaia Siſai Sarai Eſrel ꝛ Sele
mau ꝛ Semeria Sellũ Amarioſeph. De filijs Ne
bui Ahibel Mathathias Zabeth Zabina Jeddu
ꝛ Johel ꝛ Banai. Omnes hi acceperant vxores
alienigenas: ꝛ fuerunt ex eis mulieres que pe-
pererant filios.

¶ Explicit liber Eſdere primus.

¶ Incipit liber Neemie.

¶ Capituli Summarium. ¶ Neemias pin
cerna regis Artaxerxis audita afflictione Judeo
rum qui erant in Hieruſalem ieiunat querit mi-
ſericordiam a deo.

Capitulum primum.

A Erba
Neemie fi‑
lij Helchie.
Et factū eſt
in mēſe, caſ‑
leu anno vi‑
ceſimo ⁊ ego
eram in ſu‑
ſis caſtro.
Et venit ad
me Anani
vnus de fratribus meis: ipſe ⁊ viri ex iuda.
Et interrogaui eos de iudeis qui remanſe
rant ⁊ ſupererant de captiuitate ⁊ de Hieru
ſalem. Et dixerunt mihi. Qui remanſerunt
⁊ derelicti ſunt de captiuitate ibi in prouincia:
in afflictione magna ſunt ⁊ in opprobrio: et
B murus Hieruſalē diſſipatus eſt: ⁊ porte eius
combuſte ſunt igni. Cūq; audiſſem verba hu
Dani.ix.a iuſcemodi ſedi ⁊ fleui: ⁊ luxi diebus multis:
⁊ ieiunabam ⁊ orabā ante faciem dei celi et
dixi. Queſo dn̄e deus celi fortis magne atq;
terribilis: qui cuſtodis pactū ⁊ miſericordiā
cum his qui te diligūt: ⁊ cuſtodiunt mādata
tua: fiant aures tue auſcultātes: ⁊ oculi tui
aperti: vt audias orationē ſerui tui quā ego
oro corā te hodie die ⁊ nocte pro filijs Iſrl
C ſeruis tuis: ⁊ cōfiteor pro peccatis filiorū Iſ
rael quibus peccauerūt tibi. ⁊ ego dom⁹ pa
tris mei peccauimus: vanitate ſeducti ſum⁹
⁊ nō cuſtodiuimus mandatum tuum: ⁊ ceri
monias ⁊ iudicia que precepiſti Moyſi famu
lo tuo. Memēto verbi qd̄ mādaſti Moyſi
ſeruo tuo dicens. Cum tranſgreſſi fueritis:
ego diſperdam vos in populos: ⁊ ſi reuerta
mini ad me: ⁊ cuſtodiatis precepta mea ⁊ fa
ciatis ea: etiam ſi abducti fueritis ad extre‑
ma celi: inde congregabo vos ⁊ reducam in
locum quem elegi vt habitaret nomen meū
D ibi. Et ipſi ſerui tui ⁊ populus tuus quos
redemiſti in fortitudine tua magna ⁊ in ma
nu tua valida: obſecro domine fit auris tua
attendens ad orationem ſerui tui: ⁊ ad ora‑
tionem ſeruorum tuorum qui volunt time‑
re nomen tuum: ⁊ dirige ſeruum tuum ho‑
die ⁊ da ei miſericordiā ante virum hunc ego
enim eram pincerna regis.

¶ Capituli Summarium. ¶ Neemias ab Artaxerxe impetrat litteras ad duces regionis trans flumen cum quibus venit in Hieruſalem: conſiderat ruinas murorum de nocte et cauſam itineris ſui aperit populo: ad edificandum confortat muros.

Capitulum.ij.

Actum eſt autē in mē‑ A
ſe niſan anno viceſimo Artaxer‑
xis regis: ⁊ vinum erat ante eum
⁊ leuaui vinū ⁊ dedi regi ⁊ erā qua
ſi languidus ante faciem eius. Di
xitq; rex. Quare vultus tuus triſtis eſt: cum te
egrotum non videā. Non eſt hoc fruſtra: ſed ma
lum neſcio quod in corde tuo eſt. Et timui valde
ac nimis. ⁊ dixi regi Rex in eternum viue. Quare
non mereat vultus meus: q: ciuitas dom⁹ ſepul‑
chrorum patris mei deſerta eſt: ⁊ porte eius com
buſte ſunt igni. Et ait mihi rex: Pro qua re po‑
ſtulas. Et oraui deum celi. Et dixi ad regē. Si vi
detur regi bonū: ⁊ ſi placet ſeruis tuis ante faciē
tuam: vt mittas me in iudeam ad ciuitatē ſepul
chri patris mei: ⁊ edificabo eam. Dixitq; mihi B
rex ⁊ regina que ſedebat iuxta eum: Vſq; ad qd̄
tēpus erit iter tuum: ⁊ quādo reuerteris. Et pla
cuit ante vultum regis ⁊ miſit me. Et cōſtitui ei
tempus ⁊ dixi regi. Si regi videtur bonū: epiſto
las det mihi ad duces regionis trans flumen: vt
tranſducant me donec veniam in iudeam: ⁊ epi‑
ſtolam ad Aſaph cuſtodē ſaltus regis: vt det mi‑
hi ligna vt tegere poſſim portas templi: turres
domus ⁊ muros ciuitatis ⁊ domū quam ingreſ‑
ſus fuero. Et dedit mihi rex iuxta manū dei mei
bonam mecum. Et veni ad duces regionis trans
flumen: dediq; eis epiſtolas regis. Miſerat autē
rex mecum principes militum ⁊ equites. Et au‑
dierunt Sanaballath horonites ⁊ tobias ſeruus
Ammanites ⁊ contriſtati ſunt afflictione magna
q̧ veniſſet homo qui quereret proſperitatē filiorū
Iſrael. Et veni Hieruſalem ⁊ eram ibi trib⁹ die C
bus: ⁊ ſurrexi nocte ego ⁊ viri pauci mecum: ⁊ nō
indicaui cuiq; qd̄ dominus dediſſet in corde meo
vt facerem in hieruſalem: ⁊ iumētū non erat me
cum niſi animal cui inſidebam. Et egreſſus ſum
per portas vallis nocte ⁊ ante fontem draconis:
et ad portam ſtercoris: ⁊ conſiderabam murū hie
ruſalem diſſipatum ⁊ portas eius conſumptas
igni. Et tranſiui ad portam fontis ⁊ ad aquedu
ctum regis ⁊ non erat locus iumento cui ſedebā
vt tranſiret. Et aſcendi per torrentem nocte ⁊ cō
ſiderabam murum ⁊ reuerſus veni ad portā val‑
lis: ⁊ redij. Magiſtratus autem neſciebant quo
abijſſem: aut quid ego facerem. Sed ⁊ iudeis ⁊ ſa
cerdotibus ⁊ optimatibus ⁊ magiſtratibus ⁊ re‑
liquis qui faciebant opus vſq; ad id loci nihil in
dicaueram. Et dixi eis. Vos noſtis afflictionem
in qua ſumus: quia Hieruſalem deſerta eſt: ⁊ por D
te eius cōſumpte ſunt igni. Venite ⁊ edificemus
muros Hieruſalem: ⁊ nō ſimus vltra opprobriū.
Et indicaui eis manum dei mei q̧ eſſet bona me
cum: ⁊ verba regis que locutus eſt mihi: et aio:
Surgamus ⁊ edificemus. Et cōfortate ſunt ma
nus eorū in bono. Audierunt autē Sanaballath

Hoꝛonites ⁊ Tobias ſeruꝰ Amanites ⁊ Goſem
Arabs: ⁊ ſubſannauerunt nos ⁊ deſpexerunt: di
xeruntqꝫ: Que eſt hec res quam facitis? Nunqd
cōtra regē vos rebellatis? Et reddidi eis ſermo
nem: dixitqꝫ ad eos: Deus celi ipſe nos iuuat: et
nos ſerui eiꝰ ſumus ſurgamꝰ ⁊ edificemꝰ: vobis
autē nō eſt pars ⁊ iuſticia ⁊ memoꝛia in hierlm.

Capituli Sūmarium. Muri: turres poꝛte edificantur: incipit Eliaſib ſacerdos magnus diſtribuunturqꝫ viri iuxta qs edificēt Capi. iij.

A
Et ſurrexit eliaſib ſa
cerdos magnus ⁊ fratres eius
ſacerdotes: ⁊ edificauerūt poꝛ
tam regis. Ipſi ſctificauerūt
eam ⁊ ſtatuerūt valuas eius et
vſqꝫ ad turrim centum cubito
rum ſanctificauerunt eam vſqꝫ
ad turrim ananiel. Et iuxta eū edificauerūt viri
hiericoꝛ iuxta eos edificauit zachur filius amri.
Poꝛtam autem piſciū edificauerunt filij anaa
et ipſi texerunt eam ſtatuerunt valuas eius et ſe
ras et vectes: ⁊ iuxta eos edificauit marimuth fi-
liꝰ vrie: filij acchus: ⁊ iuxta eū edificauit Moſol-
lam filius Barachie: filij meſezabel et iuxta eū
B edificauit Sadoch filius Baana. Et iuxta eum
edificauerunt Thecueni. Optiates autem eoꝛū
non ſuppoſuerūt colla ſua i opere domini dei ſui
et poꝛtam veterem edificauerunt Ioiada filius
Phaſea: et Moſollam filius Beſodia: ipſi texe
runt eam et ſtatuerunt valuas eius et ſeras et
vectes: et iuxta eas edificauerunt Melchias ga
baonites et Iadon Meronathites viri de Ga-
baō et maſpha pꝛo duce qui erat in regione trās
flumen. Et iuxta eum edificauit Ezihel filiꝰ Ara
ia aurifex. Et iuxta eū edificauit Ananias filius
Pigmentarij: et dimiſerunt Hieruſalē vſqꝫ ad
murum platee latioꝛis. Et iuxta eum edificauit
C Raphaia filius Habul pꝛinceps vici Hieruſalē
et iuxta eum edificauit Ieiada filius Aromath
contra domū ſuam. Et iuxta eum edificauit at
thus filius Aſebonie. Mediam autem partē vici
edificauit Melchias filius Herem ⁊ Aſub filius
Phetmoab et turrim furnoꝛum. Et iuxta eos
edificauit Sellum filius Aloes pꝛinceps medie
partis vici Hieruſalem ipſe et filij eius. Et poꝛ-
tam vallis edificauit ānon: ⁊ habitatoꝛes Zanoe
ipſi edificauerunt eam: ⁊ ſtatuerunt valuas eius
et ſeras et vectes: ⁊ mille cubitos in muro vſqꝫ ad
poꝛtam ſterquilinij. Et poꝛtam ſterquilinij edifi
D cauit Melchias filiꝰ rachab: pꝛinceps vici betha
charam. Ipſe edificauit eam: et ſtatuit valuas
eius et ſeras et vectes. Et poꝛtam fontis edifica
uit Sellū filius Colozai pꝛinceps Pagi Maſ-
pha. Ipſe edificauit eam et texit et ſtatuit val-
uas eius et ſeras et vectes ⁊ muros piſcine ſiloe
in hoꝛtū regis: et vſqꝫ ad gradus qui deſcēdunt
de ciuitate Dauid. poſt eū edificauit Neemias
filius Azoboth pꝛinceps dimidie partis vici Beth
ſur: vſqꝫ contra ſepulchꝛum Dauid: et vſqꝫ ad
piſcinam que grandi opere conſtructa eſt: et vſqꝫ
ad domum foꝛtium. Poſt eū edificauerunt Le
uite: reum filius Benni. Poſt eum edificauit E
Aſebias pꝛinceps dimidie partis vici ceile i vico
ſuo. Poſt eum edificauerunt fratres eoꝛum:
Bechui filius Endad pꝛinceps dimidie partis
Ceile. Et edificauit iuxta eū Azer filius Ioſue
pꝛinceps Maſpha menſuram ſecundam contra
aſcenſum firmiſſimi anguli. Poſt eum in monte
edificauit Baruch filius Zachai menſuram ſecū
dam: ab angulo vſqꝫ ad poꝛtam domus Eliaſib
ſacerdotis magni. Poſt eum edificauit Meri-
muth filius Vrie: filij Acchus menſuram ſecun- F
dam a poꝛta domus Eliaſib: donec extēderetur
domus Eliaſib. Et poſt eū edificauerunt ſacer
dotes viri de campeſtribus Ioꝛdanis. Poſt eos
edificauit Beniamin et Aſub cōtra domum ſu-
am. Et poſt eos edificauit Azarias filius Maaſie
filij Ananie contra domum ſuam. Poſt eū edifi
cauit Bennui filius Ennada mēſuram ſecundā
a domo Azarie vſqꝫ ad flexuram et vſqꝫ ad angu
lum poſt eum edificauit Phalel filius Ozi con
tra flexuram et turrī que eminet de domo regis
excelſa id eſt in atrio carceris. poſt eum edifica- G
uit Phadaia filius Feros. Nathinei autem ha
bitabant in Ophel vſqꝫ contra poꝛtam aquarū
ad oꝛientē ⁊ turrī que pꝛominebat poſt hec edi
ficauerunt Thecueni menſuram ſecundam e re-
gione a turre magna et eminenti vſqꝫ ad murū
templi. Surſum autem ad poꝛtam equoꝛum edi
ficauerunt ſacerdotes vnuſquiſqꝫ contra domū
ſuam poſt eos edificauit Seddo filius Emmer
contra domum ſuam. Et poſt eum edificauit Se
regi Artarxerxi. Domine pueri tui rathimus ab
accidentibꝰ ⁊ ſabellius ſcriba: ⁊ reliqui curie tue
iudices in celeſyria ⁊ phenice. Et nunc notū ſit
domino regi: quoniam iudei qui aſcenderunt a
vobis ad nos: venientes in Hieruſalem ciuitatē
refugam ⁊ peſſimam edificant furnos eius ⁊ ſta
tuunt muros: ⁊ templum ſuſcitant. Quod ſi ciui
tas iſta ⁊ muri conſummati fuerint: nō tm̄ tribu
ta non ſuſtinebunt pendere: ſed etiam regibus
reſiſtent. Et quia id agitur circa templum recte
haberi arbitrati ſumus non deſpicere hoc ipſum
ſed notum facere domino regi: vt ſi videbitur re
gi queratur in libꝛis patrum ſuoꝛum: et inue-
nies in admonitionibus ſcripta de his: et ſcies
quoniam ciuitas fuit in refuga: ⁊ reges ⁊ ciuita-
tes concutiens: ⁊ iudei refuge: ⁊ pꝛelia commit
D tentes in ea ab eterno: ob quam cauſam ciuitas
iſta deſerta eſt. Nunc ergo notum facimus dn̄e
rex: qm̄ ſi ciuitas hec edificata fuerit: ⁊ huius mu
ri erecti fuerint: deſcenſus tibi nō erit in celeſyri
am ⁊ phenicē. Tūc ſcripſit rex rathimo qui ſcri
bebat accidentia ⁊ balthemo ⁊ ſabellio ſcribe: et
ceteris conſtitutis ⁊ inhabitantibus in Syꝛia a
phenice ea que ſubiecta ſunt. Legi epiſtolā quā
miſiſtis mihi. Pꝛecepi ergo inquiri ⁊ inuentum
eſt qm̄ ciuitas illa eſt ab euo regibus reſiſtens: ⁊
homines refuge ⁊ pꝛelia in ea efficiētes: ⁊ reges
foꝛtiſſimi erant in hieruſalem dominantes ⁊ tri-
buta exigentes a celeſyria ⁊ phenice. Nunc ergo
pꝛecepi pꝛohibere homines illos edificare ciuita
tem: ⁊ pꝛohibere ne q̇d vltra hec fiat: ſed nec pꝛo-
cedant in plurimum ex qua ſunt militie: ita vt re
gibus moleſtia impoꝛtetur. Tunc recitatis his
que a rege Artarxerxe ſcripta fuerāt Rathimus
et Sabellius ſcriba: et qui cum his cōſtituti erāt
iungentes feſtinanter venerunt in Hieruſalem
cum equitatu et turba ⁊ agmine: ceperūtq̄ edi-
ficantes pꝛohibere: et vocabant ab edificatio-
ne templi Hieruſalem vſq̄ ſecundo anno regni
Darij regis Perſarum.

¶ Ca. Sū. ¶ De Dario rege Perſarum qui
fecit cenam magnam: de tribus cuſtodientibus
coꝛpus regis: de foꝛtitudine conijcientibus: pri-
mus hoꝛum ſua pꝛeponit. Capitulum. iij.

Ex darius fecit cenā A
magnā oībus vernaculis ſuis
⁊ oībus magiſtratibus medie ⁊
perſidis ⁊ oībus purpuratis ⁊
pꝛetoꝛibus ⁊ cōſulibus ⁊ pꝛefe
ctis ſub illo ab india vſq̄ ethio
piam centumvigintiſeptē pꝛo-
uincijs. Et cū mādúcaſſent ⁊ bibiſſent ⁊ ſatiati
reuerterentur: tunc Darius rex aſcēdit in cubi-
culo ſuo: ⁊ doꝛmiuit ⁊ expergefactus eſt. Tūc illi
tres iuuenes coꝛpis cuſtodes qui cuſtodiebāt coꝛ
pus regis: dixerunt alteri: Dicamus vnuſquiſq̄
noſtrū ſermonē qui pꝛecellat: ⁊ cuiuſcūq̄ aperue B
rit ſermo ſapiētioꝛ alterius: dabit illi rex Darius
dona magna purpura cooperiri: ⁊ in auro bibe-
re: ⁊ ſuper aurū doꝛmire: ⁊ currū aureo freno: et
cydarim byſſinā: ⁊ toꝛquē circa collū: ⁊ ſecūdo lo
co ſedebit a dario ꝓpter ſapientiā ſuā: ⁊ cognatꝰ
Darij vocabitur. Tūc ſcribētes ſinguli ſuū vbū
ſignauerunt: ⁊ poſuerūt ſubtus ceruical Darij
regis ⁊ dixerunt: Cumq̄ ſurrexerit rex dabimꝰ C
illi ſcripta noſtra: ⁊ quodcunq̄ iudicauerit rex e
tribus ⁊ magiſtratibus perſidis: qm̄ verbum eiꝰ
ſapientius eſt: ipſi dabitur victoꝛia ſicut ſcriptū
eſt: Unus ſcripſit. Foꝛte eſt vinum. Alius ſcripſit
Foꝛtioꝛ eſt rex. Tertius ſcripſit: Foꝛtioꝛes ſunt
mulieres. Super omnia autem vincit veritas.
Et cum ſurrexiſſet rex: acceperunt ſcripta ſua et
dederunt illi: ⁊ legit. Et mittens vocauit omnes
magiſtratus Perſarū ⁊ medos ⁊ purpuratos
et pꝛetoꝛes ⁊ perfectos: ⁊ ſederunt in concilio ⁊
lecta ſunt ſcripta coꝛam ipſis. Et dixit vocate
adoleſcentes et ipſi indicabunt verba ſua. Et vo
cati ſunt ⁊ introierunt. Et dixit illis: Indicate
nobis de his que ſcripta ſunt. Et cepit pꝛioꝛ qui
dixerat de foꝛtitudine vini: et dixit. Uiri q̄ꝑ pꝛeua
let vinum omnibus hominibus qui bibunt illud. D
Seducit mentem. Item regis et oꝛphani facit
mentem vanam. Itēq̄ ſerui ac liberi pauperis
ac diuitis: ⁊ omnem mentem conuertit in ſecuri
tatem et iocunditatem et non meminit omnem
triſticiam et debitum: et omnia pꝛecoꝛdia fecit
honeſta: ⁊ non meminit regem nec magiſtratum
et omnia per talenta loqui facit. Et non memi-
nerunt cum biberunt: amicitiam nec fraternita-
tem ſed nō multū poſt ſumūt gladios: ⁊ cū a vi-
no merſerint ⁊ ſurrexerint: nō meminerunt que
geſſerunt. O viri: num pꝛecellit vinum? Quis ſic
cogitat facere? Et tacuit hoc dicto.

¶ Capitu. Summa. ¶ Secūdus ⁊ tertius ſi-
militer ꝓponunt: ⁊ concludit veritas foꝛtioꝛ eſſe
omnibus: tunc rex memoꝛ voti ſui ſcripſit epiſto
las ad omnes diſpenſatoꝛes ⁊ pꝛefectos: vt dedu
cerent Zoꝛobabel quibus acceptis pꝛofectus eſt
in Babyloniam. Capitulum. iiij.

ET inchoauit ſeq̄ns
dicere qui dixit de fortitudine
regis. O viri nū p̄cellūt hoīes
q̄ terrā ⁊ mare obtinēt: ⁊ oīa q̄
in eis ſunt. Rex aūt ſup oīa pre
cellit ⁊ dn̄at eoꝝ ⁊ oē quodcū-
qꝫ dixerit illis faciūt. Et ſi mi-
ſerit illos ad bellatores vadūt ⁊ demoliūt mon-
tes ⁊ muros ⁊ turres. Jugulant ⁊ iugulant ⁊ re-
gis verbū nō p̄tereūt. Nā ſi vicerint afferūt regi
oīa q̄cūqꝫ p̄dati fuerit. Siliť ⁊ alij oēs ⁊ quotq̄t
nō militāt nec pugnāt ſꝫ colūt terraꝫ: rurſumqꝫ
fuerint metētes afferūt tributa regi: ⁊ ipē vnus
ſolꝰ ſi dixerit occidite occidūt. dixerit remittite
remittūt: dixerit pcutite pcutiunt: dixerit exter
minate extermināt: dixerit edificate edificāt. di
B xerit excidite excidūt: dixerit plātate plantāt: et
oīs plebs ⁊ virtutes eū obediūt: ⁊ hoc ipē recū-
bit ⁊ bibit ⁊ dormit. Hi aūt cuſtodiūt in circuitu
eū: ⁊ nō pn̄t ire ſinguli ⁊ facere opera ſua: ſed in
dicto obaudiētes ſunt ei. Viri quō non precellit
rex qui ſic diffamať. Et tacuit. Tertius qui dixe
rat de mulieribꝰ ⁊ veritate: hic eſt zorobabel: ce
pit loqui. Uiri: non magnus rex ⁊ multi homies
nec vinū p̄cellit: Quis eſt ergo q̄ dn̄ať eoꝝ. Non
ne mulieres genuerūt regē ⁊ oēm ppl'm qui dn̄a
tur mari ⁊ terre: ⁊ ex illis nati ſunt ⁊ ipſi educa-
uerunt eos qui plantauerunt vineas ex quibꝰ vi-
num fit ⁊ ipſe faciūt ſtolas oīm ⁊ ipſe faciūt glo-
riam hoibus: ⁊ non poſſunt hoīes ſeparari a mu
lieribus. Si congregauerint aurum ⁊ argentum
⁊ oēm rem ſpecioſam: ⁊ viderint mulierē vnā bo
no habitu ⁊ bona ſpecie: oīa hec relinquentes in
eaꝫ intendūt: ⁊ aperto ore ꝯſpiciunt: ⁊ eā alliciūt
magis q̄ aurū ⁊ argentum ⁊ oēm rem precioſam
C Homo patrē ſuum relinquit qui enutrijt illum ⁊
ſuam regionē: ⁊ ad mulierē ſe coniungit. Et cum
muliere remittit aīam: ⁊ neqꝫ patreꝫ meminit ne
qꝫ matrē neqꝫ regionē. Et hinc oportet vos ſci-
re qm̄ mulieres dominanť veſtri. Nōne doletis.
Et accipit homo gladium ſuum ⁊ vadit in via fa
cere furta: ⁊ homicidia: ⁊ mare nauigare: ⁊ flumi
na ⁊ leonem videt: ⁊ in tenebris ingreditur ⁊ cuꝫ
furtuꝫ fecerit ⁊ fraudes ⁊ rapinas: amabili ſue af
fert. Et iterum diligit homo vxorem ſuaꝫ magis
q̄ patrem aut matrem. Et multi dementes facti
ſunt propter vxores ſuas: ⁊ ſerui facti ſunt ꝓpter
illas ⁊ multi perierunt ⁊ iugulati ſunt: ⁊ peccaue
runt propter mulieres. Et nunc credite mihi q:
magnus eſt rex in ptāte ſua: qm̄ oēs regiones ve
rentur tangere eū. Uidebam tn̄ apemē filiam be
zaci murifici concubinā regis ſedentē iuxta regē
ad dexterā: ⁊ auferenteꝫ diadema de capite eius
D ⁊ imponentē ſibi ⁊ palmis cedebat regem de ſi-
niſtra manu. Et ſuper hec aperto ore ītuebatur
eam: ⁊ ſi arriſerit ei ridet. nam ſi indignata fue-
rit ei blanditur: donec reconciliet in gratiam. O
viri: cur non ſunt fortiores mulieres. Magna eſt
terra: ⁊ excelſuꝫ eſt celuꝫ que iſta agunt. Et tūc
rex ⁊ purpurati intuebantur in alterutrum. Et
inchoauit loqui de veritate. O viri. nonne fortes
ſunt mulieres. Magna eſt terra ⁊ excelſuꝫ eſt ce
lum ⁊ velox curſus ſolis conuertit in gyro celum
in locum ſuum in vna die. Nonne magnificus eſt
qui hec facit. ⁊ veritas magna ⁊ fortior pre omni
bus. Omnis terra veritatem inuocat: celum etiā
ipſam benedicit: ⁊ omnia opera mouentur ⁊ tre-
munt eā: ⁊ non eſt cū ea quicq̄ iniquū. Uinuꝫ ini
quum: iniquus rex: iniq̄ mulieres. Iniqui oēs fi
lij hoīm: ⁊ iniqua illoꝝ oīa opa: ⁊ nō eſt in ipſis
veritas ⁊ in ſua iniquitate peribūt: ⁊ veritas ma E
net ⁊ inualeſcit in eternum: ⁊ viuit ⁊ obtinet ī ſe
cula ſeculorum. Nec eſt apud eam accipere pſo-
nas: neqꝫ differentias: ſed q̄ iuſta ſunt facit oībꝰ
iniuſtis ac malignis: ⁊ oēs benignantur in operi
bus eius. Et non eſt in iudicio eius iniquuꝫ: ſed
fortitudo ⁊ regnuꝫ ⁊ poteſtas ⁊ maieſtas omniū
euoꝝ. Bn̄dictus deus veritatis. Et deſijt loquē
do: ⁊ oēs ppl'i clamauerunt ⁊ dixerunt. Magna
eſt veritas ⁊ preualet. Tūc rex ait illi. Pete ſi q̄d
vis amplius q̄ que ſcripta ſunt: ⁊ dabo tibi ſm
q̄ inuentus es ſapientior ꝓximis: ⁊ proximꝰ mi-
hi ſedebis: ⁊ cognatus meus vocaberis. Tunc ait
regi. Memor eſto voti tui quod vouiſti edifica-
re hierl'm in die qua regnū accepiſti ⁊ oīa vaſa q̄
accepta ſunt ex hierl'm remittereqꝫ ſeparauit cy-
rus q̄n mactauit babyloniā: ⁊ voluiſti remittere
ea ibi. Et tu voluiſti edificare templū qđ incēde
runt idumei q̄n exterminata eſt iudea a chaldeis
Et nunc hoc eſt q̄ poſtulo dn̄e: ⁊ quod peto: hoc
eſt maieſtas a te qđ poſtulo: vt facias votum qđ F
vouiſti regi celi ex ore tuo. Tunc ſurgens darius
rex oſculatꝰ eſt illū. ⁊ ſcripſit ep'l'am ad oēs diſpē
ſatores ⁊ prefectos ⁊ purpuratos vt deducerent
eum. ⁊ eos qui cum illo erant omnes aſcendētes
edificare hieruſalem. Et omnibus prefectis qui
erāt in ſyria ⁊ phenice ⁊ libano ſcripſit epiſtolas
vt traherent ligna cedrina a libano in hieruſalē
vt edificarent cum eis ciuitatem. Et ſcripſit om
nibus iudeis qui aſcendebant a regno in iudeaꝫ
pro libertate: oēm potentem ⁊ magiſtratum: ⁊ p̄
fectum nō ſuperuenire ad ianuas ipſorum: ⁊ oēm
regionem quā obtinuerāt immunē eſſe eis ⁊ idu
mei relinquant caſtella que obtinent iudeorum
⁊ inſtructuram templi dare per ſingulos annos
talenta viginti vſqꝫ dum edificaretur: ⁊ ſuper ſa-
crarium holocauſtomata hoſtilare quotidie ſi-
cut habent preceptum: alia talenta decem offer-
re per ſingulos annos: ⁊ in omnibus qui proce-
dunt a babylonia condere ciuitateꝫ vt eſſet liber
tas tam ipſis q̄ filijs eorum ⁊ omnibus ſacerdo-
tibus qui procedunt. Scripſit autem ⁊ q̄titateꝫ G
⁊ ſacram ſtolam iuſſit dari in qua deſeruirent et
leuitis ſcripſit dare precepta vſqꝫ in die qua con
ſummabitur domus de hieruſalem extruetur: Et
omnibus cuſtodientibus ciuitatem ſcripſit dare
ei fortes ⁊ ſtipendia. ⁊ dimiſit omnia vaſa q̄cun-
qꝫ ſeparauerat cyrus a babylonia: ⁊ omnia que-
cunqꝫ dixit cyrus ⁊ ipſe precepit fieri ⁊ mitti hie
ruſaleꝫ. Et cū preceſſiſſet ille adoleſcēs: eleuans
faciem in hieruſalē: benedixit regem celi: ⁊ dixit

Abs te eſt victoria ⁊ abs te eſt ſapientia et clari
tas. Et ego ſuus tuus ſũ. Benedictus es qui
dediſti mihi ſapiẽtiã: ⁊ tibi confitebor: dñe deus
patrũ noſtrorũ. ⁊ accepit epiſtolas ⁊ pfectus eſt
in babyloniã. Et venit ⁊ nunciauit fratrib⁹ ſuis
oibus q̇ fuerũt in babylonia: ⁊ benedixerũt deũ
pr̃m ſuorũ: qm̃ dedit illis remiſſionẽ et refrigeriũ:
vt aſcenderent ⁊ edificarent hieruſalẽ ⁊ tẽplum
vbi nominatũ eſt nomẽ eius in ipſo: ⁊ exultaue
runt cũ muſicis: ⁊ leticia diebus ſeptem.

¶ Capituli Summariũ. ¶ Numerãtur aſcẽ
dentes de captiuitate tranſmigrationis: agitur
feſtum tabernaculorum: et fiunt oblationes: fun
datur templum: ſed inimici eorum reſiſtebant:
ſtructura tẽpli p bienniũ ptrahit. Capitu. v.

A
Oſt hec autẽ electi
ſunt vt aſcenderent principes
pagorũ per domos: ⁊ tribus
ſuas ⁊ vxores illorum: et filij et
filie eorum ſerui ⁊ ancille ipſo-
rum ⁊ pecora eorũ. Et darius
rex miſit vna cum eis equites
mille: donec deducerent eos in hieruſalem: cum
pace et cũ muſicis et cum tympanis ⁊ tybijs: ⁊
omnes fratres erant ludentes. ⁊ fecit eos aſcen-
dere ſimul cum eis. Et hec ſunt nomina virorũ
qui aſcenderunt per pagos ſuos in tribus: et in
partem principatus ipſorum. Sacerdotes filij
phinees: filij aaron: ieſus filius ioſedech ioachĩ
fili⁹ zorobabel: filij ſalatiel de domo dauid ex pro
genie phares: de tribu iuda: qui locutus eſt ſub
dario rege perſarum ſermones mirificos in ſecũ
do anno regni ipſius menſe niſan primo. Sunt
autẽ hi qui aſcenderũt ex iudea de captiuitate
tranſmigrationis quos tranſmigrauit nabucho
donoſor rex babylonie in babylonẽ: ⁊ reuerſus
eſt in hieruſalem. Et reliquit partẽ iudee vnuſ
quiſq; in ciuitatẽ ſuam qui venerunt cum zoro
babel ⁊ ieſu: neemias: arreores: elimeo: emmanio
mardocheo. beelſuro: mechpſarochor: oliororo:
ebonia vnus de principibus eorum: et numerus
a gentibus eorũ ex prepoſitis eorum. Filij pha
res: duo milia centũ ſeptuagintaduo. Filij ares
tria milia centũ quinquagintaſeptem. Filij. phe
mo: centũ quadragintaduo. In filijs ieſu ⁊ ioa
B bes: mille trecentiduo. Filij bẽiu: duo milia qua
dringentiſeptuaginta Filij chorоba ducentiq̇nq;
Filij banica: centũ ſexagintaocto. Filij bebech
quadringẽtitres. Filij archad: quadri..genti vi-
gintiſeptem. Filij chã: trigintaſeptem. filij zoro
ar: duo milia ſexagintaſeptẽ: filij adinu: quadri
genti ſexaginta vnus. Filij adarectis cẽtũocto.
Filij ciaſo ⁊ zelas. centumſeptem. Filij azorech:
quadringẽti trigintanouem. Filij iedarbone: cẽ
tum trigintaduo. Filij ananie: centum triginta.
Filij aſoni: nonaginta. Filij marſar: q̄dringenti
vigintiduo. Filij zabarus: nonagintaq̇nq;. Filij
ſepholemõ. cẽtũvigĩtitres. Filij nepopas q̇nqua
gĩtaq̇nq;. Filij hechanat⁹: cẽtũ q̇nquagĩtaocto
Filij cebetham⁹: cẽtũ trigintaduo. Filij crearpa
tros qui enocadies ⁊ modie: q̄drigẽtivigititres.
Qui ex gramas ⁊ gabea cẽtũ vigitivn⁹. Qui ex
beſſelõ ⁊ ceagge: ſexagitaq̇nq;. Qui ex baſtaro
cẽtũ vigitiduo. Qui ex bechenobes: q̇nq̄ginta
q̇nq;. filij liptis. cẽtũ q̇nq̄gitaq̇nq;. Filij labõni:
trecẽti q̇nq̄gitaſeptẽ. Filij ſichen: trecẽti ſeptua
ginta. Filij ſuadõ ⁊ climonis: trecẽti ſeptuagita
octo Filij ericus: duo milia cẽtũ q̄dragitaq̇nq;.
Filij anas: trecẽti ſeptuagita. Sacerdotes: Filij C
iedd⁹: filij euther: filij eliaſib: trecẽti ſeptuagita
duo. Filij emerus: ducẽti quinquagitaduo. Filij
phaſurij trecenti quinquagitaſeptẽ. Filij caree
ducenti vigintiſeptẽ. Leuite. Filij Ieſu in cadu
hel et banus ⁊ ſerebias ⁊ edias: ſeptuagintaq̄t
tuor. Ois numerus a duodecio anno: trigita. mi
lia q̄dringenti ſexagintaduo. Filij ⁊ filie ⁊ vxo-
res omnis cõputatio: quadragita milia ducenti
quadragintaduo. Filij ſacerdotum qui pſallebãt
in templo. Filij aſaph: cẽtum vigintiocto. Oſtia
rij vo filij eſmeni: filij aſer: filij amon: filij accuba
topa filij tobi: oẽs cẽtũ trigintanouem. Sacer
dotes ſeruientes in tẽplo. Filij ſel: filij gaſpha: fi
lij tobloch: filij carie: filij ſub: filij heliu: filij laba
na. filij armacha filij accub: filij vtha: filij cetha:
filij aggab: filij Obai: filij Anani: filij canna: filij
Geddu: filij An: filij Radin: filij Deſanon: filij
Mechoba: filij caſeba: filij goze: filij Ozui: Sino
ne: filij attre: filij Haſtem: filij Aſiana: filij manei
filij Maſiſim: filij Accuſa: filij Agiſta: filij Azui:
filij fauon: filij phaſalon: filij Meedda: filij Juſa:
filij careth: filij barcus filij ſaree: filij coeſi: naſit:
filij Agiſti: filij pedon: Salomõ filij eius filij aſo
phot: filij Phazida. filij ceu: filij dedon: filij gad
dahel: filij Saphei: filij Aggia: filij ſacharet: filij
ſabbatehen: filij ſaroneth filij Malſith: filij anie
filij Saſus filij Addus filij Suba filij cura: filij
Rahotis: filij phaſphat: filij Malmon. Omnes
ſacro ſeruientes et pueri Salomonis: quadrin-
gentioctogintaduo. Hi ſunt filij qui aſcenderũt D
✠ a Thelmellath thelarſa principes eorum: car Al's ✠ thel
mellam et careth: et nõ poterant edicere ciuita- mellath the
tes ſuas ⁊ progenies ſuas quemadmodum ſint larſa.
ex Iſrael: filij dalarh: filij tubẽ filij Mechodaici
ex ſacerdotibus qui fungebantur ſacerdotio et
non ſunt inuenti: filij obia filij achiſos: filij Ad-
din qui accepit vxorem ex filiabus phargleue: ⁊
vocati ſunt noie eius. Et horũ queſita eſt gñis
ſcripta in p-datura: ⁊ nõ eſt inuẽta ⁊ phibiti ſũt
ſacerdotio fungi. Et dixit illis Neemias ⁊ aſtha
ras: ne participẽtur ſctã donec exurgat põtifex
doct⁹ in oſtẽtionẽ ⁊ veritatẽ. Ois aũt iſrael erat
exceptis ſeruis et ancillis q̄dragintaduo milia
trecẽti q̄draginta. Serui eorum ⁊ ancille: ſeptẽ
milia trecenti trigintaſeptem. Cantores ⁊ canta
trices: ducẽti ſexagintaq̇nq;. Cameli: quadrin
genti trigintaquinq;. Equi ſeptem milia trigin E
taſex. Muli ducenta milia quadragintaquinq;
Subiugalia quinq; milia vigintiquinq;. Et de
ppoſitis ipſis p pagos dum venirent in tẽplum

✝ Al'ſ vouerunt.

dei qđ erat in Hierl'ʒ ✝ innouare:⁊ ſuſcitare tem
plum in loco ſuo ſm ſuā virtutē:⁊ dari in tēpluʒ
theſaurorum operum ſacrum auri mnas duode-
cim milia:⁊ mnas argēti qnqȝ milia ⁊ ſtolas ſa-
cerdotales centū. Et habitauerūt ſacerdotes ⁊
leuite et qui exierant de plebe in Hierl'ʒ in regio
ne ⁊ ſacri cantores ⁊ oſtiarij ⁊ oīs Iſrl' in regiōi-
bus ſuis. Inſtāte aūt ſeptio mēſe:cūqȝ eſſent fi-
lij Iſrl' vnuſqſqȝ in ſuis cōuenerūt omnes vnani-
mes in atriū qđ erat ante ianuā orientalem. Et
ſtantes Ieſus filius Ioſedech ⁊ fratres eius ſa-
cerdotes ⁊ Zorobabel filiꝰ Salathiel:⁊ huiꝰ fra-
tres parauerūt altare vt offerrēt ſup illud holo-
cauſtomata ſm qđ in libro Moyſi hoīs dei ſcri-
pta ſunt. Et cōuenerūt ibi ex alijs nationibꝰ ter
re:⁊ crexerunt ſacrariū in loco ſuo oēs gētes ter
re:⁊ offerebant oſtias ⁊ holocauſtomata dn̄o ma
tutine. Et egerūt cenophegiā ⁊ diem ſolēneʒ ſi-
cut p̄ceptū eſt in lege:⁊ ſacrificia quotidie ſicut
oportebat:⁊ poſt hoc oblatiōes inſtitutas ⁊ ho-
ſtias ſabbatoꝝ ⁊ neomeniaꝝ:⁊ dieꝝ ſolēnium om
nium ſanctificatorū. Et quotquot vouebāt dn̄o
a neomenia ſeptimi menſis ceperūt hoſtias of-
ferre deo:⁊ tēplū dn̄i nondū erat edificatum. Et
F dederunt pecuniā lapidarijs ⁊ fabris ⁊ potum ⁊
pabula cum gaudio. Et dederunt carra ſidonijs
⁊ tirijs vt tranſueherent illis de libano trabes ce
drinas:⁊ facerent rates in ioppe portū ſm decre
tum:qđ ſcriptum erat eis a Cyro rege perſaruʒ.
Et in ſecundo anno venientes in tēplum dei in
Hierl'm menſe ſecundo inchoauit Zorobabel fi-
lius Ralathiel:⁊ Ieſus filiꝰ Ioſedech ⁊ fratres
ipſorum ⁊ ſacerdotes ⁊ leuite:⁊ oēs qui venerāt
de captiuitate in Hierl'm:⁊ fundauerunt tēpluʒ
dei nouilunio ſecundi,menſis ſecundi anni: cum
veniſſent in iudeam ex hieruſalem. Et ſtatuerūt
leuitas a viginti annis ſuper opa dn̄i:⁊ ſtetit Ie
ſus ⁊ filius eius ⁊ fratres oēs leuite conſpirātes
⁊executores legis:facientes opera in domo do
mini. Et ſteterunt ſacerdotes habētes ſtolas cū
tubis et leuite filij aſaph:habentes cymbala col
laudantes dominum:⁊ benedicentes ſm dauid
regē Iſrl'. Et cantabant canticū dn̄o:qm̄ dulce-
do eius ⁊ honor in ſecula ſuper oēm Iſrael. Et
B omnis populus tuba cecinerunt ⁊ p̄clamauerūt
voce magna:collaudantes dn̄m in ſuſcitatiōe do
mus domini. Et venerunt ex ſacerdotibus ⁊ leui
tis ⁊ preſidentibus ſm pagos ſenioribus qui vi-
derant priſtinā domum:⁊ ad huius edificationē
cū clamore ⁊ planctu magno: ⁊ multi cū tubis et
gaudio magno:intantū vt populus non audiret
tubas propter plāctuʒ populi. Turba em̄ erat tu
bis canēs magnifice ita vt longe audiret. Et au
dierunt inimici tribus iude ⁊ beniamin: ⁊ vene-
runt ſcire que eſſet vox tubarum. Et cognoue-
runt qm̄ qui erāt ex captiuitate edificāt tēplum
dn̄o deo Iſrl'. Et accedētes ad zorobabel ⁊ Ie-
ſum p̄poſitos pagoꝝ dixerūt eis. Edificabimus
vna vobiſcū. Sil'r em̄ audiuimꝰ dn̄m vr̄m: ⁊ ipſi
pariter icedimꝰ a diebꝰ aſbazareth regis aſſyrio
rum:q traſmigrauit nos huc. Et dixit illis zoro-
babel ⁊ ieſus ⁊ p̄ncipes pagoꝝ Iſrl'. Nō eſt no-
bis ⁊ vobis edificare domū dei noſtri. Nos eniʒ
ſoli edificabimus dn̄o Iſrael ſʒ ea que p̄cepit no
bis Cyrus rex Perſarū. Gētes aūt terre incū-
bantes his qui ſunt in Iudea: ⁊ leuantes opus
edificationis:⁊ inſidias ⁊ ppl'os adducētes pro-
hibebant eos edificare:⁊ aggreſſuras exercētes
impedierunt ne conſumaretur edificium omni tē
pore vite Cyri regis et protraxerunt ſtructuraʒ
per biennium vſqȝ a Darij regnum.

¶ Capitu. Summa. ¶ Prophetāt Aggeus ⁊ Zacharias:edificaṫ domus dn̄i:ſubregulus ſyrie ⁊ ſodales eius querūt per epl'aʒ voluntatē regis Darij:p̄cepit Dariꝰ ne edificatio impediaṫ.

Capitulum.vj.

In ſecundo aūt an- A
no regni Darij prophetauit
Aggeus ⁊ Zacharias filiꝰ Ad
din prophete apud iudeam ⁊
hierl'm in nomine dei Iſrael
ſuper eos. Tūc ſtans Zoroba
bel filius ſalathiel: ⁊ ieſus fi-
lius ioſedech inchoauerūt edificare domū dn̄i q
eſt in hierl'ʒ:cū adeſſent eis p̄phete dn̄i ⁊ adiuua
rent eos. In illo tp̄e venit ad illos Siſenner ſub
regulus ſyrie ⁊ phenicis:⁊ ſatrabuzanes ⁊ ſoda-
les eiꝰ ⁊ dixerūt eis. Quo precipiēte vobis domū
hāc edificatis:⁊ tectū iſtud ⁊ alia oīa perficitis.
Et qui ſūt ſtructores qui hec edificāt. Et habue
runt gr̄aʒ viſitatiōe facta ſuper eos:qui erāt ex
captiuitate a dn̄o ſeniores iudeorum:⁊ non ſunt
impediti edificare:donec ſignificareṫ Dario de
oībus iſtis:et reſponſum acciperet. Exemplum
epiſtole quam miſerunt Dario. Siſennes ſubre-
gulus Syrie ⁊ phenicis:⁊ ſatrabuzanes:⁊ ſoda
les eius:in Syria ⁊ phenice preſides: regi dario
ſalutem. Omnia nota ſint domino regi q̄ cum ve
niſſemus in regionē iudee:⁊ introiſſemus in hie
ruſalem:inuenimus edificātes domū dei magnā
⁊ tēplum ex lapidibus politis ⁊ magnis ⁊ precio
ſis materijs in parietibus:⁊ opera illa inſtanter
fieri ⁊ ſuffragare ⁊ proſperare in manibus eorū:
⁊ in omni gloria q̄ diligētiſſime pfici. Tunc inter B
rogauimus ſeniores dicentes. Quo permitten-
te vobis edificatis domum iſtam: ⁊ opera hec
fundatis. Ideo autem interrogauimus eos vt
notum faceremus tibi homines et prepoſitos: ⁊
nominum ſcripturam prepoſitorum poſtulaui-
mus illos. At illi reſponderunt nobis dicentes:
nos ſumus ſerui domini qui fecit celū ⁊ terrā:et
edificabaṫ hec domus ante annos iſtos multos
a rege Iſrael magno ⁊ fortiſſimo: ⁊ cōſummata
eſt. Et qm̄ patres noſtri exacerbātes erāt:⁊ pec
cauerunt in deū iſrael:tradidit eos in manus na
buchodonoſor regis babylonie:regis chaldeorū
⁊ domū iſtam demoliētes incēderunt:⁊ populuʒ
captiuū duxerunt in babyloneʒ: In primo anno
regnāte Cyro rege babylonie:ſcripſit Cyrꝰ rex

domum hanc edificare: ⁊ illa ſacra vaſa aurea et
argentea que extulerat Nabuchodonoſoꝛ de do
mo que eſt in Hieruſalem ⁊ conſecrauerat ea in
ſuo tēplo: rurſus pꝛotulit ea Cyrus rex de tem-
plo quod erat in Babylonia: ⁊ tradita ſunt Zoꝛo
babel ⁊ Salmanaſaro ſubregulo. Et pꝛeceptum
eſt eis vt offerrent hec vaſa: ⁊ reponerent in tem
plo quod erat in Hieruſalem: ⁊ ipſum templum
C dei edificare in loco ſuo. Tūc Salmanaſarus ſub
iecit fundamenta domus domini que eſt in Hie
ruſalem: ⁊ exinde vſq; nunc edificaretur et non
accepit conſummationem. Nunc ergo ſi iudica-
tur a te o rex: perquiratur in regalibus bibliothe
cis Cyri regis que ſunt in Babylonia: ⁊ ſi inuē-
tum fuerit concilio Cyri regis ceptam eſſe ſtru-
cturam domus dn̄i que eſt in Hieruſalem: ⁊ iudi
cabitur a domino rege noſtro: ſcribat de his no-
bis. Tunc Darius rex pꝛecepit inquiri in biblio
thecis: ⁊ inuētus eſt in egbathanis oppido quod
eſt in media regione locus vnus in quo ſcripta
erant iſta. Anno pꝛimo regnante Cyro: rex Cy-
rus pꝛecepit domum domini que eſt in Hieruſa
lem edificare vbi incendebant igni aſſiduo: cuius
altitudo ſit cubitoꝛum decem: ⁊ latitudo cubito
rum ſexaginta quadratum lapidibus politis tri
bus: ⁊ meniano ligneo eiuſdem regionis: ⁊ me-
niano vno nouo: et impendia dari de domo Cy-
ri regis: et ſacra vaſa domus domini tam aurea
ꝙ̄ argentea: que extulit Nabuchodonoſoꝛ in do
mum domini que eſt in Hieruſalem vbi erant po
ſita vt ponantur illic: et pꝛecepit curam agere
Siſennem ſubregulum ſyrie ⁊ phenicis ⁊ ſatra-
buzanē ⁊ ſodales eius: et qui oꝛdinati erant in
Syꝛia ⁊ phenice pꝛeſides: vt abſtinerent ſe ab
D eodem loco. Et ego quoq; pꝛecepi in totum edi-
ficare et pꝛoſpexi vt adiuuent eos qui ſunt ex ca-
ptiuitate iudeoꝛum: donec conſummaretur tem
plum edis domini: ⁊ a vexatione tributoꝛum ce-
leſyrie ⁊ phenicis: diligenter quantitatem dari
his hominibus ad ſacrificium domini Zoꝛobabel
pꝛefecto ad tauros et arictes et agnos: ſimiliter
autem et frumentum et ſal et vinum et oleum in
ſtanter per ſingulos ānos: pꝛout ſacerdotes qui
ſunt in Hieruſalem dictauerint conſumi quoti-
die ſine vlla dilatione: vt offerantur libationes
ſummo deo pꝛo rege et pueris eiꝰ: ⁊ oꝛent pꝛo ip
ſoꝛum vita: et denuncietur vt quicūq; tranſgreſ
ſi fuerint aliquid ex his que ſcripta ſunt aut ſpꝛe
uerint: accipiatur lignum de ſuis pꝛopꝛijs: ⁊ ſu-
ſpendantur ⁊ bona ipſoꝛum regi aſcribantur.
Pꝛopterea et dominus cuius nomen inuocatū
eſt ibi: exterminet omnem regem et gentem qui
manum ſuam extenderit pꝛohibere aut male tra
ctare domum domini illam que eſt in Hieruſalē.
Ego Darius rex decreui ꝙ̄ diligentiſſime fin
hec fieri.

Capituli Summarium. Conſummata eſt
domus domini: de dedicatione templi: de feſto
azymoꝛum.

Capitulum. vij.

Tunc ſyſennes ſubꝛe A
gulus celeſyrie: ⁊ phenicis ⁊ ſa
trabuzāes ⁊ ſodales obſecuti
his q̄ a dario regi erāt decre-
ta inſiſtebāt ſacroſanctis opi-
bus diligētiſſime coopantes
cū ſenioꝛibꝰ iudeoꝝ pncipibus
ſyrie: ⁊ pſperata ſunt ſacroſancta opa pphetāti
bus aggeo ⁊ zacharia pphetis. Et ꝯſūmauerunt
oia p pceptū dn̄i dei iſrl': ⁊ ex ꝯſilio cyri ⁊ darij ⁊ B
artarxerxis regis pſarū. Et ꝯſummata eſt domꝰ
nr̄a vſq; ad tertiā ⁊ viceſimā diē mēſis adar ſexto
anno darij regis. Et fecerūt filij Iſrl' ⁊ ſacerdo-
tes ⁊ leuite: ceteri q̄ erāt ex captiuitate q̄ appoſi
ti ſunt ſ ea q̄ ſcripta ſunt in libꝛo moyſi. Et ob
tulerunt in dedicationē tēpli dn̄i tauros cētum:
arietes ducētos: agnos q̄dringētos ⁊ hedos pꝛo
peccatis vniuerſi Iſrl' duodecim: ſ numerū tri-
buum iſrl'. Et ſteterunt ſacerdotes ⁊ leuite ami-
cti ſtolis p tribꝰ ſup opa dn̄i dei iſrl' ſ librū moy C
ſi: ⁊ oſtiarij per ſingulas ianuas. Et egerūt filij
Iſrl' cū his q erāt ex captiuitate illō phaſe q̄rta-
decima luna mēſis pmi: qn̄ ſanctificati ſūt ſacer
dotes ⁊ leuite. Oēs filij captiuitatis nō ſunt ſi-
mul ſanctificati: q: leuite oēs ſimul ſctificati ſūt.
Et immolauerūt phaſe vniuerſi filij captiuitatꝭ:
⁊ fratribꝰ ſuis ſacerdotibꝰ ⁊ ſibimetipſis. Et mā- D
ducauerūt filij Iſrl' q̄ erāt ex captiuitate oēs q̄
remāſerāt ab oibꝰ execratioībꝰ gentiū terre que-
rentes dn̄m: ⁊ celebꝛauerūt diē feſtū azymoꝛū ſe-
ptem diebus epulātes in conſpectu domini: qm̄
conuertit conſilium regis aſſyrioꝛum in eos con
foꝛtate manus eoꝛum ad opera dn̄i dei Iſrael.

C. S. Aſcēdit eſdras cū alijs de babylone
⁊ venit in Hierl'z: exēpluz ſcripti qd artarxerxes
dedit eſdre ſcribe ⁊ ſacerdoti cōtinēs gr̄as fctās
iudeis: hi ſunt qui aſcēderūt de babylonia ſub ar
tarxerxe: cōmittit aurū ⁊ argētuz ſacerdotibꝰ vt
offerrent in tēplum dn̄i: oꝛatio Eſdre cōmouens
populum ad penitentiam. Capitulum. vij.

Et poſt hunc regnā- A
te artarxerxe perſaruz rege ac i. Eſdre.
ceſſit eſdras filius azatie: filij vij. a.
helchie filij ſalome: filij ſadoch
filij achitob ameri: filij azahel:
filij bocci: filij abiſue: filij phi-
nees: filij eleazari filij aaron pꝛi
mi ſacerdotis: hic eſdras aſcēdit de Babylonia
cum eſſet ſcriba ⁊ ingenioſus in lege Moyſi que
data eſt a domino deo Iſrael: docere ⁊ facere.
Et dedit ei rex gloꝛiam ꝙ̄ inueniſſet gratiam in
omni dignitate: et deſiderio in conſpectu eius.
Et aſcenderunt ſimul cum ipſo ex filijs Iſrael ⁊
ſacerdotibus et leuitis et ſacris cantoꝛibus tem
pli: ⁊ oſtiarijs ⁊ ſeruis tēpli in hierl'z. Anno ſepti
mo regnāte artarxerxe in q̄nto mēſe: hic annus
ſeptimus eſt regni: exeūtes de babylonia nouilu

Aſs hūtes. nio q̄nti mēſis venerūt hieroſolymā iuxta prece
ptū illius ꝗ ſm pſperitatē itineris a dño ipſorū
datā eis. In his em̄ eſdras magnā diſciplinā ob
tinebat. ne pretermitteret quicq̄ eoꝝ que eſſent
ex lege dñi ⁊ p̄ceptis. Et docēdo vniuerſum iſra
el oēm iuſticiā ⁊ iudiciū. Aſcēdentes aūt qui ſcri
bebant ſcripta artarxerxis regis tradiderūt ſcri
ptū qđ obuenerat ab artarxerxe rege ad eſdraȝ
ſacerdotem ⁊ lectorē legis dñi cuius exēplū ſub
iectum eſt. Rex artarxerxes eſdre ſacerdoti et le
ctori legis dñi ſalutem. Humanior ego iudicans
in beneficijs precepi eis qui deſiderāt ex gente
B iudeorū ſua ſponte ⁊ ex ſacerdotib⁹ ⁊ leuitis qui
ſunt in regno meo comitari tecum in hieruſaleȝ.
Si qui ergo cupiūt ire tecū. conueniāt ⁊ pficiſcā
tur ſicut placuit mihi: ⁊ ſeptem amicis meis con
ſiliarijs vt viſitent ea que aguntur ſm iudeaȝ et
hieruſalem: obſeruantes ſicut habes in lege dñi
et ferant munera dño iſrael que voui ego ⁊ ami-
ci hieruſalē oē aurū ⁊ argētū qđ inuētū fuerit in
regione babylonie dño in hierl'ȝ cū illo qđ eſt do
natū pro ipſa gente in templo dñi eoꝝ qđ eſt in
hieruſalem vt colligatur hoc aurū ⁊ argentū ad
thauros ⁊ arietes ⁊ agnos ⁊ hedos ⁊ que his ſūt
congruentia vt offerant hoſtias dño ſup altare
dñi ipſorū qđ eſt in hierl'ȝ. Et oīa quecūq; voluc
ris cū fratribus tuis facere auro ⁊ argento: pfice
pro volūtate tua ſm preceptū dñi dei tui: ⁊ ſacro
ſancta vaſa que data ſunt tibi ad opera domus
dñi dei tui que eſt in hieruſalem: ⁊ cetera q̄cūq;
tibi ſubuenerint ad opa templi dei tui: et dabis
de regali gazophylacio cum volueris cum fratri
bus tuis facere auro ⁊ argento perfice ſm volū
tatem dñi. Et ego q̄dē rex Artarxerxes precepi
cuſtodibus theſaurariorum ſyrie ⁊ phenicis. vt
q̄cunq; ſcripſerit eſdras ſacerdos et lector legis
dñi. diligenter detur ei vſq; argenti talēta centum
ſimiliter ⁊ auri ⁊ vſq; ad frumēti modios cētum
et vini amphoras cētū. ⁊ alia q̄cunq; abundant
ſine taxatione. Oīa ſm legem dei fiant deo altiſ
ſimo: ne forte exurgat ira i regno regis: ⁊ filij et
filiorum eius. Vobis autem dicitur vt oībus ſa-
cerdotibus ⁊ leuitis ⁊ ſacris cantoribus ⁊ ſuis
templi ⁊ ſcribis tēpli huius nullū tributū: neq;
C vlla alia indictio irrogetur: nec habeat quiſq̄ ptā-
tem obijcere eis quicq̄. Tu autem eſdras ſm ſa-
pientiam dei conſtitue iudices et arbitros in-
tota ſyria ⁊ phenice: et omnes qui legem dei tui
non nouerūt doce: vt q̄tquot tranſgreſſi fuerint
legē diligenter plectantur ſiue morte ſiue cruciatu
ſiue etiam pecunie mulctatione vel ab ductione.
Et dixit eſdras ſcriba. Benedictus dñs patruȝ
noſtrorum qui dedit hanc volūtatē in cor regis
j. eſd. viij. a. clarificare domum ſuā que eſt in hieruſalē. ⁊ me
honorificauit in cōſpectu regis. ⁊ cōſiliariorū et
amicorum eius purpuratorū eius: ⁊ ego conſtās
aīo factus ſum ſm opitulationem dñi dei mei et
congregaui ex iſrael viros: ⁊ ſimul aſcenderunt
mecū. et hi ppoſiti ſm ſuas patrias ⁊ pncipatus
portionales eorum qui mecū aſcenderunt de ba
bylonia in regno artarxerxis. Et ex filijs Pha
res gerſonis: ex filijs ſiemarith amenus. Filio-
rum Dauid acchus filius cecilie. Ex filijs pha-
res zacharias: et cum eo reuerſi ſunt viri centū
quinquaginta. Ex filijs ductoris moabilionis
zaraei ⁊ cum ipſo viri ducenti q̄nquaginta. Ex
filijs zachnes iechonias zechoeli: ⁊ cum ipſo vi-
ri ducenti q̄nquaginta. Ex filijs ſalamaaſias go
tholie: et cum ipſo viri ſeptuaginta. Ex filijs za
phacie zarias miheli: et cum ipſo viri octoginta.
Ex filijs iob abdias iebeli et cum ipſo viri ducē
ti duodecim. Ex filijs banaie ſalimoth filius Jo
ſaphie: ⁊ cum ipſo viri centū ſexaginta. Ex filijs
Beer zacharias Bebei: ⁊ cum ipſo viri decenti
octo. Ex filijs Eſead iobehes Ezecheam: et cuȝ
ipſo viri centum deceȝ. Ex filijs Adonichaȝ ipſis
poſtremis. Et hec ſunt nomina eorum Eliapha
lum filius Sebel ⁊ Semeias: ⁊ cum ipſo viri ſe-
ptuaginta. Et cogregaui eos ad fluuiū qui dicit
Thia ⁊ metati illic fuimus triduo: ⁊ recognoui D
eos. Et ex filijs ſacerdotum ⁊ leuitarū non inue
ni illic. Et miſi ad Eleazarū ⁊ Eccelō ⁊ Maſmā
et Molobā ⁊ Enaathā ⁊ Samea ⁊ Joribū Ma
thā Ennagā Zachariā ⁊ Moſolamuȝ ipſos du-
ctores ⁊ peritos. Et dixi eis vt venirent ad lod
deum qui erat apud locū gazophilacij. Et man
daui eis vt dicerent loddeo fratribus eius ⁊ illis
qui erāt in gazophylacio vt mitterēt nobis eos
qui ſacerdotio fungerentur in domo dñi dei nři: ⁊
adduxerūt nobis ſm manū validā dñi dei noſtri
viros peritos: ex filijs mooli: filij leui: filij iſrael:
ſebebiam ⁊ filios ⁊ fratres qui erant decē ⁊ octo
aſbiā ⁊ amini ex filijs filioꝝ chananei et filij eorū
viri viginti. Et ex his que in templo ſeruiebant
quos dedit dauid ⁊ ipſi principes ad operatiōeȝ
leuitis tēplo ſeruientium ducēti viginti. Omnia
noīa ſignata ſunt in ſcripturis. Et voui illic ieiuni
um iuuenibus in conſpectu dei: vt quererē ab eo
bonū iter nobis: ⁊ qui nobiſcum erant ⁊ filijs pe
coribus propter inſidias. Erubui enim petere
a rege pedites ⁊ equites in comitatu tutele gra
tia cōtra aduerſarios noſtros: diximus em̄ regi
quoniam virtus dñi erit cum eis qui inquirunt
eum in omni affectu. Et iteruȝ deprecati ſumus
dominum deum noſtrū ſm hec: quem ⁊ propitiū
habuimus ⁊ compotes facti ſumus deo noſtro.
Et ſeparaui ex plebis prepoſitis ⁊ ſacerdotib⁹
templi viros duodecim: et Sedebiam: Aſoma
ſiam. et cum eis ex fratribus eorum viros deceȝ.
Et appendi eis aurum et argentuȝ et vaſa ſacer
dotalia domus dei noſtri que donauerat rex et
conſiliarij eius: et principes et omnis Iſrael.
Et cum appendiſſem tradidi argenti talenta cē
tum quinquaginta: et vaſa argentea talento-
rum centum: et auri talenta centum: et vaſorum
aureorū ſepties viginti. et vaſa erea de bono era
mento ſplendentia duodecim auri ſpeciem red-
dentia. Et dixi eis. Et vos ſancti eſtis domino
et vaſa ſunt ſancta ⁊ aurū ⁊ argentū votū eſt do
mino deo patrū noſtroꝝ. Vigilate et cuſtodite E
donec tradatis ex plebis prepoſitis ⁊ ſacerdoti
bus et leuitis et principibus ciuitatum iſrael in

hieruſalē: i paſtofoꝛio domus dei noſtri. Et hi
qui ſuſceperunt ſacerdotes ⁊ leuite aurū ⁊ argē
tum et vaſa: intulerūt in hierl'ꝫ in tēpluꝫ dñi. Et
pꝛomouimus a fluuio thia: die duodecima men-
ſis pꝛimi vſq; quo introiuim⁹ in hierl'm. Et cuꝫ
factus fuiſſet tertius dies: quarta aūt die pōde-
ratum aurū ⁊ argētū traditū eſt in domo dñi dei
noſtri marimoth filio ioꝛi ſacerdoti: ⁊ cū ipo erat
eleaʒar filius phinees: ⁊ erāt cū ipſis ioſabdus fi
lius ieſu ⁊ medias ⁊ bāni filius leuite ad nume-
rum ⁊ ad pōdus vniuerſa. Et ſcriptū eſt pōdus
ipſoꝝ eadē hoꝛa. Qui aūt venerūt ex captiuita-
te: obtulerūt ſacrificiū dño deo Iſrl': tauros duo
decim pꝛo omni iſrl': arietes octogintaſex: agnos
ſeptuagintaduos: hircos pꝛo peccato duodeciꝫ:
⁊ pꝛo ſalute vaccas duodecim: oia in ſacrificium
dñi. Et relegerūt pcepta regis regalibus diſpen
ſatoꝛibus: ⁊ ſub regulis celeſyrie ⁊ phenicis: ⁊ ho
j.Eſdre.ix. a. noꝛificauerūt gentē ⁊ tēplū dñi. Et cōſummatis
his acceſſerūt ad me pꝛepoſiti: dicētes. Nō ſegre
gauerunt genus iſrl' ⁊ pncipes ⁊ ſacerdotes ⁊ le-
uite ⁊ alienigene gentes ⁊ natiōes terre immun
dicias ſuas a chananeis ⁊ etheis ⁊ phereʒeis: ⁊ ie
buſeis ⁊ moabitis ⁊ egyptijs ⁊ idumeis. Coiun-
cti eñ ſunt filiabus eoꝝ ⁊ ipſi ⁊ filij eoꝝ ⁊ mixtū
eſt ſemen ſanctū alienigenis gētibus terre: ⁊ par
ticipes erāt pꝛepoſiti ⁊ magiſtratus iniquitatis
F eius ab initio ipſius regni. Et moꝝ vt audiui iſta
cōſcidi veſtimēta ⁊ ſacrā tunicam: ⁊ lacerās capil
los capitis ⁊ barbā: ſedi dolēs ⁊ meſtus. Et con
uenerunt ad me quotquot tūc mouebant in ver
bo dñi dei Iſrl' ad me lugētem ſuper iniquitatē
iſtam: ⁊ ſedebā triſtis vſq; ad ſacrificiū veſperti-
num. Et cōſurgēs a ieiunio cōſciſſa habēs veſti-
menta ⁊ ſacrā tunicā: ingeniculās ⁊ extēdēs ma-
nus ad dñm: dicebā: Dñe cōfuſus ſum ⁊ reueri-
tus ſum ante faciē tuā. Peccata eñ nr̄a multi-
plicata ſunt ſuper capita noſtra ⁊ iniquitates no
ſtre exaltate ſunt vſq; ad celū: qm̄ a tpibus pr̄m
noſtroꝛum ſumus in magno peccato vſq; ad diē
hūc. Et pꝛopter peccata nr̄a ⁊ pr̄um noſtroꝝ ſu-
mus traditi cū fratribus noſtris: ⁊ cū ſacerdoti-
bus noſtris regibus terre in gladiū ⁊ captiuita-
tem ⁊ depꝛedationē cū cōfuſiōe vſq; in hodiernū
diē. Et nūc qñtum eſt hoc qd cōtigit nobis miſeri
coꝛdia abs te dñe deus ⁊ derelinque nobis radi-
cem ⁊ nomen in locū ſanctificatōis tue: detegere
luminare nr̄m in domo dñi dei nr̄i: dare nobis ci
bum in omni tpe ſeruitutis nr̄e. Et cum ſeruire
mus nō fuimus derelicti a dño deo nr̄o: ſed con-
ſtituit nos in gratia ponēs nobis reges perſarū
dare cibū: ⁊ clarificare tēpluꝫ dñi dei noſtri: ⁊ edi
ficare deſerta ſion: dare nobis ſtabilitatē in iudea
B ⁊ hierl'm. Et nūc qd dicimus dñe habētes hec:
tranſgreſſi eñ ſumus pcepta tua ⁊ dediſti in ma-
nus pueroꝝ tuoꝝ pꝛophetarū dicēs. Quoniam
terra in qua introiſtis poſſidere hereditatē eius
terra polluta eſt coinquinationibus alienigenaꝝ
terre. ⁊ immundicie illoꝝ repleuerūt eā totā im-
mundicia ſua. Et nūc filias veſtras nō coniunge
tis filijs eoꝛuꝫ: ⁊ filias eoꝝ nō accipietis filijs ve
ſtris: ⁊ nō inquiretis pacem habere cū illis omni
tpe: vt inualeſcētes māducetis optima terre: et
hereditatē diſtribuatis filijs veſtris vſq; in euū.
Et que contingūt nobis: oia fiunt ꝑpter opera
noſtra maligna: ⁊ magna peccata noſtra. Et de-
diſtis nobis talem radicē ⁊ rurſum reuerſi ſum⁹
trāſgredi legitima tua vbi cōmiſceremur immū
dicie alienigenaꝝ gentium terre huius. Nonne
iraſceris nobis perdere nos: quoaduſq; nō relin
quatur radix ⁊ nomē noſtrū? Dñe deus Iſrael
verax es. Derelicta eſt eñ radix vſq; in hodier- j.Eſdre.x. a.
num diem. Ecce nunc ſumus in conſpectu tuo in
iniquitatibus noſtris. Nō eſt eñ adhuc ſtare an
te te in his. Et cū adoꝛādo cōfiteret eſdras flēs:
humi ꝓſtratus ante tēplū: congregati ſunt ante
eum ex hierl'm turba magna valde viri ⁊ mulie-
res ⁊ iuuenes ⁊ iuuencule. Fletus eñ erat ma-
gnus in ipſa multitudine. Et cum clamaſſet Ie
choniās iecheli ex filijs Iſrl': dixit Eſdre. Nos in
dñm peccauimus ꝙ collocauimus nobis in mrī-
monium mulieres alienigenas ex gētibus terre.
Et nunc es ſup oēm Iſrl'. In his ergo fit iuſiu-
randū a dño expellere oēs vxoꝛes noſtras que ex
alieīgenis ſunt cū filijs eaꝝ. Sicut tibi derelictū
eſt a maioꝛibus ſm legem dñi exurgens explica.
Ad te enim ſpectat negocium: et nos tecum ſu-
mus. Viriliter fac. Et exurgens Eſdras adiura
uit pꝛincipes ſacerdotum et leuitas: et omnem iſ
rael facere ſm hec et iurauerunt.

C. E. S. De ſeparatiōe mulierū alienigena
rum: ſtans eſdras ſuper ligneum tribunal: legit
coꝛam omni populo legem dñi: digreſſi poſt ad
pꝛopꝛia comedunt pinguia. Capitulum. ix.

T exurgens eſdras A
ab ante atriū tēpli abijt in pa
ſtofoꝛiū ionathe filij naſabi: et
hoſpitat⁹ illic nō guſtauit pa-
nem: nec aquā bibit ſuper ini-
quitatē multitudinis. Et fctā
eſt pꝛedicatio in omni iudea ⁊
in hierl'm oībus qui erant ex captiuitate in hie
ruſalem congregati: vt quicūq; nō occurrerit bi
duo vel triduo dici ſm iudicium aſſidentiū ſenio
rum tollerent facultates ſue: ⁊ ipſe alienus iudi-
caretur a multitudine captiuitatis. Et cōgrega
ti ſunt oēs qui erāt ex tribu iuda ⁊ beniamin in
tribus diebus in hierl'm. Hic mēſis eſt nonus
dies mēſis viceſimus. Et ſedit oīs multitudo in
area tēpli tremētes ꝑpter hyemē pn̄teꝫ. Et exur
gens eſdras: dixit illis. Vos inique feciſtis collo
cantes vobis in mr̄imoniū vxoꝛes alienigenas:
vt adderetis ad peccata iſrl'. Et nūc date ꝯfeſſio
nem ⁊ magnificētiā dño deo pr̄m nr̄oꝛuꝫ ⁊ perfi-
cite volūtateꝫ ipſius ⁊ diſcedite a gētibus terre: B
⁊ ab vxoꝛibus alienigenis. Et clamauit oīs mul-
titudo: ⁊ dixerunt voce magna. Sicut dixiſti fa-
ciemus. Sed quoniā multitudo magna eſt: ⁊ tps
hybernū ⁊ nō poſſumus inſubſidiati ſtare: ⁊ hoc
opus nō eſt nobis vnius diei: neq; bidui multus

enim in his peccauimus ſtent prepoſiti multitu
dinis ⁊ omnes qui nobiſcum inhabitant ⁊ quot
quot habent vxores apud ſe alienigenas ⁊ aſſi-
ſtant accepto tempore. ex omni loco preſbyteri et
iudices vſq; quo ſonant iram domini negocij hu-
ius. Jonathas autem filius Ezeli ⁊ Ozias ⁊ The-
cam ſuſceperunt ſm hec ⁊ boſoramus ⁊ leuis et
ſabbatheus ſimul cooperati ſunt cum illis. Et ſte
terunt ſm hec omnia vniuerſi qui erant ex capti
uitate. Et elegit ſibi viros eſdras ſacerdos prin
cipes magnos de patribus eorum ſm nomina et
E confederunt nouilunio menſis decimi examina-
re negocium iſtud. Et determinatum eſt de viris
qui habebant vxores alienigenas vſq; ad neome
nia primi menſis et inuenti ſunt ex ſacerdotibus
permixti qui habebant alienigenas vxores. Ex fi
lijs ieſu filij ioſedech ⁊ fratribus eius maſeas et
eliezerus et ioribus ⁊ ioiadeus ⁊ iniecerunt ma-
nus vt expellerent vxores ſuas ⁊ ad litandum in
exorationem arietem pro ignorantia ſua ⁊ ex fi-
lijs Semmernaſeas et eſſes et iecelech azarias. ⁊
ex filijs foſere limoſias hiſmaenis ⁊ nathanee iuſ
ſio iedus et talſas et ex leuitis iozabdus ⁊ ſeme-
is et cornis et calitas et facteas et coluas ⁊ elio-
nas et ex ſacris cantoribus eliarib Zaccarus ⁊ ex
oſtiarijs ſalumus et tolbanes et ex Iſrael ex fi-
lijs foro ozi et remias et geddias et melchias et
michelus et eleazarus et iemmebias et bannas ⁊
D ex filijs iolaman chamas et Zacharias et iezre-
lus et ioddius et erimoth et helias. Et ex filijs
Zathoim eliadas et liaſimus Zochias et lari-
moth et ſabdis et thebedias ex ex filijs Zebes io
hannes et amanias et Zabdias et emeus et ex fi
lijs banni olamus et maluchus et ieddeus et ia-
ſub et aſabus et ierimoth et ex filijs addin naa-
thus et moosias et caleus et raanas maaſeas ma
tathias et beſeel et bonus et manaſſes et ex fi-
lijs nuac noneas et afeas et melchias et ſameas
et ſymon beniamin et malchus et marras ⁊ ex
filijs aſom carianeus matathias et bannus et eli
phalach et manaſſes et ſemei et ex filijs banni
hieremias et moadias et abramus et iohel ⁊ ba-
neas et pelias et iona et marimoth et eliaſib et
mathaneus et eliaſis et orizas ⁊ dielus et ſeme-
dius et zambris ioſephus et ex filijs nobei ide-
E lus et mathathias et ſabadus et zecheda ſedmi
et ieſſei baneas. Omnes iſti coniunxerũt ſibi vxo
res alienigenas et dimiſerunt eas cum filijs. Et
inhabitauerunt ſacerdotes et leuite et qui erant
ex Iſrael in Hieruſalem et in tota vna regione
nouilunio menſis ſeptimi. Et erant filij Iſrael in
commorationibus ſuis. Et congregata eſt om-
nis multitudo ſimul in aream que eſt ab oriente
porte ſacre. Et dixerunt Eſdre pontifici et lecto
ri vt afferret legem Moyſi que tradita eſt a do-
mino deo Iſrael. Et attulit Eſdras pontifex le
gem omni multitudini eorum a viro vſq; ad mu
lierem et omnibus ſacerdotibus audire legem
nouilunio mẽſis ſeptimi. Et legebat in area que
eſt ante ſacram portam templi a prima luce vſq;
ad veſperam coram viris et mulieribus. Et dede

runt omnes ſenſum ad legem. Et ſtetit Eſdras F
ſacerdos et lector legis ſuper ligneum tribunal
quod fabricatum erat. Et ſteterunt ad eum ma-
tathias et ſamus ananias azarias vrias ezechias
et balſamus ad dexteram et ad ſiniſtram faldeus
miſael malachias abuſthas ſabus nabadias et
Zacharias. Et aſſumpſit Eſdras librum coram
omni multitudine preſidebat enim in gloria in cõ
ſpectu omnium. Et cum abſoluiſſet legem om-
nes erecti ſteterunt et benedixit Eſdras domi-
num deum altiſſimum deum ſabaoth omnipotẽ
tem. Et reſpondit omnis populus amen. Et ele
uatis ſurſum manibus procidentes in terrã ado
rauerunt dominum ieſus et banaeus et ſarebias
et iaddimus et accubus et ſabatheus et calithes
et azarias et ioradus et ananias et philias leui-
te qui docebant legem domini et in multitudine
legebant legem domini et preferebãt ſinguli eos
qui intelligebant lectionẽ. Et dixit atharathes
Eſdre pontifici et lectori et leuitis qui docebant
multitudinem dicens. Dies hic ſanctus eſt domi
no. Et omnes flebant cum audiſſent legem. Et
dixit Eſdras. Diſgreſſi ergo mãducate pinguiſ Nee. viij. c.
ſima queq; et bibite dulciſſima queq; et mittite
munera his qui non habent. Sanctus enim eſt
hic dies domini et nolite meſti eſſe. Dominus enim
clarificabit vos. Et leuite denunciabant in pu
blico omnibus dicentes. Dies hic ſanctus eſt.
Nolite meſti eſſe. Et abierunt omnes manduca
re et bibere epulari et dare munera his qui non
habebant vt epulentur. Magnifice enim ſunt
exaltati verbis qui edocti ſunt. Et congregati
ſunt vniuerſi in Hieruſalem celebrare leticiam
ſm teſtamentum domini dei Iſrael.

Explicit liber Eſdre tertius.

Incipit liber Eſdre quartus.

Nicolaus de Lyra dicit q; liber Eſdre vide-
tur magis ab alio neſcitur quo doctore conſcri-
ptus et ex pluribus collectus nam ſcribuntur
hic plura que in primo Eſdre valde ſufficienter
ſunt deſcripta nec veriſimile eſt q; ipſe ter repe-
tierit ſine neceſſitate.

Capitulum. j.

a Liber Eſdre pro-
phete ſecundus: filij ſarei:
filij azarei: filij helchie: filij
ſadanie: filij ſadoch: filij a-
chitob: filij achie: filij phi-
nees: filij heli: filij amerie: fi
lij aſiel: filij marimoth: filij
arna: filij ozie: filij borith: filij abiſei: filij phi-
nees: filij eleazar: filij aaron ex tribu leui: qui
fuit captiuus in regione medorum in regno
Artaxerxis regis Perſarum. Et factus eſt
verbum domini ad me dicens. Vade ⁊ nun-
cia populo meo facinora ipſorum ⁊ filijs eo-
rum iniquitates quas in me admiſerūt: vt nū
ciant filij filiorum: quia peccata parētum ip
ſorum in illis creuerunt. Obliti eñ mei ſacri
ficauerūt dijs alienis. Nonne ego eduxi eos
de terra egypti de domo ſeruitutis. Ipſi au
tem irritauerunt me: ⁊ cōſilia mea ſpreuerūt
Tu autem excute comam capitis tui ⁊ proij-
ce omnia mala ſuper illos: quoniam nō obe-
dierūt legi mee. Popul⁹ autē eſt indiſcipli-
Joſue.xij.a natus. Uſquequo eos ſuſtinebo quibus tan-
ta beneficia contuli. Reges multos propter
B eos ſubuerti: Pharaonem cum pueris ſuis:
⁊ omnem exercitum eius percuſſi. Oēs gen
tes a facie eorum perdidi: ⁊ in oriente prouin
Exod.xiiij. c. ciarum duarum populos Tyri ⁊ Sydonis diſ
ſipaui: ⁊ oēs aduerſarios eorum interfeci. Tu
vero loquere ad eos: dicens. Hec dicit dñs.
Nempe ergo vos per mare trāſmeaui: ⁊ pla
teas vobis initio munitas exhibui. Ducē vo
bis dedi Moyſen ⁊ Aaron ſacerdotem: lucē
Nee.ix.b. vobis per columnam ignis preſtiti: ⁊ magna
mirabilia feci in vobis. Uos autem me obliti
Exo.xvj.c. ps.ciiij. eſtis: dicit dñs. Hec dicit dñs omnipotens.
Coturnix vobis in ſigno fuit: caſtra vobis
ad tutelam dedi: ⁊ illic murmuraſtis: ⁊ non
triumphaſtis in noīe meo de perditione ini-
micorum veſtrorum: ſed adhuc nūc vſque mur
muraſtis. Ubi ſunt beneficia que preſtiti vo-
bis. Nonne in deſerto cum eſurietis procla
Exod.xiiij. c. maſtis ad me dicentes vt quid nos in deſer-
tum iſtud adduxiſtis interficere nos. Melius
nobis fuerat ſeruire egyptijs q̄ mori in de-
ſerto hoc. Ego dolui gemitus veſtros: ⁊ de-
Sapien. xvj.c. di vobis manna in eſcam. Panem angelorum
manducaſtis. Nonne cum ſitieritis petram
excidi et fluxerunt aque in ſaturitate. Pro-
pter eſtus folijs arborum vos texi. Diuiſi vo
C bis terram pingues chananeos ⁊ phereſeos
⁊ philiſtinos a facie veſtra proieci: quid faciā
vobis adhuc dicit dominus. Hec dicit domi
nus omnipotens. In deſerto cum eſſetis in
flumine amorreo ſitientes ⁊ blaſphemantes
nomen meum non ignem vobis pro blaſphe
mijs dedi: ſed mittens lignum in aquā: dul
ce feci flumen. Quid tibi faciam Jacob. Nolui-
ſti obedire Juda. Transferam me ad alias gen-
tes ⁊ dabo eis nomen meum vt cuſtodiant legiti
ma mea. Quoniam me dereliquiſtis: ⁊ ego vos de-
relinquam. Petentibus vobis a me miam non
miſerebor. Quando inuocabitis me: ego nō exau
diam vos. Maculaſtis eñ manus veſtras ſangui
ne: ⁊ pedes veſtri impigri ſunt ad committēda ho
micidia. Nō quaſi me dereliquiſtis ſed vosipſos
dicit dñs. Hec dicit dñs omnipotēs. Nōne ego
vos rogaui: vt pater filios ⁊ mater filias: ⁊ vt nu
trix paruulos ſuos: vt eſſetis mihi in populum ⁊
ego vobis in deum: ⁊ vos mihi in filios ⁊ ego vo
bis in patrem. Ita vos collegi: vt gallina pullos Matthei
ſuos ſub alas ſuas. Modo autem quid faciam vo xxiij.d.
bis. Proijciam vos a facie mea. Oblationē cum D
mihi attuleritis: auertam faciem meam a vobis. Eſa.j.d.
Dies eñ feſtos veſtros ⁊ neomenia ⁊ circunci- Oſee.ij.b.
ſiones repudiaui. Ego miſi pueros meos pphe-
tas ad vos quos acceptos interfeciſtis ⁊ lania-
ſtis corpora eorum quorum ſanguinem exquirā:
dixit dñs. Hec dicit dñs oīpotens. Domus ve-
ſtra deſerta eſt. Proijciam vos ſicut ventus ſti-
pulam: ⁊ filij procreationem non facient: qm̄ mā
datum meum neglexerunt: ⁊ quod malū eſt corā
me fecerunt. Tradam domos veſtras populo ve-
nienti qui me non audientes credunt: quibus ſi
gna non oſtendi facient que precepi. Prophe-
tas non viderunt ⁊ memorabuntur iniquitatum
eorum. Teſtor populi venientis gratiā cuius par
uuli exultant cum leticia me non vidētes oculis
carnalibus: ſed ſpiritu credentes que dixi. Et
nunc frater aſpice que gloria: ⁊ vide populum ve
nientem ab oriente quibus dabo ducatum abraā
iſaac ⁊ iacob ⁊ oſee ⁊ amos ⁊ michee ⁊ iohel ⁊ ab
die ⁊ ione ⁊ naum ⁊ abacuck ſophonie aggei: zacha
rie ⁊ malachie: qui ⁊ angelus dñi vocatus eſt.

Capitulum .ij.

Hec dicit Dominus. a
Ego duxi populum iſtum de ſer
uitute: quibus mādata dedi per
pueros meos pphetas quos au
dire noluerunt ſed irrita fecerūt
mea conſilia. Mater que eos generauit: dicit il-
lis. Ite filij: q: ego vidua ſum ⁊ derelicta. Educa
ui vos cum leticia: ⁊ amiſi vos cum luctu ⁊ triſti
cia. Qm̄ peccaſtis coram dño deo veſtro: ⁊ quod
malum eſt coram eo feciſtis. Modo autem quid
faciam vobis. Ego vidua ſum ⁊ derelicta. Ite fi-
lij ⁊ petite a dño miſericordiam. Ego autem te
pater teſtem inuoco ſuper matrem filiorum: qui
noluerunt teſtamentum meum ſeruare vt deus
eis confuſionem ⁊ matrem eorum in direptionē
ne generatio eorum fiat. Diſpergātur in gētes
nomina eorum deleantur a terra: qm̄ ſpreuerūt
ſacramentum meum. Ue tibi Aſſur qui abſcon-
dis iniquos penes te. Gens mala memorare qd

fecerim Sodome ⁊ Gomorre quorū terra iacet
Gen.xix.c in piceis glebis ⁊ aggeribus cinerū. Sic dabo
eos qui me nō audierunt: dicit dn̄s omnipotēs
Hec dicit dn̄s ad Eſdram. Nūcia populo meo:
qm̄ dabo eis regnū in hieruſalē quod daturus
erant Iſrael. Et ſumam mihi gloriam illorum: et
dabo eis tabernacula eterna que preparaueram
illis. Lignum vite erit illis in odore vnguenti: et
B non laborabunt neqꝫ fatigabuntur. Ite et acci-
pietis. Rogate vobis dies paucos: vt immoren-
tur. Iam paratum eſt vobis regnum. Vigilate.
Teſtare celum ⁊ terram. Contriui enim malum
et creaui bonum: quia viuo ego dicit dn̄s. Ma
ter amplectere filios tuos educa illos cum leticia
Sicut colūba confirma pedes eorum: quoniam
te elegi dicit dn̄s. Et reſuſcitabo mortuos de lo
cis ſuis: ⁊ de monumētis educam illos: quoniam
cognoui nomen meum in iſrael. Noli timere ma
ter filiorum: quoniam te elegi dicit dn̄s. Mittā
tibi adiutorium pueros meos Eſaiā ⁊ Hieremi
am ad quorum conſiliū ſanctificaui: ⁊ paraui tibi
arbores duodecim grauatas varijs fructibus et
totidem fontes fluentes lac ⁊ mel: ⁊ montes im
mēſos ſeptē habētes roſam ⁊ liliū in quib⁹ gau
dio implebo filios tuos. Viduā iuſtifica: pupillo
iudica: egenti da: orphanū tuere: nudū veſti: con
fractum ⁊ debilem cura: claudum irridere noli:
tutare mancum: ⁊ cecum ad viſionem claritatis
mee admitte. Senem ⁊ iuuenem intra muros tu
os ſerua: mortuos vbi inueneris ſignans cōmen
multū tenuit tp̄s. Et factū eſt cū regnaret: ⁊ ve
niebat finis eius vt nō appareret ſicut pꝛioꝛ. Et
ecce vox emiſſa eſt illi dicēs. Audi tu que tāto tē
poꝛe tenuiſti terrā. Hec annūcio tibi anteq̄ inci
pias nō apparere. Nemo poſt tenebit tp̄s tuuꝫ:
ſed nec dimidiuꝫ eiꝰ. Et leuauit tertia et tenuit
pncipatū ſicut ⁊ poꝛes ⁊ nō apparuit ⁊ ipa. Et
ſic cōtingebat ex oībus alijs ſigillatiꝫ pncipatuꝫ
gerere ⁊ iteꝝ nuſq̄ cōparere. Et vidi: ⁊ ecce in tē
poꝛe ſequētes penne erigebant a dextera pte vt
tenerēt ⁊ ipē pncipatuꝫ: ⁊ ex his erāt q̄ tenebāt:
ſed tamē ſtatiꝫ nō cōpateſcebant. Naꝫ ⁊ alique
ex eis erigebant: ſed nō tenebāt pncipatū: Et vi
di poſt hec: ⁊ ecce nō cōparuerūt duodeciꝫ pen-
ne ⁊ duo pēnacula ⁊ nihil ſupererat in coꝛpe aqle
niſi duo capita qeſcētia ⁊ ſex pēnacula. Et vidi:
et ecce ſex pēnaculis diuiſe ſunt due: ⁊ māſerunt
ſub capite qđ eſt ad dexterā ptē. Nā qttuoꝛ man
ſerūt in loco ſuo. Et vidi: ⁊ ecce ſubalares cogita
C bant ſe erigere ⁊ tenere pꝛincipatus. Et vidi: et
ecce vna erecta eſt: ſed ſtatim nō cōparuit. Et ſe
cunde velocius q̄ pꝛioꝛes nō cōparuerūt Et vidi
et ecce due que ſuperauerūt apud ſemetipſas co
gitabant ⁊ ipſe regnare: et in eo cum cogitarent
ecce vnum quieſcentium capitum quod erat me
dium euigilabat. Hoc enim erat duoꝛum capitū
maius. Et vidi quoniam completa ſunt duo ca-
pita ſecum: et ecce conuerſum eſt caput cum his
qui cum eo erant: ⁊ comedit duas ſubalares
que cogitabant regnare. Hoc autem caput per-
conterruit omnem terram: ⁊ dominabatur in ea
his qui habitant terram cū laboꝛe multo: ⁊ potē
tatuꝫ tenuit oꝛbis terraꝝ ſuper omnes alas que
fuerunt. Et vidi poſt hec: ⁊ ecce mediū caput ſu
bito non cōparuit: ⁊ hoc ſicut ale. Superauerūt
autem duo capita: que ⁊ ipſa ſimiliter regnaue-
runt ſuper terram ⁊ ſup eos qui habitant in ea.
Et vidi ⁊ ecce deuoꝛauit caput a dextera pte illđ D
qđ a leua. Et audiui vocē dicēteꝫ mihi. Cōſpice
contra te: et conſidera qđ vides. Et vidi: ⁊ ecce
ſicut leo cōcitatꝰ de ſilua rugiēs: ⁊ vidi: qm̄ emit
tebat vocem hominis ad aqlam. Et dixit dicēs
Audi tu et loquar ad te: ⁊ dicet altiſſimus tibi.
Nōne tu es qui ſuperaſti de quattuoꝛ aīalibus
que fecerāt regnare in ſeculo meo: ⁊ vt per eos
veniret finis tēpoꝛū eoꝝ: Et quartꝰ veniēs deui
cit oīa aīalia que tranſierunt: ⁊ potētatu tenuit
ſeculū cū tremoꝛe multo: et oēm oꝛbē cuꝫ laboꝛe
peſſimo: et inhabitauit tot tēpoꝛibus oꝛbeꝫ ter-
rarū cū dolo Et iudicaſti terram nō cū veritate.
Tribulaſti enim manſuetos: et leſiſti quieſcētes.
et dilexiſti mendaces ⁊ deſtruxiſti habitationes
eoꝛuꝫ qui fructificabāt: ⁊ humiliaſti muros eoꝛū
qui te non nocuerunt. Et aſcēdit cōtumelia tua
vſqꝫ ad altiſſimuꝫ: et ſuperbia tua ad foꝛteꝫ. Et
reſpexit altiſſimus ſuperba tempoꝛa: et ecce fini
ta ſunt ⁊ ſcelera eiꝰ cōpleta ſunt. Propterea nō
appareas tu aquila et ale tue hoꝛribiles: et pen-
nacula tua peſſima ⁊ capita tua maligna ⁊ vngu-
es tui peſſimi: ⁊ omne coꝛpꝰ tuū vanū vti refrige
ret omnis terra: ⁊ reuertat liberata de tua vi: et
ſperet iudiciū ⁊ miſericoꝛdiā eius qui fecit eam.

¶ Capitulum .xij.

A ET factum eſt duꝫ lo
queretur leo v̄ba hec ad aqui
lam. Et vidi: ⁊ ecce qđ ſupera-
uerat caput et nō cōparuerēt
q̄ttuoꝛ ale ille q̄ ad euꝫ tranſie
runt: ⁊ erecte ſunt vt regnarūt
et erat regnum eoꝝ exile: et tu
multu plenū. Et vidi: et ecce ipſa nō apparebāt:
et omne coꝛpꝰ aquile incēdebat ⁊ expaueſcebat
terra valde: ⁊ ego a tumultu ⁊ exceſſu mentis: et
a magno timoꝛe vigilaui: ⁊ dixi ſpiritui meo. Ec
ce tu preſtitiſti mihi hoc in eo q ſcrutaris vias
altiſſimi. Ecce adhuc fatigatus ſum animo ⁊ ſpi
ritu meo inualidus ſuꝫ valde. ⁊ modica eſt in me
virtus a multo timoꝛe quam expaui nocte hac.
Nūc ergo oꝛabo altiſſimum vt me cōfoꝛtet vſqꝫ
in finē. Et dixi: dn̄atoꝛ dn̄e ſi inueni gratiā ante
oculos tuos: ⁊ ſi iuſtificatus ſuꝫ apud te pꝛe mul
tis: ⁊ ſi certe aſcēdit depcatio mea ante faciē tu
am: cōfoꝛta me ⁊ oſtēde ſeruo tuo mihi interpꝛe
tationē ⁊ diſtinctionē viſus hoꝛribilis huius: vt
pleniſſime cōſoleris aīam meam. Dignū em̄ me
habuiſti oſtēdere mihi tp̄m nouiſſima. Et dixit
ad me: Hec eſt interpꝛetatio viſiōis huius. Aqui
lam quam vidiſti aſcēdentem de mari: hoc eſt re

gnum qḋ viſum eſt in viſione danieli fratri tuo.
Sed nō eſt illi interpretatū:qm̄ ego nūc tibi in⸗
terpreto:.Ecce dies veniūt:⁊ exurget regnū ſu⸗
per terram:⁊ erit timor acrior oīm regnoꝝ q̄ fue
B runt ante eū.Regnabūt aūt in ea reges duode⸗
cim vnꝰ poſt vnū.Nā ſcḋs incipiet regnare:⁊ ip⸗
ſe tenebit amplius tp̄s pre duodecim.Hec eſt in
terpretatio duodecim alaꝝ quas vidiſti. Et quā
vidiſti vocē que locuta eſt:nō de capitibꝰ eiꝰ exeū
tem:ſed de medio corpis eius:hec eſt interpreta
tio.Quoniā poſt tp̄s regni illius naſcent̄ contē⸗
tiones nō modice:⁊ periclitabit̄ vt cadat ⁊ non
cadet tūc:ſed iterū cōſtituet̄ in ſuū initiū.Et qm̄
vidiſti ſubalares octo coherētes alis eius:hec eſt
interpretatio:exurgēt in ipſo octo reges: quorū
erunt tp̄a leuia ⁊ anni citati:⁊ duo quidem ex ip⸗
ſis parient.Appropinquāte aūt tp̄e medio:quat
tuor ſeruabunt̄ in tp̄e:cū īcipiet appropinquare
C tp̄s eiꝰ vt finiat̄.Duo vo in finē ſeruabūtur. Et
qm̄ vidiſti tria capita quieſcētia:hec eſt interpre
tatio. In nouiſſimis eius ſuſcitabit altiſſimus
tria regna:⁊ reuocabit in ea multa:⁊ dominabū⸗
tur terram:⁊ qui habitāt in ea cum labore multo
ſup oēs qui fuerūt āte hos.Propter hoc ipſi vo
cati ſunt capita aquile.Iſti em̄ erūt qui recapitu
labūt impietates eiꝰ:⁊ q̄ ꝑficiēt nouiſſima eius.
Et qm̄ vidiſti caput maiꝰ nō apparēs:hec eſt in⸗
terpretatio eius.Qm̄ vnus ex eis ſuper lectū ſuū
morīet̄:⁊ tñ cū tormētis.Nam duo qui perſeue⸗
rauerint gladius eos comedet.Vnius em̄ gladiꝰ
comedet qui cū eo:ſȝ tñ hic gladio in nouiſſimis
cadet.Et qm̄ vidiſti duas ſubalares traijcientes
ſuper caput qḋ eſt in dextera parte:hec eſt inter
pretatio.Hi ſunt quos cōſeruauit altiſſimus in
finem ſuū:hoc eſt regnū exile ⁊ turbatōis plenū.
Sicut vidiſti:⁊ leonē quē vidiſti de ſilua euigilā⸗
tem ⁊ rugiētem ⁊ loquentē ad aquilā ⁊ arguētē
eam:⁊ iniuſticias ipſius per oēs ſermones eiꝰ ſi⸗
cut audiſti:hic eſt vētus quē ſeruauit altiſſimus
in finem ad eos:⁊ impietates ipſoꝝ:⁊ arguet il⸗
los ⁊ incutiet corā ipſis diſcerptiōes eoꝝ. Sta⸗
tuet enim eos in iudicio viuos:⁊ erit cū arguerit
eos:tūc corripiet eos:naȝ reſiduū ppl'ꝫ meū libe
rabit cū miſeria qui ſaluati ſunt ſup fines meos:
⁊ iocūdabit eos quoaduſqȝ veniet finis dies iudi
cij:de quo locutus ſuȝ tibi ab initio.Hoc ſomniū
qḋ vidiſti:⁊ he interpretationes. Tu ergo ſolus
dignꝰ fuiſti ſcire altiſſimi ſecretū hoc.Scribe er⸗
go oīa iſta in libro que vidiſti:⁊ pōe ea in loco ab⸗
D ſcondito:⁊ docebis ea ſapiētes de ppl'o tuo:quo
rum corda ſcis poſſe capere ⁊ ſeruare ſecreta hec.
Tu aūt adhuc ſuſtine hic alios dies ſeptem vt ti⸗
bi oſtēdatur q̇cq̇d viſum fuerit altiſſimo oſtēde⸗
re tibi.Et ꝓfectus eſt a me.Et factū eſt cū audiſ
ſet oīs ppl's qm̄ pertrāſierunt ſeptē dies ⁊ ego
non fuiſſem reuerſus in ciuitatem:⁊ cōgregauit
ſe oīs a minimo vſqȝ ad maximū:⁊ venit ad me ⁊
dixerunt mihi:dicētes: Quid peccauimus tibi:⁊
quid iniuſte egimus in te:quoniam derelinquēs
nos ſediſti in loco hoc.Tu enim nobis ſuperes ſo
lus ex oībus populis ſicut botrus de vinea:⁊ ſi⸗
cut lucerna in loco obſcuro:⁊ ſicut portus ⁊ na⸗
uis ſaluata a tempeſtate.Aut nō ſufficiūt nobis
mala que contingūt: Si ergo tu nos dereliqueris:quāto nobis erat melius ſi eſſemus ſuccēſi ⁊
nos cū incēdio Syon.Nec em̄ nos ſumus melio
res eoꝝ qui ibi mortui ſunt:⁊ plorauerūt voce ma
gna.Et reſpondi ad eos ⁊ dixi.Cōfide Iſrael et
noli triſtari tu domus iacob.Eſt enim memoria
veſtra coram altiſſimo:⁊ fortis nō eſt oblitus ve⸗
ſtri in tēptatione.Ego enim non dereliqui vos
neqȝ exceſſi a vobis:ſed veni in hunc locū vt de⸗
precarer pro deſolatione Syon:vt quererē miaȝ
pro humilitate ſanctificationis veſtre.Et nūc ite
vnuſquiſqȝ veſtrum in domum ſuam et ego ve⸗
niam ad vos poſt dies iſtos.Et profectus eſt po
pulus ſicut dixi ei in ciuitatem:ego autem ſedi
in campo ſeptem diebus:ſicut mihi mandauit:⁊
manducabam de floribus ſolummodo agri: de
herbis facta eſt eſca mihi in diebus illis.

Capitulum.xiij.

ET factuȝ eſt poſt di⸗ A
es ſeptem: ⁊ ſomniaui ſomniū
nocte.Et ecce de mari ventus
exurgebat vt conturbaret om
nes fluctus eius.Et vidi ⁊ ecce
conualeſcebat ille homo cū nu⸗
bibus celi:⁊ vbi vultū ſuuȝ ver
tebat vt cōſideraret:tremebant oīa que ſub eo vi
debantur:⁊ vbicūqȝ exibat vox de ore eius arde
ſcebant oēs qui audiebant voces eius:ſicut quie
ſcit terra quādo ſenſerit ignē.Et vidi poſt hec:
⁊ ecce congregabatur multitudo hominū: quoꝝ
nō erat numerꝰ de quattuor vētis celi:vt debella
rent hoīeȝ qui aſcēderat de mari.Et vidi:⁊ ecce
ſibimetipſi ſculpſerat montē magnum:⁊ volauit
ſuper eū.Ego autem queſiui videre regionē vel
locum vnde ſculptus eſſet mons ⁊ nō potui.Et
poſt hec vidi:⁊ ecce omnes qui congregati ſunt
ad eum vt expugnarent eū timebāt valde: tamē
audiebant pugnare:⁊ ecce vt vidit impetuȝ mul⸗
titudinis veniētis nō leuauit manum ſuam neqȝ
frameam tenebat:neqȝ aliqḋ vas bellicoſum:niſi
ſolūmodo vt vidi: quoniam emiſit de ore ſuo ſi⸗
cut flatum ignis:⁊ de labijs eius ſpūs flāme: et
de lingua eius emittebat ſcintillas ⁊ tēpeſtates
⁊ cōmixta ſunt oīa ſimul hic flatus ignis ⁊ ſpiri⸗
tus flāme ⁊ multitudo tempeſtatis:⁊ cōcidit ſu
per multitudinem in impetu que preparata erat
pugnare:⁊ ſuccēdit omnes vt ſubito videretur
de innumerabili multitudine niſi ſolummodo
puluis ⁊ fumi odor:⁊ vidi ⁊ extimui.Et poſt hec
vidi ipſum hominem deſcendentem de monte ⁊ B
vocantē ad ſe multitudinē aliā pacificā:⁊ accede
bat ad eum vultus hominum multoruȝ quorun⸗
dam gaudentium:quorundam triſtantiū. aliqui
vero alligati: aliqui adducentes ex eis qui offe⸗
rebātur:⁊ egrotaui a multitudine pauoris ⁊ ex⸗
pergefactus ſum.⁊ dixi.Tu ab initio demonſtra⸗

ſti ſeruo tuo mirabilia hec:ꝛ dignuȝ me habuiſti
vt ſuſciperes depcationẽ meã:ꝛ nūc demõſtra mi
hi adhuc interpretationem ſomnij huius. Sicut
eñi exiſtimo in ſenſu meo: ve qui derelicti fuerint
in dieb⁹ illis:ꝛ multoplus de his qui nõ ſunt de
relicti. Qui eñi nõ ſunt derelicti triſtes erãt. In
telligo nūc que ſunt repoſita in nouiſſimis dieb⁹
et occurrẽt eis: ſed ꝛ his qui derelicti ſunt. Pro
pter hoc eniȝ venerũt in pericula magna ꝛ neceſ
ſitates multas: ſicut oſtẽdunt ſomnia hec. Attñ
facilius eſt piclitantẽ venire in hūc ꝙ ptranſire
ſicut nubẽ a ſeculo:ꝛ nūc videre que cõtingũt in
nouiſſimo:ꝛ rñdit ad meꝛ dixit. Et viſiõis inter
pretationẽ dicã tibi:ꝛ de quibus locutus es ad
aperiã tibi. Qm̃ de his dixiſti qui derelicti ſunt:
hec eſt interpretatio. Qui aufert piculũ illo tpe:
hie ſe cuſtodiunt. Qui in periculo inciderunt hi
ſunt qui hñt opera ꝛ fidẽ ad fortiſſimũ. Scito er
go qm̃ magis beatifici ſunt qui derelicti: ſuper
eos qui mortui ſunt. He interpretationes viſio
nis. Quia vidiſti virum aſcendẽtem de corde ma
ris: ipſe eſt quem conſeruat altiſſimus multis tẽ
poribus qui per ſemetipſum liberabit creaturaȝ
ſuam:ꝛ ipſe diſponet qui derelicti ſunt. Et quo
niam vidiſti de ore eius exire ſpiritum ꝛ igneȝ et
tempeſtatem:ꝛ qm̃ non tenebat frameam neqȝ
vas bellicoſum: corrupit enim impetus eius mul
titudinem que venerat expugnare euȝ: hec eſt in
C terpretatio. Ecce dies veniũt qñ incipiet altiſſi
mus liberare eos qui ſuper terram ſunt:ꝛ veniet
in exceſſu mentis ſup eos qui inhabitant terraȝ.
Et alij alios cogitabunt debellare. ciuitas ciui
tatem:ꝛ locus locum:ꝛ gens aduerſus genteȝ et
regnum aduerſus regnuȝ. Et erit cũ fient hec: et
contingent ſigna que ante oſtẽdi tibi:ꝛ tũc reue
labitur filius meus quem vidiſti vt virum aſcen
denteȝ. Et erit qñ audierint omnes gentes vocẽ
eius ꝛ derelinquet vnuſquiſqȝ in regiõe ſua bel
lum ſuũ qd hñt ad alterutrũ ꝛ colligetur in vnuȝ
multitudo innumerabilis: ſicut volentes venire
et expugnare eũ. Ipſe aũt ſtabit ſuper cacumen
montis ſion. Sion aũt veniet ꝛ oſtendet oĩbus
parata ꝛ edificata: ſicut vidiſti montẽ ſculpi ſine
manibus. Ipſe aũt filius meus arguet que adu
uenerunt gentes impietates eorum has que tẽ
peſtati appropinquerunt propter mala cogita
menta eorũ ꝛ cruciamẽta quib⁹ incipient crucia
ri: que aſſimilate ſunt flamme:ꝛ perdet eos ſine
Decẽ tri- labore: per legem qui igni aſſimilata eſt. Et quo
b⁹ captiue. niam vidiſti eum colligentem ad ſe aliaȝ multi
tudinem pacificam: he ſunt decem tribus que ca
ptiue facte ſunt de terra ſua in dieb⁹ oſee regis
iiij. reg. a. quem captiuuȝ duxit ſalmanaſar rex aſſyriorũ ꝛ
tranſtulit eos trãs flumẽ:ꝛ trãſlati ſunt in terrã
aliã. Ipſi aũt ſibi dederunt conſiliuȝ hoc vt dere
linquerent multitudinem gentiũ ꝛ proficiſceren
tur in vlteriorem regionẽ vbi nunꝙ inhabitauit
genus humanum: vel ibi obſeruare legitima ſua
D que non fuerant ſeruantes in regione ſua. Per
introitus autem anguſtos fluminis euphraten
introierunt. Fecit enim eis tũc altiſſimus ſigna
et ſtatuit venas fluminis vſqȝ quo tranſiret. Per
eaȝ eñi regionẽ erat via multa itineris anni vni
us ꝛ dimidij: naȝ regio illa vocat̃ aſareth. Tunc
inhabitauerunt ibi vſqȝ in nouiſſimo tpe:ꝛ nunc
iterum cũ ceperint venire iterum altiſſimus ſta
tuet venas fluminis vt poſſint trãſire: ppter hec
vidiſti multitudineȝ cũ pace. Sed ꝛ qui derelicti
ſunt de populo tuo: hi ſunt qui inueniunt intra
terminum meum. Factũ eſt ergo: qñ incipiet per
dere multitudinem earuȝ que collecte ſunt gen
tes: proteget eos qui ſuperauerunt populum: et
tunc oſtẽdet eis multa plurima portenta. Et di
xi ego. Dñator dñe hoc mihi oſtẽde ppter qd vi
di virũ aſcẽdentẽ de corde maris. Et dixit mihi.
Sicut nõ poteſt hec vel ſeruari vel ſcire que ſunt
in profundo maris: ſic non poterit quiſqȝ ſuper
terram videre filiũ meũ: vel eos qui cũ eo ſunt: ni
ſi in tpe diei. Hec eſt interptatio ſomnij qd vidi
ſti:ꝛ propter qd illuminatus es hic ſolus Dereli
quiſti eñi tuã:ꝛ circa meã vacaſti legem et que
ſiſti. Vitam eñi tuã diſpoſuiſti in ſapiẽtia:ꝛ ſen
ſum tuum vocaſti mrẽm:ꝛ ppter hoc oſtẽdi tibi
merces apud altiſſimum: erit eñi poſt alios tres
dies ad te alia loquar:ꝛ exponã tibi grauia ꝛ mi
rabilia:ꝛ profectus ſuȝ ꝛ trãſij in cãpum: multuȝ
glorificãs ꝛ laudãs altiſſimuȝ de mirabilib⁹ que
per tẽpus faciebat:ꝛ qm̃ gubernat ipſuȝ:ꝛ q̃ ſũt
in temporibus illata: et ſedi ibi tribus diebus.

Capitulum. xiiij.

Et factum eſt tertio A
die: et ego ſedebaȝ ſub quercu
Et ecce vox exiuit contra me
de rubo:ꝛ dixit. Eſdra eſdra:
et dixi. Ecce ego dñe:ꝛ ſurrexi
ſup pedes meos. Et dixit ad
me. Reuelãs reuelatus ſum ſu
per rubum:ꝛ locutus ſuȝ moyſi: qñ popul⁹ meus Exo. iij. b.
ſeruiebat in egypto:ꝛ miſi eum ꝛ eduxi populuȝ
meũ de egypto:ꝛ adduxi eũ ſuper montẽ ſina:ꝛ
detinebã eum apud me diebus multis:ꝛ enarra
ui ei mirabilia multa:ꝛ oſtẽdi ei tpm ſecreta: et
finem ꝛ pcepi ei dicẽs. Hec in palã facies verba
et hec abſcõdes. Et nunc tibi dico: ſigna que de
monſtraui et ſomnia que vidiſti:ꝛ interpretatio
nes quas tu vidiſti: in corde tuo repone: ea tu eñi
recipieris, ab oĩbus cõuerteris reſiduus cũ con
ſilio meo:ꝛ cum ſimilibus tuis vſqȝ quo finiant̃
tpa. Quoniã ſeculũ perdidit iuuentutẽ ſuam: et
tpa appropinquant ſeneſcere. Duodecim enim
partibus diuiſuȝ eſt ſeculum:ꝛ tranſierunt eius
decima ꝛ dimidiũ decime ptis. ſuperſunt aũt eã⁹ B
poſt medium decime ptis. Nunc ergo diſpone
domũ tuam ꝛ corripe ppl'm tuumꝛ conſolare hu
miles eorũ:ꝛ renuncia iam corruptele:ꝛ dimitte
abs te mortales cogitationes: et proijce abs te
pondera humana: et exue te iam infirmam natu
ram: et repone in vnã partem moleſtiſſima tibi
cogitamenta:ꝛ feſtina trãſmigrare a tpibus his
Que eñi vidiſti nunc contigiſſe, mala iterũ horũ

deteriora facient. Quātum em̄ inualidū fiet ſeculum a ſenectute tm̄ multiplicabunt ſup inhabitātes mala. Prolōgauit em̄ ſe magis veritas: ⁊ appropinquauit mēdaciū. Jam em̄ feſtinat venire quā vidiſti viſionē. Et rn̄di: ⁊ dixi coram te dn̄e. Ecce em̄ ego abibo ſicut p̄cepiſti mihi: ⁊ corripiam p̄ntes ppl'z. Qui aūt iterū nati fuerint qs cōmonebit. Poſitū eſt ergo ſeculū in tenebris: ⁊ q̄ inhabitāt i eo ſine lumine. Qm̄ lex tua inceſa eſt ꝓpter qḋ nemo ſcit que a te facta ſunt: vl' que incipient opa. Si em̄ inueni in te grām: immitte in me ſpiritū ſanctū: ⁊ ſcribā omne quod factuz eſt a ſeculo ab initio que erāt in lege tua ſcripta: vt
C poſſint homines inuenire ſemitā: ⁊ qui voluerint viuere in nouiſſimis viuant. Et rn̄dit ad me: ⁊ dixit. Uadens cōgrega ppl'm: ⁊ dices ad eos: vt nō querāt te diebus quadraginta. Tu aūt p̄para tibi buxos multos: ⁊ accipe tecū ſaream: dabriam: ſelemiā: echanū ⁊ aſiel: ⁊ q̄nq; hos qui parati ſūt ad ſcribendū velociter. Et venies huc ⁊ ego accēdam in corde tuo lucernā intellect⁹: que nō extinguetur quoadvſq; finiant que incipies ſcribere. Et nunc pfectis quedā palā facies: quedam ſapientibus abſconſe trades. In craſtinū em̄ hac hora incipies ſcribere: ⁊ pfectus ſum ſicut mihi p̄cepit: ⁊ cōgregaui oēm ppl'm: ⁊ dixi. Audi Iſrl' verba hec. Peregrinati ſunt p̄res noſtri ab initio in egypto: ⁊ liberati ſunt inde: ⁊ acceperūt legem vite quā nō cuſtodierūt: quā ⁊ vos poſt eos tranſgreſſi eſtis: ⁊ data eſt vobis terra in ſortez: ⁊ terra ſion ⁊ p̄res veſtri ⁊ vos: iniq̄tatē feciſtis: ⁊ nō ſeruaſtis vias quas precepit vobis altiſſim⁹: ⁊ iuſtus iudex cum ſit: abſtulit a vobis in tempore quod donauerat. Et nunc vos hic eſtis ⁊ fratres veſtri intra uos veſtrum ſunt. Si ergo imperaueritis ſenſui veſtro: ⁊ erudieritis corveſtrū viui conſeruati eritis: ⁊ poſt mortē miam conſequimini. Judicium enim poſt mortem veniet qn̄ iterum reuiuiſcemus: ⁊ tunc iuſtorum noia parebunt: ⁊ impiorum facta oſtendent. Ad me igitur nemo accedat nunc neq; requirat me vſq; dies
D quadraginta. Et accepi quinq; viros ſicut mandauit mihi ⁊ profecti ſumus in campum: ⁊ manſimus ibi. Et factus ſum in craſtinum: ⁊ ecce vox vocauit me: dicens. Eſdra aperi os tuum: ⁊ bibe quo te potauero. Et aperui os meum: ⁊ ecce calix plenus porrigebatur mihi. Hoc erat plenum ſicut aqua: color autem eius vt ignis ſimilis. Et accepi ⁊ bibi: ⁊ in eo cum bibiſſem: cor meum cruciabatur intellectu: ⁊ in pectus meum increſcebat ſapientia. Nam ſpiritus meus conſeruabatur memoria. Et apertum eſt os meum: ⁊ non eſt clauſum amplius. Altiſſimus dedit intellectum quinq; viris: ⁊ ſcripſerunt que dicebantur exceſſiones noctis quas non ſciebant. Nocte autem manducabant panē: ego aūt per diē loquebar: ⁊ per noctē nō tacebā. Scripti ſunt aūt per quadraginta dies libri ducēti quattuor. Et factū eſt cū cōpleuiſſent quadraginta dies: locutus eſt altiſſimus dicēs. Priora q̄ ſcripſiſti in palā pone ⁊ legāt digni ⁊ indigni: nouiſſimos aūt ſeptuaginta cōſeruabis: vt tradas eos ſapiētibus de pplo tuo. In his enim eſt vena intellectus: et ſapientie fons ⁊ ſcientie flumen: ⁊ feci ſic.

Capitulum.xv.

Ecce loquere in aures plebis mee ſermones propheti que quos īmiſero in os tuū A
dicit dn̄s: ⁊ fac vt in charta ſcribantur: qm̄ fideles ⁊ veri ſunt. Ne timeas a cogitatiōibus aduerſum te: ne turbent te incredulitates dicētiū: qm̄ ois incredulus in incredulitate ſua morief. Ecce ego induco dicit dn̄s ſup orbem terrarum mala gladium ⁊ famez: ⁊ mortez ⁊ interitū: ꝓpter hoc ſuperpolluit iniquitas omnē terram: ⁊ adimpleta ſunt opa nociua illorum. Propterea dicit dn̄s. Jā nō ſilebo de impietatibus eorum qui irreligioſe agūt: nec ſuſtiebo in his que inique exercent: ecce ſanguis innoxius ⁊ triſtis clamat ad me: ⁊ aīe iuſtorū clamāt perſeuerāter. Uindicās vindicabo illos dicit dn̄s: ⁊ accipiā omnē ſanguinem innoxiū ex illis ad me. Ecce populus meus quaſi grex ad occiſionē ducit iaz nō Apoc. vj. c. ⁊ .xix. a.
patiar illum habitare in terra egypti ſed educaz eum in manu potēti ⁊ brachio excelſo ⁊ percutiā plaga prius ⁊ corrūpaz oēm terrā eius. Lugebit egyptus ⁊ fundamēta ei⁹ plaga verberata ⁊ caſtigatiōe qua s inducet ei deus. Lugebūt cultores operātes terrā: qm̄ deficient ſemina eorum ab rubigine ⁊ grādine ⁊ a ſidere terribili. Ue ſeculo ⁊ qui habitant in eo: q: appropinquauit gladius ⁊ cōtritio eorum ⁊ exurget gens cōtra gentē ad pugnā. Et rhomphea in manibus eorum. Erit em̄ incōſtabilitio hoibus: ⁊ alij alijs inualeſcentes nō curabunt regē ſuū ⁊ principes: vie geſtorū ſuorum in potētia ſua. Concupiſcet em̄ homo in ciuitatē ire: B
⁊ nō poterit. Propter ſuperbiā em̄ eorum ciuitates turbabunt: domus exterrent: hoīes metuēt. Non miſerebit homo primū ſuū ad irritū faciēdum domos eorum in gladiū ad diripiēdas ſubſtātias eorum propter famen panis: ⁊ tribulationem multam. Ecce ego cōuoco dicit deus omnes reges terre ad me verendū: que ſunt ab oriēte ⁊ ab auſtro ab euro ⁊ a libano: ad cōuertēdes ad ſe et reddere que dederūt illis: ſicut faciūt vſq; hodie electis meis ſic faciā ⁊ reddā in ſinu eorum. Hec dicit dn̄s deus Non parcet dextera mea: ſuper peccatores: nec ceſſabit rhomphea ſuper effundētes ſanguinē innoxiuz ſuper terram. Exijt ignis ab ira eius ⁊ deuorauit fundamenta terre: ⁊ peccatores quaſi ſtramē inceſum. Ue eis qui peccāt ⁊ nō obſeruāt mandata mea dicit dn̄s. Non parcam illis. Diſcedite filij a ptāte. Nolite contaminare ſanctificationem meā: quoniam nouit dn̄s oēs qui delinquūt in illum. Propterea tradidit eos in mortē ⁊ in occiſionē. Jam enim venerunt ſup orbē terrarum mala: ⁊ manebitis in illis. Non enim liberabit vos deus propter qḋ peccaſtis in eum: ecce viſio horribilis: ⁊ facies illius ab oriē-

te.Et exierunt natiões draconũ arabũ in curri⸗
bus multis:⁊ ſicut flatus eoꝝ nũerus fertur ſu
per terraꝫ vt iam timeãt ⁊ trepidẽt oẽs qui illos
audiẽt carmonĳ inaniẽtes in ira:⁊ exient vt apꝛi
de ſilua:⁊ aduenient in virtute magna: ⁊ con⸗
ſtabunt in pugnam cum illis:⁊ vaſtabũt poꝛtio⸗
nem terre Aſſyrioꝝ.Et poſt hec ſuperualeſcẽt
dꝛacones natiuitatis ſue memoꝛes : ⁊ conuertẽt
ſe conſpirãtes in virtute magna. ad perſequen⸗
dos eos.Iſti turbabũtur ⁊ ſilebũt in virtute il
loꝛum ⁊ cõuertent pedes ſuos in fugã:⁊ a terri⸗
toꝛio aſſyrioꝛum ſubſeſſoꝛ obſidebit eos ⁊ conſu
ment vnũ ex illis:⁊ erit timoꝛ ⁊ tremoꝛ in exerci
C tu illoꝝ:⁊ contẽtio in reges ipſoꝝ. Ecce nubes
ab oꝛiẽte:⁊ a ſeptẽtrione vſq; ad meridianum:⁊
facies earum hoꝛrida valde plena ire ⁊ pꝛocelle:
⁊ collident ſeinuicẽ ⁊ collidẽt ſidus copioſum ſu⸗
per terram:⁊ ſidus illoꝝ:⁊ erit ſanguis a gladio
vſq; ad ventrem:⁊ fumus hoĩs vſq; ad ſubſtra⸗
men cameli:⁊ erit timoꝛ ⁊ tremoꝛ multus ſuper
terram:⁊ hoꝛrebũt qui videbũt iram illam:⁊ tre
moꝛ appꝛehẽdet illos:⁊ poſt hec mouebũtur nim
bi copioſi a meridiano:⁊ ſeptentrione : ⁊ poꝛtio
alia ab occidẽte:⁊ ſuperinualeſcẽt vẽti ab oꝛiẽte
⁊ recludẽt eam:⁊ nubẽ quã ſuſcitauit in ira:⁊ ſi⸗
dus ad faciẽdaꝫ exterritationẽ ad oꝛiẽtalẽ vẽtuꝫ
⁊ occidẽtem violabit̃:⁊ exaltabuntur nubes ma
gne ⁊ valde plene ire ⁊ ſidus vt exterreãt omneꝫ
terraꝫ ⁊ inhabitãtes eam:⁊ infundẽt ſuꝑ omneꝫ
locum altum ⁊ eminẽtem ſidus terribile:igneꝫ ⁊
grandinẽ ⁊ rhompheas volãtes ⁊ aquas multas
vt etiã impleant̃ oẽs campi:⁊ oẽs riui plenitudi
ne aquaꝝ multaꝝ.Et demolient̃ ciuitates ⁊ mu
ros ⁊ mõtes ⁊ colles ⁊ ligna ſiluaꝝ:⁊ fenũ pꝛato
rum ⁊ frumẽta eoꝝ:⁊ trãſibũt cõſtãtes vſq; ba⸗
bylonem ⁊ exterrẽt eam:cõueniẽt ad ipſaꝫ:⁊ cir
cuibunt eam:⁊ effundẽt ſidus ⁊ oẽm iram ſuper
eam:⁊ ſubibit puluis ⁊ fumus vſq; in celuꝫ ⁊ om
nes in circuitu lugebũt eam ⁊ qui ſub eo reman⸗
ſerint:ſeruient his qui exterruerunt.Et tu aſia
concoꝛs in ſpem babylonis ⁊ gloꝛia ꝑſone eiꝰ ve
tibi miſera ꝓpter qd̃ aſſimilaſti ei:⁊ oꝛnaſti filias
tuas in foꝛnicatiõe ad placẽdũ ⁊ gloꝛiandum in
amatoꝛibus tuis qui tecũ cupierũt ſemper foꝛni
D cari.Odibilẽ imitata es in oĩbꝰ oꝑibus eius:⁊ in
adinuentionibꝰ eiꝰ:ꝓpterea dicit deus.Immit⸗
tam tibi mala:viduitatẽ pauꝑtatẽ ⁊ famã ⁊ gla⸗
diũ ⁊ peſtẽ:ad deuaſtãdas domos tuas a viola⸗
tione:⁊ moꝛte ⁊ glĩa v̄tutis tue.Sicut flos ſicca⸗
bitur cũ exurget ardoꝛ qui emiſſus eſt ſuꝑ te:iſir
maberis vt pauꝑcula plagata ⁊ caſtigata a mulie
ribus vt nõ poſſint te ſuſcipere potẽtes ⁊ amato
res:nunq̇d ego ſic celabo te dicit dñs niſi occidiſ
ſes electos meos in oĩ tꝑe exaltãs ꝑcuſſionẽ ma⸗
nuum ⁊ diceres ſuꝑ moꝛtẽ eoꝝ cũ inebꝛiata eſſes
exoꝛna ſpeciẽ vultꝰ tui.Merces foꝛnicatiõis tue
in ſinu tuo ꝓpter hoc redditiõeꝫ accipies.Sicut
facies electis meis dicit dñs:ſic faciet tibi deꝰ:⁊
tradet te in malũ.Et nati tui fame interiẽt:⁊ tu
rhomphea cades:⁊ ciuitates tue cõterent̃:⁊ oẽs
tui in cãpo gladio cadẽt. Et qui ſunt in mõtibꝰ
fame ꝑibũt ⁊ mãducabũt carnes ſuas:⁊ ſanguinẽ
bibent a fame panis ⁊ ſiti aque.Infelix ꝑ maria
venies:⁊ rurſuꝫ accipies mala.Et in trãſitu alli⸗
dẽt ciuitatẽ occiſaꝫ:⁊ exterrẽt aliquã poꝛtioneꝫ
terre tue ⁊ ꝑteꝫ glĩe tue extermiabũt: rurſuꝫ re⸗
uertẽtes cõuerſaꝫ.Et demolita eris illis pꝛo ſti⸗
pula:⁊ ipſi erũt tibi ignis:⁊ deuoꝛabũt te ⁊ ciui⸗
tates tuas:terrã tuã ⁊ montes tuos: oẽs ſiluas
tuas ⁊ lignũ fructiferũ igni cõburẽt.Filios tuos
captiuos ducẽt:⁊ cẽſum tuũ in pꝛedã habebũt:⁊
gloꝛiam faciei tue exterminabunt.

Capitulum.xvj.

VE tibi Babylon et A
Aſia:ve Egypte ⁊ Syria.Pꝛe
cingite vos ſaccis ⁊ cilicĳs et
plangite filios vr̃os ⁊ dolete:
qm̃ appꝛopiquauit ꝯtritio ve
ſtra.Immiſſus eſt vobis gladi
us:⁊ quis eſt qui auertat illuꝫ
Immiſſus eſt in vobis ignis:⁊ quis eſt qui extin
guat illũ:Immiſſa ſunt vobis mala:⁊ q̇s eſt qui
repellat ea.Nũquid repellat aliq̇s leonẽ eſurien
teꝫ in ſilua aut extinguet ignẽ in ſtipula mox qñ
cepit ardere.Nunq̇d repellet aliq̇s ſagittã a ſa⸗
gittario foꝛti miſſam.Dñs foꝛtis immittit ma⸗
la:⁊ q̇s eſt qui repellet ea.Exĳt ignis ex iracun⸗
dia eius : ⁊ q̇s eſt qui extinguat eũ. Coꝛuſcabit ⁊
quis nõ timebit:Tonabit:⁊ q̇s nõ pauebit. Do
minus cõminabit̃:⁊ q̇s nõ funditꝰ cõteret̃ a facie
ipſius.Terra tremuit ⁊ fundamẽta eiꝰ:mare flu⸗
ctuat de ꝓfundo ⁊ fluctus eius diſturbabunt̃: et
piſces eius a facie dñi:⁊ a gloꝛia virtutis eiꝰ:qm̃
foꝛtis dextera eius que arcũ tẽdit:ſagitte eiꝰ acu
te que ab ipſo mittunt̃ nõ deficient cũ ceperint
mitti in fines terre.Ecce mittunt̃ mala ⁊ non re
uertentur:donec veniant ſuꝑ terram.Ignis ſuc
cenditur ⁊ non extinguet̃:donec conſumat fun⸗
damenta terre.Queẽadmodum non redit ſagitta
miſſa a valido ſagittario:ſic non reuertent̃ mala
que miſſa fuerint in terram . Ve mihi ve mihi .
Quis me liberabit in illis diebus.Initiũ doloꝝ B
et multi gemitus:initiũ famis ⁊ multi interitus:
initium belloꝛũ foꝛmidabũt ꝑtãtes:initium ma⸗
loꝛum ⁊ trepidabunt oẽs.In his quid faciã cuꝫ
venerint mala.Ecce fames et plaga et tribula⸗
tio et anguſtia miſſa ſunt flagella in emendatio⸗
ne:⁊ in his oĩbus ſe nõ cõuertent ab iniquitati⸗
bus ſuis:neq; flagelloꝝ memoꝛes erũt ſemꝑ:ec⸗
ce erit annone vilitas ſuꝑ terrã:ſic vt putẽt ſibi
eſſe directã pacẽ:⁊ tũc germinabũt mala ſuꝑ ter
ram gladiꝰ:fames et magna confuſio.A fame eñ
plurimi qui inhabitãt terraꝫ interiẽt: ⁊ gladius
perdet ceteros qui ſuperauerint a fame:⁊ moꝛtui
ſicut ſtercoꝛa ꝓĳcient̃:⁊ non erit qui conſoletur
eos.Derelinquetur enim terra deſerta:et ciuita
tes eius deĳcient̃.Nõ derelinquet̃ qui colat ter
ram:et qui ſeminet eã.Ligna dabunt fructus:et
quis vindemiabit illa:Uua matura fiet : ⁊ quis
calcabit illam:Erit enim locis magna deſertio⁊

Cupiet eñ hō hoīeꝫ videre vl' vocē eius audiret. Relinquent̄ eñ de ciuitate decem: ⁊ duo de agro qui abſconderint ſe in dēſis nemoꝛibꝰ ⁊ ſciſſuris petraꝝ: queādmodū derelinquunt̄ in oliueto: et ſingulis arboꝛibꝰ tres aut quattuoꝛ oliue: aut ſicut in vinea vindemiata racemi relinquuntur ab his qui diligēter vineā ſcrutant̄: ſic relinquent̄ in diebus illis tres aut quattuoꝛ: ſcrutātibus domos eoꝝ in rhomphea. Et relinquet̄ terra deſerta: ⁊ agri eius inueterabūt: ⁊ vie eiꝰ ⁊ oēs ſemite eius germinabūt ſpinas: eo ꝙ nō tranſiēt hoīes per eā. Lugebūt virgines nō habētes ſpōſos: lugebūt mulieres nō habētes viros: lugebūt filie eaꝝ nō habētes adiutoꝛiuꝫ ſponſi eaꝝ. In bello conſument̄ ⁊ viri eaꝝ in fame exterent̄. Audite vero iſta: ⁊ cognoſcite ea ſerui dñi. Ecce verbū dñi excipite illud ne dīis credatis: de q̄bus dicit dñs Ecce appꝛopinquāt mala ⁊ nō tardant. Queādmodū pꝛegnās cū parit in nono mēſe filiū ſuū appꝛopinquāte hoꝛa partꝰ eiꝰ ante hoꝛas duas vel tres doloꝛes circūeunt ventē eius: ⁊ ꝓdeunte infante de vētre nō tardabūt vno puncto: ſic non moꝛabunt̄ mala ad ꝓdeundū ſuꝑ terrā: ⁊ ſeculuꝫ gemet ⁊ doloꝛes circūtenebūt illud. Audite verbum plebs mea. Parate vos in pugnā ⁊ in malis: ſic eſtote quaſi aduene terre. Qui vēdit quaſi qui fugiat: ⁊ qui emit quaſi qui ꝑditurꝰ. Qui mercatur quaſi qui fructum nō capiat: ⁊ qui edificat quaſi nō habitaturꝰ. Qui ſemiat: quaſi qui non metet: ſic ⁊ qui vineā putat: quaſi qui nō vindemiaturus. Qui nubūt: ſicut quaſi filias nō facturi: ⁊ qui nō nubūt: ſic quaſi vidui: ꝓpter qđ qui laboꝛāt ſine cauſa laboꝛāt. Fructꝰ eñ illoꝝ alienigene metēt: ⁊ ſubſtātiā illoꝝ rapiēt ⁊ domos euertēt: ⁊ filios eoꝝ captiuabūt: q2 in captiuitate ⁊ fame generāt natos ſuos. Et qui negociant̄ in rapina: q̄tumdiu exoꝛnant ciuitates ⁊ domos ſuas: ⁊ poſſeſſiones ⁊ ꝑſonas ſuas tātomagis adzelaboꝛ eos ſuper peccata ſua dicit dñs. Quomodo zelatur foꝛnicaria mulierē idoneā ⁊ bonā valde: ſic zelabit̄ iuſticia iniquitatē cū exoꝛnat ſe: ⁊ accuſat eā in facie cū venerit qui defendat exquirentē omne peccatū ſuꝑ terrā. Propterea nolite ſimilare ei: nec oꝑibus eius: qm̄ adhuc puſilliū: ⁊ tolletur iniquitas a terra: ⁊ iuſticia regnabit in vos. Nō dicat peccatoꝛ ſe nō peccaſſe: qm̄ carbones ignis cōburet ſuꝑ caput eius: qui dicit: nō peccaui coꝛā dño deo ⁊ gl'ia ipſius. Ecce dñs cognoſcet oīa oꝑa hoīm: ⁊ adinuentiōes illoꝝ: ⁊ cogitationes illoꝝ ⁊ coꝛda illoꝝ. Dixit eñ. Fiat terra: ⁊ facta eſt: fiat celū: ⁊ factū eſt. Et in verbo illius ſtelle fundate ſunt: ⁊ nouit numerū ſtellaꝝ. Qui ſcrutat̄ abyſſum ⁊ theſauros illaꝝ: qui mēſus eſt mare ⁊ conceptū eius. Qui cōcluſit mare in medio aquaꝝ: ⁊ ſuſpēdit terrā ſuper aquas v̄bo ſuo. Qui extēdit celū quaſi camerā ſuꝑ aquas: fundauit eum. Qui poſuit in deſerto fontes aquaꝝ: et ſuper verticē montiū lacus ad emittendū flumina ab eminēti petra: vt poꝛtaret terrā. Qui finxit hoīeꝫ: ⁊ poſuit coꝛ ſuū in medio coꝛꝑis: ⁊ miſit ei ſpiritū vitā, ⁊ intellectū: ⁊ ſpiramē dei oipotentis qui fecit oīa: ⁊ ſcrutinat oīa abſcōſa in abſcōſis terre. Hic nouit adinuētionē v̄raꝫ: ⁊ q̄ cogitatis in coꝛdibꝰ v̄ris peccātes ⁊ volētes occultare pctā v̄ra: ꝓpter qđ dñs ſcrutinādo ſcrutinauit oīa oꝑa v̄ra: ⁊ traducet eos oēs: ⁊ vos cōfuſi eritis cū ꝓceſſerint peccata v̄ra coꝛā hoībꝰ: ⁊ iniq̄tates erūt q̄ accuſatoꝛes ſtabūt in die illo. Quid facietis aut q̄ho abſcōdetis pctā v̄ra coꝛā deo et angelis eiꝰ: ecce iudex deus timete eū. Deſinete a peccatis v̄ris: ⁊ obliuiſcamini iniq̄tates v̄ras: iam agere eas in ſempiterno: ⁊ deꝰ deducet vos: ⁊ liberabit de omni tribulatiōe. Ecce eñ incēdit ardoꝛ ſuꝑ vos turbe copioſe: ⁊ rapiēt quoſdā ex vobis: ⁊ cibabūt idolis ocioſos qui conſenſerint eis erūt illis in deriſuꝫ ⁊ in impꝛoperiū ⁊ in conculcationē: erit eñ locis locus: ⁊ in vicinas ciuitates exurrectio multa ſuꝑ timētes dñm. Erunt quaſi inſani: nemini parcētes: ad diripiendum ⁊ deuaſtandū adhuc timētes dñm: q2 deuaſtabūt ⁊ diripient ſubſtātias: ⁊ de domibꝰ ſuis eos eiiciēt Tūc parebit ꝓbatio electoꝛū meoꝝ vt aurum qđ pꝛobat̄ ab igne. Audite dilecti mei dicit dñs. Ecce adſunt dies tribulationis: ⁊ de his liberabo vos. Ne timeatis nec heſitetis: qm̄ deus dux veſter eſt. Et qui ſeruat mandata ⁊ pꝛecepta mea dicit dñs deꝰ: ne pꝛepōderēt vos pctā v̄ra: ne ſuperleuēt ſe iniq̄tates veſtre. Ve qui cōſtringuntur a peccatis ſuis ⁊ abſtergunt̄ ab iniq̄tatibꝰ ſuis queādmodū ager cōſtringit̄ a ſilua ⁊ ſpinis tegitur ſemita eius per quā nō tranſit homo: ⁊ excluditur ⁊ mittitur ad deuoꝛationem ignis.

Explicit liber Eſdre quartus.

Incipit pꝛologus beati Hieronymi pꝛeſbyteri in libꝛum Tobie

Chromatio ⁊ Heliodoꝛo epīs Hieronymus p̄ſbyter in dño ſalutē. Mirari non deſino exactiōis v̄re inſtantiā. exigitis eñ vt libꝛum chaldeo ſermone cōſcriptū ad latinū ſtilum traham: libꝛū vtiq̄ Tobie quem hebꝛei de cathalago diuinaꝝ ſcripturaruꝫ ſecantes: his que agiographa mēoꝛant mācipārunt. Feci ſatis deſiderio v̄ro: nō tñ meo ſtudio. Arguūt eñ nos hebꝛeoꝝ ſtudia: ⁊ imputant nobis ꝯ ſuū canonē latinis auribꝰ iſta trāſferre. Sꝫ meliꝰ eſſe iudicās phariſeoꝝ diſplicere iudicio: ⁊ epōꝝ iuſſiōibus deſeruire inſtiti vt potui. Et q2 vicina eſt chaldeoꝝ lingua ſermoni hebꝛaico vtriuſq̄ lingue ꝑitiſſimū loquacē repiens vniꝰ diei laboꝛē arripui: ⁊ q̄cq̄d ille mihi hebꝛaicis v̄bis expreſſit hoc ego accito notario ſermonibꝰ latinis expoſui. Orationibus veſtris mercedem huius operis compenſabo cum gratum vobis didicero me ꝙ iubere eſtis dignati compleſſe.

Explicit pꝛologus in libꝛum Tobie.

¶ Incipit liber Tobie.

¶ Capituli Summarium. ¶ Tobias captiuus in diebꝰ Salmanaſar fugit idola primitiua: ⁊ decimas ſoluit: duxit Annam vxorem ⁊ genuerat ex ea Tobiā: fit gratus Salmanaſar: ⁊ pergit in rages vbi tradidit Ragueli decem talenta argenti ſub Chirographo moritur Salmanaſar: cui ſuccedit Sennacherib qui audiens Tobiam ſepelire mortuos: querit eum interficere: ⁊ ipſe occiditur a filijs ſuis. Tobias in domum ſuam reuertitur omni ſubſtantia ſua reſtituta.

Capitulum .j.

A
Obias ex tribu ⁊ ciuitate Neptalim que eſt in ſuperioribus Galilee ſupra Naaſon poſt viam que ducit ad occidentem in ſiniſtro habens ciuitatem Sephet: cum captus

iiij. Regum j.s. eſſet in diebus Salmanaſar regis Aſſyriorum: in captiuitate tamen poſitus viam veritatis non deſeruit: ita vt omnia que habere poterat quotidie cū captiuis fratribus qui erāt

j. reg. xij. e ex eius genere impartiret. Cumqꝫ eſſet iunior omnibus in tribu neptalim: nihil tamen puerile geſſit in opere: deniqꝫ cum irēt omnes ad vitulos aureos quos Hieroboam fecerat rex Iſrael hic ſolus fugiebat conſortia omnium: ⁊ pergebat Hieruſalem ad tēplum domini: ⁊ ibi adorabat dominum deū Iſrael: omnia primitiua ſua: ⁊ decimas ſuas fideliter offerens: ita vt in tertio anno proſelytis ⁊ aduenis miniſtraret omnem decimationem: hec ⁊ his ſimilia ſ̄m legem dei puerulus obſeruabat.

B Cum vero factus fuiſſet vir: accepit vxorem Annam de tribu ſua: genuitqꝫ ex ea filium nomen ſuum imponens ei: quem ab infantia timere deum docuit: et abſtinere ab omni peccato. Igitur dum per captiuitatem deueniſſet cum vxore ⁊ filio in ciuitatem Niniuem cum omni tribu ſua: ⁊ cum omnes ederent ex cibis gentilium: iſte cuſtodiuit animam ſuam: ⁊ nunqꝫ contaminatus eſt in eſcis eorum. Et quoniam memor fuit domini in toto corde ſuo: dedit illi deus gratiam in conſpectu Salmanaſar regis ⁊ dedit illi poteſtatē quocūqꝫ vellet ire: habens libertatem quecunqꝫ facere voluiſſet:

C Pergebat ergo per omnes qui erant in captiuitate: et monita ſalutis dabat eis. Cū autem veniſſet in Rages ciuitatem Medorum: et ex his quibus honoratus fuerat a rege habuiſſet decem talenta argenti: ⁊ cum multa turba generis ſui gabellum egentem videret: qui erat ex tribu eius: ſub chirographo dedit illi memoratū pondus argenti. Poſt multum vero temporis mortuo Salmanaſar rege: cum regnaret Sennacherib filius eius pro eo: et filios Iſrael exoſos haberet in conſpectu ſuo: Tobias quotidie pergebat per omnem cognationem ſuam ⁊ conſolabatur eos: diuidebatqꝫ vnicuiqꝫ prout poterat de facultatibꝰ ſuis.

D Eſuriētes alebat: nudiſqꝫ veſtimenta prebebat: ⁊ mortuis atqꝫ occiſis ſepulturam ſollicitus exhibebat. Deniqꝫ cum reuerſus eſſet rex Sennacherib fugiens a Judea: plagam quam circa eum fecerat deus propter blaſphemiam ſuam: ⁊ iratus multos occideret ex filijs Iſrael: Tobias ſepeliebat corpora eorū. At vbi nunciatum eſt regi: iuſſit eum occidi: ⁊ tulit omnem ſubſtantiam eius. Tobias vero cum filio ſuo ⁊ cum vxore fugiens: nudus latuit: quia multi diligebant eum. Poſt dies vero quadragintaquinqꝫ occiderunt regem filij ipſius: et reuerſus eſt Tobias in domum ſuam: omniſqꝫ facultas eius reſtituta eſt ei.

iiij. Regum xix. g.

j. ij. b.

¶ Capituli Summarium. ¶ In die feſto Tobias prandium bonum parat: mittit filium ad vicinos ⁊ parentes timentes deum: ad epulandū ſecum inuenitur iugulatus vnus ex filijs Iſrael nunciatur patri a filio ⁊ ſepeliuit eum: arguitur a propinquis: nec tamen propter hoc deſtitit ab operibus miſericordie: cecus factus ex ſtercore hirundinis: gratias agit: amicos irridentes eum de bono opere corrigit: ⁊ precipue de hedo vituperatur ab vxore ſua Anna textrice.

Capitulum. ij.

A
Oſt hec vero cum eſſet dies feſtus domini: ⁊ factū eſſet prandiū bonum in domo Tobie: dixit filio ſuo. Vade et adduc aliquos de tribu noſtra timentes deum: vt epulentur nobiſcum. Cumqꝫ abijſſet: reuerſus nunciauit ei vnum ex filijs Iſrael iugulatum iacere in platea. Statimqꝫ exiliēs de accu-

bitu ſuo relinquens prandium. Jeiunus perue-
nit ad corpus: tollenſqꝫ illud: portauit ad domū
ſuā occulte: vt dū ſol occubuiſſet caute ſepeliret
eum. Cūqꝫ occultaſſet corpus: manducauit pa
nem cum luctu et tremore: memorans illum ſer
monem quem dixit dominus per Amos prophe
B tam. Dies feſti veſtri conuertentur in lamenta-
Amos.viij. c. tionem et luctum. Cum vero ſol occubuiſſet:
abijt et ſepeliuit eum. Arguebant autem eum
omnes proximi eius dicentes. Jam huius rei
s.j.d. cauſa interfici iuſſus es: et vix effugiſti mortis
imperium et iterū ſepeli mortuos. Sed To-
bias plus timens deum ꝙ regem: rapiebat cor
pora occiſorum: et occultabat in domo ſua: et
medijs noctibus ſepeliebat ea. Contigit au-
tem quadam die fatigatus a ſepultura: veniens
in domum ſuam: iactaſſet ſe iuxta parietem ⁊ ob
dormiſſet: et nido hirundinū dormiēti illi calida
C ſtercora inciderēt ſup oculos eiꝰ fieretqꝫ cecus:
Hanc aūt tentationē ideo permiſit dominꝰ eue
nire illi: vt poſteris daretur exemplum patien-
tie eius: ſicut et ſancti Job. Nam cum ab infā
tia ſua ſemper deum timuerit et mandata eius
cuſtodierit: non eſt contriſtatus contra deum:
ꝙ plaga cecitatis euenerit ei: ſed imobilis in dei
timore permanſit agens gratias deo omnibus
diebus vite ſue. Nā ſicut beato Job inſultabāt
reges ita iſti parentes et cognati eius irridebāt
vitam eius: dicentes. Ubi eſt ſpes tua pro qua
l.viij.a. elemoſynas et ſepulturas faciebas. Tobias vō
increpabat eos dicēs. Nolite ita loqui qm̄ filij
ſanctorum ſumus et vitam illam expectamus:
quam deus daturus eſt his qui fidem ſuā nunꝙ
D mutant ab eo. Anna vō vxor eius ibat ad opus
textrinū quotidie et de labore manuum ſuarum
victum quem conſequi potuiſſet: deferebat. Un
de factū eſt: vt hedū caprarū accipiens detuliſſet
domi. Cuius cū vocem balātis vir eius audiſſet
dixit videte ne forte furtiuus ſit. Reddite eū do
minis ſuis: qꝛ nō licet nobis: aut edere ex furto
aliquid aut contingere. Ad hec vxor eius irata:
reſpondit. Manifeſte vana facta eſt ſpes tua: et
elemoſyne tue modo apparuerūt atqꝫ his et alijs
huiuſcemodi verbis exprobrabat ei.

¶ Capituli Summarium. ¶ De oratione to
bie: de Sara filia Raguelis qualiter exprobratur
ei ab ancilla: de oratione eius et ieiunio triū die
rum et trium noctium: exaudiūtur preces eorū
et Raphael ad curandum eos eſt miſſus

Capitulum.iij.

N Nunc tobias ingemuit
et cepit orare cum lachrymis: di-
cens. Juſtus es domine: ⁊ omnia
iudicia tua vera ſunt: et omnes
vie tue miſericordia ⁊ veritas et
iudicium. Et nunc domine memor eſto mei: ⁊ ne
vīdictā ſumas de peccatis meis neqꝫ reminiſcaris
delicta mea vel parentū meorū. Quoniā nō obe
diuimus preceptis tuis ideo traditi ſumus in di
reptionem et captiuitatē ⁊ mortem et in fabulā
et in improperium omnibus natiōibus in quibꝰ
diſperſiſti nos. Et nunc domine magna iudicia
tua: qꝛ nō egimus ſcḋ precepta tua: ⁊ nō ambula
uimus ſinceriter coram te. Et nunc domine ſcḋm
voluntatem tuam fac mecum: et precipe in pace
recipi ſpiritū meum. Expedit enim mihi mori
magis ꝙ viuere. Eadem itaqꝫ die contigit vt C
Sara filia Raguelis in rages ciuitate medorū:
et ipſa audiret improperium ab vna ex ancillis
patris ſui: quoniam tradita fuerat ſeptem viris
et demonium nomine Aſmodeus occiderat eos:
mox vt ingreſſi fuiſſent ad eam. Ergo cum pro
culpa ſua increparet puellam. Reſpondit ei: di-
cens. Amplius ex te non videamus filium aut fi
liam ſuper terram: interfectrix virorum tuorū.
Nunquid et occidere me vis: ſicut etiam occidi
ſti ſeptem viros. Ad hanc vocē perrexit in ſupe
rius cubiculū domꝰ ſue: ⁊ tribꝰ diebꝰ ⁊ tribꝰ no-
ctibus non manducauit neqꝫ bibit: ſed in oratio
ne perſiſtens cū lachrymis deprecabatur deū
vt ab iſto improperio liberaret eam. Factum eſt
autem die tertia dum compleret orationē: bene
dicens dominū dixit. Benedictū eſt nomē tuū
deus patrum noſtrorum: qui cum iratus fueris
miſericordiam facies: et in tempore tribulatiōis
peccata dimittis his qui inuocant te. Ad te do-
mine faciē meam conuerto: ad te oculos meos
erigo. Peto domine vt de vinculo iproperij hu-
ius abſoluas me: aut certe deſuper terram eri-
pias me. Tu ſcis domine: quia nunꝙ concupiui
virum et mundam ſeruaui animā meam ab om
ni concupiſcentia. Nunꝙ cum ludētibus miſcui
me neqꝫ cum his qui in leuitate ambulant par-
ticipem me prebui. Uirum autem cū timore tuo
non cū libidine mea conſenſi ſuſcipere. Et aut D
ego indigna fui illis: aut illi forſitan mihi non
fuerunt digni: quia forſitan viro alij conſeruaſti
me. Non eſt enim in hominis poteſtate cōſiliū
tuum. Hoc autem pro certo habet omnis qui
colit te: ꝙ vita eius ſi in probatione fuerit co-
ronabitur: ſi autem in tribulatione fuerit libe-
rabitur: et ſi in corruptione fuerit ad miſericor-
diam tuam venire licebit. Non enim delectaris
in perditionibus noſtris quia poſt tempeſtatem
tranquillum facis: et poſt lachrymationem et fle
tum exultationem infundis. Sit nomen tuum
deus Iſrael benedictum in ſecula. In illo tem
pore exaudite ſunt preces amborum in conſpe-
ctu glīe ſummi dei: ⁊ miſſus eſt angelus dūi ſan
ctus raphael vt curaret eos ambos quorū vno tē
pore ſunt orationes in conſpectu dn̄i recitate.

¶ Capituli Summarium. ¶ Tobias putans
ſe mori filium inſtruxit de ſepultura corporis
ſui: honore matris: ⁊ precipue de elemoſynis: ſu
perbiam fornicationem aliaqꝫ vetat: pecuniam
mutuatam ſub Chirographo indicat.

¶ Capitulum.iiij.

Igitur cũ tobias pu
taret oꝛationem ſuã exaudiri:
vt moꝛi potuiſſet: vocauit ad
ſe Tobiã filium ſuum dixitq;
ei. Audi fili mi verba oꝛis mei:
et ea in coꝛde tuo quaſi funda
mentum conſtrue. Cum ac-
ceperit deus animam meam coꝛpus meum ſepe
li: et honoꝛem habebis matri tue omnibus die-
bus vite eius. Memoꝛ enim eſſe debes que et
quanta pericula paſſa ſit pꝛopter te in vtero ſuo
xiij.q.ij.c. Cum autem ⁊ ipſa compleuerit tempus vite ſue
Hebꝛon. ſepelias eam circa me. Omnibus autem diebus
vite tue in mente habeto deum. Et caue ne ali-
B quando peccato conſentias: et pꝛetermittas pꝛe
Pꝛouerbi. cepta domini dei noſtri. Ex ſubſtantia tua fac
iiij.b. elemoſynam ⁊ noli auertere faciem tuam ab vllo
Lu.xiiij.b. paupere. Ita enim fiet: vt nec a te auertatur
facies domini. Quomodo potueris ita eſto mi-
ſericoꝛs. Si multum tibi fuerit: abundanter
tribue. ſi exiguum tibi fuerit: etiam exiguũ li-
De pe.di.j benter impartiri ſtude. Pꝛemium enim bonũ
c.miroꝛ. tibi theſaurizas in die neceſſitatis: quoniam ele
moſyna ab omni peccato et a moꝛte liberat: et
non patietur animam ire in tenebꝛas. Fiducia
magna erit coꝛam ſommo deo elemoſyna omni-
bus facientibus eã. Attende tibi fili mi ab om-
ni foꝛnicatione: et pꝛeter vxoꝛem tuã nunq̃ pa
C tiaris crimen ſcire. Superbiã nunq̃ in tuo ſen
ſu aut in tuo verbo dominari permittas. In ip
ſa enim initium ſumpſit omnis perditio. Qui-
Leui.xix b. cumq; tibi aliquid operatus fuerit: ſtatim ei mer
Deu.xxiiij cedem reſtituet: ⁊ merces mercennarij tui apud
c.mat.vij.b te omnino nõ remaneat. Quod ab alio odieris
fieri tibi: vide ne tu aliquando alteri facias. Pa
nem tuum cum eſurientibus et egenis comede:
et de veſtimentis tuis nudos tege. Panem tu
um et vinum tuum ſuper ſepulturam iuſti conſti
tue: et noli ex eo manducare et bibere cum pec-
catoꝛibus. Conſilium ſemper a ſapiente perqui
D re. Omni tempoꝛe benedic deum: et pete ab eo
vt vias tuas dirigat et omnia conſilia tua in ip-
ſo permaneant. Indico etiam tibi fili mi: de-
ã.j.c. diſſe me decem talenta argenti dum infantulus
eſſes Gabelo in Rages ciuitate Medoꝛum et
Chirographum eius apud me habeo: et ideo
perquire quomodo ad eum peruenias: et reci-
pias ab eo ſupꝛa memoꝛatum pondus argenti:
et reſtituas ei Chirographum ſuũ. Noli timere
fili mi: pauperem quidem vitã gerimus: ſed mul
ta bona habebimus ſi timuerimus deum ⁊ receſ-
ſerimus ab omni peccato: et fecerimus bene.

Capituli Summarium. Tobias ſocium
itineris querit Raphaelem inuenit: ad patrem
introducit: eo comitante pꝛofectus eſt: mater
flet: quam pater conſolatur.

Capitulum. v.

Tunc reſpondit tobi A
as patri ſuo: ⁊ dixit. Omnia que
cumq; pꝛecepiſti mihi faciam
pater. Quomodo autem pecu
niam hanc requiram: ignoꝛo.
Ille me neſcit ⁊ ego eũ ignoꝛo.
Qd ſignũ dabo ei. Sed neq;
viam per quam pergatur illuc
aliquando cognoui. Tunc pater ſuus reſpondit
illi: ⁊ dixit. Chirographum quidem illius apud
me habeo: qd dũ illi oſtenderis: ſtatiũ reſtituet.
Sed perge nunc ⁊ inquire tibi aliquem fidelem
virum: qui eat tecum ſalua mercede ſua: dum ad
huc viuo: vt recipias eam. Tũc egreſſus Tobias
inuenit iuuenem ſplendidum ſtantem pꝛecinctũ:
et quaſi paratum ad ambulandum. Et ignoꝛãs:
q angelus dei eſſet ſalutauit eum: ⁊ dixit. Unde
te habemus bone iuuenis. At ille reſpondit: ex
filijs Iſrael. Et Tobias dixit ei. Noſti viã que B
ducit in regionẽ Medoꝛũ. Cui reſpõdit. Noui
et omnia itinera eius frequẽter ambulaui: et mã
ſi apud Gabelum fratrem noſtrum qui moꝛat
in Rages ciuitate medoꝛ: que poſita eſt in mon
te egbathanis. Cui tobias: ait. Suſtine obſecro
donec hec ipſa nunciẽ patri meo. Tũc ingreſſus
tobias indicauit vniuerſa hec patri ſuo. Super
que admiratus pater: rogauit vt introiret ad eũ
Ingreſſus itaq; ſalutauit eũ ⁊ dixit. Gaudium
tibi ſit ſemper. Et ait tobias. Quare gaudiũ mi
hi erit: qui in tenebꝛis ſedeo ⁊ lumẽ celi nõ video.
Cui ait iuuenis. Foꝛti aĩo eſto: in pximo eſt vt a
deo cureris. Dixit itaq; illi tobias. Nunqd pote
ris perducere filium meum ad Gabelum in ra- C
ges ciuitatem Medoꝛum. Et cum redieris reſti
tuam tibi mercedem tuam. Et dixit ei angelus.
Ego ducam ⁊ reducam eũ ad te. Cui tobias rñ
dit. Rogo te: indica mihi de qua domo: aut de
qua tribu es tu. Cui raphael angelus dixit. Ge
nus queris mercẽnarij: an ipſum mercẽnarium
qui cum filio tuo eat. Sed ne foꝛte ſollicitum te
reddã: ego ſum azarias anania magni filius. Et
tobias reſpondit. Ex magno genere es tu. Sed
peto ne iraſcaris q voluerim cognoſcere genus
tuum. Dixit autem illi angelus: ego ſanũ ducã
et ſanũ tibi reducã filium tuum. Rñdens aũt to D
bias: ait. Bene ambuletis ⁊ ſit deus in itinere ve
ſtro ⁊ angelus eius comitetur vobiſcũ. Tunc pa-
ratis omnibus que erãt in via poꝛtanda: fecit to
bias vale patri ſuo ⁊ matri ſue: ⁊ ambulauerunt j.x.b.
ambo ſimul. Cumq; pfecti eſſent cepit mater
eius flere ⁊ dicere. Baculũ ſenectutis noſtre tu
liſti: ⁊ tranſmiſiſti a nobis. Nunq̃ fuiſſet iſta pe
cunia pꝛo qua miſiſti eũ. Sufficiebat eñ nobis
paupertas nr̃a vt diuitias cõputarem9 hic q vide
bam9 filiũ nr̃m. Dixitq; ei tobias. Noli flere. Sal
uus pueniet filius noſter ⁊ ſaluus reuertetur ad
nos ⁊ oculi tui videbunt illũ. Credo eñ q ange
lus dei bonus comitetur ei: ⁊ bene diſponat oĩa
que circa eũ gerunt: ita vt cũ gaudio reuertat ad
nos. Ad hãc vocẽ ceſſauit mater ei9 flere: ⁊ tacuit.

¶ Capituli Summarium. ¶ Liberat ange-
lus Tobiam ne deuoretur a pisce: docet eum de
corde ⁊ iecore ⁊ felle piscis cuius vtilitatis sint:
persuadet ei nuptias Sare: docet sanctitatem
nuptiarum. Capitulum.vj.

A PRofectus est autẽ To-
bias: ⁊ canis secutus est eũ ⁊ mã-
sit ꝑma mansione iuxta fluuium
Tigris ⁊ exiuit vt lauaret pedes
suos: ⁊ ecce piscis immanis exi-
uit ad deuorandum eum. Quẽ expauescens To-
bias clamauit voce magna: dicens. Dñe: inuadit
me. Et dixit ei angelus. Apprehende branciam
eius: ⁊ trahe eum ad te. Quod cum fecisset: attra
xit eũ in siccum ⁊ palpitare fecit ante pedes eiꝰ.
Tunc dixit ei angelus: exentera hunc piscẽ: ⁊ cor
B eius ⁊ fel ⁊ iecur repone tibi. Sunt enim hec ne-
cessaria ad medicamenta vtiliter. Quod cum fe-
cisset assauit carnes eius ⁊ secum sustulerũt in via
cetera salierunt que sufficerent eis quousqꝫ per-
uenirẽt in Rages ciuitatẽ Medorũ. Tunc inter-
rogauit Tobias angelum. Et dixit ei. Obsecro
te Azaria frater: vt dicas mihi quod remediũ ha
bebunt ista que de pisce seruare iussisti. Et respõ
dens angelus dixit ei. Cordis eius particulam si
super carbones ponas: fumus eius extricat om-
ne genus demoniorum siue a viro siue a muliere:
ita vt vltra non accedat ad eos. Et fel valet ad
vnguẽdos oculos quibus fuerit albugo: ⁊ sana-
C buntur. Et dixit ei Tobias. Ubi vis: vt manea-
mus. Respondensqꝫ angelus ait. Est hic Raguel
nomine vir propinquus de tribu tua: ⁊ hic habet
filiam nomine Saram: sed neqꝫ masculum neqꝫ
feminam vllam habet aliam preter eam. Tibi de-
betur omnis substantia eius ⁊ oportet eam te ac
cipere coniugem: Pete ergo eam a patre eius:
⁊ dabit tibi eam in vxorem. Tunc respondit To-
bias: ⁊ dixit. Audio quia tradita est septem viris
⁊ mortui sunt: sed ⁊ hoc audiui: q: demoniuꝫ oc-
cidit illos. Timeo ergo ne forte ⁊ mihi hec eueni-
ant ⁊ cum sim vnicus parentibus meis: deponaꝫ
senectutem illorum cum tristicia ad inferos. Tũc
angelus Raphael dixit ei. Audi me: ⁊ ostendaꝫ ti
bi qui sunt quibus ꝑualere potest demoniũ. Hi
D namqꝫ qui coniugium ita suscipiunt vt deuꝫ a se
⁊ a sua mente excludant: ⁊ sue libidini ita vacent
Psã.xxxj. sicut equus ⁊ mulus quibus non est intellectus
habet potestarẽ demoniũ super eos. Tu autẽ cuꝫ
acceperis eam: ingressus cubiculũ per tres dies
continens esto ab ea ⁊ nihil aliud nisi orationi-
bus vacabis cum ea. Ipsa autem nocte: incenso
iecore piscis fugabitur demoniuꝫ. Secunda no-
cte vo: in copulatione sanctorum patriarcha-
rum admitteris. Tertia autem nocte benedictio
nem consequeris vt filij ex vobis procreentur in-
columes. Transacta autem tertia nocte accipies
virginem cum timore domini amore filiorum ma
gis ꝙ libidine ductus: vt in semine Abrae bene-
dictionem in filijs consequaris.

¶ Capituli Summarium. ¶ Uenerunt ad do
mum Raguelis: datur Sara Tobie vxor cum be-
nedictione coniugali: ⁊ scribitur in charta con-
iugium. Capitulum.vij.

IUgressi sunt autez ad A
Raguelem ⁊ suscepit eos Raguel
cum gaudio. Intuensqꝫ Tobiam
Raguel: dixit Anne vxori sue.
Quam similis est iuuenis iste cõ
sobrino meo: ⁊ cum hec dixisset: ait. Unde estis
iuuenes: fratres nostri. At illi dixerũt. Ex tribu
Neptalim sumꝰ ex captiuitate Niniue. Dixitqꝫ B
illis Raguel. Nostis Tobiam fratrem meũ. Qui
dixerunt. Nouimus. Cumqꝫ multa bona loque
retur de eo: dixit angelus ad Raguelem. Tobias
de quo interrogas pater istius est: ⁊ misit se Ra-
guel ⁊ cum lachrymis osculatus est eum: ⁊ plo-
rans supra collum eius dixit. Benedictio sit tibi J.ix.c.
fili mi: quia boni ⁊ optimi viri filius es. Et An-
na vxor eius ⁊ Sara ipsorꝫ filia lachrymate sunt
Postqꝫ autem locuti sunt precepit Raguel occi
di arietem: ⁊ parari conuiuium. Cumqꝫ hortare
tur eos discumbere ad prandium: Tobias dixit.
Hic ego hodie non manducabo neqꝫ bibam nisi
prius petitionem meam confirmes: ⁊ promittas
mihi dare Saram filiam tuam. Quo audito ver- C
bo Raguel expauit: sciens quid euenerit illis se-
ptem viris: qui ingressi sunt ad eam: ⁊ timere ce-
pit: ne forte ⁊ huic similiter contingeret. Et cum
nutaret ⁊ nõ daret petenti vllũ responsum dixit
ei angelus. Noli timere dare eam illi: q̃m huic ti-
menti deum debet coniunx filia tua. Propterea
alius non potuit habere illam. Tunc dixit Ra-
guel non dubito ꝙ deus preces ⁊ lachrymas me-
as in conspectu suo admiserit. Et credo: quoniã D
ideo fecit vos venire ad me: vt et ista coniunge- Numeri
retur cognationi sue ẽm legem Moysi: et tunc xxxv.a.
noli dubium gerere ꝙ tibi eam tradam: et ap-
prehendẽs dexteram filie sue: dextere Tobie tra-
didit: dicens. Deus Abraam: ⁊ deus Isaac: et
deus Jacob vobiscum sit: et ipse coniungat vos
impleatqꝫ benedictionem suam in vobis. Et ac-
cepta charta: fecerunt conscriptionem coniugij.
Et post hec epulati sunt benedicentes deum.
Uocauitqꝫ Raguel ad se Annam vxorem suam:
et precepit ei vt prepararet alterum cubiculum.
Et introduxit illuc Saram filiam suam: et la-
chrymata est. Dixitqꝫ ei: forti animo esto filia
mea. Dominus celi det tibi gaudium pro tedio
quod perpessa es.

¶ Capituli Summarium. ¶ Tobias iecur pi
scis incẽdit: angelus domini demoniũ ligat To-
bias ⁊ Sara dominum orant: fossa paratur: viui
reperti sunt Raguel gratias agit celebrato con-
uiuio: Raguel dimidium bonorum suorum dat
genero: ⁊ scripturam facit cum habiturum reli-
quam partem post mortem eius.

Capitulum.viij.

A **Poſtq; vero cenaue**-
runt:introduxerunt iuuenem
ad eam. Recordatus itaq; To
bias ſermonũ angeli protulit
de caſſidili ſuo partem iecoris:
poſuitq; eam ſup carbones vi-
uos. Tunc raphael angelus ap
prehendit demonium ⁊ religauit illud in deſer-
to ſuperioris egypti. Tunc hortatus eſt virginez
Tobias dixitq; ei. Sara exurge ⁊ deprecemur
deum hodie ⁊ cras ⁊ ſecundum cras: quia his tri
bus noctibus deo iungimur: tertia autez tranſ-
acta nocte in noſtro erimus cõiugio. Filij quip-
s.ij.c. pe ſanctorum ſumus et non poſſumus ita coniun
gi ſicut gentes que ignorant deum. Surgentes
autem pariter inſtanter orabant ambo ſimul: vt
B ſanitas daretur eis. Dixitq; Tobias. Domine
deus patrum noſtrorum benedicant te celi ter-
re: mareq; et fontes et flumina: et omnes crea
Gen. ij.b. ture tue que in eis ſunt. Tu feciſti Adam de li-
mo terre: dediſtiq; ei adiutorium euam. Et nũc
domine tu ſcis: quia non luxurie cauſa accipio
ſororem meam coniugem: ſed ſola poſteritatis
dilectione: in qua benedicatur nomen tuum in
ſecula ſeculorum. Dixit itaq; Sara. Miſerere
nobis domine: miſerere nobis et conſeneſca-
mus ambo pariter ſani. Et factum eſt circa pul-
lorum cantũ: accerſiri iuſſit Raguel ſeruos ſuos:
et abierunt cum eo pariter vt foderent ſepulchrũ
Dicebat enim: ne forte ſimili modo euenerit ei
quo et ceteris alijs ſeptem viris qui ſunt ingreſ
C ſi ad eam. Cumq; paraſſent foſſam: reuerſus Ra
guel ad vxorem ſuam; dixit ei. Mitte vnam ex
ancillis tuis: et videat ſi mortuus eſt: vt ſepe-
liam eum anteq̄ illuceſcat dies. At illa miſit vnã
ex ancillis ſuis. Que ingreſſa cubiculum reppe-
rit eos ſaluos et incolumes ſecum pariter dor-
mientes: et reuerſa nunciauit bonum nuncium:
et benedixerunt dominum: Raguel videlicet et
Anna vxor eius: ⁊ dixerunt. Benedicimus te
domine deus Iſrael: quia non contigit nobis
quemadmodum putabamus. Feciſti enim nobi-
ſcum miſericordiam tuam et excluſiſti a nobis
inimicum perſequentem nos. Miſertus es au-
D tem duobus vnicis. Fac eos domine plenius be
nedicere te et ſacrificium laudis tue et ſue ſani
tatis offerre: vt cognoſcat vniuerſitas gentium
quia tu es deus ſolus in vniuerſa terra. Sta-
timq; precepit ſeruis ſuis Raguel vt repleret ter
ra foſſam quam fecerant priuſq̄ eluceſceret ↄ.
Vxori aũt ſue dixit vt inſtrueret conuiuiũ et pre
pararet omnia que in cibos erant iter agenti-
bus neceſſaria. Duas quoq; pingues vaccas et
quattuor arietes occidi fecit et parari epulas
j.x.a. omnibus vicinis ſuis cunctiſq; amicis. Et adiu
rauit Raguel Tobiam: vt duas ebdomadas mo-
raretur apud ſe. De omnibus autem que poſſi-
debat Raguel dimidiã ꝑtem dedit Tobie ⁊ fecit
hãc ſcripturã vt pars dimidia que ſuperat poſt
obitum eorum Tobie dominio deueniret.

Capi. Summa. Iuit angelus in rages: recepit pecuniam a gabelo: ⁊ rediit cum eodem gabelo ad tobiam. **Capitulum. ix.**

Tuncvocauit tobias A
angelum ad ſe: quem quidem
hominem exiſtimabat: dixitq;
ei: Azaria frater: peto vt auſcul
tes verba mea. Si meipſuz tra
dam tibi ſeruũ: non ero condi
gnus prouidentie tue. Tamen
obſecro te vt aſſumas tibi animalia ſiue ſeruitia
⁊ vadas ad gabelum in rages ciuitatem medo-
rum: reddaſq; ei cirographum ſuũ ⁊ recipies ab
eo pecuniaz ⁊ roges eũ venire ad nuptias meas. B
Scis enim ipſe q̃m numerat pater meus dies: ⁊
ſi tardauero vna die plus contriſtat̃ aĩa eius. Et s.viij.d
certe vides quomodo adiurauit me Raguel cu-
ius adiuramentum ſpernere nõ poſſum. Tũc Ra
phael aſſumens quattuor ex ſeruis Raguelis: et
duos camelos in rages ciuitatem medoruz per-
rexit: ⁊ inueniens gabelum dedit ei cirographuz
ſuum: ⁊ recepit omnem pecuniam. Indicauitq; C
ei de Tobia filio Tobie omnia que geſta ſunt: fe-
citq; eum ſecum venire ad nuptias. Cũq; ingreſ
ſus eſſet domum Raguelis: inuenit Tobiam di-
ſcumbentem: ⁊ exiliẽs oſculati ſunt ſeinuicem: et
fleuit gabelus benedixitq; eũ: ⁊ dixit. Benedicat
te deus Iſrl̃: q: filius es optimi viri ⁊ iuſti ⁊ ti- s.vij.b.
mentis deum: ⁊ elemoſynas facientis: ⁊ dicatur D
benedictio ſuper vxorem tuam ⁊ ſuper parentes
veſtros: ⁊ videatis filios veſtros ⁊ filios filioꝝ ve-
ſtrorum vſq; in tertiam ⁊ quartam generationẽ:
⁊ ſit ſemen veſtrum benedictuz a deo Iſrael: qui
regnat in ſecula ſeculorum. Cumq; omnes dixiſ-
ſent amen: acceſſerũt ad cõuiuiuz: ⁊ cũ timore do
mini nuptiarum conuiuium exercebant.

Capi. Summa. De cõtriſtatione Tobie ſenioris: ⁊ etiam Anne pro mora filii: Tobias rediit cum vxore. **Capitulum. x.**

Cum vero moras fa A
ceret Tobias cauſa nuptiaruz
ſollicitus erat pater eiꝰ tobias
dicẽs. Putas quare morat̃ fi-
lius meus aut quare detẽtꝰ eſt
ibi? Putaſne gabelus mortuꝰ
eſt ⁊ nemo reddet illi pecuniã.
Cepit aũt cõtriſtari nimis ipſe ⁊ Anna vxor eiꝰ
cũ eo: ⁊ ceperũt ambo ſimul flere eo q̄ die ſtatu-
to minime reuerteret̃ filiꝰ eoꝝ ad eos. Flebat igi B
tur mater eiꝰ irremediabilibꝰ lachrymis atq; di- s.v.d.
cebat. Heu me fili mi: vt qd te miſimus ꝑegrina
ri lumen oculoꝝ nr̃oruz: baculuz ſenectutis nr̃e:
ſolatiũ vite noſtre: ſpes poſteritatis noſtre. Om
nia ſimul in te vno habẽtes, te nõ debuimus di-
mittere a nobis. Cui dicebat tobias. Tace ⁊ no
li turbari: ſanus eſt filius noſter: ſatis fidelis eſt
vir ille cũ quo miſimus eum. Illa autẽ nullo mo-

do cōſolari poterat: ſed quotidie exiliens circū
ſpiciebat ⁊ circuibat vias oēs per quas ſpes re-
meandi videbatur: vt procul videret eum ſi fieri
C poſſet venientem. Aut vo Raguel dicebat ad ge
nerum ſuum. Mane hic ⁊ ego mittam nuncium
ſalutis de te ad Tobiam patrem tuum. Cui To
bias ait: ego noui q: pater meꝰ ⁊ mater mea mo
do dies computant ⁊ cruciatur ſpūs eorum in ip
ſis. Cumq; verbis multis rogaret Raguel Tobi
am ⁊ ille eū nulla ratione vellet audire: tradidit
D ei Saram ⁊ dimidiam partem omnis ſubſtantie
ſue in pueris in puellis in pecudibus: in camelis
et in vaccis: et pecunia multa: et ſaluū atq; gau
dentē dimiſit eum a ſe: dicēs: Angelus enī do
mini ſanctus ſit in itinere veſtro: pducatq; vos
incolumes ⁊ inueniatis omnia recte circa paren
tes veſtros: ⁊ videant oculi mei filios veſtros pri
uſq; moriar: et apprehendentes parentes filiam
ſuam oſculati ſunt eam: et dimiſerunt ire: Mo-
nentes eam honorare ſoceros: diligere maritū:
regere familiam: gubernare domum: et ſeip-
ſam irreprehenſibilem exhibere.

¶ Capituli Summarium ¶ Tobias dimiſſa Sara et familia in medio itinere cū angelo preceſſit: linit oculos patris de felle piſcis: poſt ſeptem dies venit Sara et celebrant conuiuium: venerunt conſobrini Tobie: et fit gaudiū immenſum per alios ſeptem dies.

Capitulum .xj.

A CUm reuerterētur per
uenerunt ad charram que eſt
in medio itinere contra niniuē
vndecimo die. Dixitq; ange-
lus. Tobia frater ſcis quemad
modum reliquiſti patrem tu-
um. Si placet itaq; tibi pre-
cedamus: et lento gradu inſequantur iter no-
ſtrum familie ſimul cum coniuge tua: ⁊ cum ani
malibus. Cumq; hoc placuiſſet vt irent dixit Ra
phael ad Tobiam: Tolle tecū ex felle piſcis: erit
enim neceſſarium. Tulit itaq; Tobias ex felle il-
lo: et abierunt. Anna autem ſedebat ſecus vi-
B am quotidie in ſupercilio montis vnde reſpicere
poterat de longinquo. Et dum ex eodem loco
ſpecularetur aduentum eius: vidit a longe: et
illico cognouit venientem filium ſuū: currenſq;
nunciauit viro ſuo: dicens. Ecce venit filius tu
us. Dixitq; Raphael ad Tobiā. At vbi introie
ris domum tuam: ſtatim adora dñm deū tuū:
et gratias agens ei: accede ad patrem tuum et
oſculare eum. Statimq; lini ſuper oculos eius
ex felle iſto piſcis qđ portas tecum. Scias enim
quoniā mox aperientur oculi eius: ⁊ videbit pater
tuus lumen celi et in aſpectu tuo gaudebit. Tūc
precucurrit canis qui ſimul fuerat in via ⁊ quaſi
nuncius adueniens blandimento ſue caude gau
C debat. Et conſurgens cecus pater eius cepit of-
fendens pedibus currere: et data manu puero:
occurrit obuiam filio ſuo. Et ſuſcipiens oſcula
tus eſt eum: cum vxore ſua: et ceperunt flere pre
gaudio. Cumq; adoraſſent deum ⁊ gratias egiſ
ſent: conſederunt. Tunc ſumens Tobias de fel
le piſcis liniuit oculos prīs ſui. Et ſuſtinuit qua
ſi dimidiam fere horam: ⁊ cepit albugo ex ocu-
lis eius quaſi membrana oui egredi. Quam ap-
prehendēs Tobias traxit ab oculis eiꝰ: ſtatimq;
viſum recepit. Et glorificabant deum ipſe videli
cet et vxor eius: et omnes qui ſciebant eum. Di
cebatq; Tobias. Benedico te domine deus Iſ- D
rael: quia tu caſtigaſti me: et tu ſaluaſti me. et ec
ce ego video Tobiam filium meum. Ingreſſa eſt
etiam poſt ſeptem dies Sara vxor filij eius: ⁊ om
nis familia et pecora ſana et cameli et pecunia
multa vxoris: ſed et illa pecunia quam recepe-
rat a gabelo: et narrauit parentibus ſuis om-
nia beneficia dei que feciſſet circa eum per homi
nem qui eū duxerat. Veneruntq; Achior et Na
bath Conſobrini Tobie gaudentes ad Tobiam
et congratulantes ei de omnibus bonis que cir
ca illum oſtenderat deus. Et per ſeptē dies epu
lantes omnes cum gaudio magno gauiſi ſunt.

¶ Capituli Summarium. ¶ Tobias filius commemorat patri beneficia per Raphaelem ſibi facta: tunc vterq; offert ei medietatem bonorum ſuorum: et ille aperiens eis omnem veritatem ablatus eſt ab eis: pater et filius p tres horas iacebant proſtrati in terra.

Capitulum .xij.

TUnc vocauit ad ſe to- A
bias filium ſuū: dixitq; ei: Quid
poſſumus dare viro iſti ſancto q
venit tecum: Reſpondens Tobi-
as dixit patri ſuo. Pater: quā
mercedem dabimus ei: aut quid dignum:
poterit eſſe beneficijs eius: Me duxit: et
reduxit ſanum: pecuniam a Gabelo ipſe rece-
pit: vxorem ipſe me habere fecit: et demoniū
ab ea ipſe cōpeſcuit: gaudiū parentibus eius fe
cit: meipſū a deuoratione piſcis eripuit: te q; vi
dere fecit lumē celi: ⁊ bonis oibus per eum reple
ti ſumꝰ. Quid illi ad hec poterimus dignū dare
Sed peto te pater mi: vt roges eum ſi forte di-
gnabitur medietatem de omnibꝰ que allata ſunt
ſibi aſſumere. Et vocantes eū pater ſc; ⁊ filius
tulerunt eum in partem: ⁊ rogare ceperunt vt di
gnaretur dimidiā partem omniū que attulerāt
acceptam habere. Tunc dixit eis occulte. Bene-
dicite deum celi: ⁊ corā omnibus viuentibus cō
fitemini ei: q: fecit vobiſcū miam ſuam. Etenim
ſacrm̄ regis abſcondere bonū eſt: opera autem
dei reuelare ⁊ confiteri: honorificum eſt. Bona
eſt oratio cū ieiunio: et elemoſyna magis q̄ the
ſauros auri recondere: quoniā elemoſyna a mor
te liberat: et ipſa eſt que purgat peccata: et
facit inuenire vitam eternam. Qui autē faciunt C

peccatum et iniquitatem: Hoſtes ſunt anime
ſue. Manifeſto ergo vobis veritatem et non ab
ſcondam vobis occultum ſermonem. Quando
orabas cũ lachrymis: et ſepeliebas mortuos ab
ſcondebas per dies in domo tua et nocte ſepelie
bas eos: ego obtuli orationẽ tuam domino. Et
quia acceptus eras deo: neceſſe fuit vt tentatio
probaret te. Et nunc miſit me dominus vt cura
rem te: et Saram vxorem filij tui a demonio li
berarem. Ego enim ſum Raphael angelus vnus
ex ſeptem qui aſtamus ante dominum. Cumq;
D hec audiſſent turbati ſunt: et trementes ceciderunt
ſuper terram in faciem ſuam. Dixitq; eis
angelus. Pax vobis: nolite timere. Etenim
cum eſſem vobiſcum per voluntatem dei eram:
ipſum benedicite et cantate illi. Videbar quidẽ
vobiſcum manducare et bibere: ſed ego cibo in
uiſibili et potu qui ab hominibus videri non po
teſt vtor. Tempus eſt ergo vt reuertar ad eum
qui me miſit: vos autem benedicite deũ et enar
rate omnia mirabilia eius. Et cum hec dixiſſet:
ab aſpectu eorum ablatus eſt: et vltra eum vi
dere non potuerunt. Tunc proſtrati per horas
tres in faciem benedixerunt deum: et exurgen
tes narrauerunt omnia mirabilia eius.

¶ Capituli Summarium. ¶ Verba Tobie benedicentis dominum: et prophetia eius ſub nomine Hieruſalem. Capitulum. xiij.

A Aperiens autem To
bias ſenior os ſuum: benedixit
dominum. Et dixit. Magnus
es domine in eternum: et in om
nia ſecula regnum tuum: quo
niam tu flagellas et ſaluas: de
ducis ad inferos et reducis. et
j. regũ. ij. a. Sap. xix. b non eſt qui effugiat manum tuam. Confitemini
domino filij Iſrael: et in conſpectu gentium lau
date eum: quoniam ideo diſperſit vos inter gen
tes que ignorant eum vt vos enarretis mirabilia
eius et faciatis ſcire eos: quia nõ eſt alius deus
omnipotens preter eũ. Ipſe caſtigauit nos pro
B pter iniquitates noſtras: et ipſe ſaluabit nos pro
pter miſericordiam ſuam. Aſpicite ergo que fecit
vobiſcum: et cum timore et tremore confitemini
illi: regemq; ſeculorum exaltate in operibus ve
ſtris. Ego autem in terra captiuitatis mee con
fitebor illi: quoniam oſtendit maieſtatem ſuam
in gentem peccatricem. Conuertimini itaq; pec
catores et facite iuſticiam coram deo: credentes
ꝙ faciat vobiſcum miſericordiam ſuam. Ego au
tem et anima mea in deo letabimur. Benedicite
C dominum omnes electi eius: agite dies leticie:
et confitemini illi. Hieruſalem ciuitas dei: caſti
gauit te dominus in operibus manuum tuarum.
Confitere domino in bonis tuis et benedic deum
ſeculorum: vt reedificet in te tabernaculum ſuũ:
et reuocet ad te omnes captiuos et gaudeas in
omnia ſecula ſeculorum. Luce ſplendida fulge
bis et omnes fines terre adorabunt te. Natiões
ex longinquo ad te venient: et munera deferen
tes adorabunt in te dominum et terram tuam
in ſanctificationem habebũt. Nomen enim ma
gnum inuocabunt in te. Maledicti erunt qui
contempſerint te et condemnati erunt omnes
qui blaſphemauerint te. Benedictiq; erunt qui
edificauerint te. Tu autem letaberis in filijs tu
is: quoniam omnes benedicentur et congrega
buntur ad dominum. Beati omnes qui diligũt D
te et qui gaudent ſuper pace tua. Anima mea
benedic dominum quoniam liberabit Hieruſa
lem ciuitatem ſuam a cunctis tribulationibus
eius dominus deus noſter. Beatꝰ ero ſi fuerint
reliquie ſeminis mei ad videndam claritatem hie
ruſalem. Porte Hieruſalẽ ex ſaphyro et ſma
ragdo edificabuntur et ex lapide precioſo om Apoc. xxj. b
nis circuitus murorum eius. Ex lapide candi
do et mundo omnes platee eius ſternentur:
et per vicos eiꝰ alleluia cantabitur. Bñdictus
dominus qui exaltauit eam. vt ſit regnum eius
in ſecula ſeculorum ſuper eam. Amen.

¶ Capituli Summarium. ¶ De annis et obitu et ſepultura Tobie et prophetia eius: de perditione Niniue et reſtauratione Hieruſalem: de reditu Tobie ad ſoceros ſuos et de morte ipſorum.

Capitulum. xiiij.

A
Et cõſummati ſunt ſer
mones Tobie: et poſtq̃ illumi
natus eſt Tobias vixit annis
quadragintaduobus: et vidit
filios nepotum ſuorum. Com
pletis itaq; annis centumduo
bus: ſepultus eſt honorifice
in Niniue. Quinquaginta namq; et ſex anno
rum lumen oculorum amiſit: Sexagenarius vo
recepit. Reliquum vo vite ſue in gaudio fuit: et
cum bono profectu timoris dei perrexit in pace.
In hora autem mortis ſue vocauit ad ſe Tobiã
filium ſuum et ſeptem iuuenes filios ſuos nepo
tes: dixitq; eis. Prope erit interitus Niniue. B
Non enim excidit verbum domini: et fratres
noſtri qui diſperſi ſunt a terra Iſrael reuerten
tur ad eam. Omnis autem deſerta terra eius
replebitur et domus dei que in ea incenſa eſt
iterum reedificabitur: ibiq; reuertentur om
nes timentes deum: et relinquent gentes ido
la ſua: et venient in Hieruſalẽ et inhabitabunt
in ea: et gaudebunt in ea omnes reges terre ad C
orantes deum Iſrael. Audite ergo filij mei pa Ioſu. iiij. c
trem veſtrum. Seruite domino in veritate et in
quirite vt faciatis que placita ſunt illi: et filijs ve
ſtris mandate vt faciãt iuſticias et elemoſynas:
vt ſint memores dei et benedicãt eũ in omni tẽ
pore: in veritate et in tota virtute ſua. Nunc er
go filij audite me et nolite manere hic: ſed qua
cunq; die ſepelieritis matrẽ veſtrã circa me in vno

ſepulchro: ex eo dirigite greſſus veſtros vt exea
tis hinc. Video enim quia iniquitas eius fi-
D nem dabit ei. Factum eſt autem poſt obitum
matris ſue Tobias abſceſſit ex Niniue cum vxo
re ſua et filijs ⁊ filiorũ filijs et reuerſus eſt ad ſo
ceros ſuos. Inuenitq; eos incolumes in ſene-
ctute bona et curam eorum geſſit: et ipſe clau-
ſit oculos eorum: et omnem hereditatem do-
mus Raguelis ipſe percepit: viditq; quintam
generationem: filioſq; filiorum ſuorũ. Et com
pletis annis nonagintanouem in timore domi-
ni: cum gaudio ſepelierunt eum omnes cognati
eius. Et omnis generatio eius in bona vita et
in ſancta conuerſatione permanſit: ita vt acce-
pti eſſent tam deo ꝙ hominibus ⁊ cunctis ha-
bitantibus in terra.

¶ Explicit liber Tobie.

¶ Incipit prologus beati Hie-
ronymi in librum Judith.

Apud Hebreos li-
ber Judith inter Agiogra-
pha legitur cuius auctoritas
ad roboranda illa que in con-
tentionem veniũt: minus ido-
nea iudicatur. Chaldeo ta-
men ſermone conſcriptus in-
ter hyſtorias computatur. Sed quia hunc li-
brum ſynodus nicena in numero ſanctarum ſcri
pturarum legitur computaſſe: acquieui poſtula-
tioni veſtre immo exactioni: et ſepoſitis occu-
pationibus quibus vehementer artabar: huic
vnam lucubraciunculam dedi magis ſenſum e
ſenſu ꝙ ex verbo verbum transferens. Multo-
rum codicum veritatem vicioſiſſimam amputa-
ui: ſola ea que intelligentia integra in verbis cal
deis inuenire potui: latinis expreſſi. Accipite
Judith viduam caſtitatis exemplum: et trium
phali laude perpetuis eam preconijs declarate.
Hanc enim non ſolum feminis: ſed ⁊ viris imita
bilem dedit qui caſtitatis eius remunerator vir-
tutem ei talem tribuit: vt inuictum omnibus
hominibus vinceret: ⁊ inſuperabilem ſuperaret.

¶ Explicit prologus.

¶ Incipit liber Judith: qui non eſt in canone.

¶ Capituli Summarium. ¶ De potentia
Arphaxat: et nobilitate ciuitatis eius quam
edificauit: et ipſum Nabuchodonoſor vicit:
mittens nuncios ad omnes prouincias: quos
cum paucos remiſerunt: iurat ſe vindicaturũ
de omnibus. Capitulum. j.

Arphaxat itaq; A
rex Medorum ſubiuga-
uerat multas gentes im-
perio ſuo et ipſe edifica
uit ciuitatem potentiſſi-
mam quã appellauit Eg-
bathanis. Ex lapidibus
quadratis et ſectis fecit muros eius in al-
titudine cubitorum ſeptuaginta: et in lati-
tudine cubitorũ triginta: turres vo eius po-
ſuit in altitudine cubitorũ centũ. Per qua
drum vo earũ latus vtrũq; vicenorũ pedum B
ſpacio tendebat. Poſuitq; portas eius in
altitudine turriũ: ⁊ gloriabat quaſi potens
in potentia exercitus ſui: ⁊ in gloria quadri
garum ſuarũ. Anno igitur duodecimo re-
gni ſui Nabuchodonoſor rex Aſſyriorũ qui
regnabat in Niniue ciuitate magna: pugna
uit cõtra Arphaxat: ⁊ obtinuit eũ in campo
magno qui appellat Ragau circa euphratẽ
⁊ tigrim ⁊ iadaſon in campo Erioch regis C
Elicorũ. Tũc exaltatũ eſt regnũ Nabucho j. Maha.j.
donoſor: ⁊ cor eius eleuatum eſt: ⁊ miſit ad a.
omnes qui habitabãt in Cilicia ⁊ Dama-
ſco libano ⁊ ad gẽtes que ſunt in carmelo ⁊
cedar ⁊ inhabitãtes galileã in cãpo magno
eſdrelon: ⁊ ad oẽs qui erãt in ſamaria ⁊ trãs
flumẽ iordanẽ vſq; ad hierlm: ⁊ oẽm terrã
ieſſe: quouſq; perueniat ad mõtes ethiopie.
Ad hos miſit oẽs nũcios Nabuchodonoſor
rex Aſſyriorum: qui omnes vno animo con
tradixerunt ⁊ remiſerunt eos vacuos ac ſi-
ne honore abiecerunt. Tũc indignatus Na-
buchodonoſor rex ad omnẽ terram illam:
iurauit per thronum ⁊ regnum ſuum ꝙ de-
fenderet ſe de omnibus regionibus his.

¶ Capituli Summa. ¶ Nabuchodono
ſor habito cõſilio mittit Holofernẽ ad re-
gna occidẽtis: qui egrediens vaſtabat oĩa.

Capitulum. ij.

A ANno tertiodecimo
Nabuchodonoſoꝛ regis vice-
ſima ⁊ ſecunda die menſis pri-
mi factuꝫ eſt verbum in domo
Nabuchodonoſoꝛ regis Aſſy-
rioꝝ: vt defenderet ſe. Uocauit
ꝗ omnes maioꝛes natu: oẽſꝗ
duces ⁊ bellatoꝛes ſuos: ⁊ habuit cuꝫ eis myſte-
rium conſilij ſui. Dixitꝗ cogitationẽ ſuam in eo
eſſe: vt omnem terram ſuoꝛum ſubiugarent im-
perio. Qđ dictũ cũ placuiſſet oĩbus vocauit Na-
buchodonoſoꝛ rex holofernẽ pn̄cipẽ militie ſue:
B ⁊ dixit ei. Egredere aduerſuꝫ omne regnũ occi-
Ezechiel. dẽtis: ⁊ ꝯ eos pcipue q̄ cõtẽpſerũt impiuꝫ meũ.
ix.b. Non parcet oculus tuus vlli regno omnẽꝗ vr-
bem munitã ſubiugabis mihi. Tunc holofernes
vocauit duces ⁊ magiſtratꝰ vꝛtutis aſſyrioꝝ: ⁊ di
numerauit viros in expeditõe: ſicut pcepit ei rex
centuꝫ viginti milia peditũ pugnatoꝝ: ⁊ equites
ſagittarios duodecim milia. Omnẽꝗ expeditio
nem ſuã fecit preire in multitudine innumerabi
lium cameloꝝ cũ his que exercitibꝰ ſufficerẽt co
pioſe: boum ꝗ armẽta: gregeſꝗ ouiũ: quoꝝ non
C erat numerus. Frumẽtuꝫ ex omni ſyria in tranſi
tu ſuo parari cõſtituit. Aurum vo ⁊ argẽtum de
domo regis aſſumpſit multũ nimis. Et pfectus
eſt ipſe ⁊ omnis exercitus cũ quadrigis ⁊ equiti-
bus ⁊ ſagittarijs qui cooperuerũt faciẽ terre ſi-
cut locuſte. Cũꝗ ptrãſiſſet fines aſſyrioꝝ venit
ad magnos montes Ange qui ſunt a ſiniſtro ci-
litie: aſcẽditꝗ oĩa caſtella eoꝝ ⁊ obtinuit omneꝫ
munitionem. Effregit autẽ ciuitatẽ opimatiſſi-
mam melothi: pdauitꝗ oẽs filios Tharſis ⁊ fi-
lios Iſrl' qui erãt ꝯ faciẽ deſerti: ⁊ ad auſtrũ ter-
D re cheleon. Et trãſiuit euphratẽ ⁊ venit in meſo
potamiã ⁊ fregit omnes ciuitates excelſas que
erant ibi a toꝛrente mambre vſꝗ quo perueniat
ad mare ⁊ occupauit terminos eius a cilitia vſꝗ
ad phines iaphet qui ſunt ad auſtrũ. Adduxitꝗ
omnes filios madiã ⁊ predauit omnẽ locupletio
neꝫ eoꝝ oẽſꝗ reſiſtẽtes ſibi occidit in oꝛe gladij.
Et poſt hoc deſcẽdit in cãpos damaſci in diebꝰ
meſſis: ⁊ ſuccendit omnia ſata: omneſꝗ arboꝛes
⁊ vineas fecit incidi: ⁊ cecidit timoꝛ illius ſuper
omnes inhabitãtes terram.

¶ Capituli Summarium. ¶ Ciuitates ſe vl
tro tradiderũt Holoferni: de quibus ipſe ſibi fe-
cit auxiliatoꝛes: ⁊ tamen ipſas ciuitates ⁊ deos
eoꝝ ſubuertit. Capitulum. iij.

A TUnc miſerunt lega
tos ſuos vniuerſarum vrbiuꝫ
ac prouinciarum reges ac pn̄
cipes Syrie: ſcilicet ⁊ meſopo
tamie: ⁊ Syrie Sobal ⁊ libye
atꝗ cilitie qui venientes ad
Holofernem dixerunt. Deſi-
nat indignatio tua circa nos. Melius eſt enim
vt viuentes ſeruiamus Nabuchodonoſoꝛ regi
magno: et ſubditi ſimus tibi ꝙ moꝛientes cum
interitu noſtro ipſi ſeruitutis noſtre damna pa-
tiamur. Omnis ciuitas noſtra: omniſꝗ poſſeſ- B
ſio omnes montes ⁊ colles ⁊ campi ⁊ armenta
boum gregeſꝗ ouium et caprarum: equoꝛumꝗ
et cameloꝛum: vniuerſe facultates noſtre atꝗ
familie in conſpectu tuo ſunt. Sint omnia ſub
lege tua. Nos etiaꝫ et filij noſtri ſerui tui ſumus.
Ueni nobis pacificus dominus et vtere ſeruitio
noſtro ſicut placuerit tibi. Tunc deſcendit Ho-
lofernes de montibus cum equitibus in virtute
magna et obtinuit omnem ciuitatem munitam
et omnem inhabitantem terram. De vniuerſis
autem vrbibus aſſumpſit ſibi auxiliarios viros C
foꝛtes ⁊ electos ad bellum. Tantuſꝗ metus pꝛo I.v.a.
uincijs illis incubuit: vt vniuerſarum vrbium ha
bitatoꝛes principes ⁊ honoꝛati ſimul cum popu
lis exirent in obuiam venienti: excipientes eum
cum coꝛonis ⁊ lampadibus: ducentes choꝛos in
tympanis et tibijs. Nec iſta tamen facientes fe
rocitatem eius pectoꝛis mitigare potuerunt. D
Nam ⁊ ciuitates eoꝛum deſtruxit: ⁊ lucos eoꝛuꝫ
excidit. Preceperat enim illi Nabuchodono-
ſoꝛ rex vt omnes deos terre exterminaret: vide-
licet vt ipſe ſolus diceretur deus ab his nationi
bus que potuiſſent Holofernis potentia ſubiu-
gari. Pertranſiens autem Syriam Sobal: et
omnem appamiam omnemꝗ meſopotamiaꝫ ve
nit ad idumeos in terra Gabaa ⁊ Septopolin: ac
cepitꝗ ciuitates eoꝛum: ⁊ ſedit ibi per triginta
dies in quibus diebus adunari precepit vniuer-
ſum exercitum virtutis ſue.

¶ Capituli Summarium. ¶ Tunc filij Iſrael
munitiones preparabãt quos hoꝛtatur Helia-
chim ſacerdos clamare ad dominum quod fa-
ciunt cum inſtantia magna. Capitulum. iiij.

TUnc audientes hec fi- A
lij Iſrael qui habitabant in ter-
ra Juda timuerunt valde a facie
eius. Tremoꝛ etiam ⁊ hoꝛroꝛ in-
uaſit ſenſus eoꝛum ne hoc face-
ret Hierl'm ⁊ tẽplo dñi qđ fecerat ceteris ciuita-
tibus ⁊ tẽplis eaꝝ. Et miſerũt in omnẽ Sama-
riam per circuitum vſꝗ hiericho ⁊ preoccupaue-
runt omnes vertices montium. Et muris circũ-
dederunt vicos ſuos: ⁊ cõgregauerunt frumẽta
in preparationeꝫ pugne. Sacerdos etiam Elia- B
chim ſcripſit ad vniuerſos qui erãt cõtra Eſdre-
lon que eſt cõtra faciẽ cãpi magni iuxta dothaim
⁊ vniuerſis per quos vie tranſitus eſſe poterat:
vt obtinerẽt aſceſus mõtiũ per quos via eſſe po
terat ad Hieruſalẽ: ⁊ illic cuſtodirẽt vbi anguſtũ
iter eſſe poterat inter montes. Et fecerũt filij Iſ
rael ſꝫ ꝙ cõſtituerat eis ſacerdos dñi Eliachim.
Et clamauit oĩs ppl's ad dñꝫ inſtãtia magna: et C
hũiliauerũt aĩas ſuas in ieiunijs ⁊ oꝛonibus ipſi
⁊ mulieres eoꝝ. Et induerũt ſe ſacerdotes cilitijs:
⁊ infantes pſtrauerunt cõtra faciẽ tẽpli: ⁊ altare

domini operuerũt cilitio. Et clamauerũt ad dñs
deum Iſrl' vnanimiter: ne darentur in predã in⸗
fantes eoꝝ ⁊ vxores eoꝝ in diuiſionẽ: ⁊ ciuitates
eorum in exterminium: ⁊ ſancta eoꝝ in pollutio⸗
nem ⁊ fierent in opprobriuꝫ gentibus. Tũc Elia⸗
D chim ſacerdos domini magni circuiuit omnẽ Iſ
Exo.xvij.d rael allocutuſqꝫ eſt eos: dicẽs. Scitote quoniam
exaudiet dñs preces veſtras ſi manentes permã
ſeritis in ieiunijs ⁊ orationibus in conſpectu do
mini. Memores eſtote Moyſi ſerui domini qui
Amalech confidentem in virtute ſua: ⁊ in poten⸗
tia ſua: ⁊ in exercitu ſuo: ⁊ in clipeis ſuis: in curri
bus ſuis: et in equitibus ſuis: non fero pugnan⸗
do: ſed precibus ſanctis orando deiecit. Sic erũt
vniuerſi hoſtes Iſrael. ſi perſeueraueritis in hoc
opere quod cepiſtis. Ad hanc igitur exhortatio
nem eius deprecantes dominum permanebant
in conſpectu domini: ita vt etiam hi qui offere⸗
bant domino holocauſta precincti cilitijs offe⸗
rẽt ſacrificia domino: ⁊ erat cinis ſupra capita eo
rum. Et ex toto corde ſuo omnes orabant deuꝫ:
vt viſitaret populum ſuum Iſrael.

¶ Capituli Summariuꝫ. ¶ Indignatus Ho
lofernes inquirit de gente: ⁊ reſpondit ei Achior
dux filiorum Ammon: qualiter deus celi defen⸗
dit illos: auditis verbis Achior: indignãtur prin
cipes Holofernis. Capitulum.v.

A NVnciatumqꝫ eſt Ho
loferni principi militie Aſſyrio
rum: ꝙ filij Iſrael prepararẽt
ſe ad reſiſtendum: ac montiuꝫ
itinera concluſiſſent: ⁊ furore
nimio exarſit in iracundia ma⸗
gna: vocauitqꝫ omnes princi⸗
pes Moab ⁊ duces Ammon: ⁊ dixit eis. Dicite
mihi quis ſit populus iſte qui montana obſidet
aut que ⁊ quales ⁊ quante ſint ciuitates eorum:
que etiam ſit virtus eorum: aut que ſit multitu⸗
do eoꝝ: vel q̇s rex militie illoꝝ: ⁊ quare pre om⸗
nibus qui habitãt in oriẽte iſti contẽpſerũt nos:
s.iij.c. ⁊ nõ exierunt obuiam nobis vt ſuſciperẽt nos cũ
l.xj.b. pace. Tũc Achior dux omniũ filioꝝ Ammon rñ⸗
dens ait. Si digneris audire dñe mi dicã veritatẽ
Geñ.xj.d. in cõſpectu tuo de pplo iſto qui in mõtanis habi
tat: ⁊ nõ egredietur verbũ falſum ex ore meo. Po⸗
B pulus iſte ex pgenie chaldeoꝝ eſt: hic primum in
meſopotamia habitauit: qm̃ noluerũt ſeq̇ deos
patrũ ſuoꝝ qui erant in terra chaldeoꝝ. Deſerẽ
tes itaqꝫ cerimonias patrũ ſuoꝝ qui in multitu⸗
dine deorum erant: vnum deum celi coluerunt:
Geneſ.xij. qui et precepit eis vt exirent inde et habitarent
Exod.j.a. in charraꝫ. Cũqꝫ operuiſſet omnẽ terraꝫ fames:
deſcenderunt in egyptũ illicqꝫ per quadringen⸗
tos annos ſic multiplicati ſunt: vt dinumerari eo
rum non poſſet exercitus. Cumqꝫ grauaſſet eos
rex Egypti atqꝫ in edificationibus vrbium ſuarũ
Exo.xij.e. in luto ⁊ latere ſubiugaſſet eos: clamauerunt ad
dominum ſuum: et percuſſit totam terram Egy⸗
pti plagis varijs. Cumqꝫ eieciſſent eos Egy⸗
ptij a ſe ⁊ ceſſaſſet plaga ab eis: ⁊ iteruꝫ eos vel⸗
lent capere: ⁊ ad ſuum ſeruitium reuocare fugiẽ
tibus his deus celi mare aperuit: ita vt hinc⸗
inde aque quaſi murus ſolidarentur ⁊ iſti pede
ſicco fundum maris perambulando tranſirent. Exo.xiiij.e
In quo loco dum innumerabilis exercitus Egy j.vj.c.
ptiorum eos perſequeretur ita aquis coopertus
eſt vt non remaneret: vel vnus qui factum poſte
ris nunciaret. Egreſſus etiam mare rubrum: de⸗
ſerta Syna montis occurrerũt: in quibus nunqꝫ
homo habitare potuit: vel filius hominis requie
uit. Illic fontes amari obdulcati ſunt eis ad bi⸗ C
bendum: ⁊ per annos quadraginta annonaꝫ de Exo.xv.d.
celo conſecuti ſunt. Vbicunqꝫ ingreſſi ſunt ſine Ibi.xvj.g.
arcu et ſagitta: ⁊ abſqꝫ ſcuto et gladio deus eorũ
pugnauit pro eis: ⁊ vicit. Et non fuit qui inſulta
ret populo iſti: niſi quando receſſit a cultu domi
ni dei ſui. Quotienſcunqꝫ autem preter ipſum
deum ſuum alterum coluerunt: dati ſunt in pre⸗
dam et in gladium ⁊ in opprobrium. Quotienſ⸗
cunqꝫ autem penituerunt ſe receſſiſſe a cultura
dei ſui dedit eis deus celi virtutem reſiſtendi.
Deniqꝫ Chananeũ regem ⁊ Iebuſeum ⁊ Phe Ioſue.x.
rezeum ⁊ Eueum ⁊ Amorreum: ⁊ omnes poten⸗
tes in Eſebon pſtrauerũt: ⁊ terras eoꝝ ⁊ ciuita
tes ipſi poſſederũt: ⁊ vſqꝫ dũ nõ peccarẽt in cõ⸗ Nũe.xxj.f.
ſpectu dei ſui erãt cũ illis bona. Deus enĩ illorũ
odit iniquitatem. Nam ⁊ ante hos annos cũ re⸗
ceſſiſſent a via quam dederat illis deus: vt ambu
larent in ea: exterminati ſunt prelijs a multis na
tionibus ⁊ plurimi eorum captiui abducti ſunt
in terram non ſuam. Nuper aũt reuerſi ad dñm iiij.Regum
deum ſuũ ex diſperſiõe qua diſperſi fuerant: adu xxv.
nati ſunt ⁊ aſcenderũt montana hec oĩa: ⁊ iterũ
poſſident Hierlm vbi ſunt ſancta ſanctoꝝ. Nũc
ergo mi dñe, perquire: ſi eſt aliqua iniquitas eorũ
in conſpectu dei eorum. Aſcẽdamus ad illos: qm̃ D
tradens tradet illos deus eorum tibi: ⁊ ſubiuga⸗ j.Eſdre.j.
ti erunt ſub iugo potentie tue. Si vero non eſt
offenſio populi huius coram deo ſuo: non poteri
mus reſiſtere illis: qm̃ deus eorũ defendet illos: ⁊
erimus in opprobrium vniuerſe terre. Et factum
eſt cũ ceſſaſſet loqui Achior verba hec: irati ſunt j.vj.c.
omnes magnates Holofernis: ⁊ cogitabant in⸗ j.xiij.
terficere eum dicentes ad alterutrum. Quis eſt
iſte qui filios Iſrael poſſe dicat reſiſtere regi Na
buchodonoſor ⁊ exercitibus eius homines iner⸗
mes ⁊ ſine virtute et ſine peritia artis pugne.
Vt ergo agnoſcat Achior qm̃ fallit nos: aſcẽda⸗
mus in montana ⁊ cũ capti fuerint potẽtes eorũ:
tunc cum eiſdem gladio tranſuerberabitur: vt
ſciat omnis gens quoniam Nabuchodonoſor
deus terre eſt ⁊ propter ipſum alius non eſt.

¶ Capituli Summarium. ¶ Holofernes ira
tus iubet Achior ligatum duci in Bethuliam:
nuncij ligant Achior ad arboreꝫ: Filij Iſrael ſol⸗
uentes cauſa cognita eum conſolantur et cla⸗
mant ad dominum.

Capitulum.vj.

A FActum eſt autẽ cum
J.xiiij.d. ceſſaſſent loqui indignat⁹ Ho
lofernes vehementer dixit ad
Achior. Quoniam prophetaſti
nobis dicens ꝙ gens Jſrael
defendatur a deo ſuo vt oſten-
dam tibi quoniaꝫ non eſt deus
niſi Nabuchodonoſor: cum percuſſerimus eos
omnes ſicut hominem vnum: tunc ⁊ ipſe cum il-
lis Aſſyriorum gladio interibis: ⁊ omnis Jſrael
tecum perditione diſperiet: ⁊ probabis quoniam
Nabuchodonoſor dominus ſit vniuerſe terre.
Tuncqꝫ gladius militie mee tranſiet per latera
tua ⁊ confixus cades inter vulneratos Jſrael: ⁊
non reſpirabis vltra donec extermineris cuꝫ il-
lis. Porro autem ſi prophetiam tuam verã exi-
ſtimas non concidat vultus tuus ⁊ pallor qui fa
B ciem tuam obtinet abſcedat a te: ſi verba mea
hec putas impleri non poſſe. Vt autem noueris:
q: ſimul cum illis hec experieris: ecce ex hac ho-
ra illorum populo ſociaberis vt dum dignas mei
gladij penas exceperint ipſe ſimul vltioni ſubia
ceas. Tũc Holofernes precepit ſeruis ſuis vt cõ
prehenderent Achior ⁊ ducerent eum in Bethu
liam ⁊ traderent eum in manus filiorum Jſrael.
Et accipientes eum ſerui Holofernis profecti
ſunt per campeſtria: ſed cum appropinquaſſent
ad montana exierunt cõtra eos fundibularij. Il-
li autem diuertentes a latere montis ligauerunt
Achior ad arborem manibus ⁊ pedibus: ⁊ ſic vin
ctum de reſtibus dimiſerunt eum: ⁊ reuerſi ſunt
ad dominum ſuum. Porro filij Jſrael deſcendẽ
tes de Bethulia: venerunt ad eum. Quem ſoluẽ
tes duxerunt ad Bethuliam atqꝫ in mediuꝫ po-
puli illum ſtatuentes percunctati ſunt quid re-
rum eſſet ꝙ illum vinctum Aſſyrij reliquiſſent.
C In diebus illis erant illic principes Ozias filius
Micha de tribu Symeon ⁊ Charmin qui ⁊ go-
thoniel. In medio itaqꝫ ſeniorum et in conſpe-
ctu omniuꝫ: Achior dixit omnia que locutus ip-
ſe fuerat ab Holoferne interrogatus ⁊ qualiter
populus Holofernis voluiſſet propter hoc ver-
bum interficere eum: ⁊ quemadmodum ipſe Ho
lofernes iratus iuſſerit eum Jſraelitis hac de
cauſa tradi vt dum vinceret filios Jſrael: tunc ⁊
ipſuꝫ Achior diuerſis iubeat interire ſupplicijs:
propter hoc ꝙ dixiſſet deus celi defenſor eorum
eſt. Cumqꝫ Achior vniuerſa expoſuiſſet: omnis g.v.d.
populus cecidit in faciem adorantes dominum:
et communi lamentatione ⁊ fletu vnanimes pre
ces ſuas domino offenderunt dicentes. domine
deus celi et terre intuere ſuperbiam eorum ⁊ re-
ſpice ad noſtram humilitatem: et faciem ſancto
rum tuorum attende: et oſtende quoniam non
derelinquis preſumentes de te et preſumentes
de ſe ⁊ de ſua virtute gloriantes humilias. Fini-
to itaqꝫ fletu: et per totam diem oratione popu
lorum completa: conſolati ſunt Achior dicentes.
Deus patrum noſtrorum cuius tu virtutem pre
dicaſti: ipſe tibi hanc dabit viciſſitudinem: vt eo-
rum magis tu interitum videas. Cum vero do-
minus deus noſter dederit hanc libertatem ſer-
uis ſuis ſit ⁊ tecum deus in medio noſtri: vt ſi-
cut placuerit tibi ita cum tuis omnibus conuer-
ſeris nobiſcum. Tunc Ozias finito conſilio: ſu-
ſcepit eum in domum ſuaꝫ: et fecit cenaꝫ magnã.
Et vocatis omnibus preſbyteris: ſimul expleto
ieiunio refecerunt. Poſtea vero conuocatus eſt
omnis populus ⁊ per totam noctem intra eccle
ſiam orauerunt petẽtes auxilium a deo Jſrl'.

¶ Capitulũ Summarium. ¶ Holofernes ob
ſidet Bethuliam: ciues Syti coartantur: ⁊ vo-
lunt vrbem tradere: Ozias adhuc quinqꝫ dies
poſtulat et expectare perſuadet.

Capitulum. vij.

HOlofernes autem al A
tera die precepit exercitibus
ſuis vt aſcenderent contra be-
thuliam. Erant autem pedi-
tes bellatorum centum viginti
milia: et equites vigintiduo
milia: preter preparationes vi
rorum illorum quos occupauerat captiuitas et
adducti fuerant de prouincijs et vrbibus vniuer
ſe iuuentutis. Omnes parauerunt ſe pariter ad
pugnam contra filios Jſrael: ⁊ venerunt per cre
pidinem montis vſqꝫ ad apicem qui reſpicit ſu-
per Dothaim a loco qui dicitur Belma vſqꝫ
ad Chelmon qui eſt contra Eſdrelon. Filij autẽ
Jſrael vt viderunt multitudinẽ illorum: proſtra
uerunt ſe ſuper terram mittentes cinerem ſuper
capita ſua: vnanimes orantes vt deus Jſrael mi
ſericordiam ſuam oſtender et ſuper populum ſu-
um. Et aſſumẽtes arma ſua bellica: ſederũt per
loca que anguſti itineris tramitem dirigunt in-
ter montoſa ⁊ erant cuſtodientes ea tota die et
nocte. Porro Holofernes dum circuit per gy- B
ruꝫ repperit ꝙ fons qui influebat in aqueductũ
illorum a parte auſtrali extra ciuitatem dirige-
ret et incidi precepit aqueductum illorum. Erãt
tamen non longe a muris fontes ex quibus fur-
tim videbantur haurire aquam ad refocillanduꝫ

otandum. Sed filij Ammon et
Moab ... erunt ad Holofernem dicentes.
Filij Iſrael non in lancea: nec in ſagitta confi-
dunt: ſed montes defendunt illos et muniũt il-
los colles in precipitio conſtituti. Ut ergo ſine
congreſſione pugne poſſis ſuperare eos: pone
cuſtodes fontium vt non hauriant ex eis: et ſine
gladio interficies eos: vel certe fatigati tradent
ciuitatem ſuam quam putant in montibus poſi-
tam ſuperari non poſſe. Et placuerũt verba hec
coram Holoferne et coraꝫ omnibus ſatellitibus
C eius: et conſtituit per Syrum centenarios per
ſingulos fontes. Cumq; iſta cuſtodia per dies
viginti fuiſſet expleta: defecerunt ciſterne ⁊ col-
lectiones aquarum omnibus inhabitantibus
Bethuliam: ita vt non eſſet intra ciuitatẽ vnde
ſatiarentur vel vna die: quoniam ad menſuram
dabatur populis aqua quotidie. Tũc ad Oziaꝫ
Exod. v. b. congregati omnes viri femineq;: iuuenes ⁊ par
uuli omnes ſimul vna voce dixerunt. Iudicet de
us inter nos ⁊ te: quoniam feciſti in nos mala:
nolens loqui pacifice cum Aſſyrijs: et propter
hoc vendidit nos deus in manibus eorum. Et
ideo non eſt qui adiuuet: cum proſternamur an
te oculos eorum in ſiti et perditione magna. Et
nunc congregate vniuerſos qui in ciuitate ſunt:
Iere. iiij. d. vt ſponte tradamus nos omnes populo Holo-
fernis. Melius eſt eniꝫ vt captiui benedicamus
Dominum viuentes ꝙ moriamur ⁊ ſimus op-
probrium omni carni: cum videamus vxores no-
D ſtras ⁊ infantes noſtros mori ante oculos noſtros.
Conteſtamur hodie celum ⁊ terram et deum pa-
trum noſtrorũ: qui vlciſcitur nos ſm peccata no
ſtra: vt iam tradatis ciuitatem in manu militie
Holofernis vt ſit finis noſter breuis in ore gla-
dij: qui longior efficitur in ariditate ſitis. Et
cum hec dixiſſent: factus eſt fletus et vlulatus
magnus in eccleſia ab omnibus: per multas ho-
ras vna voce clamauerũt ad deũ dicentes. Pec
Pſ. cv. cauimus cum patribus noſtris iniuſte egimus:
iniquitatem fecimus. Tu qui pius es miſerere
noſtri: et in tuo flagello vindica iniquitates no
ſtras: et noli tradere confitentes te populo qui
ignorat te vt non dicant inter gentes vbi eſt de-
us eorum. Et cum fatigati his clamoribus: et
his fletibus laſſati ſiluiſſent exurgens Ozias in-
fuſus lachrymis dixit: Equo animo eſtote fra-
tres et hos quinq; dies expectemus a domino
miſericordiam. Forſitan enim indignationem
ſuam abſcidet: et dabit gloriam nomini ſuo. Si
autem tranſactis quinq; diebus non venerit ad
iutorium faciemus hec verba que locuti eſtis.

Capituli Summariuꝫ. Judith arguit ſa
cerdotes ꝙ conſenſerint tradere ciuitatem:
quos monet orare: etiam ipſam vt pro ſe oret:
rogant ſacerdotes: dixit ſe exituram de ciuitate
cum abra ſua: ſed quid factura ſit inquiri ꝓhibet.

Capitulum. viij.

ET factum eſt cum au-
diſſet hec verba Judith vidua q̃ A
erat filia Merari: filij Idox: filij
Ioſeph: filij Ozie: filij Elai: filij
Iannor: filij Iedeon: filij Rapho
im: filij Achitob: filij Melchie: filij Enam: filij
Nathanie: filij Salatiel: filij Symeon: filij Ru-
ben: ⁊ vir eius fuit Manaſſes: qui mortuus eſt
in diebus meſſis hordeacee: inſtabat enĩ ſuꝑ alli
gantes manipulos in cãpo: ⁊ venit eſtus ſuꝑ ca-
put eius: ⁊ mortuꝰ eſt in Bethulia ciuitate ſua:
⁊ ſepultus eſt illic cũ prĩbus ſuis. Erat aũt Ju-
dith relicta eius vidua iam annis tribꝰ: ⁊ menſi
bus ſex. Et in ſuperioribus domꝰ ſue fecit ſibi ſe
cretũ cubiculũ in quo cũ puellis ſuis clauſa mo-
rabatur: ⁊ habẽs ſuꝑ lũbos ſuos ciliciũ: ieiuna
bat oĩbus diebus vite ſue: ꝑter ſabbata ⁊ neome
nias ⁊ feſta domꝰ Iſrl'. Erat aũt elegãti aſpectu
nimis: cui vir ſuus reliquerat diuitias multas ⁊
familiã copioſam: ac poſſeſſiones armentis boũ B
⁊ gregibus ouiũ plenas. Et erat hec in oĩbus fa
moſiſſima: qm̃ timebat dñꝫ valde: nec erat qui lo
queretur de illa verbũ malũ: hec itaq; cũ audiſ-
ſet qm̃ Ozias ꝓmiſiſſet ꝙ trãſacto q̃nto die tra-
deret ciuitatẽ aſſyrijs: miſit ad p̃ſbyteros cham-
bri ⁊ charmin. Et venerunt ad illam ⁊ dixit illis.
Quod hoc eſt verbũ in quo cõſenſit Ozias vt tra-
dat ciuitatem Aſſyrijs: ſi intra q̃nq; dies nõ ve-
nerit vobis adiutoriũ. Et qui eſtis vos qui tem-
ptatis dñm. Nõ eſt iſte ſermo qui miaꝫ ꝓuocet:
ſed potius qui irã excitet: ⁊ furorẽ accẽdat. Po
ſuiſtis vos tp̃s miſeratiõis dñi: ⁊ in arbitriũ ve-
ſtrum diem cõſtituiſtis ei. Sed q: patiẽs dñs eſt
in hoc ipſo peniteamꝰ ⁊ indulgentiã eius fuſis la
chrymis poſtulemus. Non enĩ quaſi homo, ſic
deus cõminabit: neq; ſicut filius hoĩs ad iracun
diam inflãmabit. Et ideo hũiliemus illi aĩas no
ſtras: ⁊ in ſpiritu cõſtituti humiliatos: ſeruiẽtes
illi dicamus flentes dño: vt ſm voluntatẽ ſuã ſic
faciat nobiſcum miam ſuã: vt ſicut cõturbatum
eſt cor noſtrũ in ſuperbia eorũ: ita etiã de noſtra
humilitate gloriemur: qm̃ nõ ſumus ſecuti pec-
cata prm̃ nr̃oruꝫ: qui dereliquerũt deũ ſuũ: ⁊ ado
rauerunt deos alienos: pro quo ſcelere dati ſunt
in gladiũ ⁊ in rapinã ⁊ in ꝯfuſionẽ inimicis ſuis.
Nos aũt alterũ deũ neſcimus preter ipſum. Ex- C
pectemus humiles cõſolationem eius: ⁊ exqui-
rent ſanguinem noſtrũ de afflictiõibus inimicoꝝ
noſtrorum: ⁊ humiliabit omnes gentes: quecũq;
inſurgunt cõtra nos: ⁊ faciet illas ſine honore do
minus deus noſter. Et nũc fratres qm̃ vos qui
eſtis p̃ſbyteri in populo dei: ⁊ ex vobis pẽdet ani
ma illoꝝ: ad eloquiũ veſtrũ corda coꝝ erigite: vt
memores ſint q: temptati ſunt patres noſtri: vt
probarentur ſi vere colerent deum ſuum. Memo Gen. xxij. a.
res eſſe debent: q̃uo pater noſter Abraã tempta
tus eſt: ⁊ per multas tribulationes ꝓbatus: dei
amicꝰ effectus eſt. Sic Iſrael: ſic Jacob: ſic moy-
ſes: ⁊ oẽs qui placuerunt deo: per multas tribu-
lationes tranſierunt fideles. Illi autem qui tem-

ptationes ſuas non ſuſceperunt: cum timore do
mini ⁊ impatientiam ſuam ⁊ improperium mur
Nūe.xxj.b muratiõis ſue contra dominum ꝓtulerūt: ex
j.Cor.x.b. terminati ſunt ab exterminatore: ⁊ a ſerpētibus
D perierunt. Et nos ergo non vlciſcamur nos pro
his que patimur: ſed reputantes peccatis no
ſtris hec ipſa ſupplicia minora eſſe flagella domi
ni: quaſi ſerui qui corripimur ad emendationem
⁊ non ad perditionem noſtram eueniſſe creda
mus. Et dixerunt illi Ozias ⁊ preſbyteri. Oĩa
que locuta es: vera ſunt: ⁊ non eſt in ſermonibꝰ
tuis vlla reprehenſio. Nūc ergo ora pro nobis
dominum: quoniam mulier ſancta es: ⁊ timens
deum. Et dixit illis Judith. Sicut quod potui
loqui dei eſſe cognoſcitis: ita quod facere diſpo
ſui: probate ſi ex deo eſt: ⁊ orate vt firmum faci
at deus conſilium meum. Stabitis vos ad por
tam nocte iſta: ⁊ ego exeam cum abra mea: ⁊ ora
te vt ſicut dixiſtis in diebus quinqꝫ reſpiciat do
minus populum ſuum Iſrael. Vos autem nolo
vt ſcrutemini actum meum: ⁊ vſqꝫ dum renunciē
vobis: nihil aliud fiat niſi oratio pro me ad do
minum deum noſtrum. Et dixit ad eam. Ozias
princeps Jude: Vade in pace: et dominus ſit
tecum in vltionem inimicorum noſtrorum. Et
reuertentes abierunt.

Capi. Summa. Judith ingreſſa orato
rium ſuum cilicio veſtitur: cinerem ſuper caput
ponens: orat ad dominum. Capitulum .ix.

A Quibus aſcendentibus
Judith ingreſſa eſt oratoriū ſuū
⁊ induens ſe cilitio poſuit cinerē
ſuper caput ſuum: ⁊ proſternens
ſe domino: clamabat ad dominū
Gen.xxx dicens: Domine deus patris mei Symeon: qui
iiij.d. dediſti illi gladium in defenſionem alienigenarū
qui violatores extiterunt in coinquinatione ſua
⁊ denudauerunt femur virginis in confuſioneꝫ:
⁊ dediſti mulieres illorum in predam: ⁊ filias illo
rum in captiuitatem: ⁊ omnem predam in diui
ſionem ſeruis tuis: qui zelauerunt zelum tuum:
ſubueni queſo te domine deus meꝰ mihi vidue.
B Tu enim feciſti priora: ⁊ illa poſt illa cogitaſti: et
hoc factum eſt quod ipſe voluiſti. Omnes eīm vie
tue parate ſunt: ⁊ tua iudicia in tua prouidentia
poſuiſti. Reſpice caſtra contra aſſyriorum nunc
ſicut tunc caſtra egyptiorūz videre dignatus es:
quando poſt ſeruos tuos armati currebant con
fidentes in quadrigis ⁊ in equitatu ſuo ⁊ in mul
titudine bellatorum. Sed aſpexiſti ſuper caſtra
eorum ⁊ tenebre fatigauerunt eos. Tenuit pedes
C eorum abyſſus: ⁊ aque operuerūt eos. Sic fiant
⁊ iſti domine: qui confidunt in multitudine ſua ⁊
in curribus ſuis ⁊ in contis ⁊ in ſagittis ſuis: ⁊ in
lanceis gloriant̄: ⁊ neſciūt: q: tu ipſe es deus no
ſter: q̄ cõteris bella ab initio: ⁊ dñs nomē eſt tibi.
Erige brachiū tuū ſicut ab initio: ⁊ allide virtutē
illoꝝ in v̄tute tua: cadat virtꝰ eoꝝ in iracūdia tua
qui ꝓmittūt ſe violare ſancta tua: ⁊ polluere ta
bernaculū nominis tui: ⁊ deijcere gladio ſuo cor
nu altaris tui. Fac dñe vt gladio proprio eius ſu
perbia amputetur: capiatur laqueo oculoꝝ ſuoꝝ
in me: ⁊ ꝑcuties eū ex labijs charitatis mee. Da j.x.b.
mihi in aĩo conſtantiā: vt contēnam illū ⁊ virtu xD
tem eius vt euertā illū. Erit eīm hoc memoriale
nõis tui cū manus femine deiecerit eū. Nõ eniꝫ
in multitudine eſt virtus tua dñe: neqꝫ in equoꝝ
viribus voluntas tua eſt. Nec ſuperbi ab initio
placuerunt tibi: ſed humiliū ⁊ māſuetoꝝ ſemper
tibi placuit deprecatio. Deꝰ celoꝝ creator aqua
rum: ⁊ dñs totiꝰ creature exaudi me miſerā deꝑ
cantē: ⁊ de tua mĩa preſumentē. Memēto dñe te Eccleſiaſti
ſtamenti tui: ⁊ da verbum in ore meo: ⁊ in corde xxxvj.a.
meo conſiliuꝫ corrobora: vt domus tua in ſanctifi
catione permaneat: ⁊ omnes gentes agnoſcant
quia tu es deus ⁊ non alius preter te.

Capi. Summa. Poſt orationeꝫ Judith
ſe lauit ⁊ vnxit ⁊ omnibus ornamentis ſuis ſe or
nans cum abra ſua exit ſacerdotibus benedicēs:
inuenta v̄o ab exploratoribus ducitur ad Ho
lofernem: qui in eius pulchritudine capitur ⁊ pñ
cipes ſeſe pugnare pro tam pulchris mulieribꝰ
hortantur. Capitulum .x.

Factum eſt autem cū A
ceſſaſſet clamauerunt ad dñꝫ:
ſurrexit de loco in quo iacue
rat proſtrata ad dñm. Voca
uitqꝫ abram ſuam: ⁊ deſcēdēs
in domum ſuam abſtulit a ſe ci
litiū: ⁊ exuit ſe veſtimētis vidui
tatis ſue: ⁊ lauit corpus ſuum: ⁊ vnxit ſe myrto
optimo: ⁊ diſcriminauit crinem capitis ſui: ⁊ im
poſuit mitram ſuper caput ſuū ⁊ induit ſe veſti
mentis iocunditatis ſue: induitqꝫ ſandalia pedi
bus ſuis: aſſumpſitqꝫ dextrariola ⁊ lilia ⁊ inau
res ⁊ anulos ⁊ omnibus ornamētis ſuis ornauit
ſe. Cui etiam dñs cõtulit ſplendorē. Qm̄ omnis
iſta compoſitio non ex libidine: ſed ex virtute pē
debat: ⁊ ideo dominus hanc in illam pulchritu
dinem ampliauit: vt in cõparabili decore omniū
oculis appareret. Impoſuit itaqꝫ abre ſue aſco B
pam vini ⁊ vas olei: ⁊ polentam ⁊ lapates ⁊ pa
nes ⁊ caſeum ⁊ profecta eſt. Cumqꝫ veniſſent ad
portam ciuitatis inuenerunt expectantē Oziaꝫ
⁊ preſbyteros ciuitatis. Qui cum vidiſſent eam
ſtupentes mirati ſunt nimis pulchritudinē eius.
Nihil tamen interrogantes eam dimiſerunt trā
ſire dicentes. Deus patrum noſtrorum det tibi
gratiam ⁊ omne conſilium tui cordis ſua virtute
corroboret: ⁊ glorietur ſuper te Hieruſaleꝫ: ⁊ ſit
nomen tuum in numero ſanctorum ⁊ iuſtoꝝ. Et
dixerunt hi qui illic erant omnes vna voce. Fiat:
fiat. Judith v̄o orans dñm tranſiuit per portas
ipſa ⁊ abra eius. Factum eſt autem cū deſcende
ret monteꝫ circa ortum diei: occurrerūt ei explo
ratores aſſyrioꝝ ⁊ tenuerunt eam dicentes. Vn

de venis: aut quo vadis. Que reſpondit. Filia
ſum hebreorum. Ideo ego fugi a facie eorū qm̄
futurum agnoui ꝙ dentur vobis in depredatio-
nem pro eo ꝙ contemnentes vos: noluerunt tra
dere ſeipſos vt inuenirent miſericordiam in con-
ſpectu veſtro. Hac de cauſa cogitaui mecum di-
cens. Uadam ad faciem principis Holofernis:
vt indicem illi ſecreta illorum: ⁊ oſtēdam illi quo
aditu poſſit obtinere eos: ita vt nō cadat vir vnꝰ
de exercitu eius. Et cum audiſſent viri illi verba
eius conſiderabant faciem eius: ⁊ erat in oculis
eorum ſtupor: quoniam pulchritudinem eius mi
C rabantur nimis. Et dixerunt ad eam. Conſerua
ſti animam tuam eo ꝙ tale reperiſti conſilium:
vt deſcenderes ad dominum noſtrum. Hoc au-
tem ſcias: quoniam cum ſteteris in conſpectu eiꝰ
bene tibi faciet: ⁊ eris gratiſſima in corde eius.
Duxeruntqꝫ illam ad tabernaculum holofernis
annunciantes eam. Cumqꝫ intraſſet ante faciē
eius: ſtatim captus eſt in ſuis oculis Holofer-
nes. Dixerūtqꝫ ad eum ſatellites eius. Quis cō-
temnat populum Hebreorum qui tam decoras
mulieres habent: vt non pro his merito pugna-
re contra eos debeamus. Uidens itaqꝫ Judith
Holofernem ſedentem in conopeo: quod erat ex
purpura ⁊ byſſo et auro ⁊ ſmaragdo ⁊ lapidibus
precioſis intextum: ⁊ cum in faciem eius inten-
diſſet adorauit eum proſternens ſe ſuper terrā.
Et eleuauerunt eam ſerui Holofernis iubente
domino ſuo.

C C.S C Holofernes cōfortat Judith: cau-
ſam quare venerit querit: que reſpondit verba
adulatoria placentia Holoferni. Caplm̄.xj.

A Tunc holofernes dixit
ei. Equo animo eſto: ⁊ noli paue-
re in corde tuo: quoniā ego nunꝙ̄
nocui virum qui voluit ſeruire na
buchodonoſor regi. Populꝰ au-
tem tuus ſi non contempſiſſet me: non alleuaſſē
lanceam meam ſuper eum. Nunc autem dic mihi
qua ex cauſa receſſiſti ab illis. Et placuit tibi vt
venires ad nos. Et dixit illi Judith: ſume ver-
ba ancille tue: quoniā ſi ſecutus fueris verba an-
cille tue: perfectam rem faciet dominus tecum.
Uiuit enim nabuchodonoſor rex terre: ⁊ viuit vir
tus eius que eſt in te ad correptionem omnium
animarum errantium: qm̄ non ſolum hoies ſer-
B uient illi pro te: ſed ⁊ beſtie agri obtēperant illi.
Nunciatur enim animi tui induſtria vniuerſis gen
tibus: ⁊ indicatū eſt omni ſeculo: qm̄ tu ſolus bo
nus ⁊ potēs es in omni regno eius: ⁊ diſciplina
tua oibus prouincijs p̄dicatur. Nec hoc latet qđ
locutus eſt achior: nec illud ignoratur quod ei iuſ-
ſeris euenire. Cōſtat eīm deum nr̄m ſic peccatis
offenſum: vt mandauerit per ꝓphetas ſuos ad
populum ꝙ tradat eū pro peccatis ſuis. Et quo
niam ſciunt ſe offendiſſe deum ſuum filij Iſrael
tremor tuus ſuper ipſos eſt. Inſuper etiā fames
inuaſit eos: ⁊ ab ariditate aque iam inter mortu
os computantur. Deniqꝫ hoc ordinant: vt inter D
ficiant pecora ſua: ⁊ bibant ſanguinē eorū: ⁊ ſan-
cta domini dei ſui: que precepit deus non contin
gi in frumento: vino ⁊ oleo hec cogitauerunt im
pendere: ⁊ volunt cōſumere: que nec manibus de
berent contingere. Ergo qm̄ hec faciūt: certū eſt
ꝙ in perditionem dabuntur. Quod ego ancilla
tua cognoſcēs fugi ab illis: ⁊ miſit me dominus
hec ipſa nunciare tibi. Ego enim ancilla tua deū
colo etiam: nunc apud te: ⁊ exiet ancilla tua ⁊ ora
bo deum: ⁊ dicet mihi quando eis reddat pecca-
tum ſuum: ⁊ veniens nunciabo tibi: ita vt ego ad
ducam te per mediū Hieruſalem: ⁊ habebis om
nem populum Iſrael: ſicut oues quibus non eſt
paſtor: et non latrabit vel vnus canis contra te:
quoniam hec mihi dicta ſunt per prouidentiam
dei. Et quoniam iratus eſt illis deus hec ipſa miſ
ſa ſunt renunciare tibi. Placuerunt autē omnia
verba hec corā Holoferne ⁊ coram pueris eius: ⁊
mirabantur ad ſapientiam eius: ⁊ dicebant alter
ad alterum. Nō eſt talis mulier ſuper terram in
aſpectu: in pulchritudine ⁊ in ſenſu verborū. Et
dixit ad illā holofernes. Bene fecit deus qui mi-
ſit te ante populum: vt des illum tu in manibus
noſtris. Et quoniam bona eſt promiſſio tua ſi fe
cerit mihi hoc deus tuus: erit ⁊ deus meus: ⁊ tu
in domo Nabuchodonoſor magna eris: et no-
men tuum nominabitur in vniuerſa terra.

C Cap. Sūma. C Judith in domo theſauro-
rum manere precipitur: de cibis proprijs ſe man
ducaturam dicit: libertas exeundi ad orationem
largitur mittitur Uagao vt Judith conſentiat
Holoferni: illa intrat comedes et bibens coram
eo: Holofernes inebriatur. Capſum.xij.

Tunc iuſſit eā introi A
re vbi repoſiti erant theſauri
eiꝰ: ⁊ iuſſit illic manere eā: ⁊
cōſtituit qđ daretur illic de cō-
uiuio ſuo. Cui rn̄dit iudith ⁊
dixit. Nūc nō potero mādu-
care ex his q̄ mihi p̄cipis tri-
buí: ne veniat ſup me offenſio. Ex his aūt que mi
hi detuli: māducabo. Cui holofernes ait. Si de-
fecerint tibi iſta que tecū detuliſti: qđ faciemꝰ ti-
bi. Et dixit Judith. Uiuit aīa tua dn̄e meꝰ: qm̄
nō expēdet oīa hec ancilla tua: donec faciat deus
in manu mea hec que cogitaui. Et introduxerūt
illa ſerui eius in tabernaculum quo p̄ceperat. Et
petijt dum introiret vt daretur ei copia nocte et B
ante lucem egrediendi foras ad orationem ⁊ de-
precandi dominum: ⁊ p̄cepit cubicularijs ſuis vt
ſicut placeret illi: exiret ⁊ introiret ad adorandū
deum ſuum per triduum. Et exibat noctibus in
vallem Bethulie: ⁊ baptizabat ſe in fonte aque.
Et vt aſcendebat: orabat ad dominum deum Iſ
rael: vt dirigeret viam eius ad liberationem po-
puli ſui. Et introiens munda manebat in taber-

naculo vſq; dum acciperet eſcam ſuam in veſpe-
re. Et factum eſt in quarto die Holofernes fecit
cenaʒ ſeruis ſuis: ⁊ dixit ad vagao eunuchũ ſuũ.
C Vade ⁊ ſuade hebream illam vt ſponte conſen-
tiat habitare mecum. Fedum eſt enim apud Aſ-
ſyrios: ſi femina irrideat virum agẽdo: vt immu
nis ab eo tranſeat. Tunc introiuit vagao ad Ju
dith: ⁊ dixit. Non vereatur bona puella introire
ad dominum meum: vt honorificetur ante facieʒ
eius: ⁊ manducet cum eo: ⁊ bibat vinum in iocun
ditate. Cui Judith reſpondit. Que ego ſum vt
contradicam domino meo. Omne quod erit an-
te oculos eius bonum ⁊ optimum: faciam. Quic
quid autem illi placuerit: hoc mihi erit optimuʒ
omnibus diebus vite mee. Et ſurrexit ⁊ ornauit
D ſe veſtimento ſuo: ⁊ ingreſſa: ſtetit ante faciem
eius. Cor autem Holofernis concuſſuʒ eſt: erat
enim ardens in concupiſcentia eius. Et dixit ad
eam Holofernes. Bibe nunc ⁊ accumbe in iocũ-
ditate: quoniam inueniſti grãʒ coram me. Et di-
xit Judith. Bibam domine: quoniam magnifica
ta eſt anima mea hodie pre oĩbus diebus meis.
Et accepit ⁊ manducauit ⁊ bibit coram ipſo: ea
que parauerat illi ãcilla eius. Et iocũdus factus
eſt Holofernes ad eam: bibitq; vinum multum
nimis: quantum nunq̃ biberat in vita ſua.

C Capituli Summarium. C Holofernes ni-
mia ebrietate ſopitus: puella ad oſtiuʒ obſeruat
Judith caput eius precidit: ciuibus ſuis caput
Holofernis defert et oſtendit: Judith benedici-
tur: Achior obſtupeſcit.

Capitulum. xiij.

A V T aũt ſero factũ eſt
feſtinauerũt ſerui illius ad ho
ſpitia ſua: ⁊ concluſit Vagao
oſtia cubiculi: ⁊ abijt: erant ſau
tem omnes fatigati a vino.
Eratq; Judith ſola in cubicu
lo. Porro Holofernes iace-
bat in lecto: nimia ebrietate ſopit⁹. Dixitq; Ju-
dith puelle ſue vt ſtaret foras ante cubiculũ ⁊ ob-
ſeruaret. Stetitq; Judith ante lectũ: orans cum
lachrymis: ⁊ labiorum motu in ſilentio dicens.

Confirma me dñe deus Iſrael: ⁊ reſpice in hac
hora ad opera manuum mearum: vt ſicut promi-
ſiſti Hieruſalem ciuitateʒ tuam erigas: ⁊ hoc qđ
credens per te poſſe fieri cogitaui perficiam. Et
cum hec dixiſſet acceſſit ad colũnaʒ que erat ad
caput lectuli eius ⁊ pugioneʒ eius qui in eo liga
tus pẽdebat exoluit. Cumq; euaginaſſet illũ ap- B
prehendit comam capitis eius: ⁊ ait. Confirma
me dñe deus in hac hora: ⁊ percuſſit bis in ceruı
cem eius: ⁊ abſcidit caput eius: ⁊ abſtulit cono-
peum eius a colũnis: ⁊ euoluit corpus eius trun
cum. Et poſt puſillum exiuit et tradidit caput
Holofernis ancille ſue: ⁊ iuſſit vt mitteret illud
in peram ſuã. Et exierunt due ſcđm conſuetudinẽ
ſuam quaſi ad orationem: ⁊ tranſierunt caſtra ⁊
gygantes vallem venerunt ad portam ciuitatis:
⁊ dixit Judith a longe cuſtodibus murorũ. Ape
rite portas: quoniam nobiſcum eſt deus qui fecit
virtutem in Iſrael. Et factum eſt cuʒ audiſſent
viri vocẽ eius: vocauerunt p̄ſbyteros ciuitatis: ⁊
occurrerunt ad eam oẽs a minimo vſq; ad maxi
mum quoniam ſperauerunt eam iam non eſſe vẽ
turam. Et accẽdẽtes luminaria congyrauerunt
circa eam vniuerſi: illa autẽ aſcẽdens in eminen-
tiorem locum iuſſit fieri ſilẽtium. Cumq; omnes
tacuiſſent dixit Judith. Laudate dominum deũ C
noſtrum: qui nõ deſeruit ſperantes in ſe: ⁊ in me
ancilla ſua adimpleuit miſericordiam ſuam: quã
promiſit domui Iſrael: ⁊ interfecit in manu mea
hoſtem populi ſui in hac nocte: ⁊ proferẽs de pe
ra caput Holofernis oſtẽdit illi dicens. Ecce ca-
put Holofernis p̄ncipis militie Aſſyriorum. Et
ecce conopeuʒ illius in quo recumbebat in ebrie
tate ſua: vbi ⁊ per manum femine percuſſit illuʒ
dominus deus noſter. Viuit aũt ipſe dñs qm̃ cu
ſtodiuit me angelus eius: ⁊ hinc euntem: ⁊ ibi cõ
morantem: ⁊ inde huc reuertentem ⁊ non permi
ſit me dñs ancillã ſuam coinquinari: ſed ſine pol
lutione peccati reuocauit me vobis gaudentem
in victoria ſua: in euaſione mea: in liberatione ve
ſtra. Confitemini illi omnes quoniã bonus quo- Pſ.cv.&
niam in ſeculum miſericordia eius. Vniuerſi au- cxvij.
tem adorantes dominum dixerunt ad eam. Be-
nedixit te dominus in virtute ſua: quia per te ad
nihiluʒ redegit inimicos noſtros. Porro Ozias
princeps populi Iſrael dixit ad eaʒ: Benedicta
es tu filia a domino deo excelſo pre omnib⁹ mu- Luce.j.c.
lieribus ſuper terram. Benedictus dñs qui crea D
uit celum ⁊ terram: qui te direxit in vulnera capi
tis principis inimicorum noſtrorum: quia hodie
nomen tuũ ita magnificauit vt non recedat laus
tua de ore hominum qui memores fuerint vir-
tutis domini: in eternum: pro quibus non peper
ciſti anime tue propter anguſtias ⁊ tribulationẽ
generis tui: ſed ſubueniſti ruine ante conſpectuʒ
dei noſtri. Et dixit omnis populus. Fiat fiat.
Porro Achior vocatus venit ⁊ dixit ei Judith. ſ.x.b.
Deus Iſrael cui tu teſtimonium dediſti ꝙ vlci- j.xv.d.
ſcatur ſe de inimicis ſuis: ipſe caput omnium in-
credulorum incidit in hac nocte in manu mea.
Et vt ꝓbes quia ita eſt: ecce caput Holofernis

s.v.b. qui in contemptu ſuperbie ſue deuꝫ Iſrael con-
s.vj.a. tempſit: ⁊ tibi interitum minabatur dicēs. Cuꝫ
captus fuerit populus Iſrael gladio perforari
precipiam in latera tua. Uidens autem Achior
caput Holofernis anguſtatus pre pauore cecidit
in faciem ſuam ſuper terram: ⁊ eſtuauit anima
eius. Poſtea vero ꝙ reſumpto ſpiritu recreatus
eſt procidit ad pedes eius ⁊ adorauit eam ⁊ di-
xit. Benedicta tu a deo tuo in omni tabernacu-
lo Jacob: quoniam in omni gente que audierit
nomē tuum magnificabitur ſuper te deus Iſrl'.

¶ Capituli Summarium. ¶ Caput Holofer-
nis in muro ſuſpenditur: Achior circunciditur:
facto armorum ſtrepitu Aſſyrij volentes Holo-
fernem excitare inuenerunt mortuum.

Capitulum.xiiij.

A Dixit aūt Judith ad
omnem populum. Audite me
fratres. Suſpēdite caput hoc
ſuper muros noſtros: ⁊ erit cū
exierit ſol accipiat vnuſquiſqꝫ
arma ſua: ⁊ exite cum impetu:
non vt deſcendatis ſeorſuꝫ: ſed
quaſi impetum facientes. Tunc exploratores ne-
ceſſe erit vt fugiant ad principem ſuum excitan-
dum ad pugnā. Cumqꝫ duces eorum concurre-
rint ad tabernaculum Holofernis: ⁊ inuenerint
eum truncum in ſuo ſanguine volutatum: deci-
det ſuper eos timor. Cumqꝫ cognoueritis fuge-
re eos: ite poſt illos ſecuri: quoniam dominus cō-
B teret eos ſub pedibus veſtris. Tunc Achior vi-
dens virtutem quā fecit deus Iſrael relicto gē-
tilitatis ritu credidit deo: ⁊ circūcidit carnē ꝑpu-
tij ſui: ⁊ appoſitus eſt ad populū Iſrl': ⁊ omnis
ſucceſſio generis eius vſqꝫ in hodiernum diem.
Mox autem vt ortus eſt dies ſuſpēderunt ſuper
muros caput Holofernis: accepitqꝫ vnuſquiſqꝫ
vir arma ſua ⁊ egreſſi ſunt cum grandi ſtrepitu ⁊
vlulatu. Quod vidētes exploratores ad taberna-
culum Holofernis currerunt. Porro hi qui in
tabernaculo erant veniētes: ⁊ ante ingreſſuꝫ cu-
biculi perſtrepentes excitandi gratia inquietudi-
nem arte moliebanẜ: vt nō ab excitātibus ſed a
C ſonantibus Holofernes euigilaret. Nullus eīn
audebat cubiculum virtutis aſſyriorum pulſan-
do aut intrādo aperire. Sed cum veniſſent eius
j.re.xiiij.d. duces ac tribuni ⁊ vniuerſi maiores exercitus re-
gis Aſſyriorum dixerūt cubicularijs. Intrate ⁊
excitate illuꝫ: qm̄ egreſſi mures de cauernis ſuis
auſi ſunt ꝓuocare nos ad ꝓliuꝫ. Tunc ingreſſus
Uagao cubiculuꝫ eius ſtetit ante cortinā: ⁊ plau-
ſum fecit manibus ſuis: ſuſpicabatur enim illum
cum Judith dormire: ſed cum nullū motū iacē-
tis ſenſu aurium caperet: acceſſit ꝓximās ad cor-
tinam: ⁊ eleuans eam: videnſqꝫ cadauer abſqꝫ ca-
pite Holofernis in ſuo ſanguine tabefactum ia-
cere ſuꝑ terram: exclamauit voce magna cum fle-
D tu: ⁊ ſcidit veſtimenta ſua. Et ingreſſus taberna-
culum Judith: non inuenit eam: ⁊ exiliuit foras
ad populum ⁊ dixit. Una mulier hebrea fecit cō-
fuſionem in domo regis Nabuchodonoſor: ecce
eīn Holofernes iacet in terra: ⁊ caput eius non
eſt in illo. Qḋ cū audiſſent ꝓncipes ṽtutis Aſſy-
riorum ſciderūt oēs veſtimenta ſua: ⁊ intollera-
bilis timor ⁊ tremor cecidit ſuper eos: ⁊ turbati
ſunt animi eorum valde. Et factus eſt clamor in-
comparabilis in medio caſtrorum eorum.

¶ Capituli Summarium. ¶ Fugerunt Aſſy-
rij: ⁊ filij Iſrael perſequentes in ore gladij: dita-
ti ſunt ſpolijs eorum: per triginta dies vix ſpolia
colligentes: venit pontifex cum clero: ⁊ benedi-
xit Judith.

Capitulum.xv.

Cumqꝫ omnis exerci- A
tus decollatum Holofernēꝫ au-
diſſet: fugit mens ⁊ conſiliū ab
eis ⁊ ſolo tremore ⁊ metu agita-
ti: fuge p̄ſidium ſumunt: ita vt
nullus loqueretur cum ꝓximo
ſuo: ſꝫ inclinato capite relictis
omnibus euadere feſtinabant hebreos: quos ar-
matos ſuꝑ ſe venire audierāt: fugiētes per vias
camporum ⁊ ſemitas colliū. Uidentes itaqꝫ filij B
Iſrael fugiētes: ſecuti ſunt illos. Deſcēderūtqꝫ
clāgentes tubis ⁊ vlulantes poſt ipſos. Et qm̄
Aſſyrij non adunati in fugā ibant p̄cipites: filij
autem Iſrl' vno agmine ꝑſequētes: debilitabāt
oīes quos inuenire potuiſſent. Miſitqꝫ Ozias
nuncios per omnes ciuitates ⁊ regiones Iſrael.
Omnis itaqꝫ regio oīſqꝫ vrbs electā iuuētutem
armatam miſit poſt eos: ⁊ perſecuti ſunt eos in
ore gladij: quouſqꝫ peruenirent ad extremitatē
finium ſuoꝝ. Reliqui autē qui erant in Betulia:
ingreſſi ſunt caſtra Aſſyriorum: ⁊ predam quā fu-
gientes aſſyrij reliquerant: abſtulerunt ⁊ onuſta-
ti ſunt valde. Hi ṽo qui victores reuerſi ſunt ad C
Bethuliaꝫ: oīa que erant illoꝝ abſtulerunt ſecū:
ita vt nō eſſet numerus in pecoribus: ⁊ in iumen-
tis ⁊ vniuerſis mobilibus eorū: vt a minimo vſqꝫ
ad magnū oēs diuites fierēt de p̄dationibus eo-
rum. Joachim autem ſummus pontifex de Hie-
ruſalem venit in Bethuliam cū vniuerſis preſby-
teris ſuis vt videret Judith. Que cum exiſſet ad
illum: benedixerunt eam omnes vna voce dicen-
tes: Tu gloria hierl'm: tu leticia iſrael: tu honori- D
ficentia populi noſtri: qui feciſti viriliter: ⁊ con- s.xiij.b.
fortatum eſt cor tuum: eo ꝙ caſtitatem amaue- ⁊.xiij.d.
ris ⁊ poſt virum tuum alterū neſcieris: ideo ⁊ ma-
nus dn̄i cōfortauit te: ⁊ ideo eris bn̄dicta in eter-
num. Et dixit oīs popul9: fiat: fiat. Per dies au-
tem triginta vix collecta ſunt ſpolia aſſyrioruꝫ a
ppl'o Iſrl'. Porro autem vniuerſa que Holofer-
nis peculiaria fuiſſe ꝓbata ſunt: dederūt Judith
in auro ⁊ argento ⁊ veſtibus ⁊ gēmis ⁊ omni ſu-
pellectili: ⁊ tradita ſunt oīa illi a populo. Et oēs
populi gaudebant cum mulieribus ⁊ virginibus
⁊ iuuenibus: in organis ⁊ citharis.

¶ Capituli Summarium. ¶ Canticum Iu-
dith: ⁊ quomodo omnis populus venit in Hie-
rusalem adorare: de morte Iudith.

Capitulum. xvj.

A Hunc cantauit canticū
hoc domino Iudith: dicens. In-
cipite domino in tympanis: can-
tate domino in cymbalis: modu-
lamini illi pſalmum nouum: exul-
tate ⁊ inuocate nomē eius. Dominus conterēs
bella: dominus nomen illi. Qui poſuit caſtra ſua
in medio ppl'i ſui: vt eriperet nos de manu om-
nium inimicorum noſtrorū. Uenit aſſur ī mon-
tibus ab aquilone in multitudine fortitudinis
ſue. Cuius multitudo obturauit torrentes: et
equi eorum cooperuerunt valles. Dixit ſe incen
ſurum fines meos: ⁊ iuuenes meos occiſurum
gladio: infantes meos dare in predam: ⁊ virgines
B in captiuitatem. Dominus autem omnipotēs
nocuit eum: ⁊ tradidit eum in manibus femine:
⁊ confudit eum. Non enim cecidit potens eorū
a iuuenibus: nec filij Titan percuſſerunt eū: nec
3.r.a. excelſi gigantes impoſuerūt ſe illi: ſed iudith fi-
lia Merari ī ſpecie faciei ſue diſſoluit eū. Exuit
enim ſe veſtimento viduitatis: ⁊ induit ſe veſti-
mento leticie in exultatione filiorum Iſrael. Un
xit faciem ſuam vnguento: colligauit cincinnos
ſuos mitra ad decipiendum illū. Sandalia eius
rapuerunt oculos eius: pulchritudo eius capti-
uam fecit animam eius: amputauit pugione cer-
uicem eius. Horruerunt per ſe conſtantiā eius:
⁊ medi audaciam eius. Tunc vlulauerunt caſtra
Aſſyriorum: quando apparuerunt humiles mei:
areſcentes in ſiti. Filij puellarum compunxerūt
eos: ⁊ ſicut pueros fugiētes occiderūt eos: perie
runt in prelio a facie dñi dei mei. Hymnū cante
C mus dño hymnum nouū cantemus deo noſtro.
ps. xxxij. et Adonai dñe deus magnus es tu ⁊ preclarus in
ps. cxlviij. virtute tua ⁊ quem ſuperare nemo poteſt. Tibi
ſeruiat omnis creatura tua: q2 dixiſti ⁊ facta ſunt
miſiſti ſpiritum tuum ⁊ creata ſunt: ⁊ non eſt qui
reſiſtat voci tue. Montes a fundamentis moue-
buntur cum aquis: petre ſicut cera liqueſcent an
te faciem tuam. Qui autem timēt te: magni erūt
apud te per omnia. Ue genti inſurgenti ſuper ge
nus meum. Dñs enim omnipotens vindicabit
in eis: in die iudicij viſitabit illos. Dabit enim
ignem ⁊ vermes in carnes eorum: vt v[...]ntur et
ſentiant vſq3 in ſempiternum. Et factu[m] eſt poſt
hec: omnis populus poſt victoriam venit in hie-
ruſalem adorare dñm: ⁊ mox ⁊ purificati ſunt: ob
tulerunt omnes holocauſta ⁊ vota ⁊ repromiſ-
ſiones ſuas. Porro iudith vniuerſa vaſa bellica
Holofernis que dedit illi populus: ⁊ conopeum
quod ipſa ſuſtulerat de cubili ipſius: obtulit in
D anathema obliuionis. Erat autem populus io-
cundus ſm faciem ſanctorum: ⁊ per tres menſes
gaudium huius victorie calebratum eſt cum Iu-
dith. Poſt dies autem illos vnuſquiſq3 rediit in
ſua: ⁊ Iudith magna facta eſt in Bethulia: et
preclarior erat vniuerſe terre Iſrael. Erat etiā
virtuti caſtitas adiuncta: ita vt non cognoſceret
virum omnibus diebus vite ſue: ex quo defun-
ctus eſt Manaſſes vir eius. Erat autē diebus
feſtis procedens cū magna gloria. Manſit au-
tem in domo viri ſui: annos centum quinq3: ⁊ di
miſit Abram ſuam liberam: ⁊ defuncta eſt ac ſe-
pulta cum viro ſuo in Bethulia. Luxitq3 illam
omnis populus diebus ſeptem. In omni autē
ſpacio vite eius nō fuit qui perturbaret Iſrael:
⁊ poſt mortem eius annis multis. Dies autem
victorie huius feſtiuitatis ab Hebreis in nume-
ro ſanctorum dierū accipitur ⁊ colitur a iudeis
ex illo tempore vſq3 in preſentem diem.

¶ Explicit liber Iudith.

¶ Incipit prologus ſancti
Hieronymi in librū Heſter.

Librum Heſter va-
rijs tranſlatoribus conſtat eſſe
vitiatum quem ego de Archi-
uis Hebreorum reuelans ver-
bum e verbo expreſſius tran-
ſtuli: quem librum editio vulga
ta laciniosis hincinde verbo-
rum finibus trahit: addens ea que ex tēpore di-
ci poterant et audiri: ſicut ſolitum eſt ſcholari-
bus diſciplinis ſumpto themate excogitare qui
bus verbis vti potuit qui iniuriam paſſus eſt:
vel ille qui iniuriam fecit. Uos autem o Pau-
la ⁊ Euſtochium quoniam et bibliothecas He-
breorum ſtuduiſtis intrare ⁊ interpretum certa-
mina comprobaſtis tenentes Heſter Hebrai-
cum librum per ſingula verba noſtram tranſla-
tionem aſpicite vt poſſitis agnoſcere me nihil
etiam augmentaſſe addendo ſed fideli teſtimo-
nio ſimpliciter ſicut in Hebreo hebetur hyſto-
riam Hebraicam Latine lingue tradidiſſe. Nec
affectamus laudes hominum nec vituperatio- Gala. j. b.
nes expaueſcimus. Deo enim placere curantes
minas hominum penitus non timemus: q2 deus
diſſipat oſſa eorum qui hominibus placere deſi-
derant: et ſm Apoſtolum: qui eiuſmodi ſunt: ſer-
ui Chriſti eſſe non poſſunt. Rurſum in libro He
ſter alphabetum ex minio vtiq3 ad theta litterā
fecimus diuerſis in locis: volentes ſcilicet ſeptua
ginta interpretum ordinem per hoc inſinuare
ſtudioſo lectori: nos enim iuxta morem Hebrai-
cum ordinem proſequi etiam in ſeptuaginta
editione maluimus.

¶ Explicit prologus.

¶ Incipit liber Heſter.

¶ Capituli Summarium. ¶ De conuiuio Aſueri regis: de Vaſti regina que noluit intrare ad regem: de repudiatione eius ex conſilio ſeptem ſapientum: de decreto promulgato ꝙ viri dominentur vxoribus.

Capitulum .j.

A j.viij.c. j.xvj.a.

In diebus Aſueri qui regnauit ab India vſq; Ethiopiam ſuper centum vigintiſeptem prouincias quando ſedit in ſolio regni ſui Suſa ciuitas regni eius exordium fuit. Tertio igitur anno imperij ſui fecerat grande conuiuium cunctis principibus et pueris ſuis fortiſſimis Perſarum ⁊ Medorum inclytis et prefectis prouinciarum coram ſe vt oſtenderet diuitias glorie regni ſui ac magnitudinem: atq; iactantiam potentie ſue multo tempore centum videlicet ⁊ octoginta diebus. Cumq; implerentur dies conuiuij inuitauit omnem populum qui inuentus eſt in Suſis a maximo vſq; ad minimum: ⁊ iuſſit ſeptem diebus conuiuium preparari veſtibulo horti ⁊ nemoris: quod regio cultu ⁊ manu conſitum erat. Et pendebant ex omni parte tentoria aerei coloris ⁊ carbaſini ac hiacynthini ſuſtentata funib⁹ byſſinis atq; purpureis: qui eburneis circulis inſerti erant: ⁊ columnis marmoreis fulciebantur. B Lectuli quoq; aurei ⁊ argentei ſuper pauimentum: ſmaragdino ⁊ pario ſtratum lapide diſpoſiti erant: quod mira varietate pictura decorabat. Bibebant autem qui inuitati erant aureis poculis: ⁊ alijs atq; alijs vaſis cibi inferebantur. Vinum quoq; vt magnificentia regia dignum erat abundans ⁊ precipuum ponebatur. Nec erat qui nolentes cogeret ad bibendum: ſed ſic rex ſtatuerat preponens menſis ſingulos de principibus ſuis: vt ſumeret vnuſquiſq; quod vellet. Vaſthi quoq; regina fecit conuiuium feminarū in palatio vbi rex aſuerus manere conſueuerat. Itaq; die ſeptimo cum rex eſſet hilarior ⁊ poſt nimiam potationem incaluiſſet mero precepit maumam ⁊ bazatha ⁊ arbona ⁊ bagatha ⁊ abgatha ⁊ zarath ⁊ charchas ſeptem eunuchis qui in cōſpectu eius miniſtrabant: vt introducerent reginam Vaſthi coram rege: poſito ſuper caput eius diademate: vt oſtenderet cunctis populis ⁊ principibus eius pulchritudinem: erat enim pulchra valde. Que renuit: et ad regis imperium qđ per eunuchos mandauerat venire contempſit. C j.ij.a. Unde iratus rex: ⁊ nimio furore ſuccenſus: interrogauit ſapiētes qui ex more regio ſemper ei aderāt: ⁊ illorum faciebat cuncta conſilio: ſcientium leges ac iura maiorum. Erant enim primi ⁊ proximi charſena ⁊ zethar ⁊ admatha ⁊ tharſis ⁊ mares ⁊ marſana ⁊ mamucha ſeptem duces Perſarum atq; Medorum: qui videbant faciē regis: et primi poſt eum reſidere ſoliti erant: cui ſententie Vaſthi regina ſubiaceret que Aſueri regis imperium quod per eunuchos madauerat: facere noluiſſet. Reſponditq; Mammucha audiente rege atq; principibus. Non ſolum regē leſit regina Vaſthi: ſed ⁊ omnes populos ⁊ principes qui ſunt in cunctis prouincijs regis Aſueri: egredietur enim ſermo regine ad omnes mulieres vt contemnant viros ſuos ⁊ dicant. D Rex Aſuerus iuſſit vt regina Vaſthi intraret ad eum: ⁊ illa noluit. Atq; hoc exemplo omnes principum coniuges Perſarum atq; Medorum paruipendēt imperia maritorum. Unde regis iuſta eſt indignatio. Si ergo tibi placet egrediatur edictum a facie tua: ⁊ ſcribatur iuxta legem perſarū atq; Medorum quam preterirī illicitum eſt: vt nequaq; vltra regina Vaſthi ingrediatur ad regē: ſed regnum illius altera que melior eſt illa accipiat. j.Reg.xv.f. Et hoc in omne (quod latiſſimum eſt) prouinciarum tuarum diuulgetur imperium: vt cuncte vxores tam maiorum ꝙ minorum deferāt maritis ſuis honorem. Placuit conſilium eius regi ⁊ principibus fecitq; iuxta conſilium Mamucha: ⁊ miſit epiſtolas ad vniuerſas prouincias regni ſui: vt queq; gens audire ⁊ legere poterat diuerſis linguis ⁊ litteris eſſe viros principes ac maiores in domibus ſuis: et hoc per cunctos populos diuulgari.

¶ Capituli Summarium ¶ De virginibus queſitis regi inter quas erat Heſter: de introitu eius ad cubiculum regis: ꝙ regina facta eſt: de Mardocheo regi reuelanti per Heſter.

Capitulum .ij.

A HIs itaqꝫ geſtis poſt
ꝙ regis Aſueri dedignatio de-
ferbuerat: ⁊ recordatus eſt Va-
ſthi que feciſſet vel que paſſa
eſſet: dixeruntqꝫ pueri regis ac
miniſtri eius. Querantur regi
puelle virgines ac ſpecioſe: et
mittant̄ qui cōſiderent per vniuerſas prouincias
puellas ſpecioſas ⁊ virgines: ⁊ adducant eas ad
ciuitatē Suſan: ⁊ tradant eas in domū feminarū
ſub manu Egei eunuchi: qui eſt prepoſitus ⁊ cu-
ſtos mulierū regiarū: ⁊ accipiāt mundum mulie-
bre ⁊ cetera ad vſus neceſſaria. Et quecunqꝫ in-
ter omnes oculis regis placuerit: ipſa regnet pro
iiij. Regum Vaſthi. Placuit ſermo regi: ⁊ ita vt ſuggeſſerāt:
xxiiij. c. iuſſit fieri. Erat vir iudeus in Suſis ciuitate: vo
cabulo Mardocheus: filius Iair: filij Semei: fi-
lij Cis de ſtirpe Iemini: qui tranſlatus fuerat
de Hierl'm eo tp̄e quo Iechoniam regē Iuda
Nabuchodonoſor rex Babylonis tranſtulerat:
qui fuit nutritus filie fratris ſui Ediſſe: que alte
ro noīe vocabat̄ Heſter: ⁊ vtrunqꝫ parentē ami-
ſ. j. c. ⁊. j. e. ſerat: pulchra nimis: ⁊ decora facie. Mortuiſqꝫ
B patre eius ac matre: Mardocheus ſibi eam ado
ptauit in filiam. Cumqꝫ percrebuiſſet regis im-
perium: ⁊ iuxta mandatum illius multe pulchre
virgines adducerent̄ Suſan: ⁊ Egeo traderent̄
eunucho: Heſter quoqꝫ inter ceteras puellas ei tra-
dita eſt: vt ſeruaret̄ in numero feminarum. Que
placuit ei: ⁊ inuenit gr̄az in cōſpectu illius. Et
precepit eunucho vt acceleraret mundū mulie-
brem ⁊ traderet ei partes ſuas: ⁊ ſeptem puellas
ſpecoſiſſimas de domo regis: ⁊ tam ipſam ꝙ pe-
diſſequas eius ornaret atqꝫ excoleret. Que no-
luit indicare ei ppl'm ⁊ patriā ſuaz. Mardocheꝰ
enim preceperat ei: vt de hac re oīno reticeret qui
⁊ ambulabat quotidie ante veſtibulū domus: in
qua electe virgines ſeruabant̄: curā agēs ſalutis
Heſter: ⁊ ſcire volēs quid ei accideret. Cū autē
veniſſet tēpus ſingularum per ordinē puellarum
vt intrarent ad regem: expletis omnibus que ad
cultum muliebrē pertinebāt: mēſis duodecimus
vertebatur: ita dūtaxat: vt ſex mēſibus oleo vnge
rentur myrtino: ⁊ alijs ſex quibuſdā pigmētis et
C aromatibus vterent̄. Ingredienteſqꝫ ad regem
quicquid poſtulaſſent ad ornatum pertinens: ac
cipiebant: ⁊ vt eis placuerat: compoſite de tricli
nio feminarum ad regis cubiculū tranſibant. Et
que intrauerat veſpere: egrediebatur mane: atqꝫ
inde in ſecundas edes deducebantur que ſub ma
nu Suſagazi eunuchi erāt: qui cōcubinis regis
preſidebat: nec habebat poteſtatē ad regē vltra
redeūdi: niſi voluiſſet rex: ⁊ eaz venire iuſſiſſet ex
noīe. Euoluto autē tp̄e per ordinē: inſtabat dies
quo Heſter filia Abiahil fratris mardochei: quā
ſibi adoptauerat in filiam: deberet intrare ad re
gem. Que non queſiuit muliebrem cultum: ſed
quecunqꝫ voluit Egeus eunuchus cuſtos virgi
ſ. j. c. num: hec ei ad ornatum dedit. Erat enim formo
ſ. eo. ſa valde ⁊ incredibili pulchritudine: omnibꝫ: ocu
lis gratioſa ⁊ amabilis videbat̄. Ducta eſt itaqꝫ
ad cubiculū regis Aſueri menſe decimo: qui voca
tur Thebeth: ſeptimo anno regni eius. Et ada-
mauit eaz rex plus ꝙ oēs mulieres: habuitqꝫ gr̄az
⁊ miam coram eo ſuper om̄es mulieres: ⁊ poſuit
diadema regni in capite eius: fecitqꝫ eaz regnare
in loco Vaſthi. Et iuſſit cōuiuiū preparari per-
magnificū cunctis principibus ⁊ ſeruis ſuis pro
coniunctione ⁊ nuptijs Heſter. Et dedit requiē
vniuerſis prouincijs: ⁊ dona largitꝰ eſt: iuxta ma-
gnificentiā principalem. Cūqꝫ ⁊ ſecundo quere-
rentur virgines ⁊ congregarentur: Mardocheꝰ
manebat ad ianuā regis: necdū prodiderat He
ſter patriā ⁊ populū ſuū: iuxta mandatum eius. D
Quicquid eñ ille precipiebat obſeruabat Heſter:
⁊ ita cūcta faciebat vt eo tēpore ſolita erat: quo
eam paruulā nutriebat. Eo igitur tp̄e quo mar-
docheus ad regis ianuā morabat̄: irati ſunt bag- j. vj. a.
tham: ⁊ thares duo eunuchi: regis qui ianitores j. x. a.
erāt: ⁊ in primo palatij limine reſidebant: volue-
runtqꝫ inſurgere in regē ⁊ occidere eū. Qđ mar
docheum nō latuit: ſtatimqꝫ nunciauit regine he
ſter: ⁊ illa regi ex noīe mardochei: qui ad ſe rem
detulerat. Queſitum eſt ⁊ inuentum: ⁊ appēſus
eſt vterqꝫ eorum in patibulo. Et iuſſit rex vt in li
bro memoriali ſcriberet̄: vt pro vita ſua aliquid re
penſaret ei. Mandatumqꝫ eſt hyſtorijs ⁊ annali-
bus traditum coram rege.

Capituli Summarium. De exaltatione
Aman: cui Mardocheus genua non flectit: ſors
in vrna mittitur: a rege petijt Aman vt iudei oc-
cidantur: littere mittuntur percurſores ad vni-
uerſas prouincias: iudei: legent. Capl'm. iij.

POſt hec rex Aſuerꝰ A
exaltauit Aman filium Ama-
dathi qui erat de ſtirpe Agag:
⁊ poſuit ſolium eius ſuper oēs
principes quos habebat. Cun
ctiqꝫ ſerui regis qui in foribus
palatij verſabantur: flectebant
genua: ⁊ adorabant Aman. Sic enim preceperat
eis imperator. Solus Mardocheꝰ nō flectebat
genu: neqꝫ adorabat eum. Cui dixerunt pueri re
gis: qui ad fores palatij reſidebant. Cur p̄ter ce
teros non obſeruas mandatum regis. Cūqꝫ hoc
crebrius dicerent: ⁊ ille nollet audire nunciaue-
runt Aman: ſcire cupientes vtrum perſeueraret
in ſentētia. Dixerat eñ eis ſe eſſe Iudeum. Qđ B
cum audiſſet Aman: ⁊ experimento probaſſet: ꝙ
Mardocheus nō flecteret ſibi genu: nec ſe ado-
raret: iratus eſt valde: ⁊ pro nihilo duxit in vnū
Mardocheū mittere manꝰ ſuas. Audierat eñ ꝙ
eſſet gētis Iudee: magiſqꝫ voluit omnē iudeorū
q̄ erāt in regno Aſueri: pdere natione. Mēſe pⁱo
(cuius vocabulū eſt Niſan) āno duodecīo regni
Aſueri: miſſa eſt ſors in vrnā: q̄ ebraice dr̄ phur:
corā Amā: quo die ⁊ quo mēſe genus iudeoꝝ de-
beret interfici: ⁊ exiuit mēſis duodecimꝰ q̄ vocat̄

l.xxiij.b. Adar. Dixitꝗ aman regi aſuero. Eſt ppl's per
C oēs ꝑuīcias regni tui diſperſus: ⁊ a ſe mutuo ſe
paratus: nouis vtens legibus ⁊ cerimonijs: ⁊ in
ſuꝑ regis ſcita cōtēnens. Et optime noſti ꝙ nō
expediat regno tuo: vt inſoleſcat per licētiā: ſi ti
bi placet: decerne vt pereat: ⁊ decē milia talētoꝝ
appendā arcarijs gaze tue. Tulit ergo rex anulū
quo vtebatur de manu ſua: ⁊ dedit eū aman: fi
lio amadathi de progenie agag: hoſti iudeoꝝ: di
xitꝗ ad eum. Argentum qđ tu polliceris tuū ſit
de ppl'o age ꝙ tibi placet. Vocatiꝗ ſunt ſcribe
regis menſe primo niſa: tertiadecima die eiuſdeꝫ
mēſis: ⁊ ſcriptum eſt vt iuſſerat aman ad omnes
ſatrapas regis: ⁊ iudices prouinciarum diuerſa
D rumꝗ gentiū: vt queꝗ gens legere poterat ⁊ au
dire pro varietate linguarū ex noīe regis aſueri:
⁊ lr̃e ſignate ipſius anulo miſſe ſūt per curſores
regis ad vniuerſas prouincias: vt occiderēt atꝗ
delerent oēs iudeos: a puero vſꝗ ad ſenem par
uulos ⁊ mulieres vno die: hoc ē tertiodecimo mē
ſis duodecimi: qui vocatur adar: ⁊ bona coꝝ di
riperent. Summa aūt epiſtolarū hec fuit: vt oēs
prouincie ſcirent ⁊ pararent ſe ad p̄dictam diem.
l.viij.d. Feſtinabāt curſores qui miſſi erāt regis imperiū
explere. Statimꝗ in ſuſis pependit edictū: rege
⁊ aman celebrāte conuiuiū: ⁊ cunctis iudeis qui
in vrbe erāt flentibus.

¶ Capituli Summarium. ¶ Mardocheus mandat heſter: vt ad regeꝫ intrans roget pro iu deis: illa excuſationem pretendit: iterum admo nita iubet orari pro ſe. Capi.iiij.

A Ue cū audiſſet mar
docheus: ſcidit veſtimenta ſua
⁊ indutus eſt ſacco: ſpargens ci
nerem capiti: ⁊ in platea medie
ciuitatis voce magna clamabat
oſtendens amaritudinem ani
mi ſui: et hoc eiulatu vſꝗ ad
fores palatij gradiēs. Non eñ erat licitum indu
tum ſacco aulam regis intrare. In omnibus ꝗꝫ
ꝑuincijs: oppidis ac locis ad que crudele regis
dogma peruenerat: planctus ingēs erat apud iu
deos: ieiunium: vlulatus: ⁊ fletus: ſacco ⁊ cine
re multis proſtrato vtentibus. Ingreſſe autem
ſunt puelle Heſter ⁊ Eunuchi: nunciaueruntꝗ ei.
B Quod audiēs cōſternata eſt: ⁊ veſtē miſit: vt ab
lato ſacco indueret eam: quam accipere noluit.
Accitoꝗ Athach eunucho: quē rex miniſtruꝫ ei
dederat: p̄cepit vt iret ad Mardocheum: ⁊ diſce
ret ab eo cur hoc faceret. Ingreſſuſꝗ Athac iuit
ad Mardocheuꝫ: ⁊ inuenit eum ſtantem in pla
tea ciuitatis ante oſtium palatij: qui indicauit ei
omnia que acciderant: quomodo Aman promiſiſ
ſet vt in theſauros regis pro iudeorum nece infer
ret argentum: exemplar quoꝗ edicti quod pen
debat in Suſis: dedit ei vt regine oſtenderet: ⁊
moneret eam vt intraret ad regem: ⁊ deprecaret
eum pro populo ſuo. Regreſſus Athach nūciauit
Heſter oīa que Mardocheꝰ dixerat. Que reſpō C
dit ei: ⁊ iuſſit vt diceret Mardocheo. Omēs ſer
ui regis ⁊ cuncte que ſub ditione eius ſunt norūt
prouincie: ꝙ ſiue vir ſiue mulier non vocatus: in
terius atrium regis intrauerit: abſꝗ vlla contē
tione ſtatim interficiat̃: niſi forte rex auream vir
gam ad eum tetēderit pro ſigno clementie: atꝗ
ita poſſit viuere. Ego igit̃ quomodo ad regeꝫ in
trare potero: que triginta iam diebus nō ſum vo
cata ad eum. Qđ cū audiſſet Mardocheus: rur
ſum mandauit Heſter dicēs. Ne putes ꝙ animā
tuam tm̄ liberes: q: in domo regis es pre cūctis
iudeis. Si eñ nūc ſilueris: per aliam occaſionem D
liberabuntur iudei: ⁊ tu ⁊ domus patris tui peri
bitis. Et quis nouit vtrum idcirco ad regnuꝫ ve
neris: vt in tali tēpore parareris. Rurſumꝗ He
ſter hec Mardocheo verba mandauit. Vade et
congrega omnes iudeos quos in Suſis reppere
ris ⁊ orate pro me. Non comedatis ⁊ non biba
tis tribus diebus ⁊ tribus noctibus: ⁊ ego cum
ancillulis meis ſimiliter ieiunabo ⁊ tunc ingre
diar ad regem: contra legem faciens nō vocata:
tradenſꝗ me morti ⁊ periculo. Iuit itaꝗ Mar .iij.c.
docheus: ⁊ fecit omnia que Heſter preceperat.

¶ Capituli Summariuꝫ. ¶ Heſter intrat ad regem placet regi: dicit̃ ei: pete quid vis: etiā di midium regni mei: petit vt rex ⁊ Aman ſecuꝫ ad conuiuium veniant ſero: petit vt iterum altera die ambo ad conuiuium veniant: Aman Mar docho crucem parat. Capitulum.v.

Ie aūt tertio indu A
cta eſt Heſter regalibus veſti
mētis: ⁊ ſtetit in atrio domus
regie quod erat interius con
tra baſilicam regis. At ille ſe
debat ſuper ſolium ſuum in cō
ſiſtorio palatij contra oſtiū do
mus. Cūꝗ vidiſſet Heſter reginā ſtantem: pla
cuit oculis eius: ⁊ extēdit cōtra eaꝫ virgaꝫ aureā
quam tenebat manu. Que accedens oſculata eſt
ſummitatē virge eius. Dixitꝗ ad eaꝫ rex. Quid B
vis Heſter regina? Que eſt petitio tua: etiā ſi di
midiaꝫ ꝑtem regni petieris: dabit̃ tibi. At illa re
ſpondit. Si regi placet obſecro venias ad me ho
die: ⁊ Aman tecum ad conuiuium quod paraui.
Statimꝗ rex. Vocate inq̇t cito Amā vt Heſter
obediat volūtati. Venerūt itaꝗ rex ⁊ Aman ad
conuiuium quod eis regina parauerat. Dixitꝗ
ei rex poſtꝗ̄ vinum biberat abundanter. Quid Mar.vj.c.
petis vt detur tibi: ⁊ pro qua re poſtulas. Etiam
ſi dimidiam partem regni mei petieris impetra
bis. Cui reſpondit Heſter. Petitio mea ⁊ pre
ces ſunt iſte. Si inueni in cōſpectu regis gratiaꝫ C
⁊ ſi regi placet: vt det mihi quod poſtulo: ⁊ meaꝫ
impleat petitionem: veniat rex ⁊ Aman ad con
uiuium quod paraui eis ⁊ cras aperiam regi vo
luntatem meam. Egreſſus eſt itaꝗ illo die Amā
letus ⁊ alacer. Cumꝗ vidiſſet Mardocheum ſe

dentem ante fores palatij:⁊ non ſolum non aſſur
rexiſſe ſibi: ſed nec motum quidem de loco ſeſ-
ſionis ſue: indignatus eſt valde:⁊ diſſimulata ira
reuerſus in domum ſuam:cõuocauit ad ſe ami-
cos ſuos:⁊ Zares vxorem ſuam: ⁊ expoſuit illis
magnitudinem diuitiarum ſuarum: filiorumq;
turbam:⁊ quanta cum gloria ſuper omnes prin
cipes ⁊ ſeruos ſuos rex eleuaſſet. Et poſt hec ait.
D Regina quoq; Heſter nullum alium vocauit ad
conuiuium cum rege preter me:apud quam etiã
cras cum rege pranſurus ſum. Et cũ hec omnia
habeã:nihil me habere puto:quãdiu videro Mar
docheum iudeum ſedẽtem ante fores regias. Re
ſponderuntq; ei Zares vxor eius ⁊ ceteri amici.
Jube parari excelſam trabem:habentem altitu-
dinis quinquaginta cubitos:⁊ dic mane regi: vt
appendatur ſuper eam Mardocheus: ⁊ ſic ibis
cum rege letus ad conuiuium. Placuitq; ei con
ſilium:⁊ iuſſit excelſam parari crucem.

¶ C.S. Rex noctẽ inſomnẽ duxit: in annalib⁹ fidelitatem Mardochei inuenit: precepit eum honorari: Aman confuſus eſt. Capitulum. vj.

A Noctem illam duxit
rex inſomnem:iuſſitq; ſibi af-
ferri hyſtorias ⁊ annales prio-
s.ij.d.) rum temporum. Que cum il-
j.xij.a. lo preſente legerentur:ventum
eſt ad illum locum:vbi ſcriptũ
erat quomodo nũciaſſet Mar
docheus inſidias bagathã ⁊ thares eunuchorũ:
regem Aſuerum iugulare cupientiũ. Quod cũ
audiſſet rex:ait. Quid pro hac fide honoris ac
premij Mardocheus conſecutus eſt. Dixerunt
ei ſerui illius ac miniſtri. Nihil omnino merce-
B dis accepit. Statimq; rex. Quis eſt inquit in atrio
Aman quippe interius atrium domus regie in-
trauerat:vt ſuggeret regi:⁊ iuberet Mardoche-
um affigi patibulo:quod ei fuerat preparatum.
Reſponderũt pueri. Aman ſtat in atrio. Dixitq;
rex. Jngrediatur. Cũq; eſſet ingreſſus ait illi.
Quid debet fieri viro quem rex honorare deſide
rat. Cogitans autem in corde ſuo Aman:⁊ repu
tans quod nullum alium rex niſi ſe vellet honorare:
reſpondit. Homo quem rex honorare cupit: de-
bet indui veſtibus regijs:⁊ imponi ſuper equũ
qui de ſella regis eſt:⁊ accipere regium diadema
ſuper caput ſuum:⁊ primus de regijs principib⁹
C ac tyrannis teneat equum eius:⁊ per plateam ci
uitatis incedens:clamet ⁊ dicat. Sic honorabit
quemcumq; voluerit rex honorare. Dixitq; ei
rex. Feſtina ⁊ ſumpta ſtola ⁊ equo:fac ita vt lo-
cutus es Mardocheo iudeo:qui ſedet ante fo-
res palatij. caue quicquam de his que locut⁹ es: pre-
termittas. Tulit itaq; Aman ſtolã ⁊ equum:indu
tumq; Mardocheum in platea ciuitatis:⁊ impo
ſitum equo precedebat atq; clamabat. Hoc ho-
nore condignus eſt quemcumq; rex voluerit ho-
norare. Reuerſuſq; eſt Mardocheus ad ianuam
palatij: ⁊ Aman feſtinauit ire in domum ſuam:
lugens ⁊ operto capite: narrauitq; Zares vxori
ſue ⁊ amicis omnia que eueniſſent ſibi. Cui re- D
ſponderunt ſapientes quos ſecum habebat in cõ
ſilio:⁊ vxor eius. Si de ſemine iudeorum eſt mar
docheus ante quem cadere cepiſti non poteris
ei reſiſtere:ſed cades in conſpectu eius. Adhuc
illis loquentibus venerunt eunuchi regis:⁊ cito
eũ ad conuiuiũ quod regina parauerat: perge-
re compulerunt.

¶ Capituli Summarium. ¶ De accuſatione Heſter contra Aman: de ſuſpenſione Aman in patibulo Mardocheo preparato.

Capitulum. vij.

Intrauit itaq; rex et A
Aman:vt biberent cũ regina. Di
xitq; ei rex etiã ſecũda die poſtquam
vino icaluerat. Que ẽ petitio tua
Heſter: vt detur tibi: ⁊ quid vis
tibi fieri. Etiam ſi dimidiam partem regni mei
petieris impetrabis. Ad quem illa reſpondit. Si
inueni gratiam in oculis tuis o rex: ⁊ ſi placet:
dona mihi animam meam pro qua rogo:⁊ popu B
lum meum pro quo obſecro. Traditi enim ſu-
mus ego ⁊ populus meus: vt conteramur:iugu-
lemur ⁊ pereamus. Atq; vtinam in ſeruos ⁊ fa-
mulas venderemur: eſſet tolerabile malum:⁊ ge
mens tacerem. Nunc autem hoſtis noſter eſt:
cuius crudelitas redundat in regem. Reſpon-
denſq; rex Aſuerus ait. Quis eſt iſte: et cuius C
potentie vt hec audeat facere. Dixitq; Heſter.
Hoſtis ⁊ inimicus noſter peſſimus iſte eſt amã.
Quod ille audiens:illico obſtupuit. vultum re-
gis ac regine ferre non ſuſtinens. Rex autem ira
tus ſurrexit:⁊ de loco conuiuij intrauit in hortũ
arboribus conſitum. Aman quoq; ſurrexit vt
rogaret Heſter reginam pro anima ſua: intelle-
xit enim a rege ſibi paratũ malum. Qui cum re
uerſus eſſet de horto nemoribus conſito: et in-
traſſet conuiuij locum: reperit Aman ſuper le-
ctulum corruiſſe in quo iacebat Heſter: ⁊ ait. D
Etiam reginam vult opprimere me preſente in
domo mea. Necdum verbum de ore regis exie-
rat: et ſtatim operuerunt faciem eius. Dixitq;
arbona vnus de eunuchis qui ſtabant in miniſte
rio regis. En lignum quod parauerat Mardo
cheo (qui locutus eſt pro rege) ſtat in domo
Aman:habens altitudinis quinquaginta cubitos
Cui dixit rex. Appendite eum in eo. Suſpen-
ſus eſt itaq; Aman in patibulo: quod paraue-
rat Mardocheo: ⁊ regis ira quieuit.

¶ Capituli Summarium. ¶ Mardocheus exaltatur a rege: ⁊ Heſter rogat litteras nouas fieri: irritas facientes Aman veteres: fit gaudiũ iudeis: quia noua lux oriri viſa eſt.

Capitulum. viij.

A In illo die dedit rex aſ/
ſuerus Heſter regine domum
ſ.iij.c. Amā aduerſarij iudeorum: et
Mardocheus ingreſſus eſt an
te facieʒ regis. Cōfeſſa eſt em̄
ei Heſter ꝙ eſſet patruꝰ ſuus.
Tulitq; rex anulum quem ab
Aman recipi iuſſerat: ⁊ tradidit mardocheo. He
ſter autem cōſtituit Mardocheum ſuper domū
ſuam. Nec his cōtenta: procidit ad pedes regis
fleuitq; et locuta eſt ad eum orauit vt maliciam
Aman agagite: ⁊ machinationes eius peſſimas
quas excogitauerat contra iudeos: iuberet irri/
tas fieri. At ille ex more ſceptrū aureuʒ pretēdit
manu quo ſignuʒ clemētie mōſtrabatur. Illaq;
B conſurgens ſtetit ante eū ⁊ ait. Si placet regi: et
ſi inueni gratiā in oculis eius: ⁊ deprecatio mea
non ei videtur eſſe contraria: obſecro vt nouis
epiſtolis veteres Aman littere inſidiatoris ⁊ ho
ſtis iudeoꝝ quibus eos in cunctis regis prouin
cijs perire preceperat: corrigant. Quomodo em̄
potero ſuſtinere necē et interfectionem populi:
mei? Reſponditq; rex aſſuerus heſter regine: et
Mardocheo iudeo. Domum Aman conceſſi he
ſter regine: ⁊ ipſum iuſſi affigi cruci: q: auſus eſt
ſ.iij.d. manuʒ mittere in iudeos. Scribite ergo iudeis
ſicut vobis placet ex regis nomine: ſignātes lr̄as
anulo meo. Hec enim conſuetudo erat: vt epiſto
lis que ex regis nomine mittebātur: ⁊ illius anu
lo ſignate erant: nemo auderet contradicere. Ac
citiſq; ſcribis ⁊ librarijs regis: erat autem tem/
C pus tertij menſis que appellatur ſiban: viceſima
et tertia die illius ſcripte ſunt epiſtole: vt Mar
docheus voluerat ad iudeos ⁊ ad principes: pro
curatoreſq; et iudices: qui centum vigintiſepteʒ
prouincijs ab india vſq; ad ethiopiā preſidebāt
ſ.i.a.⁊.xvj.a prouincie atq; prouincie populo ⁊ populo iuxta
linguas et litteras ſuas: et iudeis prout legere
poterant et audire. Ipſeq; epiſtole que ex regis
nomine mittebantur: anulo ipſiꝰ obſignate ſunt
et miſſe per veredarios: qui per omnes ꝓuīcias
diſcurrentes: veteres litteras nouis nuncijs pre
uenirent. Quibus imperauit rex vt conuenirent
iudeos per ſingulas ciuitates: et in vnum preci
perent congregari: vt ſtarent pro animabus ſuis
et omnes inimicos ſuos cum coniugibus ac libe
ris et vniuerſis domibus interficerent atq; dele
rent. Et conſtituta eſt per om̄es prouincias vna
vltionis dies id eſt tertia decima die mēſis duo/
decimi Adar. Summaq; epiſtole hec fuit: vt in
D omnibus terris ac populis qui regis aſſueri ſub
iacebant imperio: notuʒ fieret paratos eſſe iudeos
ſ.iij.d. ad capiendam vindictam de hoſtibꝰ ſuis. Egreſ
ſiq; ſunt veredarij celeres nuncios perferentes
et edictum regis pependit in ſuſis. Mardoche
us autem de palatio et de conſpectu regis egre
diens fulgebat veſtibus regis: hiacynthinis vi/
delicet et aerinis: coronam auream portans in
capite: ⁊ amictꝰ ſerico pallio atq; purpureo. Om
niſq; ciuitas exultauitꝰ atq; letata eſt. Iudeis
autem noua lux oriri viſa eſt gaudium honor et
tripudium. Apud omnes populos: vrbes atq;
prouincias quocunq; regis precepta veniebant
mira exultatio epule atq; cōuiuia et feſtus dies
intantum vt plures alterius gentis ⁊ ſecte eoꝝ
religioni ⁊ cerimonijs iungerent. Grādis enim
cunctos iudaici nominis terror inuaſerat.

¶ Capituli Summarium. ¶ De cede quam
exercuerunt iudei in hoſtes ſuos: et de filijs
Aman ſuſpēſis: de reſcriptis Mardochei ad iu
deos et diebus aſſignatis ſolenniter celebrādis.

Capitulum.ix.

Igitur duodecimi mē A
ſis quē adar vocari ante iam dixi
mus: tertiadecima die qn̄ cūctis
iudeis interfectio parabat̄ et ho
ſtes eoꝝ inhiabant ſanguini: ver
ſa vice ſuperiores iudei eē ceperūt: ⁊ ſe de aduer
ſarijs vindicare. Cōgregatiq; ſunt ꝑ ſingulas
ciuitates ⁊ oppida ⁊ loca: vt extēderēt manū cō
tra inimicos ⁊ ꝑſecutores ſuos. Nulluſq; auſus
eſt reſiſtere: eo ꝙ oēs ppl'os magnitudinis eoꝝ
formido penetraret. Nam ⁊ prouinciaꝝ iudices
et duces ⁊ procuratores oīſq; dignitas que ſin/
gulis locis ac opibus ꝑerat: extollebat iudeos
timore Mardochei: quē principeʒ eſſe palatij: ⁊
plurimū poſſe cognouerant. Fama ꝗ̄ nois eius B
creſcebat quotidie ⁊ ꝑ cūctoꝝ ora volitabat itaq;
percuſſerunt iudei inimicos ſuos plaga magna
et occiderunt eos reddētes eis ꝙ ſibi parauerāt
facere intantū vt etiā in ſuſis quingētos viros
interficerēt: extra decem filios Amā agagite ho
ſtis iudeorum. Quoꝝ iſta ſunt noīa: pharaſanda
tha ⁊ delphon ⁊ eſphata ⁊ phorata ⁊ adalia ⁊ ari
datha ⁊ ephermeſtha: ariſai ⁊ aridai ⁊ vaiʒatha
Quos cū occidiſſent: predas de ſubſtātijs eoruʒ
agere noluerunt. Statimq; numerus eoꝝ qui oc
ciſi erant in ſuſis ad regem relatus eſt. Qui di/
xit regine. In vrbe ſuſis interfecerūt iudei quin
gentos viros: ⁊ alios decem filios aman. Quātā C
putas eos exercere cedem in vniuerſis ꝓuincijs:
Quid vltra poſtulas: et quid vis vt fieri iubeā?
Cui illa reſpōdit: Si regi placet detur poteſtas
iudeis: vt ſicut fecerunt hodie in ſuſis: ſic ⁊ cras
faciāt ⁊ decem filij aman in patibulis ſuſpendā
tur. Precepitq; rex vt ita fieret. Statimq; in
ſuſis pepēdit edictum: ⁊ decem filij amā ſuſpenſi
ſunt. Congregatis iudeis quartadecima die mē
ſis Adar interfecti ſunt in ſuſis trecenti viri: nec
eorum ab illis direpta ſubſtantia eſt: ſed et per
omnes prouincias que ditioni regis ſubiacebāt
pro aīabus ſuis ſteterūt iudei interfectis hoſtibꝰ D
ac ꝑſecutoribꝰ ſuis: in tātuʒ vt ſeptuagitaquinq;
milia occiſoꝝ implerētur: ⁊ nullus de ſubſtātijs
eorū quicꝗ̄ cōgeret. Dies auteʒ tertiuſdecimus
mēſis adar vnus apud oēs interfectiōis fuit: et
quartadecima die cedere deſierūt. Quem conſti/

tuerunt eſſe ſolennem: vt in eo omni tempore
deinceps vacarēt epulis: gaudio atqꝫ conuiuijs.
At hi in vrbe Suſis cedem exercuerant: tertio
decimo et quartodecimo die eiuſdem menſis in
cede verſati ſunt: quintodecimo autem die per
cutere deſierunt. Et idcirco eundem diem con
ſtituerunt ſolennem epularū atqꝫ leticie. Hi vero
iudei qui in oppidis non muratis ac villis mora
bantur: quartumdecimum diem menſis Adar
conuiuiorum et gaudij decreuerunt: ita vt exul-
E tent in eo: et mittant ſibi mutuo partes epula-
rum et ciborum. Scripſit itaqꝫ Mardocheus
omnia hec: et litteris comprehenſa miſit ad iu-
deos qui in omnibus regis prouincijs moraban
tur: tam in vicino poſitis ꝙ procul: vt quartam
decimam et quintādecimam diem menſis Adar
pro feſtis ſuſciperent et reuertente ſemper an-
no ſolenni celebrarent honore: quia in ipſis die
bus ſe vlti ſunt iudei de inimicis ſuis: et luctus
atqꝫ triſticia in hilaritatem gaudiumqꝫ conuerſi
ſunt: eſſentqꝫ dies iſti epularum atqꝫ leticie: et
mitterent ſibi inuicem ciborum partes et pau-
peribus munuſcula largirentur. Suſceperūtqꝫ
s.iij.b. iudei in ſolennem ritum cuncta que eo tempore
F facere ceperant: et que Mardocheus litteris
facienda mandauerat. Aman enim filius Amada
thi ſtirpis Agag hoſtis et aduerſarius iudeorum
cogitauit cōtra eos malum: vt occideret illos
atqꝫ deleret: et miſit Phur: quod noſtra lin-
gua vertitur in ſortem: et poſtea ingreſſa eſt he
ſter ad regem: obſecrans vt conatus eius litte
s.iij.b. ris regis irriti fierent: et malum qđ contra iu-
deos cogitauerat: reuerteretur in caput eius.
Deniqꝫ et ipſum et filios eius affixerunt cruci:
atqꝫ ex illo tempore dies iſti appellati ſunt phu
rim: id eſt ſortium: eo ꝙ phur: id eſt ſors in vr-
nam miſſa fuerit. Et cunctaqꝫ geſta ſunt epi-
ſtole: id eſt libri huius volumine continentur:
queqꝫ ſuſtinuerūt: et q̄ deinceps immutata ſunt
ſuſceperunt iudei ſuper ſe et ſemen ſuum: et ſu-
per cunctos qui religioni eorum voluerunt copula
ri: vt nulli liceat duos hos dies abſqꝫ ſolēnitate
tranſigere: quos ſcriptura teſtatur: et certa
expetūt tēpora annis ſibi iugiter ſuccedentibus.
G Iſti ſunt dies quos nulla vnqꝫ delebit obliuio:
et per ſingulas generationes cuncte in toto or-
be prouincie celebrabunt: nec eſt vlla ciuitas in
qua dies phurim id eſt ſortium: nō obſeruentur
a iudeis et ab eorum progenie que his cerimo-
nijs obligata eſt. Scripſeruntqꝫ Heſter regina
filia Abiahil: et Mardocheus iudeus etiam ſe
cundam epiſtolam: vt omni ſtudio dies iſta ſolē
nis ſanxiretur in poſterum. Et miſerunt ad om-
nes iudeos qui in centum viginti ſeptem prouin
cijs regis aſueri verſabantur: vt haberent pacē
et ſuſciperent veritatem obſeruantes dies ſorti
um: et ſuo tempore cum gaudio celebrarēt: ſicut cō
ſtituerant Mardocheus et Heſter. Et illi ob-
ſeruanda ſuſceperunt a ſe et a ſemine ſuo ieiunia
atqꝫ clamores et ſortium dies: et omnia que li-
bri huius qui vocatur heſter hiſtoria cōtinētur.

¶ Capi. Sum. ¶ De continuatione dictorū
ad dicēda: de expoſitione ſomnij Mardochei.

Capitulum. x.

REx vero aſuerus om A
nem terram et cunctas maris
inſulas fecit tributarias: cuius
fortitudo et imperium et dignitas
atqꝫ ſublimitas qua: exaltauit
Mardocheum: ſcripta ſunt in libris medorum
atqꝫ perſarū: et quomodo Mardocheus iudaici
generis ſecūdus a rege aſuero fuerit: et magnus
apud iudeos: et acceptabilis plebi fratrum ſuorum
querens bona populo ſuo: et loquens ea que ad
pacem ſeminis ſui pertinerent. Que habētur in
hebreo plena fide expreſſi. Hec autem que ſequū B
tur ſcripta repperi in editione vulgata que gre-
corum lingua et litteris continentur: et interim
poſt finem libri hoc capitulū ferebatur qđ iuxta
conſuetudinem noſtram obelo: id eſt veru preno C
tauimus. Dixitqꝫ Mardocheus. A deo facta
ſunt iſta. Recordatus ſum ſomnij qđ viderā: hec i.xj.d.
eadem ſignificantis: nec eorum quicqꝫ irritū fuit.
Paruus fons qui creuit in fluuium et in lucem
ſolēqꝫ cōuerſus eſt: et in aquas plurimas redūda
uit: heſter eſt: quam rex accepit vxorem et voluit
eſſe reginā. Duo autē dracones: ego ſum et Amā.
Gētes que cōuenerant: hi ſunt qui conati ſūt de
lere nomen iudeorum. Gens autem mea Iſra-
el eſt: qui clamauit ad dominum: et ſaluum fecit
dominus populum ſuum: liberauitqꝫ nos ab om
nibus malis: et fecit ſigna magna atqꝫ portenta
inter gentes: et duas ſortes eſſe precepit: vnam
populi dei: alteram cunctarum gentiū. Venitqꝫ
vtraqꝫ ſors in ſtatutum ex illo iam tempore corā
deo vniuerſis gentibus: et recordatus eſt dominus
populi ſui: ac miſertus hereditatis ſue. Et obſer
uabuntur dies iſti in menſe Adar quartadecima
et quintadecima die eiuſdem menſis cum omni
ſtudio et gaudio in vnū cetum populi congregati
in cunctas deinceps generationes populi Iſrael.

¶ Capituli Summarium. ¶ De vniuerſitate
litterarum qualiter in hebreos promulgata eſt edi
tio: de ſomnio Mardochei. Capitulum. xj.

ANno quarto regnan A
tibus ptolomeo et cleopatra: at
tulerunt Doſitheus qui ſe ſacer
dotem et leuitici generis ferebat
et ptolomeus filius eius hāc epi
ſtolam Phurim: quam dixerunt interpretatum
eſſe Lyſimacum Ptolomei filium in Hieruſalē.
Hoc quoqꝫ principium erat in editione vulgata
qđ nec in Hebreo: nec apud vllum fertur inter-
pretatum. Anno ſecundo regnante Artaxerxe
maximo prima die menſis Niſan: vidit ſom-
nium Mardocheus filius Iaheri: filij Semei:

filij Cis de tribu beniamin: homo iudeus qui ha
bitabat in vrbe Suſis: vir magnus ⁊ excelſus in
ter primos aule regie. Erat aūt de eo numero ca
ptiuorum: quos tranſtulerat nabuchodonoſor
C rex Babylonis de Hierl'm cum Iechonia rege
Iuda: ⁊ hoc eius ſomniū fuit. Apparuerūt voces
⁊ tumultus: tonitrua ⁊ terremotus: ⁊ conturba‑
tio ſuper terram: ⁊ ecce duo dracones magni pa
rati contra ſe in prelium. Ad quorum clamorem
cuncte concite ſunt nationes: vt pugnarent con‑
tra gentem iuſtorum. Fuitq; dies illa tenebrarū
⁊ diſcriminis: tribulationis ⁊ anguſtie: ⁊ ingens
formido ſuper terram. Conturbataq; eſt gens iu
ſtorum timentium mala ſua: ⁊ preparata ad mor
D s.x.c. tem. Clamaueruntq; ad deum: ⁊ illis vociferanti
bus fons paruus creuit in fluuium maximum: et
in aquas plurimas redūdauit. Lux ⁊ ſol ortꝰ eſt
⁊ humiles exaltati ſunt: ⁊ deuorauerūt inclytos.
Quod cum vidiſſet Mardocheus ⁊ ſurrexiſſet
de ſtratu: cogitabat quid deus facere vellet: et
fixum habebat in animo: ſcire cupiens quid ſi‑
gnificaret ſomnium.

¶ Cap. Sum. ¶ De iteratione manifeſtatio‑
nis inſidiarum quam miſit Artaxerxes prouin‑
ciarum ducibus quibus omnibus preerat.

Capitulum. xij.

A s.ij.d. s.vj.a. Morabatur aūt eo tē
pore in aula regis cū bagatha
B ⁊ thares eunuchis regis qui ia
nitores erāt palatij. Cumq; in
tellexiſſet cogitationes eorū: ⁊
curas diligentiꝰ peruidiſſet: di
dicit ꝙ conarentur in regē Ar
C taxerxem manus mittere ⁊ nunciauit ſuper eo
regi. Qui de vtroq; habita queſtiōe cōfeſſos iuſ‑
ſit duci ad mortem. Rex autem quod geſtū erat:
D ſcripſit in commentarijs. Sed ⁊ Mardocheus
rei memoriā litteris tradidit. Precepitq; ei rex
vt in aula palatij moraret: datis ei pro delatione
muneribus. Aman vero filius amadathi bugeus
s.ij.d. erat glorioſiſſimus corā rege: ⁊ voluit nocere mar
docheo ⁊ populo eius pro duobus eunuchis re‑
gis qui fuerant interfecti. Hucuſq; prohemiū.

¶ Capituli Summarium. ¶ De edicto repē
tino: de Aman ⁊ eius exēplar epiſtole quā miſit
Artaxerxes centum viginti prouinciarum duci‑
bus omnibus quibus preerat ſumptum de vul‑
gata editione apud iudeos: de condemnatione
A eorum: de oratione Mardochei. Caplm. xiij.

Que ſequūtur in eo lo
co poſita erant vbi ſcriptū eſt
in volumine: Et diripuerūt bo
s.j.a. xvj.a. na vel ſubſtantias eorum. Que
in ſola vulgata editione reppe
rimus. Epiſtole aūt hoc exem
plar fuit. Rex maximus Artar‑
xerxes ab India vſq; Ethiopiam centum vigin‑
tiſeptem prouinciarum: principibus ⁊ ducibus
qui eius imperio ſubiecti ſunt ſalutem dicit. Cū
plurimis gentibus imperarem: ⁊ vniuerſum or‑
bem mee ditioni ſubiugaſſem: volui nequaq̄ abu
ti potentie magnitudine: ſed clementia ⁊ lenita‑
te gubernare ſubiectos: vt abſq; vllo terrore vitā
ſilentio tranſigentes: optata cunctis mortalibus
pace fruerentur. Querente autem me a conſilia‑
rijs meis quomodo poſſet hoc impleri vnus qui
ſapientia ⁊ fide ceteros precellēbat: ⁊ erat poſt B
regem ſecundus Aman nomine indicauit mihi s.ij.b.
in toto orbe terrarum populum eſſe diſperſum:
qui nouis vteretur legibus ⁊ contra omnium gē
tium conſuetudinem faciens regum iuſſa contē‑
neret ⁊ vniuerſarum concordiam nationum ſua
diſſentione violaret. Quod cum didiciſſemus: vi
dentes vnam gentem rebellem aduerſus omne
hominum genus peruerſis vti legibus noſtriſq;
iuſſionibus contraire: ⁊ turbare ſubiectarum no
bis prouinciarum pacem atq; concordiam: iuſſi‑
mus vt quoſcunq; Aman qui omnibus prouin‑
cijs prepoſitus eſt ⁊ ſecundus a rege: ⁊ quem pa C
tris loco colimus monſtrauerit cum coniugibus
ac liberis deleantur ab inimicis ſuis. Nulluſq;
eorum miſereatur quartadecima die duodecimi
menſis Adar: anni preſentis vt nepharij homi‑
nes vno die ad inferos deſcendentes: reddāt im‑
perio noſtro pacē quā turbauerant. ¶ Hucuſq; s.iiij.d.
exemplar epiſtole. Que ſequuntur poſt eum lo‑
cum ſcripta repperi: vbi legitur. Pergēſq; mar‑
docheus fecit omnia que ei mādauerat Heſter.
Nectamen habetur in Hebraico ⁊ apud nul‑
lum penitus ferūtur interpretum. Mardocheus
autem deprecatus eſt dominum memor omniū
operum eius: ⁊ dixit. Domine dn̄e rex omnipo‑
tens: in ditione enim tua cuncta ſunt poſita: et
non eſt qui poſſit tue reſiſtere voluntati: ſi decre Ps. cxlv.
ueris ſaluare Iſrael. Tu feciſti celum ⁊ terram: ⁊
quicquid celi ambitu continetur: dominus om‑ D
nium es: nec eſt qui reſiſtat maieſtati tue. Cūcta
noſti ⁊ ſcis: quia non pro ſuperbia ⁊ contumelia
⁊ aliqua glorie cupiditate fecerim hoc vt nō ado
rarem Aman ſuperbiſſimū: libenter enim pro ſa‑
lute Iſrael etiam veſtigia pedum eius deoſcula‑
ri paratus eſſem: ſed timui ne honorem dei mei
transferrē ad hoīem: ⁊ ne quemq̄ adorarē: exce
pto deo meo. Et nūc dn̄e rex deus abraam: miſe‑
rere populi tui: q: volunt nos inimici noſtri per‑
dere: ⁊ hereditatem tuam delere. Ne deſpicias
partem tuam quam redemiſti de Egypto. Exau
di deprecationem meam ⁊ propitius eſto ſorti
⁊ funiculo tuo: ⁊ conuerte luctum noſtrū in gau
dium: vt viuentes laudemus nomen tuum domi
ne: ⁊ ne claudas ora te canentiū. Omnis quoq;
Iſrael pari mente ⁊ obſecratiōe clamauit ad do‑
minum: eo ꝙ eis certa mors impenderet.

¶ Capituli Summarium. ¶ De planctu He‑
ſter: ⁊ de oratione eius qua adorauit dominum:
⁊ quod ſit repertum in vulgata editione.

Capitulum. xiiij.

A [H]Eſter quoqꝫ regia cō
fugit ad dominum: pauens peri-
culum quod imminebat. Cumqꝫ
depoſuiſſet veſtes regias: fleti-
bus ⁊ luctui apta indumenta ſu
cepit: ⁊ pro vnguentis varijs cinere ⁊ ſtercore
impleuit caput: ⁊ corpus ſuum humiliauit ieiu-
nijs: omniaqꝫ loca in quibus antea letari conſue
uerat: crinium laceratione compleuit. Et depre-
cabatur dominum deum Iſrael: dicens. Domi-
ne mi qui rex noſter es ſolus adiuua me ſolita-
riam: ⁊ cuius preter te nullus eſt auxiliator alius
B Periculum meum in manibus meis eſt. Audiui
a patre meo ꝙ tu domine tuliſſes Iſrael de cun-
ctis gentibus: ⁊ patres noſtros ex omnibus re-
tro maioribus ſuis: vt poſſideres hereditatē ſem
piternam: feciſtiqꝫ eis ſicut locutus es. Pecca-
uimus in conſpectu tuo: ⁊ idcirco tradidiſti nos
in manus inimicorum noſtrorum. Coluimus eñ
deos eorum. Iuſtus es dñe. Et nunc non eis ſuf
ficit ꝙ duriſſima nos opprimunt ſeruitute: ſed ro
bur manuum ſuarū idolorū potētie deputātes:
volunt tua mutare promiſſa: ⁊ delere hereditateꝫ
tuam: ⁊ claudere ora laudantium te: atqꝫ extin-
guere gloriam templi et altaris tui vt aperiant
ora gentium: ⁊ laudent idolorum fortitudinē: et
predicent carnalem regem in ſempiternum. Ne
C tradas domine ſceptrum tuum his qui non ſunt:
ne rideant ad ruinam noſtram: ſed conuerte con
ſilium eorum ſuper eos ⁊ euꝫ qui in nos cepit ſe-
uire: diſperde. Memento domine ⁊ oſtende te
nobis in tempore tribulationis noſtre: ⁊ da mihi
fiduciam domine rex deorum ⁊ vniuerſe poteſta-
tis: tribue ſermonem compoſitum in ore meo in
conſpectu leonis: ⁊ transfer cor illius in odiū ho-
ſtis noſtri: vt ⁊ ipſe pereat ⁊ ceteri qui ei cōſen-
tiunt. Nos autem libera in manu tua: ⁊ adiuua
me ancillam tuam: nullum aliud auxilium habē
tem: niſi te domine qui habes omniuꝫ ſcientiaꝫ:
⁊ noſti quia oderim gloriam iniquorum: ⁊ dete-
ſter cubile incircunciſorum ⁊ omnis alienigene.
D Tu ſcis neceſſitatem meam ꝙ abominer ſignum
ſuperbie ⁊ glorie mee quod eſt ſuper caput meuꝫ
in diebus oſtētationis mee: ⁊ deteſter illud quaſi
pannum menſtruate: ⁊ non portem in diebus ſi-
s̄.v. lentij mei: et ꝙ non comederim in menſa Aman:
nec mihi placuerit conuiuium regis: ⁊ non bibe-
rim vinum libaminum: ⁊ nunꝙ letata ſit ancilla
tua ex quo huc tranſlata ſum vſqꝫ in preſentem
diem: niſi in te domine deus abraam. Deus for-
tis ſuper omnes exaudi vocem eorum qui nullaꝫ
aliam ſpem habent: ⁊ libera nos de manu ini-
quorum et erue me a timore meo.

¶ Capituli Summarium. ¶ Additio reperta
in vulgata editione qualiter Mardocheus man
dauit Heſter vt intraret ad regem: qualiter in-
trauit: de pulchritudine eius: qualiter territa eſt
ad aſpectum regis.

Capitulum. xv.

[H]Ec quoqꝫ addita rep A
peri in editione vulgata. Et man
dauit ei (haud dubium quin He
ſter Mardocheus) vt ingredere
tur ad regem ⁊ rogaret pro popu
lo ſuo ⁊ pro patria ſua. Memorare inquit dierū
humilitatis tue: quomodo nutrita ſis in manu
mea quia Aman ſecundus a rege locutus eſt con
tra nos in mortem: ⁊ tu inuoca dominuꝫ ⁊ loque
re regi pro nobis: ⁊ libera nos de morte. Necnon
⁊ iſta que ſubdita ſunt: in editione vulgata rep-
peri. Die autem tertio depoſuit veſtimenta or- B
natus ſui: ⁊ circundata eſt gloria ſua. Cumqꝫ re-
gio fulgeret habitu: ⁊ inuocaſſet omnium recto-
rem ⁊ ſaluatorem deum: aſſumpſit duas famulas
⁊ ſuper vnam quidem innitebatur quaſi pre de-
licijs ⁊ nimia teneritudine corpus ſuum ferre nō
ſuſtinens: altera autem famularum ſequebatur
dominam defluētia in humum indumēta ſuſten-
tans. Ipſa aūt roſeo colore vultū perfuſa: ⁊ gra-
tis ac nitētibus oculis triſteꝫ celabat animum: ⁊ C
nimio timore contractum. Ingreſſa igitur cun-
cta per ordinem oſtia: ſtetit contra regem vbi il-
le reſidebat ſuper ſolium regni ſui: indutus veſti
bus regijs auroqꝫ fulgens ⁊ precioſis lapidibus:
eratqꝫ terribilis aſpectu. Cumqꝫ eleuaſſet facieꝫ
⁊ ardentibus oculis furorem pectoris indicaſſet:
regina corruit: ⁊ in pallorem colore mutato: laſ-
ſum ſuper ancillulam reclinauit caput. Conuer-
titqꝫ deus ſpiritum regis in manſuetudinem: ⁊
feſtinus ac metuens exiliuit de ſolio ⁊ ſuſtentās
eam vlnis ſuis donec rediret ad ſe: his verbis
blandiebatur. Quid habes Heſter. Ego ſum fra
ter tuus noli metuere. Non morieris: non enim
pro te: ſed pro omnibus hec lex conſtituta eſt.
Accede igitur ⁊ tange ſceptrum. Cumqꝫ illa re-
ticeret: tulit auream virgam ⁊ poſuit ſuper collū D
eius: ⁊ oſculatus eſt eam: ⁊ ait: Cur mihi non lo
queris. Que reſpondit. Vidi te domine quaſi
angelum dei: ⁊ conturbatum eſt cor meum pre ti
more glorie tue. Valde enim mirabilis es dñe: ⁊ Gen. xlij.
facies tua plena eſt gratiaꝫ. Cūqꝫ loqueret̄ rur- j. reg. xix. c.
ſus corruit ⁊ pene exanimata eſt. Rex aūt turba-
batur: ⁊ omnes miniſtri eius cōſolabant̄ eum.

¶ C.S. ¶ Aliud exēplar ep̄le qđ in hebreo nō
habetur: de reuocatiōe lrārum Aman: ⁊ ꝙ iudei
hanc diē in feſtiuitatē ſuſcipiāt. Caplm. xvj.

[E]Xemplar epiſtole re A
gis Artaxerxes quā pro iudeis s̄.j.a.
ad totas regni ſui prouincias
miſit: qđ ⁊ ipſum in hebraico
volumine nō habet̄. Rex ma-
gnus Artaxerxes: ab India
vſqꝫ Ethiopiam centūviginti
ſeptem prouinciarum ducibus ac principibus:
qui noſtre iuſſioni obediūt: ſalutem dicit. Multi
bonitate principum ⁊ honore qui in eos collatus

eſt:abuſi ſunt in ſupbiam:⁊ nō ſolū ſubiectos re
gibus nitunt̄ opprimere:ſed datā ſibi gloriā non
ferentes in ipſos qui dederūt moliunt̄ inſidias.
Nec contenti ſunt gr̄as nō agere bñficiis:⁊ hu-
manitatis in ſe iura violare:ſed dei ꝙ̄ cuncta cer
nentis arbitrant̄ ſe poſſe fugere ſniam. Et intan
tum veſanie proruṁpūt:vt eos qui credita ſibi
officia diligenter obſeruant:⁊ ita cuncta agunt
vt oīum laude digni ſint:mēdaciorum cuniculis
conentur ſubuertere:dum aures ꝑncipum ſimpli
ces ⁊ ex ſua natura alios eſtimantes callida frau-
B de decipiunt. Que res ⁊ ex veteribus ꝓbatur hi
ſtoriis:⁊ ex his que geruntur quotidie:quomodo
malis quorundā ſuggeſtionib⁹ regū ſtudia depra
uentur. Unde prouidēdū eſt paci oīm ꝓuincia-
rum. Nec putare debetis ſi diuerſa iubeamus ex
animi noſtri venire leuitate:ſed pro qualitate et
§.iij.a. neceſſitate tēporum:vt reipublice poſſit vtilitas
ferre ſniam. Et vt manifeſtius qđ dicimus intel-
ligatis Aman filius amadathi ⁊ animo ⁊ gente
macedo alienuſq̄ a Perſarum ſanguine ⁊ pieta
tem noſtram ſua crudelitate commaculans pere
grinus a nobis ſuſceptus eſt:⁊ tantā in ſe exper-
tus humanitatē:vt pater noſter vocaret̄:⁊ ado-
raretur ab oībus poſt regē ſecūdus:qui intantū
C arrogantie tumore ſubleuatus eſt:vt regno pri-
§.ij.d. uare nos niteretur,⁊ ſpiritu. Nam Mardocheū
cuius fide ⁊ beneficiis viuimus:⁊ cōſortem regni
noſtri Heſter cū omni gente ſua nouis quibuſdā
atq̄ inauditis machinis expetiuit in mortē:hoc
cogitans vt illis interfectis inſidiaret̄ noſtre ſo-
litudini:⁊ regnū Perſarū transferret in Mace
donas. Nos aūt a peſſimo mortaliū iudeos neci
deſtinatos:in nulla penitus culpa repperimus:
ſed econtrario iuſtis vtentes legibus ⁊ filios al-
tiſſimi ⁊ maximi ſemperq̄ viuentis dei:cuius be
§.iij.d. neficio ⁊ p̄ribus noſtris ⁊ nobis regnū eſt tradi-
§.vij.d. tum:et vſq̄ hodie cuſtoditur. Unde eas lr̄as
quas ſub noīe nr̄o ille direxerat:ſciatis eſſe irri-
tas. Pro quo ſcelere ante portas huius vrbis:
id eſt Suſis:⁊ ipſe qui machinatus eſt:⁊ oīs co-
gnatio eius pēdet in patibulis:nō nobis:ſed deo
D reddēte ei qđ meruit. Hoc aūt edictū quod nūc
mittimus:in cunctis vrbibus ꝓponat̄:vt liceat
iudeis vti legibus ſuis. Quibus debetis eſſe am-
miniculo:vt eos qui ſe ad necem eoꝝ parauerāt
poſſint interficere:tertiadecima die mēſis duo-
decimi qui vocat̄ adar. Hanc eñi diem deus om-
nipotens meroris ⁊ luctus eis vertit in gaudiū.
Unde ⁊ vos inter ceteros feſtos dies:hāc habe-
tote diē ⁊ celebrate eam cū omni leticia:vt ⁊ im-
poſterū cognoſcant̄ oēs qui fideliter Perſis obe
diunt dignam pro fide recipere mercedē:qui au-
tem inſidiantur regno eorum:perire pro ſcelere.
Omnis autem prouincia ⁊ ciuitas que noluerit
ſolennitatis huius eſſe particeps:gladio ⁊ igne
pereat:⁊ ſic deleatur vt non ſolum hominibus:
ſed etiam in via beſtiis ſit in ſempiternum:pro
exemplo contemptus ⁊ inobedientie.

¶ Explicit liber Heſter.

¶ Incipit prologus ſancti Hierony
mi in Job ſꝫ trāſlatōeꝫ ſeptuaginta.

COgor per ſingulos Prologus in Job.
ſcripture diuine libros aduerſa
riorū reſpondere maledictis:
qui interpretationem meam re
prehenſionem ſeptuaginta in-
terpretum criminant̄ quaſi nō
⁊ apud grecos aquila ſymach⁹
⁊ theodotion:vel verbū e verbo:vel ſenſum e ſen
ſu:vel ex vtroq̄ commixtum ⁊ medie temperatū
genus tranſlationis expreſſerint:⁊ oīa veteris in
ſtrumenti volumina:origenis obelis aſtericiſq̄
diſtinxerit:quos vel additos vel de theodotione
ſumptos tranſlationi antique inſeruit:probans
defuiſſe quod additū eſt. Diſcāt igitur obtrecta-
tores mei recipere in toto quod in partibus ſu-
ſceperunt:aut interpretationem meam cum aſte
riſcis ſuis radere. Neq̄ enim fieri poteſt vt quos
plura intermiſiſſe ſuſceperit non eoſdem etiā in
quibuſdam erraſſe fateantur:precipue in Job:
cui ſi ea que ſub aſteriſcis addita ſunt:ſubtraxe-
ris:pars maxima detruncabit̄:⁊ hoc duntaxat
apud grecos. Ceterū apud latinos ante eā trāſ
lationem quam ſub Aſteriſcis ⁊ Obelis nuper
edidimus:ſeptingenti ferme:aut octingenti ver
ſus deſunt:vt decurtatus ⁊ laceratus corroſuſq̄
liber:feditatem ſui publice legentibus prebeat.
Hec autem tranſlatio nulliū de veteribus ſequi
tur interpretem:ſed ex ipſo hebraico arabicoq̄
ſermone:⁊ interdum ſyro:nunc verba:nunc ſen-
ſus:nunc ſimul vtrunq̄ reſonabit. Obliquus eñi
etiā apud hebreos totus liber fertur ⁊ lubricus
⁊ quod greci rhetores vocant ſchematiſmenos:
dum qui aliud loquitur aliud agit. Ut ſi vel an-
guillam vel murenulam ſtrictis tenere manibus:
quanto fortius preſſeris:tanto citius elabitur.
Memini me ob intelligentiā huius voluminis
lyddeum quēdam preceptorē:qui apud hebreos
primus haberi putabatur:non paruis redemiſſe
nummis:cuius doctrina an aliquid profecerim:
neſcio. Hoc vnū ſcio non potuiſſe me interpre-
tari:niſi quod ante intellexeram. A principio Job.a.
itaq̄ voluminis vſq̄ ad verba Job apud hebre-
os proſa oratio eſt. Porro a verbis Job in qui-
bus ait. Pereat dies in qua natus ſum:⁊ nox in
qua dictum eſt:conceptus eſt homo vſq̄ ad eum
locum vbi ante finem voluminis ſcriptum eſt. Ibi.xlij.
Idcirco ipſe me reprehendo ⁊ ego penitentiam
in fauilla ⁊ cinere:exametri verſus ſunt:dactylo
ſpondeoq̄ currentes:⁊ propter lingue idioma
crebro recipientes ⁊ alios pedes:non earundem
ſyllabarum:ſed eorundem temporum. Interdū
quoq̄ rhythmus ipſe dulcis ⁊ tinnulus fertur
numeris pedum ſolutis. Quod metrici magis ꝙ̄
ſimplex lector intelligunt. A ſupradicto autem
verſu vſq̄ ad finem libri:paruum coma quod re-
manet proſa oratione contexitur. Quod ſi cui
videtur incredulum:metra ſcilicet eſſe apud he-

breos: ⁊ in morem noſtri flacci greciꝗ pindari et alcei ⁊ ſapho: vel pſalterium: vel lamentationes Hieremie: vel omnia ferme ſcripturarum cantica comprehendi legat philonem: ioſephum: origenem ceſarienſem: euſebium: ⁊ eorum teſtimonio me verum dicere comprobabit. Audiant quapropter canes mei idcirco me in hoc volumine laboraſſe non vt interpretationem antiquam reprehenderem: ſed vt ea que in illa aut obſcura ſunt: aut omiſſa: aut certe ſcriptorum vitio deprauata: manifeſtiora noſtra interpretatione fierent: ⁊ qui hebreorum ſermonem ex parte didicimus: ⁊ in latino pene ab ipſis cunabulis inter grammaticos ⁊ rhetores ⁊ philoſophos detriti ſumus. Quod ſi apud grecos poſt ſeptuaginta editionem iam chriſti euangelio coruſcante: iudeus aquila ⁊ ſymmacus ac theodotio iudaizantes heretici ſunt recepti: qui multa myſteria ſaluatoris ſubdola

al's exaplois interpretatione celarunt: ⁊ tamen in exemplis habentur apud eccleſias: ⁊ explanantur ab eccleſiaſticis viris: quantomagis ego chriſtianus: ⁊ de parentibus chriſtianis natus: ⁊ vexillum crucis in mea fronte portans: cuius ſtudium fuit omiſſa repetere: deprauata corrigere: ⁊ ſacramenta eccleſie puro ⁊ fideli aperire ſermone: vel a faſtidioſis vel a malignis lectoribus non debeo reprobari. Habeant qui volunt veteres libros vel in membranis purpureis auro argentoꝗ deſcriptos: vel vncialibus (vt vulgo aiunt) litteris onera magis exarata quam codices: dummodo mihi meiſꝗ permittant pauperes habere cedulas: ⁊ non tam pulchros codices quam emendatos. Vtraꝗ autem editio: ⁊ ſeptuaginta iuxta grecos: ⁊ mea iuxta hebreos in latinum: meo labore tranſlata eſt: eligat vnuſquiſꝗ quod vult: et ſtudioſum me magis quam maliuolum probet.

Item alius prologus ſancti Hieronymi in Job ſecundum hebraicum.

Gen. iij. d. I autem fiſcellam iunco texerem aut palmarum folia complicarem: vt in ſudore vultus mei comederem panem: ⁊ ventris opus ſollicita mente pertractarem: nullus morderet: nemo reprehenderet. Nunc autem quia iuxta

Job. vj. ſententiam ſaluatoris volo operari cibum qui non perit: ⁊ antiquam diuinorum voluminum viam ſentibus virgultiſꝗ purgare error mihi geminus infigitur: correctorum vitiorum falſarius vocor: ⁊ errores non auferre: ſed ſerere. Tanta eſt enim vetuſtatis conſuetudo vt etiam confeſſa pleriſꝗ vitia placeant: dum magis pulchros habere volunt codices quam emendatos. Quapropter o fratres dilectiſſimi vnicum nobilitatis ⁊ humilitatis exemplar: pro flabello calathis ſportelliſꝗ munuſculis monachorum ſpiritalia hec ⁊ manſura dona ſuſcipite: ac beatum Job qui adhuc apud latinos iacebat in ſtercore ⁊ vermi-

Job. ij. b. bus ſcatebat errorum: integrum immaculatumꝗ gaudete. Quomodo enim poſt probationes atꝗ victoriam: Ibi. xlij. b.

duplicia ſunt ei vniuerſa reddita: ita ⁊ ego in lingua noſtra vt audacter loquar: feci eum habere que amiſerat. Igitur ⁊ vos ⁊ vnumquemꝗ lectorem ſolita prefatione commoneo ⁊ in principijs librorum eadem ſemper annectens rogo vt vbicunꝗ ſemper precedentes virgulas videritis: ſciatis ea que ſubiecta ſunt in hebraicis voluminibus non haberi. Porro vbi ſtelle imago prefulſerit: ex hebreo in ſermone noſtro addita ſunt. Necnon ⁊ illa que haberi videbantur ⁊ ita corrupta erant vt ſenſum legentibus tollerent: orantibus vobis magno labore correxi: magis vtile quid ex odio meo eccleſijs chriſti venturum ratus quam ex aliorum negocio.

Incipit argumentum in librum Job.

N terra quidem habitaſſe Job vſitidi in finibus Idumee ⁊ Arabie fertur: ⁊ erat ei ante nomen Jobab. Et accepit vxorem arabiſſam: ⁊ genuit filium quem vocauit Ennon. Erat autem ipſe filius quidem zare de eſau filijs filius: de matre vero boſra: ita vt ſit quintus ab abraam. Et hi ſunt reges qui regnaue- Gen. xxxvi e.

runt in edom: in qua ⁊ ipſe regnauit: ſed primus in ea regnauit balach filius beor: ⁊ nomen eiuſdem ciuitatis ✠ danaba. Poſt hunc autem balach. Poſt eum ✠ al's naaba.

iobab qui vocatur iob. Poſt iob autem cuſram: qui erat dux ex themanorum regione. Et poſt illum regnauit adad filius beath: qui excidit madian in campo moab: ⁊ nomen ciuitatis eius chethcauith.

Explicit argumentum.

Incipit liber Job.

Capitu. Summa. De ſanctitate Job: ⁊ filijs ⁊ ſubſtantia eius: de conuiuio filiorum: de ſathan qui ex petita licentia a domino percuſſit camelos: boues ⁊ aſinos: oues ⁊ pueros: ad vltimum liberos eius: de meſticia Job ⁊ laude eius ad dominum.

Capitulum. j.

A
i.ij.a. Ir erat in terra Hus nomie Job. Et erat
vir ille ſimplex ⁊ rectus ac
timens deum: ⁊ recedens
i.xlij.d. a malo. Natiqꝫ ſunt ei ſe-
ptem filij: ⁊ tres filie: ⁊ fuit
poſſeſſio eius ſepteʒ milia
ouium: ⁊ tria milia camelorum quinquagin
ta quoqꝫ iuga boum: ⁊ quingente aſine: ac
familia multa nimis. Eratqꝫ vir ille magnus
inter oẽs oriẽtales. Et ibãt filij eius ⁊ facie-
bant cõuiuia per domos: vnuſquiſqꝫ in die
ſuo. Et mittẽtes vocabãt tres ſorores ſuas:
vt comederent ⁊ biberẽt cum eis. Cumqꝫ in
orbem tranſiſſent dies cõuiuij: mittebat ad
eos Job: ⁊ ſanctificabat illos: cõſurgẽſqꝫ dilu
B i.ij.a. culo: offerebat holocauſta per ſingulos. Di-
cebat eñi. Ne forte peccauerint filij mei ⁊ be-
nedixerint deo in cordibus ſuis. Sic facie-
bat Job cunctis diebus. Quadã autẽ die cũ
veniſſent filij dei vt aſſiſterẽt corã dño: affuit
inter eos etiam Sathan. Cui dixit dñs. Un
de venis? Qui reſpõdẽs ait. Circuiui terrã:
⁊ perambulaui eam. Dixitqꝫ dñs ad eum?
Nunquid conſideraſti ſeruũ meum Job: ꝙ
non ſit ei ſimilis in terra: homo ſimplex ⁊ re-
ctus ac timens deum: ⁊ recedẽs a malo. Cui
reſpõdens Sathan ait. Nunqd fruſtra Job
timet deum? Nõne tu vallaſti eũ ac domum
eius vniuerſamqꝫ ſubſtantiã eius per circui-
tum. Operibus manuum eius benedixiſti ⁊
poſſeſſio eiꝰ creuit in terra. Sed extẽde pau-
lulum manũ tuã: ⁊ tange cũcta que poſſidet
niſi i facie bñdixerit tibi. Dixit ergo dñs ad
Sathan. Ecce vniuerſa que habet in manu
C tua ſunt: tñi in eum ne extendas manũ tuaʒ.
Egreſſuſqꝫ eſt Sathan a facie dñi. Cum au
tem quadam die filij ⁊ filie eius comederent
⁊ biberent vinuʒ in domo fratris ſui primo-
geniti: nũcius venit ad Job, qui diceret: Bo
ues arabant ⁊ aſine paſcebanť iuxta eos: ⁊ ir
ruerunt Sabei: tuleruntqꝫ oĩa ⁊ pueros per
cuſſerunt gladio: ⁊ euaſi ego ſolus vt nuncia
rem tibi. Cumqꝫ adhuc ille loquereť: venit
alter ⁊ dixit. Ignis dei cecidit de celo: ⁊ cun
ctas oues pueroſqꝫ conſumpſit: ⁊ effugi ego
ſolus vt nunciareʒ tibi. Sed adhuc illo loquẽ
te: venit alius ⁊ dixit. Chaldei fecerunt tres
turmas: ⁊ inuaſerũt camelos: ⁊ tulerũt eos:
necnon ⁊ pueros percuſſerunt gladio ⁊ ego
D fugi ſolus vt nunciareʒ tibi. Adhuc loquẽba
tur ille: ⁊ ecce aliꝰ intrauit ⁊ dixit. Filijs tuis
⁊ filiabus veſcentibus ⁊ bibentibus vinuʒ in
domo fratris ſui primogeniti: repẽte ventꝰ ve
hemẽs irruit a regiõe deſerti: ⁊ cõcuſſit quat
tuor angulos domus: que corruens oppreſ-
ſit liberos tuos: ⁊ mortui ſunt: ⁊ effugi ego
ſolus vt nunciarem tibi. Tunc ſurrexit Job: et
ſcidit veſtimenta ſua: ⁊ tonſo capite corruens in
terram: adorauit ⁊ dixit. Nudus egreſſus ſum
de vtero matris mee: et nudus reuertar illuc. Eccl'.iij.a.
Dominus dedit dominus abſtulit ſicut domino Ps.cxij.
placuit: ita factum eſt ſit nomen domini bene- j.ij.a.
dictum. In oĩbus his non peccauit Job labijs
ſuis: neqꝫ ſtultũ quid contra deum locutus eſt.

¶ Capituli Summarium. ¶ De plaga vlce-
ris qua percuſſit eum Sathan de temptatione
per vxorem facta de amicis qui venerant ad cõ-
ſolandum eum: hi tres ſederunt in terra cum eo
ſeptem diebus ⁊ noctibus non loquentes pro-
pter dolorem vehementem. Capitulum .ij.

Actuʒ eſt aũt cũ qua A
dam die veniſſent filij dei ⁊ ſta s.j.b.
rent coram domino: veniſſet qꝫ
Sathan inter eos: ⁊ ſtaret in
conſpectu eius: vt diceret dñs
ad Sathan? Unde venis. Qui
reſpondens ait. Circuiui terrã
⁊ perambulaui eam: ⁊ dixit dñs ad Sathan. Nũ
quid cõſideraſti ſeruũ meũ Job ꝙ nõ ſit ei ſimi-
lis in terra: vir ſimplex ⁊ rectus ac timens deum
⁊ recedens a malo: ⁊ adhuc retinens innocentiã. s.j.a.
Tu autem cõmouiſti me aduerſus eum vt afflige B
rem eũ fruſtra. Cui reſpõdens Sathan ait. Pel
lem pro pelle ⁊ cuncta que habet homo dabit pro
anima ſua: alioquin mitte manũ tuaʒ: ⁊ tange os
eius ⁊ carnem: ⁊ tunc videbis ꝙ in faciem bene-
dicat tibi. Dixit ergo dñs ad Sathan. Ecce in
manu tua eſt: veruntamen animam illius ſerua.
Egreſſus igitur Sathan a facie domini: percuſ-
ſit Job vlcere peſſimo a plãta pedis vſqꝫ ad ver
ticem eius: qui teſta ſaniem radebat: ſedens in
ſterquilinio. Dixit autem illi vxor ſua. Adhuc tu C
permanes in ſimplicitate tua: bñdic deo ⁊ more-
re. Qui ait ad illã: quaſi vna de ſtultis mulieribus xxiij.q.c.cõ
locuta es. Si bona ſuſcepimꝰ: de manu dñi: mala uenio:.
quare nõ ſuſtineamꝰ. In oĩbus his nõ peccauit
Job labijs ſuis. Igiť audiẽtes tres amici Job s.j.d.
omne malũ qđ accidiſſet ei: venerunt ſinguli de
loco ſuo: eliphas themanites: ⁊ baldath ſuites: ⁊
ſophar naamathites. Cõdixerant eñi vt pariter D
venientes viſitarent euʒ ⁊ conſolarentur. Cũqꝫ
eleuaſſent procul oculos ſuos: nõ cognouerũt euʒ.
Et exclamantes plorauerunt: ſciſſiſqꝫ veſtibus
ſparſerunt puluerem ſuper caput ſuum in celuʒ.
Et ſederunt cum eo in terra ſeptem diebus ⁊ ſe-
ptem noctibus: ⁊ nemo loquebatur ei verbum.
Uidebant enim dolorem eſſe vehementem.

¶ Capituli Summarium. ¶ Verba Job vbi
oſtẽdit ꝙ miſerabilis eſt vita preſens: ⁊ felix iu
ſtorum exitus. Capitulum .iij.

a Poſt hec aperuit Job
os ſuum: ⁊ maledixit diei ſuo: ⁊ lo
Hiere.xx.b cutus eſt. Pereat dies in qua na
tus ſum: ⁊ nox in qua dictum eſt
ↄceptus eſt homo. Dies illa ver
tatur in tenebras. Non requirat eum deus deſu-
per. ⁊ non illuſtretur lumine. Obſcurent eum te-
nebre ⁊ vmbra mortis. Occupet eum caligo ⁊ in-
uoluatur amaritudine. Noctez illam tenebroſus
turbo poſſideat. Non computetur in diebus an-
B ni: nec numeretur in mēſibus. Sit nox illa ſolita-
ria: nec laude digna. Maledicāt ei qui maledicūt
diei: qui parati ſunt ſuſcitare leuiathan. Ob-
tenebrentur ſtelle caligine eius. Expectet lucem
⁊ non videat: nec ortum ſurgentis aurore. Quia
non concluſit oſtia ventris qui portauit me nec
abſtulit mala ab oculis meis. Quare non ī vulua
j.x.d. mortuus ſum? Quare egreſſus ex vtero non ſta-
Hiere.xx.d tim perij? Quare exceptis genib⁹? Cur lactatus
vberibus? Nunc eniz dormiens ſilerem ⁊ ſomno
meo requieſcerem cum regibus ⁊ conſulibus ter-
re: qui edificant ſibi ſolitudines: aut cum princi-
pibus q̄ poſſident aurū: ⁊ replēt domos ſuas ar
C gento. Aut ſicut abortiuū abſconditū nō ſubſi-
ſterē: vel qui cōcepti nō viderūt lucē. Ibi impij
ceſſauerūt a tumultu: ⁊ ibi requieuerūt feſſi robo
re ⁊ quondā vincti pariter ſine moleſtia. Nō au-
dierūt vocē exactoris. Paru⁹ ⁊ magnus ibi ſunt:
⁊ ſeruus ⁊ liber a dn̄o ſuo. Quare miſero data eſt
lux: ⁊ vita his qui in amaritudine aīe ſunt. Qui
D expectant mortem ⁊ nō venit: quaſi effodientes
theſaurū: gaudentq̧ vehemēter cum inuenerint
ſepulchrum. Viro cuius abſcondita eſt via: ⁊ cir-
cundedit eum deus tenebris. Anteq̄ comedam
ſuſpiro: ⁊ quaſi inundantes aque ſic rugit⁹ me⁹:
quia timor quam timebam euenit mihi: ⁊ quod
verebar accidit: nonne diſſimulaui: nonne ſilui:
nonne quieui? Et venit ſuper me indignatio.

¶ Capi. Sum. ¶ Eliphas notat Job de im-
patiētia: ⁊ iniuſticia ꝓpter quā flagellat: ⁊ de ina
ni gloria ꝙ ſe iuſtum putauit. Capl'm. iiij.

a Reſpondens autē Eli-
phas themanites dixit. Si cepe-
rimus loqui tibi forſitan moleſte
accipies. Sed conceptū ſermonē
tenere quis poterit. Ecce docui-
ſti multos ⁊ manus laſſas roboraſti: Vacillātes
confirmauerunt ſermones tui: ⁊ genua tremen-
tia confortaſti. Nunc autez venit ſuper te plaga:
⁊ defeciſti tetigit te ⁊ conturbatus es. Vbi eſt ti
B mor tuus fortitudo tua: patientia tua ⁊ ꝑfectio
viarum tuarum? Recordare obſecro te: quis em̄
vnq̄ innocens perijt: aut quādo recti deleti ſūt?
Quin potius vidi eos qui operantur iniquitatē:
⁊ ſeminant dolores ⁊ metūt eos: flante deo pe-
riſſe: ⁊ ſpiritu ire eius eſſe conſumptos. Rugitus
leonis ⁊ vox leene: ⁊ dentes catulorum leonū cō-
triti ſunt. Tigris perijt: eo ꝙ nō haberet ꝑredā: ⁊
catuli leonis diſſipati ſunt. Porro ad me dictuz
eſt verbum abſconditum: ⁊ quaſi furtiue ſuſcepit C
auris mea venas ſuſurrij eius. In horrore viſio-
nis nocturne qn̄ ſolet ſopor occupare hoies pa-
uor tenuit me ⁊ tremor: ⁊ omnia oſſa mea perter
rita ſunt. Et cum ſpiritus me preſente tranſiret
inhorruerunt pili carnis mee. Stetit quidam cu
ius non agnoſcebam vultum: imago coram ocu-
lis meis: ⁊ vocez quaſi aure lenis audiui. Nunq̄d j.xxv.b.
homo dei compatione iuſtificabitur: aut factore
ſuo purior erit vir? Ecce qui ſeruiunt ei non ſunt
ſtabiles: ⁊ in angelis ſuis repperit prauitatem. ij. Pet. ij. a
Quantomagis hi qui habitant domos luteas: de pe. di. ij.
qui terrenum habent fundamentum: conſumē- c. em. añ ſi.
tur velut a tinea. De mane vſq̧ ad veſperaz ſuc Eſa. xxviij
cidentur: et quia nullus intelligit in eternum pe c.
ribunt. Qui autem reliqui fuerint auferentur ex
eis, morientur ⁊ non in ſapientia.

¶ Capituli Summa. ¶ De exitu ſtulti: de iu-
ſticia dei: ꝙ domin⁹ ſuos flagellat: ⁊ eos liberat:
et liberatos dirigit. Capitulum. v.

Voca ergo ſi eſt qui ti- a
bi reſpondeat: ⁊ ad aliquem ſan-
ctoruz conuertere. Virum ſtultū
interfecit iracundia: ⁊ paruulum
occidit inuidia. Ego vidi ſtultuz
firma radice, ⁊ maledixi pulchritudini eius ſtatiz.
Longe fient filij eius a salute ⁊ conterētur in por
ta: et non erit qui eruat. Cuius meſſem fameli-
cus comedet: ⁊ ipſum rapiet armatus: ⁊ bibent
ſitientes diuitias eius. Nihil in terra ſine cauſa B
fit. ⁊ de humo non egredietur dolor. Homo na-
ſcitur ad laborem: ⁊ auis ad volatum. Quamob-
rem ego deprecabor dominū: ⁊ deuz ponam elo-
quium meum. Qui facit magna ⁊ inſcrutabilia:
⁊ mirabilia abſq̧ numero. Qui dat pluuiam ſuꝑ
faciem terre: ⁊ irrigat aquis vniuerſa. Qui ponit C
humiles in ſublime: ⁊ merentes erigit ſoſpitate. j. Corinth.
Qui diſſipat cogitationes malignorum: ne poſ- iij. d.
ſint implere manus eorum quod ceperant. Qui
apprehendit ſapientes in aſtutia eorum: ⁊ conſi-
lium prauorum diſſipat. Per diem incurrent te-
nebras: ⁊ quaſi in nocte ſic palpabunt in meri-
die. Porro ſaluum faciet egenum a gladio oris
eorum: ⁊ de manu violenti pauperez. Et erit ege
no ſpes: iniquitas autē contrahet os ſuuz. Bea
tus homo qui corripitur a dn̄o. Increpationem
ergo dn̄i ne reprobes: quia ipſe vulnerat ⁊ mede D
tur: percutit ⁊ manus eius ſanabunt. In ſex tri-
bulationibus liberabit te: et in ſeptima non
tanget te malum. In fame eruet te de morte: et
in bello de manu gladij. A flagello lingue abſcōde-
ris: ⁊ nō timebis calamitatē cū venerit. In vaſti-
tate ⁊ fame ridebis: ⁊ beſtias terre nō formidabis
Sz cū lapidib⁹ regionū pactū tuū: ⁊ beſtie tre pa
cifice erūt tibi: ⁊ ſciesq̧ pacē hēat tabnacl'uz tuū

et viſitans ſpeciem tuaꝫ non peccabis. Et ſcies
quoniam multiplex erit ſemen tuuꝫ: et pgenies
tua quaſi herba terre. Ingredieris in abundan
tia ſepulchrum: ſicut infertur aceruus tritici in
tempore ſuo. Ecce hoc vt inueſtigauimus: ita
eſt: quod auditum mente pertracta.

¶ Capituli Summarium ¶ Reſpondet Job
dicit penam ſuam excedere culpam: et tamen de
lectari in pena. Capitulum. vj.

a

Reſpondẽs autẽ Job
dixit. Utinam appenderetur pctã
mea quibus irã merui: et calami
tas qua patior in ſtatera quaſi
arena maris hec grauior appare
ret. Unde et verba mea dolore ſunt plena: qꝛ ſa
gitte domini in me ſunt quarum indignatio ebi
bit ſpiritum meum: et terrores domini militant
contra me. Nunquid rugiet onager cuꝫ habue
Amos. iij. a rit herbaꝫ: aut mugiet bos cũ ante pſepe plenũ
ſteterit? Aut poterit comedi inſulſum: qđ nõ eſt
Prouerb. ſale conditũ. Aut põt aliqs guſtare: qđ guſtatuꝫ
xxvij. a. affert mortem? Anime eñ eſurienti atiaꝫ amara
dulcia eſſe videntur. Que prius nolebat tangere
B aĩa mea nunc pre anguſtia cibi mei ſunt. Quis
det vt veniat petitio mea: et qđ expecto, tribuat
mihi deus: et qui cepit: ipſe me conterat. Soluat
manum ſuam et ſuccidat me: et hec mihi ſit con
ſolatio vt affligens me dolore non parcat: nec cõ
tradicam ſermonibus ſancti. Que eſt enim forti
tudo mea vt ſuſtineam: aut quis finis meus vt
patienter agam? Nec fortitudo lapidum fortitu
do mea: nec caro mea enea eſt. Ecce non eſt auxi
lium mihi in me. et neceſſarij quoqꝫ mei receſſe
runt a me. Qui tollit ab amico ſuo miſericordiã
timorem domini derelinquit. Fratres mei prete
rierunt me: ſicut torrens qui raptim tranſit in
conuallibus. Qui timent pruinam: irruet ſuper
eos nix: Tempore quo fuerint diſſipati, peribũt
et: incaluerint: ſoluentur de loco ſuo. Inuolute
ſunt ſemite greſſuum eorum: ambulabunt in va
cuum et peribunt. Conſiderate ſemitas themã:
itinera ſabba et expectate paulliſper. Cõfuſi ſunt
D qꝛ ſperaui. Uenerunt quoqꝫ vſqꝫ ad me: et pudore
cooperti ſunt. Nũc veniſtis: et mõ videntes pla
gaꝫ meã timetis. Nunquid dixi: Afferte mihi: et
de ſubſtãtia veſtra donate mihi: vel liberate me
de manu hoſtis: et de manu robuſtoꝝ eruite me.
Docete me: et ego tacebo: et ſi qđ forte ignoraui
inſtruite me. Quare detraxiſtis ſmonibus verita
tis: cũ e vobis nullus ſit qui poſſit arguere me?
Ad increpandum tantuꝫ eloquia cõcinatis: et in
ventum verba profertis. Super pupillum irrui
tis: et ſubuertere nitimini amicũ veſtrum. Uerun
tamen quod cepiſtis: explete. Prebete aurem:
et videte an mẽtiar. Reſpondete obſecro abſqꝫ
contentione: et loquentes id quod iuſtum eſt: iu
dicate. Et non inuenietis in lingua mea iniquita
tem: nec in faucibus meis ſtultitia perſonabit.

¶ Capituli Summarium ¶ Oſtendens Job
viuere laborem eſſe et mortem feſtinare: et non
eſſe reuerſionem: quobrem penitet et clamat ad
dominum. Capitulum. vij.

Militia eſt vita homi a
nis ſuper terram: et ſicut dies mer De pe. di.
cenarij dies eius. Sicut ceruus ij. c. ſi eñ.
deſiderat vmbram: et ſicut mercẽ j. xiiij. b.
narius preſtolatur finem operis
ſui: ſic ego: et habui menſes vacuos: et noctes
laborioſas enumeraui mihi. Si dormiero: dicam
quando conſurgam: et rurſuꝫ expectabo veſpe
ram: et replebor doloribus vſqꝫ ad tenebras.
Induta eſt caro mea putredine et ſordib⁹ pul
ueris: cutis mea aruit et contracta eſt. Dies mei
velocius tranſierunt qꝫ a texente tela ſuccidítur
et conſumpti ſunt abſqꝫ vlla ſpe. Memento: qꝛ j. x. c.
ventus eſt vita mea et nõ reuertet oculus meus B
vt videat bona: nec aſpiciet me viſus hominis.
Oculi tui in me: et non ſubſiſtam. ſicut conſumi
tur nubes et pertranſit: ſic qui deſcendit ad in
feros non aſcendet nec reuertet vltra in domũ
ſuam: neqꝫ cognoſcet eum amplius locus eius. C
Quapropter et ego nõ parcam ori meo: loquar
in tribulatiõe ſpũs mei cõfabulabor cũ amaritu
dine aĩe mee. Nunqđ mare ego ſuꝫ aut cetus: qꝛ
circũdediſti me carcere. Si dixero conſolabitur
me lectulus meus et reuelabor loquens mecum:
in ſtratu meo terrebis me per ſomnia: et per vi
ſiones horrore concuties. Quamobrem elegit
ſuſpendiũ anima mea: et mortẽ oſſa mea. Deſpe
raui. Nequaqꝫ vltra iam viuam. Parce mihi do
mine nihil enim ſunt dies mei. Quid eſt homo:
qꝛ magnificas eum: aut quid apponis erga eum D
cor tuum. Uiſitas eum diluculo: et ſubito probas j. xv. b.
illum. Uſqꝫquo nõ parcis mihi nec dimittis me
vt glutiam ſaliuaꝫ meam. Peccaui. Quid faciã
tibi o cuſtos hominum? Quare me poſuiſti con
trarium tibi: et factus ſum mihimetipſi grauis.
Cur non tollis peccatum meum: et quare non
aufers iniquitateꝫ meam. Ecce nunc in puluere
dormiam et ſi mane me quesieris non ſubſiſtam.

¶ Capituli Summarium ¶ Baldath notat
Job flagella meruiſſe: et penitẽtiam non feciſſe:
deſcribit quoqꝫ hypocritã et ruinã eius: monet
Job clamare ad dñs: oñdẽs ipſuꝫ eſſe miſericor
deꝫ: et reprehẽdit hypocritas.
Capitulũ. viij.

Reſpondens auteꝫ bal a
dath Suites dixit. Uſqꝫquo lo
queris talia et ſpiritus multiplex
ſermonis oris tui. Nunqđ deus
ſupplantat iudiciũ: aut oĩpotens
ſubuertit qđ iuſtum eſt? Etiã ſi filij tui peccaue
runt ei: et dimiſit eos in manu iniquitatis ſue:
tu tamẽ ſi diluculo cõſurrexeris ad deũ et oĩpotẽ B

tem fueris deprecat⁹: ſi mūdus ⁊ rect⁹ inceſſeris
ſtatim euigilabit ad te: ⁊ pacatum reddet habi-
taculum iuſticie tue: intm̄ vt priora tua fuerint
Deu.xiij.a parua ⁊ nouiſſima tua multiplicentur nimis. In
terroga enim gn̄ationem p̄ſtinam: et diligenter
Pſ.cxliij. inueſtiga patruꝫ memoriaꝫ. Heſterni quippe ſu
mus ⁊ ignoramus qm̄ ſicut vmbra dies nr̄i ſunt
ſup terram: ipſi docebūt te. Loquent̄ tibi: et de
C corde ſuo proferent eloquia. Nūquid viuere pōt
ſcirp⁹ abſqꝫ humore: aut creſcere carectū ſine
aqua? Cū adhuc ſit in flore: nec carpat̄ manu: an
te oēs herbas areſcit: ſic vie omnium qui obliui
ſcuntur deū: ⁊ ſpes hypocrite peribit. Nō ei pla
cebit vecordia ſua ⁊ ſicut tela aranearum fiducia
eius. Innitetur ſuper domum ſuam: ⁊ nō ſtabit:
fulciet eaꝫ ⁊ nō cōſurget. Humectus videt̄ anq̄
D veniat ſol: ⁊ in ortu ſuo germen eius egredietur.
Super aceruum petrarū radices eius denſabun
tur ⁊ inter lapides commorabitur. Si abſorbuerit
eum de loco ſuo: negabit eum: ⁊ dicet. Nō noui
te. Hec eſt enim letitia vie eius: vt rurſuꝫ de ter
ra alij germinent̄. Deus nō proijciet ſimplicem:
non porriget manum malignis donec impleatur
riſu os tuum: ⁊ labia tua iubilo. Qui oderunt te
īduent̄ ꝯfuſiōe: ⁊ tabernaculū impioꝝ nō ſubſiſtet.

Capituli Summarium. Job exponit ma
gnalia dei: cuius comparatione nulle ſunt homi
nis iuſtitie. Capitulum.ix.

A Et reſpōdēs Job ait.
Vere ſcio ꝙ ita ſit ⁊ ꝙ non iuſti-
ficet̄ homo cōpoſitus deo. Si
voluerit cōtendere cū eo non po
terit r̄ndere ei vnū pro mille. Sa
piēs corde eſt ⁊ fortis robore. Quis reſtitit ei et
pacem habuit. Qui tranſtulit montes et neſcie-
runt hi quos ſubuertit in furore ſuo. Qui com-
mouet terram de loco ſuo: ⁊ colūne eius cōcutiū
B tur. Qui precipit ſoli ⁊ nō orit̄ et ſtellas claudit
quaſi ſub ſignaculo. Qui extendit celos ſolus: ⁊
graditur ſup fluctus maris. Qui facit arcturū
et oriona ⁊ hyadas: ⁊ interiora auſtri. Qui facit
magna ⁊ incōprehenſibilia ⁊ mirabilia: quorum
nō eſt numerus. Si venerit ad me nō videbo eū
ſi abierit nō intelligā. Si repēte interroget q̄s
reſpōdebit ei? Vel q̄s dicere poteſt: cur ita facis.
Deus cuius ire nemo reſiſtere poteſt: ⁊ ſub quo
curuant̄ qui portant orbeꝫ. Quantus ergo ſum
ego: vt r̄ndeaꝫ ei: ⁊ loq̄r verbis meis cū eo. Qui
etiā ſi habuero q̄ppiā iuſtū nō r̄ndebo: ſed meuꝫ
iudicē dep̄cabor. Et cū inuocāteꝫ me exaudierit
nō credo ꝙ audierit voceꝫ meaꝫ. In turbine em̄
conteret me: ⁊ multiplicabit vulnera mea: eſſet
C ſine cauſa. Non cōcedit requieſcere ſpm̄ meum
et implet me amaritudinib⁹. Si fortitudo queri
tur robuſtiſſim⁹ eſt. Si eq̄tas iudicij. nēo audet
pro me teſtimoniū dicere. Si iuſtificare me vo-
luero: os meum condēnabit me. Si innocentem
oſtendero prauum me cōprobabit. etiam ſi ſimplex
fuero: hoc ipſm̄ ignorabit anima mea: et tedebit
me vite mee. Vnū eſt qd̄ locutus ſum: ⁊ inocēteꝫ
et impiū ipſe conſumit. Si flagellat occidat ſemel: J.xxxix.d.
et nō de penis innocentiū rideat. Terra data eſt
in manus impij: vultū iudicum eius operuit. Qd̄ D
ſi non ille eſt quis ergo eſt. Dies mei velociores S.vij.b.
fuerunt curſore: fugerunt ⁊ non viderunt bonū. J.x.d.
Pertranſierunt quaſi naues poma portantes:
ſicut aquila volans ad eſcam. Cum dixero ne-
quaq̄: ita loquar: commuto faciem meam: et do
lore torqueor. Verebar oīa opera mea: ſciens ꝙ
non parceres delinquenti: ſi autem ⁊ ſic impius
ſum: quare fruſtra laboraui. Si locut⁹ fuero qua
ſi aquis niuis: ⁊ fulſerint velut mūdiſſime man⁹
mee: tn̄ ſordibus intinges me: ⁊ abominabuntur
me veſtimenta mea. Neqꝫ enim viro qui ſimilis
mei eſt reſpondebo nec qui mecum in iudicio ex
equo poſſit audiri. Nō eſt qui vtrūqꝫ valeat ar-
guere ⁊ ponere manū ſuā in ambobus. Auferat
a me virgā ſuā ⁊ pauor eius nō me terreat. Loq̄r
⁊ nō timebo eū. Nec em̄ poſſuꝫ metuēs r̄ndere.

Capituli Summarium. Job penitet et
confitetur: allegat ad iudicem ꝙ opus ſuum eſt
lutum fragile: et propter penas in ſe militantes
plangit ſenatum et petit locum penitentie an-
teq̄ moriatur. Capitulum.x.

T Edet animaꝫ meaꝫ vi A
te mee: dimittam aduerſum me
eloquiuꝫ meum. Loquar in ama
ritudine anime mee: dicam deo.
Noli me condemnare. Indi-
ca mihi cur me ita iudices. Nunquid bonuꝫ tibi B
videtur ſi calūnieris me et opprimas me opus
manuum tuarum: et conſilium impiorum adiu-
ues. Nunquid oculi carnei tibi ſunt: aut ſicut
videt homo et tu videbis. Nunquid ſicut dies
hominis: dies tui et anni tui ſicut humana ſunt
tempora: vt queras iniquitatem meam: et pec- Deu.xxxij.f.
catum meum ſcruteris. Et ſcias quia nihil impiū Eſa.xlv.b.
fecerim: cū ſit nemo qui de manu tua poſſit erue
re. Manus tue dn̄e fecerūt me: ⁊ plaſmauerunt
me totū in circuitu: et ſic repēte precipitas me.
Memēto queſo ꝙ ſicut lutū feceris me ⁊ in pul
uerē reduces me. Nōne ſicut lac mulſiſti me: et
ſicut caſeū me coagulaſti. Pelle ⁊ carnib⁹ veſtiſti C
me: oſſibus ⁊ neruis cōpegiſti me. Vitam ⁊ mi
ſericordiā tribuiſti mihi: ⁊ viſitatio tua cuſtodi-
uit ſpm̄ meū. Licet hec celes in corde tuo. tn̄ ſcio
q̄ vniuerſoꝝ memineris. Si peccaui: ⁊ ad horaꝫ
pepciſti mihi cur ab iniq̄tate mea mūdū me eſſe
nō pateris. Et ſi impius fuero ve mihi eſt: ⁊ ſi iu-
ſtus: nō leuabo caput: ſaturat⁹ afflictiōe ⁊ miſe-
ria. Et ꝑpter ſupbiā q̄ſi leenā capies me: reuer-
ſuſqꝫ mirabiliter me crucias. Inſtauras teſtes tu
os ꝯtra me: ⁊ multiplicas irā tuā aduerſum me
et pene militant in me. Quare de vulua eduxiſti D
me qui vtinā cōſumptus eſſem ne ocul⁹ me vide S.iij.b.
ret. Fuiſſeꝫ quaſi nō eſſeꝫ de vtero trāſlatus ad Hiere.xx.b.

ſ.ix.d. Prouerb. ij.d. tumulum. Nunq̇d nō paucitas dierū meoꝝ finie tur breui. Dimitte ergo me vt plangā paululum dolorem meū anteq̄ vadam ⁊ nō reuertar ad ter ram tenebroſam: ⁊ opertā mortis caligine: terrā miſerie ⁊ tenebrarum: vbi vmbra mortis ⁊ nullus ordo: ſed ſempiternus horror inhabitat.

¶ Capituli Summarium. ¶ Sophar iniuſte Job arguit: deū incomprehenſibilem oſtendit: ⁊ penitenti miſericordie oſtendit. Capl'm.xi.

A R Eſpondens aūt Sophar naamathites: dixit. Nunq̇d qui multa loquit: non audiet: aut vir verboſus iuſtificabit. Ti ſ.vj.d. bi ſoli tacebūt hoies: ⁊ cum cete
B ros irriſeris: a nullo confutaberis. Dixiſti enim. Purus eſt ſermo meus: ⁊ mūdus ſum in cōſpectu tuo. Atq; vtinā deus loquereť tecū: ⁊ aperiret labia ſua tibi vt oſtēderet tibi ſecreta ſapientie: ⁊ ꝙ multiplex eſſet lex eius: ⁊ intelligeres ꝙ multo minora exigaris ab eo q̄ meretur iniq̇tas tua. Forſitā veſtigia dei cōprehēdes: ⁊ vſq; ad perfectū oipotētē reperies. Excelſior celo eſt ⁊ q̇d facies. Profundior inferno: ⁊ vn̄ cognoſces.
C Longior terra mēſura eius: ⁊ latior mari. Si ſub uerterit oia vel in vnū coartauerit: q̇s cōtradicet ei: vel quis dicere ei pōt: cur ita facis. Ipſe enim nouit hominū vanitatē: ⁊ vidēs iniquitatē nōne cōſiderat. Uir vanus in ſuperbiā erigiť: ⁊ tanq̄ pullum onagri ſe liberū natū putat. Tu aūt firmaſti cor tuū: ⁊ expādiſti ad eū manus tuas. Si iniquitatem que eſt in manu tua abſtuleris a te: ⁊ nō māſerit in tabernaculo tuo iniuſticia: tunc leuare poteris faciem tuā abſq; macula: ⁊ eris ſtabilis ⁊ non timebis. Miſerie quoq; obliuiſceris:
D. ⁊ quaſi aquarū que p̄terierūt nō recordaberis: ⁊ quaſi meridianus fulgor conſurget tibi advespe Leuit.xxxv b. ram. Et cū te conſumptum putaueris: orieris vt lucifer: ⁊ habebis fiduciam propoſita tibi ſpe: et defoſſus ſecurus dormies. Requieſces: ⁊ nō erit qui te exterreat. Et deprecabuntur faciem tuam plurimi. Oculi autē impioꝝ deficiēt: ⁊ effugiū peribit ab eis: ⁊ ſpes illoꝝ abominatio anime.

¶ Capituli Sum. ¶ Job oſtēdit ſuam patiētiam: ⁊ dei potentiam. Capl'm.xij.

A R Eſpondens aūt Job: dixit. Ergo vos eſtis ſoli hoies: ⁊ vobiſcum morieť ſapientia. Et mihi eſt cor ſicut ⁊ vobis: nec inferior veſtri ſum. Quis enim hec Prouerbi. xiiij.a. que noſtis ignorat. Qui deridetur ab amico ſuo ſicut ego: inuocabit deum: ⁊ exaudiet eum. Deridetur enim iuſti ſimplicitas: lampas contem-
B p̄ta apud cogitationes diuitum: parata ad tempus ſtatutum. Abundant tabernacula predonū: ⁊ audacter prouocant deum: cū ipſe dederit omnia in manus eorum. Nimirum interroga iumēta: ⁊ docebunt te: ⁊ volatilia celi: ⁊ indicabunt tibi. Loquere terre: ⁊ reſpondebit tibi ⁊ narrabūt piſces maris. Quis ignorat ꝙ omnia hec manus domini fecerit? In cuius manu anima hominis viuentis: ⁊ ſpiritus vniuerſe carnis hominis. Nonne auris verba diiudicat: ⁊ fauces comedē- J.xxiiij.a. tis ſaporem. In antiquis eſt ſapientia: ⁊ in multo tempore prudentia. Apud ipſum eſt ſapien- J.xxxij.b. tia ⁊ fortitudo: ⁊ ipſe habet conſilium ⁊ intelligē- C tiam. Si deſtruxerit: nemo eſt qui edificet: ſi in- Eſa.xxij.f. cluſerit hominem nullus eſt qui aperiat: ſi conti- Apo.iij.b. nuerit aquas: omnia ſiccabuntur: ⁊ ſi emiſerit eas: ſubuertent terram. Apud ipſum eſt fortitudo ⁊ ſapientia. Ipſe nouit ⁊ decipientem: ⁊ eum qui decipitur. Adducit conſiliarios in ſtultum finem: et iudices in ſtuporem. Baltheum regum D diſſoluit: et precingit fune renes eorum. Ducit ſacerdotes ingloriοs: ⁊ optimates ſupplantat. Cōmutās labiū veraciū: ⁊ doctrinā ſenū auferens. Effundit deſpectionem ſuper p̄ncipes: ⁊ eos qui oppreſſi fuerant releuat. Qui reuelat profunda d̄ tenebris: ⁊ p̄ducit in lucē vmbrā mortis. Qui multiplicat gētes: ⁊ perdit eas: ⁊ ſubuerſas in integrum reſtituit. Qui immutat cor principum populi terre ⁊ decipit eos vt fruſtra incedant per inuium. Palpabunt quaſi in tenebris ⁊ nō in luce ⁊ errare eos faciet quaſi ebrios.

¶ Capitu. Summa. ¶ Job arguit amicos ex verbis ſuis: ⁊ condēnat hypocriſim: et conditionem ſuam allegat. Capitulum. xiij.

E Cce omnia que vidit oculus meus ⁊ audiuit auris mea: ⁊ intellexi ſingula. Se A cundū ſciam vr̄a ⁊ ego noui: nec inferior veſtri ſum. Sed tamen ad oipotētē loquar: ⁊ diſputare cum deo cupio: prius vos oſtēdens fabricatores mendacij: ⁊ cultores peruerſoꝝ dogmatū. Atq; vtinā taceretis vt putaremini eſſe ſapientes. Audite ergo correctiōes meas: ⁊ iudiciū labioꝝ meoꝝ intēdite. Nunquid B deus indiget veſtro mendacio: vt pro illo loquamini dolos. Nunq̇d faciem eius accipitis: ⁊ pro deo iudicare nitimini. Aut placebit ei quem celare nihil poteſt: aut decipieť vt homo veſtris fraudulentijs. Ipſe vos arguet: q̄m in abſcondito faciem eius accipitis. Statim vt ſe cōmouerit turbabit vos: ⁊ terror eius irruet ſuper vos. Memoria veſtra cōparabitur cineri: ⁊ redigentur in lutum ceruices veſtre. Tacete pauliſper: vt loquar quodcunq; mihi mens ſuggeſſerit. Quare lacero carnes meas dentibus meis: ⁊ animam meā por- C to in manibus meis. Etiā ſi occiderit me: in ipſo ſperabo. Ueruntamen vias meas in conſpectu eius arguā: ⁊ ipſe erit ſaluator meus. Nō eñ veniet in cōſpectu ei⁹ oīs hypocrita. Audite ſermonem meum: ⁊ enigmata percipite auribus veſtris. Si fuero iudicatus ſcio ꝙ iuſtus inueni-

ar. Quis eſt qui iudicetur mecum. Veniat. Qua
re tacens conſumoꝛ? Duo tantum ne facias mi-
hi: tunc a facie tua non abſcondar. Manum
tuam longe fac a me: ⁊ foꝛmido tua non me ter
j.xiiij.c. reat. Voca me ⁊ ego reſpondebo tibi: aut certe
loquar ⁊ tu reſponde mihi. Quantas habeo ini-
quitates ⁊ peccata ſcelera mea ⁊ delicta mea oſtē
D de mihi? Cur faciē tuā abſcōdis: ⁊ arbitraris me
inimicum tuū. Cōtra folium qd̄ vento rapit oſtē
dis potētiā tuā: ⁊ ſtipulā ſiccā ꝑſequeris. Scribis
enī contra me amaritudines: ⁊ cōſumere me vis
j.xxxiij.b. peccatis adoleſcentie mee. Poſuiſti in neruo pe
dem meum: ⁊ obſeruaſti omnes ſemitas meas: ⁊
veſtigia pedum meoꝛum conſideraſti. Qui qua-
ſi putredo conſumendus ſum: et quaſi veſtimē
tum quod comeditur a tinea.

¶ C. S. ¶ Deſcribit vitā hoīs: ꝓphetat re-
ſurrectionem: ⁊ petit protectionem in iudicio: ⁊
ponit conditionem hominis. Capitulū. xiiij.

A HOmo natus de mulie
re: breui viuens tp̄e: repletur mul
tis miſeriis. Qui quaſi flos egre-
ditur ⁊ conteritur: ⁊ fugit velut
vmbꝛa: ⁊ nunꝙ̄ in eodē ſtatu per
manet. Et dignū ducis ſuꝑ huiuſcemodi aperi-
re oculos tuos: ⁊ adducere eū tecū in iudicium.
Quis pōt facere mundū de immundo cōceptuʒ
ſemine. Nōne tu qui ſolus es. Breues dies hoīs
B ſunt numerus mēſuʒ eius apud te eſt. Cōſtituiſti
s.vij.a. terminos eius qui p̄teriri nō poterunt. Recede
ergo paululū ab eo: vt quieſcat donec optata ve
niat: ⁊ ſicut mercēnarij dies eiꝰ. Lignū hʒ ſpem.
Si p̄ciſum fuerit: rurſuʒ vireſcit: ⁊ rami eius pul
lulant. Si ſenuerit in terra radix eius: ⁊ in pulue
re emoꝛtuꝰ fuerit truncus illius: ad odoꝛeʒ aque
germinabit: ⁊ faciet comam quaſi cum pꝛimum
plantatuʒ eſt. Homo vo cū moꝛtuus fuerit: ⁊ nu
C datus atq; conſumptus: vbi queſo eſt. Quō ſi re
cedant aque de mari ⁊ fluuius vacue factus are-
ſcat: ſic homo cū doꝛmierit nō reſurget. Donec
atteratur celū nō euigilabit: nec cōſurget de ſom
no ſuo. Quis mihi hoc tribuat vt in inferno pꝛo-
tegas me: ⁊ abſcōdas me: donec ꝑtranſeat furoꝛ
tuus: ⁊ ꝯſtituas mihi tp̄s in quo recoꝛderis mei.
s.xiij.c. Putaſne moꝛtuus homo rurſuʒ viuet. Cunctis
D diebus q̇bus nūc milito: expecto donec veniat im
j.xxxiij.c. mutatio mea. Vocabis me: ⁊ ego rn̄debo tibi.
Operi manuū tuaꝝ poꝛriges dexterā. Tu quidē
greſſus meos dinumeraſti: ſʒ parce pc̄tis meis.
Signaſti quaſi in ſacculo delicta mea: ſed cura-
ſti iniquitatē meā. Mons cadēs defluit: ⁊ ſaxuʒ
transfertur de loco ſuo. Lapides excauat aqua: ⁊ al
luuione paulatiʒ terra ꝯſumitur: ⁊ hoīes ḡ ſilr̄ per-
des. Roboꝛaſti eū paululū: vt in ꝑpetuū trāſiret.
Immutabis faciem eius ⁊ emittes eum. Siue
nobiles fuerint filij eius: ſiue ignobiles: non in-
telliget. Attamen caro eius dum viuit dolebit: ⁊
anima illius ſuper ſemetipſo lugebit.

¶ Capi. Sum. ¶ Eliphaz arguit Job de ar
rogantia ſapientie ⁊ mundicie: agitq; de impio
ſuperbo ⁊ hypocrita.

Capitulum. xv.

A

REſpondēs autēʒ Eli-
phaz Themanites dixit. Nun-
quid ſapiens reſpōdebit quaſi in
vētum loquens: ⁊ implebit ardo
re ſtomachū ſuū? Arguis verbis
eū qui nō eſt equalis tibi: ⁊ loqueris qd̄ tibi non
expedit. Quantū in te eſt inuacuaſti timoꝛē: ⁊ tu
liſti p̄ces coꝛā deo: docuit inim iniquitas tua os
tuum: ⁊ imitaris linguam blaſphemantiū. Con-
dēnabit te os tuum: ⁊ non ego: ⁊ labia tua reſpō
debunt tibi. Nunquid tu pꝛimus hō natus es: ⁊ B
ante colles foꝛmatus. Nunquid conſiliū dei au-
diſti: ⁊ inferioꝛ te erit eius ſapientia. Quid noſti
quod ignoꝛemus? Quid intelligis quod neſcia-
mus: ⁊ ſenes ⁊ antiqui ſunt in nobis multo vetu
ſtioꝛes ꝙ̄ patres tui? Nunquid grande eſt vt cō-
ſoletur te deus. Sed verba tua pꝛaua hoc pꝛohi-
bent. Quid te eleuat coꝛ tuū: ⁊ quaſi magna co- s.iiij.b.
gitans attonitos habēs oculos. Quid timet cō- De pe. diſ.
tra deuʒ ſpūs tuus: vt ꝓferas de oꝛe tuo huiuſce finali. in fi.
modi ſermones. Quid eſt homo vt immaculatꝰ
ſit ⁊ vt iuſtus appareat natus de muliere. Ecce
inter ſanctos eius nemo immutabilis: ⁊ celi non
ſunt mundi in conſpectu eius ꝙ̄to magis abomi
nabilis ⁊ inutilis homo qui bibit quaſi aquam C
iniquitatem. Oſtendam tibi audi me: quid vidi
narrabo tibi. Sapientes cōfitentur: ⁊ nō abſcon-
dunt patres ſuos. Quibus ſolis data eſt terra: et
nō trāſibit alienus per eos. Cunctis diebus ſuis
impius ſuperbit: ⁊ numerus annoꝛum incertus
eſt tyrannidis eius. Sonitus terroꝛis ſemper in
auribus illius ⁊ cū pax ſit: ille ſemper inſidias ſu-
ſpicatur. Nō credit ꝙ reuerti poſſit de tenebꝛis
ad lucem: circūſpectans vndiq; gladiū. Cū ſe mo
uerit ad querēduʒ panē: nouit ꝙ paratus ſit in
manu eius tenebꝛarū dies. Terrebit euʒ tribula-
tio ⁊ anguſtia vallabit eū ſicut regē qui p̄paratur
ad pꝛelium. Tetēdit enī aduerſus deum manum
ſuam: ⁊ cōtra oīpotenteʒ roboꝛatus eſt. Cucur-
rit aduerſus eū erecto collo: ⁊ pingui ceruice ar- D
matus eſt. Operuit faciē eius craſſitudo: ⁊ de la
teribus eius aruina depēdet. Habitauit in ciui-
tatibus deſolatis: ⁊ in domibus deſertis: que in
tumulos ſunt redacte. Non ditabitur nec perſeue-
rabit ſubſtantia eius: nec mittet in terra radiceʒ
ſuam. Non recedet de tenebꝛis. Ramos eius are
faciet flāma: ⁊ auferetur ſpiritu oꝛis ſui ab eo. Nō
credat fruſtra erroꝛe deceptus ꝙ aliquo pꝛecio
redimendus ſit. Anteꝙ̄ dies eius impleantur pe
ribit: ⁊ manus eius ardeſcent. Ledetur quaſi vi- Ps. vij.
nea in pꝛimo floꝛe botrus eiꝰ: ⁊ quaſi oliua pꝛoij Eſa. lij. c.
ciens floꝛem ſuum. Congregatio enim hypocri-
te ſterilis et ignis deuoꝛabit tabernacula eoꝛum
qui munera libenter accipiūt. Cōcepit doloꝛē et
peperit iniquitatē ⁊ vterus eius pꝛeparat dolos.

¶ Capituli Summarium. ¶ Job dolorem ſuum diſſimulat et crudelitatem hoſtium ſuorũ et dicit ſe pati abſq; iniquitate manus ſue: cum haberet ad dominum mundas preces.

A ¶ Capitulum.xvj.

Reſpondens autẽ iob dixit. Audiui frequẽter talia. Cõſolatores onerosi oẽs vos eſtis. Nunquid habebunt finem verba ventoſa: aut aliquid tibi moleſtum eſt ſi loquaris. Poteram et ego ſimilia veſtri loqui. Atq; vtinam eſſet anima veſtra ꝓ aĩa mea. Conſolarer ⁊ ego vos ſermonib⁹: ⁊ mouerẽ

B caput meum ſuper vos. Roborarem vos ore meo et mouerem labia mea: quaſi parcens vobis. Sed quid agam. Si locutus fuero: nõ quieſcet dolor meus: et ſi tacuero: non recedet a me. Nunc autem oppreſſit me dolor meus: ⁊ in nihilum redacti ſunt omnes artus mei. Ruge me teſtimonium dicunt contra me: ⁊ ſuſcitatur falſiloquus aduerſus faciem meam: contradicens mihi. Collegit furorem ſuum in me: ⁊ cõminans mihi infremuit contra me dentibus ſuis. Hoſtis meus terribilibus oculis me intuitus eſt. Aperuerũt ſuper me ora ſua et exprobrantes percuſſerunt maxillam

C meã: ſatiati ſunt penis meis. Cõcludit me deus apud iniquum: ⁊ manibus impiorũ me tradidit. Ego ille quondam opulentus repente cõtritus ſum. Tenuit ceruicẽ meam: cõfregit me: ⁊ poſuit me ſibi quaſi in ſignum. Circundedit me lanceis ſuis: conuulnerauit lumbos meos. Non pepercit: et effudit in terra viſcera mea. Cõſcidit me vulnere ſuper vulnus: irruit in me quaſi gigas.

D Saccum conſui ſuper cutem meam: ⁊ operui cinere carnem meam. Facies mea intumuit a fletu: ⁊ palpebre mee caligauerũt. Hec paſſus ſum abſq; iniquitate manus mee: cum haberem mundas ad deum preces. Terra ne operias ſanguinem meum: neq; inueniat in te locum latendi clamor meus. Ecce enim in celo teſtis meus: et cõſcius meus in excelſis. Verboſi amici mei: ad deum ſtillat oculus meus. Atq; vtinam ſic iudicaretur vir cum deo: quomodo iudicatur filius hominis cum collega ſuo. Ecce enim breues anni tranſeũt et ſemitam per quam non reuertar: ambulo.

¶ Capituli Summarium. ¶ In breuitate dierum: et caligatione oculorum: et putrefactione carnis dicit ſe patiẽter preſtolari. Ca pi.xvij.

A Spiritus meus attenuabitur: dies mei breuiabuntur: et ſolum mihi ſupereſt ſepulchrum. Non peccaui: et in amaritudinibus moratur oculus meus. Libera me et pone

B me iuxta te: ⁊ cuiuſuis manus pugnet contra me. Cor eorum lõge feciſti a diſciplina: propterea non exaltabuntur. Predam pollicetur ſocijs: ⁊ oculi filiorum eius deficient. Poſuit me quaſi in prouerbium vulgi: ⁊ exemplum ſum coram eis. Caligauit ad indignationem oculus meus ⁊ mẽbra mea quaſi in in nihilum redacta ſunt. Stupebunt iuſti ſuper hoc: ⁊ innocens contra hypocritã ſuſcitabitur. ⁊ tenebit iuſtus viam C
ſuam: ⁊ mundis manibus addet fortitudinem. Igitur omnes vos conertimini ⁊ venite ⁊ non inueniam in vobis vllum ſapientem. Dies mei trãſierunt cogitationes mee diſſipate ſunt: torquentes cor meum. Noctem verterunt in diem et rur D
ſum poſt tenebras ſpero lucem. Si ſuſtinuero: in Amos.v.b.
fernus domus mea eſt: ⁊ in tenebris ſtraui lectulum meum. Putredini dixi pater meus es: mater mea et ſoror mea vermibus. Vbi eſt ergo nũc preſtolatio mea: ⁊ patientiã meã quis cõſiderat. In profundiſſimum infernum deſcẽdent omnia mea. Putas ne ſaltem ibi erit requies mihi.

¶ Capituli Summarium. ¶ De luce: de captione: ⁊ impij eiectione Baldath dicit.

¶ Capitulum.xviij.

Reſpondens autem baldath ſuites: dixit. Vſq; ad quem A
finem verba iactabis. Intellige prius ⁊ ſic loquamur: Quare reputati ſumus. vt iumenta: ⁊ ſorduimus coram te. Quid perdis animam meam in furore tuo. Nunquid propter te derelinquetur terra et transferentur montes de loco ſuo. Nõne B
lux impij extinguetur: nec ſplendebit flamma ignis eius: Lux obtenebreſcet in tabernaculo illius ⁊ lucerna que ſuper eum eſt extinguetur. Artabuntur greſſus virtutis eius: et precipitabit eum conſilium ſuum. Immiſit enim in rete pedes ſuos: et in maculis eius ambulabat. Tene C
bitur planta illius laqueo et exardeſcet contra eum ſitis. Abſcondita eſt in terra pedica eius: ⁊ decipula illius ſuper ſemitam. Vndiq; terrebunt eum formidines: et inuoluẽt pedes eius. Attenuetur fame robor eius: et media inuadet coſtas illius. Deuoret pulchritudinẽ cutis eius et conſumat brachia illius primogenita mors. Auellatur de tabernaculo ſuo fiducia eius: et calcet ſuper eam quaſi rex interritus. Habitẽt in tabernaculo illius ſocij eius qui non eſt: aſpergatur in tabernaculo ei⁹ ſulphur. Deorſum radices eius ſiccentur. ſurſum aũt atteratur meſſis eius. D
Memoria illius pereat de terra: ⁊ nõ celebretur nomẽ ei⁹ in plateis. Expellet eũ de luce in tenebras: ⁊ de vrbe transferet eũ. Nõ erit ſemẽ eius neq; progenies in populo ſuo nec vlle reliquie in regionibus eius. In die eius ſtupebũt nouiſſimi et primos inuadet horror. Hec ſunt ergo tabernacula iniqui ⁊ iſte locus eius qui ignorat deũ.

¶ Capituli Summarium ¶ Job flagella ſua deſcribit: prophetat de paſſione chriſti: et reſurrectione gñali ⁊ monet fulgere a facie gladij.

Capitulum.xix.

Reſpondens autẽ Iob
dixit. Uſquequo affligitis animã
meã: ⁊ atteritis me ſermonib⁹?
En decies confunditis me ⁊ non
erubeſcitis opprimẽtes me. Nẽ
pe⁊ ſi ignoraui: mecum erit ignorantia mea. At
vos contra me erigimini: ⁊ arguitis me oppro-
Abacuck. j.a. brijs meis. Saltẽ nunc intelligite: quia deus nõ
equo iudicio afflixerit me: ⁊ flagellis ſuis me cin
xerit. Ecce clamabo vim patiens: et nemo exau
diet. Uociferabo⁊ ⁊ non eſt qui iudicet. Semi-
tam meam circumſepſit: et tranſiri non poſſum:
et in calle meo tenebras poſuit. Spoliauit me
gloria mea et abſtulit coronã a capite meo. De-
ſtruxit me vndiq;: ⁊ pereo: ⁊ quaſi euulſe arbori
abſtulit ſpem meã. Iratus eſt contra me furo⁊
B eius: ⁊ ſic me habuit quaſi hoſtem ſuum. Simul
venerunt latrones eius et fecerunt ſibi viã per
me: ⁊ obſederunt in gyro tabernaculum meum.
Fratres meos longe fecit a me: ⁊ noti mei quaſi
alieni receſſerunt a me. Dereliquerunt me pro-
pinqui mei: et qui me nouerant obliti ſunt mei.
Inquilini domus mee ⁊ ancille mee ſicut alienũ
habuerunt me: et quaſi peregrinus fui in oculis
eorum. Seruum meum vocaui ⁊ non reſpondit
C ore proprio deprecabar illum. Halitum meum
j.xxx.c. exhorruit vxor mea: et orabam filios vteri mei.
Stulti quoq; deſpiciebant me: et cum ab eis re
ceſſiſſẽ detrahebãt mihi. Abominati ſunt quon
dam conſiliarij mei: ⁊ quẽ maxime diligebã auer
ſatus eſt a me. Pelli mee cõſumptis carnib⁹ ad
heſit os meum: et derelicta ſunt tãtũmodo labia
mea circa dentes meos. Miſeremini mei: mi-
ſeremini mei ſaltem vos amici mei: quia manus
domini tetigit me. Quare perſequimini me ſicut
D deus: et carnibus meis ſaturamini? Quis mihi
tribuat vt ſcribantur ſermones mei? Quis mi-
hi det vt exarentur in libro ſtilo ferreo et plũbi la
mina vel celte ſculpantur in ſilice? Scio enĩ ꝙ re-
demptor meus viuit: ⁊ in nouiſſimo die de terra
ſurrecturus ſũ. Et rurſũ circũdabor pelle mea
et in carne mea videbo deũ. Quẽ viſur⁹ ſũ ego
ipſe: ⁊ oculi mei cõſpecturi ſunt: ⁊ nõ alius. Re-
poſita eſt hec ſpes mea in ſinu meo. Quare ergo
nunc dicitis perſequamur eum: ⁊ radicem verbi
inueniamus cõtra eũ. Fugite ergo a facie gladij
qm̃ vltor iniqtatũ gladi⁹ eſt: ⁊ ſcitote eſſe iudiciũ

¶ Capituli Summariũ. ¶ Sophar de impio
et hypocrita auaro calũniatore: et paupe dicit.

Capitulum.xx.

a Reſpondens aũt So-
phar naamatides dixit. Idcirco
cogitationes mee varie ſuccedũt
ſibi: et mens in diuerſa rapitur.
Doctrinam qua me arguis audi-
am: et ſpiritus intelligentie mee reſpondebit

mihi. Hoc ſcio a principio: ex quo poſitus eſt ho
mo ſup terrã: ꝙ laus impiorũ breuis ſit. ⁊ gaudi
um hypocrite ad inſtar puncti. Si aſcẽderit vſq;
ad celum ſupbia eius: et caput eius nubes teti-
gerit: quaſi ſterquilinium in fine perdetur: ⁊ qui
eum viderant dicent vbi eſt? Uelut ſomniũ auo-
lans non inuenietur: trãſiet ſicut viſio noturna
Oculus qui eum viderat non videbit. nec vltra B
intuebitur eum locus ſuus. Filij eius atterẽtur
egeſtate: et manus illius reddent ei dolores ſuũ.
Oſſa eius implebuntur vitijs adoleſcentie eius
et cum eo in puluere dormient. Cum enim dulce
fuerit in ore eius malum abſcondet illud ſub lin
gua ſua. Parcet illi: et non derelinquet illud: et
celabit in gutture ſuo. Panis eius in vtero ill⁹
vertetur in fel aſpidum intrinſecus. Diuitias
quas deuorabit euomet et de ventre illius extra
het eas deus. Caput aſpidum ſugget: et occidet C
eum lingua vipere. Non videat riuos fluminis
torrentes mellis et butyri. Luet que fecit om-
nia: nec tamen conſumetur. Iuxta multitudinẽ
adinuentionum ſuarum: ſic ⁊ ſuſtinebit: quoniã
confringens nudauit pauperis domũ ⁊ rapuit: et
non edificauit eam: nec eſt ſatiatus venter eius
Et cũ habuerit que cõcupierat poſſidere nõ po
terit. Nõ remãſit de cibo eius: ⁊ propterea nihil
permanebit de bonis eius. Cum ſatiatus fuerit
artabitur: et eſtuabit et omnis dolor irruet ſup
eum. Utinã impleatur venter eius: vt emittat Eccl.iiij.
in eum iram furoris ſui: et pluat ſuper illũ bellũ D
ſuũ. Fugiet arma ferrea: et irruet in arcũ ereum
Gladius deductus et egrediẽs de vagina ſua et
fulgurãs in amaritudine ſua. Uadent et venient
ſup eũ horribiles. Omes tenebre abſcõdite ſunt
in occultis eius: Deuorabit eum ignis qui non
ſuccẽditur: affligetur relictus in tabernaculo ſuo.
Reuelabunt celi iniquitatem eius: et terra con-
ſurget aduerſus eũ. Apertũ erit germẽ domus
illius: detrahetur in die furoris dei. Hec eſt pars
hoĩs impij a deo: ⁊ hereditas vborũ eius a dñ̃o.

¶ Capituli Summarium. ¶ De proſperitate
et gaudio ⁊ retributione impij: de paupere qui
ſimul perit cum impio et diuite loquitur.

Capitulum.xxj.

Reſpondens aũt Iob a Mat.iiij.
dixit. Audite queſo ſmones me et.iiij.c
os: et agite pniam. Suſtinete me
vt ego loquar: et poſt mea ſi vide
bitur vba ridete. Nunqd contra
ho[i]es diſputatio mea eſt: vt merito non debeam
contriſtari. Attendite me ⁊ obſtupeſcite: ⁊ ſuper
ponite digitum ori veſtro. Et ego quando recor
datus fuero: pertimeſco: ⁊ cõcutit carnem meã
tremor. Quare ergo impij viuũt: ſubleuati ſunt Hiere.xij.
confortatiq; diuitijs. Semen eorum permanet Abacu.j.
corã eis: propinquorum turba et nepotum in cõ B
ſpectu eorum. Domus eorũ ſecure ſunt ⁊ paca-
te: ⁊ non eſt virga dei ſuper illos. Boues eorũ con

cepit: ⁊ non abortiuit: vacca peperit: ⁊ nõ eſt pri
uata fetu ſuo. Egrediuntur quaſi greges paruu
li eorum: ⁊ infantes eorum exultant luſibus. Te⸗
nent tympanum ⁊ citharam: ⁊ gaudent ad ſoni
tum organi. Ducũt in bonis dies ſuos: ⁊ in pun
Iob.xxij.c. cto ad inferna deſcendũt. Qui dixerũt deo: rece⸗
Malachi. de a nobis: ſcientiam viarum tuarum nolumus.
iij.d. Quis eſt oĩpotẽs: vt ſeruiamus ei. ⁊ quid nobis
prodeſt: ſi orauerimus illũ. Uerumtamen q: non
Prouerb. ſunt in manu eorum bona ſua: conſilium impiorũ
xxiiij.c. longe ſit a me. Quotiens lucerna impiorũ extin⸗
guetur: ⁊ ſuperueniat eis inundatio: ⁊ dolores di
C uidet furoris ſui. Erũt ſicut palee ante faciẽ vẽti:
⁊ ſicut fauilla quã turbo diſpergit. Deus ſerua⸗
bit filijs illius dolorem patris: ⁊ cum reddiderit
tũc ſciet. Uidebũt oculi eius interfectionẽ ſuaʒ:
⁊ de furore omnipotentis bibet. Quid enim ad
euʒ pertinet de domo ſua poſt ſe. Et ſi numerus
menſium eius dimidietur: nunquid deum docebit
quiſpiam ſcientiaʒ: qui excelſos iudicat. Iſte mo
ritur robuſtus ⁊ ſanus: diues ⁊ felix: viſcera eius
plena ſunt adipe: ⁊ medullis oſſa illius irrigantur.
Alius vero moritur in amaritudine anime ſue
abſq; vllis opibus: ⁊ tamen ſimul in puluere dor
D mient: ⁊ vermes operient eos. Certe noui cogi
tationes veſtras ⁊ ſententias cõtra me iniquas.
Dicitis enim: vbi eſt domus principis: ⁊ vbi ta⸗
bernacula impiorũ. Interrogate quemlibet de
viatoribus: ⁊ hec eadem illum intelligere cogno
ſcetis. Quia in diem perditionis ſeruatur malus:
⁊ ad diem furoris ducetur. Quis arguet coram eo
vias eius: ⁊ que fecit: quis reddet illi. Ipſe ad ſe
pulchra ducetur: ⁊ in congerie mortuorum vigila
bit. Dulcis fuit glaries cocciti: ⁊ poſt ſe omnem
hominem trahet: ⁊ ante ſe innumerabiles. Quo⸗
modo igitur conſolamini me fruſtra: cum reſpõ⸗
ſio veſtra repugnare oſtenſa ſit veritati

¶ Capituli Summarium. ¶ Eliphaʒ arguit Iob de oppreſſione pauperuʒ ⁊ immiſericordia: ⁊ de contemptu iudicis: ⁊ penitenti multa bona promittit. Capitulum.xxij.

A RESpondens aũt Eli⸗
phaʒ themanites: dixit. Nunqd
deo poteſt comparari homo: etiã
cum perfecte fuerit ſciẽtie. Quid
prodeſt deo ſi iuſtus fueris: aut
quid ei cõfers ſi immaculata fuerit vita tua. Nũ⸗
quid timens arguet te: ⁊ veniet tecum in iudi⸗
cium: ⁊ non propter maliciam tuam plurimam:
⁊ in infinitas iniquitates tuas. Abſtuliſti enim
pignus fratrum tuorum ſine cauſa: ⁊ nudos ſpo
liaſti veſtibus. Aquam laſſo non dediſti: ⁊ eſuriẽ⸗
ti ſubtraxiſti panem. In fortitudine brachij tui
poſſidebas terram: ⁊ potentiſſimus obtinebas
B eam. Uiduas dimiſiſti vacuas: ⁊ lacertos pupil⸗
lorum comminuiſti. Propterea circumdatus es la
queis: ⁊ conturbat te formido ſubita. Et puta⸗
bas te tenebras non viſurum: ⁊ impetu aquaruʒ
inundantium non oppreſſum iri. An cogitas q̄
deus excelſior celo ſit: ⁊ ſuper ſtellarum verticem
ſublimetur. Et dicis. Quid enim nouit deus.
Et quaſi per caliginem iudicat. Nubes latibulũ
eius: nec noſtra conſiderat: ⁊ circa cardines celi C
perambulat. Nunquid ſemitam ſeculorum cuſto
dire cupis: quam calcauerunt viri iniqui qui ſub
lati ſunt ante tempus ſuum: ⁊ fluuius ſubuertit
fundamentum eorum qui dicebant deo recede Gen.vij.b.
a nobis: ⁊ quaſi nihil poſſit facere omnipotens
eſtimabant eum: cum ille impleſſet domos eo⸗
rum bonis. Quorum ſententia pcul ſit a me. Ui
debunt iuſti ⁊ letabuntur: ⁊ innocens ſubſannabit
eos. Nonne ſucciſa eſt erectio eorum: ⁊ reliquias Pſ.cvj.
eorum deuorauit ignis. Acquieſce igitur ei ⁊ ha⸗
beto pacem: ⁊ per hec habebis fructus optimos.
Suſcipe ex ore illius legem: ⁊ pone ſermones eius D
in corde tuo. Si reuerſus fueris ad omnipoten⸗
tem: edificaberis: ⁊ longe facies iniquitatem a ta
bernaculo tuo. Dabit pro terra ſilicem: ⁊ pro ſi⸗
lice torrentes aureos. Eritq; omnipotens cõtra
hoſtes tuos: ⁊ argentũ coaceruabitur tibi. Tunc
ſup oĩpotẽteʒ delitijs afflues: ⁊ eleuabis ad deũ
faciem tuam. Rogabis eum ⁊ exaudiet te: ⁊ vota
tua reddes. Decernes reʒ ⁊ veniet tibi: ⁊ in vijs Prouerb.
tuis ſplendebit lumen. Qui enim humiliatus fue xxix.b.
rit: erit in gloria: ⁊ qui inclinauerit oculos ſuos:
ipſe ſaluabitur. Saluabitur innocens: ſaluabi⸗
tur autem mundicia manuum ſuarum.

¶ Capituli Summarium. ¶ Iob reſpondet ſe noſſe ⁊ timere potentiam ⁊ ſententiam iudicis: et in iuſticia ambulaſſe. Capitulum.xxiij.

RESpondẽs aũt Iob: A
ait. Nunc quoq; in amaritudine
eſt ſermo meus: ⁊ manus plage
mee aggrauata eſt ſup gemituʒ
meũ. Quis mihi tribuat: vt co⸗
gnoſcam ⁊ inueniam illum: ⁊ veniam vſq; ad ſo⸗
lium eius. Ponã corã eo iudiciũ: ⁊ os meũ reple⸗
bo increpationibus: vt ſciã vba que mihi reſpon
deat: ⁊ intelligã qd loquatur mihi. Nolo multa for B
titudine cõtendat mecum: nec magnitudinis ſue
mole me pmat. Proponat equitatẽ cõtra me: ⁊
perueniat ad victoriã iudiciũ meũ. Si ad orientẽ
iero: nõ appet: ſi ad occidentẽ: nõ intelligã eũ: ſi
ad ſiniſtrã: qd agã. Non apprehẽdaʒ euʒ. Si me
vertam ad dexteram: nõ videbo illũ. Ipſe vo ſcit C
viam meam ⁊ pbauit me quaſi aurũ qd per ignẽ
tranſit. Ueſtigia eius ſecutus eſt pes meus: viaʒ
eius cuſtodiui: ⁊ nõ declinaui ex ea. A mandatis
labiorum eius nõ receſſi: ⁊ in ſinu meo nõ abſcõ⸗
di verba oris eius. Ipſe em̃ ſolus eſt: ⁊ nemo auer
tere poteſt cogitationẽ eius: ⁊ aĩa eius quodcũq;
voluit: hoc fecit. Cũq; expleuerit in me volũtatẽ
ſuã: ⁊ alia multa ſilia pſto ſunt ei. Et idcirco a fa D
cie eius turbatus ſum: ⁊ cõſiderãs eũ: timore ſol⸗
licitor. Deus molliuit cor meum: ⁊ oĩpſ conturba
uit me. Non enim perij propter imminentes te⸗
nebras: nec faciem meaʒ operuit caligo.

¶ Capl. Summa. ¶ Aliorũ iniquitates deſcri
bit Job: ⁊ damnationẽ impioꝝ. Caplꝫ. xxiiij.

A B omniſpotente non
ſunt abſcondita tpa: qui aũt no-
uerunt eum: ignorant dies illius.
Alij terminos tranſtulerũt: diri-
puerunt greges ⁊ pauerunt eos.
B Aſinum pupilloꝝ abegerunt: ⁊ abſtulerunt pro
pignore bouem vidue. Subuerterunt pauperum
viam: ⁊ oppreſſerunt pariter manſuetos terre.
Alij quaſi onagri in deſerto egrediũtur ad opus
ſuum: vigilanteſq; ad predam preparant panem
liberis. Agrũ non ſuum demetunt: ⁊ vineaꝫ eius
quẽ vi oppreſſerũt vindemiã. Nudos dimittũt
hoies: indumẽta tollẽtes: quibus nõ eſt operimẽ
tum in frigore: quos imbres montiũ rigant: ⁊ nõ
habẽtes velamẽ: amplexanꝰ lapides. Uim fece-
runt depredantes pupillos: ⁊ vulgũ pauperẽ ſpo
liauerũt. Nudis ⁊ incedentibus abſq; veſtitu et
eſurientibus tulerunt ſpicas. Inter aceruos eo-
rum meridiati ſunt: qui calcatis torcularibus ſi-
tiunt. De ciuitatibus fecerunt viros gemere: et
anima vulneratorum clamabit: ⁊ deus inultum
C abire nõ patiꝰ. Ipſi fuerunt rebelles lumini: ne-
ſcierunt vias eius: nec reuerſi ſunt per ſemitas
eius. Mane primo cõſurgit homicida: interficit
egenũ ⁊ pauperem: per noctẽ vero erit quaſi fur.
Oculus adulteri obſeruat caliginẽ: dicens: non
me videbit oculus: ⁊ operiet vultum ſuum. Per
fodiut in tenebris domos: ſicut in die condixerãt
ſibi: ⁊ ignorauerũt lucẽ. Si ſubito apparuerit au
rora: arbitranꝰ vmbram mortis: ⁊ ſic in tenebris
quaſi in luce ambulãt. Leuis eſt ſuper faciẽ aque.
Maledicta ſit pars eius in terra: nec ambulet p
viam vinearum. Ad nimium calorem tranſiet ab
aquis niuium: ⁊ vſq; ad inferos peccatum illius.
D Obliuiſcatur eius mia. Dulcedo illius vermes.
Non ſit in recordatione ſed cõteranꝰ quaſi lignũ
infructuoſum. Pauit eñ ſterilẽ ⁊ que nõ parit:
⁊ vidue bene non fecit. Detraxit fortes in forti-
Apoca. ij. f. tudine ſua: ⁊ cum ſteterit: nõ credet vite ſue. De
dit ei deꝰ locũ penitẽtie: ⁊ ille abutiꝰ eo in ſuper-
bia: oculi aũt eius ſunt in vijs illis. Eleuati ſunt
ad modicuꝫ: ⁊ nõ ſubſiſtent: ⁊ humiliabunꝰ ſicut
oia ⁊ auferentur: ⁊ ſicut ſummitates ſpicarũ con-
terentur. Quod ſi non eſt ita: quis me põt argue
re eſſe mentitũ: ⁊ ponere ante deum verba mea.

¶ Capi. Sum. ¶ Probat Baldath: ꝙ nemo
in conſpectu dei mundus exiſtat. Caplꝫ. xxv.

a Eſpondens aũt Bal
dath ſuites: dixit. Poteſtas ⁊
terror apud euꝫ eſt: qui facit con
cordiã in ſublimibus ſuis. Nun-
quid eſt numerus militum eius.
s. iiij. d. Et ſuper quem non ſurget lumen illius. Nunqd
B iuſtificari poteſt homo comparatus deo: aut ap-
parere mundus natus de muliere. Ecce luna etiã De pe. diſ.
non ſplendet: ⁊ ſtelle non ſunt munde in conſpe- ij. c. ſi enim
ctu eius: ꝙto magis homo putredo: ⁊ filius ho ante ſi.
minis vermis.

¶ Capituli Summarium ¶ Job dicit: ꝙ nul
lum eſt deo ab homine adiutorium: probat per
eius magnalia. Capitulum. xxvj.

Eſpondẽs aũt Job A
dixit. Cuius adiutor es: nun-
quid imbecillis: ⁊ ſuſtẽtas bra-
chium eius qui non eſt fortis.
Cui dediſti conſiliuꝫ. Forſitan
illi qui non habet ſapientiam:
⁊ prudentiã tuã oſtẽdiſti pluri-
mam. Quẽ docere voluiſti. Nõne eñ qui fecit ſpi
ramentũ. Ecce gigantes gemũt ſub aquis: ⁊ qui B
habitant cum eis. Nudus eſt infernus corã illo: ⁊
nullum eſt operimentum perditiõi. Qui extẽdit
aquilonem ſuper vacuũ: ⁊ appẽdit terrã ſuper ni
hilum. Qui ligat aquas in nubibus ſuis: vt non C
erumpant pariter deorſum. Qui tenet vultuꝫ ſo-
lij ſui: ⁊ expandit ſuper illud nebulam ſuam. Ter
minum circundedit aquis: vſq; dum finianꝰ lux
⁊ tenebre. Columne celi cõtremiſcũt ⁊ pauẽt ad
nutum eius. In fortitudine illius repente maria D
congregata ſunt: ⁊ prudẽtia eius percuſſit ſuper
buꝫ. Spiritus eius ornauit celos: ⁊ obſtetricãte
manu eius: eductus eſt coluber tortuoſus. Ecce
hec ex parte dicta ſunt viarum eius. Et cum vix
paruaꝫ ſtillã ſermonis eius audierimus: quis po
terit tonitruum magnitudinis illius intueri.

¶ Ca. D. ¶ De conſtantia ⁊ perfectione iuſti-
tie Job ⁊ parte impij apud eum. Caplꝫ. xxvij.

Ddidit quoq; Job a
aſſumẽs parabolã ſuã: ⁊ dixit.
Uiuit deus qui abſtulit iudiciũ
meũ: ⁊ omnipotẽs qui ad ama-
ritudinẽ adduxit aiam meã: qr
donec ſupereſt halitꝰ in me: ⁊
ſpiritꝰ dei in naribꝰ meis: nõ lo-
quenꝰ labia mea iniquitatẽ: nec lingua mea medi xlvj. diſti. c.
tabitur mendaciũ. Abſit a me: vt iuſtos vos eſſe ſunt non-
iudiceꝫ. Donec deficiã, nõ recedam ab innocẽtia nulli.
mea. Iuſtificationẽ meã quam cepi tenere: nõ de j. Jo. iij. d.
ſeram. Neq; eñ reprehẽdit me cor meũ in omni B
vita mea. Sicut impius inimicus meus: ⁊ aduer-
ſarius meus quaſi iniquus. Que eſt eniꝫ ſpes hy
pocrite ſi auare rapiat: ⁊ non liberet deus aiam
eius. Nunqd deus audiet clamorẽ eius: cũ vene-
rit ſuper eum anguſtia. Aut poterit in omnipotẽ
te delectari: ⁊ inuocare deum omni tpe. Docebo
vos per manũ dei que oipotens hẽat: nec abſcõ- C
dam. Ecce vos oẽs noſtis: ⁊ qd ſine cauſa vana lo
quimini. Hec eſt pars hois impij apud deũ: ⁊ he
reditas violentoꝝ: quã ab oipotẽte ſuſcipiẽt. Si
multiplicati fuerint filij eiꝰ in gladio erũt: ⁊ ne-

potes eius non ſaturabunt páne. Qui reliq̇ fue-
rint ex eo: ſepelientur in interitu: et vidue illius
non plorabunt. Si comportauerit quaſi terram
argentum: ⁊ ſicut lutum preparauerit veſtimēta
d preparabit quidē: ſed iuſtus veſtietur illis: ⁊ ar-
Pſ. xlviij. d. gentum innocēs diuidet. Edificauit ſicut tinea
domū ſuā: ⁊ ſicut cuſtos fecit vmbraculū. Diues
cū dormierit: nihil ſecū auferet: apiet oculos ſu-
os: ⁊ nihil iueniet. Apphēdet eū quaſi aqua ino
pia: nocte oppmet eū tēpeſtas. Tollet eū ventus
vrens ⁊ auferet: ⁊ velut turbo rapiet eum de loco
ſuo. Emittet ſuper eū ⁊ nō parcet: de manu eius
fugiens fugiet. Stringet ſup eum manus ſuas:
⁊ ſibilabit ſuper illum: intuens locum eius.

Capituli Summarium. De eccleſia ⁊ ſy-
nagoga: de inueniēda ſapientia: de aduētu chri
ſti. Capitulum. xxviij.

a l. di. e. ferrū. Habet argentum vena
rum ſuarū principia: ⁊ auro locus
eſt in quo cōflat. Ferrū de terra
tollit: ⁊ lapis ſolutus calore in es
vertitur. Tp̄s poſuit tenebris: et
vniuerſorum finē ipſe cōſiderat. Lapides ꝗ̄ cali
ginis ⁊ vmbra mortis diuidit torrens a populo
peregrinante: eos quos oblitus eſt pes egentis
hoīs: ⁊ inuios. Terra de qua oriebat panis in lo-
co ſuo: igni ſubuerſa eſt. Locus ſaphyri lapides
b eius: ⁊ glebe illius aurū. Semitā ignorauit auis
nec intuitus eſt eam oculus vulturis. Nō calca-
uerunt eam filij inſtitorū: nec ptranſiuit per eā
leena. Ad ſilicem extendit manum ſuā: ſubuertit
a radicibus montes. In petris riuis excidit. ⁊ oē
p̄cioſum vidit oculus eius. Profunda ꝗ̄ fluuio-
rum ſcrutatus eſt: ⁊ abſcondita pduxit in lucem.
Prouerbi. iij. b. Sapientia vero vbi inuenit: ⁊ quis eſt locus intel
ligentie. Neſcit homo preciū eius: nec inuenit in
Ibi. viij. b. terra ſuauiter viuentiū. Abyſſus dicit nō eſt i me
c ⁊ mare loquitur: non eſt mecū. Non dabitur au
Sapiē. vij. a. rum obriſum pro ea: nec appendetur argentū in
cōmutatione eius. Non conferetur tinctis indie
coloribus: nec lapidi ſardonico precioſiſſimo vel
ſaphyro. Non adequabitur ei aurum vel vitrum
nec cōmutabuntur pro ea vaſa auri excelſa ⁊ emi
nentia: nec cōmemorabuntur in cōparatione eius
Trahitur autē ſapientia de occultis. Nō adequa
d bitur ei topacius de ethiopia: nec tincture mun-
diſſime componentur. Unde ergo ſapientia ve-
nit: ⁊ quis eſt locus intelligentie. Abſcondita eſt
ab oculis oīm viuentiū: volucres quoq; celi latēt
Perditio ⁊ mors dixerūt auribus noſtris. Audi
uimus famā eius. Deus itelligit viā eius: ⁊ ipſe nouit
locū illius. Ipſe eī fines mundi intuet: ⁊ oīa que
ſub celo ſunt reſpicit. Qui fecit ventis pondus ⁊
aquas appēdit in mēſura. Qn̄ ponebat pluuijs
legē: ⁊ viā procellis ſonātibus: tunc vidit illā ⁊
enarrauit: ⁊ p̄parauit ⁊ inueſtigauit ⁊ dixit homi
Pſ. cx. b. Prouer. x. ni. Ecce timor dn̄i: ipſa eſt ſapientia: ⁊ recedere a
malo intelligentia.

Capituli Summarium. Enarrat iob et
plangit elapſam proſperitatem ⁊ iocunditatem
prioris temporis in perſona eccleſie.

Capitulum. xxix.

Addidit quoq; Job a
aſſumens parabolam ſuam ⁊ di
xit. Quis mihi tribuat vt ſim
iuxta mēſes p̄ſtinos ſm dies q̇
bus deus cuſtodiebat me. Qn̄
ſplendebat lucerna eius ſup ca
put meū: ⁊ ad lumē eius ambula
bā in tenebris. Sicut fui in diebus adoleſcentie
mee: qn̄ ſecreto deus erat in tabernaculo meo.
Qn̄ erat om̄s mecū ⁊ in circuitu meo pueri mei.
Qn̄ lauabā pedes meos butyro: ⁊ petra funda- b
bat mihi riuos olei. Qn̄ pcedebā ad portā ciuita
tis: ⁊ in platea parabāt cathedrā mihi. Uidebāt
me iuuenes ⁊ abſcondebant: ⁊ ſenes aſſurgentes
ſtabant. Principes ceſſabāt loqui: ⁊ digitū ſup
ponebāt ori ſuo. Vocē ſuā cohibebant duces: et
lingua eorum gutturi ſuo adherebat. Auris audiēs
beatificabat me: ⁊ oculus videns teſtimoniū red
debat mihi: eo ꝙ liberaſſem pauperē vociferantē
⁊ pupillū cui nō eſſet adiutor. Benedictio peri c
turi ſup me veniebat: ⁊ cor vidue cōſolatus ſum.
Juſticia indutus ſum: ⁊ veſtiuit me ſicut veſtimē
to ⁊ diademate iudicio meo. Oculus fui ceco: et
pes claudo. Pater erā pauperum: ⁊ cauſam quam
neſciebā: diligentiſſime inueſtigabam. Contere-
bam molas iniqui: ⁊ de dentibus illius auferebā
predā. Dicebamq; in nidulo meo moriar: ⁊ ſicut
palma multiplicabo dies. Radix mea aperta eſt
ſecus aquas: ⁊ ros morabatur in meſſione mea. d
Gloria mea ſemper innouabitur: ⁊ arcus meus
in manu mea inſtaurabitur. Qui me audiebant
expectabant ſententiam: et intenti tacebant ad
cōſiliū meū. Verbis meis addere nihil audebā:
⁊ ſuper illos ſtillabat eloquiū meū. Expectabāt
me ſicut pluuiam: ⁊ os ſuum aperiebant quaſi
ad imbrem ſerotinum. Si quando ridebam ad
eos non credebant: et lux vultus mei non cade-
bat in terram. Si voluiſſem ire ad eos: ſedebam
primus. Cumq; ſederē quaſi rex circumſtante ex-
ercitu: eram tamen merentiū conſolator.

Capituli Summarium. Enarrat ⁊ plan
git iob mala preſentis temporis: ⁊ hereticorum pre
figurat futuram maliciam. Capitulum. xxx.

Nunc autē deridēt me a
iuniores tpe: quos non dignabar
patres ponere cū canibus gregis
mei. Quorū virtus manuum mi-
hi erat pro nihilo: ⁊ vita ipſa pu-
tabant indigni. Egeſtate ⁊ fame ſteriles qui ro-
debant in ſolitudine: ſqualentes calamitate ⁊ mi
ſeria. Et manducabant herbas ⁊ arborum corti
ces: ⁊ radix iuniperorū erat cibus eorum. Qui de

connallibus iſta rapientes cum ſingula repperiſ
ſent: ad ea cum clamore currebant. In deſertis
habitabant torrentiu3: ⁊ in cauernis terre vel ſu
per glaream. Qui inter huiuſcemodi letabantur
B ⁊ eſſe ſub ſentibus delitias computabant. Filij
ſtultorum ⁊ ignobilium: ⁊ in terra penitus nō pa
rentes. Nunc in eorum canticum verſus ſum: et
factus ſum in eis prouerbium. Abominantur me
⁊ longe fugiunt a me. et faciem meam conſpuere
non verentur. Pharetram enim ſuam aperuit ⁊
afflixit me: et frenum poſuit in os meu3. Ad dex-
teram orientis calamitates mee illico ſurrexerūt
Pedes meos ſubuerterunt: ⁊ oppreſſerunt qua
ſi fluctibus ſemitis ſuis. Diſſipauerunt itinera
mea: inſidiati ſunt mihi et preualuerunt: et non
fuit qui ferret auxilium. Quaſi rupto muro ⁊ ap
ta ianua irruerunt ſuper me: ⁊ ad meas miſerias
C deuoluti ſunt. Redactus ſum in nihilum. Abſtu-
lit quaſi ventus deſiderium meum: et velut nu-
bes pertranſit ſalus mea. Nūc aute3 in memet-
ipſo marceſcit anima mea: et poſſident me dies
afflictionis. Nocte os meum perforatur dolori-
bus: et qui me comedunt: non dormiūt. In mul
titudine eorum conſumitur veſtimentum meum:
ſ.ſx.a. ⁊ quaſi capitio tunice ſuccinxerunt me. Compa
ratus ſum luto et aſſimilatus ſum fauille et cine-
ri. Clamabo ad te: ⁊ non exaudies me: ſto et non
reſpicis me. Mutatus es mihi in crudelem: et in
duricia manus tue aduerſaris mihi. Eleuaſti me
et quaſi ſuper ventum ponens eliſiſti me valde.
Scio quia morti trades me: vbi cōſtituta eſt do
mus omni viuenti. Verūtamen non ad conſum-
ptionem eorum emittis manum tuam: ⁊ ſi corru
D erint: ipſe ſaluabis. Flebam quondam ſuper eo
qui afflictus erat: et compatiebatur anima mea
pauperi. Expectabam bona: ⁊ venerūt mihi ma
la: preſtolabar lucem: et eruperunt tenebre. Inte
riora mea efferbuerunt abſq3 vlla requie: preue-
nerunt me dies afflictionis. Merens incedebam
ſine furore cōſurgens in turba clamabā. Frater
fui draconū: ⁊ ſocius ſtrutionu3. Cutis mea de-
nigrata eſt ſuper me: et oſſa mea aruerūt pre cau
mate. Verſa eſt in luctum cithara mea: ⁊ organu3
meum in vocem flentium.

¶ Capituli. Summarium. ¶ Catalogus vir-
tutū ipſius Job ponitur: cum atteſtatione appe
tit teſtem iudicem. Capitulum. xxxi.

Epigi fedus cū ocu-
A lis meis: vt ne cogitarem qui-
dem de virgine. Quā enim par
tem haberet in me deus deſu-
per: et hereditatem omnipo-
tens de excelſis. Nunquid nō
perditio eſt iniquo: ⁊ alienatio
operantibus iniuſticiam: Nōne ipſe conſiderat
Prouerbi. vias meas: ⁊ cunctos greſſus meos dinumerat:
v.d. Si ambulaui in vanitate: ⁊ feſtinauit ī malo pes
1.xxiij.c. meus: appēdat me in ſtathera iuſta: ⁊ ſciat deus
ſimplicitatem meam. Si declinauit greſſus me⁹
de via: et ſi ſecutus eſt oculus meus cor meum: et
ſi in manibus meis adheſit macula: ſeram ⁊ ali⁹ B
comedat ⁊ progenies mea eradicet. Si deceptū
eſt cor meum ſuper muliere: et ſi ad oſtium amici
mei īſidiatus ſum: ſcortum alterius ſit vxor mea
⁊ ſuper illam incuruentur alij. Hoc enim nephas
eſt ⁊ iniquitas maxima: ignis eſt vſq3 ad perdi-
tionem deuorans: ⁊ oīa eradicans genimina. Si
contēpſi ſubire iudiciu3 cum ſeruo meo: ⁊ ancilla
mea: cū diſceptarent aduerſum me. Quid enī fa-
ciā cū ſurrexerit ad iudicandū de⁹: ⁊ cū queſierit
quid rñdebo illi: Nūquid non in vtero fecit me:
qui ⁊ illū operatus eſt: ⁊ formauit me in vulua vn⁹:
Si negaui qđ volebā3 pauperibus: ⁊ oculos vidue
expectare feci. Si comedi buccellā meā ſolus: et
non comedit pupillus ex ea: q: ab infantia mea
creuit mecum miſeratio: et de vtero matris mee
egreſſa eſt mecu3. Si deſpexit pretereuntē: eo ꝙ
nō habuerit indumentū: ⁊ abſq3 operimento pau-
perē. Si nō benedixerūt mihi latera ei⁹: ⁊ de vel-
C leribus ouiu3 meaꝝ calefactus eſt. Si leuaui ſu-
per pupillum manum meam: etiam cum videre3
me in porta ſuperiorem: humerus meus a iunctu
ra ſua cadat: et brachium meum cu3 ſuis oſſibus
confringatur. Semper enim quaſi tumentes ſu-
per me fluctus timui deum: et pondus eius fer-
re non potui. Si putaui aurum robur meum: et
obrizo dixi fiducia mea. Si letatus ſu3 ſuper mul
tis diuitijs meis: et quia plurima reperit manus
mea. Si vidi ſolem cum fulgeret: et lunam ince- Prouerbi.
dentem clare: et letatum eſt in abſcondito cor xvij.a.
meum: et oſculatus ſum manum meam ore meo:
que eſt iniquitas maxima: et negatio contra deū
D altiſſimum. Si gauiſus ſum ad ruinam eius qui De pe.diſ.
me oderat: et exultaui ꝙ inueniſſet eum malum c.agite.
Non enim dedi ad peccandum guttur meum vt
expetarem maledicens animam eius. Si non di-
xerunt viri tabernaculi mei: quis det de carni-
bus eius vt ſaturemur. Foris non manſit pere-
grinus: oſtium meum viatori patuit. Si abſcon-
di quaſi homo peccatum meum: et celaui in ſinu
meo iniquitate3 meā. Si expaui ad multitudinē
nimiā: ⁊ deſpectio ꝓpinquoꝝ terruit me: ⁊ nō ma
gis tacui: nec egreſſus ſum oſtiū. Quis mihi tri-
buat auditorē vt deſideriū meū audiat oipotēs:
et librum ſcribat ipſe qui iudicat: vt in humero
meo portem illum: et circundem illum quaſi co-
ronam mihi. Per ſingulos gradus meos ꝓnun De pe.diſ.
ciabo illū: ⁊ quaſi pricipio offerā eū. Si aduerſu3 ij.c.ſanctaſ.
me terra mea clamat: ⁊ cum ipſa ſulci eius deflēt in prin.
Si fructus eius comedi abſq3 pecunia: et aīam
agricolarum eius afflixi: pro frumēto oriatur mi-
hi tribulus: ⁊ pro hordeo ſpina.

¶ Capituli Summarium. ¶ Reſpondere iob
tres viri omiſerunt: eo ꝙ iſtius ſibi videretur: ta-
centibus amicis iob: indignatur heliu eorum in
ſipientiam arguit ⁊ ſuam iactat prudentiam.
Capitulum. xxxij.

A Dixerunt autē tres
viri reſpōdere iob: eo ꝙ iuſtus
ſibi videretur. Et iratus indi-
gnatuſq; eſt heliu filius bara-
chel buzites de cognatōe ram.
Iratus eſt autē aduerſum iob
eo ꝙ iuſtum ſe eſſe diceret corā
deo. Porro aduerſum amicos
eius indignatus eſt: eo ꝙ non inueniſſent reſpon
ſionem rationabilem ſed tantūmodo condēnaſ-
ſent iob. Igitur heliu expectauit iob loquentem
B eo ꝙ ſeniores eſſent qui loq̄bantur. Cum autem vi
diſſet ꝙ tres reſpondere nō potuiſſent iratus eſt ve
hementer. Reſpondenſq; heliu filius barachel bu
zites dixit. Iunior ſum tpe vos aūt antiquiores
s.xij.b. idcirco demiſſo capite veritus ſum iudicare vobis
meam ſniam. Sperabam enim ꝙ etas prolixior
loqueretur ⁊ annorū multitudo doceret ſapien-
tiam. Sed vt video ſpiritus eſt in hoībus ⁊ inſpi
ratio oīpotentis dat intelligentiā. Nō ſunt lon-
C geui ſapiētes nec ſenes intelligunt iudiciū. Ideo
dicā audite me oſtendā vobis etiā ego meā ſapi
entiā. Expectaui enim ſermones veſtros audiui
prudentiam veſtram donec diſceptaremini ſer-
monibus veſtris: ⁊ donec putabam vos aliquid
dicere conſiderabam. Sed vt video: non eſt qui
poſſit arguere iob: ⁊ reſpondere ex vobis ſermo
nibus eius. Ne forte dicatis: inuenimus ſapien-
tiam: deus proiecit eum: non homo. Nihil locu-
tus eſt mihi: ⁊ ego non ſm ſermones veſtros re-
ſpondebo illi. Extimuerunt: nec reſponderunt
D vltra: abſtulerunt a ſe eloquiū. Quoniam igitur
expectaui: et non ſunt locuti: ſteterunt: nec vltra
reſponderunt: reſpondebo ⁊ ego partem meā: ⁊
oſtendā ſcientiā meā. Plenus ſum enī ſermoni-
bus ⁊ coartat me ſpiritus vteri mei. En venter
meus quaſi muſtum abſq; ſpiraculo: quod lagun
culas nouas dirumpit. Loquar et reſpirabo
paululum: aperiam labia mea: et reſpondebo.
Non accipiam perſonam viri: ⁊ deū homini nō
equabo. Neſcio enī q̄diu ſubſiſtā: et ſi poſt mo
dicum tollat me factor meus.

Capituli Summarium. De Heliu: quali
ter deus loquitur vt erudiat: increpet ⁊ propitia
tur ⁊ tribus diebus operetur: vbi quoq; de incar
natione domini prophetauit. Caplm. xxxiij.

A Audi igitur Job elo
quia mea: ⁊ oēs ſermones me
os auſculta. Ecce aperui os
meū: loquatur lingua mea i fau-
cibus meis. Simplici corde meo
ſermones mei: et ſniam labia
mea purā loquentur. Spiritus
dei fecit me: ⁊ ſpiraculum omnipotentis viuifica-
uit me. Si potes reſponde mihi: ⁊ aduerſus faci-
em meam conſiſte: ecce ⁊ me ſicut ⁊ te fecit deus
⁊ de eodem luto ego quoq; formatus ſum. Verū
tamen miraculū meū nō te terreat: ⁊ eloquentia
mea non ſit tibi grauis. Dixiſti ergo in auribus B
meis: ⁊ vocem verborū tuorum audiui. Mundus
ſum ego: ⁊ abſq; delicto immaculatus: ⁊ non eſt
iniquitas in me. Quia querelas in me repperit:
ideo arbitratus eſt me inimicum ſibi. Poſuit in s.xiij.d.
neruo pedes meos: cuſtodiuit oēs ſemitas me-
as. Hoc eſt ergo in quo non es iuſtificatus. Re-
ſpondebo tibi: quia maior ſit deus homine. Ad-
uerſus eū contendis: ꝙ non ad omnia verba re
ſponderit tibi. Semel loquitur deus: ⁊ ſecundo id
ipſum non repetit. Per ſomnium in viſione no-
cturna: quando irruit ſopor ſuper homines ⁊ dor
miunt in lectulo: tunc aperit aures virorum ⁊ eru C
diens eos: inſtruit diſciplina: vt auertat hominē
ab eis que fecit: ⁊ liberet eum de ſuperbia: eruēs
animam eius a corruptione: ⁊ vitam illius vt nō
tranſeat in gladium. Increpat quoq; per dolorē
in lectulo: ⁊ oīa oſſa eius marceſcere facit. Abo-
minabilis ei fit in vita ſua panis: ⁊ anime illius
cibus ante deſiderabilis. Tabeſcet caro eius: ⁊ oſ
ſa que tecta fuerant: nudabūtur. Appropinqua
bit corruptioni anima eius: et vita illius morti-
feris. Si fuerit pro eo angelus loquens vnum de
ſimilibus: vt annunciet hominis equitatem: mi-
ſerebitur eius: ⁊ dicet. Libera eum: vt non deſcē
dat in corruptionem. Inueni in quo ei propitier D
conſumpta eſt caro eius a ſupplicijs: reuertatur
ad dies adoleſcentie ſue. Deprecabitur deum:
et placabilis ei erit: ⁊ videbit faciem eius in iubi-
lo: ⁊ reddet homini iuſticiā ſuā. Reſpiciet homi
nes: ⁊ dicet. Peccaui ⁊ vere deliqui: ⁊ vt erā di
gnus: non recepi. Liberauit animā ſuam ne per
geret in interitum: ſed viuens lucem videret. Ec
ce hec omnia operatur deus tribus vicibus ꝑ ſin
gulos: vt reuocet animas eorum a corruptione: ⁊
illuminet luce viuentiū. Attende iob: ⁊ audi me
et tace dum ego loquor. Si autem habes quid
loquaris: reſponde mihi. Loquere. Volo enim te
apparere iuſtum. Quod ſi non habes: audi me: ta-
ce: et docebo te ſapientiam.

Capituli Summarium. Laudat heliu
equitatem dei: iuſticiam conſiderantem ⁊ vltio-
nem increpat iob flagella. Capitulum. xxxiiij.

A PRonunciās itaq;
heliu: etiam hec locutus eſt. Au
dite ſapientes verba mea: ⁊ eru
diti auſcultate me. Auris ei ver
s.xij.b. ba probat ⁊ guttur eſcas guſtu
dijudicat. Judicium eligamus
nobis: ⁊ inter nos videamus
quid ſit melius: quia dixit iob: iuſtus ſum: ⁊ deus
ſubuertit iudicium meum. In iudicando enī me
mendacium eſt: ⁊ violenta ſagitta mea abſq; vllo
peccato. Quis eſt vir vt eſt iob: qui bibit ſubſan
nationem quaſi aquam: qui graditur cum operā
tibus iniquitatem: ⁊ ambulat cum viris impijs.
Dixit enim. Non placebit vir deo: etiā ſi cucur
B rerit cum eo. Ideo viri cordati audite me: abſit a
deo īpietas: ⁊ ab omnipotente iniquitas. Opus
enim hominis reddet ei: ⁊ iuxta vias ſingulorum
reſtituet eis. Uere enim deus non condemnabit
fruſtra: nec omnipotens ſubuertet iudiciū. Quē
conſtituit alium ſuper terram: aut quem poſuit
ſuper orbem quē fabricatus eſt. Si direxerit ad
eum cor ſuum: ſpiritum illius ⁊ flatum ad ſe tra-
het. Deficiet omnis caro ſimul: ⁊ homo in cine
rem reuertetur. Si habes ergo intellectum audi
quod dicitur: ⁊ auſculta vocem eloquij mei. Nun-
quid qui non amat iudicium: ſanari poteſt? Et
quomodo tu eum qui iuſtus eſt: intantum condē
nas. Qui dicit regi apoſtata: qui vocat duces im
pios. Qui non accipit perſonas principum nec
cognouit tyrannum: cum diſceptaret cōtra pau-
C perem. Opus enim manuum eius ſunt vniuerſi.
Subito morientur: ⁊ in media nocte turbabun-
tur populi: ⁊ pertranſibunt: ⁊ offerent violentū
s.xiiij.a. abſq; manu. Oculi enim eius ſuper vias hominū
⁊ omnes greſſus eorum conſiderat. Non ſunt te
nebre: ⁊ non eſt vmbra mortis: vt abſcondantur
ibi qui operantur iniquitatem. Neq; enim vl-
tra in hominis poteſtate eſt: vt veniat ad deum
in iudicium. Conteret multos ⁊ innumerabiles
⁊ ſtare faciet alios pro eis. Nouit enim opera eo
Prouerbi. rum: ⁊ idcirco inducet noctem: ⁊ conterent̄. Qua
v.d. ſi impios percuſſit eos in loco videntium. Qui
quaſi de induſtria receſſerunt ab eo: ⁊ omnes vi-
as eius intelligere noluerunt: vt peruenire face-
rent ad eum clamorem egeni: ⁊ audiret vocē pau
perum. Ipſo enim concedente pacē: quis eſt qui
D condemnet? Ex quo abſconderit vultum: quis eſt
qui contempletur eum. Et ſuper gentes: ⁊ ſuper
viij.q.ō.j.c. omnes homines. Qui regnare facit hominē hy
audacter. pocrytā propter peccata populi. Cū ergo ego
locutus ſum ad deum: te quoq; non prohibebo.
Si erraui: tu doce me. Si iniquitatem locutus
ſum: vltra non addam. Nunquid a te deus expe
tit eā: quia diſplicuit tibi. Tu enim cepiſti loqui
⁊ nō ego. Quia ſi quid noſti melius: loquere. Ui
ri intelligentes loquantur mihi: ⁊ vir ſapiens au
diat me. Job autem ſtulte locutus eſt: ⁊ verba il
lius non ſonāt diſciplinam. Pater mi: probetur
iob vſq; ad finem. Ne deſinas ab homine iniqui
tatis qui addidit ſuper peccata ſua blaſphemiā
Inter nos interim conſtringatur: et tunc ad iu-
dicium prouocet ſermonibus ſuis deum.

¶ Capituli Summarium. ¶ Non deo: ſed
homini pdeſt aut nocet pietas aut impietas ho
minis: ꝙ pro iuſto iudicio deus differt vindictā.

Capitulum. xxxv.

IGitur heliu hec rur A
ſum locutus eſt. Nūquid equa
videtur tibi tua cogitatio: vt
diceres: iuſtior deo ſum. Dixiſti
enim. Non tibi placet quod re
ctum eſt: vel quid tibi prode-
rit ſi ego peccauero. Itaq; ego
reſpōdebo ſermonibus tuis: ⁊ amicis tuis tecū.
Suſpice celum ⁊ intuere: ⁊ contemplare ethera B
ꝙ altior te ſit. Si peccaueris: quid ei nocebis? Et
ſi multiplicate fuerit iniquitates tue: quid facies
contra eum. Porro ſi iuſte egeris: quid donabis
ei: aut quid de manu tua accipiet. Homini qui ſi j.q.iiij.c.ho
milis tui eſt: nocebit impietas tua: ⁊ filium homi mini.
nis adiuuabit iuſticia tua. Propter multitudi C
nem calumniatorum clamabunt et eiulabunt
propter vim brachij tyrannorum. Et non dixit
vbi eſt deus qui fecit me: qui dedit carmina in
nocte. Qui docet nos ſuper iumenta terre: et
ſuper volucres celi erudit nos. Ibi clamabunt:
⁊ non exaudiet: propter ſuperbiam malorum.
Non ergo fruſtra audiet deus et omnipotens
cauſas ſingulorum intuebitur. Etiam cum di- D
xeris: non conſiderat iudicare coram illo: et ex-
pecta eum. Nunc enim non infert furorem ſuū:
nec vlciſcitur ſcelus valde. Ergo iob fruſtra ape
rit os ſuum: ⁊ abſq; ſciētia verba multiplicat.

¶ Capituli Summarium. ¶ Dicit Heliu ſe
cundo: ꝙ deus flagellat vt erudiat tribulat vt
ſaluet: ꝙ Job humiliat: vt timeat excelſum:
quem ei deſcribit.

Capitulum. xxxvj.

ADdēs quoq; heliu A
hec locutus eſt. Suſtine me
paululum: et indicabo tibi.
Adhuc enim habeo quod pro
deo loquar. Repetam ſcien-
tiam meam a principio: ⁊ ope-
ratorem meum probabo iuſtū.
Uere enim abſq; mendacio ſermones mei: et
perfecta ſcientia probabitur tibi. Deus poten-
tes non abijcit cum ⁊ ipſe ſit potens: ſed non
ſaluat impios: et iudicium pauperibus tribuet.
Non auferet a iuſto oculos ſuos: ⁊ reges in ſo-
lio collocat in perpetuū: ⁊ illic erigunt̄. Et ſi fue
rint in catenis: ⁊ vinciant̄ funibus paupertatis
indicabit eis opera eorū ⁊ ſcelera eorū q: violēti
fuerūt. Reuelabit q; aurē eorum: vt corripiat: ⁊

B loquetur:vt reuertantur ab iniquitate. Si au⸗
dierint ⁊ obſeruauerint: complebunt dies ſuos
in bono:⁊ annos ſuos in gloria. Si autem non
audierint:tranſibunt per gladium: ⁊ conſumen⸗
tur in ſtultitia. Simulatores⁊ callidi prouocāt
iram dei: neqꝫ clamabunt cum vincti fuerint.
Morietur in tempeſtate anima eorum:⁊ vita eo
rum inter effeminatos. Eripiet de anguſtia ſua
pauperem:⁊ reuelabit in tribulatione aurē eius.
Igitur ſaluabit te de ore anguſto latiſſime: ⁊ nō
C habente fundamentum ſubter ſe. Requies au⸗
tem menſe tue erit plena pinguedine. Cauſa tua
quaſi impij iudicata eſt:cauſam iudiciumqꝫ reci
pies. Non te ergo ſuperet ira:vt aliquem oppri⸗
mas:nec multitudo donorum inclinet te. Depo⸗
ne magnitudinem tuam abſqꝫ tribulatiōe:⁊ om⸗
nes robuſtos fortitudine. Ne protrahas noctes:
vt aſcendāt populi pro eis. Caue ne declines ad
iniquitatem:hanc enim cepiſti ſequi poſt miſe⸗
riam. Ecce deus excelſus in fortitudine ſua: ⁊
nullus ei ſimilis in legiſlatoribus. Quis poterit
ſcrutari vias eius,aut quis audet ei dicere:opera
tus es iniquitatem. Memento ꝙ ignores opus
eius:de quo cecinerunt viri. Omnes homines vi
dent eum:vnuſquiſqꝫ intuetur procul. Ecce de⁹
D magnus vincens ſcientiam noſtram. Numerus
annorum eius ineſtimabilis. Qui aufert ſtillas
pluuie:⁊ effundit imbres ad inſtar gurgitum:qui
de nubibus fluunt:que protexerunt cuncta deſu⸗
per. Si voluerit extendere nubes quaſi tentoriū
ſuum et fulgurare lumine ſuo deſuper: cardines
quoqꝫ maris operiet. Per hec enim iudicat po
pulos et dat eſcas multis mortalibus. In ma⸗
nibus abſcondit lucem: et precepit ei vt rurſus
adueniat. Annunciat de ea amico ſuo ꝙ poſſeſ⸗
ſio eius ſit ⁊ ad eam poſſit aſcendere.

¶ Capituli Summarium. ¶ De predicato⸗
ribus deſignatis per nubes:⁊ de pdicatione per
lucem ⁊ pluuias:⁊ ꝙ deus enarrari non poteſt.

Capitulum.xxxvij.

A SUper hoc
expauit cor meū
⁊ emotum eſt de
loco ſuo. Audiet
auditionē in ter
rore vocis eius: ⁊ ſonum de
ore illius procedentem. Super
omnes celos ipſe conſiderat:⁊
lumen illi⁹ ſuper terminos ter
re. Poſt eum rugiet ſonitus:
tonabit voce magnitudinis ſue:⁊ non inueſtiga
B bitur cum audita fuerit vox eius. Tonabit deus
in voce ſua mirabiliter:qui facit magna ⁊ inſcru⸗
tabilia. Qui precepit niui:vt deſcendat ſuper ter
ram:⁊ hyemis pluuijs ⁊ imbri fortitudinis ſue.
Qui in manu omnium hominum ſignat:vt noue
rint ſinguli opera ſua. Ingredietur beſtia latibu
lum ſuum:⁊ in antro ſuo morabitur. Ab interiori
bus egreditur tempeſtas: ⁊ ab arcturo frigus.
Flante deo cōcreſcit gelu: ⁊ rurſum latiſſime fun
duntur aque. Frumentum deſiderat nubes:⁊nu
bes ſpargunt lumen ſuum. Que luſtrant cuncta
per circuitum quocūqꝫ eas voluntas gubernan⸗
tis duxerit ad omne quod preceperit illis ſuper
faciem orbis terrarum: ſiue in vna tribu: ſiue in
terra ſua: ſiue in quocunqꝫ loco miſericordie ſue
eas iuſſerit inueniri. Auſculta hec iob: ſta ⁊ conſi C
dera mirabilia dei. Nunquid ſcis quando prece
perit deus pluuijs: vt oſtenderent lucem nubiū
eius? Nunquid noſti ſemitas nubium magnas:
⁊ perfectas ſcientias? Nonne veſtimenta tua ca
lida ſunt cum perflata fuerit terra auſtro. Tu for
ſitan cum eo fabricatus es celos: qui ſolidiſſimi
quaſi ere fuſi ſunt. Oſtēde nobis: quid dicamus
illi. Nos quippe inuoluimur tenebris. Quis nar
rabit ei,que loquor. Etiam ſi locutus fuerit ho⸗
mo deuorabitur: at nunc nō vident lucem. Sub⸗ D
ito aer cogetur in nubes: ⁊ ventus tranſiens fu⸗
gabit eas. Ab aquilone aurum venit: ⁊ a deo for⸗
midoloſa laudatio. Digne eū inuenire non poſ
ſumus. Magnus fortitudine ⁊ iudicio ⁊ iuſticia
⁊ enarrari non poteſt. Ideo timebunt eum viri:
⁊ non audebunt contemplari omnes qui ſibi vi⸗
dentur eſſe ſapientes.

¶ Capituli Summarium. ¶ Loquens domi⸗
nus ad iob: ⁊ enarrans mirabilia que fecit ab ini
tio: probat ꝙ non ſit ſimilis ſibi: item de homine
gallo leena ⁊ corno.

Capitulum.xxxviij.

REſpōdēſ aūt dn̄s iob A
de turbine dixit. Quis eſt iſte i⸗
uoluens ſentētias ſermonibus
imperitis. Accinge ſicut vir lū⸗ J.xliiij.a.
bos tuos: interrogabo te: ⁊ re⸗
ſponde mihi. Ubi eras quando
ponebam fundamēta terre. In
dica ſi habes intelligentiam. Quis poſuit menſu
ras eius ſi noſti: vel quis tetendit ſuper eam li⸗
neam. Super quo baſes illius ſolidate ſunt. Aut
quis demiſit lapidem angularem eius: cū me lau
darent ſimul aſtra matutina: ⁊ iubilarent omnes
filij dei. Quis concluſit oſtijs mare: quando erū⸗
pebat quaſi de vulua procedens ponerem nubē
veſtimentum eius ⁊ caligine illud quaſi pannis
infantie obuoluerem. Circūdedi illud terminis B
meis: ⁊ poſui vectem ⁊ oſtia: ⁊ dixi. Uſqꝫ huc ve⸗
nies ⁊ non procedes amplius: ⁊ hic cōfringes tu
mentes fluctus tuos. Nunquid poſt ortum tuū
precepiſti diluculo: ⁊ oſtendiſti aurore locū ſuū?
Nunqd tenuiſti concutiens extrema terre: ⁊ ex⸗
cuſſiſti impios ex ea? Reſtituetur vt lutum ſigna
culum: ⁊ ſtabit ſicut veſtimentum. Auferetur ab
impijs lux ſua: ⁊ brachium excelſum confringet.
Nunquid ingreſſus es profundū maris: ⁊ in no
uiſſimis abyſſi deambulaſti? Nunquid aperte
ſunt tibi porte mortis ⁊ oſtia tenebroſa vidiſti?

Nunquid conſideraſti latitudinem terre? Indi-
ca mihi ſi noſti omnia: in qua via lux habitet: et
tenebrarū quis locus ſit: vt ducas vnumquodq;
ad terminos ſuos: ⁊ intelligas ſemitas domus
C eius. Sciebas tunc ꝙ naſciturus eſſes: ⁊ nume-
rum dierum tuorum noueras. Nunquid ingreſ-
ſus es theſauros niuis aut theſauros grandinis
aſpexiſti: que preparaui in tempus hoſtis: ⁊ in
diem pugne, ⁊ belli. Per quam viam ſpargitur
lux: diuiditur eſtus ſuper terram. Quis dedit ve
hementiſſimo imbri curſum ⁊ viam ſonantis to-
nitrui vt plueret ſuper terram abſq; homine in
deſerto vbi nullus mortalium commoratur: vt im
pleret inuiam ⁊ deſolatam: ⁊ produceret herbas
virentes. Quis eſt pluuie pater vel quis genuit
ſtillas roris. De cuius vtero egreſſa eſt glacies:
⁊ gelu de celo quis genuit. In ſimilitudine lapi-
dis aque durantur: ⁊ ſuperficies abyſſi conſtrin-
gitur. Nunquid coniungere valebis micantes
ſtellas pleiades: aut gyrum arcturi poteris diſſi-
D pare? Nunquid producis luciferum in tempore
ſuo: ⁊ veſperum ſuper fines terre conſurgere fa-
cies? Nunquid noſti ordinem celi: ⁊ pones ratio
nem eius in terra? Nunquid eleuabis in nebula
vocem tuam: ⁊ impetus aquarum operiet te?
Nunquid mittes fulgura ⁊ ibunt ⁊ reuertētia di-
cent tibi aſſumus? Quis poſuit in viſceribus ho
minis ſapientiā: vel quis dedit gallo intelligen
tiam? Quis enarrabit celorum rationem: ⁊ con-
centum celi quis dormire faciet? Quando funde
batur puluis in terra: ⁊ glebe compingebantur:
Nunquid capies leene predam: ⁊ animam catu-
p̄s.cxlvi. lorum eius implebis: quando cubant in antris ⁊
in ſpecubus inſidiantur? Quis preparat coruo
eſcam ſuam: quando pulli eius clamant ad deū:
vagientes: eo ꝙ non habeant cibos.

Capituli Summarium. Enarrat domi-
nus magnalia que fecit de ibicibus: ⁊ ceteris ani
malibus ⁊ auibus.

Capitulum. xxxix.

A Nunquid noſti tēpus
partus ibicum in petris: vel par-
turientes ceruas obſeruaſti. Di-
numeraſti menſes conceptus ea-
rum: ⁊ ſciſti tempus partus earū.
Incuruantur ad fetum ⁊ pariūt: ⁊ rugitus emit
tunt. Separantur filij earum: ⁊ pergunt ad pa-
ſtum: egrediuntur ⁊ nō reuertent̄ ad eas? Quis
dimiſit onagrum liberum: ⁊ vincula eius quis ſol
uit. Cui dedi in ſolitudine domum: ⁊ taberna-
B cula eius in terra ſalſuginis. Contendit multitu
dinem ciuitatis: clamorem exactoris non audit.
Circunſpicit montes paſcue ſue: ⁊ virētia queq;
perquirit. Nunquid volet rhinoceros ſeruire ti-
bi: aut morabitur ad preſepe tuum. Nunquid al
ligabis rhinocerota ad arandum loro tuo aut cō
fringet glebas vallium poſt te. Nunquid fiduciā
habebis in magna fortitudine eius: ⁊ derelinques
ei labores tuos? Nunquid credes illi qm̄ ſemen-
tem reddat tibi: ⁊ aream tuam congreget. Pen
na ſtrutionis ſimilis eſt pennis herodij ⁊ acci-
pitris. Quando derelinquit oua ſua in terra: tu
forſitan in puluere calefacies ea. Obliuiſcitur ꝙ
pes conculcet ea: aut beſtia agri conterat. Dura
tur ad filios ſuos quaſi non ſint ſui fruſtra labo- C
rauit nullo timore cogente. Priuauit enim eam
deus ſapientia nec dedit illi intelligentiam. Cū
tempus fuerit in altum alas erigit: deridet equū
⁊ aſcenſorem eius. Nunquid prebebis equo for-
titudinem: aut circundabis collo eius hinnitum.
Nunquid ſuſcitabis eum quaſi locuſtas. Gloria
narium eius terror: terram vngula fodit. Exultat
audacter: in occurſum pergit armatis. Contem-
nit pauorem nec cedit gladio. Super ipſum ſona
bit pharetra: vibrabit haſta ⁊ clipeus. Fremens
ſorbet terrā: nec reputabat tube ſonare clango-
rem. Ubi audierit buccinam: dicit vah. Procul
odoratur: bellum exhortationem ducum: ⁊ vlula
tum exercitus. Nunquid per ſapientiam tuam D
plumeſcit accipiter: expandens alas ſuas ad au-
ſtrum. Nunquid ad preceptum tuum eleuabitur
aquila: ⁊ in arduis ponet nidum ſuū. In petris
manet: in preruptis ſilicibus commoratur: atq;
in acceſſis rupibus. Inde contemplatur eſcam:
⁊ de longe oculi eius proſpiciunt. Pulli eius lam
bunt ſanguinem: ⁊ vbicunq; cadauer fuerit ſta-
ſtim adeſt. Et adiecit dominus ⁊ locutus eſt ad
Job. Nunquid qui contendit cum deo tam faci
le conquieſcit. Utiq; qui arguit deum debet re-
ſpondere ei. Reſpondens autem Job domino di
xit. Qui leuiter locutus ſum: reſpōdere quid poſ
ſum. Manum meam ponam ſuper os meum. S.ix.c.
Unum locutus ſum: quod vtinam non dixiſſem:
⁊ alterum quibus vltra non addam.

Capituli Summarium. De Vehemoth
et malicia eius.

Capitulum. xl.

Reſpondens autem A
dominus Job de turbine: di-
xit. Accinge ſicut vir lumbos
tuos: interrogabo te ⁊ indica
mihi. Nunquid irritum facies
iudicium meū: ⁊ condēnabis
me vt ſi tu iuſtificeris. Et ha-
bes brachiū ſicut deus ⁊ ſi voce ſimili tonas cir
cunda tibi decorem in ſublime erigere: ⁊ eſto glo
rioſus ⁊ ſpecioſis induere veſtibus. Diſperge ſu- B
perbos in furore tuo: ⁊ confunde eos ⁊ reſpiciēs
omnem arrogantē humilia. Reſpice cunctos ſu-
perbos ⁊ confunde eos: ⁊ contere impios in loco
ſuo. Abſcōde eos in puluere ſimul: ⁊ facies eorū
demerge in foueam ⁊ ego cōfitebor ꝙ ſaluare te
poſſit dextera tua. Ecce vehemoth quem feci te- Daniel.vii.
cum: fenum quaſi bos comedet. Fortitudo eius c.
in lumbis eius: ⁊ virtus illius in vmbilico ven- De pe. col.
tris eius. Stringit caudam ſuā quaſi cedrū ner- ij.c. ſi eius
ui teſticulorū eius perplexi ſunt. Oſſa eius velut principii.
fiſtule eris: cartilago illius quaſi lamine ferree. Ipſe C

eſt principiuꝫ viarum dei. Qui fecit eum applica-
bit gladiũ eius: huic montes herbas ferunt. Om-
nes beſtie agri ludẽt ibi: ſub vmbra dormit in ſe-
creto calami: in locis humẽtibus. Protegũt vm-
bre vmbram eius: circũdabunt eum ſalices torrẽ-
D tis. Ecce abſorbebit fluuiũ ⁊ non mirabitur: ⁊ ha-
bet fiduciaꝫ ꝙ influat iordanis in os eiꝰ. In ocu-
lis eius quaſi hamo capiet eũ: ⁊ in ſudibus perfo-
rabit nares eius. An extrahere poteris leuiatã
hamo: ⁊ fune ligabis linguaꝫ eius. Nunquid po-
nes circulum in naribus eius: aut armilla perfo-
rabis maxillam eius. Nunquid multiplicabit ad
te preces: aut loquetur tibi mollia. Nunquid fe-
riet tecum pactũ: ⁊ accipies eum seruuꝫ ſempiter-
num. Nunquid illudes ei quaſi aui: aut ligabis
eum ancillis tuis. Cõcident eum amici: diuidẽt
illum negociatores. Nunquid implebis ſagenas
pelle eius ⁊ gurguſtium piſciũ capite illius. Po-
nes ſuper eum manum tuam. Memento belli.
Nec vltra addas loqui. Ecce ſpes eius fruſtrabi-
tur eum: ⁊ videntibus cunctis precipitabitur.

¶ Capituli Summarium. ¶ De reprehenſio-
ne malicie Vehemoth: de membris eius: de du-
ricia ⁊ ſuperbia eius. Capitulum .xlj.

A Hiere. l. g. NOn quaſi crudelis ſu-
ſcitabo eũ. Quis enĩ reſiſtere po-
teſt vultui meo: ⁊ quis ãte dedit
mihi vt reddã ei: Oĩa que ſub ce-
lo ſunt: mea ſunt: Non parcaꝫ ei
verbis potẽtibus: ⁊ ad deprecandũ compoſitis.
Quis reuelabit faciẽ indumẽti eius: ⁊ in mediuꝫ
oris eius qs intrabit: Portas vultus eius quis
aperiet. Per gyrũ dentiũ eius formido: corpus
illiꝰ quaſi ſcuta fuſilia ⁊ cõpactũ ſquamis ſe pre-
mentibus. Una vni coniũgitur: ⁊ ne ſpiraculum
quidem incedit per eas. Una alteri adherebit: ⁊
B tenentes ſe nequaꝙ̃ ſeparabuntur. Sternutatio
eius ſplendor ignis: ⁊ oculiꝰ eius vt palpebre di-
luculi. De ore eius lãpades eiꝰ ꝓcedũt ſicut tede
ignis accẽſe: de naribus eius ꝓcedit fumus: ſicut
olle, ſuccẽſe atqꝫ feruentis. Halitus eius prunas
ardere facit: ⁊ flãma de ore eius egredit. In col-
lo eius morabit fortitudo: ⁊ faciẽ eius ꝑcedit ege-
C ſtas. Mẽbra carniũ eius coherẽtia ſibi. Mittet
contra eũ, fulmina: ⁊ ad locũ aliũ nõ ferẽtur. Cor
eius indurabit tanꝙ̃ lapis: ⁊ ſtringet quaſi mal-
leatoris incus. Cũ ſublatus fuerit timebũt ange-
li: ⁊ territi purgabunt. Cũqꝫ apprehẽderit eum
gladius ſuſtinere nõ poterit: neqꝫ haſta neqꝫ to-
rax. Reputabit enĩ quaſi palleas ferrũ: ⁊ quaſi li-
D gnuꝫ putridũ es. Nõ fugabit eũ vir ſagittarius:
in ſtipulam verſi ſunt ei lapides funde. Quaſi ſti-
pulam eſtimabit malleũ: ⁊ deridebit vibrantẽ ha-
ſtam. Sub ipſo erũt radij ſolis: ⁊ ſternet ſibi aurũ
quaſi lutũ. Feruefcere faciet quaſi olla ꝓfunduꝫ
maris: ⁊ ponet q̃ſi cũ vnguẽta bulliũt. Poſt euꝫ
lucebit ſemita: eſtimabit amiſſuꝫ q̃ſi ſeneſcentẽ.
Nõ eſt ſuper terrã ptãs que comparet ei: qui fa-
ctus eſt vt nulluꝫ timeret. Omne ſublime videt:
ipſe eſt rex ſuper vniuerſos filios ſuperbie.

¶ Capi. Sũma. ¶ De reſponſiõe ⁊ penitẽtia
Job: de oblatiõe ⁊ oratiõe eius pro amicis ſuis:
⁊ duplicatione ouium eius ⁊ camelorum: boum:
et aſinorum: ⁊ de gloria eius: de datis ⁊ liberis:
⁊ de obitu ipſius. Capitulum .xlij.

REſpondẽs aũt Job A
dño: dixit. Scio q: oĩa potes: ⁊
nulla te latet cogitatio. Quis
eſt iſte qui celat cõſilium abſqꝫ
ſciẽtia: Ideo inſipiẽter locutꝰ
ſum: ⁊ que vltra modũ excedũt
ſciẽtiã meã. Audi ⁊ ego loquar:
interrogabo te ⁊ rñde mihi. Auditu auris audiui
te: nunc autẽ oculus meus videt te. Idcirco ipſe
me reprehendo ⁊ ago pñiam in fauilla ⁊ cinere.
Poſtꝙ̃ aũt locutꝰ eſt dñs verba hec ad Job: di- B
xit ad Eliphã themanitẽ. Iratus eſt furor meꝰ
in te ⁊ in duos amicos tuos: qm̃ non eſtis locuti
coram me rectũ ſicut ſeruus meus Job. Sumi-
te ergo vobis ſeptẽ tauros ⁊ ſeptẽ arietes: ⁊ ite
ad ſeruũ meũ Job: ⁊ offerte holocauſtũ pro vo-
bis. Job aũt ſeruus meus orabit pro vobis. Fa-
ciem eius ſuſcipiam: vt nõ vobis imputet ſtulti-
cia. Neqꝫ enĩ locuti eſtis corã me rectũ: ſicut ſer-
uus meꝰ Job. Abierũt ergo Eliphã themanites
⁊ Baldath ſuites ⁊ ſophar naamathites: ⁊ fece- C
runt ſicut locutus fuerat dñs ad eos: ⁊ ſuſcepit
dñs faciẽ Job. Dñs qꝫ cõuerſus eſt ad pñiaꝫ iob:
cũ oraret ille ꝓ amicis ſuis. Et addidit dñs oĩa
quecunqꝫ fuerãt Job duplicia. Venerũt aũt ad
eum oẽs fratres ſui ⁊ vniuerſe ſorores ſue: ⁊ cun-
cti qui nouerãt eũ prius: ⁊ comederũt cũ eo pa-
nem in domo eius. Et mouerũt ſuper eũ caput:
⁊ cõſolati ſunt eũ ſuper omni malo qđ intulerat
dñs ſuper eũ. Et dederũt ei vnuſquiſqꝫ ouẽ vnã
⁊ inaurem aureã vnã. Dñs aũt bñdixit nouiſſi-
mis Job magis ꝙ̃ principio eius. Et facta ſunt D
ei quattuordecim milia ouiũ: ⁊ ſex milia camelo-
rum: ⁊ mille iuga bouꝫ: ⁊ mille aſine: fuerũt ei. ſe-
pteꝫ filij ⁊ tres filie. Et vocauit nomẽ vnius diẽ:
⁊ nomẽ ſecũde caſiam: ⁊ nomẽ tertie cornuſtibij.
Non ſunt aũt inuẽte mulieres ſpecioſe: ſicut filie
Job in vniuerſa terra. Deditqꝫ eis pater ſuus
hereditatẽ inter fratres earũ. Vixit autem Job
poſt flagella hec centũ quadraginta annis: ⁊ vi-
dit filios ſuos ⁊ filios filiorũ ſuorũ vſqꝫ ad quar-
tam generationem: et mortuus eſt ſenex ⁊ ple-
nus dierum.

¶ Liber Job explicit.

¶ Prologus ſancti Hieronymi pſbyteri in pſalteriũ incipit.

PSalteriuꝫ Rome dudum poſitus emẽdaram ⁊ iuxta ſeptuaginta interpretes: licꝫ curſim: magna illud tamen ex parte correxeram. Quod q꞉ rurſum videtis o Paula ⁊ Euſtochiũ ſcriptoruꝫ vitio deprauatũ: pluſqꝫ antiquum errorem ꝙ nouam emendationem valere: me cogitis vt veluti quodam nouali ſciſſum iam aruum exerceam: ⁊ obliquis ſulcis renaſcentes ſpinas eradicem: equum eſſe dicentes: vt qđ crebro male pullulat: crebrius ſuccidatur. Unde conſueta prefatione cõmoneo: tam vos quibus forte labor iſte deſudat: ꝙ eos qui exẽplaria iſtiuſmodi habere voluerint: vt que diligenter emẽdaui: cuꝫ cura ⁊ diligẽtia trãſcribãtur. Notet ſibi vnuſqſqꝫ vel iacentẽ lineã: vel radiantia ſigna: id eſt obelos: vel aſteriſcos: ⁊ vbicunqꝫ viderit virgulaꝫ precedẽteꝫ: ab ea vſqꝫ ad duo puncta que impreſſimus: ſciat in ſeptuaginta trãſlatoribus plus haberi. Ubi aũt perſpexerit ſtelle ſimilitudinẽ: de hebreis voluminibus additum nouerit eque vſqꝫ ad duo puncta iuxta Theodotionis dũtaxat editionem: qui ſimplicitate ſermonis a ſeptuaginta interpretibꝰ nõ diſcordat. Hec ergo ⁊ vobis ⁊ ſtudioſo cuiqꝫ feciſſe me ſciẽs non ambigo multos fore qui vel inuidia vel ſupercilio malint contemnere videri preclara ꝙ diſcere: ⁊ de turbulento magis riuo ꝙ de puriſſimo fonte potare.

¶ Explicit prologus.

¶ Incipit liber Hymnoꝝ ſiue Pſalmoꝝ vel ſoliloquioꝝum.

¶ Pſalmus. j.

BEatꝰ vir qui non abijt in conſilio impioꝝ: ⁊ in via peccatoꝝ nõ ſtetit: ⁊ in cathedra peſtilẽtie non ſedit. a

Sed in lege dñi voluntas eius: ⁊ in lege eius meditabitur die ac nocte. Hie.xvij.

Et erit tanꝙ lignuꝫ quod plãtatum eſt ſecus decurſus aquarum: quod fructum ſuuꝫ dabit in tempore ſuo.

Et folium eius nõ defluet: et omnia quecunqꝫ faciet proſperabuntur. B

Non ſic impij nõ ſic: ſed tanꝙ puluis quem proijcit ventus a facie terre.

Ideo nõ reſurgunt impij in iudicio: neqꝫ peccatores in conſilio iuſtorum.

Quoniam nouit dominus viaꝫ iuſtoꝝ: ⁊ iter impioꝝ peribit.

¶ Pſalmus dauid. ij

A Act. iiij. f.

uare fremuerũt gẽtes: ⁊ ppłi meditati ſũt inania.

Aſtiterunt reges terre ⁊ principes conuenerunt in vnũ aduerſus dominum ⁊ aduerſus chriſtum eius.

Dirumpamus vincula eorũ: ⁊ proijciamus a nobis iugum ipſorum.

B Qui habitat in celis irridebit eos: ⁊ domin⁹ ſubſannabit eos.

Tunc loquet ad eos in ira ſua: ⁊ in furore ſuo conturbabit eos.

Ego autem conſtitutus ſum rex ab eo: ſuper ſion montem ſanctum eius predicans pceptum eius.

Dominus dixit ad me filius meus es tu: ego hodie genui te.

Heb. j. b. et c. Poſtula a me ⁊ dabo tibi gẽtes hereditatẽ tuã: ⁊ poſſeſſionem tuam terminos terre.

Act. iiij. e. Reges eos in virga ferrea: ⁊ tanq̃ vas figuli confringes eos.

C Et nunc reges intelligite: erudimini qui iudicatis terram.

xviij. q. iiij. c. ſi eccleſia Seruite domino in timore: ⁊ exultate ei cum tremore.

Apprehendite diſciplinam nequando iraſcat dominus: ⁊ pereatis de via iuſta.

Cum exarſerit in breui ira eius: beati omnes qui confidunt in eo.

¶ Pſalmus Dauid cum fugeret a facie Abſalon filij ſui. iij.

A

omine quid multiplicati ſunt qui tribulant me: multi inſurgunt aduerſũ me: multi dicunt anime mee: nõ eſt ſalus ipſi in deo eius.

Tu aũt domine ſuſceptor meus es: gloria mea ⁊ exaltans caput meum.

j. xij. c. ⁊ xvij B Voce mea ad dominũ clamaui: ⁊ exaudiuit me de monte ſancto ſuo.

Ego dormiui ⁊ ſoporatus ſum ⁊ exurrexi: quia dominus ſuſcepit me.

Non timebo milia populi circũdantis me: exurge domine ſaluum me fac deus meus.

Quoniam tu percuſſiſti oẽs aduerſantes mihi ſine cauſa: dentes peccatorum contriuiſti.

Domini eſt ſal⁹: ⁊ ſup populũ tuũ bñdictio tua.

¶ In finem pſalmus cantici Dauid iiij.

A

um inuocarẽ exaudiuit me de⁹ iuſticie mee: in tribulatione dilataſti mihi.

Miſerere mei: ⁊ exaudi orationem meam.

Filij hominum vſq̃quo graui corde: vt quid diligitis vanitatem ⁊ queritis mendacium.

Et ſcitote quoniam mirificauit dominus ſanctum ſuum: dominus exaudiet me cum clamauero ad eum.

Iraſcimini ⁊ nolite peccare que dicitis in cordibus veſtris: ⁊ in cubilib⁹ vr̃is cõpungimini. Eph. iiij. B

Sacrificate ſacrificium iuſticie ⁊ ſperate in dño: multi dicunt quis oſtendit nobis bona.

Signatum eſt ſuper nos lumen vultus tui dñe: dediſti leticiam in corde meo.

A fructu frumenti vini ⁊ olei ſui: multiplicati ſunt.

In pace in idipſum dormiã ⁊ requieſcam.

Quoniam tu domine ſingulariter in ſpe conſtituiſti me.

¶ In finẽ pro ea que hereditatẽ conſequitur: pſalmus Dauid. v.

A

erba mea aurib⁹ percipe dñe: intellige clamorẽ meũ.

Intẽde voci orationis mee: rex meus ⁊ deus meus.

Quoniam ad te orabo domine: mane exaudies vocem meam.

Mane aſtabo tibi ⁊ videbo: quoniã non deus volens iniquitatẽ tu es.

Neq̃ habitabit iuxta te malignus: neq̃ permanebunt iniuſti ante oculos tuos. B

Odiſti omnes qui operantur iniquitatẽ: ⁊ perdes omnes qui loquuntur mendacium. xxij. q. ij. c. ij.

Virum ſanguinum ⁊ doloſum abominabitur dominus: ego autem in multitudine mĩe tue.

Introibo in domum tuã: adorabo ad templũ ſanctum tuum in timore tuo.

Domine deduc me in iuſticia tua propter inimicos meos: dirige in cõſpectu tuo viam meã.

Quoniam non eſt in ore eorum veritas: cor eorum vanum eſt. j. tiij. b. Ro. iij. b. C

Sepulchrum patens eſt guttur eorum: linguis ſuis doloſe agebant iudica illos deus.

Decidant a cogitationibus ſuis ſm multitudinem impietatũ eorũ expelle eos: quoniã irritauerunt te domine.

Et letentur omnes qui ſperant in te: in eternũ exultabunt ⁊ habitabis in eis.

Et gloriabuntur in te omnes qui diligunt nomen tuum: qm̃ tu benedices iuſto.

Domine vt ſcuto bone voluntatis tue coronaſti nos.

¶ In finem in carminibus pro octaua: pſalmus Dauid. vj.

A

omine ne in furore tuo arguas me: neq̃ in ira tua corripias me. j. xxxvij. a. j. ix. b

Miſerere mei domine qm̃ infirmus ſum ſana me domine: qm̃ cõturbata ſunt oſſa mea.

Et anima mea turbata eſt val

de: ſed tu domine vſq̃quo.
Conuertere dñe ⁊ eripe animam meam: ſaluũ
B me fac propter miſericordiam tuam.
diſtin. in.c. Quoniam non eſt in morte qui memor ſit tui:
ſiquis dia- in inferno autem quis confitebitur tibi.
conus. Laboraui in gemitu meo: lauabo per ſingulas
Mat.vij.d noctes lectuꝫ meum lachrymis meis ſtratũ meũ
⁊.xxv.d. rigabo.
C Turbatus eſt a furore oculus meus: inueteraui
Lu.xiij.f. inter omnes inimicos meos.
Diſcedite a me omnes qui operamini iniquita
tem: qm̄ exaudiuit dominus vocem fletus mei.
Exaudiuit dominus deprecationem meaꝫ: dñs
orationem meam ſuſcepit.
Erubeſcant ⁊ conturbentur vehementer om-
nes inimici mei: conturbentur ⁊ erubeſcant val-
de velociter.

¶ In finem pſalmus Dauid quem cantauit dño pro verbis chuſi filij gemini. vij.

A

Domine deus meus in
te ſperaui: ſaluũ me fac: ex oĩbus
perſequentibus me ⁊ libera me.
Ne quando rapiat vt leo animã
meaꝫ dñ nõ eſt qui redimat: neq̃
qui ſaluum faciat.
De pe. diſ. Dñe deus meus ſi feci iſtud: ſi eſt iniquitas in
ij.§.opponi manibus meis.
tur. Si reddidi retribuentibus mihi mala: decidam
merito ab inimicis meis inanis.
B Perſequatur inimicus animam meam ⁊ com-
prehendat ⁊ conculcet in terram vitam meam: et
gloriam meam in pulvereꝫ deducat.
Exurge dñe in ira tua: ⁊ exaltare in finibus ini-
micorum meorum.
C Et exurge domine deus meus in precepto qđ
De pe.diſ. mandaſti: ⁊ ſynagoga populoruꝫ circundabit te.
ij.§. oppo- Et propter hãc in altuꝫ regredere: dñs iudicat
nitur. populos.
De pe. di. Iudica me dñe ſm̃ iuſticiam meaꝫ: ⁊ ſm̃ inno-
j. c. nunq̃d. centiaꝫ meaꝫ ſuper me.
Me ſedeva. Conſumetur nequitia peccatoruꝫ: ⁊ diriges iu-
c.j.in princ. ſtum ſcrutans corda ⁊ renes deus.
Iuſtum adiutoriuꝫ meuꝫ a domino: qui ſaluos
fecit rectos corde.
Deus iudex iuſtus fortis ⁊ patiens: nunquid
iraſcetur per ſingulos dies.
D Niſi conuerſi fueritis gladium ſuum vibrauit:
Job.xv.d. arcuꝫ ſuuꝫ tetendit ⁊ parauit illum.
Et in eo parauit vaſa mortis: ſagittas ſuas ar-
dentibus effecit.
Ecce parturit iniuſticiam: concepit dolorem ⁊
peperit iniquitateꝫ.
Lacum aperuit ⁊ effodit eum: ⁊ incidit in fo-
ueam quam fecit.
Conuertetur dolor eius in caput eius: ⁊ in ver-
ticem ipſius iniquitas eius deſcendet.

Confitebor domino ſm̃ iuſticiam eius: ⁊ pſal- j.xij.b.
lam nomini domini altiſſimi.

¶ In finem pro torcularibus pſalmus Dauid. viij.

Domine dominus A
noſter ꝙ admirabile eſt nomẽ Mat.xxj.b
tuum in vniuerſa terra.
Quoniam eleuata eſt magni
ficentia tua: ſuper celos.
Ex ore infantium et lacten-
tium perfeciſti laudeꝫ propter
inimicos tuos: vt deſtruas inimicuꝫ ⁊ vltorẽ.
Quoniam videbo celos tuos opera digitorum
tuoruꝫ: lunaꝫ ⁊ ſtellas que tu fundaſti.
Quid eſt homo ꝙ memor es eius: aut filius ho Hebre.ij.d.
minis qm̄ viſitas eum.
Minuiſti eum paulominus ab angelis: glo- B
ria ⁊ honore coronaſti eum: et conſtituiſti euꝫ ſu Ibi.
per opera manuuꝫ tuaruꝫ. Ibi.
Omnia ſubieciſti ſub pedibus eius oues et bo-
ues vniuerſas: inſuper ⁊ pecora campi.
Volucres celi ⁊ piſces maris: qui perambulãt
ſemitas maris.
Domine dominus noſter: ꝙ admirabile eſt no-
men tuum in vniuerſa terra.

¶ In finem pro occultis filij: pſalmus Dauid. ix.

Confitebor tibi do- A
mine in toto corde meo: nar- j.cx.a.
rabo omnia mirabilia tua. j.cxxxvij.a.
Letabor et exultabo in te:
pſallam nomini tuo altiſſime.
In conuertendo inimicum
meum retrorſum: infirmabun-
tur et peribunt a facie tua.
Quoniam feciſti iudicium meum et cauſam
meã: ſediſti ſuper thronuꝫ qui iudicas iuſticiam.
Increpaſti gentes ⁊ perijt impius nomen eorũ
deleſti in eternum: ⁊ in ſeculum ſeculi.
Inimici defecerunt framee in fineꝫ: et ciuita-
tes eoruꝫ deſtruxiſti.
Perijt memoria eoruꝫ cuꝫ ſonitu: ⁊ dñs in eter- B
num permanet.
Parauit in iudicio thronuꝫ ſuuꝫ ⁊ ipſe iudica-
bit orbem terre in equitate: iudicabit popu-
los in iuſticia.
Et factus eſt dñs refugium pauperi: adiutor
in oportunitatibus in tribulatione.
Et ſperent in te qui nouerunt nomen tuum:
quoniam non dereliquiſti querentes te domine.
Pſallite dño qui habitat in ſion: annunciate in
ter gentes ſtudia eius.
Quoniam requirens ſanguineꝫ eorũ recorda-
tus eſt: non eſt oblitus clamorem pauperuꝫ.
Miſerere mei dñe: vide humilitatem meam de ſ.vj.a.
inimicis meis.

C Qui exaltas me de portis mortis: vt annunciē
omnes laudationes tuas in portis filie ſion.
Exultabo in ſalutari tuo: infixe ſunt gentes in
interitu quem fecerunt.
In laqueo iſto quem abſconderunt: comprehē-
ſus eſt pes eorum.
Cognoſcetur dñs iudicia faciens: in operibus
manuum ſuarum comprehenſus eſt peccator.
Conuertantur peccatores in infernum: omnes
gentes que obliuiſcuntur deum.
D Quoniam nō in finē obliuio erit pauperis: pa-
tientia pauperum non peribit in finem.
Exurge domine non confortetur homo: iudicē-
tur gentes in conſpectu tuo.
Conſtitue dñe legiſlatorez ſuper eos: vt ſciant
gentes quoniam homines ſunt.
Ut quid dñe receſſiſti longe deſpicis in oportu
nitatibus in tribulatione: dum ſuperbit impius
lxxxvj. di. c. incenditur pauper: comprehenduntur in conſi-
donare. lijs quibus cogitant.
E Quoniam laudatur peccator in deſiderijs ani-
me ſue: ⁊ iniquus benedicitur.
Exacerbauit dominum peccator: ſm multitudi
nem ire ſue non queret.
Non eſt deus in cōſpectu eius: inquinate ſunt
vie illius in omni tempore.
Auferuntur iudicia tua a facie eius: omniū ini-
micorum ſuorum dominabitur.
Dixit enim in corde ſuo: non mouebor a gene-
ratione in generationem ſine malo.
De pe. diſ. Cuius maledictione os plenum eſt ⁊ amaritu-
ij. c. ſi enim dine ⁊ dolo: ſub lingua eius labor ⁊ dolor.
ver. liberi. Sedet in inſidijs cum diuitibus in occultis: vt
j. q. a. j interficiat innocentem.
F Oculi eius in pauperem reſpiciunt: inſidiantur
in abſcondito quaſi leo in ſpelunca ſua.
Inſidiatur vt rapiat pauperem: rapere paupe-
rem dum attrahit eum.
In laqueo ſuo humiliabit euz inclinabit ſe: ⁊ ca
det cum dominatus fuerit pauperum.
Dixit enim in corde ſuo oblitus eſt deus: auer-
tit faciem ſuam ne videat in finem.
Exurge domine deus: ⁊ exaltetur manus tua:
ne obliuiſcaris pauperum.
Propter quid irritauit impius deum: dixit em̄
in corde ſuo nō requiret.
G Uides quoniam tu laborem ⁊ dolorem conſide
ras: vt tradas eos in manus tuas.
Tibi derelictus eſt pauper: orphano tu eris
adiutor.
Contere brachium peccatoris ⁊ maligni: que-
retur peccatum illius ⁊ non inuenietur.
Dominus regnauit in eternum et in ſeculum ſe
culi: peribitis gentes de terra illius.
Deſiderium pauperum: exaudiuit dominus:
preparationem cordis eorum audiuit auris tua.
Iudicare pupillo ⁊ humili: vt non apponat vl-
tra magnificare ſe homo ſuper terram.

¶ In finem pſalmus Dauid. x.

N domino confido A
quomodo dicitis anime mee:
tranſmigra in montem ſicut
paſſer
Quoniam ecce peccatores in
tenderunt arcum parauerunt
ſagittas ſuas in pharetra: vt ſa
gittent in obſcuro rectos corde.
Quoniam que perfeciſti deſtruxerūt: iuſtus au Abacuck. ā. cxcij. d.
tem quid fecit. B
Dominus in templo ſancto ſuo: dominus in ce
lo ſedes eius.
Oculi eius in pauperē reſpiciunt palpebre eius
interrogant filios hominum.
Dominus interrogat iuſtum ⁊ impium: qui au-
tem diligit iniquitatem odit animam ſuam.
Pluet ſup peccatores laqueos: ignis ⁊ ſulphur
⁊ ſpiritus procellarum pars calicis eorum.
Quoniam iuſtus dominus ⁊ iuſticias dilexit:
equitatem vidit vultus eius.

¶ In finem pſalmus Dauid pro octaua. xj.

Aluuz me fac domine A
quoniam defecit ſanctus: quoniā j. lxviij. a.
diminute ſunt veritates a filijs
hominum.
Uana locuti ſūt vnuſquiſqꝫ ad
proximum ſuum: labia doloſa in corde ⁊ corde lo
cuti ſunt.
Diſperdet domin⁹ vniuerſa labia doloſa: ⁊ lin-
guam magniloquam.
Qui dixerunt linguam noſtram magnificabi-
mus labia noſtra a nobis ſūt: qs noſter dñs eſt. B
Propter miſeriam inopum ⁊ gemitum paupe-
rum: nunc exurgam dicit dominus.
Ponam in ſalutari: fiducialiter agam in eo.
Eloquia domini eloquia caſta: argentum igne
examinatum probatum terre purgatum ſeptu-
plum.
Tu domine ſeruabis nos ⁊ cuſtodies nos: a ge-
neratione hac in eternum.
In circuitu impij ambulant: ſm altitudinē tuā
multiplicaſti filios hominum.

¶ In finem pſalmus Dauid. xij.

Squequo domine ob A
liuiſceris me i fine: vſqꝫ quo auer-
tis faciem tuam a me.
Quamdiu ponam cōſilia in ani
ma mea: dolorem in corde meo
per diem.
Uſqꝫquo exaltabit inimicus meus ſuper me:
reſpice ⁊ exaudi me domine deus meus.
Illumina oculos meos ne vnquam obdor- B
miam in morte: ne quando dicat inimicus meus
preualui aduerſus eum.

Qui tribulāt me exultabunt ſi motus fuero: ego autem in miſericordia tua ſperaui.
s.vij.d. Exultabit cor meū in ſalutari tuo: cātabo dño qui bona tribuit mihi ⁊ pſallā noī dñi altiſſimi.

In finem pſalmus Dauid. xiij.

A j.liij.a. Dixit inſipiens in corde ſuo non eſt deus.

Corrupti ſunt ⁊ abomiābiles facti ſunt in ſtudijs ſuis nō eſt qui faciat bonum non eſt vſqꝫ ad vnum.

Dñs de celo proſpexit ſuper
s.l.b.ro.iij.b. filios hominum: vt videat ſi eſt intelligens aut requirens deum.

B Ro.iij.b. Oēs declinauerunt ſimul inutiles facti ſunt: nō eſt qui faciat bonum nō eſt vſqꝫ ad vnum.

Sepulchrū patēs eſt guttur eorum: linguis ſuis doloſe agebant venenū aſpidum ſub labijs eorꝫ.

Quorum os maledictione ⁊ amaritudine plenuꝫ eſt veloces pedes eorꝫ ad effundēdū ſanguinem.

Contritio ⁊ infelicitas in vijs eorum: ⁊ viā pacis nō cognouerūt: nō eſt timor dei āte oculos eorꝫ.

Nōne cognoſcet omnes qui operātur iniquitatem: qui deuorāt plebē meam ſicut eſcaꝫ panis.

Dominum nō inuocauerunt: illic trepidauerūt timore vbi non erat timor.

Quō dñs in generatiōe iuſta eſt cōſiliū inopis confudiſtis quoniam dominus ſpes eius eſt.

j.liij.b. Quis dabit ex ſion ſalutare iſrael: cum auertit dominus captiuitatem plebis ſue: exultabit iacob et letabitur iſrael.

A j.xxiij.a. pſalmus Dauid. xiiij.

Domine quis habitabit in tabernaculo tuo: aut quis requieſcet in monte ſancto tuo?

Qui ingreditur ſine macula: et operatur iuſticiam.

Qui loquitur veritatem in corde ſuo qui non egit dolum in lingua ſua.

Nec fecit proximo ſuo malum: et opprobrium non accepit aduerſus proximos ſuos.

xlvij.diſt.c. qm.xiiij.q. c.ſi qs oblitus.et.c.q̄niam. Ad nihilum deductus eſt in conſpectu eius malignus: timentes autem dominum glorificat.

Qui iurat proximo ſuo et non decipit qui pecuniam ſuam non dedit ad vſuram: ⁊ munera ſuper innocentem non accepit.

Qui facit hec non mouebitur in eternum.

Tituli inſcriptio ipſi Dauid. xv.

Conſerua me domine quoniam ſperaui in te: dixi domino deus meus es tu quō bonorꝫ meorum nō eges.

Sanctis q̄ ſūt in terra eiꝰ mirificauit omnes: voluntates meas in eis.

Multiplicate ſunt infirmitates eorum: poſtea accelerauerunt.

Non congregabo conuenticula eorum de ſanguinibus: nec memor ero noīꝫ eorꝫ ꝑ labia mea. xij.q.j.c. clericꝰ.xxiij.q. viij.c.ſi mortē.d̄ pbē.c. cum ſcd̄m.

Dñs pars hereditatis mee ⁊ calicis mei tu es qui reſtitues hereditateꝫ meam mihi.

Funes ceciderunt mihi in preclaris: etenim hereditas mea preclara eſt mihi.

Benedicam dominum qui tribuit mihi intellectum: inſuper et vſqꝫ ad noctem increpuerunt me renes mei.

Prouidebaꝫ dominum in cōſpectu meo ſemꝑ: quoniam a dextris eſt mihi ne cōmouear.

Propter hoc letatum eſt cor meuꝫ ⁊ exultauit Actu.ij.d.
lingua mea: inſuꝑ ⁊ caro mea requieſcet in ſpe. C

Quō non derelinques animā meam in inferno nec dabis ſanctum tuum videre corruptionem.

Notas mihi feciſti vias vite: adimplebis me leticia cū vultu tuo: delectationes in dextera tua vſqꝫ in finem. Actu.xiij.c.

Oratio Dauid. xvj.

Exaudi dñe iuſticiam meā intēde deprecationē meā.

Auribus percipe orationem meā: nō in labijs doloſis. de ap.c.vt nrꝫ.Et ec. bſi.c.vnico

De vultu tuo iudiciuꝫ meum ꝓdeat: oculi tui videāt eqtatē.

Probaſti cor meum et viſitaſti nocte igne me examinaſti: et non eſt inuenta in me iniquitas. B

Ut non loquatur os meum opera hominum: propter verba labiorum tuorum ego cuſtodiui vias duras.

Perfice greſſus meos in ſemitis tuis: vt non moueantur veſtigia mea.

Ego clamaui quoniam exaudiſti me: deus inclina aurē tuā mihi ⁊ exaudi verba mea.

Mirifica miſericordias tuas: qui ſaluos facis ſperantes in te.

A reſiſtentibus dextere tue cuſtodi me vt pupillam oculi. C

Sub vmbra alarum tuaruꝫ protege me: a facie impiorum qui me afflixerunt.

Inimici mei animā meā circūdederunt adipē ſuum concluſerūt: os eorū locutū eſt ſuperbiaꝫ.

Proijciētes me nunc circumdederunt me: oculos ſuos ſtatuerunt declinare in terram.

Suſceperunt me ſicut leo paratus ad predam: et ſicut catulus leonis habitans in abditis.

Exurge domine preueni eum ⁊ ſupplanta eum eripe animam meam ab impio frameam tuaꝫ ab inimicis manus tue.

Dñe a paucis de terra diuide eos in vita eorū:
de abſconditis tuis adimpletus eſt vēter eorꝫ. D

Saturati ſunt filijs et diuiſerūt reliquias ſuas paruulis ſuis.

Ego autem in iuſticia apparebo in conſpectu tuo: ſatiabor cum apparuerit gloria tua.

In fineꝫ puero dñi dauit que locutꝰ eſt dño vba cātici huiꝰ in die qua eripuit eū dñs de manu oiuꝫ inimicorꝫ eiꝰ: ⁊ de manu ſaul: ⁊ dixit. xvij.

A DIligã te domine foꝛ-
titudo mea: dñs firmamẽtũ me-
um ⁊ refugiũ meũ ⁊ libatoꝛ me⁹.
Deus meus adiutoꝛ meus: ⁊
ſperabo in eum.
Protectoꝛ meus ⁊ coꝛnu ſalutis mee: ⁊ ſuſce-
ij.reg.xxij.c ptoꝛ meus.
j.cxiiij.a.in Laudans inuocabo dominum: ⁊ ab inimicis
meis ſaluus ero.
Circundederunt me doloꝛes moꝛtis: ⁊ toꝛren-
tes iniquitatis conturbauerunt me doloꝛes in-
ferni circundederunt me: pꝛeoccupauerunt me
laquei moꝛtis.
In tribulatione mea inuocaui dominum: ⁊ ad
deum meum clamaui.
Et exaudiuit de tẽplo ſctõ ſuo vocẽ meã: ⁊ cla
B moꝛ meus in ↄſpectu ei⁹ introiuit in aures eius.
Commota eſt ⁊ contremuit terra fundamenta
montium conturbata ſunt et commota ſunt:
quoniam iratus eſt eis.
Aſcendit fumus in ira eius ⁊ ignis a facie eius
exarſit: carbones ſuccenſi ſunt ab eo.
Inclinauit celos ⁊ deſcendit: ⁊ caligo ſub pedi
bus eius.
Et aſcendit ſuper cherubin ⁊ volauit: volauit
ſuper pennas ventoꝛum.
Et poſuit tenebꝛas latibulum ſuuꝫ in circuitu
eius: tabernaculum eius tenebꝛoſa aqua in nubi
bus aeris.
Pꝛe fulgoꝛe eius in cõſpectu eius nubes tranſ
ſierunt: grando ⁊ carbones ignis.
Et intonuit de celo dñs ⁊ altiſſimus dedit vo-
cem ſuam grando ⁊ carbones ignis.
Et miſit ſagittas ſuas ⁊ diſſipauit eos: fulgura
multiplicauit ⁊ conturbauit eos.
Et apparuerunt fontes aquarum: ⁊ reuelata
ſunt fundamenta oꝛbis terrarum.
C Ab increpatione tua domine: ab inſpiratione
ſpiritus ire tue.
Miſit de ſummo ⁊ accepit me: ⁊ aſſumpſit me
de aquis multis.
Eripuit me de inimicis meis foꝛtiſſimis ⁊ ab
his qui oderunt me: qm̃ confoꝛtati ſunt ſup me.
j.cxlj.b. Pꝛeuenerunt me in die afflictionis mee: ⁊ fact⁹
eſt dominus pꝛotectoꝛ meus.
Et eduxit me in latitudinem: ſaluum me fecit
quoniam voluit me.
Et retribuet mihi dominus ſm̃ iuſticiam meã:
a ſm̃ puritatẽ manuũ mearũ retribuet mihi.
D Quia cuſtodiui vias domini: nec impie geſſi a
deo meo.
Quoniã omnia iudicia eius in cõſpectu meo:
⁊ iuſticias eius non repuli a me.
Et ero immaculatus cum eo: ⁊ obſeruabo me
ab iniquitate mea.
Et retribuet mihi dominus ſm̃ iuſticiam meã:
⁊ ſm̃ puritatem manuum mearum in conſpectu
oculoꝛum eius.
Cum ſancto ſanctus eris: ⁊ cum viro innocen-
ij.re.xxij.e. te innocens eris.

Et cum electo electus eris: ⁊ cuꝫ peruerſo per-
uerteris.
Qm̃ tu ppl'm humilem ſaluuꝫ facies: ⁊ oculos
ſuperboꝛum humiliabis.
Quoniam tu illuminas lucernã meaꝫ: dñe deus
meus illumina tenebꝛas meas.
Quoniam in te eripiar a tentatione: ⁊ in deo E
meo tranſgrediar murum.
Deus me⁹ impolluta via eius: eloquia dñi igne
examinata: ꝓtectoꝛ eſt oiuꝫ ſperantium in ſe.
Qm̃ quis deus pꝛeter dñm: aut quis deus pꝛe
ter deum noſtrum.
Deus qui pꝛecinxit me virtute: ⁊ poſuit imma
culatam viam meam.
Qui perfecit pedes meos tanꝗ̃ ceruoꝛum: ⁊ ſu
per excelſa ſtatuens me.
Qui docet manus meas ad pꝛelium: ⁊ poſuiſti ij.re.xxij.c
vt arcum ereum bꝛachia mea.
Et dediſti mihi ꝓtectionem ſalutis tue: ⁊ de-
xtera tua ſuſcepit me.
Et diſciplina tua coꝛrexit me in finem: ⁊ diſci-
plinata tua ipſa me docebit.
Dilataſti greſſus meos ſubtus me: ⁊ non ſunt
infirmata veſtigia mea.
Perſequar inimicos meos ⁊ compꝛehendam
illos: ⁊ non conuertar donec deficiant.
Confringam illos nec poterũt ſtare: cadẽt ſub- F
tus pedes meos. xxiij.q.iiij.
Et pꝛecinxiſti me virtute ad bellum ⁊ ſupplan- c.ſi eccleſia.
taſti inſurgentes in me ſubtus me.
Et inimicos meos dediſti mihi doꝛſum: ⁊ odiẽ
tes me diſperdidiſti.
Clamauerũt nec erat qui ſaluos faceret: ad do
minum: nec exaudiuit eos.
Et cõminuam eos vt puluerem ante faciẽ ven-
ti: vt lutum platearũ delebo eum.
Eripiens me de cõtradictiõib⁹ ppl'i: cõſtitues
me in caput gentium.
Populus quẽ nõ cognoui ſeruiuit mihi: in audi
tu auris obediuit mihi.
Filij alieni mẽtiti ſunt mihi: filij alieni inuete- G
rati ſunt: ⁊ claudicauerũt a ſemitis ſuis.
Viuit dñs: ⁊ bñdictus deus meus: ⁊ exaltetur
deus ſalutis mee.
Deus q̃ das vĩdictas mihi ⁊ ſubdis ppl'os ſub
me liberatoꝛ meus de inimicis meis iracundis.
Et ab inſurgentibus in me exaltabis me a viro
iniquo eripies me.
Pꝛopterea cõfiteboꝛ tibi in nationibus dñe: et
nomini tuo pſalmum dicam. ij.re.xxij.d.
Magnificãs ſalutes regis ei⁹: ⁊ faciẽs miaꝫ xpõ Ro.xv.b.
ſuo dauid: ⁊ ſemini eius vſqꝫ in ſeculum.

¶ In finem pſalmus Dauid. xviij.

CEli enarrant gloꝛiã A
dei: ⁊ opera manuũ eius annũ
ciat firmamentum.
Dies diei eructat verbum: ⁊
nox nocti indicat ſcientiam.
Nõ ſunt loquele neqꝫ ſermo
nes: quoꝝ nõ audiantur voces eoꝝ. Ro.x.c.

xix. di.c. ita In oēs terrā exiuit ſonus eoꝝ: ⁊ in fines orbis
domin⁹. de terre verba eoꝝ.
elec.c. fūda In ſole poſuit tabernaculū ſuum: ⁊ ipſe tanꝗ
mētū.li. vj. ſponſus ꝓcedens de thalamo ſuo.
B Exultauit vt gigas ad currendā viā: a ſummo celo egreſſio eius.
Et occurſus ei⁹ vſqꝫ ad ſummū ei⁹: nec eſt qui ſe abſcondat a calore eius.
Lex dñi immaculata cōuertēs aīas teſtimoniū dñi fidele ſapiā preſtans paruulis.
Iuſticie dñi recte letificantes corda preceptum dñi lucidū illuminans oculos.
C Timor dñi ſanctus permanet in ſeculū ſeculi iudicia dñi vera iuſtificata in ſemetipſa.
Deſiderabilia ſuper aurū ⁊ lapidē ꝑcioſū multum ⁊ dulciora ſuper mel ⁊ fauum.
Etenim ſeruus tuus cuſtodit ea: in cuſtodiendis illis retributio multa.
D Delicta quis intelligit ab occultis meis: mūda me: ⁊ ab alienis parce ſeruo tuo.
Si mei non fuerint dominati tūc immaculatus ero: ⁊ emūdabor a delicto maximo.
Et erunt vt cōplaceant eloquia oris mei: ⁊ meditatio cordis mei in conſpectu tuo ſemper.
Domine adiutor meus: ⁊ redemptor meus.

In finem pſalmus Dauid. xix.

A
Xaudiet te domin⁹ in die tribulationis: protegat te nomen dei iacob.
Mittat tibi auxiliū de ſancto ⁊ de ſion tueatur te.
Memor ſit omnis ſacrificij tui ⁊ holocauſtum tuum pingue fiat.
Tribuat tibi ſm cor tuum: et omne conſilium tuum confirmet.
Letabimur in ſalutari tuo: ⁊ in nomine dei noſtri magnificabimur.
Impleat dñs oēs petitiōes tuas: nūc cognoui
B qm̄ ſaluū fecit dñs chriſtum ſuum.
Exaudiet illū de celo ſancto ſuo: in potentatibus ſalus dextere eius.
Hi in curribus: ⁊ hi in equis: nos autē in noīe domini dei noſtri inuocabimus.
Ipſi obligati ſunt ⁊ ceciderunt: nos autem ſurreximus ⁊ erecti ſumus.
Domine ſaluum fac regem ⁊ exaudi nos in die qua inuocauerimus te.

In finem pſalmus Dauid. xx.

A
Omine in virtute tua letabitur rex: ⁊ ſuper ſalutare tuū exultabit vehementer.
Deſiderium cordis eius tribuiſti ei: ⁊ voluntate labiorum eius non fraudaſti eum.
Quoniam preueniſti eum in benedictionibus dulcedinis: poſuiſti in capite eius coronam de lapide precioſo.
Uitam petijt a te ⁊ tribuiſti ei longitudinē dierum in ſeculum: ⁊ in ſeculum ſeculi.
Magna eſt gloria eius in ſalutari tuo: gloria ⁊ magnum decorem impones ſuper eum. B
Quoniā dabis eum in benedictionē in ſeculū ſeculi: letificabis eum in gaudio cum vultu tuo.
Quoniam rex ſperat in domino: ⁊ in miſericordia altiſſimi non commouebitur.
Inueniatur manus tua oībus inimicis tuis: dextera tua inueniat oēs qui te oderunt.
Pones eos vt clibanum ignis in tempore vultus tui: dominus in ira ſua conturbabit eos: et deuorabit eos ignis.
Fructum eorum de terra perdes: ⁊ ſemen eorū a filijs hominum. C
Quoniam declinauerunt in te mala: cogitauerunt conſilia que non potuerunt ſtabilire.
Quoniam pones eos dorſum: in reliquijs tuis preparabis vultum eorum.
Exaltare domine in virtute tua: cantabimus ⁊ pſallemus virtutes tuas.

In finem pſalmus Dauid pro ſuſceptione matutina. xxj.

Eus deus meus reſpice in me quare me dereliquiſti longe a ſalute mea verba delictorum meorum. A
Deus me⁹ clamabo per dies ⁊ non exaudies: ⁊ nocte ⁊ nō ad inſipientiam mihi.
Tu autem in ſancto habitas: laus iſrael.
In te ſperauerunt patres noſtri ſperauerunt ⁊ liberaſti eos.
Ad te clamauerunt ⁊ ſalui facti ſunt: in te ſperauerunt: ⁊ non ſunt confuſi. B
Ego autem ſum vermis ⁊ nō homo: opprobriū hominum ⁊ abiectio plebis.
Omnes videntes me deriſerunt me: locuti ſunt labijs ⁊ mouerunt caput.
Sperauit in domino eripiat eū: ſaluum faciat eum quoniam vult eum
Quoniam tu es qui extraxiſti me de ventre: ſpes mea ab vberibus matris mee in te proiect⁹ ſum ex vtero.
De ventre matris mee deus meus es tu: ne diſceſſeris a me.
Quoniam tribulatio proxima eſt: ⁊ non eſt qui adiuuet. C
Circumdederunt me vituli multi: thauri pingues obſederunt me.
Aperuerunt ſuper me os ſuū: ſicut leo rapiēs ⁊ rugiens.
Sicut aqua effuſus ſum: ⁊ diſperſa ſunt omnia oſſa mea.
Factum eſt cor meum tanꝗ cera liqueſcens: in medio ventris mei.
Aruit tanꝗ teſta virt⁹ mea: ⁊ lingua mea adheſit faucib⁹ meis: ⁊ in puluerē mortis deduxiſti me. D
Qm̄ circumdederunt me canes multi: conſiliū Matthei
malignantium obſedit me. xxv.c.
Foderūt manus meas ⁊ pedes meos: dinumerauerunt omnia oſſa mea.

Job.xix.c. Ipſi vero conſiderauerunt ꝛ inſpexerunt me:
xvj.q.vij.c. diuiſerunt ſibi veſtimenta mea: ꝛ ſuper veſtem
ſicut dñi. meam miſerunt ſortem.

Tu autẽ dñe ne elongaueris auxiliũ tuũ a me ꝛ ad defenſionẽ meam conſpice.

E Erue a framea deus aiam meã: ꝛ de manu canis vnicam meã.

Salua me ex ore leonis: ꝛ a cornibus vnicorniũ
Heb.e.ij.c. humilitatem meam.

Narrabo nomen tuũ fratribus meis: in medio eccleſie laudabo te.

Qui timetis dñm laudate eũ: vniuerſũ ſemen iacob glorificate eum.

Timeat eũ omne ſemen iſrael qm̃ non ſpreuit neq; deſpexit deprecationẽ pauperis.

F Nec auertit faciẽ ſuã a me: ꝛ cũ clamarem ad eum exaudiuit me.

Apud te laus mea i eccleſia magna: vota mea reddam in conſpectu timentiũ eum.

Edent pauperes ꝛ ſaturabuntur: ꝛ laudabunt dominum qui requirunt eum: viuent corda eorũ in ſeculum ſeculi.

Reminiſcentur ꝛ conuertẽtur ad dñm: vniuerſi fines terre.

Et adorabunt in conſpectu eius: vniuerſe familie gentium.

G Quoniam dñi eſt regnũ: ꝛ ipſe dñabit̃ gẽtiũ.

Manducauerunt ꝛ adorauerunt omnes pingues terre: in conſpectu eius cadent omnes qui deſcendunt in terram.

Et aia mea illi viuet: ꝛ ſemẽ meũ ſeruiet ipſi.

Annunciabitur dño generatio ventura ꝛ annunciabunt celi iuſticiam eius: populo qui naſcetur quem fecit dominus.

Pſalmus Dauid. xxij.

A Dominus regit me ꝛ nihil mihi deerit: in loco paſcue ibi me collocauit.

Super aquã refectiõis educauit me animam meam conuertit.

Deduxit me ꝛ ſuper ſemitas iuſticie: propter nomen ſuum.

B Nam ꝛ ambulauero in medio vmbre mortis: non timebo mala quoniam tu mecum es.

Virga tua et baculus tuus: ipſa me conſolata ſunt.

Paraſti in conſpectu meo menſam aduerſus eos qui tribulant me.

De cõſe.di. Impinguaſti in oleo caput meũ: et calix meus
ij.c.in calice inebrians: q̃ preclarus eſt.

Et miſericordia tua ſubſequetur me: omnibus diebus vite mee.

Et vt inhabitem in domo domini: in longitudinem dierum.

Pſalmus Dauid in prima ſabbati. xxiij.

A Domini eſt terra ꝛ plenitudo eius: orbis terrarum ꝛ vniuerſi qui habitant in eo. j.Corin.x.f. xviij.di.c.j. ꝛ.xiij.q.õ.ij. c.in eccleſiaſtico.

Quia ipſe ſuper maria fundauit eum: ꝛ ſuper flumina preparauit eum.

Quis aſcẽdet in montem domini: aut quis ſtabit in loco ſancto eius. De deci.c. tua nobis. §.ꝑi.

B Innocẽs manib⁹ ꝛ mundo corde qui non accepit in vano aiã ſuã nec iurauit in dolo proximo ſuo.

Hic accipiet benedictionem a domino ꝛ miſericordiam a deo ſalutari ſuo.

Hec eſt generatio querentium eum: querentiũ faciem dei iacob.

Attollite portas principes veſtras ꝛ eleuamini porte eternales: ꝛ introibit rex glorie.

Quis eſt iſte rex glorie: dominus fortis ꝛ potens: dominus potens in prelio.

Attollite portas principes veſtas: ꝛ eleuamini porte eternales: et introibit rex glorie.

Quis eſt iſte rex glorie dominus virtutum ipſe eſt rex glorie.

In finem pſalmus Dauid. xxiiij.

A Ad te domine leuaui animam meam: deus meus in te confido non erubeſcam.

Neq; irrideant me inimici mei: etenim vniuerſi qui ſuſtinent te non confundentur.

Confundantur omnes iniqua agentes: ſuperuacue.

Vias tuas domine demonſtra mihi: ꝛ ſemitas tuas edoce me.

Dirige me in veritate tua ꝛ doce me: q: tu es deus ſaluator meus: ꝛ te ſuſtinui tota die.

Reminiſcere miſerationũ tuarum domine: ꝛ miſericordiarum tuarum que a ſeculo ſunt. B

Delicta iuuentutis mee: ꝛ ignorantias meas ne memineris. xxx.q.õ.j.c. de his.

Secundum miſericordiam tuam memento mei tu: propter bonitatem tuam domine. xvj.q.õe.j.c. vos antes.

Dulcis ꝛ rectus dñs: propter hoc legem dabit delinquentibus in via.

C Diriget manſuetos in iudicio: docebit mites vias ſuas.

Vniuerſe vie dñi mĩa ꝛ veritas: requirentibus teſtamentũ eius ꝛ teſtimonia eius.

Propter nomen tuum domine propitiaberis peccato meo: multum eſt enim.

Quis eſt homo qui timet dñm: legẽ ſtatuit ei in via quam elegit.

Anima eius in bonis demorabitur: ꝛ ſemẽ ei⁹ hereditabit terram.

Firmamentum eſt dñs timentibus eũ: ꝛ teſtamentum ipſius vt manifeſtetur illis. j.lxxxv.c.

D Oculi mei ſemper ad dñm: qm̃ ipſe euellet de laqueo pedes meos.

Reſpice in me ꝛ miſerere mei quia vnicus ꝛ pauper ſum ego.

Tribulationes cordis mei multiplicate ſunt:

de neceſſitatibus meis erue me.
V ide humilitatem meam ⁊ laborem meum: et dimitte vniuerſa delicta mea.
R eſpice inimicos meos qm̃ multiplicati ſunt: ⁊ odio iniquo oderunt me.
C uſtodi animam meam ⁊ erue me: non erubeſcam quoniam ſperaui in te.
I nnocẽtes ⁊ recti adheſerũt mihi: q: ſuſtinui te.
L ibera deꝰ iſrl'. ex oĩbus tribulationibus ſuis.

A

Pſalmus Dauid. xxv.

De pe.diſ. ij.c.vt cognouerũt.⁊ c.ſi enim. De pe.diſ. ij.c.ſi eniʒ. xxiij.q.iij. cum quibꝰ. Vdica me domine qm̃ ego in innocentia mea ingreſſus ſum: ⁊ in dño ſperans non infirmabor.
P roba me dñe ⁊ tẽpta me: vre renes meos ⁊ cor meum.
Q m̃ miſericordia tua ante oculos meos eſt: ⁊ cõplacui in veritate tua.
B
N on ſedi cũ cõſilio vanitatis: ⁊ cũ iniqua gerẽtibus non introibo.
j.lxxij.b. xxiiij.q.j.c. omnibus. O diui eccl'aʒ malignantiũ: ⁊ cũ impijs nõ ſedebo.
L auabo inter innocentes manus meas: ⁊ circundabo altare tuum domine.
V t audiam vocem laudis: ⁊ enarrem vniuerſa mirabilia tua.
D ñe dilexi decorem domus tue: ⁊ locũ habitationis glorie tue.
C
N e perdas cũ impijs deus aĩam meã: ⁊ cum viris ſanguinum vitam meam.
I n quorum manibus iniquitates ſunt: dextera eorum repleta eſt muneribus.
E go autem in innocentia mea ingreſſus ſum: redime me ⁊ miſerere mei.
P es eĩm meus ſtetit in directo: ⁊ in eccleſijs benedicam te domine.

In finẽ pſalmi priuſꝗ liniretur. xxvj.

A

Ominus illuminatio mea: ⁊ ſalus mea quem timebo.
D ñs protector vite mee: a quo trepidabo.
D um appropiant ſuper me nocentes: vt edant carnes meas.
Q ui tribulãt me inimici mei: ipſi infirmati ſũt ⁊ ceciderunt.
S i conſiſtant aduerſum me caſtra non timebit cor meum.
B
S i exurgat aduerſuʒ me p̃liũ in h' ego ſpabo.
V nam petij a dño hanc requirã: vt inhabitem in domo dñi oĩbus diebꝰ vite mee.
V t videã volũtatẽ dñi: ⁊ viſitẽ tẽplum eius.
Q m̃ abſcõdit me in tabernaculo ſuo in die malorũ: ptexit me in abſcõdito tabernaculi ſui.
I n petra exaltauit me et nũc exaltauit caput meum ſuper inimicos meos.
C
C ircuiui ⁊ immolaui in tabernaculo eiꝰ: hoſtiã vociferatiõis: cãtabo ⁊ pſalmũ dicã domino.
E xaudi dñe vocẽ meaʒ quia clamaui ad te: miſerere mei ⁊ exaudi me.
T ibi dixit cor meũ exquiſiuit te facies mea: faciem tuam domine requiram.
N e auertas faciem tuaʒ a me: ne declines in ira a ſeruo tuo.
A diutor meus eſto: ne derelinquas me: neqꝫ deſpicias me deus ſalutaris meus.
Q uoniam pater meus ⁊ mater mea dereliquerunt me: dñs aũt aſſumpſit me.
L egem pone mihi dñe in via tua: ⁊ diriges me in ſemita recta propter inimicos meos. D
N e tradideris me in animas tribulantiuʒ me: quoniam inſurrexerunt in me teſtes iniqui: ⁊ mẽtita eſt iniquitas ſibi.
C redo videre bona dñi in terra viuentium.
E xpecta dominum viriliter age: ⁊ confortetur cor tuuʒ: ⁊ ſuſtine dñm.

Pſalmus ipſius Dauid. xxvij.

D te domine clamabo deus meus ne ſileas a me ne quando taceas a me ⁊ aſſimilabor deſcendẽtibꝰ in lacũ. A
E xaudi dñe voceʒ orationis mee dum oro ad te: dum extollo manus meas ad templum ſanctum tuum.
N e ſimul tradas me cũ peccatoribus: ⁊ cũ operantibus iniquitatem ne perdes me.
Q ui loquũtur pacem cum proximo ſuo: mala aũt in cordibus eorum. Hiere.ix.a.
B
R edde illis ſm opera eorum: ⁊ ſm nequitiam adinuentionum ipſorum: ſm opera manuum eoruʒ tribue illis: redde retributionem eorum ipſis.
Q uoniam non intellexerunt opera domini ⁊ in opera manuum eius deſtrues illos: ⁊ non edificabis eos.
B enedictus dominus: quoniam exaudiuit vocem deprecationis mee.
D ominus adiutor meus ⁊ protector meus ⁊ in ipſo ſperauit cor meum ⁊ adiutus ſum. C
E t refloruit caro mea: ⁊ ex voluntate mea confitebor ei.
D ominus fortitudo plebis ſue: ⁊ protector ſaluationum chriſti ſui eſt.
S aluum fac populum tuum domine ⁊ benedic hereditati tue: ⁊ rege eos ⁊ extolle illos vſqꝫ in eternum.

Pſalmus Dauid ad conſummationem tabernaculi. xxviij.

Fferte domino filij dei: afferte dño filios arietuʒ. A j.xcv.b.
A fferte domino gloriã ⁊ honorem: afferte domino gloriaʒ nomini eius: adorate dominũ in atrio ſancto eius.
V ox dñi ſuper aquas: deus maieſtatis intonuit dñs ſuper aquas multas.

Uox dñi in virtute. vox dñi in magnificentia
Uox domini confringentis cedros et confrin-
get dominus cedros libani: et comminuet eos
tanq̄ vitulum libani: et dilectꝰ queãdmodũ filiꝰ
vnicoꝛnium.
Uox domini intercidentis flammã ignis.
Uox domini concutientis deſertũ: nõ cõmoue
bit dñs deſertum cades.
Uox domini pꝛeparantis ſeruos ⁊ reuelabit cõ
denſa: ⁊ in tẽplo eius oẽs dicent gloꝛiam
Dominus diluuiuꝫ inhabitare facit: ⁊ ſedebit
dominus rex in eternum.
Dominus virtutẽ populo ſuo dabit dominus
benedicet populo ſuo in pace.

¶ Pſalmus cantici in dedicatione do
mus dauid. xxix.

A EXaltabo te domine
quoniam ſuſcepiſti me: nec dele
ctaſti inimicos meos ſup me.
Domine deus meus clamaui
ad te: ⁊ ſanaſti me.
Domine eduxiſti ab inferno
animaꝫ meam. ſaluaſti me a de
ſcendentibus in lacum.
Pſallite domino ſancti eius: ⁊ confitemini me
moꝛie ſanctitatis eius.
B Quoniam ira in indignatione eius : et vita in
voluntate eius.
Ad veſperum demoꝛabitur fletus: et ad matu
tinum leticia.
vj.q.j.c. Ego autem dixi in abundantia mea non moue
imitare. boꝛ in eternum.
C Domine in voluntate tua : pꝛeſtitiſti decoꝛi
meo virtutem.
Auertiſti facieꝫ tuam a me: et factus ſum con
turbatus.
Ad te dñe clamabo: ⁊ ad deũ meũ depꝛecaboꝛ.
Que vtilitas in ſanguine meo: dum deſcendo
in coꝛruptionem.
Nunquid confitebitur tibi puluis aut annun
ciabit veritatem tuam.
Audiuit dominus: ⁊ miſertus eſt mei dominꝰ
factus eſt adiutoꝛ meus.
Conuertiſti planctum meũ in gaudiũ mihi: cõ
cidiſti ſaccũ meuꝫ ⁊ circumdediſti me leticia.
Ut cantet gloꝛia mea et non compungar : dñe
deus meus in eternũ confitēboꝛ tibi.

¶ In finẽ pſalmus dauid pꝛo extaſi. xxx.

A IN te domine ſpera-
j.lxx.d. ui nõ cõfundar in eternũ in iu
ſticia tua libera me.
Inclina ad me aurem tuam
accelera: vt eruas me.
Eſto mihi in deum ptectoꝛeꝫ
et in domum refugij: vt ſaluuꝫ
me facias.
Qm̃ foꝛtitudo mea ⁊ refugiũ meũ es tu ⁊ pꝛo-
pter nomẽ tuũ deduces me. ⁊ enutries me.
Educes me de laqueo hoc quẽ abſcõderũt mi-
hi: quoniam tu es pꝛotectoꝛ meus.
In manus tuas dñe cõmendo ſpirituꝫ meum: Lu.xxiij.f.
redemiſti me domine deus veritatis. B
Odiſti obſeruantes vanitates ſuperuacue.
Ego autem in dño ſperaui exaltabo ⁊ letaboꝛ
in miſericoꝛdia tua.
Quoniam reſpexiſti humilitatẽ meã ſaluaſti de
neceſſitatibus animã meã. C
Nec concluſiſti me in manibus inimici ſtatuiſti
in loco ſpacioſo pedes meos.
Miſerere mei domine quoniam tribuloꝛ. contur
batus eſt in ira oculus meus anima mea ⁊ ven-
ter meus.
Quoniã defecit in doloꝛe vita mea ⁊ anni mei
in gemitibuꝫ.
Infirmata eſt in paupertate vtus mea: ⁊ oſſa
mea conturbata ſunt.
Super omnes inimicos meos factus ſum opꝓ-
bꝛiuꝫ vicinis meis valde ⁊ timoꝛ notis meis.
Qui videbant me foꝛas fugerunt a me: ⁊ obli D
uioni datus ſum tanq̄ moꝛtuus a coꝛde.
Factus ſum tanq̄ vas perditũ qm̃ audiui vi-
tuperationẽ multoꝛũ cõmoꝛantiũ in circuitu.
In eo dum venirent ſimul aduerſum me : ac-
cipere animã meã cõſiliati ſunt. Hiere.xxj.c
Ego autem in te ſperaui domine dixi deꝰ meus
es tu in manibus tuis ſoꝛtes mee.
Eripe me de manu inimicoꝛuꝫ meoꝝ: et a per- E
ſequentibus me.
Illuſtra faciẽ tuam ſuper ſeruũ tuuꝫ ſaluuꝫ me
fac in miſericoꝛdia tua domine : non confundar
quoniaꝫ inuocaui te.
Erubeſcant impij ⁊ deducantur in infernum:
multa fiant labia doloſa.
Que loquũtur aduerſus iuſtum iniquitateꝫ in
ſuperbia ⁊ in abuſione.
Quaꝫ magna multitudo dulcedĩs tue dñe: quã F
abſcondiſti timentibus te.
Perfeciſti eis qui ſperant in te: in conſpectu fi-
lioꝛum hominum.
Abſcondes eos in abſcondito faciei tue: a con
turbatione hominum pꝛoteges eos in taberna-
culo tuo a cõtradictione linguarum.
Benedictus dominus quoniã mirificauit mi- G
ſericoꝛdiã ſuaꝫ mihi in ciuitate munita.
Ego autem dixi in exceſſu mentis mee: pꝛoie-
ctus ſum a facie oculoꝛuꝫ meoꝛum.
Ideo exaudiſti vocem oꝛationis mee: dum cla
marem ad te.
Diligite dominum omnes ſancti eius: quoniã ſ.xxvj.d.
veritatem requiret dominus: et retribuet abun
danter facientibus ſuperbiam.
Uiriliter agite ⁊ cõfoꝛtetur coꝛ veſtrũ: omnes
qui ſperatis in domino.

¶ Intellectus dauid. xxxj.

BEati quoꝛuꝫ remiſſe A
ſunt iniquitates: ⁊ quoꝛũ tecta Ro.iiij.a.
ſunt peccata. De pe.di.j
Beatus vir cui non imputa c.voluiſſet.
uit dominus peccatum: nec eſt
in ſpiritu eius dolus.

Quoniam tacui inueterauerunt oſſa mea: dū clamarem tota die.

Quoniā die ac nocte grauata eſt ſup me manꝰ tua cōuerſus ſū in erūna mea dū cōfigitur ſpina.

B Delictū meum cognitū tibi feci: ⁊ iniuſticiam meā non abſcondi.

xvij.q.j.c.q. bona.ó pe. di.j.c.dixi. di.iij.c.illō et.j.q.j.nō ſonat.

Dixi cōfitebor aduerſū me iniuſticiā meā dño: et tu remiſiſti impietatē peccati mei.

Pro hac orabit ad te omnis ſanctus in tēpore oportuno.

Veruntamē in diluuio aquarū multarum: ad eum non approximabunt.

C Tu es refugiū meū a tribulatiōe q̄ circūdedit me: exultatio mea erue me a circūdātibus me.

Tobie.vj.d Intellectū tibi dabo ⁊ inſtruā te: i via hac qua gradieris firmabo ſup te oculos meos.

Nolite fieri ſicut equꝰ ⁊ mulꝰ qbꝰ nō ē intellectꝰ.

In chamo ⁊ freno maxillas eoꝝ conſtringe qui non approximant ad te.

Multa flagella peccatoris ſperantē autē in domino miſericordia circūdabit.

Letamini in dño ⁊ exultate iuſti ⁊ gloriamini omnes recti corde.

In finem pſalmus dauid. xxxij.

A Exultate iuſti in domino rectos decet collaudatio

Cōfitemini dño i cithara in pſalterio decem chordarum pſallite illi.

Cantate ei cāticū nouū: bñ pſallite ei in vociferatione.

B Quia rectum eſt verbum domini: ⁊ omnia opa eius in fide.

Diligit miſericordiā et iudiciū: miſericordia domini plena eſt terra.

Verbo domini celi firmati ſunt et ſpiritu oris eius omnis virtus eorum.

Congregans ſicut in vtre aquas maris ponēs in theſauris abyſſos.

j.c.lviij.a. Judi.xvj.c Timeat dñm omnis terra: ab eo aūt cōmoueantur oēs inhabitantes orbem.

C Quō ipſe dixit ⁊ facta ſunt ipſe mādauit et creata ſunt.

Dñs diſſipat cōſilia gētiū: reprobat aūt cogitatiōes populoꝝ: ⁊ reprobat cōſilia principum.

Cōſiliū aūt dñi in eternū manet cogitationes cordis eius in gñatione et generationē.

Beata gens cuius eſt dñs deus eius: ppl's quē elegit in hereditatem ſibi.

De celo reſpexit dñs: vidit oēs filios hominū.

De preparato habitaculo ſuo: reſpexit ſup omnes qui habitant terram.

D Qui finxit ſigillatī corda eorū: qui intelligit omnia opera eorū.

Non ſaluatꝰ rex per multam virtutem ⁊ gigas non ſaluabitur in multitudine virtutis ſue.

Fallax equus ad ſalutem in abundantia autē virtutis ſue non ſaluabitur.

Ecce oculi domini ſuper metuentes eum et in eis qui ſperant ſuper miſericordia eius.

Ut eruat a morte aīas eoꝝ: ⁊ alat eos in fame

Anima noſtra ſuſtinet dominū: qm̄ adiutor et protector noſter eſt.

Quia in eo letabitur cor noſtrum: ⁊ in nomine ſancto eius ſperauimus.

Fiat miſericordia tua domine ſuper nos: quēadmodum ſperauimus in te.

Pſalmus dauid cū imutauit vultū ſuū corā abimelech: ⁊ dimiſit eū ⁊ abijt. xxxiij.

A Benedicam dominū in omni tēpore: ſemper laus eius in ore meo.

In domino laudabitur aīa mea audiāt māſueti ⁊ letētur.

Magnificate dñm mecū ⁊ exaltemꝰ nomen eius in idipſum.

Exquiſiui dominum ⁊ exaudiuit me: ⁊ ex omnibus tribulationibus meis eripuit me.

B Accedite ad eū ⁊ illuminamini: et facies veſtre non confundentur.

Iſte pauper clamauit ⁊ dñs exaudiuit eū: ⁊ ex oībus tribulationibꝰ eius ſaluauit eum.

Immittet angelus domini in circuitu timētiū eum et eripiet eos.

Guſtate ⁊ videte quoniam ſuauis eſt dominꝰ: beatus vir qui ſperat in eo.

Timete dominum oēs ſancti eius: qm̄ non eſt inopia timentibus eum.

C Diuites eguerunt ⁊ eſurierūt: inquirētes aūt dñm non minuentur omni bono. j.pe.iij.b.

Venite filij audite me: timorē dñi docebo vos. j.xxxvj.c.

Quis eſt homo qui vult vitam diligit dies videre bonos. Heb.iij.d.

Prohibe linguā tuam a malo: et labia tua ne loquantur dolum. ó pe. di.iiij c. heretici.

D Diuerte a malo et fac bonum inquire pacē et perſequere eam.

Oculi domini ſuper iuſtos: et aures eius in preces eorum.

Vultus autem domini ſuper facientes mala: vt pdat de terra memoriam eorum.

Clamauerunt iuſti ⁊ dominus exaudiuit eos: et ex omnibꝰ tribulationibꝰ eoꝝ liberauit eos.

Iuxta eſt dominus his qui tribulato ſunt corde: et humiles ſpiritu ſaluabit.

Multe tribulationes iuſtorum: ⁊ de omnibus his liberabit eos dominus.

Cuſtodit dominus omnia oſſa eorum: vnū ex his non conteretur.

Mors peccatorum peſſima: ⁊ qui oderunt iuſtum delinquent.

Redimet dominus animas ſeruorum ſuorum: et non delinquent omnes qui ſperant in eo.

In finem pſalmus ipſi dauid. xxxiiij.

Udica domine nocē
A tes me expugna ipugnātes me.
.i.xxx.iv.c. Apprehende arma ꝛ ſcutum
i.lxix.a. ꝛ exurge in adiutorium mihi.
Effunde frameā ꝛ cōclude ad
uerſus eos qui ꝑſequunt̄ me:
dic aīe mee ſalus tua ego ſum.
Confundantur ꝛ reuereantur: querentes animam meam.
Auertantur retrorſum ꝛ confundantur: cogitantes mihi mala.
Fiant tanq̄ puluis ante faciem venti: ꝛ angelus domini coartans eos.
Fiant vie illorum tenebre ꝛ lubricū: ꝛ angelus domini perſequens eos.
Qm̄ gratis abſconderūt mihi interitū laquei ſui: ſuperuacue exprobrauerunt animam meam.
B Veniat illi laqueus quē ignorat: ꝛ captio quā abſcondit apprehendat eum: ꝛ in laqueum cadat in idipſum.
Anima autem mea exultabit in dn̄o ꝛ delectabitur ſuper ſalutari ſuo.
Omnia oſſa dicent: dn̄e quis ſimilis tibi.
Eripiens inopem de manu fortiorum eius: egenum ꝛ pauperem a diripientibus eum.
Surgentes teſtes iniqui: que ignorabāt interrogabant me.
Retribuebant mihi mala pro bonis ſterilitatē anime mee.
Ego aūt cū mihi moleſti eēnt: induebar cilitio.
Humiliabam in ieiunio aīam meam: ꝛ orō mea in ſinu meo cōuertetur.
C Quaſi proximū ꝛ quaſi fratrē noſtrū ſic complacebā: quaſi lugēs ꝛ cōtriſtatus ſic hūiliabar.
Et aduerſum me letati ſunt ꝛ conuenerūt: congregata ſunt ſuper me flagella ꝛ ignoraui.
Diſſipati ſunt nec compuncti tentauerūt me: ſubſannauerunt me ſubſannatione frenduerunt ſuper me dentibus ſuis.
Domine quādo reſpicies reſtitue aīam meā a malignitate eorum: a leonibus vnicam meam.
Confitebor tibi in eccleſia magna: in populo graui laudabo te.
Non ſupergaudeant mihi qui aduerſantur mihi inique: qui oderūt me gratis ꝛ ānuūt oculis.
i.Job.iij.b D Qm̄ mihi quidē pacifice loquebant̄: ꝛ in iracūdia terre loquentes dolos cogitabant.
Et dilatauerunt ſuper me os ſuū: dixerūt euge euge viderunt oculi noſtri.
Vidiſti dn̄e ne ſileas dn̄e ne diſcedas a me.
Exurge ꝛ intēde iudicio meo deus meus: ꝛ dominus meus in cauſam meam.
Iudica me ſm̄ iuſticiā tuam dn̄e deus meus: ꝛ non ſupergaudeant mihi.
Non dicant in cordibus ſuis euge euge aīe noſtre: nec dicant deuorabimus eum.
Erubeſcant ꝛ reuereantur ſimul: qui gratulantur malis meis.
Induantur confuſione ꝛ reuerentia: qui maligna loquuntur ſuper me.
Exultent ꝛ letentur qui volunt iuſticiam meā: dicant ſemper magnificetur dominus qui volūt pacem ſerui eius.
Et lingua mea meditabitur iuſticiam tuam: tota die laudem tuam.

¶ In finem ſeruo dn̄i dauid Pſ. xxxv.

Dixit iniuſtus vt de A
linquat in ſemetipſo: nō eſt timor dei ante oculos eius.
Qm̄ doloſe egit in conſpectu eius: vt inueniatur iniquitas eius ad odium. lxxxvij. di. ideo. xj.q.iij.c. excellentiſſimus.
Verba oris eius iniquitas ꝛ dolus: noluit intelligere vt bene ageret.
Iniquitatē meditat̄ eſt i cubili ſuo: aſtitit omni vie nō bone: maliciā aūt nō odiuit. B
Dn̄e in celo mia tua: ꝛ ṽitas tua vſq; ad nubes.
Iuſticia tua ſicut montes dei: iudicia tua abyſſus multa.
Homines ꝛ iumēta ſaluabis dn̄e queadmodū multiplicaſti miſericordiam tuam deus.
Filij aūt hominum: in tegmine alarum tuarum ſperabunt.
Inebriabuntur ab vbertate domus tue: ꝛ torrente voluptatis tue potabis eos.
Quoniā apud te eſt fons vite: ꝛ in lumine tuo videbimus lumen. C
Pretendi miſericordiam tuam ſcientibus te: et iuſticiam tuam his qui recto ſunt corde.
Non veniat mihi pes ſuperbie: ꝛ manus peccatoris non moueat me.
Ibi ceciderunt qui operantur iniquitatem: expulſi ſunt nec potuerunt ſtare.

¶ Pſalmus Dauid. xxxvj.

Oli emulari in mali A
gnantibus: neq; zelaueris facientes iniquitatem.
Quoniam tanq̄ fenum velociter areſcent: ꝛ quemadmodū olera herbaꝝ cito decident.
Spera in dn̄o ꝛ fac bonitatē ꝛ inhabita terrā: ꝛ paſceris in diuitijs eius.
Delectare in domino: ꝛ dabit tibi petitiones cordis tui.
Reuela domino viam tuam et ſpera in eo: et ipſe faciet. De pe. di.j §. non tibi dico.
Et educet quaſi lumen iuſticiam tuam ꝛ iudicium tuum tanq̄ meridiem: ſubditus eſto domino et ora eum. B
Noli emulari in eo qui pſperatur in via ſua: in homine faciente iniuſticias.
Deſine ab ira ꝛ derelinque furorem: noli emulari vt maligneris.
Quoniam qui malignātur exterminabuntur: ſuſtinētes aūt dn̄m ipſi hereditabunt terram.
Et adhuc puſillum ꝛ non erit peccator: ꝛ queres locum eius ꝛ non inuenies.

Manſueti autem hereditabunt terram: et dele
ctabuntur in multitudine pacis.
Obſeruabit peccator iuſtum: et ſtridebit ſuper
eum dentibus ſuis.
Dñs autem irridebit eum: quoniam proſpicit
ꝙ veniet dies eius.
Gladium euaginauerunt peccatores: intende-
runt arcum ſuum.
C Ut decipiant pauperem ⁊ inopem: vt trucidēt
rectos corde.
Gladius eorum intret in corda ipſorum: ⁊ arcus
eorum confringatur.
Melius eſt modicum iuſto: ſuper diuitias pec-
catorum multas.
Quoniam brachia peccatorum conterentur cō
firmat autem iuſtos dominus.
Nouit dominus dies immaculatorum: et here
ditas eorum in eternum erit.
Non confundētur in tēpore malo ⁊ in diebus
famis ſaturabuntur: quia peccatores peribunt.
Inimici vero dñi mox vt honorificati fuerint et
D exaltati: deficiētes quēadmodū fumus deficiēt.
Mutuabitur peccator et non ſoluet: iuſtus autē
miſeretur et tribuet.
Quia benedicētes ei hereditabūt terraȝ: male
dicentes autem ei diſperibunt.
Apud dominum greſſus hominis dirigentur:
et viam eius volet.
E Cum ceciderit non collidetur quia: dominus
ſupponit manum ſuam.
Iunior fui etenim ſenui: et non vidi iuſtū dereli
ctum: nec ſemen eius querens panem.
Tota die miſeretur et cōmodat: et ſemen illius
ſ.xxxiij.c. in benedictione erit.
Declina a malo et fac bonum: et inhabita in
ſeculum ſeculi.
Quia dominus amat iudiciū ⁊ nō derelinquet
ſanctos ſuos: in eternuȝ conſeruabuntur.
Iniuſti punientur: et ſemen impiorum peribit.
Iuſti autem hereditabunt terram: et inhabita
bunt in ſeculum ſeculi ſuper eam.
F Os iuſti meditabitur ſapientiaȝ: et lingua eius
loquetur iudicium.
xxiiij.q.iij. Lex dei eius in corde ipſius: et non ſupplanta
c.non i ppe buntur greſſus eius.
tuum. Conſiderat peccator iuſtum: et querit mor-
tificare eum.
Dominus autem non derelinquet euȝ in mani
bus eius: nec damnabit eū cum iudicabitur illi.
Expecta dominum et cuſtodi vias eius: ⁊ exal-
tabit te vt hereditate capias terram: cum perie-
rint peccatores videbis.
Uidi impium ſuperexaltatum: et eleuatū ſicut
cedros libani.
Et tranſiui et ecce non erat: et queſiui eum et
non eſt inuentus locus eius.
Cuſtodi innocentiam: et vidi equitatem quo-
niam ſunt reliquie homini pacifico.
Iniuſti autem diſperibunt: ſimul reliquie im-
piorum interibunt.
Salus autem iuſtorum a domino: ⁊ protector
eorum in tempore tribulationis.
Et adiuuabit eos dñs et liberabit eos: et eruet
eos: a pctōrib⁹ ⁊ ſaluabit eos: q: ſperauerūt ī eo.

Pſalmus Dauid in rememoratione
diei ſabbati. xxxvij. A
ſ.vj.a.

Omine ne in furore
tuo arguas me: neq; in ira
tua corripias me.
Quoniam ſagitte tue infixe
ſunt mihi: ⁊ confirmaſti ſuper
me manum tuam.
Non eſt ſanitas in carne mea
a facie ire tue: non eſt pax oſſibus meis a facie
peccatorum meorum. B
Quoniam iniquitates mee ſupergreſſe ſunt ca De pe.diſ.
put meū ⁊ ſicut on⁹ graue grauate ſunt ſup me. iij.c.totū. ⁊
Putruerunt et corrupte ſunt cicatrices mee: diſ.iiij.§.fi.
a facie inſipientie mee. xlix.diſ.c.j.
Miſer factus ſum et curuatus ſum vſq; in finē: v.gibboſus
tota die contriſtatus ingrediebar.
Quoniam lumbi mei impleti ſunt illuſiōibus:
et non eſt ſanitas in carne mea.
Afflictus ſum et humiliatus ſum nimis: rugie De pe di.j.
bam a gemitu cordis mei. c.in actiōe.
Domine ante te omne deſiderium meum: et ge
mitus meus a te non eſt abſconditus.
Cor meum conturbatum eſt dereliquit me vir-
tus mea: et lumen oculorum meorum et ipſum
non eſt mecum. C
Amici mei et proximi mei aduerſum me appro
pinquauerunt ⁊ ſteterunt.
Et qui iuxta me erant de lōge ſteterunt: et viȝ
faciebant qui querebant animā meam.
Et qui inquirebant mala mihi locuti ſunt vani
tates: et dolos tota die meditabantur.
Ego autem tanq; ſurdus non audiebam: et ſi-
cut mutus non aperiens os ſuum.
Et factus ſum ſicut homo non audiens: et nō
habens in ore ſuo redargutiones.
Quoniam in te domine ſperaui: tu exaudies
me domine deus meus.
Quia dixi nequando ſupergaudeant mihi ini-
mici mei: et dum commouētur pedes mei ſuper
me magna locuti ſunt. D
Quoniam ego in flagella paratus ſum: ⁊ dolor
meus in conſpectu meo ſemper.
Quoniam iniquitatem meam annunciabo: et
cogitabo pro peccato meo.
Inimici autem mei viuūt: confirmati ſunt ſup
me: et multiplicati ſunt qui oderunt me inique.
Qui retribuunt mala pro bonis detrahebant
mihi: quoniam ſequebar bonitatem.
Ne derelinquas me domine deus meus: ne diſ
ceſſeris a me.
Intende in adiutorium meum domine deus
ſalutis mee.

In finem pro ydithum: canti
cum Dauid. xxxviij.

A Dixi cuſtodiam vias meas: vt non delinquam in lingua mea.
Poſui ori meo cuſtodiā: cū cō ſiſteret peccator aduerſū me.
Obmutui, et humiliatus ſum et ſilui a bonis: et dolor meus renouatus eſt.
Concaluit cor meum intra me: et in meditatione mea exardeſcet ignis.
Locutus ſum in lingua mea: notum fac mihi domine finem meum.
Et numerum dierum meorū quis eſt: vt ſciam quid deſit mihi.
B Ecce menſurabiles poſuiſti dies meos: et ſubſtantia mea tanq̄ nihilum ante te.
Verūtamē vniuerſa vanitas: oīs homo viuens.
xxxvij. diſt. c. nonne. Veruntamen in imagine pertranſit homo: ſed et fruſtra conturbatur.
Theſaurizat et ignorat cui congregabit ea.
Et nunc que eſt expectatio mea nōne dominus et ſubſtantia mea apud te eſt.
Ab omnibus iniquitatibus meis erue me: obprobrium inſipienti dediſti me.
Obmutui et non aperui os meum: quoniam tu feciſti: moue a me plagas tuas.
A fortitudine manꝰ tue ego defeci in increpationibus: propter iniquitates corripuiſti hoīem.
C Et tabeſcere feciſti ſicut erenaꝫ animam eius: veruntamen vane conturbatur omnis homo.
Exaudi orationē meam domine: et deprecationem meā auribus percipe lachrymas meas.
Ne ſileas quoniam aduena ego ſū apud te et peregrinus: ſicut omnes patres mei.
Remitte mihi vt refrigerer priuſq̄ abeam: et amplius non ero.

¶ In finem pſalmus Dauid.

Expectās expectaui dominum: et intendit mihi.
A Et exaudiuit p̄ces meas et eduxit me de lacu miſerie: et de luto fecis.
Et ſtatuit ſupra petrā pedes meos: et direxit greſſus meos.
Et immiſit in os meum canticum nouum: carmen deo noſtro.
Videbunt multi et timebunt: et ſperabunt in domino.
Beatus vir cuius eſt nomen dn̄i ſpes eius: et non reſpexit in vanitates et inſanias falſas.
Multa feciſti tu domine deus meus mirabilia tua: ⁊ cogitatiōibꝰ tuis nō eſt qui ſimilis ſit tibi.
B Annunciaui et locutus ſum multiplicati ſunt ſuper numerum.
Hebr. x. b Sacrificium et oblationem noluiſti: aures autem perfeciſti mihi.
Ibi. Holocauſtum et pro peccato non poſtulaſti:
Ibi. tunc dixi ecce venio.
In capite libri ſcriptum eſt de me vt facerem voluntatem tuam deus meus volui: et legeꝫ tuā in medio cordis mei.
Annunciaui iuſticiam tuaꝫ in eccleſia magna: ecce labia mea non prohibebo domine tu ſciſti.
Iuſticiam tuam non abſcondi in corde meo: veritatem tuam et ſalutare tuum dixi.
Non abſcondi miſericordiam tuam ⁊ veritatē tuam: a conſilio multo. C
Tu autem domine ne longe facias miſerationes tuas a me: miſericordia tua et veritas tua ſemper ſuſceperunt me.
Quoniam circundederunt me mala quorum non eſt numerus: comprehēderunt me iniquitates mee: et non potui vt viderem.
Multiplicate ſunt ſuper capillos capitis mei: ⁊ cor meum dereliquit me.
Complaceat tibi domine vt eruas me: domine ad adiuuandū me reſpice. ſ. levit. a.
Confundantur et reuereantur ſimul qui querunt animaꝫ meam: vt auferant eam. J. lxix. a.
Auertantur retrorſum et reuereantur: qui volunt mihi mala. D
Ferant confeſtim cōfuſionem ſuam: qui dicūt mihi euge euge.
Exultent et letentur ſuper te omnes querentes te: et dicant ſemper magnificetur dominus qui diligunt ſalutare tuum.
Ego autem mendicus ſum et pauper: dominus ſollicitus eſt mei.
Adiutor meus et protector meus tu es: deus meus ne tardaueris.

¶ In finem pſalmus Dauid. pſ.

Beatus qui intelligit ſuper egenum et pauperem: in die mala liberabit euꝫ dominꝰ.
Dominus conſeruet eum et viuificet eum et beatum faciat eum in terra: et non tradat eū in animam inimicorum eius. B
Dominꝰ opem ferat illi ſup lectū doloris eius: vniuerſū ſtratū eius verſaſti in infirmitate eius.
Ego dixi domine miſerere mei: ſana animam meam quia peccaui tibi.
Inimici mei dixerūt mala mihi: quando morietur et peribit nomen eius.
Et ſi ingrediebatur vt videret vana loquebatur cor eius: congregauit iniquitatem ſibi.
Egrediebatur foras: et loquebaẗ in idipſum. B
Aduerſū me ſuſurrabant omnes inimici mei: aduerſum me cogitabant mala mihi. l. diſt. c. pōderet. c. ſacerdotes.
Verbum iniquum conſtituerunt aduerſū me. nunquid qui dormit nō adijciet vt reſurgat.
Etenī homo pacis mee in quo ſperaui: q̄ edebat panes meos magnificauit ſup me ſupplātatiōeꝫ C
Tu autem domine miſerere mei: et reſuſcita me ⁊ retribuam eis.
In hoc cognoui quoniam voluiſti me: qm̄ non gaudebit inimicus meus ſuper me.
Me autem propter innocentiam ſuſcepiſti: ⁊ cōfirmaſti me in conſpectu tuo in eternum.

Benedictus dominus deus iſrael a ſeculo: et in ſeculum fiat fiat.

¶ In finem intellectus filijs chore pſalmus David. xlj.

Quemadmodum deſiderat ceruus ad fontes aquarum: ita deſiderat anima mea ad te deus.
A Sitiuit anima mea ad deū fontem viuū: quando veniā ⁊ apparebo ante faciem dei.
Fuerunt mihi lachrime mee panes die ac nocte: dum dicit̃ mihi quotidie vbi eſt deus tuus.
Hec recordatus ſum ⁊ effudi in me animā meā: quoniā tranſibo in locū tabernaculi admirabilis vſq; ad domū dei.
In voce exultationis ⁊ confeſſiōis: ſonus epulantis.
Quare triſtis es aīa mea: ⁊ quare cōturbas me?
Spera in deo quoniā adhuc cōfitebor illi: ſalutare vultus mei ⁊ deus meus.
Ad meipſum anima mea conturbata eſt: propterea memor ero tui de terra iordanis ⁊ hermo-
l.xlij. B nij a monte modico.
Abyſſus abyſſum inuocat: in voce cataractarum tuarum.
Omnia excelſa tua ⁊ fluct⁹ tui: ſup me trāſierūt.
In die mandauit dominus miſericordiā ſuā: ⁊ nocte canticum eius.
Apud me oratio deo vite mee: dicam deo ſuſceptor meus es.
Quare oblitus es mei: ⁊ quare contriſtatus incedo dum affligit me inimicus.
Dum cōfringunt̃ oſſa mea: exprobrauerunt mihi qui tribulant me inimici mei.
Dū dicūt mihi per ſingulos dies vbi eſt deus
C tuus: quare triſtis es aīa mea: ⁊ q̃re cōturbas me.
Spera in deo qm̄ adhuc cōfitebor illi: ſalutare vultus mei ⁊ deus meus.

¶ In finem pſalmus David. xlij.

Iudica me deus ⁊ diſcerne cām meam de gente non ſancta: ab homine iniquo ⁊ doloſo erue me.
A Quia tu es de⁹ fortitudo mea: quare me repuliſti ⁊ quare triſtis incedo dum affligit me inimicus.
Emitte lucem tuam ⁊ veritatem tuam: ipſa me deduxerunt ⁊ adduxerunt in montem ſanctum tuum ⁊ in tabernacula tua.
Et introibo ad altare dei: ad deum qui letificat iuuentutem meam.
Confitebor tibi in cythara de⁹ deus meus: quare triſtis es aīa mea ⁊ quare conturbas me.
B Spera in deo qm̄ adhuc confitebor illi ſalutare vultus mei ⁊ deus meus.

¶ In finē p̄ filijs chore intellect⁹ ps dd̄. xliij.

Deus auribus noſtris audiuimus: patres noſtri annunciauerunt nobis. ps.xlj.b.
Opus qd̄ operatus es in dieb⁹ eorum: ⁊ in diebus antiquis. A
Manus tua gentes diſperdidit: ⁊ plātaſti eos affixiſti populos ⁊ expuliſti eos.
Nec in gladio ſuo poſſederunt terram: ⁊ brachium eorum non ſaluabit eos.
Sed dextera tua ⁊ brachium tuum ⁊ illuminatio vultus tui: qm̄ cōplacuiſti in eis.
Tu es ipſe rex meus ⁊ deus meus: qui mandas ſalutes iacob.
In te inimicos nr̄os ventilabimus cornu: ⁊ in nomine tuo ſpernemus inſurgētes in nobis.
Non enim in arcu meo ſperabo: ⁊ gladius meus non ſaluabit me. B
Saluaſti enim nos de affligentibus nos: ⁊ odientes nos confudiſti.
In deo laudabimur tota die: ⁊ in nomīe tuo cōfitebimur tibi in ſeculum.
Nunc autem repuliſti ⁊ confudiſti nos: ⁊ non egredieris deus in virtutibus noſtris.
Auertiſti nos retrorſū poſt inimicos noſtros: ⁊ qui oderunt nos diripiebant ſibi.
Dediſti nos tanq̄ oues eſcarum: ⁊ in gentibus diſperſiſti nos. C
Vendidiſti populum tuū ſine precio: ⁊ nō fuit multitudo in cōmutationibus eorum.
Poſuiſti nos opprobriū vicinis nr̄is: ſubſannationē ⁊ deriſū his qui in circuitu noſtro ſunt.
Poſuiſti nos in ſimilitudinē gentibus: commotionē capitis in populis.
Tota die verecundia mea contra me eſt: ⁊ confuſio faciei mee cooperuit me.
A voce exprobrantis ⁊ obloquentis: a facie inimici ⁊ perſequentis.
Hec oīa venerūt ſuper nos nec obliti ſumus te: ⁊ inique non egimus in teſtamento tuo.
Et non receſſit retro cor noſtrum: ⁊ declinaſti ſemitas noſtras a via tua.
Quoniam humiliaſti nos in loco afflictionis: ⁊ cooperuit nos vmbra mortis.
Si obliti ſumus nomen dei noſtri: ⁊ ſi expandimus manus noſtras ad deum alienum. (dis.
Nōne de⁹ req̄ret iſta ip̄e ei nouit abſcōdita cor-
Qm̄ propter te mortificamur tota die: eſtimati ſumus ſicut oues occiſionis.
Exurge quare obdormis dn̄e: exurge ⁊ ne repellas in finem. D
Quare faciem tuam auertis: obliuiſceris inopie noſtre ⁊ tribulationis noſtre.
Quoniam humiliata eſt in puluere anima noſtra: conglutinatus eſt in terra venter noſter. Ro.viij.g
Exurge domine adiuua nos: ⁊ redime nos propter nomen tuum.

¶ In finē p̄ his q̄ cōmutabunt̃ filijs chore ad intellectū: canticū pro dilecto ps dd̄. xliiij.

A
Ructauit cor meum verbum bonum: dico ego opera mea regi.
Lingua mea calamus ſcribe: velociter ſcribentis.
Speciosus forma pre filiis hominum: diffuſa eſt gratia in labiis tuis: propterea benedixit te deus in eternū.
Accingere gladio tuo ſuper femur tuum potentiſſime.
Specie tua et pulchritudine tua: intende proſpere procede et regna.
B Propter veritatem et manſuetudinem et iuſticiam: et deducet te mirabiliter dextera tua.
Sagitte tue acute populi ſub te cadent: in corda inimicorum regis.
Sedes tua deus in ſeculum ſeculi: virga dire-
Hebre. j.c. ctionis virga regni tui.
Ibi. Dilexiſti iuſticiam et odiſti iniquitatem: propterea vnxit te deus deus tuus oleo leticie pre conſortibus tuis.
Myrrha et gutta et caſia a veſtimentis tuis a domibus eburneis: ex quibus delectauerunt te filie
C regum in honore tuo.
xxxij.q. j.c. Aſtitit regina a dextris tuis in veſtituto deau-
paulus. rato: circundata varietate.
Audi filia et vide et inclina aurem tuam: et obliuiſcere populum tuum et domum patris tui.
Et concupiſcet rex decorem tuum: quoniam ipſe eſt dominus deus tuus et adorabunt eum.
Et filie tyri in muneribus vultum tuum deprecabuntur: omnes diuites plebis.
D Omnis gloria eius filie regis ab intus in fimbriis aureis: circunamicta varietatibus.
Adducentur regi virgines poſt eam: proxime eius afferentur tibi.
Afferentur in leticia et exultatione: adducentur in templum regis.
lxviij. diſti. Pro patribus tuis nati ſunt tibi filii: cōſtitues
quorū vice. eos principes ſuper omnem terram.
Memores erunt nominis tui domine: in omni generatione et generationem.
Propterea populi confitebūtur tibi in eternū: et in ſeculum ſeculi.

In finem filiis chore pro archanis pſalmus Dauid. xlv.

A
Eus noſter refugium et virtus: adiutor in tribulationibus que inuenerunt nos nimis.
Propterea nō timebimus dum turbabitur terra: et transferentur montes in cor maris.
Sonuerunt et turbate ſunt aque eorum: conturbati ſunt montes in fortitudine eius.
Fluminis impetus letificat ciuitatem dei: ſanctificauit tabernaculum ſuum altiſſimus.
B Deus in medio eius non commouebitur: adiuuabit eam deus mane diluculo.
Conturbate ſunt gētes et inclinata ſunt regna: dedit vocem ſuam: mota eſt terra.
Dominus virtutū nobiſcum: ſuſceptor noſter deus iacob.
Venite et videte opera domini que poſuit prodigia ſuper terrā: auferēs bella vſque ad finē terre.
Arcum conteret et confringet arma: et ſcuta cōburet igni.
Vacate et videte quoniam ego ſum deus: exaltabor in gentibus et exaltabor in terra.
Dominus virtutum nobiſcum: ſuſceptor noſter deus iacob.

In finem pro filiis chore. pſalmus Dauid. xlvj.

A
Mnes gentes plaudite manibus: iubilate deo in voce exultationis.
Quoniam dñs excelſus terribilis: rex magnus ſuper omnem terram.
Subiecit populos nobis: et gentes ſub pedibus noſtris.
Elegit nobis hereditatē ſuam: ſpeciem iacob: quem dilexit.
Aſcendit deus in iubilo: et dñs in voce tube.
Pſallite deo noſtro pſallite: pſallite regi noſtro pſallite. B
Quoniam rex omnis terre deus: pſallite ſapienter.
Regnabit deus ſuper gētes: deus ſedet ſuper ſedem ſanctam ſuam.
Principes populorū congregati ſunt cū deo abraam: quoniam dii fortes terre vehementer eleuati ſunt.

Pſalmus vel laus cantici filiis chore ſecunda ſabbati. xlvij.

Agnus dominus et A
laudabilis nimis: in ciuitate I.cxliij.
dei noſtri i mōte ſancto eius.
Fundatur exultatiōe vniuerſe terre mons ſion: latera aquilonis ciuitas regis magni.
Deus in domibus eius cognoſcetur: cum ſuſcipiet eam.
Quoniam ecce reges terre congregati ſunt: cōuenerunt in vnum.
Ipſi vidētes ſic admirati ſunt: cōturbati ſunt: commoti ſunt: tremor apprehendit eos.
Ibi dolores vt parturientis: in ſpiritu vehemē- B
ti conteres naues tharſis.
Sicut audiuimus ſic vidimus in ciuitate domini virtutum in ciuitate dei noſtri: deus fundauit eam in eternum.
Suſcepimus deus miſericordiam tuam: in medio templi tui.

S ecundum nomen tuum deus ſic ⁊ laus tua in fines terre: iuſticia plena eſt dextera tua.
L etetur mons ſyon ⁊ exultēt filie iude ꝓpter iudicia tua domine.
C C ircundate ſyon ⁊ cōplectimini eam: narrate in turribus eius.
P onite corda veſtra in virtute eius: ⁊ diſtribuite domos eius vt enarretis in progenie altera.
Q m̄ hic eſt deus noſter in eternum ⁊ in ſeculū ſeculi: ⁊ ipſe reget nos in ſecula.

¶ In finem pro filiis chore pſalmus Dauid. xlviii.

A A udite hec omnes gētes: auribus percipite omnes qui habitatis orbem.
Q uiq; terrigene ⁊ filii hominum: ſimul in vnum diues ⁊ pauper.
O s meum loquetur ſapientiā: ⁊ meditatio cordis mei prudentiam.
I nclinabo in parabolam aurem meam: aperiā in pſalterio propoſitionem meam.
C ur timebo in die mala: iniquitas calcanei mei circundabit me.
Q ui confidunt in virtute ſua: ⁊ in multitudine diuitiarum ſuarum gloriantur.
B xiij.q.ij.c. i preſenti. F rater non redimit redimet homo: non dabit deo placationem ſuam.
E t precium redemptionis anime ſue: ⁊ laborabit in eternum ⁊ viuit adhuc in finem.
N on videbit interitū cū viderit ſapiētes morientes: ſimul inſipiēs ⁊ ſtultus peribunt.
E t relinquent alienis diuitias ſuas: ⁊ ſepulchra eorum domus illorum in eternum.
C T abernacula eorum in progenie ⁊ progenie: vocauerunt nomina ſua in terris ſuis.
E t homo cum in honore eſſet: non intellexit: comparatus eſt iumentis inſipientibus: ⁊ ſimilis factus eſt illis.
H ec via illorum ſcandalū ipſis: ⁊ poſtea in ore ſuo complacebunt.
S icut oues in inferno poſiti ſunt: mors depaſcet eos.
E t dominabuntur eorum iuſti in matutino: et auxilium eorum veteraſcet in inferno gloria eorum.
V eruntamen deus redimet animā meā de manu inferi: cum acceperit me.
D Job. xxvij. d. N e timueris cum diues factus fuerit homo: et cum multiplicata fuerit gloria domus eius.
Q uoniam cū interierit non ſumet omnia: neq; deſcendet cum eo gloria eius.
Q uia anima eius in vita ipſius benedicetur: confitebitur tibi cum benefeceris ei.
I ntroibit vſq; in progenies patrum ſuorum: vſq; in eternum non videbit lumen.
H omo cum in honore eſſet non intellexit: comparatus eſt iumentis inſipientibus: ⁊ ſimilis factus eſt illis.

¶ Pſalmus Aſaph. xlix.

A D eus deorū dominꝰ locutus eſt: ⁊ vocauit terraʒ.
A ſolis ortu vſq; ad occaſū: ex ſion ſpecies decoris eius.
D eus manifeſte veniet: deus noſter ⁊ non ſilebit.
I gnis in cōſpectu eius exardeſcet: ⁊ in circuitu eius tempeſtas valida.
A duocauit celum deſurſum: ⁊ in terram diſcernere populum ſuum.
C ongregate illi ſanctos eius qui ordinant teſtamentum eius: ſuper ſacrificia.
E t annunciabunt celi iuſticiam eius: quoniam deus iudex eſt.
A udi populus meus ⁊ loquar iſrael ⁊ teſtificabor tibi deus deus tuus ego ſum. B
N on in ſacrificiis tuis arguam te: holocauſta autē tua in conſpectu meo ſunt ſemper.
N on accipiam de domo tua vitulos: neq; de gregibus tuis hircos.
Q uoniam mee ſunt omnes fere ſiluarū: iumēta in montibus ⁊ boues.
C ognoui omnia volatilia celi: ⁊ pulchritudo agri mecum eſt.
S i eſuriero non dicam tibi: meus eſt enim orbis terre ⁊ plenitudo eius.
N unquid manducabo carnes thaurorum aut ſanguinem hircorum potabo.
I mmola deo ſacrificium laudis: ⁊ redde altiſſimo vota tua. C
E t inuoca me in die tribulationis: ⁊ eruam te ⁊ honorificabis me.
P eccatori aūt dixit deꝰ quare tu enarras iuſticias meas: ⁊ aſſumis teſtamētū meū per os tuū. iij.q.vij. §. idē teſtaṫ.
T u vero odiſti diſciplinam: ⁊ proieciſti ſermones meos retrorſum.
S i videbas furem currebas cum eo: ⁊ cum adulteris portionem tuam ponebas.
O s tuum abundauit malicia ⁊ lingua tua concinnabat dolos. D vj.q.j.c.ex merito.
S edens aduerſum fratrem tuum loquebaris ⁊ aduerſus filium matris tue ponebas ſcandalū: hec feciſti ⁊ tacui.
E xiſtimaſti inique ꝙ ero tui ſimilis: arguam te ⁊ ſtatuam contra faciem tuam.
I ntelligite hec qui obliuiſcimini deū: ne quādo rapiat ⁊ non ſit qui eripiat.
S acrificium laudis honorificabit me: ⁊ illic iter quo oſtendam illi ſalutare dei.

¶ Pſalmus in finē dauid qn̄ venit ad eum nathan ꝓpheta qm̄ intrauit ad berſabee. l.

A M iſerere mei deus ſecūdū magnam miam tuā. l.lv.a.
E t ſcḋm multitudinem miſerationū tuarū: dele iniquitatem meam. l.lvi.a.
A mplius laua me ab iniquitate mea: ⁊ a peccato meo munda me. De pe. diſ. iij.c.totam.

De pe. diſ. iij. c. illud. Quoniam iniquitatem meam ego cognoſco: et peccatum meum contra me eſt ſemper.
De pe. diſ. j. c. venit. Tibi ſoli peccaui ⁊ malum coꝛā te feci vt iuſtificeris in ſermonibus tuis ⁊ vincas cū iudicaris.
B Ecce enim in iniquitatibus conceptus ſum: et in peccatis concepit me mater mea.
Ecce enim veritatem dilexiſti: incerta ⁊ occulta ſapientie tue manifeſtaſti mihi.
l. diſtin. cuꝫ exaudiero. Aſperges me domine yſopo ⁊ mundaboꝛ: lauabis me ⁊ ſuper niuem dealbaboꝛ.
Auditui meo dabis gaudium ⁊ leticiā: ⁊ exultabunt oſſa humiliata.
De pe. diſ. ij. c. vt cognouerūt. Auerte faciem tuā a peccatis meis: ⁊ omnes iniquitates meas dele.
C l. diſt. c. poneret. Coꝛ mundum crea in me deus: ⁊ ſpiritum rectū innoua in viſceribus meis.
Ne pꝛoijcias me a facie tua: ⁊ ſpiritum ſanctuꝫ tuum ne auferas a me.
Redde mihi leticiā ſalutaris tui: ⁊ ſpiritu pꝛincipali confirma me.
Docebo iniquos vias tuas: ⁊ impij ad te conuertentur.
Libera me de ſanguinibus deus deus ſalutis mee: ⁊ exultabit lingua mea iuſticiā tuam.
Domine labia mea aperies: ⁊ os meum annunciabit laudem tuam.
D Quoniam ſi voluiſſes ſacrificiū dediſſem: vtiqꝫ holocauſtis non delectaberis.
De pe. diſ. j. c. in actione. Sacrificium deo ſpiritus contribulatus: coꝛ cōtritum ⁊ humiliatum deus non deſpicies.
Benigne fac dn̄e in bona voluntate tua ſion: vt edificentur muri hieruſalem.
Tunc acceptabis ſacrificium iuſticie oblationes et holocauſta: tunc imponent ſuper altare tuum vitulos.

In finem intellectus dauid cū venit ad eū doech idumeus ⁊ nunciauit ſauli: venit dd̄ i domū abimelech. lj.

A

Quid gloꝛiaris i malicia: qui potens es in iniquitate.
Tota die iniuſticiā cogitauit lingua tua: ſicut nouacula acuta feciſti dolum.
Dilexiſti maliciam ſuper benignitatem iniqtatē magis q̄ loqui equitatem.
Dilexiſti oia verba pcipitatiōis lingua doloſa.
Pꝛopterea deus deſtruet te in finem euellet te ⁊ emigrabit te de tabernaculo tuoꝛ radicē tuā
B de terra viuentium.
Videbūt iuſti ⁊ timebūt: ⁊ ſup eū ridebūt ⁊ dicent: ecce homo q̄ nō poſuit deū adiutoꝛē ſuum.
Sed ſperauit in multitudine diuitiarum ſuaꝝ: ⁊ pꝛeualuit in vanitate ſua.
Ego autem ſicut oliua fructifera in domo dei: ſperaui in miſericoꝛdia dei in eternum et in ſeculum ſeculi.
Confitebo: tibi in ſeculum quia feciſti ⁊ expectabo nomen tuum: quoniam bonum eſt in conſpectu ſanctoꝛum tuoꝛum.

In finem intellectus dauid pꝛo amalech. lij.

Dixit inſipiens in coꝛ de ſuo: non eſt deus. A ſ. xiij. a.
Coꝛrupti ſunt ⁊ abominabiles facti ſunt: in iniquitatibus: non eſt qui faciat bonum.
Deus de celo pꝛoſpexit ſuper filios hominum: vt videat ſi eſt ſ. xiij. a.
intelligens aut requirens deum. Rom. iij. b.
Omnes declinauerunt ſimul inutiles facti ſunt nō eſt qui faciat bonū: non eſt vſqꝫ ad vnum.
Nonne ſcient omnes qui operātur iniquitatē: qui deuoꝛant plebem meam vt cibum panis.
Deum nō inuocauerunt: illic trepidauerunt timoꝛe vbi non fuit timoꝛ. B
Quoniam deus diſſipauit oſſa eoꝝ qui hoībus placent: confuſi ſunt qm̄ deus ſpꝛeuit eos.
Quis dabit ex ſion ſalutare iſrael: cum auerterit deus captiuitatem plebis ſue: exultabit iacob ſ. xiij. b.
et letabitur iſrael.

In finē in carminibus vel hymnis intellectus dauid cum veniſſent ziphei ad ſaul ⁊ nūciaſſent ſauli: nōne dauid abſcōditus eſt apud nos. liij.

Deus in nomie tuo ſaluum me fac: ⁊ in virtute tua iudica me. A
Deus exaudi oꝛationem meā: auribus percipe verba oꝛis mei.
Quoniam alieni inſurrexerunt aduerſum me ⁊ foꝛtes queſierunt animam meam: ⁊ non pꝛopoſuerunt deum ante conſpectum ſuum. B
Ecce enim deus adiuuat me: ⁊ dominus ſuſceptoꝛ eſt anime mee.
Auerte mala inimicis meis: ⁊ in veritate tua diſperde illos. xx. q. iij. c. pꝛeſens.
Voluntarie ſacrificabo tibi ⁊ confitebo: nomini tuo domine: quoniam bonum eſt.
Qm̄ ex omni tribulatione eripuiſti me: ⁊ ſuper inimicos meos deſpexit oculus meus.

In finē in carminib⁹ intellectus dauid. liiij. A

Exaudi deus oꝛatiōē meā ⁊ ne deſpexeris depꝛecationem meam: intende mihi et exaudi me. j. di. c. facta romana.
Contriſtatus ſum in exercitatione mea: ⁊ cōturbatus ſuꝫ a voce inimici: ⁊ a tribulatione peccatoꝛis. B
Quoniam declinauerunt in me iniquitates: et in ira moleſti erant mihi. vij. q. j. c. aduerſitas.
Coꝛ meum conturbatum eſt in me: ⁊ foꝛmido moꝛtis cecidit ſuper me.
Timoꝛ ⁊ tremoꝛ venerunt ſuper me: ⁊ contexerunt me tenebꝛe.
Et dixi: quis mihi dabit pennas ſicut columbe ⁊ volabo ⁊ requieſcam.
Ecce elongaui fugiens: ⁊ manſi in ſolitudine.

Expectabam eum qui ſaluum me fecit: a puſillanimitate ſpiritus ⁊ tempeſtate.

Precipita domine diuide linguas eorū: qm̄ vidi iniquitatem ⁊ contradictionē in ciuitate.

Die ac nocte circundabit eam ſuper muros eius iniquitas: ⁊ labor in medio eius ⁊ iniuſticia

Et nō defecit de plateis eius: vſura ⁊ dolus.

Quoniam ſi inimicus meus maledixiſſet mihi ſuſtinuiſſem vtiq̧.

C Et ſi is qui oderat me ſuper me magna locut⁹ fuiſſet: abſcondiſſem me forſitan ab eo.

Tu vero hō vnanimis: dux me⁹ ⁊ notus meus.

Qui ſimul mecū dulces capiebas cibos: in domo dei ambulauimus cum conſenſu.

Ueniat mors ſuper illos: et deſcendant in infernum viuentes.

Quoniam nequitie in habitaculis eorum: in medio eorum.

Ego autem ad deum clamaui: et dominus ſaluauit me.

Ueſpere et mane et meridie narrabo: et annunciabo: exaudiet vocem meam.

Redimet in pace animam meam ab his qui ap-

D propinquāt mihi qm̄ inter multos erant mecū.

De ꝯſe. di. iiij. c. nō in vobis. Exaudiet deus et humiliabit illos qui eſt ante ſecula.

Non enim eſt illis cōmutatio ⁊ nō timuerunt deum: extēdit manū ſuam in retribuendo.

Contaminauerūt teſtamētum eius: diuiſi ſunt ab ira vultus eius: ⁊ appropinquauit cor illius.

Molliti ſunt ſermones eius ſuper oleum: et ipſi ſunt iacula.

Jacta ſuper dominū curā tuā: ipſe te enutriet et non dabit in eternum fluctuationem iuſto.

Tu vero deus deduces eos: in puteū interit⁹.

Uiri ſanguinum et doloſi nō dimidiabunt dies ſuos: ego autem ſperabo in te domine.

¶In finem pro populo qui a ſanctis longe factus eſt in tituli inſcriptione ipſi dauid cum tenerent eum allophili in geth. lv.

A Miſerere mei de⁹ qm̄ conculcauit me homo tota die impugnans: tribulauit me.

Conculcauerunt me inimici mei tota die quoniā multi bellantes aduerſum me.

Ab altitudine diei timebo: ego vero in te ſperabo.

In deo laudabo ſmones meos in deo ſperaui

B non timebo quid faciat mihi caro.

Tota die verba mea execrabantur aduerſum me: oēs cogitationes eoꝝ in malū.

Inhabitabunt ⁊ abſcondent ipſi calcaneum meum obſeruabunt.

Sicut ſuſtinuerunt animā meam pro nihilo ſaluos facies illos: in ira populos confringes.

Deus vitā meam annunciaui tibi: poſuiſti lachrymas meas in conſpectu tuo.

Sicut et in pmiſſione tua tunc cōuertentur inimici mei retrorſum. C

In quacunq̧ die inuocauero te: ecce cognoui quoniam deus meus es.

In deo laudabo verbum in domino laudabo ſermonem: in deo ſperaui: non timebo quid faciat mihi homo.

In me ſunt deus vota tua: que reddam lauda- J.cxiij.b.
tiones tibi.

Quoniam eripuiſti animam meam de morte: et pedes meos de lapſu: vt placeam coram deo in lumine viuentium.

¶In finem ne diſperdas dauid in tituli inſcriptione cum fugeret a facie ſaul regis iſrael in ſpeluncam. lvj.

Miſerere mei deus A
miſerere mei: quoniam in te confidit anima mea.

Et in vmbra alaꝝ tuaꝝ ſperabo: donec trāſeat iniqtas.

Clamabo ad deum altiſſimum deum qui bñfecit mihi.

Miſit de celo et liberauit me: dedit in opprobrium conculcantes me.

Miſit deus miſericordiam ſuam et veritatem ſuam: et eripuit animam meam de medio catulorum leonū dormiui conturbatus.

Filij hominum dentes eorum arma et ſagitte et lingua eorum gladius acutus.

Exaltare ſuper celos deus: et in omnem terrā gloria tua. B

Laqueum parauerunt pedibus meis: et incuruauerunt animam meam.

Foderunt ante faciem meam foueam et incide-
runt in eam. J.cvij.a.

Paratum cor meum deus paratum cor meum cantabo et pſalmum dicā dn̄o.

Exurge gloria mea: exurge pſalterium et cithara: exurgam diluculo.

Confitebor tibi in populis domine: et pſalmū dicam tibi in gentibus.

Quoniam magnificata eſt vſq̧ ad celos miſericordia tua: ⁊ vſq̧ ad nubes veritas tua.

Exaltare ſuper celos deus: et ſuper omnem terram gloria tua.

¶In finem ne diſperdas dauid in tituli inſcriptione. lvij.

Si vere vtiq̧ iuſticiam
loquimini: recte iudicate filij hominum. A

Etenim in corde iniqtates opamini in terra: iniuſticias manus veſtre concinnant.

Alienati ſunt peccatores a vulua: errauerunt ab vtero locuti ſunt falſa.

Furor illis ſecundum ſimilitudinem ſerpētis: ſicut aſpidis ſurde et obturantis aures ſuas.

Q ue non exaudiet vocem incantantium:⁊ ve-
nefici incantantis ſapienter.
B D eus conteret dentes eoꝛum in oꝛe ipſoꝛum:
molas leonum confringet dominus.
A d nihiluꝫ deuenient tanq̄ aqua decurrens:
intendit arcum ſuum donec infirmentur.
xxvij.q.j.c. S icut cera que fluit auferentur: ſupercecidit
viduas.j. ignis ⁊ non viderunt ſolem.
P riuſq̄ intelligerēt ſpine veſtre rhamnum: ſi-
cut viuentes ſic in ira abſoꝛbet eos.
L etabitur iuſtus cum viderit vindictam: ma-
nus ſuas lauabit in ſanguine peccatoꝛis.
E t dicet homo ſi vtiqꝫ eſt fructus iuſto: vtiqꝫ
eſt deus iudicans eos in terra.

¶ In finem ne diſperdas dauid in tituli inſcri-
ptione: quando miſit ſaul ⁊ cuſtodiuit domum
eius: vt interficeret eum. lviij.

A Ripe me de inimi-
cis meis deus me⁹: ⁊ ab inſur-
gentibus in me libera me.
E ripe me de operantib⁹ ini-
quitatem: ⁊ de viris ſanguinū
ſalua me.
Q uia ecce ceperunt animaꝫ
meam: irruerunt in me foꝛtes.
N eqꝫ iniquitas mea: neqꝫ pctm̄ meū dn̄e ſine
iniquitate cucurri ⁊ direxi.
B E xurge in occurſum meū ⁊ vide: ⁊ tu dn̄e deus
virtutum deus iſrael.
I ntende ad viſitandas omnes gentes: non mi-
ſerearis omnibus qui operantur iniquitatem.
C onuertātur ad veſperam ⁊ famem patiētur
vt canes: ⁊ circuibunt ciuitatem.
E cce loquentur in oꝛe ſuo: ⁊ gladius in labijs
eoꝛum: qm̄ quis audiuit.
E t tu dn̄e deridebis eos ⁊ ad nihilum deduces
omnes gentes.
F oꝛtitudinem meam ad te cuſtodiam: quia
deus ſuſceptoꝛ meus es: deus meus miſericoꝛ-
dia eius preueniet me.
C D eus oſtēdit mihi ſuper inimicos meos ne oc
cidas eos: nequādo obliuiſcantur populi mei.
D iſperge illos in virtute tua: ⁊ depone eos pꝛo
tectoꝛ meus domine.
D elictum oꝛis eoꝛum ſermonē labioꝛum ipſo-
rum: ⁊ cōpꝛehendantur in ſuperbia ſua.
E t de execratione ⁊ mēdacio annūciabunt i cō
ſummatione: in ira cōſummatiōis ⁊ non erunt.
ſ.eo. E t ſcient q: deus dominabitur iacob: ⁊ finium
terre.
C onuertētur ad veſperam ⁊ famem patientur
vt canes ⁊ circuibunt ciuitatem.
D I pſi diſpergentur ad manducandum: ſi vero
non fuerint ſaturati ⁊ murmurabunt.
E go autem cantabo foꝛtitudinē tuam: ⁊ exal-
tabo mane miſericoꝛdiam tuam.
Q uia fact⁹ es ſuſceptoꝛ meus ⁊ refugiū meū in
die tribulationis mee.

A diutoꝛ meus tibi pſallam: q: deus ſuſceptoꝛ
meus es: deus meus miſericoꝛdia mea.

¶ In finem pro his qui cōmutabuntur in titu-
li inſcriptione ipſi dauid in doctrinam cum ſuccē
dit meſopotamiam ſyrie ⁊ ſyriam ſobal: ⁊ con-
uertit Ioab ⁊ percuſſit Edom in valle Salina-
rum duodecim milia. lix.

Eus repuliſti nos ⁊ A
deſtruxiſti nos irat⁹ es ⁊ mi-
ſertus es nobis.
C ommouiſti terram ⁊ con-
turbaſti eam: ſana contritio-
nes eius quia commota eſt.
O ſtēdiſti populo tuo dura:
potaſti nos vino compunctionis.
D ediſti metuentibus te ſignificationem: vt fu B
giant a facie arcus.
E t liberentur dilecti tui: ſaluū fac dextera tua
et exaudi me.
D eus locut⁹ eſt in ſctō ſuo: letaboꝛ ⁊ partiboꝛ j.c.vij.b.
ſichimā: ⁊ cōuallē tabernaculoꝝ metiboꝛ.
M eus eſt galaad ⁊ meus eſt manaſſes: ⁊ ephra-
im foꝛtitudo capitis mei.
I uda rex meus: moab olla ſpei mee.
I n idumeam extendam calciamentum meum:
mihi alienigene ſubditi ſunt.
Q uis deducet me in ciuitatem munitam: quis C
deducet me vſqꝫ in idumeam.
N onne tu deus qui repuliſti nos: ⁊ non egre-
dieris deus in virtibus noſtris.
D a nobis auxilium de tribulatione: ⁊ vana ſa- j.cvij.c.
lus hominis. xxiij.q.ō.iij.
I n deo faciemus virtutem: ⁊ ipſe ad nihilum c.ſex.
deducet tribulantes nos.

¶ In finē in hymnis pſalmus dauid. lx.

Xaudi deus depꝛe- A
catōeꝫ meā: intēde oꝛoni mee.
A finibus terre ad te clama-
ui dum anxiaretur coꝛ meum:
in petra exaltaſti me.
D eduxiſti me q: factus es
ſpes mea: turris foꝛtitudinis a
facie inimici.
I nhabitabo in tabernaculo tuo in ſecula pro-
tegar in velamento alarum tuarum.
Q uoniam tu deus meus exaudiſti oꝛationem
meam: dediſti hereditatem timentibus nomen
tuum.
D ies ſuper dies regis adijcies: annos eius B
vſqꝫ in diē generationis ⁊ generationis.
P ermanet in eternum in conſpectu dei: miſeri
coꝛdiam ⁊ veritatem eius quis requiret.
S ic pſalmum dicam nomini tuo in ſeculum ſecu
li: vt reddam vota mea de die in diem.

¶ In finem pro idithum. Pſ. dauid. lxj.

A NOnne deo ſubiecta erit anima mea ab ipſo enim ſalutare meum.
Nam ⁊ ipſe deus meus ⁊ ſalutaris meus: ſuſceptoꝛ meus nō moueboꝛ amplius.
Quouſq̧ irruitis in hominē interficitis vniuerſi vos: tanq̄ parieti inclinato ⁊ macerie depulſe.
B Veruntamen precium meum cogitauerunt repellere: cucurri in ſitioꝛe ſuo benedicebant: ⁊ coꝛde ſuo maledicebant.
Veruntamen deo ſubiecta eſt anima mea: q̄m ab ipſo patientia mea.
Quia ipē deus meus ⁊ ſaluatoꝛ meus: adiutoꝛ meus non emigrabo.
In deo ſalutare meum ⁊ gloꝛia mea deus auxilij mei ⁊ ſpes mea in deo eſt.
Sperate in eo oīs ꝯgregatio ppl'i effundite coram illo coꝛda vr̄a: deus adiutoꝛ noſter in eternū.
C Veruntamen vani filij hominum: mendaces filij hominum in ſtateris: vt decipiant ipſi de vanitate in idipſum.
Nolite ſperare ī iniq̄tate: ⁊ rapinas nolite concupiſcere: diuitie ſi affluant nolite coꝛ apponere.
Semel locutus eſt deus duo hec audiui: quia poteſtas dei eſt ⁊ tibi domine miſericoꝛdia: quia tu reddes vnicuiq̧ iuxta opera ſua.

¶ Pſalmus dauid cum eſſet in deſerto idumee. lxij.

A DEus deus meus ad te de luce vigilo.
Sitiuit in te aīa mea: q̄mmultipliciter tibi caro mea.
In terra deſerta inuia: ⁊ in aquoſa ſic ⁊ in ſancto apparui tibi: vt viderem virtutem tuam ⁊ gloꝛiam tuam.
Quoniam melioꝛ eſt miſericoꝛdia tua ſuper vitas: labia mea laudabunt te.
B Sic benedicam te in vita mea: ⁊ in nomine tuo leuabo manus meas.
Sicut adipe ⁊ pinguedine repleat̄ aīa mea: ⁊ labijs exultationis laudabit os meum.
Si memoꝛ fui tui ſup̱ ſtratū meū in matutinis meditaboꝛ in te q: fuiſti adiutoꝛ meus.
C Et in velamēto alarū tuaꝝ exultabo adheſit aīa mea poſt te: me ſuſcepit dextera tua.
Ipi vo ī vanū q̄ſierūt aīaȝ meā: itroibūt ī iferiora terre: tradent̄ ī man⁹ gladij ptes vulpiū erūt.
ex: vo letabit̄ ī deo: laudabunt̄ oēs qui iurant in eo: q: obſtructū eſt os loquentiū iniqua.

¶ In finem pſalmus dauid. lxiij.

A EXaudi deus oratioꝛnem meā cū deprecoꝛ: a timoꝛe inimici eripe aīam meam.
Protexiſti me a cōuentu malignantium: a multitudine operantium iniquitatem.
Quia exacuerūt vt gladium linguas ſuas: intēderūt arcū rē amarā: vt ſagittent in occultis immaculatuȝ.
Subito ſagittabunt eum ⁊ non timebūt: firmauerunt ſibi ſermonem nequam.
Narrauerūt vt abſconderēt laqueos: dixerunt quis videbit eos.
B Scrutati ſunt iniquitates: defecerūt ſcrutantes ſcrutinio.
Accedet homo ad coꝛ altū: ⁊ exaltabit̄ deus.
Sagitte paruuloꝛum facte ſunt plage eoꝛum: ⁊ in infirmitate ſunt contra eos lingue eoꝛum.
Conturbati ſunt omnes qui videbāt eos: ⁊ timuit omnis homo.
Annūciauerūt opa dei: ⁊ facta ei⁹ intellexerūt.
Letabitur iuſtus in domino ⁊ ſperabit in eo: ⁊ laudabuntur omnes recti coꝛde.

¶ In finem pſalmus dauid canticum hieremie aggei: ⁊ ezechielis de verbo peregrinationis: vel de populo tranſmigrationis cum inciperent pꝛoficiſci. lxiiij.

TE decet hymnus de⁹ in ſion: ⁊ tibi reddetur votum in hieruſalem. A Dexp̄ſe.di. j.c.hi dno.
Exaudi orationem meam: ad te omnis caro veniet.
Verba iniquoꝛum pꝛeualuerūt ſuper nos: ⁊ impietatibus noſtris tu pꝛopitiaberis.
Beatus quem elegiſti ⁊ aſſumpſiſti: inhabitabit in atrijs tuis.
Replebimur in bonis domus tue: ſanctum eſt templum tuum mirabile in equitate.
Exaudi nos deus ſalutaris noſter: ſpes oīum finium terre ⁊ in mari longe. B
Preparans mōtes in v̄tute tua accinct⁹ potentia: q̇ cōturbas pfundū maris ſonū fluctuū eius.
Turbabuntur gentes ⁊ timebunt qui habitāt terminos a ſignis tuis: exitus matutini: ⁊ veſpere delectabis.
Viſitaſti terram ⁊ inebꝛiaſti eam: multiplicaſti locupletare eam.
Flumen dei repletum eſt aquis: paraſti cibum illoꝛum quoniam ita eſt pꝛeparatio eius.
Riuos eius inebꝛia multiplica genimina eius: in ſtillicidijs eius letabitur germinās. C
Benedices coꝛone āni benignitatis tue: ⁊ campi tui replebuntur vbertate.
Pingueſcent ſpecioſa deſerti: ⁊ exultatione colles accingentur.
Induti ſunt arietes ouiū: ⁊ valles abūdabunt frumento: clamabunt etenim hymnum dicent.

¶ In finem canticum pſalmi reſurrectionis. lxv.

IUbilate deo omnis terra pſalmum dicite nomini eius: date gl'iaȝ laudi eius. A I.xcix.
Dicite deo q̄ terribilia ſunt opera tua domine: in multitudine virtutis tue mentientur tibi inimici tui.
Omnis terra adoꝛet te ⁊ pſallat tibi pſalmum

dicat nomini tuo.

Venite ⁊ videte opera dei terribilis in cõſilijs ſuper filios hominum.

B Qui conuertit mare in aridam in flumine pertranſibunt pede: ibi letabimur in ipſo.

Qui dñatur in virtute ſua in eternũ oculi eius ſuper gentes reſpiciunt: qui exaſperant nõ exaltentur in ſemetipſis.

Benedicite gẽtes deum noſtrum: et auditam facite vocem laudis eius.

Qui poſuit animã meam ad vitam: ⁊ non dedit in cõmotionem pedes meos.

C Quoniã pbaſti nos de⁹: igne examinaſti ſicut examinatur argentum.

Induxiſti nos in laqueum poſuiſti tribulationes in dorſo nr̃o īpoſuiſti hoies ſup capita nr̃a.

Tranſiuimus per ignem et aquam: et eduxiſti nos in refrigerium.

Introibo in domũ tuã in holocauſtis: reddam tibi vota mea que diſtinxerũt labia mea.

Et locutum eſt os meũ in tribulatione mea

Holocauſta medullata offeram tibi cũ incẽſo arietum: offeram tibi boues cũ hircis.

Venite ⁊ audite ⁊ narrabo oẽs q̃ timetis deũ

D quanta fecit anime mee.

Ad ipſum ore meo clamaui: ⁊ exaltaui ſub lingua mea.

Iniquitatem ſi aſpexi in corde meo non exaudiet dominus.

Propterea exaudiuit deus: et attendit voci deprecationis mee.

Benedictus deus qui non amouit orationem meam: ⁊ miſericordiam ſuam a me.

¶ In finẽ in hymnis pſ. cantici dauid. lxvi.

a Deus miſereatur noſtri ⁊ bñdicat nobis illuminet vultũ ſuum ſup nos: ⁊ miſereatur noſtri.

Ut cognoſcamus in terra viã tuã in oib⁹ gẽtib⁹ ſalutare tuũ.

Cõfiteãtur tibi ppl'i deus cõfiteantur tibi ppl'i omnes.

Letentur ⁊ exultent gentes quoniã iudicas populos in eqtate: ⁊ gẽtes in terra dirigis.

Confiteantur tibi populi deus: confiteãtur tibi populi omnes: terra dedit fructum ſuum.

Benedicat nos deus deus noſter: benedicat nos deus: ⁊ metuant eũ oẽs fines terre.

¶ In finem pſalmus cantici dauid. lxvij.

a Exurgat deus ⁊ diſſipentur inimici eius: et fugiant qui oderunt eũ a facie eius.

Sicut deficit fumus deficiãt: ſicut fluit cera a facie ignis: ſic pereant peccatores a facie dei.

Et iuſti epulentur ⁊ exultent in conſpectu dei: et delectentur in leticia.

Cantate deo pſalmum dicite nomini eius: iter facite ei qui aſcendit ſuper occaſum: dominus nomen illi. B

Exultate in conſpectu eius turbabunt a facie eius patris orphanoꝝ ⁊ iudicis viduarum. xxiiij. q. i. c. omnibus.

Deus in loco ſancto ſuo deus qui inhabitare facit vnius moris in domo.

Qui eduxit vinctos in fortitudĩe ſimiliter eos qui exaſperant qui habitant in ſepulchris.

Deus cum egredieris in conſpectu populi tui cum pertranſieris in deſerto.

Terra mota eſt etenim celi diſtillauerũt a facie dei ſinai a facie dei iſrael.

Pluuiam voluntariã ſegregabis deus hereditati tue ⁊ infirmata eſt tu vero pfeciſti eam.

Animalia tua habitabunt in ea paraſti in dulcedine tua pauperi eius. xxiij. q. vij. c. iam vero.

C Dominus dabit verbum euangelizantibus virtute multa.

Rex virtutum dilecti dilecti: et ſpeciei domus diuidere ſpolia.

Si dormiatis inter medios cleros: penne colũbe deargentate et poſteriora dorſi eius in pallore auri.

Dum diſcernit celeſtis reges ſup eam niue dealbabuntur in ſelmõ: mõs dei mons pinguis.

Mons coagulatus mons pinguis: vt quid ſuſpicamini montes coagulatos.

Mons in quo bñplacitum eſt deo habitare in eo: etenim dñs habitabit in finẽ.

Currus dei decem milibus multiplex milia letantium dominus in eis in ſinai in ſancto aſcendiſti in altum cepiſti captiuitatem accepiſti dona in hominibus. D

Etenim non credentes inhabitare dominum deum. Eph. iiij.

Benedictus dñs die quotidie pſperũ iter faciet nobis deus ſalutariũ noſtrorum.

Deus noſter deus ſaluos faciendi ⁊ domini dei exitus mortis.

Verũtamen deus confringet capita inimicoꝝ ſuoꝝ verticẽ capilli perãbulãtiũ in delictis ſuis. E

Dixit dominus ex baſan conuertam cõuertã in profundum maris.

Ut intingatur pes tuus in ſanguine lingua canum tuoꝝ ex inimicis ab ipſo.

Viderunt ingreſſus tuos deus ingreſſus dei mei regis mei qui eſt in ſancto.

Preuenerunt principes coniuncti pſallẽtibus in medio iuuencularꝝ tympaniſtriarũ.

In eccleſijs bñdicite deo dño de fontib⁹ iſrael. F

Ibi bẽiamin adoleſcẽtulus in mentis exceſſu.

Principes iuda duces eoꝝ: principes zabulon et principes neptalim.

Manda deus virtuti tue confirma hoc deus qđ operatus es in nobis.

A tẽplo tuo ī hierl'm. tibi offerẽt reges munera

Increpa feras arundinis congregatio taurorum in vaccis populorum: vt excludant eos qui probati ſunt argento.

Diſſipa gētes que bella volūt venient legati ex egypto: ethiopia preueniet manus eius deo.
Regna terre cantate deo pſallite domino.
Pſallite deo q̄ aſcendit ſup celū celi: ad orietes.
Ecce dabit voci ſue vocē virtutis: date glīaȝ deo ſup iſrael: magnificētia eius ⁊ virt9 ei9 in nubib9.
Mirabilis de9 in ſanctis ſuis: de9 iſrael ipſe dabit virtutē ⁊ fortitudinē plebi ſue: benedict9 de9.

¶ In finem pro his qui cōmutabuntur pſalmus ipſi dauid. lxviij.

A S.xj.a. Saluum me fac deus: quoniam intrauerunt aque vſq; ad animam meam.
Infixus ſum in limo profundi: ⁊ non eſt ſubſtantia.
Ueni in altitudinem maris ⁊ tempeſtas demerſit me.
Laboraui clamās rauce facte ſunt fauces mee defecerunt oculi mei dum ſpero in deum meum.
S.xxix.c. Multiplicati ſunt ſuper capillos capitis mei: q̄ oderunt me gratis.
Confortati ſunt qui perſecuti ſunt me inimici mei iniuſte: que nō rapui tunc exoluebam.
B Deus tu ſcis inſipientiam meaȝ: ⁊ delicta mea ad te non ſunt abſcondita.
Non erubeſcant in me qui expectant te domine: domine virtutum.
Non cōfundant ſup me: qui q̄rūt te de9 iſrael.
Quoniā propter te ſuſtinui opprobrium: operuit confuſio faciem meam.
Extraneus factus ſum fratribus meis: ⁊ peregrinus filijs matris mee.
Job.xj.c. Ro.xv.a. Quoniam zelus domus tue comedit me ⁊ opprobria exprobrantiuȝ tibi ceciderunt ſuper me.
C Et operui in ieiunio animā meam: ⁊ factuȝ eſt in opprobrium mihi.
Et poſui veſtimentum meuȝ cilicium: ⁊ factus ſum illis in parabolam.
Aduerſum me loquebātur qui ſedebant in porta: ⁊ in me pſallebant qui bibebant vinum.
Ego vero orationem meam ad te domine: tempus beneplaciti deus.
In multitudine miſericordie tue: exaudi me in veritate ſalutis tue.
D De pe. di.j c.voluiſſet. Eripe me de luto vt nō infigar: libera me ab his qui oderunt me ⁊ de profundis aquarum.
Non me demergat tēpeſtas aq̄ neq; abſorbeat me pfundū: neq; vrgeat ſup me puteus os ſuum.
Exaudi me dn̄e q̄m benigna eſt mīa tua: ſm multitudinem miſerationum tuarū reſpice me.
Et ne auertas faciem tuā a puero tuo: quoniaȝ tribulor: velociter exaudi me.
E Intende anime mee ⁊ libera eaȝ: propter inimicos meos eripe me.
Tu ſcis improperium meum ⁊ confuſionē meā ⁊ reuerentiam meam.
In conſpectu tuo ſunt omnes qui tribulāt me improperium expectauit cor meum ⁊ miſeriam.
Et ſuſtinui qui ſimul contriſtaretur ⁊ non fuit: quoniā conſolaretur ⁊ non inueni.

Et dederunt in eſcam meā fel: ⁊ in ſiti mea potauerunt me aceto.
Fiat menſa eorū coram ipſis in laqueuȝ: ⁊ in retributiones ⁊ in ſcandalum. Ro.xj.b.
Obſcurentur oculi eorū ne videant: ⁊ dorſum eorum ſemper incurua. xxxviij. di. ſ.fina.
F Effunde ſuper eos iram tuā: ⁊ furor ire tue cōprehendat eos. Act.j.c.
Fiat habitatio eorum deſerta: ⁊ in tabernaculis eorum non ſit qui inhabitet. xxiij. di.c.j. in fi.
Quoniā quem tu percuſſiſti perſecuti ſunt ⁊ ſuper dolorem vulnerum meorū addiderunt.
Appone iniquitateȝ ſuper iniquitatem eorū: et non intrent in iuſticiam tuam.
Deleantur de libro viuentiuȝ: ⁊ cum iuſtis non ſcribantur.
Ego ſum paup ⁊ dolēs: ſal9 tua de9 ſuſcepit me.
Laudabo nomen dei cuȝ cantico: et magnificabo eum in laude.
Et placebit deo ſuper vitulum nouellum: cornua producentem ⁊ vngulas.
Uideant pauperes ⁊ letentur: querite deum et viuet anima veſtra. B
Quoniam exaudiuit pauperes dominus: ⁊ vinctos ſuos non deſpexit.
Laudent illum celi ⁊ terra: mare ⁊ omnia reptilia in eis.
Quoniam deus ſaluaȝ faciet ſion: ⁊ edificabuntur ciuitates iude.
Et inhabitabūt ibi: et hereditate acquirēt eā.
Et ſemen ſeruorū eius poſſidebit eam: ⁊ qui diligunt nomen eius habitabunt in ea.

¶ In finem pſalmus dauid in rememoratione: eo q̄ ſaluum fecit eum dominus. lxix.

Deus in adiutoriū meum intende: domine ad adiuuandū me feſtina. A S.xix.d.
Confundantur ⁊ reuerant qui querunt animā meam.
Auertantur retrorſum ⁊ erubeſcant: qui volūt mihi mala.
Auertātur ſtatim erubeſcentes qui dicunt mihi euge euge.
Exultēt ⁊ letent in te oēs qui q̄rūt te: ⁊ dicant ſemp magnificet dn̄s qui diligūt ſalutare tuum.
Ego vero egen9 ⁊ pauper ſum: deus adiuua me. B
Adiutor meus ⁊ liberator meus es tu: dn̄e ne moreris.

¶ Pſalmus dauid filiorū ionadab ⁊ priorum captiuorum. lxx.

In te domine ſperaui nō confundar in eternū: in iuſticia tua libera me ⁊ eripe me. A
Inclina ad me aurem tuam: ⁊ ſalua me.
Eſto mihi in deū protectorē ⁊ in locum munitum vt ſaluum me facias.

Qm̃ firmamentum meuꝫ ⁊ refugiū meū es tu.

Deus meus eripe me de manu peccatoris: ⁊ de manu contra legē agentis ⁊ iniqui.

Quoniā tu es patientia mea dñe: domine ſpes mea a iuuentute mea.

In te confirmatus ſum ex vtero de ventre matris mee tu es protector meus.

B In te cantatio mea ſemper: tanq̄ prodigiū factus ſum multis: ⁊ tu adiutor fortis.

Repleatur os meū laude vt canteꝫ gloriā tuaꝫ: tota die magnitudinem tuam.

Ne proijcias me in tēpore ſenectutis: cuꝫ defecerit virtus mea ne derelinquas me.

Quia dixerunt inimici mei mihi: ⁊ qui cuſtodiebant animam meam cōſilium fecerunt in vnum.

Dicentes: deus dereliquit eū: pſequimini ⁊ cōprehendite eū: q: non eſt qui eripiat.

Deus ne elōgeris a me: deus meus in auxilium meum reſpice.

Confundant̄ ⁊ deficiāt detrahētes aīe mee: operiantur cōfuſiōe ⁊ pudore qui querūt mala mihi.

Ego autem ſemper ſperabo: ⁊ adijciam ſuper omnem laudem tuam.

C Os meum annunciabit iuſticiaꝫ tuam: tota die ſalutare tuum.

lxxxviij. diſ. c. eijciens. ⁊ c. quoniam. Quoniā nō cognoui lr̄aturam introibo in potentias dñi dñe memorabor iuſticie tue ſolius.

Deus docuiſti me a iuuentute mea: ⁊ vſq; nūc pronunciabo mirabilia tua.

Et vſq; in ſenectā ⁊ ſeniuꝫ: de⁹ ne derelinq̄s me.

Donec annunciem brachium tuum generationi omni que ventura eſt.

Potentiā tuā ⁊ iuſticiā tuā deus vſq; in altiſſima que feciſti magnalia: deus quis ſimilis tibi.

D Quantas oſtēdiſti mihi tribulatiōes multas: ⁊ malas conuerſus viuificaſti me: ⁊ de abyſſis terre iterum reduxiſti me.

Multiplicaſti magnificentiam tuam: ⁊ conuerſus conſolatus es me.

Nam ⁊ ego cōfitebor tibi in vaſis pſalmi veritatem tuā de⁹: pſallā tibi in cythara ſanct⁹ iſrl̄.

Exultabunt labia mea cū cantauero tibi: ⁊ anima mea quam redemiſti.

Sed ⁊ lingua mea tota die meditabitur iuſticiā tuam cum confuſi ⁊ reueriti fuerint qui querūt mala mihi.

¶ Pſalmus dauid in ſalomonem. lxxj.

A Deus iudicium tuum regi da: ⁊ iuſticiā tuā filio regis.

Iudicare pl'm tuū in iuſticia et pauperes tuos in iudicio.

Suſcipiant montes pacem populo: ⁊ colles iuſticiam.

Iudicabit pauperes populi: ⁊ ſaluos faciet filios pauperū: ⁊ humiliabit calūniatorem.

Et permanebit cum ſole ⁊ ante lunam. in generatione ⁊ generationem.

Deſcendet ſicut pluuia in vellus: ⁊ ſicut ſtillicidia ſtillantia ſuper terram.

Orietur in diebus eius iuſticia et abundantia pacis: donec auferatur luna.

B Et dominabitur a mari vſq; ad mare: ⁊ a flumine vſq; ad terminos orbis terrarum.

Eſa. lx. b. Matt. ij. b. Coram illo procident ethiopes: ⁊ inimici eius terram lingent.

Reges tharſis ⁊ inſule munera offerent: reges arabum ⁊ ſaba dona adducent.

Et adorabunt eum omnes reges: omnes gentes ſeruient ei.

C Quia liberabit pauperem a potente: ⁊ pauperē cui non erat adiutor.

Parcet pauperi ⁊ inopi: ⁊ animas pauperum ſaluas faciet.

Ex vſuris ⁊ iniquitate redimet animas eorum: ⁊ honorabile nomen eorum coram illo.

Et viuet ⁊ dabitur ei de auro arabie: ⁊ adorabunt de ipſo ſemper: tota die benedicent ei.

Erit firmamentū in terra in ſummis montium ſuperextolletur ſuper libanū fructus eius ⁊ florebunt de ciuitate ſicut fenum terre.

D Sit nomen eius benedictum in ſecula ante ſolē permanet nomen eius.

Et benedicentur in ipſo omnes trib⁹ terre omnes gentes magnificabunt eum.

Benedictus dominus deus iſrael: qui facit mirabilia ſolus.

Et benedictū nomē maieſtatis eius in eternū: ⁊ replebitur maieſtate ei⁹ omnis terra: fiat fiat.

¶ Defecerunt hymni dauid filij ieſe. Pſalmus aſaph. lxxij.

A Quam bon⁹ iſrael de⁹ his qui recto ſunt corde.

Mei autem pene moti ſunt pedes: pene effuſi ſunt greſſus mei.

Quia zelaui ſup iniquos: pacem peccatorum videns.

Quia non eſt reſpectus morti eorum: ⁊ firmamētum in plaga eorum.

In labore hominum non ſunt: ⁊ cū hominibus non flagellabuntur.

Ideo tenuit eos ſuperbia: operti ſunt iniquitate ⁊ impietate ſua.

De pe. diſ. j. c. ſerpens. Prodijt quaſi ex adipe iniquitas eorum trāſierunt in effectum cordis.

B Cogitauerunt ⁊ locuti ſunt: nequitiam iniquitatem in excelſo locuti ſunt.

Poſuerunt in celum os ſuum: ⁊ lingua eorum tranſiuit in terra.

Ideo conuertetur populus me⁹ hic: ⁊ dies pleni inuenientur in eis.

Et dixerūt qūo ſcit de⁹: ⁊ ſi eſt ſciētia ī excelſo.

Ecce ipſi peccatores ⁊ abundantes in ſeculo: obtinuerunt diuitias. ſ. xxv. b.

C Et dixi ergo ſine cauſa iuſtificaui cor meum et laui inter innocentes manus meas.

Et fui flagellatus tota die: ⁊ caſtigatio mea in matutinis.

Si dicebam narrabo ſic: ecce nationem filiorū tuorum reprobaui.

Exiſtimabam vt cognoſcerem hoc labor eſt ante me.
Donec intrem in ſanctuarium dei ⁊ intelligaʒ in nouiſſimis eorum.
Ueruntamē propter dolos poſuiſti eis: deieciſti eos dum alleuarentur.
Quō facti ſunt in deſolationē ſubito defecerūt perierunt propter iniquitatē ſuam.
Uelut ſomniū ſurgētiū dñe in ciuitate tua imaginem ipſorum ad nihilum rediges.
D Quia inflāmatū eſt cor meū ⁊ renes mei cōmutati ſunt: ⁊ ego ad nihilū redactus ſum ⁊ neſciui.
Ut iumētū fact⁹ ſuʒ apud te ⁊ ego ſēper tecū.
Tenuiſti manum dexteraʒ meā: ⁊ in voluntate tua deduxiſti: ⁊ cū gloria ſuſcepiſti me.
Quid mihi eſt in celo: ⁊ a te qd volui ſuꝑ terrā.
Defecit caro mea ⁊ cor meū deus cordis mei ⁊ pars mea deus in eternum.
Quia ecce qui elōgāt ſe a te ꝑibunt ꝑdidiſti oēs qui fornicantur abs te.
Mihi autē adherere deo bonū eſt: ponere in dño deo ſpeʒ meam.
Ut annūciē oēs ꝑdicatiōes tuas ī portis filie ſyō.

In finē intellectus aſaph. lxxiij.

A

Ut quid deus repuliſti in finē iratus eſt furor tuus ſuper oues paſcue tue.
Memor eſto cōgregationis tue: quam poſſediſti ab initio.
Redemiſti virgam hereditatis tue mons ſion
xiiij.q.v.c fina. in quo habitaſti in eo.
Leua manus tuas in ſuꝑbias eorum in finem: quanta malignatus eſt inimicus in ſancto.
B Et gloriati ſunt qui oderunt te in medio ſolennitatis tue.
Poſuerunt ſigna ſua ſigna: ⁊ nō cognouerunt: ſicut in exitu ſuper ſummum.
Quaſi in ſilua lignorū ſecurib⁹ exciderūt ianuas eius in idipſm: in ſecuri ⁊ aſcia deiecerūt eaʒ.
iiij.re.xxv.c ij.eſd.iij.c Incenderūt igni ſanctuarium tuum in terra: polluerunt tabernaculū nōis tui.
Dixerunt in corde ſuo cognatio eoꝝ ſimul quieſcere faciamus oēs dies feſtos dei a terra.
Signa noſtra non vidimus iam non eſt ꝓpheta. ⁊ nos non cognoſcet amplius.
Uſquequo deus improperabit inimicus: irritat aduerſarius nomē tuum in finē.
C Ut quid auertis manum tuam ⁊ dexterā tuam de medio ſinu tuo in finem.
Deus autem rex noſter ante ſecula operat⁹ eſt ſalutem in medio terre.
Tu cōfirmaſti in virtute tua mare: cōtribulaſti capita draconum in aquis.
Tu confregiſti capita draconis: dediſti eū eſcā populis ethiopum.
Tu dirupiſti fontes ⁊ torrentes tu ſiccaſti fluuios ethan.
Tuus eſt dies: et tua eſt nox: tu fabricatus es auroram et ſolem.

Tu feciſti oēs terminos terre: eſtatem ⁊ ver tu plaſmaſti ea.
Memor eſto huius inimicus improperauit dño. et populus inſipiens incitauit nomē tuū.
Ne tradas beſtijs aīas confitentes tibi: ⁊ aīas pauperū tuoꝝ ne obliuiſcaris in finem.
Reſpice in teſtamētuʒ tuuʒ: q: repleti ſunt qui obſcurati ſunt terre domibus iniquitatum. D
Ne auertatur humilis factus cōfuſus pauper et inops laudabunt nomen tuum.
Exurge deus iudica cauſaʒ tuā memor eſto improperiorū tuoꝝ: eoꝝ que ab inſipiēte ſūt tota die
Ne obliuiſcaris voces inimicorum tuorum: ſuperbia eorum qui te oderunt aſcendit ſemper.

In finem ne corrumpas pſalmus cantici aſaph. lxxiiij.

Confitebimur tibi A deus: confitebimur et inuocabimus nomen tuum.
Narrabimus mirabilia tua: cum accepero tempus ego iuſticias iudicabo.
Liquefacta eſt terra ⁊ oēs qui habitāt in ea: ego cōfirmaui colūnas eius.
Dixi iniquis nolite inique agere: et delinquentibus nolite exaltare cornu.
Nolite extollere in altum cornu veſtrum: nolite loqui aduerſus deum iniquitatem. B
Quia neq ab oriente neq ab occidente neq a deſertis montibus qm̄ deus iudex eſt.
Hunc humiliat et hunc exaltat: q: calix in manu dñi vini meri plenus mixto.
Et inclinauit ex hoc in hoc verūtamē fex eius exinanita bibent omnes peccatores terre.
Ego autē annūciabo ī ſeculū cātabo deo iacob.
Et omnia cornua peccatorum confringam: et exaltabuntur cornua iuſti.

In finem in carminibus canticū ad aſſyrios pſalmus aſaph. lxxv.

Notus in iudea deus A in iſrael magnum nomē eius. De imm. eccle.c.ij.li.vj
Et factus eſt in pace locus eius: ⁊ habitatio eius in ſion.
Ibi cōfregit potētias arcuum ſcutum gladium et bellum.
Illuminans tu mirabiliter a montibus eternis turbati ſunt omnes inſipiētes corde. Hiere.lj.g.
Dormierunt ſomnū ſuū: ⁊ nihil inuenerūt omnes viri diuitiarum in manibus ſuis. B
Ab increpatiōe tua deus iacob: dormitauerūt qui aſcenderunt equos.
Tu terribilis es: et quis reſiſtet tibi ex tunc ira tua.
De celo auditum feciſti iudicium terra tremuit et quieuit.
Cum exurgeret in iudicium deus: vt ſaluos faceret omnes manſuetos terre.

Quoniam cogitatio hominis cõfitebitur tibi: ⁊ reliquie cogitationis diem feſtum agent tibi.
Uouete ⁊ reddite dño deo veſtro: omnes qui in circuitu eius effertis munera.
Terribili ⁊ ei qui aufert ſpiritũ principum terribili apud omnes reges terre.

In finẽ pro idithum pſalmus aſaph. lxxvj.

A j.c.xlj.a. Voce mea ad dominũ clamaui: voce mea ad deum ⁊ intendit mihi.
In die tribulationis mee deum exquiſiui manibus meis contra eum: ⁊ non ſum deceptus.
Renuit conſolari aĩa mea: memor fui dei ⁊ delectatus ſum: ⁊ exercitat⁹ ſũ ⁊ defecit ſpũs meus.
Anticipauerunt vigilias oculi mei: turbatus ſum ⁊ non ſum locutus.
B Cogitaui dies antiquos: ⁊ ãnos eternos in mẽte habui.
Et meditatus ſum nocte cũ corde meo: ⁊ exercitabar ⁊ ſcopebam ſpiritum meum.
Nunquid in eternum proijciet deus: aut non apponet vt complacitior ſit adhuc.
Aut in finem miam ſuã abſcindet: a generatione in generationem.
C Aut obliuiſcetur miſereri deus: aut continebit in ira ſua miſericordias ſuas.
Et dixi nũc cepi: hec mutatio dextere excelſi.
Memor fui operũ dñi: q2 memor ero ab initio mirabilium tuorum.
Et meditabor in omnibus operibus tuis: ⁊ in adinuentionibus tuis exercebor.
Deus in ſancto via tua: quis deus magnus ſicut deus noſter tu es deus qui facis mirabilia.
D Notam feciſti in populis virtutem tuam: redemiſti in brachio tuo populum tuum: filios iacob ⁊ ioſeph.
Viderunt te aque deus viderunt te aque: ⁊ timuerunt ⁊ turbati ſunt abyſſi.
Multitudo ſonitus aquarum: vocem dederunt nubes.
Etenim ſagitte tue tranſeunt: vox tonitrui tui in rota.
Illuxerunt coruſcationes tue orbi terre: commota eſt ⁊ contremuit terra.
In mari via tua ⁊ ſemite tue in aquis multis: ⁊ veſtigia tua non cognoſcentur.
Deduxiſti ſicut oues populum tuum: in manu moyſi ⁊ aaron.

Intellectus aſaph. lxxvij.

A Attendite popule me⁹ legem meam: inclinate aurem veſtram in verba oris mei.
Mattehi. xiij.a. Aperiã in parabolis os meũ loquar propoſitiões ab initio.
Quanta audiuimus ⁊ cognouimus ea: ⁊ patres noſtri narrauerunt nobis.
Nõ ſũt occultata a filijs eo2 in gñatiõe altera.
Narrantes laudes dñi ⁊ virtutes eius: ⁊ mirabilia eius que fecit.
Et ſuſcitauit teſtimoniũ in iacob: ⁊ legem poſuit in iſrael.
Quanta mandauit patribus noſtris nota facere ea filijs ſuis: vt cognoſcat generatio altera.
Filij qui naſcentur ⁊ exurgent: ⁊ narrabunt filijs ſuis.
Ut ponant in deo ſpem ſuam: ⁊ nõ obliuiſcant operum dei: ⁊ mandata eius exquirant.
Ne fiant ſicut patres eorum: generatio praua et exaſperans.
Generatio que non direxit cor ſuum: ⁊ non eſt creditus cum deo ſpiritus eius.
Filij ephrem intendentes et mittentes arcũ: conuerſi ſunt in die belli. B
Non cuſtodierunt teſtamentum dei: ⁊ in lege eius noluerunt ambulare.
Et obliti ſunt benefactorum eius: ⁊ mirabiliũ eius que oſtendit eis.
Coram patribus eorum fecit mirabilia in terra egypti: in campo thaneos. Exo. iiij.c.
Interrupit mare ⁊ perduxit eos: ⁊ ſtatuit aquas quaſi in vtre. Exo. xvij.
Et deduxit eos in nube diei: ⁊ tota nocte in illuminatione ignis.
Interrupit petrã in heremo: ⁊ adaquauit eos velut in abiſſo multa.
Et eduxit aquam de petra: ⁊ eduxit tanq̃ flumina aquas.
Et appoſuerunt adhuc peccare ei: in iram concitauerunt excelſum in aquoſo.
Et tentauerunt deum in cordibus ſuis: vt peterent eſcas animalibus ſuis. C
Et male locuti ſunt de deo: dixerunt: nunquid poterit deus parare menſam in deſerto.
Quoniam percuſſit petram ⁊ fluxerunt aque: ⁊ torrentes inundauerunt.
Nunquid ⁊ panem poterit dare: aut parare mẽſam populo ſuo.
Ideo audiuit dñs ⁊ diſtulit: ⁊ ignis acceſus eſt in iacob: ⁊ ira aſcendit in iſrael.
Quia non crediderunt in deo: nec ſperauerunt in ſalutari eius.
Et mandauit nubibus deſuper: ⁊ ianuas celi aperuit.
Et pluit illis manna ad manducandum: ⁊ panem celi dedit eis.
Panem angelorum manducauit homo: cibaria miſit eis in abundantia. Exo. xvj.d.
Tranſtulit auſtrum de celo: ⁊ induxit in virtute ſua aphricum. Sap. xvj.c. Ioh. vj.d.
Et pluit ſuper eos ſicut puluerẽ carnes: ⁊ ſicut arenam maris volatilia pennata. De cõſe. di. ij. c. reuerã. ⁊ c. omnis.
Et ceciderunt in medio caſtrorum eorum: circa tabernacula eorum. de reli. ⁊ ve ne. ſancti. c. vnico. in fi.
Et mãducauerũt ⁊ ſaturati ſũt nimis: ⁊ deſideriũ eo2 attulit eis: nõ ſunt fraudati a deſiderio ſuo. D
Adhuc eſce eorum erant in ore ipſorum: ⁊ ira dei aſcendit ſuper eos.

Et occidit pingues eoꝝ: ⁊ electos iſrl' īpediuit.

In omnibus his peccauerunt adhuc: ⁊ nō crediderunt in mirabilibus eius.

Et defecerunt in vanitate dies eoꝝ ⁊ anni eorum cum feſtinatione.

Cum occideret eos: querebant eum ⁊ reuertebantur: ⁊ diluculo veniebant ad eum.

Et rememorati ſunt q: deus adiutor eſt eorum: ⁊ deus excelſus redēptor eorum eſt.

Et dilexerunt eum in ore ſuo: ⁊ lingua ſua mentiti ſunt ei.

Cor autem eorum non erat rectum cum eo: nec fideles habiti ſunt in teſtamēto eius.

Ipſe autem eſt miſericors ⁊ propitius fiet peccatis eorum: ⁊ non diſperdet eos.

C Et abundauit vt auerteret iram ſuam: ⁊ nō accendit omnem iram ſuam.

Et recordatus eſt q: caro ſunt: ſpiritus vadēs et non rediens.

Quotiens exacerbauerunt eum in deſerto: in
Exo.xvij.d. iram concitauerunt eum in aquoſo.
j.ciiij.d. Et conuerſi ſunt ⁊ temptauerunt deum: ⁊ ſanctum iſrael exacerbauerunt.

Non ſunt recordati manus eius: die qua redemit eos de manu tribulantis.

Sicut poſuit in egypto ſigna ſua: ⁊ ꝓdigia ſua in campo thaneos.

Et conuertit in ſanguinem flumina eorum: et imbres eorum ne biberent.

Miſit in eos cynomiam ⁊ comedit eos: ⁊ ranā: ⁊ diſperdidit eos.

Et dedit erugini fructus eorum: ⁊ labores eorum locuſte: ⁊ occidit in grandine vineas eoꝝ: et moros eorum in pruina.

Et tradidit grandini iumenta eorum: ⁊ poſſeſſiones eorum igni.

Miſit in eos iram indignationis ſue: indignationem ⁊ iram ⁊ tribulationem: immiſſiones per angelos malos.

Viam fecit ſemite ire ſue: ⁊ nō pepercit a morte aīa eoꝝ: ⁊ iumēta eorū in morte concluſit.

Et ꝑcuſſit omne primogenitū in terra egypti: ꝑmitias oīs laboris eorū in tabernaculis cham.

F Et abſtulit ſicut oues populum ſuū: ⁊ perdu
Exo.xij.d. xit eos tanꝗ̄ gregem in deſerto.
j.cxxxiij. et Et deduxit eos in ſpe: ⁊ nō timuerunt ⁊ inimi
cxxxv.b. cos eorum operuit mare.

Et induxit eos in monteʒ ſanctificationis ſue montem quem acquiſiuit dextera eius.

Et eiecit a facie eorum gentes ⁊ ſorte diuiſit eis terram in funiculo diſtributionis.

Et habitare fecit in tabernacl'is eoꝝ trib9 iſrl'.

Et tēptauerūt ⁊ exacerbauerūt deū excelſum: ⁊ teſtimonia eius non cuſtodierūt: ⁊ auerterūt ſe: ⁊ nō ſeruauerūt pactū queadmodū patres eorum conuerſi ſunt in arcum prauum.

In iram cōcitauerūt eū in collib9 ſuis ⁊ in ſculptilibus ſuis ad emulationē eū prouocauerūt.

Audiuit deus ⁊ ſpreuit ⁊ ad nihilum redegit valde iſrael. ⁊ repuliuit tabernaculum ſilo. tabernaculum ſuum vbi habitauit in hominibus.

B Et tradidit in captiuitatem virtutem eorum. ⁊ pulchritudinem eorum in manus inimici.

Et concluſit in gladio populum ſuum ⁊ hereditatem ſuam ſpreuit.

Iuuenes eorum comedit ignis ⁊ virgines eorū non ſunt lamentate.

Sacerdotes eorum in gladio ceciderūt ⁊ vidue eorum non plorabantur.

Et excitatus tanꝗ̄ dormiēs dn̄s tanꝗ̄ potens crapulatus a vino.

Et percuſſit inimicos ſuos in poſteriora oppro j.Reg.v.b.
brium ſempiternum dedit illis.

Et repulit tabernaculum ioſeph ⁊ tribum effrem non elegit.

Sed elegit tribū iuda montē ſion quē dilexit. j.Re.xvj.c

Et edificauit ſicut vnicorniū ſanctificiū ſuū in terra quam fundauit in ſecula.

Et elegit dauid ſeruū ſuū ⁊ ſuſtulit eū de gregibus ouiū de poſt fetātes accepit eum.

Paſcere iacob ſeruum ſuum ⁊ iſrael hereditatem ſuam.

Et pauit eos in innocentia cordis ſui ⁊ in intellectibus manuū ſuarum deduxit eos.

Pſalmus Aſaph. lxxviij.

A Eus venerunt gentes in hereditatē tuā polluerūt templū ſanctū tuū: poſuerunt hierl'm in pomorū cuſtodiam.

Poſuerunt morticina ſeruo j.mac.vij.c
rum tuorum eſcas volatilibus celi carnes ſanctorum tuorum beſtijs terre.

Effuderunt ſanguinē ipſorum tanꝗ̄ aquam in circuitu hieruſalem ⁊ non erat qui ſepeliret.

B Facti ſumus opprobriū vicinis noſtris ſubſan
natio ⁊ illuſio his qui in circuitu noſtro ſunt. Hiere.x.d.
Vſquequo dn̄e iraſceris in finem accendetur ve Ibi.
lut ignis zelus tuus. xxiij. q.v.c.
Effunde irā tuā in gētes que te nō nouerūt et fina.
in regna que nomē tuū nō inuocauerūt.

Quia comederunt iacob ⁊ locum eius deſolauerunt.

Ne memineris iniquitatum noſtrarum anti Eſa.lxiiij.d
quarum cito anticipent nos miſericordie tue q: pauperes facti ſumus nimis.

Adiuua nos deus ſalutaris noſter ⁊ ꝓpter gloriam nominis tui dn̄e libera nos ⁊ propitius eſto peccatis noſtris propter nomen tuum.

C Ne forte dicant in gētibus vbi eſt deus eorū ⁊ innoteſcat in natiōib9 coram oculis noſtris.

Vltio ſanguinis ſeruorum tuorum qui effuſus eſt introeat in conſpectu tuo gemitus compeditorum.

Secundum magnitudinem brachij tui poſſide filios mortificatorum.

Et redde vicinis noſtris ſeptuplum in ſinu eorum improperium ipſorum quod exprobrauerunt tibi domine.

Nos autem populus tuus ⁊ oues paſcue tue: confitebimur tibi in ſeculum.
In generatione ⁊ generationem: annunciabimus laudem tuam.

In finem pro his qui cõmutabunt pſalmus pro Aſſyrijs teſtimonium Aſaph. lxxix.

A Ui regis iſrael inten de ꝙ deducis velut ouẽ ioſeph.
Qui ſedes ſuper cherubin: manifeſtare coram ephraim: beniamin ⁊ manaſſe.
Excita potentiam tuam ⁊ veni: vt ſaluos facias nos.
Deus conuerte nos: ⁊ oſtende faciem tuam et ſalui erimus.
Domine deus virtutum: quouſqꝫ iraſceris ſuper orationem ſerui tui.
Cibabis nos pane lachrymarum ⁊ potum dabis nobis in lachrymis in menſura.
Poſuiſti nos in contradictionẽ vicinis noſtris ⁊ inimici noſtri ſubſannauerunt nos.
B Deus virtutum conuerte nos: ⁊ oſtende faciez tuam ⁊ ſalui erimus.
Uineam de egypto tranſtuliſti: eieciſti gentes ⁊ plantaſti eam.
Dux itineris fuiſti in conſpectu eius: ⁊ plantaſti radices eius ⁊ impleuit terram.
Operuit montes vmbra eius et arbuſta eius cedros dei.
Extẽdit palmites ſuos vſqꝫ ad mare: ⁊ vſqꝫ ad flumen propagines eius.
Ut quid deſtruxiſti maceriã eius: ⁊ vindemiant eam oĩes qui pretergrediuntur viam.
Exterminauit eam aper de ſilua: ⁊ ſingularis ferus depaſtus eſt eam.
C Deus virtutum conuertere: reſpice de celo ⁊ vide: ⁊ viſita vineam iſtam.
Et perfice eam quam plantauit dextera tua: ⁊ ſuper filium hominis quem confirmaſti tibi.
Incenſa igni ⁊ ſuffoſſa: ab increpatione vultus tui peribunt.
Fiat manus tua ſuper virum dextere tue: ⁊ ſuper filium hominis quem confirmaſti tibi.
Et non diſcedimus a te: viuificabis nos: ⁊ nomen tuum inuocabimus.
Domine deus virtutum conuerte nos: ⁊ oſtende faciem tuam ⁊ ſalui erimus.

In finẽ pro torcularibus pſalmus ipſi Aſaph quinta ſabbati. lxxx.

A Xultate deo adiutori noſtro: iubilate deo iacob.
Sumite pſalmum ⁊ date tympanum pſalterium iocundum cum cythara.
Buccinate in neomenia tuba in inſigni die ſolennitatis vr̃e.
Quia preceptũ in iſrael: eſt ⁊ iudiciũ deo iacob B
Teſtimoniũ in ioſeph poſuit illud: cũ exiret de terra egypti: linguã quã non nouerat audit.
Diuertit ab oneribus dorſuz eius manus eius in cophino ſeruierunt.
In tribulatiõe inuocaſti me ⁊ liberaui te: exaudiui te in abſcõdito tẽpeſtatis: probaui te apud aquam contradictionis.
Audi populus meus ⁊ conteſtabor te: iſrael ſi Nũe.xx.
audieris me non erit in te deus recens: neqꝫ adorabis deum alienum. Exo.xx.
Ego enĩ ſum dñs deus tuus: qui eduxi te de terra egypti: dilata os tuum: ⁊ implebo illud. C
Et non exaudiuit populus meus vocem meaz: ⁊ iſrael non intendit mihi.
Et dimiſi eos ſm̃ deſideria cordis eorum: ibunt in adinuentionibus ſuis.
Si populus meus audiſſet me: iſrael in vijs meis ambulaſſet.
Pro nihilo forſitan inimicos eorũ humiliaſſem ⁊ ſuper tribulantes eos miſiſſem manum meam.
Inimici domini mentiti ſunt ei: ⁊ erit tempus eorum in ſecula.
Et cibauit illos ex adipe frumenti: ⁊ de petra melle ſaturauit eos.

Pſalmus Aſaph. lxxxi.

Eus ſtetit in ſynagoga deorum: in medio autez deos dijudicat. A
Uſqꝫquo iudicatis iniquitatem: ⁊ facies petõrũ ſumitis.
Iudicate egeno ⁊ pupillo humilem ⁊ pauperez iuſtificate.
Eripite pauperem: ⁊ egenuz de manu peccatoris liberate.
Neſcierunt neqꝫ intellexerunt: in tenebris am B
bulant: mouebunt omnia fundamenta terre. Iohã.x.
Ego dixi dij eſtis: ⁊ filij excelſi omnes. xvij.dil.c.
Uos autem ſicut homines moriemini: ⁊ ſicut vnus de principibus cadetis.
Surge deus iudica terram: quoniam tu hereditabis in omnibus gentibus.

Canticum pſalmi Aſaph. lxxxij.

Eus quis ſimilis erit A
tibi: ne taceas neqꝫ compeſcaris deus.
Quoniam ecce inimici tui ſonuerunt: ⁊ qui oderunt te extulerunt caput.
Super populum tuum malignauerunt conſilium: ⁊ cogitauerunt aduerſus ſanctos tuos.
Dixerunt venite ⁊ diſperdamus eos de gente ⁊ non memoremur nomen iſrael vltra.
Quoniam cogitauerunt vnanimiter: ſimul aduerſus te teſtamentum diſpoſuerunt: tabernacula idumeorum ⁊ hiſmaelite.

Moab ⁊ agareni:gebal et ammon ⁊ amalech:
alienigene cum habitãtibus tyrum.
Etenim aſſur venit cum illis:facti ſunt in adiu
torium filijs loth.
Judic.iiij.c ⁊.v.c. Fac illis ſicut madian ⁊ ſiſare : ſicut iabin in
torrente ſiſon.
Diſperierũt in endor:facti ſunt vt ſterc⁹ terre.
Pone principes eorum ſicut oreb : et zebee et
ſalmana.
Oẽs principes eoꝝ qui dixerũt hereditate poſ
ſideamus ſanctuarium dei.
C Deus meus pone illos vt rotam:⁊ ſicut ſtipu
lam ante faciem venti.
Sicut ignis qui comburit ſiluam: ⁊ ſicut flam
ma comburens montes.
Ita perſequeris illos in tempeſtate tua : ⁊ in
ira tua turbabis eos.
Imple facies eorum ignominia: ⁊ querent no
men tuum domine.
Erubeſcant ⁊ conturbentur in ſeculum ſeculi:
⁊ confundantur ⁊ pereant.
Et cognoſcant quia nomen tibi dominus:tu ſo
lus altiſſimus in omni terra.

¶ In finem pro torcularibus filijs
chore pſalmus. lxxxiij.

A Quam dilecta taberna
cula tua domine virtutum concu
piſcit ⁊ deficit anima mea ĩ atrio
domini.
Cor meum ⁊ caro mea: exulta
uerunt in deum viuum.
Etenim paſſer inuenit ſibi domũ:⁊ turtur ni
dum vbi reponat pullos ſuos.
Altaria tua domine virtutum:rex meus ⁊ deus
xxiiij.q.j.c. omnibus. meus.
B Beati qui habitant in domo tua domine:in ſe
cula ſeculorum laudabunt te.
Beatus vir cuius eſt auxilium abs te:aſcenſio
nes in corde ſuo diſpoſuit in valle lachrymarum
in loco quem poſuit.
Etenim benedictionem dabit legiſlator:ibunt
de virtute in virtutem : videbitur deus deorum
in ſion.
Domine deus virtutum exaudi orationẽ meã:
auribus percipe deus iacob.
C Protector noſter aſpice deus:⁊ reſpice in faciẽ
chriſti tui.
Quia melior eſt dies vna in atrijs tuis : ſuper
milia.
Elegi abiectus eſſe in domo dei mei: magis ꝙ
habitare in tabernaculis peccatorum.
Quia miſericordiam ⁊ veritatem diligit deus
gratiam ⁊ gloriam dabit dominus.
Non priuabit bonis eos qui ambulant in inno
centia : domine virtutum : beatus homo qui
ſperat in te.

¶ In finem filijs chore pſalmus. lxxxiiij.

Benedixiſti domĩe ter A
ram tuam:auertiſti captiuitatem
iacob.
Remiſiſti iniquitatẽ plebis tue:
operuiſti omnia peccata eorum.
Mitigaſti omnem iram tuã:auertiſti ab ira in
dignationis tue.
Conuerte nos deus ſalutaris noſter: ⁊ auerte
iram tuam a nobis.
Nunquid in eternum iraſceris nobis:aut extẽ
des iram tuam a generatione in generationem.
Deus tu cõuerſus viuificabis nos:⁊ plebs tua
letabitur in te. B
Oſtende nobis domine miſericordiam tuam : ⁊
ſalutare tuum da nobis.
Audiam quid loquatur in me dñs deus:qm̃ lo
quetur pacem in plebem ſuam.
Et ſuper ſanctos ſuos:⁊ in eos qui conuertun
tur ad cor.
Veruntamen prope timentes eum ſalutare ip
ſius:vt inhabitet gloria in terra noſtra.
Miſericordia ⁊ veritas obuiauerunt ſibi : iuſti
cia ⁊ pax oſculate ſunt.
Veritas de terra orta eſt:⁊ iuſticia de celo pro
ſpexit. xxxv.qõne
Etenim dominus dabit benignitatem: ⁊ terra x.c.j.
noſtra dabit fructum ſuum. De pe.diſ.
Iuſticia ante eum ambulabit:et ponit in via j.c.grã dei.
greſſus ſuos.

¶ Oratio Dauid. lxxxv.

Inclina domine au A
rem tuam et exaudi me : quo
niã inops ⁊ pauper ſum ego.
Cuſtodi animam meam: qm̃
ſanctus ſum:ſaluum fac ſeruũ
tuum deus meus ſperantem
in te.
Miſerere mei domine quoniã ad te clamaui to
ta die:letifica animam ſerui tui:qm̃ ad te domi
ne animam meam leuaui.
Quoniam tu dñe ſuauis ⁊ mitis ⁊ multe miſe Johel.ij.c
ricordie omnibus inuocantibus te.
Auribus percipe dñe orationẽ meam:⁊ intẽde
voci deprecationis mee.
In die tribulationis mee clamaui ad te: quia B
exaudiſti me.
Non eſt ſimilis tui in dijs domine:⁊ non eſt ſꝫ
opera tua.
Omnes gentes quaſcunqꝫ feciſti venient:⁊ ado
rabunt coram te dñe:⁊ glorificabũt nomẽ tuũ.
Quoniam magnus es tu ⁊ faciens mirabilia :
tu es deus ſolus.
Deduc me dñe in via tua ⁊ ingrediar in verita
te tua:letetur cor meum vt timeat nomen tuum.
Confitebor tibi dñe deus meus in toto corde ẽ.ix.a.j.ex.
meo:⁊ glorificabo nomen tuum in eternum. a.⁊.cxxxvij.
Quia miſericordia tua magna eſt ſuper me : et a.
eruiſti animam meam ex inferno inferiori.

Deus iniqui inſurrexerunt ſuper me:⁊ ſynago
ga potentium queſierunt animam meam: ⁊ non
propoſuerunt te in conſpectu ſuo.
i.cxliiij.b. Et tu domine deus miſerator ⁊ miſericors pa
ŝ.xxiiij.d. tiens ⁊ multe miſericordie ⁊ verax.
Reſpice in me ⁊ miſerere mei:da imperiũ tuum
puero tuo:⁊ ſaluum fac filium ancille tue.
Fac mecum ſignum in bonum vt videant qui
oderunt me ⁊ confundantur quoniam tu domi
ne adiuuiſti me ⁊ conſolatus es me.

¶ Pſalmus cantici filijs chore. lxxxvj.

A Fundamenta eius in
De elec.c. montibus ſanctis : diligit dñs
fundamen portas ſion ſuper omnia taber
ta.lib.vj. nacula iacob.
Glorioſa dicta ſunt de te ciui
tas dei.
Memor ero raab ⁊ babylõis:
ſcientium me.
Ecce alienigene ⁊ tyrus ⁊ populus ethiopum:
hi fuerunt illic.
Nũquid ſion dicet homo:⁊ homo natus eſt in
ea:⁊ ipſe fundauit eam altiſſimus.
Dominus narrabit in ſcripturis populorum: ⁊
principum:horum qui fuerunt in ea.
Sicut letantium oĩm habitatio eſt in te.

¶ Canticum pſalmi filijs chore in finem
pro mahalath ad reſpondendũ intellectus
heman ezraite. lxxxvij.

A Domine deus ſalutis
mee: in die clamaui ⁊ nocte co
ram te.
Intret in conſpectu tuo oratio
mea:inclina aurem tuam ad pre
cem meam.
Quia repleta eſt malis anima:⁊vita mea in in
ferno appropinquauit.
Eſtimatus ſũ cũ deſcẽdentibus in lacũ: factus
ſum ſicut hõ ſine adiutorio inter mortuos liber.
Sicut vulnerati dormientes in ſepulchris quo
rum non es memor amplius : et ipſi de manu
tua repulſi ſunt.
B Poſuerunt me in lacu inferiori:in tenebroſis et
in vmbra mortis.
Super me confirmatus eſt furor tuus: ⁊ omnes
fluctus tuos induxiſti ſuper me.
Longe feciſti notos meos a me:poſuerunt me
abominationem ſibi.
Traditus ſum ⁊non egrediebar:oculi mei lan
guerunt pre inopia.
Clamaui ad te domine:tota die expandi ad te
manus meas.
Nunquid mortuis facies mirabilia aut medi
De pe.diſ. ci ſuſcitabunt ⁊ confitebuntur tibi.
j.c.porro. Nunqd narrabit aliqs in ſepulchro miaꝫ tuã:⁊
C veritatem tuam in perditione.

Nunquid cognoſcentur in tenebris mirabilia
tua:⁊ iuſticia tua in terra obliuionis.
Et ego ad te domine clamaui : ⁊ mane oratio
mea preueniet te.
Ut quid domine repellis orationem meã auer
tis faciem tuam a me.
Pauper ſũ ego:⁊ in laborib⁹ a iuuentute mea:
exaltatus aũt humiliatus ſum ⁊ conturbatus. D
In me tranſierunt ire tue: ⁊ terrores tui cõtur
bauerunt me.
Circumdederunt me ſicut aqua tota die:circum
dederunt me ſimul.
Elongaſti a me amicum ⁊ proximum ⁊ notos
meos a miſeria.

¶ Intellectus ethan ezraite. lxxxviij.

Miſericordias domi A
ni in eternum cantabo:in gñã
tione ⁊ gñationem: annuncia
bo veritateꝫ tuam in ore meo.
Quõ̃ dixiſti in eternũ mĩa edi
ficabitur in celis:preparabitur
veritas tua in eis.
Diſpoſui teſtm̃ electis meis:iuraui dauid ſeruo
meo vſqꝫ in eternũ preparabo ſemen tuum.
Et edificabo in generatione ⁊ generationem ſe
dem tuaꝫ:confitebuntur celi mirabilia tua dñe:
etenim veritatem tuam in eccleſia ſanctorum. B
Quoniam quis in nubibus equabitur dño:ſi
milis erit deo in filijs dei.
Deus qui gl̃ificatur in cõſilio ſanctoꝝ magnus
⁊ terribilis ſup oẽs qui in circuitu eius ſunt.
Domine deus virtutũ quis ſimilis tibi:potens
es domine ⁊ veritas tua in circuitu tuo.
Tu dominaris poteſtati maris:motum autem
fluctuum eius tu mitigas.
Tu humiliaſti ſicut vulneratũ ſuperbũ: in bra
chio virtutis tue diſperſiſti inimicos tuos.
Tui ſunt celi ⁊ tua eſt terra orbẽ terre ⁊ plenitu
dinẽ eius tu fundaſti:aqlonẽ ⁊ mare tu creaſti.
Thabor ⁊ hermõ in noĩe tuo exultabunt:tuum C
brachium cum potentia.
Firmetur manus tua ⁊ exaltetur dextera tua iu
ſticia ⁊ iudicium preparatio ſedis tue.
Miſericordia ⁊ veritas precedent faciem tuam
beatus populus qui ſcit iubilationem.
Dñe in lumine vult⁹ tui ambulabunt:⁊ in noĩe
tuo exultabũt tota die:⁊ ĩ iuſticia tua exaltabũt.
Quoniam gloria virtutis eorum tu es:⁊ in be
neplacito tuo exultabitur cornu noſtrum.
Quia dñi eſt aſſũptio nr̃a ⁊ ſancti iſrl̃ regis nr̃i.
Tũc locut⁹ es ĩ viſiõe ſanctis tuis:⁊dixiſti poſui D
adiutoriũ ĩ potẽte ⁊ exaltaui electũ d̃ plebe mea.
Inueni dd̃ ſeruũ meũ:oleo ſancto meo vnxi eũ.
Manus eniꝫ mea auxiliabitur ei: ⁊ brachiũ meũ
confirmabit eum.
Nihil proficiet inimicus in eo:⁊ filius iniquita
tis non apponet nocere ei.
Et concidaꝫ a facie ipſius inimicos eius ⁊ odiẽ

tes eum in fugam conuertam.

Et veritas mea ⁊ miſericordia mea cum ipſo: et in nomine meo exaltabitur cornu eius.

Et ponam in mari manum eius: ⁊ in fluminibus dexteram eius.

C Ipſe inuocabit me pater meus es tu: deus meꝰ ⁊ ſuſceptor ſalutis mee.

Et ego primogenitum ponam illum excelſum pre regibus terre.

In eternum ſeruabo illi miſericordiam meam ⁊ teſtamentum meum fidele ipſi.

Et ponam in ſeculum ſeculi ſemen eius: ⁊ thronum eius ſicut dies celi.

de pe.di.iiij c.hãc ſocietatẽ.ſ.ꝙ ãt Si autem dereliquerint filij eius legem meam ⁊ in iudicijs meis non ambulauerint.

Si iuſticias meas prophanauerint ⁊ mandata mea non cuſtodierint.

Viſitabo in virga iniquitates eorum: ⁊ in verberibus peccata eorum.

Miſericordiam autem meam non diſpergam ab eo: neqꝫ nocebo in veritate mea.

Neqꝫ prophanabo teſtamentum meum: ⁊ que procedunt de labijs meis non faciam irrita.

Semel iuraui in ſancto meo ſi dauid mentiar: ſemen eius in eternum manebit.

D Et thronꝰ eiꝰ ſicut ſol in cõſpectu meo: ⁊ ſicut luna perfecta in eternū: ⁊ teſtis in celo fidelis.

Tu vero repuliſti ⁊ deſpexiſti: diſtuliſti xpm tuū.

Auertiſti teſtamentum ſerui tui: prophanaſti in terra ſanctuarium eius.

Deſtruxiſti omnes ſepes eius: poſuiſti firmamẽtum eius formidinem.

Diripuerunt eum omnes tranſeuntes viam: factus eſt opprobrium vicinis ſuis.

Exaltaſti dexteram deprimentium eum: letificaſti oẽs inimicos eius. Auertiſti adiutoriū gladij eius: ⁊ non es auxiliatus ei in bello.

Deſtruxiſti eum ab emundatione: ⁊ ſedẽ eius in terra colliſiſti.

B Minoraſti dies temporis eius: perfudiſti eū in confuſione.

Uſqꝫquo domine auertis in finem: exardeſcet ſicut ignis ira tua.

Memorare que mea ſubſtantia: nunquid enim vane conſtituiſti omnes filios hominum.

Quis eſt homo qui viuet ⁊ non videbit mortẽ: eruet animam ſuam de manu inferi.

Ubi ſunt miſericordie tue antique dñe: ſicut iuraſti dauid in veritate tua.

Memor eſto domine opprobrij ſeruorū tuorum quod continui in ſinu meo multarum gentium.

Quod exprobrauerunt inimici tui dñe: quod exprobrauerunt commutationem chriſti tui.

Benedictus dominus in eternū: fiat fiat.

¶ Orõ Moyſi hominis dei. lxxxix.

A Domine refugiū factꝰ es nobis: a gñatione in gñatões.

Priuſqꝫ montes fierent aut formaretur terra ⁊ orbis: a ſeculo: ⁊ vſqꝫ in ſeculum tu es deus.

Ne auertas hoĩes in humilitatẽ: ⁊ dixiſti conuertimini filij hominum.

Quoniam mille anni ante oculos tuos: tanqꝫ dies heſterna que preterijt. B

Et cuſtodia in nocte: que pro nihilo habentur eorum anni erunt.

Mane ſicut herba tranſeat mane floreat ⁊ tranſeat: veſpere decidat induret ⁊ areſcat.

Quia defecimꝰ in ira tua: ⁊ in furore tuo turbati ſumꝰ.

Poſuiſti iniquitates noſtras in conſpectu tuo: ſeculum noſtrū in illuminatione vultus tui. C Geñ.vi.a.

Quoniam omnes dies noſtri defecerunt: ⁊ in ira tua defecimus. Eccleſtic. xviij.a.

Anni noſtri ſicut aranea meditabuntur: dies annorum noſtrorum in ipſis ſeptuaginta anni.

Si autẽ in potentatibus octoginta anni: ⁊ amplius eorum labor ⁊ dolor.

Quoniã ſuperuenit manſuetudo: ⁊ corripiemur.

Quis nouit poteſtatẽ ire tue: ⁊ pre timore tuo iram tuam dinumerare.

Dexteram tuam ſic notam fac: ⁊ eruditos corde in ſapientia.

Conuertere dñe vſqꝫquo: ⁊ deprecabilis eſto ſuper ſeruos tuos. D

Repleti ſumus mane miſericordia tua: exultauimus ⁊ delectati ſumus in omnibus diebus nr̃is.

Letati ſumus pro diebus quibus nos humiliaſti: annis quibus vidimus mala.

Reſpice in ſeruos tuos: ⁊ in opera tua: ⁊ dirige filios eorum.

Et ſit ſplendor domini dei noſtri ſuper nos: et opera manuum noſtrarum dirige ſuper nos: et opus manuum noſtrarum dirige.

¶ Laus cantici ipſi dauid. xc.

Qui habitat in adiutorio altiſſimi: in protectione dei celi commorabitur. A

Dicet domino ſuſceptor meus es tu: ⁊ refugiū meū deus meus ſperabo in eum.

Quoniam ipſe liberabit me de laqueo venantium: ⁊ a verbo aſpero.

Scapulis ſuis obumbrabit tibi: ⁊ ſub pennis eius ſperabis.

Scuto circundabit te veritas eius: non timebis a timore nocturno. B

A ſagitta volãte in die a negocio perambulãte in tenebris: ab incurſu ⁊ demonio meridiano.

Cadent a latere tuo mille: ⁊ decem milia a dextris tuis: ad te autem non appropinquabit.

Ueruntamen oculis tuis conſiderabis: ⁊ retributionem peccatorum videbis.

Quoniam tu es domine ſpes mea: altiſſimum poſuiſti refugium tuum.

Non accedet ad te malum: ⁊ flagellum nõ appropinquabit tabernaculo tuo. C matt. iiij.a

Quoniam angelis ſuis mãdauit de te: vt cuſtodiant te in omnibus vijs tuis. Luce.iiij.b

In manibus portabūt te:ne forte offendas ad lapidem pedem tuum.

Super aſpidem ⁊ baſiliſcum ambulabis ⁊ conculcabis leonem ⁊ draconem.

Quoniam in me ſperauit liberabo eum:protegam eum:quoniam cognouit nomen meum.

Clamauit ad me:⁊ ego exaudiam eum:cum ipſo ſum in tribulatione eripiam eum ⁊ glorificabo eum.

Longitudine dierū replebo eum:⁊ oſtendam illi ſalutare meum.

¶ Pſalmus cantici in die ſabbati. xcj.

A Bonum eſt confiteri dn̄o:et pſallere nomini tuo.

Ad annunciandū mane miaʒ tuaʒ:⁊ veritatē tuā per noctē.

In decachordo pſalterio cum cantico in cithara.

Quia delectaſti me dn̄e in factura tua:⁊ in operibus manuū tuarū exultabo.

j.cit̄.c. Quam magnificata ſunt opera tua dn̄e nimis profunde facte ſunt cogitationes tue.

B Vir inſipiens non cognoſcet:⁊ ſtultus non intelliget hec.

Cum exorti fuerint peccatores ſicut fenum: et apparuerint omnes qui operantur iniquitatem.

Ut intereant in ſeculum ſeculi:tu autem altiſſimus in eternum domine.

Quoniam ecce inimici tui domine:quoniam ecce inimici tui peribunt:⁊ diſpergētur omnes qui operanter iniquitatem.

Et exaltabitur ſicut vnicornis cornu meum :et ſenectus mea in miſericordia vberi.

C Et deſpexit ocul⁹ meus inimicos meos:⁊ ab inſurgētib⁹ in me malignantib⁹ audiet auris mea.

Iuſtus vt palma florebit: ſicut cedrus libani multiplicabitur.

Plantati in domo domini:in atrijs domus dei noſtri florebunt.

Adhuc multiplicabuntur in ſenecta vberi:⁊ bene pacientes erunt vt annunciet⁹.

Quoniam rectus dominus deus noſter:⁊ non eſt iniquitas in eo.

¶ Laus cantici dauid in die ante ſabbatum quando fundata eſt terra. xcij.

A Dominus regnauit decorem indutus eſt:indutus eſt dn̄s fortitudinē ⁊ precinxit ſe.

Etenim firmauit orbē terre: qui non commouebitur.

Parata ſedes tua extunc a ſeculo tu es.

De immu. eccleſi. c. ij. libro.vj. Eleuauerunt flumina domine:eleuauerunt flumina vocem ſuam.

Eleuauerunt flumina fluctus ſuos : a vocibus aquarum multarum.

Mirabiles elationes maris mirabilis in altis dominus.

Teſtimonia tua credibilia facta ſunt nimis:domum tuam decet ſanctitudo domine in longitudine dierum.

¶ Pſalmus dauid quarta ſabbati. xciij.

A Deus vltionum dn̄s deus vltionum libere egit.

Exaltare q̄ iudicas terrā:redde retributionem ſuperbis.

Uſquequo peccatores domine: vſquequo peccatores gloriabuntur.

Effabuntur ⁊ loquentur iniquitatem loquentur omnes qui operantur iniuſticiam.

Populum tuum dn̄e humiliauerunt:⁊ hereditatem tuam vexauerunt.

Viduam ⁊ aduenam interfecerunt:⁊ pupillos occiderunt. B

Et dixerunt non videbit dominus: nec intelliget deus iacob.

Intelligite inſipientes in populo:⁊ ſtulti aliquando ſapite.

Qui plātauit aurem non audiet:aut qui finxit oculum non conſiderat. Cor.iij.

Qui corripit gentes non arguet:aut qui docet hominem ſcientiam.

Dominus ſcit cogitationes hominum:quoniā vane ſunt.

Beatus homo quem tu erudieris dn̄e:⁊ de lege tua docueris eum.

Ut mitiges ei a diebus malis : donec fodiatur peccatori fouea. C

Quia non repellet dn̄s plebem ſuam:⁊ hereditatem ſuam nō derelinquet.

Quoadusq; iuſticia cōuertatur in iudicium:et qui iuxta illam omnes qui recto ſunt corde.

Quis cōſurget mihi aduerſus malignātes:aut quis ſtabit mecū aduerſus operantes iniquitatem.

Niſi q: dominus audiuit me: paulominus habitaſſet in inferno anima mea.

Si dicebā motus eſt pes me⁹: miſericordia tua domine adiuuabat me. D

Secundum multitudinē dolorūʒ meoꝝ in corde meo:cōſolationes tue letificauerunt aiaʒ meaʒ.

Nunquid adheret tibi ſedes iniquitatis: qui fingis dolorem in precepto.

Captabunt in animam iuſti ⁊ ſanguinē innocētem condemnabunt.

Et factus eſt mihi dominus in refugiuʒ:⁊ deus meus in adiutorium ſpei mee.

Et reddet illis iniq̄tatē ipſoꝝ:⁊ in malicia eoꝝ diſperdet eos diſperdet illos dn̄s deus noſter.

¶ Laus cantici ipſi dauid. xciiij.

Venite exultem⁹ domino: iubilemus deo ſalutari noſtro. A

Preoccupemus faciē eius in confeſſione:⁊ in pſalmis iubilemus ei.

Quoniā deus magnus dominus ⁊ rex magnus ſuper omnes deos: quoniā

non repellet dominus plebem ſuam.
Quia in manu eius ſunt omnes fines terre: et altitudines montium ipſius ſunt.
Quoniam ipſius eſt mare et ipſe fecit illud et ſiccā manus eius formauerunt.
Uenite adoremus et procidamus et ploremus ante
Hebr.iij.b. dn̄m qui fecit nos: quia ipſe eſt dn̄s deus noſter.
et.iiij.b. Et nos populus paſcue eius: et oues manus eius.
Hodie ſi vocem eius audieritis: nolite obdurare corda veſtra.
Sicut in irritatiōe ſcḋm diē tētatiōis in deſerto:
Ubi tentauerūt me patres veſtri probauerūt et viderunt opera mea.
Quadraginta annis offenſus fui generationi illi: et dixi ſemper hi errant corde.
Et iſti non cognouerunt vias meas vt iuraui in ira mea ſi introibunt in requiem meam.

Pſalmus dauid quando domus edificabatur poſt captiuitatem. xcv.

a
i.Paral.xvj.c. Cantate dn̄o canticū nouum: cantate dn̄o oīs terra.
Cantate dn̄o et benedicite nomini eius: annūciate de die in diem ſalutare eius.
s.xlvij.a.
Ec.xliij.d.
xxvj.q.ij.c
quiſine. Annunciate inter gētes gloriam eius in omnibus populis mirabilia eius.
B
s.xxviij.a. Quoniā magnus dominus et laudabilis nimis et terribilis eſt ſuper omnes deos.
Quoniam omnes dij gentium demonia: dn̄s autem celos fecit.
Confeſſio et pulchritudo in cōſpectu eius: ſanctimonia et magnificentia in ſanctificatione eius.
Afferte dn̄o patrie gentiū: afferte dn̄o gloriā et honorē: afferte dn̄o gloriam nomini eius.
C Tollite hoſtias et introite in atria eius: adorate dominum in atrio ſancto eius.
Commoueatur a facie eius vniuerſa terra: dicite in gentibus quia dominus regnauit.
Etenim correxit orbem terre qui non cōmouebitur: iudicabit populos in equitate.
Letētur celi exultet terra cōmoueatur mare et plenitudo eius: gaudebūt cāpi et oīa q̄ in eis ſunt.
Tunc exultabūt oīa ligna ſiluarum a facie dn̄i quia venit: quoniam venit iudicare terram.
i.xcvij.b. Iudicabit orbem terre in equitate: et populos in veritate ſua.

Pſalmus ipſi dauid quādo terra eius reſtituta eſt ei. xcvj.

a Dominus regnauit exultet terra letētur iſule multe.
Nubes et caligo in circuitu eius: iuſticia et iudicium correctio ſedis eius.
Ignis ante ipſum precedet: et inflāmabit in circuitu inimicos eius.
Illuxerunt fulgura eius orbi terre: vidit et cōmota eſt terra.
Montes ſicut cera fluxerūt a facie domini: a facie domini omnis terra.
Annūciauerūt celi iuſticiam eius: et viderunt omnes populi gloriam eius.
Cōfundātur oēs qui adorant ſculptilia et qui gloriantur in ſimulachris ſuis. Hebr.i.b.
B
Adorate eū oēs āgeli eius: audiuit et letata ē ſiō.
Et exultauerūt filie iude ppter iudicia tua dn̄e.
Quoniam tu dn̄s altiſſimus ſuper omnem terram: nimis exaltatus es ſuper omnes deos.
Qui diligitis dn̄m: odite malū cuſtodit dn̄s aīmas ſcōꝝ ſuoꝝ de manu pctōris liberabit eos. Amos.v.d.
Lux orta eſt iuſto: et rectis corde leticia.
Letamini iuſti in domino et cōfitemini memorie ſanctificationis eius.

Pſalmus dauid. xcvij.

Cantate dn̄o canticū nouum quia mirabilia fecit. a
Saluauit ſibi dextera eius: et brachium ſanctum eius.
Notū fecit dn̄s ſalutare ſuū in conſpectu gentiū reuelauit iuſticiam ſuam.
Recordatus eſt miſericordie ſue et veritatis domui iſrael. Eſa.lij.c.
B
Uiderūt oēs termini terre ſalutare dei noſtri.
Iubilate domino omnis terra: cantate et exultate et pſallite.
Pſallite dn̄o in cithara: in cithara et voce pſalmi: in tubis ductilibus et voce tube cornee.
Iubilate in cōſpectu regis domini: moueatur mare et plenitudo eius: orbis terrarū et qui habitant in eo. s.xcv.a.
Flumina plaudent manu ſimul montes exultabunt a conſpectu domini: quoniam venit iudicare terram.
Iudicabit orbem terrarum in iuſticia: et populos in equitate.

Pſalmus dauid. xcviij.

Dominus regnauit iraſcantur populi: qui ſedes ſuper cherubin moueatur terra. a
Dominus in ſion magnus: et excelſus ſuper omnes ppl'os.
Confiteātur nomini tuo magno: quoniam terribile: et ſanctum eſt: et honor regis iudicium diligit.
Tu paraſti directiones iudicium et iuſticiam in iacob tu feciſti.
Exaltate dominum deum noſtrum: et adorate ſcabellū pedum eius: quoniam ſanctum eſt. B
Moyſes et aaron in ſacerdotibus eius: et ſamuel inter eos qui inuocant nomen eius. xxij.di.c.ij. in fi.

Inuocabant dominum ⁊ ipſe exaudiebat eos: in columna nubis loquebatur ad eos.

Cuſtodiebant teſtimonia eius: et preceptum q̄d dedit illis.

Dñe de⁹ noſter tu exaudiebas eos: de⁹ tu⁹ ppi cius fuiſti eis: ⁊ vlciſcēs in oēs adinuētiōes eoꝝ.

Exaltate dñm deū noſtrum: adorate in monte ſancto eius: quoniam ſanctus dñs deus noſter.

¶ Pſalmus in confeſſione. xcix.

A
s.lxv.a.

Iubilate deo omnis terra: ſeruite dño in leticia.

Introite in cōſpectu eius: in exultatione.

Scitote qm̄ dñs ipe eſt deus ipſe fecit nos ⁊ non ipſi nos.

Popl's eius ⁊ oues paſcue ei⁹ introite portas eius in confeſſione: atria eius in hymnis confitemini illi.

de pe.di.j.c voluiſſent in fine.

Laudate nomen eius quoniam ſuauis eſt dñs in eternū miſericordia eius: et vſqꝫ in generatione et generationem veritas eius.

¶ Pſalmus ipſi dauid. c.

A

Miſericordiam et iudiciū cantabo tibi dñe: pſallam ⁊ intelligā i via imaculata: quando venies ad me.

Perambulabā in innocētia cordis mei i medio dom⁹ mee.

Non pponebā ante oculos meos rem iniuſtā: facientes puaricatiōes odiui.

xxiij.q.iiij. c.nimius.⁊ a.q peccat.
B

Non adheſit mihi cor prauū: declinantē a me malignum non cognoſcebam.

Detrahētē ſecreto proximo ſuo: hūc pſeqbar.

Superbo oculo ⁊ inſatiabili corde: cū h nō edebā.

Oculi mei ad fideles terre vt ſedeāt mecū ambulans in via immaculata hic mihi miniſtrabat.

Non habitabit in medio domus mee qui facit ſuperbiam: qui loquitur iniqua nō direxit in cōſpectū oculorum meorum.

In matutino interficiebam omnes peccatores terre: vt diſperderem de ciuitate domini omnes operantes iniquitatem.

¶ Oratio pauperis cum anxiaretur: et corā domino effudit precem ſuam. cj.

A

Domine exaudi orationem meam: et clamor meus ad te veniat.

Non auertas facieꝫ tuaꝫ a me: in quacunqꝫ die tribulor inclina ad me aurem tuam.

l.xxxvij.b. vij.q.j.c.ad uerſitas.§. eum vero.

In quacūqꝫ die inuocauero te: velocit exaudi me.

Quia defecerunt ſicut fumus dies mei: et oſſ' a mea ſicut cremium aruerunt.

Percuſſus ſum vt fenum ⁊ aruit cor meum qr oblitus ſum comedere panem meum.

A voce gemit⁹ mei: adheſit os meū carni mee.

Similis factus ſum pellicano ſolitudinis fact⁹ ſum ſicut nicticorax in domicilio.

Vigilaui ⁊ fact⁹ ſuꝫ ſicut paſſer ſolitari⁹ i tecto. B

Tota die exprobrabant mihi inimici mei et qui laudabant me aduerſum me iurabant.

Quia cinerem tanq̄ panē manducabam ⁊ potuꝫ meum cum fletu miſcebam. l.diſ.c.ſi qs diaconus.

A facie ire indignationis tue: quia eleuans alliſiſti me.

Dies mei ſicut vmbra declinauerunt: et ego ſicut fenum arui.

Tu autem domine in eternum permanes: et memoriale tuum in generatione ⁊ generationē.

Tu exurgens dñe miſereberis ſion quia tēpus miſerendi eius quia venit tempus. C

Quoniam placuerunt ſeruis tuis lapides eius et terre eius miſerebuntur.

Et timebunt gentes nomen tuum domine et omnes reges terre gloriam tuam.

Quia edificauit dominus ſion: et videbitur in gloria ſua.

Reſpexit in orationem humilium et nō ſpreuit precem eorum.

Scribantur hec in gñatione altera ⁊ populus qui creabitur laudabit dominum.

Quia pſpexit de excelſo ſancto ſuo dominus de celo in terram aſpexit.

Ut audiret gemitus compeditorum: vt ſolueret filios interemptorum.

Ut annuncient in ſion nomen domini: ⁊ laudē eius in hieruſalem.

In conueniendo populos in vnum: et reges vt ſeruiant domino. D

Reſpondit ei in via virtutis ſue: paucitatē dierum meorum nuncia mihi.

Ne reuoces me in dimidio dieꝝ meoꝝ in gñatione ⁊ generationem anni tui. Hebr.c.j.b.

Initio tu domine terram fundaſti: ⁊ opera manuum tuarum ſunt celi. Ibi.

Ipſi peribunt tu autem permanes: et omnes ſicut veſtimentum veteraſcent. Ibi.

Et ſicut opertorium mutabis eos ⁊ mutabuntur: tu auteꝫ idem ipſe es ⁊ anni tui nō deficiēt.

Filij ſeruorum tuorum habitabūt: ⁊ ſemē eoꝝ in ſeculum dirigetur.

¶ Pſalmus ipſi dauid. cij

Benedic anima mea domino: ⁊ omnia que intra me ſunt nomini ſancto eius. A De pe.di. ij.c. iterat.

Benedic anima mea domino: et noli obliuiſci omnes retributiones eius.

Qui propitiatur omnib⁹ iniquitatib⁹ tuis qui ſanat oēs infirmitates tuas.

Qui redimit de interitu vitam tuam: qui coro-

nat te in miſericoꝛdia ⁊ miſerationibus.
Qui replet in bonis deſiderium tuum renoua-
B bitur vt aquile iuuentus tua.
Faciens miſericoꝛdias dominus: et iudicium
omnibus iniuriam patientibus.
Notas fecit vias ſuas moyſi: filijs iſrael volun
tates ſuas.
Miſeratoꝛ ⁊ miſericoꝛs dominus: longanimis ⁊
multum miſericoꝛs.
Non in perpetuum iraſcetur: neqꝫ in eternum
comminabitur.
Non ſm peccata noſtra fecit nobis: neqꝫ ſm
iniquitates noſtras retribuit nobis.
Quoniam ſm altitudinem celi a terra: coꝛrobo
C rauit miſericoꝛdiam ſuam ſuper timentes ſe.
Quantum diſtat oꝛtus ab occidente: longe fe-
cit a nobis iniquitates noſtras.
Quomodo miſeretur pater filioꝛum miſertus
eſt dominus timentibus ſe: quoniam ipſe cogno
uit figmentum noſtrum.
Recoꝛdatus eſt quoniam puluis ſumus: homo
ſicut fenum dies eius tanqꝫ flos agri ſic efflo-
rebit.
Quoniam ſpiritus pertranſibit in illo ⁊ non
ſubſiſtet: et non cognoſcet amplius locum ſuum.
Miſericoꝛdia autem domini ab eterno ⁊ vſqꝫ in
eternum: ſuper timentes eum.
Et iuſticiam illius in filios filioꝛum: his qui ſer
uant teſtamentum eius.
D Et memoꝛes ſunt mandatoꝛum ipſius: ad fa-
ciendum ea.
Dominus in celo parauit ſedem ſuam: ⁊ regnū
ipſius omnibus dominabitur.
Benedicite domino omnes angeli eius poten
tes virtute: facientes vbū illius ad audiendam
voceꝫ ſermonum eius.
Benedicite domino omnes virtutes eius: mini
ſtri eius qui facitis voluntatem eius.
Benedicite domino omnia opera eius: in om
ni loco dominationis eius benedic anima mea
domino.

¶ Pſalmus Dauid. ciij.

A Benedic anima mea
domino: domine deus meus
magnificatus es vehementer.
Confeſſionem ⁊ decoꝛem in-
duiſti: amictus lumine ſicut ve
ſtimento.
Extendens celum ſicut pel-
lem: qui regis aquis ſuperioꝛa eius.
Qui ponis nubem aſcenſum tuum: qui ambu-
las ſuper pennas ventoꝛum.
Hebꝛe. j.c. Qui facis angelos tuos ſpiritus: ⁊ miniſtros
tuos ignem vrentem.
Qui fundaſti terram ſuper ſtabilitatem ſuam:
nō inclinabitur in ſeculum ſeculi.

Abyſſus ſicut veſtimentuꝫ amictus eius ſuper
montes ſtabunt aque.
Ab increpatione tua fugient: a voce tonitrui
tui foꝛmidabunt.
Aſcendunt montes ⁊ deſcendunt campi: in lo- B
cum quem fundaſti eis.
Terminum poſuiſti quem non trāſgredientur:
neqꝫ conuertentur operire terram.
Qui emittis fontes in conuallibus: inter me-
dium montium pertranſibunt aque.
Potabunt omnes beſtie agri: expectabunt ona
gri in ſiti ſua.
Super ea volucres celi habitabūt: de medio pe-
trarum dabunt voces.
Rigans montes de ſuperioꝛibus ſuis: de fructu
operum tuoꝛum ſatiabitur terra. J.cxlvj.b.
Pꝛoducens fenum iumentis: ⁊ herbam ſeruitu xij.q.j.c.ec
ti hominum. cleſias. ſ.
Ut educas panem de terra: ⁊ vinum letificet ita.
coꝛ hominis. De ſacra.
Ut exhilaret faciem in oleo: ⁊ panis coꝛ homi- vnctio.c.
nis confirmet. vnico.
Saturabuntur ligna campi: ⁊ cedri libani quas C
plantauit: illic paſſeres nidificabunt.
Herodij domus dux eſt eoꝛum montes excelſi
ceruis petra refugium hermacijs.
Fecit lunam in tempoꝛa: ſol cognoſcit occaſum
ſuum.
Poſuiſti tenebras ⁊ facta eſt nox: in ipſa pertrāſi-
bunt omnes beſtie ſilue.
Catuli leonum rugientes vt rapiant: ⁊ querāt a
deo eſcam ſibi.
Oꝛtus eſt ſol ⁊ congregati ſunt: ⁊ in cubilibus
ſuis collocabuntur.
Exibit homo ad opus ſuum: ⁊ ad operationeꝫ
ſuam vſqꝫ ad veſperam. ſ.pcj.a.
Quam magnificata ſunt opera tua domine:
omnia in ſapientia feciſti: impleta eſt terra poſ-
ſeſſione tua.
Hoc mare magnum et ſpacioſum manibus: il-
lic reptilia quoꝛum non eſt numerus.
Animalia puſilla cum magnis: illic naues per- D
tranſibunt.
Draco iſte quem foꝛmaſti ad illudendum ei
omnia a te expectant vt des illis eſcam in tem-
poꝛe.
Dante te illis colligent: aperiente te manum
tuam omnia implebuntur bonitate.
Auertente aūt te faciem turbabuntur: auferes
ſpiritum eoꝛum et deficient: et in puluerem ſuuꝫ
reuertentur.
Emitte ſpiritum tuum et creabuntur: ⁊ renoua
bis faciem terre.
Sit gloꝛia domini in ſeculū: letabitur dominus
in operibus ſuis.
Qui reſpicit terram ⁊ facit eam tremere: qui
tangit montes ⁊ fumigant.
Cantabo domino in vita mea: pſallam deo J.cxlv.a.
meo qꝫdiu ſum.

Iocundum ſit ei eloquium meum:ego vo dele-
ctabor in domino.
Deficient peccatores a terra ⁊ iniqui ita vt nõ
ſint:benedic anima mea domino.

Alleluia. ciiij.

Confitemini domino
⁊ inuocate nomen eius:annun
A ciate inter gentes opera eius.
j. Paralip. Cantate ei ⁊ pſallite ei: narra
xvj. b. te omnia mirabilia eius lauda-
Eſa. xxij. b. mini in nomine ſancto eius.
Letetur cor querentium dñm
querite dominũ ⁊ confirmamini: querite faciem
eius ſemper.
Mementote mirabilium eius que fecit: prodi-
gia eius ⁊ iudicia oris eius.
Semen abraam ſerui eius:filij iacob electi eius.
Ipſe dominus deus noſter:in vniuerſa terra iu
dicia eius.
Memor fuit in ſeculum teſtamenti ſui: verbi qđ
mandauit in mille generationes.
Quod diſpoſuit ad abraã ⁊ iuramẽti ſui ad iſaac.
Et ſtatuit illud iacob in preceptum: ⁊ iſrael in
teſtamentum eternum.
Dicens tibi dabo terram chanaam:funiculum
hereditatis veſtre.
B Cum eſſent numero breui:pauciſſimi ⁊ incole ei9.
Et pertranſierunt de gẽte in gentẽ ⁊ de regno
ad populum alterum.
j. Paralip. Non reliquit hominem nocere eis:⁊ corripuit
xix. c. pro eis reges.
Nolite tangere chriſtos meos: ⁊ in prophetis
meis nolite malignari.
Et vocauit famem ſuper terram:⁊ omne firma-
mentum panis contriuit.
Miſit ante eos virum:in ſeruum venũdatus eſt
ioſeph humiliauerũt in compedibus pedes eius:
ferrum pertranſijt animam eius: donec veniret
verbum eius.
Eloquiũ dñi inflãmauit eũ:miſit rex ⁊ ſoluit eũ:
princeps populorum ⁊ dimiſit eum.
Conſtituit eum dñm domus ſue:⁊ principem
omnis poſſeſſionis ſue.
Vt erudiret principes eius ſicut ſemetipſum ⁊
ſenes eius prudentiam doceret.
C Et intrauit iſrael in egyptum: ⁊ iacob accola
fuit in terra cham.
Et auxit populum ſuum vehementer:⁊ firmauit
eum ſuper inimicos eius.
Conuertit cor eorum vt odirent populum eius:
⁊ dolum facerent in ſeruos eius.
Miſit moyſen ſeruum ſuum: aaron quem ele-
git ipſum.
Poſuit in eis verba ſignorum ſuorum:⁊ prodi-
giorum in terra cham.
Miſit tenebras ⁊ obſcurauit ⁊ non exacerbauit
Exo. x. e. ſermones ſuos.
ſ. lxxvij. e. Conuertit aquas eorum in ſanguinem: ⁊ occi-
Exo. vij. d. dit piſces eorum.

Edidit terra eorum ranas: in penetralibus re
gum ipſorum.
Dixit ⁊ venit cynomia ⁊ cyniſes in omnibus fi
nibus eorum.
Poſuit pluuias eorum grandinem: ignem com Ibi. ix. c.
burentem in terra ipſorum.
Et percuſſit vineas eorum ⁊ ficulneas eorum:⁊
contriuit lignum finium eorum. Exo. x. b.
Dixit ⁊ venit locuſta ⁊ bruchus: cuius non erat
numerus.
Et comedit omne fenum in terra eorum: ⁊ co-
medit omnem fructum terre eorum.
Et percuſſit omne primogenitum in terra eoꝝ:
primitias omnis laboris eorum. D
Et eduxit eos cum argento ⁊ auro: ⁊ non erat Sapien.
in tribubus eorum infirmus. xvij.
Letata eſt egyptus in profectione eorum:quia
incubuit timor eorum ſuper eos
Expandit nubem in protectionẽ eorum:⁊ ignẽ
vt luceret eis per noctem. Exo. xiij. b.
Petierunt ⁊ venit coturnix: ⁊ pane celi ſatura Ibi. xvj. c.
uit eos. Ibi. xvij. b.
Dirupit petram ⁊ fluxerunt aque: abierunt in
ſicco flumina.
Quoniam memor fuit verbi ſancti ſui: qđ ha-
buit ad abraam puerum ſuum.
Et eduxit populum ſuum in exultatione: ⁊ ele-
ctos ſuos in leticia.
Et dedit illis regiones gentium:⁊ labores po-
pulorum poſſederunt.
Vt cuſtodiant iuſtificationes eius:et legẽ eius
requirant.

Alleluia. Alleluia. cv.

Confitemini domino
quoniam bonus:quoniam in ſe A
culum miſericordia eius. Judith. j.
Quis loquet potẽtias dñi au j. xvj.
ditas faciet oẽs laudes eius.
Beati qui cuſtodiũt iudiciũ:
⁊ faciunt iuſticiã in omni tp̃e.
Memento noſtri domine in beneplacito popu-
li tui:viſita nos in ſalutari tuo.
Ad videndum in bonitate electorum tuorum
ad letandum in letitia gentis tue:vt lauderis cũ
hereditate tua.
Peccauimus cum patribus noſtris:iniuſte egi Judith.
mus iniquitatem fecimus. vij. d.
Patres noſtri in egypto non intellexerunt mira
bilia tua : non fuerunt memores multitudinis
miſericordie tue.
Et irritauerũt aſcendẽtes in mare:mare rubrũ. B
Et ſaluauit eos propter nomen ſuum:vt notaꝫ
faceret potentiam ſuam.
Et increpuit mare rubrũ ⁊ exiccatũ eſt: ⁊ dedu
xit eos in abyſſis ſicut in deſerto.
Et ſaluauit eos de manu odientium: ⁊ rede-
mit eos de manu inimici.
Et operuit aqua tribulantes eos: vnus ex eis
non remanſit. Exo. xiiij.

Et crediderunt in verbis eius: et laudauerunt laudem eius.
Cito fecerunt obliti ſunt operum eius: et nõ ſuſtinuerunt conſilium eius.
E Et concupierunt concupiſcentiam in deſerto: et temptauerunt deum in inaquoſo.
Et dedit eis petitionem ipſorum: et miſit ſaturitatem in animas eorum.
Et irritauerunt moyſen in caſtris aaron: ſanctum domini.
Nũe.xvj.d. Aperta eſt terra et deglutiuit dathan et operit ſuper congregationem abiron.
Et exarſit ignis in ſynagoga eorum flamma cõbuſſit peccatores.
Et fecerũt vitulũ in oreb: et adorauerũt ſculptile.
Exo.xxxij. Et mutauerunt gloriam ſuam: in ſimilitudinem vituli comedentis fenum.
D Obliti ſunt deum qui ſaluauit eos: qui fecit magnalia in egypto: mirabilia in terra cham: terribilia in mari rubro.
Et dixit vt diſperderet eos: ſi nõ moyſes electus eius ſtetiſſet in confractione in conſpectu eius.
Ut auerteret irã eius ne diſperderet eos: et pro nihilo habuerunt terrã deſiderabilem.
Non crediderũt vbo ei9: et murmurauerũt in tabernaculis ſuis: nõ exaudierũt vocem domini.
E Et eleuauit manũ ſuam ſuper eos: vt proſterneret eos in deſerto.
Et vt deijceret ſemen eorum in nationibus: et diſperderet eos in regionibus.
Et initiati ſunt beelphegor: et comederũt ſacrificia mortuorum.
ij.q̃one.vij. Et irritauerunt eum in adinuentionibus ſuis
c.nos ſi. et multiplicata eſt in eis ruina.
xxiij.q.iiij. Et ſtetit phinees et placauit: et ceſſauit quaſſatio.
c.q. xpus. Et reputatũ eſt ei ad iuſticiã: in gñatione et generationem vſq; in ſempiternum.
ij.q̃oe.v.c. eos.et q̃one viij.c.occidit. Et irritauerunt eum ad aquas contradictiõis: et vexatus eſt moyſes propter eos: q: exacerbauerunt ſpiritum eius.
Et diſtinxit in labijs ſuis: nõ diſperdiderũt gẽtes quas dixit dominus deus illis.
Et cõmixti ſunt inter gentes: et didicerunt opera eorum et ſeruierunt ſculptilibus eorum: et factũ eſt illis in ſcandalum.
F Et immolauerunt filios ſuos: et filias ſuas demonijs.
Et effuderunt ſanguinem innocentem: ſanguinem filiorum ſuorum et filiarũ quas ſacrificauerũt ſculptilibus chanaan.
Et infecta eſt terra in ſanguinibus et contaminata eſt in operibus eorum: et fornicati ſunt in adinuentionibus ſuis.
Et iratus eſt furore dominus in populum ſuũ: et abominatus eſt hereditatem ſuam.
Et tradidit eos in manus gentium: et dominati ſunt eorum qui oderunt eos.
B Et tribulauerunt eos inimici eorum: et humiliati ſunt ſub manibus eorum: ſepe liberauit eos.
Ipſi autẽ exacerbauerũt eũ in cõſilio ſuo: et humiliati ſunt in iniquitatibus ſuis.
Et vidit cũ tribularent: et audiuit orones eorũ.
Et memor fuit teſtamenti ſui: et penituit eum ſm multitudinem miſericordie ſue.
Et dedit eos in miſericordias: in conſpectu omnium qui ceperant eos.
Saluos fac nos domine deus noſter: et congrega nos de nationibus.
Ut cõfiteamur nomini ſancto tuo: et gloriemur in laude tua.
Benedictus dñs deus iſrael a ſeculo et vſq; in ſeculum: et dicet omnis populus fiat fiat.

Alleluia. Alleluia. cvj.

Confitemini domino quoniam bonus: qm̃ in ſeculum miſericordia eius. A Judith xiij.c. j.cxvij.
Dicant qui redempti ſunt a dño quos redemit de manu inimici: de regionibus congregauit eos.
A ſolis ortu et occaſu ab aquilone et mari.
Errauerunt in ſolitudine in inaquoſo viam ciuitatis habitaculi non inuenerunt.
Eſurientes et ſitientes aĩa eorũ in ipſis defecit. j.eo.
Et clamauerunt ad dominum cum tribularentur: et de neceſſitatibus eorum eripuit eos.
Et eduxit eos in viam rectam: vt irent in ciuitatem habitationis.
Confiteantur domino miſericordie eius: et mirabilia eius filijs hominum. j.eodem.
B Quia ſatiauit animam inanem et animam eſurientem ſatiauit bonis. De pe.diſ. iij.c. adhuc
Sedentes in tenebris et vmbra mortis: vinctos in mendicitate et ferro. vltra me.
Quia exacerbauerunt eloquia dei: et conſilium altiſſimi irritauerunt. ſ.eo.et.j.eo.
Et humiliatum eſt in laboribus cor eorum: et infirmati ſunt: nec fuit qui adiuuaret.
Et clamauerunt ad dominum cum tribularentur: et de neceſſitatibus eorum liberauit eos.
C Et eduxit eos de tenebris et vmbra mortis: et vincula eorum dirupit.
Confiteantur domino miſericordie eius: et mirabilia eius filijs hominum. ſ.eo.et.j.eo.
Quia contriuit portas ereas: et vectes ferreos confregit.
Suſcepit eos de via iniquitatis eorum propter iniuſticias enim ſuas humiliati ſunt.
Omnem eſcam abominata eſt anima eorum: et appropinquauerunt vſq; ad portas mortis.
Et clamauerunt ad dominum cum tribularentur: et de neceſſitatibus eorum liberauit eos.
Miſit verbum ſuum et ſanauit eos: et eripuit eos de interitionibus eorum.
Confiteantur domino miſericordie eius: et mirabilia eius filijs hominum.
Et ſacrificent ſacrificium laudis et annuncient opera eius in exultatione.
Qui deſcendunt mare in nauibus: facientes

operationem in aquis multis.
Ipſi viderunt opera domini: et mirabilia eius in profundo.
Dixit ⁊ ſtetit ſpiritus procelle: ⁊ exultati ſunt fluctus eius.
Aſcendunt vſq; ad celos ⁊ deſcendūt vſq; ad abyſſos anima eorum in malis tabeſcebat.
ſ.eo. Turbati ſunt ⁊ moti ſunt ſicut ebri9: et oīs ſapientia eorum deuorata eſt.
Et clamauerunt ad dominū cū tribularētur et de neceſſitatibus eorum eduxit eos.
Et ſtatuit procellam eius in auram: ⁊ ſiluerūt fluctus eius.
Et letati ſunt q2 ſiluerūt: ⁊ deduxit eos in por
ſ.eodem. tum voluntatis eorum.
D Confiteantur domino: miſericordie eius: ⁊ mirabilia eius filijs hominum.
Et exaltent eum in eccleſia plebis: ⁊ in cathedra ſeniorum laudent eum.
Poſuit flumina in deſertū: ⁊ exitus aquarum in ſitim.
Terram fructiferam in ſalſuginem a malicia inhabitantium in ea.
Poſuit deſertum in ſtagna aquarum: ⁊ terrā ſine aqua in exitus aquarum.
Et collocauit illic eſurientes: ⁊ conſtituerūt ciuitatem habitationis.
Et ſeminauerunt agros et plantauerūt vineas et fecerunt fructū natiuitatis.
Et benedixit eis ⁊ multiplicati ſunt nimis et iumenta eorū non minorauit.
Et pauci facti ſunt: ⁊ vexati ſunt a tribulatiōe malorum et dolore.
Effuſa eſt contentio ſuper principes: ⁊ errare fecit eos in inuio et non in via.
Et adiuuit pauperem de inopia ⁊ poſuit ſicut oues familias.
Job xxij.c. Videbunt recti et letabuntur: ⁊ omnis iniquitas opilabit os ſuum.
Quis ſapiens ⁊ cuſtodiet hec: ⁊ intelliget miſericordias domini.

Alleluia.

Canticum pſalmi ipſi dauid. cvij.

A
ſ.lvj.b. Paratū cor meū de9 paratum cor meum: cantabo et pſallam in gloria mea.
Exurge pſalterium ⁊ cithara exurgam diluculo.
Confitebor tibi in pplīs dn̄e et pſallam tibi in nationibus.
B
ſ.lix.b. Quia magna eſt ſuper celos miſericordia tua et vſq; ad nubes veritas tua.
Exaltare ſuper celos deus: et ſuper omnē terram gloria tua: vt liberent̄ dilecti tui.
Saluum fac dextera tua et exaudi me: deus locutus eſt in ſancto ſuo.
ſ.lvj.b. Exultabo et diuidam ſichimam: et conuallē tabernaculorum dimetiar.

Meus eſt galaad ⁊ meus eſt manaſſes: ⁊ ephraim ſuſceptio capitis mei. Ibi.
Iuda rex meus: moab lebes ſpei mee.
In idumeam extendam calciamentū meum: mihi alienigene amici facti ſunt.
Quis deducet me in ciuitatem munitam: quis deducet me vſq; in idumeam. C
Nonne tu deus qui repuliſti nos et non exibis deus in virtutibus noſtris. xxiij.q.iij.
Da nobis auxiliū de tribulatione: quia vana ſalus hominis. c.ſec.
In deo faciemus virtutem et ipſe ad nihilum deducet inimicos noſtros.

In finem pſalmus dauid. cviij.

Deus laudē meā ne tacueris: q2 os peccatoris ⁊ os doloſi ſuper me apertum eſt. A
Locuti ſunt aduerſū me lingua doloſa: et ſermonib9 odij circumdederūt me et expugnauerunt me gratis.
Pro eo vt me diligerent: detrahebant mihi: ego autem orabam.
Et poſuerunt aduerſum me mala pro bonis: et odium pro dilectione mea.
Conſtitue ſuper eum peccatorem: et diabolus ſtet a dextris eius.
Cum iudicatur: exeat condemnatus: et oratio eius fiat in peccatum.
Fiāt dies ei9 pauci: ⁊ epatū ei9 accipiat alter. Actu.j.b.
Fiant filij eius orphani: et vxor eius vidua. de pe.di.iij
Nutantes transferantur filij eius et mēdicent: c.mihi ide.
et eijciantur de habitationibus ſuis. xxiij.di.c.j.
Scrutetur fenerator omnem ſubſtantiam eius in fine.
et diripiant alieni labores eius. B
Non ſit illi adiutor: nec ſit qui miſereatur pupillis eius.
Fiant nati eius in interitū: in generatiōe vna deleatur nomen eius.
In memoriam redeat iniquitas patrū eius in conſpectu domini: et peccatum matris eius nō de pe.di.iiij
deleatur. in pnc.
Fiant contra dominum ſemper: et diſpereat ſi iudas.
de terra memoria eorum pro eo q2 non eſt recordatus facere miſericordiam.
Et perſecutus eſt hominem inopem et mendicum ⁊ compunctū corde mortificare.
Et dilexit maledictionem et veniet ei: ⁊ noluit benedictionem et elongabitur ab eo.
Et induit maledictionem ſicut veſtimentum: et intrauit ſicut aqua in interiora eius: et ſicut oleum in oſſibus eius. C
Fiat ei ſicut veſtimentum quo operitur: et ſicut zona qua ſemper precingitur.
Hoc opus eorum qui detrahunt mihi apud dominum: et loquuntur mala aduerſus animā meā.
Et tu domine fac mecum propter nomen tuū, quia ſuauis eſt miſericordia tua.

Libera me: quia egenus et pauper ſum ego: et cor meum conturbatum eſt intra me.
Sicut vmbra cum declinat ablatus ſum: et excuſſus ſum ſicut locuſte.
D Genua mea infirmata ſunt a ieiunio: et caro mea immutata eſt propter oleum.
Et ego factus ſum opprobrium illis viderūt me et mouerunt capita ſua.
Adiuua me domine deus meus: ſaluum me fac propter miſericordiam tuam.
Et ſcient q: manus tua hec: et tu domine feciſti eam.
Maledicent illi et tu benedices qui inſurgunt in me cōfundātur: ſeruus aūt tuus letabitur.
Induantur qui detrahūt mihi pudore: et operiantur ſicut diploide confuſione ſua.
Confitebor domino nimis in ore meo: et in medio multorum laudabo eum.
Qui aſtitit a dextris pauperis: vt ſaluam faceret a perſequentibus animam meam.

Pſalmus ipſi Dauid. cix.

A Dixit dominus domino meo: ſede a dextris meis.
matt.xxij.d Hebre.x.c. j.Cor.xv.c. Donec ponam inimicos tuos: ſcabellum pedum tuorum.
Uirgam virtutis tue emittet dominus ex ſion dominare in medio inimicorum tuorum.
Tecum principium in die virtutis tue in ſplendoribus ſanctorum ex vtero ante luciferum genui te.
Hebr.vij.c Iurauit dominus et non penitebit eum: tu es ſacerdos in eternum ſm ordinem melchiſedech.
Dominus a dextris tuis: confregit in die ire ſue reges.
Iudicabit in nationibus implebit ruinas: conquaſſabit capita in terra multorum.
De torrente in via bibit: propterea exaltabit caput.

Alleluia. cx.

A Confitebor tibi domine in toto corde meo: in cōſilio iuſtorum et congregatione. 8.ix.a. j.xxxvij.a.
Magna opera domini: exquiſita in omnes voluntates eius.
Confeſſio et magnificētia opus eius: et iuſticia eius manet in ſeculum ſeculi.
Memoriam fecit mirabilium ſuorum miſericors et miſerator dñs: eſcam dedit timentibus ſe.
Memor erit in ſeculum teſtamenti ſui: virtutem operum ſuorum annunciabit populo ſuo.
Ut det illis hereditatem gentium: opera manuum eius veritas et iudicium. B
Fidelia omnia mandata eius confirmata in ſeculum ſeculi: facta in veritate et equitate.
Redemptionem miſit dñs populo ſuo: mandauit in eternum teſtamentum ſuum. iob.xxviij.
Sanctum et terribile nomen eius: initium ſapiētie timor domini. d. Prouer.j.
Intellectus bonus omnibus facientibus eum: laudatio eius manet in ſeculum ſeculi. a.et.ix.b. Eccli.j.b.

Alla reuerſiōis aggei et zacharie. cxj.

Beatus vir qui timet dominum: in mandatis eius volet nimis. a
Potens in terra erit ſemen eius: generatio rectorum bñdicet.
Gloria et diuitie in domo eius: et iuſticia eius manet in ſeculū ſeculi.
Exortū eſt in tenebris lumē rectis: miſericors et miſerator et iuſtus.
Iocūdus hō q miſeret et cōmodat: diſponit ſermones ſuos i iudicio: q: i eternū nō cōmouebit.
In memoria eterna erit iuſtus: ab auditiōe mala non timebit. B
Paratum cor eius ſperare in domino: confirmatum eſt cor eius nō commouebitur: donec deſpiciat inimicos ſuos.
Diſperſit dedit pauperibus iuſticia eius manet in ſeculum ſeculi: cornu eius exaltabit in gloria. ij.Cor.ix.c.
Peccator videbit et iraſcetur dentibus ſuis fremet et tabeſcet: deſiderium peccatorū peribit. lxxxvj.di.c. fratrem.ſ. in ipſa.

Alleluia. cxij.

Laudate pueri dñm: laudate nomen domini. a
Sit nomen dñi benedictū: ex hoc nunc et vſq in ſeculum. j.xxiiij.a. Iob.j.d.
A ſolis ortu vſq ad occaſum: laudabile nomen domini.
Excelſus ſuper omnes gentes dominus: et ſuper celos gloria eius.
Quis ſicut dñs deus noſter qui in altis habitat: et humilia reſpicit in celo et in terra.

i.reg.ij.b. Suſcitans a terra inopem: ⁊ de ſtercore erigẽs pauperem.
Ut collocet eum cũ principibus: cum principibus populi ſui.
Qui habitare facit ſterilem in domo matrem filiorum letantem.

℄ Alleluia. cxiij.

A
Exo.xiij.a. In exitu iſrael de egypto: domus iacob de populo barbaro.
Facta eſt iudea ſanctificatio eius: iſrael poteſtas eius.
De cõſe.di. Mare vidit ⁊ fugit: iordanis conuerſus eſt retrorſum.
ij.c.reuera. Montes exultauerunt vt arietes: et colles ſicut agni ouium.
B Quid eſt ibi mare ꝙ fugiſti ⁊ tu iordanis: quia canuerſus es retrorſum.
Montes exultaſtis ſicut arietes: ⁊ colles ſicut agni ouium.
A facie dñi mota eſt terra: a facie dei iacob.
Qui conuertit petram in ſtagna aquarũ: ⁊ rupem in fontes aquarum.
i.cxxxiij.a. Non nobis domine non nobis: ſed nomini tuo da gloriam.
Super miſericordia tua et veritate tua. neqñ dicant gentes vbi eſt deus eorum.
i.cxxxiiij.c. Deus autem noſter in celo: omnia quecunqꝫ
Sap.xv.b voluit fecit.
Simulachra gentium argentum et aurũ: opera
C manuum hominum.
i.cxxxiij.b. Os habent ⁊ non loquentur: oculos habent et non videbunt.
Aures habent et non audient: nares habent et non odorabunt.
Manus habent ⁊ non palpabunt: pedes hñt ⁊ non ambulabunt: nõ clamabũt in gutture ſuo.
Similes illis fiant qui faciũt ea: et omnes qui confidunt in eis.
Domus iſrael ſperauit in domino: adiutor eorum et protector eorum eſt.
Domus aaron ſperauit in domino: adiutor eorum et protector eorum eſt.
Qui timẽt dominuꝫ ſperauerunt in dño. adiutor eorũ et protector eorum eſt.
D Dominus memor fuit noſtri: ⁊ benedixit nobis.
Benedixit domui iſrael: bñdixit domui aarõ.
Benedixit omnibus qui timent dominũ: puſillis cum maioribus.
Adiciat dominus ſuper vos: ſuper vos: et ſuper filios veſtros.
Benedicti vos a dño: q̄ fecit celum et terram.
Celum celi domino: terram autem dedit filijs hominum.
Non mortui laudabunt te dñe: neqꝫ oẽs qui deſcendunt in infernum.
Sed nos qui viuimus benedicimꝰ domino: ex hoc nunc et vſqꝫ in ſeculum.

℄ Alleluia. cxiiij.

Dilexi quoniam exaudiet dñs: vocẽ orationis mee. A
Quia inclinauit aurẽ ſuã mihi ⁊ in diebꝰ meis inuocabo.
Circundederunt me dolores mortis et pericula inferni inuenerunt me. ſ.xvij.a.
Tribulationem et dolorem inueni: et nomẽ domini inuocaui.
O domine libera animã meam miſericors dñs et iuſtus: et deus noſter miſeretur. B
Cuſtodiẽs paruulos dominus humiliatus et liberauit me. ſ.lv.c.
Conuertere anima mea in requiem tuam: quia dominus benefecit tibi.
Quia eripuit animam meam de morte: oculos meos a lachrymis: pedes meos a lapſu.
Placebo domino in regione viuorum.

℄ Alleluia. cxv.

Credidi ꝓpter quod locutus ſum: ego autẽ humiliatus ſum nimis. A ij.cor.iiij. Ro.iij.a
Ego dixi in exceſſu meo oĩs homo mendax.
Quid retribuã dño: pro oĩbus que retribuit mihi. i.eo.
Calicem ſalutaris accipiam: et nomen domini inuocabo. B Sap.ix.
Uota mea dño reddam corã omni populo eius precioſa in conſpectu dñi: mors ſanctorum eius.
O domine q2 ego ſeruus tuus ego ſeruus tuus et filius ancille tue. ſ.eo.
Diripuiſti vincula mea: tibi ſacrificabo hoſtiaꝫ laudis et nomen domini inuocabo.
Uota mea domino reddã in cõſpectu oĩs ppl'i eius: in atrijs domus dñi in medio tui hierlm.

℄ Alleluia. cxvj.

Laudate dñm omnes gentes: laudate eum oẽs ppl'i. A Ro.xv.c.
Quoniam confirmata eſt ſuper nos mĩa eius: ⁊ veritas domini manet in eternum.

℄ Alleluia cxvij.

Confitemini domino quoniam bonus: quoniam in ſeculum miſericordia eius. A ſ.ciij.c. ⁊.cvj.i.c.ij. v.
Dicat nunc iſrael quoniam bonus quoniam in ſeculum miſericordia eius.
Dicat nunc domus aaron: quoniam in ſeculum miſericordia eius.

Judith. xiij.c. Dicant nunc omnes qui timent dominum: quoniam in ſeculum miſericordia eius.

Hebr.xiij.a De tribulatione inuocaui dominum: et exaudiuit me in latitudine dominus.

Dominus mihi adiutor: non timebo quid faciat mihi homo.

B Dominus mihi adiutor: et ego deſpiciam inimicos meos.

Bonum eſt confidere in domino: quam confidere in homine.

Bonum eſt ſperare in domino: quam ſperare in principibus.

Omnes gentes circuierunt me: et in nomine domini: quia vltus ſum in eos.

Circundantes circundederunt me: et in nomine domini quia vltus ſum in eos.

Circundederunt me ſicut apes: et exarſerunt ſicut ignis in ſpinis et in nomine domini quia vltus ſum in eos.

Impulſus euerſus ſum vt caderem: et dominus ſuſcepit me.

Exo.xv.a. Fortitudo mea et laus mea dominus: et factus eſt mihi in ſalutem.

Eſa.xij.a. C Vox exultationis et ſalutis in tabernaculis iuſtorum.

Dextera domini fecit virtutem: dextera domini exaltauit me: dextera domini fecit virtutem.

Non moriar ſed viuam: et narrabo opera domini.

Caſtigans caſtigauit me dominus: et morti non tradidit me.

Aperite mihi portas iuſticie: ingreſſus in eas confitebor domino hec porta domini iuſti intrabunt in eam.

Confitebor tibi quoniam exaudiſti me: et factus eſt mihi in ſalutem.

Mat.xxj.d. Lapidem quem reprobauerunt edificantes: hic factus eſt in caput anguli.

A domino factum eſt iſtud: et eſt mirabile in oculis noſtris.

Hec eſt dies quam fecit dominus: exultemus et letemur in ea.

D O domine ſaluum me fac o domine bene proſperare benedictus qui venit in nomine domini.

Mat.xxj.a Benediximus vobis de domo domini: deus dominus et illuxit nobis.

Conſtituite diem ſolennem in condenſis: vſque ad cornu altaris.

Deus meus es tu et confitebor tibi: deus meus es tu et exaltabo te.

Confitebor tibi quoniam exaudiſti me: et factus eſt mihi in ſalutem.

Confitemini domino quoniam bonus: quoniam in ſeculum miſericordia eius.

¶ Alleluia. ¶ Aleph. cxviij.

A Beati immaculati in via: qui ambulant in lege domini.

Beati qui ſcrutantur teſtimonia eius: in toto corde exquirunt eum.

Non enim qui operantur iniquitatem in viis eius ambulauerunt.

Tu mandaſti: mandata tua cuſtodiri nimis.

Utinam dirigantur vie mee: ad cuſtodiendas iuſtificationes tuas.

Tunc non confundar: cum proſpexero in omnibus mandatis tuis.

Confitebor tibi in directione cordis: in eo quod didici iudicia iuſticie tue.

Iuſtificationes tuas cuſtodiam: non me derelinquas vſquequaque.

¶ Beth.

In quo corrigit adoleſcentior viam ſuam: in cuſtodiendo ſermones tuos. B

In toto corde meo exquiſiui te: ne repellas me a mandatis tuis.

In corde meo abſcondi eloquia tua: vt non peccem tibi.

Benedictus es domine doce me iuſtificationes tuas.

In labiis meis pronunciaui omnia iudicia oris tui.

In via teſtimoniorum tuorum delectatus ſum ſicut in omnibus diuitiis.

In mandatis tuis exercebor: et conſiderabo vias tuas.

In iuſtificationibus tuis meditabor: non obliuiſcar ſermones tuos. xxxiij. diſt. c. omnes.

¶ Gimel.

Retribue ſeruo tuo viuifica me: et cuſtodiam ſermones tuos. C

Reuela oculos meos: et conſiderabo mirabilia de lege tua.

Incola ego ſum in terra: non abſcondas a me mandata tua.

Concupiuit anima mea deſiderare iuſtificationes tuas in omni tempore.

Increpaſti ſuperbos maledicti qui declinant a mandatis tuis.

Aufer a me opprobrium et contemptum: quia teſtimonia tua exquiſiui.

Etenim ſederunt principes aduerſum me loquebantur: ſeruus autem tuus exercebatur in iuſtificationibus tuis.

Nam et teſtimonia tua meditatio mea eſt: et conſilium meum iuſtificationes tue.

¶ Daleth.

Adheſit pauimento anima mea: viuifica me ſecundum verbum tuum. D

Uias meas enunciaui et exaudiſti me: doce me iuſtificationes tuas.

Uiam iuſtificationum tuarum inſtrue me: et exercebor in mirabilibus tuis.

Dormitauit anima mea pre tedio: confirma me in verbis tuis.

Uiam iniquitatis amoue a me: et de lege tua miſerere mei.

Veniā veritatis elegi: iudicia tua nō ſum oblit⁹.
Adheſi teſtimonijs tuis dn̄e: noli me ↄfundere.
Viam mandatoꝛum tuoꝛum cucurri: cum dilataſti coꝛ meum.

He.

E Legē pone mihi domine viam iuſtificationum tuarum: ⁊ exquiram eam ſemper.
Da mihi intellectuꝫ ⁊ ſcrutaboꝛ legem tuam: ⁊ cuſtodiam illam in toto coꝛde meo.
Deduc me in ſemita mandatoꝛum tuoꝛum: quia ipſam volui.
Inclina coꝛ meum in teſtimonia tua: ⁊ non in auariciam.
Auerte oculos meos ne videant veritatem: in via tua viuifica me.
Statue ſeruo tuo eloquium tuuꝫ: ī timoꝛe tuo.
Amputa opprobꝛium meum quod ſuſpicatus ſum: quia iudicia tua iocunda.
Ecce concupiui mandata tua: in equitate tua viuifica me.

Vau.

F Et veniat ſuper me miſericoꝛdia tua domine: ſalutare tuū ſm eloquium tuum.
Et reſpondebo exprobꝛantibus mihi verbuꝫ: quia ſperaui in ſermonibus tuis.
Et ne auferas de oꝛe meo verbum veritatis vſquequaq: quia in iudicijs tuis ſuperſperaui.
Et cuſtodiam legem tuam ſemper: in ſeculum et in ſeculum ſeculi.
Et ābulabā i latitudie q: mādata tua exqſiui.
Et loquebar de teſtimonijs tuis in conſpectu regum: et non confundebar.
Et meditabar in mandatis tuis: que dilexi.
Et leuaui manus meas ad mandata tua que dilexi: ⁊ exerceboꝛ in iuſtificationibus tuis.

Zai.

G Memoꝛ eſto verbi tui ſuo tuo i q̄ mihi ſpeꝫ dediſti.
Hec me cōſolata eſt in hūilitate mea: quia eloquium tuū viuificauit me.
Superbi inique agebāt vſquequaq: a lege autem tua non declinaui.
Memoꝛ fui iudicioꝛum tuoꝛum a ſeculo domine: et conſolatus ſum.
Defectio tenuit me pꝛo peccatoꝛibus derelinquentibus legem tuam.
Cantabiles mihi erant iuſtificationes tue: in loco peregrinationis mee.
Memoꝛ fui nocte nominis tui domine: et cuſtodiui legem tuam.

Hec facta eſt mihi: quia iuſtificationes tuas exquiſiui.

Heth.

Poꝛtio mea domine dixi cuſtodire legem tuam. H
Deprecatus ſum faciē tuaꝫ in toto coꝛde meo: miſerere mei ſm eloquium tuum.
Cogitaui vias meas: ⁊ ↄuerti pedes meos i teſtionia tua.
Paratus ſum et non ſum turbatus: vt cuſtodiam mandata tua.
Funes peccatoꝛum circumplexi ſunt me: ⁊ legē tuam non ſum oblitus.
Media nocte ſurgebam ad confitendum tibi ſuper iudicia iuſtificationis tue.
Particeps ego ſum omnium timētium te: cuſtodientium mandata tua. Ecci.di.c.preſbyter. De cele.miſſa.c.j. ⁊.xxxij.a.
Miſericoꝛdia tua domine plena eſt terra: iuſtificationes tuas doce me.

Teth.

Bonitatē feciſti cum ſeruo tuo domine: ſm verbuꝫ tuum. I
Bonitatem ⁊ diſciplinaꝫ et ſcientiam doce me: quia mandatis tuis credidi.
Pꝛiuſq̄ humiliarer ego deliqui pꝛopterea eloquium tuum cuſtodiui.
Bonus es tu: ⁊ in bonitate tua doce me iuſtificationes tuas.
Multiplicata eſt ſup me iniq̄tas ſuperboꝝ ego aūt in toto coꝛde meo ſcrutaboꝛ mādata tua.
Coagulatum eſt ſicut lac coꝛ eoꝛum: ego vero legem tuam meditatus ſum.
Bonum mihi quia humiliaſti me: vt diſcam iuſtificationes tuas.
Bonū mihi lex oꝛis tui: ſup milia auri ⁊ argēti.

Ioth.

Manus tue dn̄e fecerunt et plaſmauerunt me: da mihi intellectuꝫ vt diſcaꝫ mādata tua. K Job.x.b.
Qui timēt te: videbunt me et letabuntur: quia in verba tua ſuperſperaui.
Cognoui domine quia equitas iudicia tua: et in veritate tua humiliaſti me.
Fiat mīa tua vt conſoletur me ſm eloquium tuum ſeruo tuo.
Veniant mihi miſerationes tue ⁊ viuam quia lex tua meditatio mea eſt.
Cōfundant ſuperbi: q: iniuſte iniq̄tatē fecerūt in me: ego auteꝫ exerceboꝛ in mandatis tuis.
Conuertantur mihi timētes te: ⁊ qui nouerūt teſtimonia tua.
Fiat coꝛ meum immaculatum in iuſtificationibus tuis: vt non confundar.

Caph.

z Defecit in ſalutari tuo anima mea: ⁊ in verbum tuum ſuperſperaui.
Defecerunt oculi mei in eloquium tuum: dicentes quando conſolaberis me.
Quia factus ſum ſicut vter in pruina: iuſtificationes tuas non ſum oblitus.
Quod ſunt dies ſerui tui: quãdo facies de perſequentibus me iudicium.
Narrauerunt mihi iniqui fabulationes ſed nõ vt lex tua.
Omnia mandata tua veritas: iniqui perſecuti ſunt me adiuua me.
Paulominus cõſummauerunt me in terra: ego autem non dereliqui mandata tua.
Secundum miſericordiam tuam viuifica me: ⁊ cuſtodiam teſtimonia oris tui.

ℂ Lamech.

ꝺ In eternum domine verbum tuum permanet in celo.
In generatione ⁊ generationem veritas tua fundaſti terrã ⁊ permanet.
Ordinatione tua perſeuerat dies: quoniam omnia ſeruiunt tibi.
Niſi ꝙ lex tua meditatio mea eſt: tunc forte periſſem in humilitate mea.
In eternũ non obliuiſcar iuſtificationes tuas: quia in ipſis viuificaſti me.
Tuus ſum ego ſaluum me fac: quoniam iuſtificationes tuas exquiſiui.
Me expectauerunt peccatores vt perderent me teſtimonia tua dilexi.
Omnis conſummationis vidi finem: latum mãdatum tuum nimis.

ℂ Mem.

M Quomodo dilexi legem tuam domine: tota die meditatio mea eſt.
Super inimicos meos prudẽtẽ me feciſti mandato tuo: quia in eternum mihi eſt.
Super omnes docentes me intellexi: quia teſtimonia tua meditatio mea eſt.
Super ſenes intellexi: quia mandata tua queſiui.
Ab omni via mala prohibui pedes meos: vt cuſtodiam verba tua.
A iudicijs tuis non declinaui quia tu legem poſuiſti mihi.
Quam dulcia faucibus meis eloquia tua: ſuper mel ori meo.
A mandatis tuis intellexi: propterea odiui omnem viam iniquitatis.

ℂ Nun.

Lucerna pedibus meis verbum tuum et lumen ſemitis meis. ꝺ
Iuraui ⁊ ſtatui cuſtodire iudicia iuſticie tue. xx.qõ.iij.c.
Humiliatus ſum vſquequaqꝫ domine: viuifica me ſm verbum tuum. preſens.
Voluntaria oris mei beneplacita fac domine: ⁊ iudicia tua doce me.
Anima mea in manibus meis ſemper: ⁊ legem tuam non ſum oblitus.
Poſuerunt peccatores laqueum mihi: ⁊ de mãdatis tuis non erraui.
Hereditate acquiſiui teſtimonia tua in eternum quia exultatio cordis mei ſunt.
Inclinaui cor meum ad faciendas iuſtificationes tuas in eternum propter retributionem.

ℂ Samech.

Iniquos odio habui: et legem tuam dilexi. P
Adiutor ⁊ ſuſceptor meus es tu: et in verbum tuum ſuperſperaui.
Declinate a me maligni: et ſcrutabor mãdata dei mei.
Suſcipe me ſm eloquium tuum ⁊ viuam: ⁊ non confundas me ab expectatione mea.
Adiuua me ⁊ ſaluus ero: ⁊ meditabor in iuſtificationibus tuis ſemper.
Spreuiſti omnes diſcedentes a iudicijs tuis: q: iniuſta cogitatio eorum eſt.
Preuaricantes reputaui omnes peccatores terre: ideo dilexi teſtimonia tua.
Confige timore tuo carnes meas: a iudicijs eñ tuis timui.

ℂ Ain.

Feci iudicium ⁊ iuſticiam: non tradas me calumniãtibus me. ꝺ
Suſcipe ſeruum tuum bonũ non calumnientur me ſuperbi.
Oculi mei defecerunt in ſalutare tuum: ⁊ in eloquium iuſticie tue.
Fac cum ſeruo tuo ſm miſericordiam tuam: et iuſtificationes tuas doce me.
Seruus tuus ſum ego: da mihi intellectum vt ſciam teſtimonia tua.
Tempus faciendi domine diſſipauerunt legem tuam.
Ideo dilexiſti mandata tua ſuper aurum et topazion.
Propterea ad omnia mandata tua dirigebar: omnem viam iniquam odio habui.

¶ Phe.

R Mirabilia teſtimōia tua ideo ſcrutata eſt ea anima mea.

Declaratio ſermonum tuorum illuminat: ⁊ intellectum dat paruulis.

Os meum aperui ⁊ attraxi ſpiritum: quia mandata tua deſiderabam.

Aſpice in me ⁊ miſerere mei: ſm iudicium diligentium nomen tuum.

Greſſus meos dirige ſm eloquium tuum: ⁊ non dominetur mei omnis iniuſticia.

Redime me a calumnijs hominum: vt cuſtodiā mandata tua.

Faciem tuam illumina ſuper ſeruum tuum: et doce me iuſtificationes tuas.

Exitus aquarum deduxerunt oculi mei: quia non cuſtodierunt legem tuam.

¶ Sade.

S Juſtus es domine et rectum iudicium tuum.

Mandaſti iuſticiam teſtimonia tua: ⁊ veritatē tuā nimis.

Tabeſcere me fecit zel⁹ me⁹: quia obliti ſunt verba tua inimici mei.

Ignitum eloquium tuum vehemēter: ⁊ ſeruus tuus dilexit illud.

Adoleſcentulus ſum ego ⁊ contemptus: iuſtificationes tuas non ſum oblitus.

Juſticia tua iuſticia in eternū: ⁊ lex tua veritas.

Tribulatio ⁊ anguſtia inuenerunt me: mandata tua meditatio mea eſt.

Equitas teſtimonia tua in eternum: intellectum da mihi ⁊ viuam.

¶ Coph.

T Clamaui in toto corde meo exaudi me domine iuſtificationes tuas requiram.

Clamaui ad te saluū me fac: vt cuſtodiam mandata tua.

Preueni in maturitate ⁊ clamaui: quia in verba tua ſuperſperaui.

Preuenerunt oculi mei ad te diluculo: vt meditarer eloquia tua.

Vocem meam audi ſm miſericordiam tuam domine: ⁊ ſm iudicium tuum viuifica me.

Appropinquauerunt perſequentes me iniquitati: a lege autem tua longe facti ſunt.

Prope es tu dñe: ⁊ omnes vie tue veritas.

Initio cognoui de teſtimonijs tuis quia in eternum fundaſti ea.

¶ Res.

V Vide humilitatē meā ⁊ eripe me: quia legem tuam nō ſum oblitus.

Judica iudiciū meū ⁊ redime me ꝑpter eloquium tuū viuifica me.

Longe a peccatoribus ſalus: quia iuſtificationes tuas non exquiſierunt.

Miſericordie tue multe domine ſm iudiciū tuū viuifica me.

Multi qui perſequūtur me ⁊ tribulant me a teſtimonijs tuis non declinaui.

Vidi preuaricantes ⁊ tabeſcebam quia eloquia tua non cuſtodierunt.

Vide quoniam mandata tua dilexi domine in miſericordia tua viuifica me.

Principium verborum tuorum veritas: in eternum omnia iudicia iuſticie tue.

¶ Schin.

Principes perſecuti ſunt me gratis: ⁊ a verbis tuis formidauit cor meum. X

Letabor ego ſup eloqa tua: ſicut qui inuenit ſpolia multa.

Iniquitatē odio habui ⁊ abominat⁹ ſū: legē aūt tuā dilexi. xxvj.q.v. c.affectum.

Septies in die laudem dixi tibi ſuper iudicia iuſticie tue. xcj.di.c.preſbyter.

Pax multa diligentibus legem tuam: ⁊ non eſt illis ſcandalum.

Expectabam ſalutare tuum domine: et mandata tua dilexi.

Cuſtodiuit anima mea teſtimonia tua: et dilexit ea vehementer.

Seruaui mandata tua ⁊ teſtimonia tua: q: omnes vie mee in conſpectu tuo

¶ Thau.

Appropinquet deprecatio mea in conſpectu tuo dñe: iuxta eloquiū tuū da mihi intellectum. Y

Intret poſtulatio mea in conſpectu tuo: ſm eloquiū tuum eripe me.

Eructabūt labia mea hymnum: cum docueris me iuſtificationes tuas.

Pronunciabit lingua mea eloquium tuum: q̄a omnia mandata tua equitas.

Fiat manus tua vt ſaluet me: quoniam mandata tua elegi.

Concupiui ſalutare tuum domine: ⁊ lex tua meditatio mea eſt.

Viuet anima mea ⁊ laudabit te: ⁊ iudicia tua adiuuabunt me.

Erraui ſicut ouis que perijt quere ſeruum tuū quia mandata tua non ſum oblitus.

¶ Alleluia.

¶ Canticum graduum. cxix.

Ad dominum cū tribularer clamaui: et exaudiuit me. A ſ.cxvij.a. Jone.ij.a.

Dñe libera aīaʒ meaʒ a labijs iniquis: ⁊ a lingua doloſa

Quid detur tibi aut q̄d apponatur tibi ad linguam doloſam.

Sagitte potentis acute cum carbonibus deſolatorijs.

Heu mihi quia incolatus meus prolõgatus eſt: habitaui cum habitantibus cedar: multum incola fuit anima mea.

Cum his qui oderunt pacem: eram pacificus: cum loquebar illis impugnabant me gratis.

Canticum graduum. cxx.

a Leuaui oculos meos in montes: vnde veniet auxilium mihi.

Auxilium meum a domino: qui fecit celum ⁊ terram.

Non det in commotionẽ pedem tuum: neq; dormitet qui cuſtodit te.

Eſa.v.g. Ecce non dormitabit neq; dormitet: qui cuſtodit iſrael.

Dominus cuſtodit te dominus protectio tua: ſuper manum dexteram tuam.

Per diem ſol non vret te: neq; luna ꝑ noctem.

Dominus cuſtodit te ab omni malo: cuſtodiat animam tuam dominus.

Dominus cuſtodiat introitum tuum ⁊ exitum tuum: ex hoc nunc ⁊ vſq; in ſeculuʒ.

Canticum graduum. cxxj.

a xxiij.q.j.c. omnibus. Letatus ſuʒ in his q̃ dicta ſunt mihi: in domum domini ibimus.

Stantes erant pedes noſtri in atrijs tuis hieruſaleʒ.

Hieruſaleʒ que edificatur vt ciuitas: cuius participatio eius in idipſum.

Illuc eniʒ aſcenderunt tribus tribus domini: teſtimonium iſrael: ad confitendum nomini dñi.

Quia illuc ſederunt ſedes in iudicio ſedes ſuper domum dauid.

b Rogate que ad pacem ſunt Hieruſalem: ⁊ abũdantia diligentibus te.

Fiat pax in virtute tua: ⁊ abundantia in turribus tuis.

Propter fratres meos ⁊ proximos meos: loquebar pacem de te.

Propter domum domini dei noſtri queſiui bona tibi.

Canticum graduum. cxxij.

a Ad te leuaui oculos meos: qui habitas in celis.

Ecce ſicut oculi ſeruorum in manibus dominorum ſuorum.

Sicut oculi ãcille in manibus dñe ſue: ita oculi noſtri ad dñm deũ nr̃m: donec miſereat̃ noſtri.

Miſerere noſtri domine miſerere noſtri: q2 multum deſpecti ſumus deſpectione.

Quia multum repleta eſt anima noſtra: opprobrium abundantibus ⁊ deſpectio ſuperbis.

Canticum graduum. cxxiij.

a Niſi q2 dñs erat in nobis dicat nũc iſrael: niſi q2 dominus erat in nobis.

Cum exurgerẽt hoĩes in nos: forte viuos deglutiſſent nos.

Cum iraſceret̃ furor eorum in nos forſitan aqua abſorbuiſſet nos.

Torrenteʒ pertranſiuit anima noſtra: forſitan pertranſiſſet aĩa noſtra aquam intollerabilem.

Benedictus dominus qui non dedit nos: in captionem dentibus eorum.

Anima noſtra ſicut paſſer erepta eſt: de laqueo venantium.

Laqueus contritus eſt: ⁊ nos liberati ſumus.

Adiutorium noſtrum in nomine domini: qui fecit celum ⁊ terram.

Canticum graduum. cxxiiij.

a Qui confidunt in dño ſicut mons ſion: non commouebitur in eternum qui habitat in hieruſalem.

Montes in circuitu eius ⁊ dominus in circuitu populi ſui: ex hoc nunc ⁊ vſq; in ſeculum.

Quia non relinquet dominus virgam peccatorum ſuper ſortem iuſtorum: vt non extendant iuſti ad iniquitatem manus ſuas.

Benefac dñe: bonis ⁊ rectis corde.

Declinantes autem in obligationes adducet dñs cũ operantibus iniquitateʒ pax ſuper iſrael.

Canticum graduum. cxxv.

a In conuertendo dominus captiuitatem ſion: facti ſumus ſicut conſolati.

Tũc repletum eſt gaudio os nr̃m: ⁊ lingua nr̃a exultatione.

Tunc dicent inter gẽtes magnificauit dñs facere cum eis.

Magnificauit dominus facere nobiſcum: facti ſumus letantes.

Conuerte domine captiuitatem noſtram ſicut torrentes in auſtro.

Qui ſeminãt in lachrymis in exultatiõe metẽt.

Euntes ibant ⁊ flebant mittentes ſemina ſua.

Uenientes autem venient cum exultatione portantes manipulos ſuos.

Canticum graduum Salomonis. cxxvj.

a Niſi dominus edificauerit domum inuanũ laborauerunt qui edificant eam.

Niſi dñs cuſtodierit ciuitatẽ fruſtra vigilat qui cuſtodit eaʒ.

Uanum eſt vobis ante lucem ſurgere: ſurgite poſtq̃ſederitis qui manducatis panem doloris.

Cum dederit dilectis ſuis ſomnum: ecce heredi
tas domini filij merces fructus ventris.
Sicut ſagitte ī manu potētis: ita filij excuſſoꝝ.
Beatus vir q̄ impleuit deſideriū ſuū ex ipſis: nō
confundetur cū loquet̄ inimicis ſuis in poꝛta.

Canticum graduum. cxxvij.

a Eati omēs qui timēt
dñs: qui ambulant in vijs eius.
Labores manuum tuaruꝫ: q2
manducabis beatus es et bene
tibi erit.
Vxoꝛ tua ſicut vitis abun-
dans: in lateribus domus tue.
Filij tui ſicut nouelle oliuarum in circuitu men
ſe tue.
Ecce ſic benedicet̄ homo qui timet dominum.
j.cxiij.b. Benedicat tibi dominus ex ſion: ꝛ videas bo-
na hieruſalem omnibus diebus vite tue.
Et videas filios filioꝛum tuoꝛum pacem ſuper
iſrael.

Canticum graduum. cxxviij.

a Epe expugnauerūt
me a iuuentute mea dicat nūc
iſrael.
Sepe expgnauerunt me a iu
uentute mea: etenim non po-
tuerunt mihi.
Supꝛa doꝛſum meum fabꝛica
uerunt peccatoꝛes: plongauerūt iniquitatē ſuā.
Dominus iuſtus concidet ceruices peccatoꝛuꝫ:
confundantur ꝛ conuertantur retroꝛſum omnes
qui oderunt ſion.
Fiant ſicut fenum tectoꝛum quod priuſq̄ euel
latur exaruit.
De quo non impleuit manum ſuam qui metet:
ꝛ ſinum ſuum qui manipulos colliget.
Et non dixerunt qui pꝛeteribāt benedictio dñi
ſuper vos: benediximus vobis in nomine dñi.

Canticum graduum. cxxix.

a Epꝛofundis clama-
De pe.di.j ui ad te dñe: domine exaudi vo
c.voluiſſet: cem meam.
n ſi. Fiant aures tue intendentes
in vocem depꝛecationis mee.
Si iniquitates obſeruaueris
domine: domine q̄s ſuſtinebit.
Quia apud te pꝛopitiatio eſt: ꝛ pꝛopter legem
tuam ſuſtinui te domine.
Suſtinuit anima mea in verbo eiꝰ ſperauit ani-
ma mea in domino.
A cuſtodia matutina vſq̄ ad noctem ſperet iſ-
rael in domino.
Quia apud dominum miſericoꝛdia: ꝛ copioſa
apud eum redemptio.
Et ipſe redimet iſrael ex omnibus iniquitati-
bus eius.

Canticum graduum. cxxx.

Omine nō eſt exalta- a
tum coꝛ meum neq̄ elati ſunt
oculi mei.
Neq̄ ambulaui in magnis: ne-
q̄ in mirabilibus ſuper me.
Si non humiliter ſentiebam: ſed exaltaui ani-
mam meam.
Sicut ablactatus eſt ſuper matrem ſuam: ita
retributio in anima mea.
Speret iſrael in domino ex hoc nunc ꝛ vſq̄ in
ſeculum.

Canticum graduum. cxxxj.

Emēto domine da a
uid ꝛ omnis manſuetudinis
eius.
Sicut iurauit domino vo-
tum vouit deo iacob.
Si introiero in tabernacu-
lum domus mee: ſi aſcendero
in lectum ſtrati mei.
Si dedero ſomnū ocl'is meis: ꝛ palpebꝛis meis
doꝛmitationem.
Et requiem tempoꝛibus meis, donec inueniam
locum domino: tabernaculum deo iacob.
Ecce audiuimus eam in ephꝛata: inuenimus eā
in campis ſilue. b
Introibimus in tabernaculum eius: adoꝛabi-
mus in loco vbi ſteterunt pedes eius. ij.pali.vj.g
Surge domine in requiem tuam: tu ꝛ arca ſan
ctificationis tue.
Sacerdotes tui induantur iuſticiā: ꝛ ſancti tui
exultent. Actu.ij.c
Propter dauid ſeruum tuum: non auertas fa-
ciem chꝛiſti tui.
Iurauit dominus dauid veritatem ꝛ non fru-
ſtrabitur eum: de fructu ventris tui ponam ſuper
ſedem tuam.
Si cuſtodierint filij tui teſtamentum meum: et c
teſtimonia mea hec que docebo eos.
Et filij eoꝛum vſq̄ in ſeculuꝫ: ſedebunt ſuper ſe
dem tuam.
Quoniam elegit dominus ſion: elegit eam in
habitationem ſibi.
Hec requies mea in ſeculum ſeculi: hic habita-
bo quoniam elegi eam.
Viduam eius benedicens benedicam: paupe-
res eius ſaturabo panibus.
Sacerdotes eius induam ſalutari: ꝛ ſancti eius
exultatione exultabunt.
Illuc pꝛoducam coꝛnu dauid: paraui lucernam
chꝛiſto meo.
Inimicos eius induam confuſione: ſuper ipſuꝫ
autem effloꝛebit ſanctificatio mea.

Canticum graduum. cxxxij.

A
Ecce q̄ȝ bonuȝ et q̄ȝ iocundum habitare fratres in vnum.
Sicut vnguentū in capite: qđ deſcēdit in barbā barbā aaron.
Quod deſcendit in oram veſtimenti eius: ſicut ros hermon qui deſcendit in montem ſion.
Quoniam illuc mandauit dominus benedictionem: ⁊ vitam vſqȝ in ſeculum.

Canticum graduum. cxxxiij.

A
j.cxxxiiij.a.
Ecce nunc benedicite dn̄m: oēs ſerui domini.
Qui ſtatis in domo domini in atrijs domus dei noſtri.
In noctibus extollite manus veſtras in ſancta: ⁊ benedicite do mino.
s̄.cxxvij.a. Benedicat te dn̄s ex ſion: qui fecit celū ⁊ terrā.

Alleluia. cxxxiiij

A
s̄.cxij.a.
s̄.cxxxiij.a.
Laudate nomen dn̄i laudate ſerui dominum.
Qui ſtatis in domo domini: in atrijs domus dei noſtri.
Laudate dominum quia bonus dominus pſallite nomini eius quoniam ſuaue eſt.
Quoniam iacob elegit ſibi dominus: iſrael in poſſeſſionem ſibi.
Quia ego cognoui ꝙ magnus eſt dominus: et deus noſter pre omnibus dijs.
B
Omnia quecunqȝ voluit dominus fecit: in celo et in terra: ⁊ in mari ⁊ in omnibus abyſſis.
Hiere.x.c.
s̄.lxxvij.f.
s̄.ciiij.c.
Exo.xij.d.
Educens nubes ab extremo terre fulgura in pluuiam fecit.
Qui producit ventos de theſauris ſuis: qui percuſſit pmogenita egypti ab homine vſqȝ ad pecus.
Et miſit ſigna et pdigia in medio tui egypte: in pharaonem ⁊ in omnes ſeruos eius.
Qui percuſſit gentes multas: ⁊ occidit reges fortes.
C
Seon regem amorreorum ⁊ og regem baſan: et omnia regna chanaan.
Et dedit terram eorum in hereditatem: hereditatem iſrael populo ſuo.
Domine nomen tuum in eternum: dn̄e memoriale tuum in generatione ⁊ generationem.
Quia iudicabit dominus populum ſuum: ⁊ in ſeruis ſuis deprecabitur.
Simulachra gentium argentum ⁊ aurum: opera manuum hominum.
s̄.cxiij.b.
Sap̄.xv.d.
Os habent ⁊ non loquentur: oculos habent et non videbunt.
D
s̄.cxiij.c.
Aures habent et non audient: neqȝ enim eſt ſpiritus in ore ipſorum.
Similes illis fiant qui faciunt ea: et omnes qui confidunt in eis.
Domus iſrael benedicite domino: domꝰ aaron benedicite domino.
Domus leui benedicite domino: qui timetis dominum benedicite domino.
Benedic dominus ex ſyon qui habitat in hieruſalem.

Alleluia. cxxxv.

Confitemini domino quoniam bonus: quoniam in ſeculum miſericordia eius. A
s̄.ciiij.a.
⁊.cv.a.cvj.a
Confitemini deo deorum: qm̄.
Confitemini domino dominorum: qm̄ in ſecu. mīa eius.
Qui facit mirabilia magna ſolus: quoniam in ſeculum miſericordia eius.
Qui fecit celos in intellectu: qm̄. Geneſ.j.
Qui firmauit terram ſuper aquas: qm̄.
Qui fecit luminaria magna: qm̄.
Solem in poteſtatē diei: qm̄.
Lunam ⁊ ſtellas in poteſtatem noctis: qm̄.
Qui percuſſit egyptum cum primogenitis eorum: quoniam in ſeculum miſericordia eius.
Qui eduxit iſrael de medio eorum: quoniam in ſeculum miſericordia eius. B
In manu potenti ⁊ brachio excelſo: qm̄.
Qui diuiſit mare rubrum in diuiſiones: qm̄.
Et eduxit iſrael per medium eius: qm̄.
Et excuſſit pharaonem et virtutem eius in mari rubro: quoniam in ſeculum miſericordia eius.
Qui traduxit populum ſuum per deſertum: quoniam in ſeculum miſericordia eius.
Qui percuſſit reges magnos: quoniam in ſe. C
Et occidit reges fortes: qm̄.
Seon regem amorreorum: qm̄.
Et og regem baſan: qm̄.
Et dedit terram eorum hereditatem: quoniam in ſeculum miſericordia eius.
Hereditatem iſrael ſeruo ſuo: qm̄.
Quia in humilitate noſtra memor fuit noſtri: quoniam in ſeculum miſericordia eius.
Et redemit nos ab inimicis noſtris: quoniam in ſeculum miſericordia eius.
Qui dat eſcam omni carni: qm̄.
Confitemini deo celi: qm̄ in ſeculum mīa eius.
Confitemini domino dominorum: quoniam in eternum miſericordia eius.

Pſalmus Dauid propter Hieremiā. cxxxvj.

Super flumina babylonis illic ſedimus ⁊ fleuimus: dum recordaremur tui ſion. A
De conſec. diſtinc. j.c. hi duo.
In ſalicibibus in medio eius ſuſpendimus organa noſtra.
Quia illic interrogauerunt nos qui captiuos duxerunt nos: verba cantionum.
Et qui abduxerunt nos: hymnum cantare nobis de canticis ſyon.

De pe. diſ. iiij. c. in ſaliacibus. Q uomodo cãtabimus canticũ domini: in terra aliena.
S i oblitus fuero tui hieruſalem: obliuioni detur dextera mea. B
A dhereat lingua mea faucibus meis: ſi nõ me mincero tui.
S i non propoſuero hieruſalem in principio leticie mee.
M emor eſto dñe filiorũ edon. in die hieruſalem.
Q ui dicunt exinanite exinanite: vſq ad fundamentum in ea.
De pe. diſ. iiij. c. in ſalicibus. F ilia babylonis miſera: beatus qui retribuet tibi retributionẽ tuã quã retribuiſti nobis.
B eatus qui tenebit ⁊ allidet paruulos ſuos ad petram.

¶ Pſalmus ipſi Dauid. cxxxvij.

A

s. ix. a. s. c. a.

C onfitebor tibi dñe in toto corde meo: quoniam audiſti oĩa verba oris mei.
s. cxiij. b. I n conſpectu angelorũ pſallam tibi: adorabo ad templum ſanctum tuũ ⁊ confitebor nomini tuo.
s. cxj. b. S uper miſericordia tua ⁊ veritate tua: quoniã magnificaſti ſuper omne nomen ſanctum tuum.
I n quacunq die inuocauero te exaudi me: multiplicabis in anima mea virtutem.
C onfiteantur tibi domine omnes reges terre: quia audierunt omnia verba oris tui.
B E t cantent in vijs dñi: qm̃ magna eſt gl'ia dñi.
Q uoniam excelſus dominus ⁊ humilia reſpicit ⁊ alta a longe cognoſcit.
S i ambulauero in medio tribulationis viuificabis me: ⁊ ſuper iram inimicorum meorũ extendiſti manum tuam: ⁊ ſaluum me fecit dextera tua.
D ominus retribuet pro me dñe miſericordia tua in ſeculũ: ⁊ opera manuũ tuarũ ne deſpicias.

¶ In finem pſalmus Dauid. cxxxviij.

A

D omine probaſti me et cognouiſti me: tu cognouiſti ſeſſionem meam ⁊ reſurrectionem meam.
I ntellexiſti cogitatiões meas de lõge: ſemitã meam ⁊ funiculum meum inueſtigaſti.
E t omnes vias meas preuidiſti: quia nõ eſt ſermo in lingua mea.
E cce domine tu cognouiſti omnia nouiſſima ⁊ antiqua tu formaſti me ⁊ poſuiſti ſuper me manum tuam.
M irabilis facta eſt ſcientia tua ex me: confortata eſt ⁊ non potero ad eam.
B Q uo ibo a ſpiritu tuo: ⁊ quo a facie tua fugiã.
S i aſcendero in celum tu illic es: ſi deſcendero ad infernum: ades.
S i ſumpſero pennas meas diluculo: ⁊ habitauero in extremis maris.
E tenim illuc manus tua deducet me: ⁊ tenebit me dextera tua.
E t dixi forſitan tenebre conculcabũt me: ⁊ nox illuminatio mea in delitijs meis.
Q uia tenebre non obſcurabuntur a te: ⁊ nox ſicut dies illuminabitur ſicut tenebre eius ita ⁊ lumen eius. C
Q uia tu poſſediſti renes meos: ſuſcepiſti me de vtero matris mee.
C onfitebor tibi quoniam terribiliter magnificatus es mirabilia opera tua: ⁊ anima mea cognoſcet nimis.
N on eſt occultatum os meum a te qd feciſti in occulto: ⁊ ſubſtantia mea in inferioribus terre. De conſe. di. iiij. c. ſicut i ſacramẽtis
I mperfectum meum viderunt oculi tui: ⁊ in libro tuo omnes ſcribentur dies formabuntur et nemo in eis.
M ihi aũt nimis honorati ſunt amici tui deus: nimis confortatus eſt principatus eorum. D
D inumerabo eos ⁊ ſuper arenam multiplicabuntur: exurrexi ⁊ adhuc ſum tecum.
S i occideris deus peccatores: viri ſanguinũ declinate a me.
Q uia dicitis in cogitatione: accipient in vanitate ciuitates ſuas.
N onne qui oderunt te domine oderam: ⁊ ſuper inimicos tuos tabeſcebam.
P erfecto odio oderã illos: ⁊ inimici facti ſũt mihi.
P roba me deus ⁊ ſcito cor meũ interroga me ⁊ cognoſce ſemitas meas. s. xxv. a.
E t vide ſi via iniquitatis in me eſt: ⁊ deduc me in via eterna.

¶ In finem pſalmus dauid. cxxxix.

E ripe me domine ab homine malo: a viro iniquo eripe me. A
Q ui cogitauerunt iniquitates in corde: tota die conſtituebant prelia.
A cuerunt linguas ſuas ſicut ſerpentes: venenũ aſpidũ ſub labijs eorum.
C uſtodi me domine de manu peccatoris: ⁊ ab hominibus iniquis eripe me. B
Q ui cogitauerunt ſupplantare greſſus meos abſconderunt ſuperbi laqueum mihi.
E t funes extenderunt in laqueum: iuxta iter ſcandalum poſuerunt mihi.
D ixi domino deus meus es tu exaudi dñe vocem deprecationis mee.
D omine domine virtus ſalutis mee: obumbraſti ſuper caput meum in die belli.
N õ tradas me dñe a deſiderio meo peccatori cogitauerũt ꝯ me: ne derelinqs me: ne forte exaltent.
C aput circuitus eorum: labor labiorum ipſorũ operiet eos. C
C adent ſuper eos carbones in ignem deijcies eos: in miſerijs nõ ſubſiſtent.
V ir linguoſus non dirigetur in terra: virũ iniuſtum mala capient in interitu.
C ognoui quia faciet dominus iudiciũ inopis ⁊ vindictam pauperum.
V eruntamen iuſti confitebuntur nomini tuo: ⁊ habitabunt recti cum vultu tuo.

¶ Pſalmus Dauid. cxl.

A

Domine clamaui ad te exaudi me: intēde voci mee cum clamauero ad te.
Dirigat oro mea ſicut incenſum in cōſpectu tuo: eleuatio manuum mearum ſacrificium veſpertinum.
Eccleſiaſti. xxij.d. xvj.q̄ōe.j.c. predicator. De cōſue. c. quanto. De vſu. c. cum tu. De exceſ. prela.c.iter.
Pone domine cuſtodiam ori meo: ⁊ oſtium circunſtantie labijs meis.
Non declines cor meum in verba malicie: ad excuſandas excuſationes in peccatis.
Cum hominibus operantibus iniquitatem ⁊ non cōmunicabo cū electis eorum.
Corripiet me iuſtus in mia ⁊ increpabit me: oleū aūt peccatoris nō impinguet caput meum.
B
Quoniam adhuc ⁊ oro mea in beneplacitis eorum: abſorpti ſunt iuncti petre iudices eorum.
Audient verba mea qm̄ potuerunt ſicut craſſitudo terre erupta eſt ſuper terram.
Diſſipata ſunt oſſa nr̄a ſecus infernū: q: ad te dn̄e oc'i mei in te ſperaui nō auferas aīaꝫ meaꝫ.
Cuſtodi me a laqueo quē ſtatuerunt mihi: ⁊ a ſcandalis operantiū iniquitatem.
Cadent in retiaculo eius peccatores: ſingulariter ſum ego donec tranſeam.

¶ Intellectus Dauid cum eſſet in ſpelunca. Oro. cxlj.

A
s.lxxvj.a.

Voce mea ad dominum clamaui: voce mea ad dominum deprecatus ſum.
Effundo in cōſpectu eiꝰ orationē meā: ⁊ tribulationē meā ante ipſum pronuncio.
In deficiēdo ex me ſpm̄ meū et tu cognouiſti ſemitas meas.
In via hac qua ambulabam abſconderunt ſuperbi laqueum mihi.
C
Conſiderabam ad dexteram ⁊ videbam ⁊ non erat qui cognoſceret me.
Perijt fuga a me ⁊ nō eſt qui req̄rat aīaꝫ meā.
Clamaui ad te dn̄e dixi tu es ſpes mea ⁊ portio mea in terra viuentium.
Intende ad deprecationem meam: quia humiliatus ſum nimis.
Libera me a perſequentibus me: quia confortati ſunt ſuper me.
Educ de cuſtodia aīaꝫ meā ad cōfitēdū nomini tuo: me expectant iuſti donec retribuas mihi.

¶ Pſalmus Dauid quando perſequebat eū filiꝰ ſuus Abſalon. cxlij.

A
s.cx.a.

Domine exaudi orationem meam: auribus percipe obſecrationē meam: in veritate tua exaudi me in tua iuſticia.
Et non intres in iudiciuꝫ cum ſeruo tuo: quia non iuſtificabitur in conſpectu tuo omnis viuens.
Quia perſecutus eſt inimicus animam meam: humiliauit in terra vitam meam.
Collocauit me in obſcuris ſicut mortuos ſeculi et anxiatus eſt ſuper me ſpiritus meus: in me turbatum eſt cor meum. B
Memor fui dierum antiquorum meditatus ſuꝫ in omnibus operibus tuis: ⁊ in factis manuum tuarum meditabar.
Expandi manus meas ad te: anima mea ſicut terra ſine aqua tibi. s.cx.a.
Velociter exaudi me domine: defecit ſpiritus meus.
Non auertas faciem tuam a me ⁊ ſimilis ero deſcendentibus in lacum.
Auditam fac mihi mane miſericordiam tuam: quia in te ſperaui. C
Notam fac mihi viam in qua ambulem: quia ad te leuaui animam meam.
Eripe me de inimicis meis dn̄e ad te confugi doce me facere voluntateꝫ tuam: quia deus meus es tu.
Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam: propter nomen tuum domine viuificabis me in equitate tua.
Educes de tribulatione animam meaꝫ: ⁊ in miſericordia tua diſperdes omnes inimicos meos.
Et perdes omnes qui tribulant animam meaꝫ: quoniam ego ſeruus tuus ſum.

¶ Pſalmus Dauid aduerſus goliath. cxliij.

Benedictus dn̄s deꝰ meus qui docet manus meas ad prelium: et digitos meos ad bellum. A s.xvij.a.
Miſericordia mea ⁊ refugiuꝫ meum: ſuſceptor meus et liberator meus. s.viij.a.
Protector meꝰ ⁊ in ipſo ſperaui: qui ſubdis populum meum ſub me. Job.vij.b De pe.diſ. ij.c.fina.
Domine quid eſt homo: quia innotuiſti ei: aut filius hominis: quia reputas eum.
Homo vanitati ſimilis factus eſt: dies eius ſicut vmbra pretereunt.
Domine inclina celos tuos ⁊ deſcende: tange montes ⁊ fumigabunt.
Fulgura coruſcationem ⁊ diſſipabis eos: emitte ſagittas tuas ⁊ conturbabis eos. B
Emitte manū tuā de alto eripe me ⁊ libera me de aquis multis: ⁊ de manu filiorum alienorum.
Quorum os locutum eſt vanitatem: ⁊ dextera eorum dextera iniquitatis.
Deus canticum nouum cantabo tibi: in pſalterio decachordo pſallam tibi.
Qui das ſalutem regibus: qui redemiſti dauid ſeruum tuum: de gladio maligno eripe me. C
Et erue me de manu filiorum alienorum quorū os locutum eſt vanitatem: et dextera eorum dextera iniquitatis.
Quorum filij ſicut nouelle plantationes: in iuuentute ſua.

Filie eorūʒ compoſite:circumornate vt ſimilitudo templi.

Promptuaria eorum plena: eructantia ex hoc in illud.

Oues eorum fetoſe abundantes in egreſſibus ſuis:boues eorum craſſe.

Non eſt ruina macerie neqꝫ tranſitus:neqꝫ clamor in plateis eorum.

Beatum dixerunt populum cui hec ſunt: beatus populus cuius dominus deus eius.

¶ Laudatio ipſi dauid. cxliiij.

A
Xaltabo te deus meus rex:⁊ benedicā nomini tuo in ſeculuʒ:et in ſeculum ſeculi.

Per ſingulos dies benedicā tibi ⁊ laudabo nomen tuuʒ in ſeculum:⁊ in ſeculum ſeculi.

Magnus dominus ⁊ laudabilis nimis:⁊ magnitudinis eius non eſt finis.

Generatio ⁊ generatio laudabit opera tua:⁊ potentiam tuam pronunciabunt.

z.xlvij.a. Magnificentiā glorie ſanctitatis tue loquētur: ⁊ mirabilia tua narrabunt.

B Et virtutem terribilium tuorum dicent: ⁊ magnitudinem tuam narrabunt.

Memoriam abundantie ſuauitatis tue eructabunt:⁊ iuſticia tua exultabunt.

Miſerator ⁊ miſericors dominꝰ:patiens ⁊ multum miſericors.

Suauis dominus vniuerſis:⁊ miſerationes eiꝰ ſuper omnia opera eius.

Confiteantur tibi domine omnia opera tua:et ſancti tui benedicant tibi.

C Gloriam regni tui dicent:⁊ potentiam tuam loquentur.

Ut notam faciant filijs hominū potentiā tuā: ⁊ gloriā magnificentie regni tui.

Regnum tuum regnum omnium ſeculorum: et dominatio tua in omni generatione ⁊ generationem.

Fidelis dominus in omnibus verbis ſuis: et ſanctus in omnibus operibus ſuis.

Alleuat dominus omnes qui corruunt:⁊ erigit omnes eliſos.

Oculi omnium in te ſperant domine: ⁊ tu das eſcam illorum in tempore oportuno.

D Aperis tu manum tuā ⁊ imples omne animal benedictione.

Iuſtus dominus in omnibus vijs ſuis:⁊ ſanctꝰ in omnibus operibus ſuis.

Prope eſt dominus omnibus inuocātibus euʒ: omnibus inuocantibus eum in veritate.

Uoluntatem timentium ſe faciet:⁊ deprecationem eorum exaudiet ⁊ ſaluos faciet eos.

Cuſtodit dominus omnes diligentes ſe: ⁊ omnes peccatores diſperdet.

Laudationem domini loquetur os meum: et benedicat omnis caro nomini ſancto eius in ſeculum:et in ſeculum ſeculi.

¶ Alleluia. cxlv.

Auda aīa mea dn̄m A
laudabo dominuʒ in vita mea: z.c.iij.
pſallam deo meo ꝙdiu fuero.

Nolite confidere in principibus:neqꝫ in filijs hominum in quibus non eſt ſalus.

Exibit ſpiritus eius ⁊ reuertetur in terram ſuam:in illa die peribunt omnes cogitationes eorum.

Beatus cuius deꝰ iacob adiutor eius: ſpes eiꝰ Act.xiiij.c
in domino deo ipſius:qui fecit celum ⁊ terram: Apocalip.
mare ⁊ omnia que in eis ſunt. xiiij.b.

Qui cuſtodit veritatem in ſeculuʒ facit iudiciū B
iniuriam patientibus dat eſcam eſurientibus.

Dominus ſoluit compeditos: dominus illuminat cecos.

Dominus erigit eliſos:dominus diligit iuſtos

Dominus cuſtodit aduenas:pupillum ⁊ viduā ſuſcipiet:⁊ vias peccatorum diſperdet.

Regnabit dominus in ſecula:deus tuus ſion in generatione ⁊ generationem.

¶ Alleluia. cxlvi.

Audate dominum A
quoniam bonus eſt pſalmus: deo noſtro ſit iocūda decoraqꝫ laudatio.

Edificans hieruſalem dominus:diſperſiones iſraelis congregabit.

Qui ſanat contritos corde:⁊ alligat contritiones eorum.

Qui numerat multitudinem ſtellarum:⁊ omnibus eis nomina vocans.

Magnus dominus noſter ⁊ magna virtus eius: ⁊ ſapientie eius non eſt numerus.

Suſcipiens manſuetos dominus:humilians autem peccatores vſqꝫ ad terram.

Precinite domino in confeſſiōe:pſallite deo no B
ſtro in cythara.

Qui operit celū nubibus:⁊ parat terre pluuiā.

Qui producit in montibus fenum ⁊ herbam: z.ciij.b.
ſeruituti hominum.

Qui dat iumentis eſcam ipſorum:⁊ pullis coruorum inuocantibus eum.

Non in fortitudine equi voluntatem habebit: neqꝫ in tibijs viri beneplacitum erit ei.

Beneplacitum eſt domino ſuper timentes euʒ: ⁊ in eis qui ſperant ſuper miſericordia eius.

¶ Alleluia Aggei ⁊ Zacharie. cxlvij.

Auda hieruſalē do- A
minum: lauda deum tuū ſion.

Quoniam confortauit ſeras portarum tuarum:benedixit filijs tuis in te.

Qui poſuit fines tuos paceʒ ⁊ adipe frumenti ſatiat te.

Qui emittit eloquium ſuuʒ terre:velociter cur-

rit ſermo eius.
Qui dat niuem ſicut lanam: nebulam ſicut ci-
nerem ſpargit.
B Mittit cryſtalluꝫ ſuam ſicut buccellas: ante fa-
ciem frigoris eius quis ſuſtinebit.
Emittet verbum ſuum ⁊ liquefaciet ea: flabit
ſpiritus eius ⁊ fluent aque.
Qui annunciat verbuꝫ ſuum iacob: iuſticias et
iudicia ſua iſrael.
Non fecit taliter omni nationi: ⁊ iudicia ſua
non manifeſtauit eis.

¶ Alleluia Aggei ⁊ Zacharie. cxlviij.

A LAudate dominum de
celis: laudate eum in excelſis.
Daniel.iij. e. Laudate euꝫ omnes angeli eiꝰ
laudate euꝫ oēs virtutes eius.
ſ.xxxij.b. Laudate eum ſol ⁊ luna: lauda
xxxv.qōe.x. te eum omnes ſtelle ⁊ lumen.
c.j. Laudate eum celi celorum: ⁊ aque que ſuper
De cſe.di. celos ſunt laudent nomen domini.
ij.c. reuera. Quia ipſe dixit ⁊ facta ſunt: ipſe mandauit et
creata ſunt.
Statuit ea in eternum ⁊ in ſeculum ſeculi: pre-
ceptum poſuit ⁊ non preteribit.
Laudate dñm de terra: dracones ⁊ oēs abyſſi.
Ignis grando nix glacies ſpiritus procellaruꝫ:
que faciunt verbum eius.
Montes ⁊ omnes colles: ligna fructifera ⁊ om-
nes cedri.
Beſtie ⁊ vniuerſa pecora: ſerpētes ⁊ volucres
pennate.
Reges terre ⁊ omnes populi: principes ⁊ om-
nes iudices terre.
B Iuuenes ⁊ virgines ſenes cum iunioribus lau-
dent nomen domini: quia exaltatum eſt nomen
eius ſolius.
Confeſſio eius ſuper celum ⁊ terram: ⁊ exalta-
uit cornu populi ſui.
Hymnus omnibus ſanctis eius filijs iſrael po-
pulo appropinquanti ſibi.

¶ Alleluia. cxlix.

CAntate domino can A
ticum nouum: laus eius in ec-
cleſia ſanctorum.
Letetur iſrael in eo qui fecit
eum: ⁊ filie ſion exultent in re-
ge ſuo.
Laudent nomen eius in cho-
ro: ⁊ in tympano ⁊ pſalterio pſallant ei.
Quia beneplacitum eſt domino in populo ſuo:
⁊ exaltauit manſuetos in ſalutem.
Exultabunt ſancti in gloria: letabuntur in cubi
libus ſuis. B
Exultationes dei in gutture eorum: ⁊ gladij an
cipites in manibus eorum.
Ad faciendam vindictam in nationibus: incre-
pationes in populis.
Ad alligandos reges eorum in compedibus: et
nobiles eorum in manicis ferreis.
Ut faciant in eis iudicium conſcriptum: gloria
hec eſt omnibus ſanctis eius.

¶ Alleluia. cl.

LAudate dominuꝫ in A
ſanctis eius: laudate eum in fir De reliq. ⁊
mamento virtutis eius. vene. ſan. c.
Laudate eum in virtutibus vnico. i cle-
eius: laudate eum ſ̄m multitu- mentinis.
dinem magnitudinis eius.
Laudate eum in ſono tube:
laudate eum in pſalterio ⁊ cythara.
Laudate eum in tympano ⁊ choro: laudate eū
in chordis ⁊ organo. B
Laudate eum in cymbalis beneſonantibus:
laudate eum in cymbalis iubilationis: omnis
ſpiritus laudet dominum.

¶ Explicit pſalteriuꝫ.

¶ Epiſtola ſancti Hieronymi preſbyteri ad Chromatiū ⁊ Heliodorum epiſcopos de libris Salomonis.

Tangat epiſtola quos iungit ſacerdotiū: immo charta nō diuidat quos chriſti nectit amor. Commētarios in Oſee Amos ⁊ Zachariam Malachiam quoqꝫ poſcitis: ſcripſiſſem ſi licuiſſet pre valitudine. Mittitis ſolatia ſumptuum: notarios noſtros: ⁊ librarios ſuſtentatis: vt vobis potiſſimum noſtrum deſudet ingenium. Et ecce ex latere frequēs turba diuerſa poſcentiuꝫ quaſi aut equum ſit me vobis eſurientibus ⁊ alijs laborare: aut in ratione dati ⁊ accepti: cuiꝙ̄ preter vos obnoxius ſim. Itaqꝫ longa egrotatione fractus ne penitus hoc anno reticerem: ⁊ apud vos mutus eſſeꝫ tridui opus nomini veſtro conſecraui: interpretationem videlicet trium Salomonis voluminum: maſloth quod hebrei parabolas vulgata autem editio prouerbia vocat: coeleth quem grece eccleſiaſten: latine concinatorem poſſumus dicere: ſiraſirim quod in lingua noſtra vertitur canticum canticorum. Fertur ⁊ panaretos Ieſu filij Sirach liber ⁊ alius pſeudographus: qui ſapiētia Salomonis inſcribit. Quorum priorē hebraicū reperi: non eccleſiaſticum vt apud latinos: ſed parabolas prenotatum. Cui iuncti erant eccleſiaſtes ⁊ canticum canticorum: vt ſimilitudinem Salomonis: non ſolum numero librorum: ſed etiā materiarū genere coequaret. Secūdus apō hebreos nuſꝙ̄ eſt: q꞉ ⁊ ipſe ſtilus grecam eloquentiaꝫ redolet: ⁊ nonnulli ſcriptorū veterum hunc eſſe iudei philonis affirmant. Sicut ergo Iudith ⁊ Tobie ⁊ Machabeoꝝ libros legit quidem eos eccleſia: ſed inter canonicas ſcripturas nō recipit: ſic ⁊ hec duo volumina legat ad edificationem plebis: nō ad auctoritatem eccleſiaſticorum dogmatuꝫ confirmandam. Si cui ſane ſeptuaginta interpretum magis editio placet habet eam a nobis olim emendataꝫ. Neqꝫ enim noua ſic cudimus vt vetera deſtruamus. Et tamen cum diligentiſſime legerit: ſciat magis noſtra ſcripta intelligi: que non in tertium vas transfuſa coacuerint ſed ſtatim de prelio puriſſime comendata teſte ſuum ſaporem ſeruauerint.

¶ Explicit epiſtola ſancti Hieronymi.

¶ Incipit prologus in libros eoſdem.

Tribus nominibus vocatum fuiſſe Salomonem ſcripture manifeſtiſſime docent. Pacificum: id eſt Salomonem: ⁊ idida hoc eſt dilectū dn̄i: ⁊ qō nunc dicitur coeleth: id eſt eccleſiaſten. Eccleſiaſtes autem greco ſermone eſt appellatus: q꞉ cetum id eſt eccleſiam congreget quem nos nuncupare poſſumus concionatorem: eo ꝙ loquat ad populum: ⁊ ſermo eius non ſpecialiter ad vnuꝫ: ſed ad vniuerſos dirigatur generaliter. Porro pacificus ⁊ dilectus domini ab eo ꝙ regno eius pax fuerit et eum dominus dilexerit appellatus eſt: nam ⁊ pſalmus.xliiij. ⁊. lxxj. dilecti ⁊ pacifici titulo prenotantur. Quid tamen ⁊ ſi ad prophetiaꝫ chriſti eccleſieqꝫ pertinentes felicitatem et vires Salomonis excedunt tamen ſm hyſtoriam ſuper Salomonem ſcripti ſunt. Itaqꝫ iuxta numerum vocabulorum tria volumina edidit prouerbia: eccleſiaſten: canticum canticoruꝫ. In prouerbijs paruulum docēs et quaſi de officijs per ſententias erudiens. Unde ⁊ ad filiuꝫ ſermo crebro repetitur. In eccleſiaſte vero mature virum etatis inſtituens: ne quicꝙ̄ in mundi rebus putet eſſe perpetuuꝫ: ſed caduca ⁊ breuia vniuerſa que cernimus. Ad extremum iam conſummatum virum ⁊ calcato ſeculo preparatum. In canticis canticoruꝫ ſponſe iungit amplexibus. Niſi enim prius reliquerimus vitia et pompis ſeculi renunciantes: expeditos nos ad aduentuꝫ preparauerimus: non poſſumus cantare canticum canticorum. Sed ⁊ hoc diligentius attendendum: tres libros auctore diuerſo eſſe intitulatos. In prouerbijs eniꝫ notātur prouerbia Salomonis filij Dauid regis Iſrael. In eccleſiaſte vero verba eccleſiaſtes filij Dauid regis Hieruſalem. Superfluum quippe eſt Iſrael hic: qō male in grecis ⁊ latinis codicibus inuenitur. In cantico autem canticoruꝫ: nec filius Dauid: nec rex Iſrael ſiue Hieruſalem preſcribitur: ſed tantum canticum canticorum Salomonis. Sicut enim prouerbia ⁊ rudis inſtitutio ad duodecim tribus ⁊ ad totum pertinet Iſrael: et quomodo contemptus mundi nō niſi metropolitis conuenit: hoc eſt habitatoribus Hieruſalem: ita canticum canticorum ad eos ꝓprie pertinet qui tantum ſuperna deſiderant. Ad incipientes ⁊ proficientes ⁊ paterna dignitas: ⁊ regni proprij merito vendicatur auctoritas. Ad perfectos vero vbi non timore eruditur ſed amore: ⁊ propriū nomen ſufficit: ⁊ equalis magiſter eſt: ⁊ neſcit ſe eſſe regem. Que omnia referuntur ad chriſtum.

Item alius prologus.

Tres libros Salo
monis:id eſt puerbia Eccle
ſiaſten: ꝛ canticū canticoꝝ
veteri ſeptuagita interpre
tum auctoritati reddidi vl'
antepoſitis lineis ſupflua
queqꝫ deſignās:vl' ſtellis ti
tulo prenotatis ea que minus habeant in-
terſerens:vt plenius Paula ꝛ Euſtochium
cognoſcatis qd in libris nr̄is minꝰ ſit qd ve
redundet. Necnō etiā illa que imperiti trāſ-
latores male in linguā nr̄aꝫ de greco ſermo-
ne verterāt obliterās ꝛ antiquans curioſiſſi
ma veritate correxi. Et vbi ppoſtero ordine
atqꝫ puerſo ſniarum fuerat lumē ereptum:
ſuis locis reſtituēs feci intelligi qđ latebat.
Porro in eo libro qui a pleriſqꝫ ſapiētia Sa
lomonis inſcribit:ꝛ in eccl'iaſtico quē eſſe ie
ſu filij Sirach nullꝰ ignorat:calamū tempe-
raui:tātūmodo canonicas ſcripturas vobis
emēdare deſiderās:ꝛ ſtudiū meū certis ma-
gis ꝙ dubijs cōmendare. Ideo greco ꝛ he-
breo prefaciuncula vtraqꝫ in libro pmiſſa eſt:
q: nōnulla de greco hꝰ ad illūinatōeꝫ ſenſus:
ꝛ legētis edificatōeꝫ vl' inſerta hebraice trāſ
lationi : vel extrinſecus iuncta ſunt. Et id-
circo qui legis ſemper peregrina memento.

Expliciunt prologi.

Incipit liber Prouerbiorū:
quē hebrei Maſloth appellant.

Capituli Summariū. Titulus libri
premittitur:ꝛ prelibatur vtilitas operis:au
ditus ſapientie commendat:prohibet filius
ne acquieſcat blanditijs:nec eat in vijs pec-
catorum vel hereticorum:ſapiētia clamat

Capitulum.j.

A Parabo-
le Salomo-
nis filij Da
uid regis iſ-
rael. Ad ſciē
dam ſapien-
tiam ꝛ diſci-
plinaꝫ ad in-
telligēda ver
ba prudētie
ꝛ ſuſcipien-
dam eruditionem doctrine iuſticiam ꝛ iudi-
cium ꝛ equitatē. Vt detur paruulis aſtutia:
ꝛ adoleſcenti ſcientia:ꝛ intellectus. Audiens ſa-
piens ſapientior erit: ꝛ intelligens gubernacula
poſſidebit. Animaduertet parabolam ꝛ interpre
tationem verba ſapientium ꝛ enigmata eorum.
Timor domini principium ſapientie. Sapientiā Pſ̄. cx.b.
atqꝫ doctrinam ſtulti deſpiciunt. Audi fili mi di- Eccli. j.b.
ſciplinam patris tui:ꝛ ne dimittas legeꝫ matris j.ix.c.
tue:vt addatur gratia capiti tuo:ꝛ torquēs collo
tuo. Fili mi:ſi te lactauerit peccatores:ne acquie
ſcas eis:ſi dixerint:veni nobiſcuꝫ:inſidiemur ſan B
guini:abſcondamus tendiculas contra inſonteꝫ
fruſtra:deglutiamus eum ſicut infernus viuentē
ꝛ integrum quaſi deſcendentem in lacum. Om-
nem precioſam ſubſtantiam reperiemus:implebi
mus domos noſtras ſpolijs :ſortem mitte nobi-
ſcum:marſupium ſit vnum omnium noſtrum:fili
mi ne ambules cum eis. Prohibe pedeꝫ tuum a j.vj.c.
ſemitis eorum. Pedes enim illorum ad malum Eſa. lix.b.
currunt ꝛ feſtinant vt effundant ſanguinē. Fru-
ſtra autem iacitur rete ante oculos pennatoruꝫ.
Ipſi quoqꝫ contra ſanguinem ſuum inſidiant:ꝛ
moliuntur fraudes contra animas ſuas. Sic ſe- C
mite omnis auari:animas poſſidentiū rapiunt. j.viij.a.
Sapientia foris predicat : in plateis dat vocem
ſuam. In capite turbarum clamitat:in foribꝰ por
tarum vrbis pfert verba ſua: dicens. Vſqꝫ quo
paruuli diligitis infantiā:ꝛ ſtulti ea que ſibi ſunt
noxia cupiēt: ꝛ imprudētes odibūt ſcientiā. Cō
uertimini ad correctionem meam. En proferā vo Eſa. lvj.b.
bis ſpiritum meū:ꝛ oſtendam vobis verba mea. Hier. vij.c.
Quia vocaui ꝛ renuiſtis:extēdi manū meaꝫ:ꝛ nō
fuit qui aſpiceret. Deſpexiſtis omē cōſiliū meū:
ꝛ increpationes meas neglexiſtis. Ego qꝫ in inte
ritu veſtro ridebo:ꝛ ſubſannabo cū vobis id qđ
timebatis aduenerit. Cuꝫ irruerit repētina cala D
mitas:ꝛ interitus quaſi tēpeſtas ingruerit quā-
do venerit ſuper vos tribulatio ꝛ anguſtia. Tūc
inuocabunt me ꝛ non exaudiam:mane cōſurgēt
ꝛ nō inuenīēt me:eo qꝫ exoſaꝫ habuerint diſcipli-
nam:ꝛ timoreꝫ dn̄i nō ſuſceperint:nec acquieue
rint cōſilio meo:ꝛ detraxerint vniuerſe correctio
ni mee. Comedent igit fructus vie ſue:ſuiſqꝫ cō-
ſilijs ſaturabunt. Auerſio paruulorū interficiet
eos:ꝛ proſperitas ſtultoꝝ perdet illos. Qui autē
me audierit abſqꝫ terrore requieſcet ꝛ abundātia
perfruetur timore malorum ſublato.

Ca. Sū. Sapientia monet ſuſcipere ſer-
mones ſuos querere ſapientiam ſicut theſauruꝫ
que ab omni inſania reuocat contēptoribus con
trariatur:liberat a via mala:ꝛ muliere adultera:
ꝛ reducit in viam rectam. Caplm. ij.

Fili mi ſi ſuſceperis A
ſermones meos : ꝛ mādata mea
abſconderis penes te: vt audiat
ſapientiam auris tua:inclina cor
tuuꝫ ad cognoſcēdaꝫ prudētiaꝫ.

Si enim ſapientiā inuocaueris ⁊ inclinaueris cor
tuum prudētie: ſi queſieris eam quaſi pecuniā: et
ſicut theſauros effoderis illam: tunc intelliges ti
morem dñi: et ſcientiam dei inuenies: qꝛ dñs dat
ſapientiam: ⁊ ex ore eius prudentia ⁊ ſcientia.
x.b. j.b. B Cuſtodiet rectoꝝ ſalutem: ⁊ proteget gradiētes
ſimpliciter: ſeruās ſemitas iuſticie: ⁊ vias ſancto
rum cuſtodiens. Tunc intelliges iuſticiā: ⁊ iudi-
cium ⁊ equitatem ⁊ omnem ſemitā bonā. Si in-
trauerit ſapientia cor tuum: ⁊ ſcientia anime tue
placuerit: conſilium cuſtodiet te: ⁊ prudentia ſer
uabit te: vt eruaris a via mala ⁊ ab homine qui
C peruerſa loquitᷣ. Qui relinquūt iter rectum ⁊ am
bulant per vias tenebroſas. Qui letantur cū ma
lefecerint ⁊ exultant in rebus peſſimis. Quoꝝ vie
peruerſe: ⁊ infames greſſus eorum. Ut eruaris a
j.vij.a. muliere aliena ⁊ ab extranea que mollit ſermo-
nes ſuos: ⁊ relinquit ducem pubertatis ſue ⁊ pa-
cti dei ſui oblita eſt. Inclinata eſt enim ad mortē
x.b. D domus eius: ⁊ ad inferos ſemite ipſius. Omnes
qui ingrediuntur ad eam nō reuertentur: nec ap
prehendent ſemitas vite. Ut ambules in via bo
na: ⁊ calles iuſtorum cuſtodias. Qui enim recti
ſunt habitabunt in terra: ⁊ ſimplices permane-
bunt in ea. Impij vero de terra perdentur: ⁊ qui
inique agunt auferentur ex ea.

¶ Capitu. Sūma. ¶ De preceptis memoran-
dis: ⁊ fiducia habenda in deū: nō in propria pru
dentia: de timendo ⁊ honorando deum: de aman
do diſciplinam: de laude ſapientie: de impio non
timendo: ⁊ bono opere non deſerendo: de impio
illuſore non imitando. Capitulum. iij.

A Ili mi ne obliuiſcaris
legis mee: ⁊ precepta mea cor tuū
cuſtodiat. Longitudinem enī die
rum ⁊ annos vite ⁊ pacē apponēt
tibi. Miſericordia ⁊ veritas te nō
deſerant. Circunda ea gutturi tuo: ⁊ deſcribe in
tabulis cordis tui: ⁊ inuenies gratiam ⁊ diſcipli-
nam bonam coram deo ⁊ hoībus. Habe fiduciam
in dño ex toto corde tuo: ⁊ ne innitaris prudētie
Rom.xij.d. tue. In omnibus vijs tuis cogita illum: ⁊ ipſe di
B riget greſſus tuos. Ne ſis ſapiens apud temetip
j.q.j.c. non ſum. Time deum ⁊ recede a malo. Sanitas quip-
eſt. pe erit vmbilico tuo, ⁊ irrigatio oſſium tuorū ho-
Tobie. iiij. nora deum de tua ſubſtantia: ⁊ de primitijs om-
nium frugum tuarum da pauperibus: ⁊ implebū
Hebreoruꝫ tur horrea tua ſaturitate: ⁊ vino torcularia redū
xij.b. dabunt. Diſciplinam domini fili mi ne abijcias:
Apo.iij.d. nec deficias cum ab eo corriperis. Quem eniꝫ di
xxiiij.q.iiij. ligit dominus corripit: ⁊ quaſi pater in filio com
c.eavidicta placet ſibi. Beatus homo qui inuenit ſapientiā:
De purg. ⁊ qui affluit prudentia. Melior eſt acquiſitio eius
ca.c.cuꝫ in negociatione auri ⁊ argenti: primi ⁊ puriſſimi fru
iuuentute. ctus eius. Precioſior eſt cunctis opibꝰ: ⁊ omnia
j.viij.b. que deſiderantur: huic non valent comparari.
C Longitudo dierum in dextera eius: ⁊ in ſiniſtra
illius diuitie ⁊ gloria. Uie eius vie pulchre: ⁊ om-
nes ſemite illius pacifice. Lignuꝫ vite eſt his qui
apprehenderint eam: ⁊ qui tenuerint eam beati.
Dominus ſapientia fundauit terram: ſtabiliuit
celos prudentia. Sapientia illius eruperūt abyſ
ſi: ⁊ nubes rore concreſcunt. Fili mi ne effluant
hec ab oculis tuis. Cuſtodi legem meam atq; cō
ſilium meum: et erit vita anime tue: ⁊ gratia fau-
cibus tuis. Tunc ambulabis fiducialiter in via
tua: et pes tuus non impinget. Si dormieris nō
timebis: quieſces ⁊ ſuauis erit ſomnus tuus. Ne
paueas repentino terrore: ⁊ irruentes tibi poten D
tias impiorum. Dominus eniꝫ erit in latere tuo:
⁊ cuſtodiet pedem tuuꝫ ne capiaris. Noli prohi-
bere benefacere eum qui poteſt: ſi vales ⁊ ipſe
benefac. Ne dicas amico tuo: vade ⁊ reuertere:
⁊ cras dabo tibi: cum ſtatim poſſis dare. Ne mo
liaris amico tuo malum: cum ille in te habeat fi-
duciam. Non contendas aduerſus hominēꝫ fru
ſtra: cum ipſe tibi nihil mali fecerit. Ne emule-
ris hominem iniuſtum: nec imiteris vias eius: qꝛ
abominatio eſt domini omnis illuſor: ⁊ cum ſim-
plicibus ſermocinatio eius. Egeſtas a domino
in domo impij: habitacula autem iuſtorum bene
dicentur. Ipſe deludet illuſores: ⁊ manſuetis da
bit gratiam. Gloriam ſapientes poſſidebunt:
ſtultorum exultatio ignominia.

¶ Capituli Sūmarium. ¶ Salomon oſten-
dit querendam ſapientiam per exemplum ſui: et
fructum ſapientie: ⁊ viam ſapientie: et viam im-
piorum: loquitur alternatim de cuſtodiendis
eloquijs dei: de cuſtodia cordis: oris ⁊ greſſuum.
Capitulum. iiij.

A Udite filii diſciplinā De vb.ſig.
patris: et attendite vt ſciatis c.naꝫ ⁊ ego.
prudentiam. Donum bonum
tribuam vobis: legem meam
ne derelinquatis. Nam ⁊ ego
filius fui patris mei: tenellus
⁊ vnigenitus corā matre mea:
⁊ docebat me: atq; dicebat. Suſcipiat verba mea
cor tuum: cuſtodi precepta mea: ⁊ viues. Poſſi-
de ſapientiām: poſſide prudentiam. Ne obliuiſca
ris neq; declines a verbis oris mei. Ne dimittas
eam ⁊ cuſtodiet te: ⁊ diliget te: dilige eaꝫ ⁊ cōſerua B
bit te. Principium ſapientie poſſide ſapientiaꝫ:
⁊ in omni poſſeſſione tua acquire prudentiam.
Arripe illam ⁊ exaltabit te: glorificaberis ab ea
cum eaꝫ fueris amplexatus: dabit capiti tuo au-
gmenta gratiaruꝫ: ⁊ corona inclyta proteget te.
Audi fili mi ⁊ ſuſcipe verba mea: vt multiplicenᷣ
tibi anni vite. Uiam ſapientie monſtrabo tibi et
ducam te per ſemitas equitatis: quas cuꝫ ingreſ
ſus fueris non artabuntur greſſus tui: ⁊ currens C
non habebis offendiculum. Tene diſciplinam ne
dimittas eam. Cuſtodi illam: qꝛ illa eſt vita tua.
Ne delecteris in ſemitis impiorum: nec tibi pla-
ceat malorum via. Fuge ab ea ne tranſeas per il-

lam declina ⁊ deſere eam. Non enim dormiunt
niſi cum maleſecerint: ⁊ non rapitur ſomnus ab
De pe.diſ. eis niſi ſupplantauerint. Comedunt panem im-
h.c.reuerte pietatis: ⁊ vinum iniquitatis bibunt. Juſtoꝛum
bantur. ſemita quaſi lux ſplendēs: pꝛocedit ⁊ creſcit vſq;
ad perfectam diem. Uia impioꝛum tenebroſa: ne
ſciunt vbi coꝛruant. Fili mi auſculta ſermones
meos: ⁊ ad eloquia mea inclina aurem tuam. Ne
recedant ab oculis tuis: cuſtodi ea in medio coꝛ-
dis tui. Uita enim ſunt inuenientibus ea: ⁊ vni-
D. uerſe carnis ſanitas. Omni cuſtodia ſerua coꝛ tu-
um: quia ex ipſo vita pꝛocedit. Remoue a te os
prauum: et detrahentia labia ſint procul a te.
Oculi tui recta videāt: ⁊ palpebꝛe tue pꝛecedāt
greſſus tuos. Dirige ſemitas pedib⁹ tuis: ⁊ om-
nes vie tue ſtabilientur. Ne declines ad dexterā
neq; ad ſiniſtram. Auerte pedem tuum a malo.
Uias enim que a dextris ſunt nouit dominus:
peruerſe vero ſunt que a ſiniſtris ſunt. Ipſe enim
rectos faciet greſſus tuos: itinera autem tua in
pace pꝛoducentur.

¶ Capituli Summarium. ¶ De vitanda me
retrice: de honoꝛe ⁊ laboꝛibus ⁊ annis non perdē
dis: de bibendis aquis ciſterne pꝛopꝛie: de diligē
da vxoꝛe ⁊ fugienda aliena. Capitulum. v.

A
De renūc. FIli mi attende ſapien
c.niſi cū .ſ. tiam meam ⁊ pꝛudentie mee in-
verum. clina aurem tuam vt cuſtodias
cogitationes: ⁊ diſciplinam labia
tua conſeruēt. Ne intenderis fal
lacie mulieris. Fauus enim diſtillans labia mere
tricis: ⁊ nitidius oleo guttur eius. Nouiſſima au
tem illius amara quaſi abſinthium: ⁊ acuta quaſi
gladius biceps. Pedes eius deſcendunt in moꝛ
B tem: ⁊ ad inferos greſſus eius penetrant. Per ſe
mitam vite non ambulant vagi ſunt greſſus eius
⁊ inueſtigabiles. Nunc ergo fili mi: audi me: ⁊
ne recedas a verbis oꝛis mei. Longe fac ab ea
viam tuam: ⁊ ne appꝛopinques foꝛibus domus
eius. Ne des alienis honoꝛē tuum: ⁊ annos tu-
os crudeli. Ne foꝛte impleantur extranei viri-
bus tuis: ⁊ laboꝛes tui ſint in domo aliena: ⁊ ge-
mas in nouiſſimis quando conſumpſeris carnes
C tuas ⁊ coꝛpus tuum: ⁊ dicas. Cur deteſtatus ſum
diſciplinam ⁊ increpationibus nō acquieuit coꝛ
meum. Nec audiui vocem docentium me: ⁊ ma-
giſtris non inclinaui aurem meam. Pene fui in
omni malo: in medio eccleſie ⁊ ſynagoge. Bibe
aquam de ciſterna tua: ⁊ fluenta putei tui. Deri-
uent fontes tui foꝛas ⁊ in plateis aquas tuas di-
uide. Habeto eas ſol⁹: nec ſint alieni participes
D tui. Sit vena tua benedicta: ⁊ letare cum mu-
liere adoleſcentie tue. Cerua chariſſima: ⁊ gra-
tiſſimus hinnulus. Ubera eius inebꝛient te om-
ni tempoꝛe: ⁊ in amoꝛe eius delectare iugiter.
Quare ſeduceris fili mi ab aliena: ⁊ foueris in
Job .xxxj. ſinu alterius. Reſpicit dominus vias hominis:
capi.ij. ⁊ omnes greſſus eius conſiderat. Iniquitates

ſue capiunt impium: ⁊ funibus peccatoꝛum ſuo-
rum conſtringitur. Ipſe moꝛietur: quia non ha-
buit diſciplinam: et in multitudine ſtultitie ſue
decipietur.

¶ Capituli Summarium. ¶ Inſtruit pꝛece-
ptoꝛem ſiue creditoꝛem animarum: ⁊ excitat pi-
grum: arguit ſchiſmaticum: de vigili cuſtodia le-
gis ⁊ fugiēda adultera: de hereſi ⁊ eius fallacia.
Capitulum. vj.

FIli mi ſi ſpoponderis A
pꝛo amico tuo: defixiſti apud ex- j.xvij.c.
traneum manum tuam. Illaquea
tus es verbis oꝛis tui: ⁊ captus
pꝛopꝛijs ſermonibus. Fac ergo
quod dico fili mi: ⁊ temetipſum libera: quia inci
diſti in manum pꝛoximi tui. Diſcurre feſtina: ſu
ſcita amicum tuum. Ne dederis ſomnum oculis
tuis: nec doꝛmient palpebꝛe tue. Eruere quaſi j.xx.d.
damula de manu: ⁊ quaſi auis de inſidijs aucu- B
pis. Uade ad foꝛmicam o piger: ⁊ cōſidera vias j.xxiiij.d.
eius: ⁊ diſce ſapientiam. Que cum nō habeat du-
cem nec pꝛeceptoꝛem nec pꝛincipem parat in eſta
te cibum ſibi ⁊ cōgregat in meſſe quod comedat.
Uſq; quo piger doꝛmies? Quando cōſurges de
ſomno tuo? Paululum doꝛmiens: paululum doꝛ
mitabis: paululum conſeres manus tuas vt doꝛ
mias: veniet tibi quaſi viatoꝛ egeſtas: ⁊ paupe
ries quaſi vir armatus. Si vero impiger fueris:
veniet vt fons meſſis tua: ⁊ egeſtas longe fugiet
a te. Homo apoſtota vir inutilis gradit oꝛe per
uerſo: annuit oculis: terit pede: digito loquitur
prauo coꝛde machinatur malum: ⁊ omni tempo
re iurgia ſeminat. Huic extemplo veniet perditio
ſua ⁊ ſubito conteretur: nec habebit vltra medi C
cinam. Sex ſunt que odit dominus: ⁊ ſeptimū de
teſtatur anima eius. Oculos ſublimes: linguam ſ.j.b.
mendacem: manus effundentes innoxium ſan
guinem: coꝛ machinans cogitationes peſſimas
pedes veloces ad currendum ad malum: pꝛoferē
tem mendacia: teſtem fallacem: ⁊ eum qui ſemi
nat inter fratres diſcoꝛdias. Cōſerua fili mi pꝛe
cepta patris tui: ⁊ ne dimittas legem matris tue.
liga ea in coꝛde tuo iugiter ⁊ circūda gutturi tuo.
Cum ambulaueris gradiantur tecum: cum doꝛ
mieris cuſtodiant te: ⁊ euigilans loquere cū eis.
Quia mandatum lucerna eſt ⁊ lex lux: ⁊ via vite
increpatio diſcipline: vt cuſtodiant te a muliere
mala: ⁊ a blanda lingua extranee. Non concupi
ſcat pulchꝛitudinem eius coꝛ tuum: ne capiaris
nutib⁹ illius. Precium enim ſcoꝛti vix eſt vnius
panis: mulier autem viri precioſam animam ca D
pit. Nunquid poteſt homo abſcondere ignem
in ſinu ſuo: vt veſtimenta illius non ardeant: aut
ambulare ſuper pꝛunas: vt non comburant plā
te eius? Sic qui ingreditur ad mulierem pꝛoxi
mi ſui: non erit mundus cum tetigerit eam. Nō
grandis eſt culpa cum quis furatus fuerit. Fura
tur enim vt eſuriente impleat animam: Depꝛe
henſus quoq;: reddet ſeptuplum: ⁊ omnem ſubſtā-

tiam domus ſue tradet: ⁊ liberabit ſe. Qui autē adultere propter cordis inopiam perdit animaꝫ ſuam. Turpitudinem ⁊ ignominiam congregat ſibi: opprobrium illius non delebitur. Quia zelus ⁊ furor viri non parcet in die vindicte: nec acquieſcet cuiuſꝙ precibus: nec ſuſcipiet pro redēptione dona plurima.

¶ Capituli Summariū. ¶ Inuitat ad timorem domini: ⁊ cuſtodiam mandatorum eius: deſcribit mulierem adulteram: refert verba eius: et dehortatur a vijs eius. Capitulum. vij.

A Fili mi cuſtodi ſermones meos: ⁊ precepta mea recon de tibi. Fili honora dn̄m: ⁊ valebis: preter eum vero ne timueris alienū. Serua mādata mea ⁊ viues: ⁊ legem meam quaſi pupillam oculi tui. Liga eam in digitis tuis: ſcribe illaꝫ in tabulis cordis tui. Dic ſapientie: ſoror mea es: ⁊ prudētiaꝫ

S.vj.d. voca amicam tuam. Ut cuſtodiat te a muliere ex

B tranea: ⁊ ab aliena que v̄ba ſua dulcia facit. De feneſtra enim domus mee per cancellos proſpexi iuuenem: ⁊ video paruulos. Cōſidero vecordem iuuenem qui trāſit per plateas iuxta angulū: et prope viam domus illius gradit in obſcuro aduesperaſcente die in noctis tenebris ⁊ caligine. Et ecce occurrit illi mulier in ornatu meretriceo: preparata ad decipiendas aīas. Garrula ⁊ vaga: quietis impatiens: nec valens in domo cōſiſtere pedibus ſuis. Nunc foris: nunc in plateis: nūc

C iuxta angulos inſidiās. Apprehenſumꝫ deoſculatur iuuenē: ⁊ procaci vultu blandit: dicēs. Uictimas pro ſalute deuoui: hodie reddidi vota mea. Idcirco egreſſa ſum in occurſum tuū: deſiderās te videre ⁊ repperi. Intexui funibꝰ lectulū meū: ſtraui tapetibus pictis ex egypto aſperſi cubile meum myrrha ⁊ aloe ⁊ cynamomo. Ueni inebriemur vberibus: ⁊ fruamur cupitis amplexibꝰ donec illuceſcat dies. Non eſt enim vir in domo ſua: abijt via longiſſima. Sacculum pecunie ſecum tulit. in die plene lune reuerſurus eſt in domuꝫ ſuā.

D. Irretiuit eum multis ſermonibus ⁊ blandicijs labiorum protraxit illum. Statim eam ſequitur quaſi bos ductus ad victimam: ⁊ quaſi agnus laſciuiens: ⁊ ignorans ꝙ ad vincula ſtultus trahatur: donec transfigat ſagitta iecur eius. Uelut ſi auis feſtinet ad laqueum: ⁊ neſcit ꝙ de periculo anime illius agitur. Nunc ergo fili audi me: ⁊ attēde verba oris mei. Ne abſtrahatur in vijs illiꝰ mens tua: neqꝫ decipiaris ſemitis eiꝰ. Multos enim vulneratos deiecit: ⁊ fortiſſimi quiqꝫ interfecti ſunt ab ea. Uie inferi domus eius: penetrātes interiora mortis.

¶ Capi. Sum. ¶ Sapiētia commēdat doctrinam ſuam: ⁊ p̄fert cunctis opibus: ⁊ dicit ꝙ coeterna ſit deo patri: ⁊ cum ipſo creauit omnia: et ſe probat audire deum. Capitulum. viij.

A Nunquid nō ſapientia clamitat: ⁊ prudentia dat vocem ſuam? In ſummis excelſiſꝙ verticibus ſupra viam in medijs ſemitis ſtans iuxta portas ciuitatis in ipſis foribus loquitur dicēs: O viri ad vos clamito: ⁊ vox mea ad filios hominum. Intelligite paruuli aſtutiam: ⁊ inſipientes animaduertite. Audite quoniam de rebus magnis locutura ſum: ⁊ aperientur labia mea vt recta predicent. Ueritatem meditabitur guttur meū: ⁊ labia mea deteſtabuntur impium. Iuſti ſunt omnes ſermones mei: non eſt in eis prauum quid neqꝫ peruerſum. Recti ſunt intelligentibus: ⁊ equi inueniētibus ſcientiam. Accipite diſciplinam meam: ⁊ non B

pecuniam: doctrinam magis ꝙ̄ aurum eligite. S.iij.b.

Melior eſt enim ſapiētia cunctis opibus precioſiſſimis: ⁊ omne deſiderabile ei non poteſt cōparari. Ego ſapientia habito in conſilio: ⁊ eruditis interſum cogitationibus. Timor domini odit malum: arrogantiam ⁊ ſuperbiam ⁊ viam prauam: ⁊ os bilingue deteſtor. Meum eſt conſiliuꝫ ⁊ equitas: mea eſt prudētia: mea eſt fortitudo. Per me reges regnant: ⁊ legum conditores iuſta decernunt. Per me principes imperant ⁊ potētes decernūt iuſticiaꝫ. Ego diligentes me diligo: ⁊ qui C

mane vigilauerint ad me inuenient me. Mecum ſunt diuitie ⁊ gloria: opes ſuperbe ⁊ iuſticia. Melior eſt fructus meus auro ⁊ lapide precioſo: ⁊ genimina mea argento electo. In vijs iuſticie ambulo in medio ſemitarum iudicij: vt ditem diligē

tes me: ⁊ theſauros eorum repleam. Dominus Sapiē.ix.b

poſſedit me in initio viaruꝫ ſuaruꝫ anteꝙ̄ quicꝙ̄ faceret a principio: ab eterno ordinata ſum: ⁊ ex antiquis anteꝙ̄ terra fieret. Nondum erāt abyſſi: ⁊ ego iam cōcepta eraꝫ. Necdum fontes aquarum eruperant: necdum montes graui mole conſtiterant. Ante omnes colles ego parturiebar: adhuc terram non fecerat ⁊ flumina ⁊ cardines orbis terre. Quando preparabat celos aderā: quādo certa lege ⁊ gyro vallabat abyſſos. Quando ethera firmabat ſurſum: ⁊ librabat fontes aquarum. Quando circumdabat mari terminum ſuuꝫ: ⁊ legem ponebat aquis ne tranſirent fines ſuos. Quādo appēdebat fundamēta terre: cū eo eram cūcta cōponēs. Et delectabar per ſingulos dies: ludens corā eo omni tpe: ludēs in orbe terraꝝ: ⁊ delitie mee eſſe cuꝫ filijs hoiꝫ. Nunc ergo filij audite me: Beati qui cuſtodiunt vias meas. Audite diſciplinam ⁊ eſtote ſapientes: ⁊ nolite abijcere eā. Beatus homo qui audit me: ⁊ qui vigilat ad fores meas q̄tidie: ⁊ obſeruat ad poſtes oſtij mei. Qui me inuenerit: inueniet vitā: ⁊ hauriet ſalutē a dn̄o. Qui autē in me peccauerit: ledet aiaꝫ ſuā. Omnes qui me oderūt: diligunt mortem.

¶ Capitu. Sūma. ¶ Sapientia carne aſſumpta edificauit ſibi domum: reuocat ab infantia: promittit annos vite: deſcribit mulierem adulteram ſiue hereſim. Capitulum. ix.

A Sapientia edificauit ſi
bi domuz: excidit colūnas ſeptē
imolauit victimas ſuas: miſcuit
vinū et propoſuit menſam ſuaz.
Miſit ancillas ſuas: vt vocarent
ad arcez ⁊ ad menia ciuitatis. Si q̇s eſt paruul⁹
B veniat ad me. Et inſipiētibus locuta eſt. Venite
comedite panē meū: ⁊ bibite vinū qđ miſcui vo-
bis. Relinquite infantiā ⁊ viuite ⁊ ambulate per
vias prudentie. Qui cludit deriſorē: ipē iniuriaz
ſibi facit: ⁊ q̇ arguit impiū ſibi maculā generat.
xxiij. q.v.c. Noli arguere deriſorē: ne oderit te. Argue ſapiē
vides. tem: ⁊ diliget te. Da ſapienti occaſionē: ⁊ addet
C ei ſapiētia. Doce iuſtū ⁊ feſtinabit accipere. Pri
s̄.j.a. cipium ſapiētie timor dñi: ⁊ ſciētia ſanctorū pru
Ps̄.cx.b. dentia. Per me enim multiplicabuntur dies tui
Eccliaſ.j.b et addentur tibi anni vite. Si ſapiēs fueris tibi
metipſi eris: ſi autem illuſor: ſolus portabis ma
lum. Mulier ſtulta et clamoſa plenaq̧ illecebris
et nihil omnino ſciens: ſedet in foribus domus
ſue ſuper ſellaz in excelſo vrbis loco: vt vocaret
D tranſeuntes per viam ⁊ pergētes in itinere ſuo.
Quis eſt paruulus declinet ad me. Et vecordi
locuta eſt. Aque furtiue dulciores ſunt: et panis
abſconditus ſuauior. Et ignorauit q̧ ibi ſint gi
gantes ⁊ in profundis inferni conuiue eius. Qui
enim applicabitur illi: deſcendet ad inferos: naz
qui abſceſſerit ab ea ſaluabitur

¶ Capi. Summa. ¶ Alternatiz loquit de filio ſapiente: et ſtulto: iuſto et impio: ſimplici et prauo: de charitate ⁊ odio: ⁊ bono ligue ⁊ malo.

Capitulum. x.

A
j.xv.c.
xcv.diſti.c. Parabole ſalomōis.
eſto. filij Dauid regis Hierl'm. Fi
j.xj.a. lius ſapiēs letificat patrē fili⁹
Eccli.v.b. vero ſtult⁹ meſticia eſt matris
j.xij.d. ſue: Nil proderūt theſauri im
pietatis: iuſticia vo liberabit
a morte. Non affliget domin⁹
fame animam iuſti: et incidias impiorum ſubuer
tet. Egeſtatez opata eſt manus remiſſa. manus
autē fortiū diuitias parat. Qui nitit mēdacijs
hic paſcit ventos: idem autez ipſe ſequitur aues
B volantes. Qui congregat in meſſe filius ſapiens
eſt: qui autem ſtertit eſtate filius cōfuſiōis. Be-
j.xxvj. nedictio dñi ſuper caput iuſti: os autem impioꝝ
operit iniquitas. Memoria iuſti cū laudib⁹: ⁊ no
Eccli.xxvij men impiorum putreſcet. Sapiens corde prece
c. pta ſuſcipiet ſtultus cedit labijs. Qui ambulat
ſimpliciter: ambulat cōfidēter. Qui autē depra
j.Pe.iiij.b uat vias ſuas: manifeſtus erit. Qui annuit ocu-
lo dabit dolorem: ſtultus labijs verberabitur.
j.xviij.b. Vena vite os iuſti: os autē impiorū opit iniqui
tatez. Odiū ſuſcitat rixas ⁊ vniuerſa delicta ape
rit charitas. In labijs ſapientis inuenit ſapien
tia ⁊ virga in dorſo eius qui indiget corde. Sa-
pientes abſcondunt ſcientiam: os aūt ſtulti con
fuſioni proximum eſt. Subſtantia diuitis vrbs
fortitudinis eius pauor pauperū egeſtas eorū. C
Opus iuſti ad vitā: fructus aūt impij ad pctm̄
Via vite cuſtodiēti diſciplinā: qui autez increpa
tiones relinquit errat. Abſcondunt odiū labia
mendacia qui profert cōtumeliam inſipiens eſt.
In multiloquio nō deerit peccatū: qui autē mo
deratur labia ſua prudentiſſimus eſt. Argentum
electū lingua iuſti: cor aūt impiorū p nihilo. La
bia iuſti erudiūt plurimos: q̇ aūt indocti ſunt in
cordis egeſtate morient. Bñdictio dñi diuites
facit nec ſociabit eis afflictio. Quaſi per riſum
ſtultus opatur ſcelus: ſapia aūt eſt viro prudētia.
Qđ timet impius veniet ſup eū: deſideriū ſuum
iuſtis dabit. Quaſi tēpeſtas tranſiēs nō erit im D
pius: iuſt⁹ aūt quaſi fundamētū ſempiternū. Si
cut acetū dentibus: ⁊ fumus oculis ſic piger his
qui miſerunt euz in via. Timor domini apponet
dies: ⁊ anni impioruz breuiabuntur. Expectatio
iuſtoꝝ letitia: ſpes autē impioꝝ peribit. Fortitu
do ſimplicis via domini: ⁊ pauor his qui operan
tur malū. Iuſtus in eternum nō cōmouebit. im
pij autem non habitabunt ſuper terrā. Os iuſti
parturiet ſapiētiā lingua prauoꝝ peribit. Labia
iuſti cōſiderant placita, ⁊ os impioruz peruerſa.

¶ Capituli Summarium. ¶ De equitate ⁊ humilitate: ſimplicitate: ⁊ iuſtitia: de gubernatore ⁊ diſpenſatore: de vxore iuſti: de miſericordia ⁊ clemētia ⁊ eorum contrarijs: de diuidentibus propria: de venundatione: de querēte bonū de flagello iuſti: ⁊ eorum contrarijs. Cap. xj.

Statera doloſa abo- A
minatio eſt apud deū: ⁊ pondus xlv. diſti.c. omnis.
equū volūtas eius. Vbi fuerit ſu
perbia: ibi erit ⁊ contumelia: vbi
autem humilitas: ibi ⁊ ſapientia. s̄.x.a.
Simplicitas iuſtorū diriget eos: et ſupplātatio Eccli.v.b
peruerſoꝝ vaſtabit illos. Nō proderūt diuitie in
die vltionis: iuſticia autē liberabit a morte. Iu-
ſticia ſimplicis diriget viaz eius: ⁊ in impietate
ſua corruet impius. Iuſticia rectorum liberabit
eos: ⁊ i inſidijs ſuis capiētur iniqui. Mortuo ho
mine impio nulla erit vltra ſpes: et expectatio Sap.v.c.
ſollicitoꝝ peribit. Iuſtus de anguſtia liberatus B
eſt: ⁊ tradetur impius pro eo. Simulator ore de
cipit amicum ſuum: iuſti aūt liberabunt ſciētia.
In bonis iuſtorū exaltabitur ciuitas et in perdi
tione impiorum erit laudatio. Bñdictione iuſto
rum exaltabitur ciuitas ⁊ ore impioꝝ ſubuertet
Qui deſpicit amicū ſuū indigens corde eſt: vir au
tem prudens tacebit. Qui ambulat fraudulēter v.q.v.c.qui
reuelat arcana: qui aūt fidelis eſt celat amici cō- ambulat.
miſſum. Vbi non eſt gubernator ppl's corruet: j.xiiij.a.
ſalus autem vbi multa conſilia. Affligetur malo
qui fidē facit pro extraneo: q̇ aūt cauet laqueos C
ſecurus erit. Mulier gratioſa inueniet gloriā et
robuſti habebunt diuitias. Benefacit anime ſue
vir miſericors: qui autem crudelis eſt etiā propi
quos abijcit. Impius facit opus inſtabile: ſemi

nanti autē iuſticiam merces fidelis. Clementia
preparat vitam: ⁊ ſectatio malorum mortē. Abo
minabile dño cor prauum: ⁊ volūtas eius in his
qui ſimpliciter ambulant. Manus in manu non
erit innocens malus: ſemen autē iuſtorū ſaluabi
Eccleſiaſt. ix. c. t ur. Circulus aureus in naribus ſuis: mulier pul
chra ⁊ fatua: deſiderium iuſtorum omne bonum
eſt preſtolatio impiorum furor. Alij diuidunt pro
D pria ⁊ ditiores fiunt: alij rapiunt non ſua: ⁊ ſem-
per in egeſtate ſunt. Anima que bñdicit impin-
guabit: ⁊ qui inebriat ipſe quoq; inebriabit. Qui
abſcondit frumēta maledicetur in populis bene
dictio autem ſuper caput vendentiū. Bene con-
ſurgit diluculo qui querit bona: qui autem inue-
ſtigator malorum eſt opprimetur ab eis. Qui cō
fidit in diuitijs ſuis: corruet: iuſti autem quaſi vi
rens folium germinabunt. Qui conturbat domū
j. Pe. iiij. d ſuam poſſidebit ventos: ⁊ qui ſtultus eſt ſeruiet
ſapienti. Fructus iuſti lignum vite: ⁊ qui ſuſcipit
animas ſapiens eſt. Si iuſtꝰ in terra recipit: quā
tomagis impius ⁊ peccator.

¶ Capituli Summarium. ¶ De agenda gratia ⁊ iuſticia iudicanda: de doctore vero: de cognoſcendis iumentis proprijs: ⁊ eorum contrarijs de terra colenda: de bonis ⁊ malis que ſunt in lingua: de ſecuritate iuſti: de manu fortium de merore viri: de negligendo dāno pꝑter amicū.

Capitulum. xij.

A

Ui diligit diſciplinā
diligit ſcientiā qui aūt odit in
crepationes inſipiēs eſt. Qui
bonus eſt: hauriet ſibi gratiā
a dño: qui autē confidit in co-
gitationibus ſuis: impie agit.
Non roborabitur homo ex im
pietate: ⁊ radix iuſtorū nō cōmouebitur. Mulier
diligens corona eſt viro ſuo: ⁊ putredo in oſſibus
eius: que confuſione res dignas gerit cogitatio-
nes iuſtorum iudicia: ⁊ conſilia impiorum fraudu
B lenta. Verba impiorum inſidiantur ſanguini: os
Eccleſiaſt. x. d. iuſtorum liberabit eos. Verte impios ⁊ nō erūt:
domus autē iuſtorū permanebit. Doctrina ſua
noſcitur vir: qui aūt vanus ⁊ excors eſt: patebit
contemptui. Melior eſt pauper ⁊ ſufficiens ſibi:
q̄ glorioſus ⁊ indigens pane. Nouit iuſtus ani-
mas iumentorum ſuorum: viſcera autē impiorū
crudelia. Qui operatur terram ſuā: ſatiabitur pa
Eccleſiaſt. xx. d. nibus: qui autē ſectatur otium: ſtultiſſimus eſt.
Qui ſuauis eſt viuit in moderationibus: in ſuis
j. xxviij. c. monitionibus reliquit contumeliam. Deſideriū
impij monumentū eſt peſſimorū: radix autē iu-
ſtorum proficiet. Propter peccata labiorum rui
j. xiij. a. na proximat malo: effugiet autē iuſtus de angu
ſtia. De fructu oris ſui vnuſquiſq; replebitur bo
C nis: ⁊ iuxta opera manuū ſuarū retribuetur ei.
Via ſtulti recta in oculis eius: qui autem ſapiēs
eſt audit conſilia. Fatuus ſtatim indicat irā ſuā:
v. q. v. c. ſi. q̄ autē diſſimulat iniuriam: callidus eſt. Qui qđ
nouit loquitur index iuſticie eſt: qui autem men

titur teſtis eſt fraudulentus. Et qui promittit:
⁊ quaſi gladio pungitur conſcientie: lingua autē
ſapientium eſt ſanitas. Labium veritatis firmū
erit in perpetuum: qui autem teſtis eſt repenti-
nus concinnat linguam mendacij. Dolus in cor-
de cogitantium mala: qui autem pacis ineunt cō
ſilia ſequitur eos gaudium. Non contriſtabit iu-
ſtum quicquid ei acciderit: impij aūt replebūtur
malo. Abominatio eſt dño labia mēdacia: qui au D
tem fideliter agūt placent ei. Homo verſutus ce
lat ſcientiā: ⁊ cor inſipientiū pꝛouocat ſtulticiam.
Manus fortiū dñabitur: que aūt remiſſa eſt tri
butis ſeruiet. Meror in corde viri humiliabit il- ſ. x. a.
lum: ⁊ ſermone bono letificabitur. Qui negligit
damnū pꝑter amicū iuſtus eſt: iter aūt impiorū
decipiet eos. Nō inueniet fraudulētus lucrū: et
ſubſtātia hoīs erit auri pciū. In ſemita iuſticie
vita: iter autem deuium ducit ad mortem.

¶ Capituli Summariū. ¶ De cuſtodia oris: ⁊ duplici corde: de falſis diuitijs: de lucerna impiorum: de ſubſtantia feſtinata: de contemnentium voragine: de nuncio: de ſimilitudine conuiuantium: ⁊ filijs iuſti: de cibis qui a parentibus congregati ſunt.

Capitulum. xiij.

Ilius ſapiēs doctri A
na patris: qui autē illuſor eſt: ſ. xij. b.
nō audit cū arguit. De fru- j. xxj. d.
ctu oris ſui homo ſatiabit bo
nis: aīa aūt impiorū iniqua.
Qui cuſtodit os ſuū cuſtodit v. q. v. c. ſi.
aīam ſuam. qui aūt incōſidera
tus eſt ad loquendū ſentiet mala. Vult ⁊ nō vult
piger: aīa aūt operantiū impinguabitur. Verbū
mēdax iuſtus deteſtabitur: impius aūt cōfundit
⁊ cōfundet. Iuſticia cuſtodit innocētis viā: im-
pietas aūt peccatorē ſupplātat. Eſt quaſi diues
cū nihil habeat: ⁊ eſt quaſi paup cū in multis di B
uitijs ſit. Redēptio aīe viri diuitie ſue: qui autē
pauper eſt: increpationem non ſuſtinet. Lux iu-
ſtorum letificat: lucerna autem impiorum extin-
guetur. Inter ſuperbos ſemper iurgia ſunt: qui
autem agunt omnia cum conſilio: reguntur ſa-
pientia. Subſtantia feſtinata minuetur: que au-
tem paulatim colligitur: manu multiplicabitur.
Spes que differt affligit aīam: lignū vite deſide
rium veniens. Qui detrahit alicui regi: ipſe ſe in C
futurū obligat: q aūt timet pceptū: in pace verſa
bitur. Anime doloſe errāt in peccatis: iuſti autē
miſericordes ſunt ⁊ miſerant. Lex ſapiētis fons
vite: vt declinet a ruina mortis. Doctrina bona
dabit grām: in itinere contēptorū vorago. Aſtu-
tus oīa agit cū cōſilio: qui aūt fatuꝰ eſt aperiet
ſtulticiā. Nuncius impij cadet in malum. Lega-
tus fidelis: ſanitas. Egeſtas ⁊ ignominia ei q de
ſerit diſciplinā: qui aūt acquieſcit arguēti glorifi D
cabitur. Deſideriū ſi cōpleat delectat animam:
deteſtantur ſtulti eos qui fugiūt mala. Qui cum
ſapientibus gradit ſapiens erit amicus ſtultorū
ſimilis efficiet. Peccatores pſequit malū: ⁊ iu-

ſtis retribuentur bona. Bonus relinquet here-
des filios ⁊ nepotes: ⁊ cuſtodit iuſto ſubſtantia
peccatoris. Multi cibi in noualibus patrum: ⁊
j.xxiij.b. alijs congregant abſq; iudicio. Qui parcit virge:
Eccleſiaſt. odit filium ſuum: qui aũt diligit illum: inſtanter
xxx.a. erudit. Juſtus comedit ⁊ replet animam ſuam:
venter autem impiorum inſaturabilis.

Capi. xiiii. De ſapiente muliere: de forti-
tudine boum: de ſtulto n eſciente: ⁊ via fallaci: de
verſuto ⁊ aſtuto de deſpectu proximi: de miſeri-
cordia: de diuitijs boni operis: de timore domi-
ni: de patientia: de inuidia: de calumnijs paupe-
ris: de iuſticia ⁊ accepto miniſtr- Caplm̃. xiiij.

A
Job. xij.c. Apiens mulier edi-
ficat domum ſuam: inſipiens
extructam quoq; manibus de
ſtruet. Ambulans recto itine-
re: ⁊ timens deum: deſpicit ab
eo qui infami graditur via. Jn
ore ſtulti virga ſuperbie la bia
ſapientum cuſtodiunt eos. Ubi nõ ſunt boues:
preſepe vacuum eſt: vbi autem apparẽt plurime
xxij.q. v. c. ſegetes: ibi manifeſta eſt fortitudo bouis. Teſtis
iuramenti. fidelis non mentietur: profert autẽ mendacium
doloſus teſtis. Querit deriſor ſapientiam ⁊ non
inuenit: doctrina ſapientium facilis. Uade con-
tra virum ſtultum: ⁊ neſcit labia prudentie: ſapiẽ
tia callidi eſt intelligere viam ſuam: ⁊ in pruden
tia ſtultorum errans. Stultus illudit peccatum:
B ⁊ inter iuſtos morabitur gratia. Cor quod nouit
amaritudinem anime ſue: in gaudio eius nõ mi-
ſcebitur extraneus. Domus impiorum delebit:
tabernacula iuſtorum germinabunt. Eſt via que
videtur homini iuſta nouiſſima autem eius dedu
j.xvj.d. cunt ad mortem. Riſus dolore miſcebitur: ⁊ ex tre
ma gaudij luctus occupat. Uijs ſuis replebitur
ſtultus: ⁊ ſuper eum erit vir bonus. Jnnocẽs cre
xxij.q.iiij.c. dit omni verbo aſtutus conſiderat greſſus ſuos.
innocens. Filio doloſo nihil erit boni: ſeruo autem ſapien-
ti proſperi erunt actus: ⁊ dirigetur via eius. Sa-
piens timet ⁊ declinat a malo: ſtultus tranſilit et
confidit. Jmpatiens operabitur ſtulticiã: ⁊ vir ver
ſutus odioſus eſt. Poſſidebunt paruuli ſtulti-
ciam: ⁊ expectabunt aſtuti ſcientiam. Jacebunt
C mali ante bonos: ⁊ impij ante portas iuſtorum.
Etiaꝫ proximo ſuo pauper odioſus erit: amici ve
ro diuitum multi. Qui deſpicit proximũ ſuũ pec-
cat: qui autẽ miſeretur pauperi: beatus erit. Qui
credit in dño miſericordiã diligit: errant qui ope
rantur malum. Miſericordia ⁊ veritas p̄parant
bona. Jn omni opere bono erit abũdantia vbi aũt
verba ſunt plurima: ibi frequenter egeſtas. Coro
na ſapientiũ diuitie: eorꝫ fatuitas ſtultorꝫ imprudẽ
tia. Liberat aias teſtis fidelis: ⁊ ꝓfert mendacia
D verſipellis. Jn timore dñi fiducia fortitudinis: ⁊
j.q.iiij.c. ec filijs eius erit ſpes. Timor dñi fons vite ⁊ decli-
cleſia. ſ. his net a ruina mortis. Jn multitudine populi digni
ita. tas regis: ⁊ in paucitate plebis ignominia prin-
cipis. Qui patiens eſt multa gubernatur ſapien
tia: qui autem impatiẽs eſt exaltat ſtulticiaꝫ ſuã.
Uita carnium ſanitas cordis: putredo oſſiũ inui
dia. Qui calumniatur egentem exprobrat facto-
ri eius: honorat autem eum qui miſeretur paupe
ris. Jn malicia ſua repelletur impius: ſperat au-
tem iuſtus in morte ſua. Jn corde prudentis re-
quieſcit ſapientia: ⁊ indoctos quouſq; erudiet.
Juſticia eleuat gentẽ: miſeros autẽ facit pplos
peccatũ. Acceptus eſt regi miniſter intelligens:
iracundiam eius inutilis ſuſtinebit.

Ca. xv. De effectu ſermonis boni: de co
gnitione dei: de victimis impiorꝫ: de doctrina obe
dientie: de hilaritate conſcientie: laus timoris ⁊
charitatis: de iracũdia: pigritia: ſapiẽtia ⁊ vidua
eccleſia: de auaritia: ⁊ oratione iuſtorum: de fama
bona: de diſcipulo obedientie. Caplm̃. xv.

Eſponſio mollis frã- A
git iram: ſermo durus ſuſcitat fu j.xxv.b.
rorem. Lingua ſapientum ornat
ſcientiã: os fatuorꝫ ebullit ſtulti-
ciam. Jn omni loco oculi dñi cõ-
templãtur bonos ⁊ malos. Lingua placabilis li-
gnum vite: que aũt immoderata eſt conteret ſpi-
ritum. Stultus irridet diſciplinam pr̃is ſui: qui
autẽ cuſtodit increpationes aſtutior fiet. Jn abũ
danti iuſticia virtus maxima eſt: cogitatiões au
tem impiorum eradicabuntur. Domus iuſti plu
rima fortitudo: ⁊ in fructibus impij cõturbatio.
Labia ſapientum diſſeminabunt ſcientiam: cor B
ſtultorum diſſimile erit. Uictime impiorum abo- j.xxj.d.
minabiles domino: vota iuſtorũ placabilia. Abo Eccleſiaſt.
minatio eſt dño via impij: qui ſequit iuſticiam di xxxiiij.c.
ligitur ab eo. Doctrina mala deſerentium viam j.q.j.c. non
vite: qui increpationes odit morietur. Jnfernus eſt putãdũ
⁊ perditio coram domino: q̃tomagis corda fi- xiiij.q.v.c.
liorum hominum. Non amat peſtilens eum qui ſcriptum.
ſe corripit: nec ad ſapientes graditur. Cor gau-
dens exhilarat faciem: in merore animi deijcitur j.xvij.d.
ſpiritus. Cor ſapiẽtis queret doctrinaꝫ: ⁊ os ſtul
torũ paſcitur imperitia. Oẽs dies pauperis ma
li: ſecura mens quaſi iuge conuiuiũ. Melius eſt
parum cũ timore dñi: q̃ theſauri magni ⁊ inſatia
biles. Melius eſt vocari ad olera cũ charitate: q̃
ad vitulũ ſaginatũ cũ odio. Uir iracundus ꝓuo-
cat rixas: qui patiẽs eſt mitigat ſuſcitatas. Jter s.j.a.
pigrorꝫ quaſi ſepes ſpinarum: via iuſtorꝫ abſq; of
fendiculo. Filius ſapiens letificat pr̃em: ⁊ ſtultus
homo deſpicit matrẽ ſuam. Stulticia gaudium
ſtulto: ⁊ vir prudens dirigit greſſus ſuos. Diſſi-
pantur cogitationes vbi nõ eſt conſilium: vbi vo
ſunt plures conſiliarij confirmant. Letat homo
in ſentẽtia oris ſui: ⁊ ſermo oportunꝰ eſt optimꝰ.
ſemita vite ſuper eruditum: vt declinet de infer-
no nouiſſimo. Domum ſuperborũ demoliet do-
minus: ⁊ firmos faciet terminos vidue. Abomina
tio dñi cogitationes male: ⁊ purꝰ ſermo pulcher
rimus firmabit ab eo. Conturbat domũ ſuam qui

ſectatur auariciam: qui aũt odit munera viuet.
D Per miſericordiam ⁊ fidem purgant̃ peccata: ꝑ
xiiij.q.v.c. timorem autẽ dñi declinat ois a malo. Mens iu-
ſcriptum. ſti meditabit̃ obedientiam: os impiorũ redũdat
malis. Longe eſt dñs ab impijs: ⁊ orationes iu-
ſtorum exaudiet. Lux oculorum letificat animam:
fama bona impinguat oſſa. Auris que audit in-
crepationes vite: in medio ſapientium cõmora-
bitur. Qui abijcit diſciplinam: deſpicit animam
ſuam: qui aũt acquieſcit increpationibus poſſeſ-
ſor eſt cordis. Timor domini diſciplina ſapientie:
⁊ gloriam precedit humilitas.

Ca. Sũ. Qđ dñs dirigit vias hoĩs: vide-
⁊ põderat: de via bona ⁊ laude paupertatis: de in-
dignatione regis: ⁊ clementia ⁊ laude: ⁊ ſapien-
tia: ⁊ humilitate de ſciſmatico ⁊ adultero: de
laude ſenectutis ⁊ patientie. Capl'm. xvj.

A Hominis eſt animam
preparare: ⁊ dñi gubernare lin
guam. Omnes vie hoim patent
oculis eius: ſpirituũ pondera-
tor eſt dñs. Reuela dño opera
tua: ⁊ dirigentur cogitationes
tue. Uniuerſa ꝓpter ſemetipſ
operatus eſt dñs: impiũ quoq; ad diẽ malũ. Abo
minatio dñi eſt ois arrogans: etiam ſi manus ad
manum fuerit: non erit innocẽs. Initium vie bo
ne facere iuſticiã: accepta autẽ apud deũ magis
ꝙ immolare oſtias. Miſericordia ⁊ veritate redi
mitur iniquitas: ⁊ in timore dñi declinat̃ a malo.
Cum placuerint dño vie hoĩs: inimicos quoq;
eius conuertet ad pacẽ. Melius eſt parũ cum iu
B ſticia: ꝙ multi fructus cũ iniquitate. Cor homi-
xlvij. diſt. c. nis diſponit viam ſuam ſed dñi eſt dirigere greſ-
ſicut hi. ſ. ſus eius. Diuinatio in labijs regis: in iudicio nõ
neceſſe. errabit os eius. Pondus ⁊ ſtatera iudicia do-
mini ſunt: ⁊ opera eius oẽs lapides ſeculi. Abo-
minabiles regi qui agunt impie: qm̃ iuſticia fir-
matur ſoliũ. Uoluntas regum labia iuſta: qui re-
cta loquitur dirigetur. Indignatio regis nuncij
mortis: ⁊ vir ſapiens placabit eam. In hilaritate
vultus regis vita: ⁊ clemẽtia eius quaſi imber ſe
rotinus. Poſſide ſapientiã: q2 auro melior eſt: ⁊
acquire prudentiã: q2 ꝑcioſior eſt argẽto. Semi
ta iuſtorum declinat mala: cuſtos aie ſue ſeruat vi
tam ſuam. Contritionem ꝑcedit ſuperbia: ⁊ ante
ruinam exaltabit̃ ſpiritus. Melius eſt hũiliari cũ
mitibus: ꝙ diuidere ſpolia cũ ſupbis. Erudit9 in
verbo reperiet bona: qui ſperat in dño beat9 eſt.
Qui ſapiens eſt corde: appellabit̃ prudẽs: ⁊ qui
dulcis eloquio: maiora reperiet. Fons vite erudi-
tio poſſidentis: doctrina ſtultorum fatuitas. Cor
ſapiẽtis erudiet os eius: ⁊ labijs illius addet gra
C tiam. Fau9 mellis cõpoſita verba dulcedo aie ſa-
ſ. xiiij. b. nitas oſſium. Eſt via q̃ videt̃ hoi recta: ⁊ nouiſſi
ma eius ducunt ad mortẽ. Aia laborãtis laborat
ſibi: q2 cõpulit eũ os ſuũ. Uir inſipiens fodit ma
lum: ⁊ in labijs eius ignis ardeſcit. Homo puer-
ſus ſuſcitat lites: ⁊ verboſus ſeparat principes.
Uir iniquus lactat amicũ ſuũ: ⁊ ducit eũ per viam
non bonam. Qui attonitis oculis cogitat praua:
mordens labia ſua perficiet malũ. Corona digni
tatis ſenectus que in vijs iuſticie reperiet̃. Me-
lior eſt patiẽs viro forti: ⁊ qui dominatur animo
ſuo expugnator ẽ vrbiũ. Sortes mittunt̃ in ſinũ:
ſed a domino temperantur.

Capi. Summa. De leta cõſciẽtia: de pro
batione iuſti: ⁊ gẽma gratiſſima: de ſtudio incor-
rigibili: de ſtulto diuite: de vero amico: ⁊ rectore
animarum: de oculis ſtultorum: de conſilio iuſto:
de moderamine lingue. Capitulum. xvij.

Melior eſt buccella ſic A
ca cum gaudio: ꝙ domus ple-
na victimis cũ iurgio. Seruus
ſapiens dñabit̃ filijs ſtultis: et
inter fratres hereditatẽ diui-
det. Sicut igne ꝓbat̃ argentũ
⁊ aurum camino: ita corda pro
bat dñs. Mal9 obedit lingue inique ⁊ fallax obtẽ
perat labijs mendacibus. Qui deſpicit pauperẽ: Job. xxxj. c
exprobrat factori eius: ⁊ qui in ruina letat̃ alteri9 j. xxiiij. c.
nõ erit impunitus. Corona ſenũ filij filiorum: ⁊ glo B
ria filiorum patres eorum. Nõ decẽt ſtultum verba
compoſita: nec principem labiũ mentiẽs. Gem
ma gratiſſima expectatio preſtolãtis: quocũq; ſe
vertit prudenter intelligit. Qui celat delictum:
querit amicitias. Qui altero ſermone repetit:
ſeparat federatores. Plus ꝓficit correctio apđ
prudentẽ: ꝙ centũ plage apud ſtultum. Semper
iurgia querit malus: angelus aũt crudelis mitte
tur contra eum. Expedit magis vrſe occurrere ra
ptis fetib9: ꝙ fatuo cõfidenti ſibi in ſtulticia ſua.
Qui reddit mala pro bonis: nõ recedet malũ de
domo eius. Qui dimittit aquam: caput eſt iurgio C
rum: ⁊ anteꝙ patiat̃ contumeliã: iudiciũ deſerit. Eſa. v. e.
Et q̇ iuſtificat impiũ: ⁊ qui cõdẽnat iuſtũ: abomi
nabilis eſt vterq; apud deũ. Quid prodeſt ſtulto
habere diuitias: cum ſapientiam emere non poſ-
ſit. Qui altam facit domũ ſuam: querit ruinã: et
qui euitat diſcere: incidet in mala. Omni tempo
re diligit qui amicus eſt: ⁊ frater in anguſtijs cõ-
probatur. Stultus homo plaudet manibus cum ſ. vj. a.
ſpopõderit pro amico ſuo. Qui meditatur diſcor
dias: diligit rixas: ⁊ qui exaltat os ſuum querit
ruinã. Qui peruerſi cordis eſt: nõ inuenit bonũ:
⁊ qui vtit linguã: incidet in malũ. Natus eſt ſtul D
tus in ignominia ſua: ſ3 nec pater in fatuo letabi
tur. Aim9 gaudẽs etatẽ floridã facit ſpũs triſtis ſ. xv. b.
exiccat oſſa. Munera de ſinu impius accipit: vt
ꝑuertat ſemitas iudicij. In facie prudẽtis lucet Eccleſiaſt.
ſapiẽtia: oculi ſtultorum in finibus terre. Ira pr̃is viij. a.
filius ſtultus ⁊ dolor matris que genuit eũ. Non
eſt bonũ dãnũ inferre iuſto: nec ꝑcutere ꝓncipẽ q̇
recta iudicat. Qui moderat̃ ſermones ſuos: do-
ctus ⁊ prudens eſt: ⁊ precioſi ſpiritus vir erudi-
tus. Stultus quoq; ſi tacuerit: ſapiens reputa-
bitur: ⁊ ſi compreſſerit labia ſua intelligens.

¶ Capituli Summa. ¶ De receſſu ab amico: de deſperato: de verbis viri: de non declinando a veritate: de ore ſtulti: de iuſto ſe accuſante: de fratre iuuante fratrẽ: de fructu oris: de muliere bona et de mala: de locutione diuitis et pauperis: de amico ſociali.

Capitulum.xviij.

A
xvij.diſti.c. Occaſiões querit qui
nec licuit. vult recedere ab amico omni
tpe erit exprobabilis. Nõ reci
pit ſtultus verba prudẽtie niſi
ea dixeris que verſant in corde
eius. Impius cũ in pfũdũ ve
nerit peccatorum contemnit:
ſequitur eum ignominia ⁊ opprobrium. Aqua
profunda verba ex ore viri: ⁊ torrens redundans
s.xxiiij.c.j fons ſapiẽtie. Accipere perſonã impij in iudicio:
non eſt bonum: vt declines a veritate iudicij. La
bia ſtulti miſcent ſe rixis: ⁊ os eius iurgia pro
B uocat. Os ſtulti contritio eius: ⁊ labia ipſius rui
na anime eius. Verba bilinguis: quaſi ſimplicia
⁊ ipſa perueniunt vſqꝫ ad interiora ventris. Pi
grum deijcit timor: anime auteꝫ effeminatorꝫ eſu
rient. Qui mollis ⁊ diſſolutus eſt in opere ſuo:
s.x.d. frater eſt ſua opera diſſipantis. Turris fortiſſi
ma nomen domini: ad ipſam currit iuſtus ⁊ exal
tabitur. Subſtantia diuitis vrbis roboris eius:
⁊ quaſi murus validus circundans eum. Anteꝙ
conteratur: exaltatur cor hominis: ⁊ anteꝙ glori
C ficetur: humiliatur. Qui prius reſpondet ꝙ au
Eccl'ia.xj.a diet: ſtultum ſe eſſe demonſtrat: ⁊ cõfuſione di
gnum. Spiritus viri ſuſtẽtat imbecillitatem ſuã
ſpiritum vo ad iraſcendum facilem: quis poterit
ſuſtinere. Cor prudentis poſſidebit ſcientiam: ⁊
auris ſapientium querit doctrinam. Donuꝫ ho
minis dilatat viam eius: ⁊ ante principes ſpaciũ
ei facit. Iuſtus prior eſt accuſator ſui: venit ami
cus eius ⁊ inueſtigabit eum. Contradictiones
comprimit ſors: ⁊ inter potentes quoqꝫ dijudi
cat. Frater qui adiuuatur a fratre quaſi ciuitas
D firma: ⁊ iudicia quaſi vectes vrbium. De fructu
oris viri replebitur venter eius: ⁊ genimina la
biorum ipſius ſaturabunt eum. Mors ⁊ vita in
manibus lingue qui diligunt eam: comedent fru
ctus eius. Qui inuenit mulierem bonam: inue
nit bonum: ⁊ hauriet iocunditatem a domino.
Qui expellit mulierem bonam: expellit bonum:
qui autem tenet adulteraꝫ: ſtultus eſt ⁊ inſipiẽs.
Cum obſecrationibus loquitur pauper: ⁊ diues
xxxij.q.õe.j. effabitur rigide. Vir amicabilis ad ſocietatem:
c.ij. magis amicus erit ꝙ frater.

¶ Capituli Summarium. ¶ De paupere ſimplici: de feſtinatione: de ſtulticia: de amicis diuitis ⁊ pauperis: de falſo teſte: de gloria patientis ⁊ pauperis: de ira regis: de litigioſa muliere: ⁊ a quo detur vxor prudens: de pigredine operandi: de feruore miſericordie: de erudiendo filio: de pigro: ⁊ de malleis deriſorum.

Capitulum.xix.

Melior ẽ pauper q ambulat ĩ ſimplicitate ſua: ꝙ diues A
torquens labia ſua ⁊ inſipiens. j.xxviij.a.
Ubi non eſt ſcientia anime: non
eſt bonum: ⁊ qui feſtinus eſt pe
dibus: offendit. Stulticia hominis ſupplantat
greſſus ei9: ⁊ contra deũ feruet animo ſuo. Diui
tie addunt amicos plurimos: a paupere autem
et hi quos habuit ſeparantur. Teſtis falſus non
erit impunitus: ⁊ qui mendacia loquitur non ef
fugiet. Multi colunt perſonam potentis: ⁊ ami
ci ſũt dona tribuentis. Fratres hominis paupe
ris oderunt eum: inſuper ⁊ amici procul receſſe
runt ab eo. Qui tm̃ verba ſectatur: nihil habe B
bit: qui autem poſſeſſor eſt mentis: diligit ani
mam ſuam: et cuſtos prudentie inueniet bona.
Falſus teſtis non erit impunitus: ⁊ qui loquitur
mendacia: peribit. Non decent ſtultum diuitie:
nec ſeruum dominari principibus. Doctrina vi
ri per patientiam noſcitur: ⁊ gloria eius eſt ini
qua pretergredi. Sicut fremitus leonis: ita ⁊ re
gis ira: ⁊ ſicut ros ſuper herbam: ita ⁊ hilaritas j.xxvij.a.
eius. Dolor patris filius ſtultus: ⁊ tecta iugiter xxvj.diſt.c
perſtillãtia litigioſa mulier. Dom9 ⁊ diuitie dã deniqꝫ.
tur a parentibus: a domino autem proprie vxor C
prudens. Pigredo immittit ſoporem: ⁊ anima
diſſoluta eſuriet. Qui cuſtodit mandatum cuſto
dit animam ſuam: qui autem negligit viam ſuaꝫ:
mortificabitur. Feneratur domino qui miſeretur
pauperis: ⁊ viciſſitudinem ſuam reddet ei. Eru
di filium tuũ ne deſperes: ad interfectionem au
tem eius ne ponas animam tuam. Qui enim im
patiens eſt: ſuſtinebit damnum: ⁊ cum rapuerit:
aliud apponet. Audi conſilium ⁊ ſuſcipe diſcipli
nam: vt ſis ſapiens in nouiſſimis tuis. Multe
cogitationes in corde viri: voluntas autem do
mini in eternum permanebit. Homo indigens
miſericors eſt: ⁊ melior eſt pauper iuſtus ꝙ vir
mendax. Timor domini ad vitam: et in plenitu D
dine commorabitur abſqꝫ viſitatione peſſimi.
Abſcondit piger manum ſuam ſub aſcella: nec j.xxvj.
ad os ſuum applicat eam: Peſtilente flagellato
ſtultus ſapientior erit: ſi autem corripueris ſa
pientem intelliget ſapientiam. Qui affligit pa
trem et fugit matrem ignominioſus erit et in
felix. Non ceſſes audire fili doctrinam: nec
ignores ſermones ſcientie. Teſtis iniquus deri
det iudicium: ⁊ os impiorum deuorat iniquita
tem. Parata ſunt deriſoribus iudicia: ⁊ mallei
percutientes ſtultorum corporibus.

¶ Capituli Summarium. ¶ De vitio ⁊ contentionibus: de rege diſſipante malum: de pondere et menſura: de ſomno fugiendo: de emptore vilipendente: de pane mendacij: de maledictione patris et matris: de hereditate feſtinata: de duplici pondere: de voto reddendo: de lucerna mentis: ⁊ de fortitudine.

Capitulum.xx.

A xxxv.diſ. c. luxurioſa.ꝛ c. luxurioſam.

Luxurioſa res vinū: et tumultuoſa ebrietas. Quicunqꝫ his delectatur non erit ſapiens. Sicut rugitus leonis: ita et tremoꝛ regis qui prouocat eum peccat in animam ſuam. Honoꝛ eſt hominis qui ſeparat ſe a contentionibus: omnes autem ſtulti miſcentur contumelijs. Propter frigus piger arare noluit: mendicabit ergo eſtate: et non dabitur illi. Sicut aqua profunda: ſic conſilium in corde viri: ſꝫ homo ſapiens exhauriet illud.

B Multi homines miſericordes vocantur: virum autem fidelem quis inueniet. Iuſtus qui ambulat in ſimplicitate ſua beatos poſt ſe filios derelinquit. Rex qui ſedet in ſolio iudicij diſſipat omne malum intuitu ſuo.

De pe.diſ. ij.c.ſi enīꝫ. Quis poteſt dicere: mundum eſt coꝛ meum: purus ſum a peccato.

j.Ioh.j.d. Pondus et pondus: menſura et menſura

j.eodem. vtrumqꝫ abominabile eſt apud deum.

De pſum. c.ex ſtudijs Ex ſtudijs ſuis intelligitur puer ſi munda ꝛ recta ſint opera eius. Aurem audientem et oculum videntem: dominus fecit vtrumqꝫ. Noli diligere ſomnum: ne te egeſtas opprimat. Aperi oculos tuos ꝛ ſaturare panibus.

C j.xxvij.b. Malum eſt et malum eſt: dicit omnis emptoꝛ. Et cum receſſerit tunc gloriabitur. Eſt aurum et multitudo gemmarum: vas autem precioſum labia ſcientie. Tolle veſtimentum eius qui fideiuſſoꝛ extitit alieni: ꝛ pro extraneis aufer pignus ab eo. Suauis eſt homini panis mendacij ꝛ poſtea implebitur os eius calculo. Cogitationes conſilijs roboꝛantur: ꝛ gubernaculis tractanda ſunt bella.

Exo.xxj.b. Leui.xx.b. Ei qui reuelat myſteria et ambulat fraudulenter et dilatat labia ſua: ne cōmiſcearis.

Ro.xij.d. Qui maledicit patri ſuo aut matri extinguetur lumen eius in medijs tenebris.

D ſ.eodem. Hereditas ad quam feſtinatur in principio: in nouiſſimo benedictione carebit.

xlvij.di.c.ſicut hi.ꝛ.c.ſi. Ne dicas reddam malum pro malo expecta dominuꝫ ꝛ liberabit te. Abominatio eſt apud deum pondus et pondus ſtatera doloſa non eſt bona.

j.reg.xv.c. A domino diriguntur greſſus viri: quis auteꝫ hominum intelligere poteſt viam ſuam. Ruina eſt homini deuotare ſanctos: et poſt vota retractare. Diſſipat impios rex ſapiens et incuruat ſuper eos foꝛnicem. Lucerna domini ſpiraculū hominis: que inueſtigat omnia ſecreta ventris. Miſericoꝛdia et veritas cuſtodiunt regem et roboꝛatur clementia thꝛonus eius. Exultatio iuuenuꝫ foꝛtitudo eoꝛum: et dignitas ſenum canicies. Liuoꝛ vulneris abſterget mala: et plage in ſecretioꝛibus ventris.

Capituli Summarium. De coꝛde regis: ſaus miſericoꝛdie et iudicij de potentia iniqua: de muliere litigioſa: de victoꝛia chꝛiſti: de ſuperbo pigro: ꝛ hoſtijs impioꝛum: de teſte mēdacij: de viro obediente.

Capitulum .xxj.

A Sicut diuiſiões aquarum: ita coꝛ regis in manu dñi: quocunqꝫ voluerit inclinabit illud. Oīs via viri recta ſibi videt appendit aūt coꝛda dn̄s. Facere miſericoꝛdiam ꝛ iudiciū: magis placet dño ꝙ victime. Exaltatio oculoꝝ eſt dilatio coꝛdis lucerna impioꝛū peccatū. Cogitationes robuſti ſemper in abundantia: oīs aūt piger in egeſtate eſt.

B Qui cōgregat theſauros lingua mēdacij vanus ꝛ excoꝛs eſt: ꝛ impīguet ad laqueos moꝛtis. Rapina impioꝝ detrahet eos q: noluerunt facere iudicium. Peruerſa via viri aliena eſt: qui aūt mundus eſt rectum opus eius.

j.xxv.d. Melius eſt ſedere in angulo domatis ꝙ cū muliere litigioſa ꝛ in domo cōi. Aia impij deſiderat malū: nō miſerebit proximo ſuo. Mulctato peſtilente ſapiētioꝛ erit paruulus: ꝛ ſi ſectetur ſapiam ſumet ſciam. Excogitat iuſtus de domo impij: vt detrahat impios a malo. Qui obturat aurē ſuā ad clamoꝛē pauperis ꝛ ipſe clamabit ꝛ non exaudiet. Munus abſconditum extinguit iras: ꝛ donū in ſinu indignationeꝫ maximam.

C Gaudiū iuſto eſt facere iudiciū ꝛ pauoꝛ operantibus iniquitatē. Vir qui errauerit a via doctrine: in cetu gigantium cōmoꝛabit. Qui diligit epulas in egeſtate erit: qui amat vinum ꝛ pinguia nō ditabit. Eccl.xxv.c

Pro iuſto dabit impi⁹ ꝛ pro recto iniquus. Melius eſt habitare i terra deſerta ꝙ cum muliere rixoſa ꝛ iracunda. Theſaurus deſiderabilis ꝛ oleum in habitaculo iuſti: ꝛ inprudens hō diſſipabit illud. Qui ſequitur iuſticiam ꝛ miſericoꝛdiā inueniet vitam ꝛ iuſticiā ꝛ gloꝛiaꝫ. Ciuitatem foꝛtium aſcendit ſapiens. deſtruxitqꝫ robur fiducia eius. Qui cuſtodit os ſuū ꝛ linguā ſuam: cuſtodit ab anguſtijs animā ſuā. s.xv.a.

D Superb⁹ ꝛ arrogans vocatur indoctus: qui in ira operat ſuperbiam. Deſideria occidūt pigrū: noluerunt enī quicꝙ manus eius opari. Tota die cōcupiſcit ꝛ deſiderat: qui aūt iuſtus eſt tribuet ꝛ non ceſſabit.

s.xv.b. Hoſtie impioꝛum abominabiles que offeruntur ex ſcelere. Teſtis mēdax peribit: vir obediēs loquetur victoꝛiam. Vir impius procaciter confirmat vultum ſuum: qui autem rectus eſt coꝛrigit viam ſuam. Non eſt ſapientia: non eſt prudētia: non eſt conſilium contra dn̄m. Equus parat ad diem belli: dn̄s aūt ſalutem tribuet.

C.S. De fama bona: de cōueniētia duaꝝ naturaꝝ in xpo: de fine modeſtie: de fenerāte: de dādis munerib⁹: de mūdicia coꝛdis: de pigro: de puero ſtulto: de calūniatoꝛe: de audiēda ſapia: de violētia nō faciēda paupi: de amicitia iracūdi: de nō fideiubēdo: de pſumptiōe.

Capl'ꝫ.xxij.

A Melius eſt nomē bonuꝫ ꝙ diuitie multe: ſuper argentum enim ꝛ aurū gratia bona. Eccl.vij.a. Diues ꝛ pauper obuiauerūt ſibi: vtriuſqꝫ operatoꝛ eſt domin⁹. Callidus

vidert malum et abſcondit ſe innocens pertran‑
ſijt et afflictus eſt damno. Finis modeſtie timoꝛ
domini : diuitie ⁊ gloꝛia et vita . Arma et gladij
in via ſuperbi cuſtos autem anime ſue longe re
cedit ab eis. Prouerbium eſt adoleſcēs iuxta vi
am ſuā: etiā cū ſenuerit nō recedet ab ea. Diues
pauperibus imperat: ⁊ qui accipit mutuū ſeru⁹
B eſt fenerantis. Qui ſeminat iniquitatem : metet
Eccl'.xiij.c. mala: ⁊ virga ire ſue cōſummabitur. Qui pron⁹
eſt ad miām benedicet̄ de panib⁹ em̄ ſuis dedit
pauperi. Victoꝛiā ⁊ honoꝛē acquiret qui dat mu
v.q.iiij.c.in nera: aiam aūt aufert accipientiū. Eijce deriſo
loco. rē: ⁊ exibit cū eo iurgium ; ceſſabuntq; cauſe et
cōtumelie. Qui diligit coꝛdis mūdiciā :propter
gratiam labioꝝ ſuoꝝ habebit amicū regē. Oculi
dñi cuſtodiūt ſcientiā: ⁊ ſupplantātur vba iniq
Dicet piger: leo eſt foꝛtis :in medio platearum
J.xxiij.c. occidendus ſū. Fouea ꝓfunda os aliene: cui ira
tus eſt dñs: incidet in ea. Stultitia colligata eſt
C in coꝛde pueri: ⁊ virga dſcipline fugabit eā. Qui
calumniatur pauperem vt augeat diuitias ſuas
dabit ipſi ditioꝛi: ⁊ egebit. Fili mi inclina aurem
tuam: et audi verba ſapientium. Appone autem
coꝛ ad doctrinā meā que pulchꝛa erit tibi cū ſer
uaueris eā in vētre tuo. Et redūdabit in labijs
tuis :vt ſit in dño fiducia tua. Vnde et oſtēdi eā
tibi hodie. Ecce deſcripſi eā tibi tripliciter in co
D gitationibus ⁊ ſcia: vt oſtēderem tibi firmitatē
et eloquia veritatis : rñdere ex his illis qui miſe
runt te. Non facias violentiam pauperi: q꞉ pau
per eſt: neq; cōteras egenū in poꝛta q꞉ iudicabit
dñs cām ei⁹ : ⁊ cōfiget eos q̇ cōfixerūt aiam eius
Noli eſſe amicus homini iracūdo: neq; ambules
cum viro furioſo: ne foꝛte diſcas ſemitas eius: et
ſumas ſcādalū anime tue. Noli eſſe cum his qui
defigunt manus ſuas: ⁊ qui vades ſe offerūt pꝛo
debitis. Si enim nō habet vt reſtituat: quid cau
ſe eſt vt tollat operimentū de cubili tuo. Ne trāſ
vij.qō.j.c.ſi grediaris terminos antiquos quos poſuerunt
q̇s eps. xij. patres tui. Vidiſti virum velocem in opere ſuo:
q.ij.c.in le‑ coꝛam regibus ſtabit: nec erit ante ignobiles.
gibus .xiij.
q.j.c.j.⁊.xx
iiij.qō.iij.c. Capi. Sūma. De cōuiuio ꝑncipū: de mo
trāſferunt. deratiōe ſcie de nō cōcedēdo cū inuido : de agro
ciij.diſt.c. pupilloꝝ: de diſciplina pueri: de comeſſatione et
diaconi. ebꝛietate: de cōcupiſcētia meretricis. Ca.xxiij.
De ſepul.
c.j.

Quādo ſederis vt co
A medas cū pꝛincipe diligenter
attende que poſita ſunt ante
faciem tuā: ⁊ ſtatue cultrū in
gutture tuo: ſi tñ habes i ptā
te aiā tuā. Ne deſideres de
cibis ei⁹ i quo eſt panis mēda
cij. Noli laboꝛare vt diteris: ſed pꝛudētie tue po
ne modū. Ne erigas oculos tuos ad opes quas
nō potes habere : q꞉ faciēt ſibi pēnas q̄ſi aq̄le
⁊ volabūt in celū. Ne comedas cū hoie inuido:
B ⁊ ne deſideres cibos ei⁹. qm̄ in ſilitudinem ario
li et coniectoꝛis eſtimat quod ignoꝛat. Comede
et bibe dicet tibi: ⁊ mēs eius nō eſt tecū. Cibos
quos cōederas euomes ⁊ ꝑdes pulchꝛos ſermo‑
nes tuos. In aurib⁹ inſipiētiū ne loq̄ris : q꞉ de
ſpicient doctrinā eloquij tui. Ne attingas ꝑuu‑
loꝝ termīos: ⁊ agrū pupilloꝝ: ne introeas. Pꝛo
pinquus enim illoꝝ foꝛtis eſt: ⁊ ipſe iudicabit cō
tra te cām illoꝝ. Ingrediat̄ ad doctrinā coꝛ tuū
et aures tue ad verba ſcientie. Noli ſubtrahere s.xiij.d.
a puero diſciplinā: ſi em̄ ꝑcuſſeris eū virga : nō Eccl'.xxx.a
moꝛiet̄. Tu vga percuties eū: ⁊ aiam ei⁹ de infer xlv.diſ.c.cū
no liberabis. Fili mi: ſi ſapiēs fuerit anim⁹ tuus beat⁹.§.ſa
gaudebit tecū coꝛ meū ⁊ exultabunt renes mei: lomon.xx
cum locuta fuerint recta labia tua. Nō emulet̄ iij.qō.iiij.c.
coꝛ tuum pctōꝛes: ſed i timoꝛe dñi eſto tota die: diſplicet.
q꞉ habebis ſpem in nouiſſimo ⁊ ꝑſtolatio tua nō
auferetur. Audi fili mi et eſto ſapiēs: et dirige in
via aim tuū. Noli eſſe in cōuiuijs potatoꝛū: nec
in comeſſationibus eoꝝ qui carnes ad veſcēdū
cōferunt q꞉ vacātes potibus ⁊ dātes ſimbola cō
ſumētur: ⁊ veſtiet̄ pānis doꝛmitatio. Audi patrē C
tuū qui genuit te ⁊ ne cōtēnas cū ſenuerit mater
tua. Veritatē eme ⁊ noli vendere ſapientiā ⁊ do
ctrinā ⁊ intelligētiā. Exultat gaudio pater iuſti
et qui ſapientē genuit letabitur in eo. Gaudeat
pater tu⁹ ⁊ mater tua: ⁊ exultet q̇ genuit te. Pꝛe
be fili mi coꝛ tuū mihi: ⁊ oculi tui vias meas cu
ſtodiant . Fouea enim pꝛofunda eſt meretrix et
puteus anguſtu[illegible] aliena. Inſidiatur in via q̄ſi la s.xxij.b.
tro: et q̄s icantos iuenerit iterficiet. Cui ve: cui⁹ D
patri ve: cui rixe: cui fouee: cui ſine cauſa vulnera
cui ſuffoſſi oculoꝛū. Nonne his qui cōmoꝛātur
in vino: ⁊ ſtudent calicibus epotādis. Ne intuea
ris vinū quando flaueſcit cū ſplēduerit in vitro
coloꝛ eius. Ingreditur blāde : ſed in nouiſſimo
moꝛdebit vt coluber: et ſicut regulus venena dif
fundet. Oculi tui videbunt extraneas: et coꝛ tu‑
um loquetur peruerſa . Et eris ſicut doꝛmiens
in medio mari: quaſi ſopitus gubernatoꝛ amiſ
ſo clauo et dices: Verberauerūt me : ſed non do
lui: traxerunt me et ego non ſenſi . Quando eui‑
gilabo : et rurſus vina reperiam.

Capi. Sūma. De ſapiētia et ſapiēte: de
ſtulto et deſperante de his qui ducuntur ad moꝛ
tem: de melle et fauo: de caſu iuſti et caſu inimi
ci : de equitate iudicij: de agro exercēdo: de agro
pigri hominis: et de pigro. Capitulū.xxiiij.

Ne emuleris viros A
malos: ne deſideres eſſe cū eis
q꞉ rapinas meditat̄ mens eoꝝ.
et fraudes labia eoꝛum loquū
tur. Sapientia edificabitur do
mus: et pꝛudētia roboꝛabitur.
In doctrina replebunt̄ cella‑
ria: vniuerſa ſubſtātia ꝑcioſa ⁊ pulcherria . Vir
ſapiēs foꝛtis eſt: ⁊ vir doct⁹ robuſtus ⁊ valid⁹ q꞉
cū diſpoſitiōe init̄ bellū: ⁊ erit ſal⁹ vbi mlta ꝯſilia
ſunt. Excelſa ſtulto ſapia in poꝛta non apperiet
os ſuū. Qui cogitat mala facere ſtultus vocabit̄ s.xj.b.

¶Cogitatio ſtulti pctm̄ eſt: ⁊ abominatio hoīm
[B] detractor. Si deſpaueris in die anguſtie lapſus
[Ps.lxxxi.b.] iminuet̄ fortitudo tua. Erue eos qui ducunt̄ ad
[xiij.di.c.ñ] mortē: ⁊ qui trahunt̄ ad interitū liberare ne ceſ-
[inferenda.] ces. Si dixeris vires non ſuppetūt q̄ inſpector eſt
cordis ipſe intelligit ⁊ ſuatorē aīe tue nihil fallit
reddetq̄ hoi iuxta opa ſua. Comede fili mi mel:
q2 bonū eſt: ⁊ fauū dulciſſimū gutturi tuo. Sic et
doctrina ſapie aie tue: quā cū inueneris habebis
[De pe.di.] in nouiſſimis ſpē et ſpes tua nō peribit. Ne inſi
[iij.c.ſeptieſ] dieris ⁊ q̄ras ipietatē in domo iuſti: neq3 vaſtes
[C] requiē eius. Septies eīn cadet iuſtus ⁊ reſurget
[ſ.xvij.a.] impij autē corruēt i malū. Cū ceciderit inimicus
tuus: ne gaudeas: et in ruina eius ne exultet cor
tuū ne forte videat dñs ⁊ diſpliceat ei: ⁊ auferat
ab eo irā ſuā. Ne comedas cū peſſimis: nec emu
[Job.xxi.b.] leris impios: q̄m nō habēt futuro2 ſpē mali: ⁊ lu
cerna impio2 extinguet̄. Time dñm fili mi et re-
gem: et cū detractoribus nō cōmiſcearis. Qm̄ re
pente cōſurget perditio eo2 et ruinam vtriuſq3
quis nouit. Hec quoq3 ſapientib9. Cognoſcere
[ſ.xviij.a.] perſonam in iudicio nō eſt bonū. Qui dicūt ipio
iuſtus es: maledicēt eis ppl'i ⁊ deteſtabūtur eos
[D] trib9. Qui arguūt laudabunt̄ ⁊ ſup ipſos veniet
benedictio. Labia deoſculabit̄ qui recta verba
reſpondet. Prepara foris op9 tuū: ⁊ diligenter
exerce agrū tuū: et poſtea edifices domū tuam.
Ne ſis teſtis fruſtra cōtra proximū tuū: nec la-
ctes quēq̄ labijs tuis. Ne dicas quō fecit mihi
ſic faciam ei reddā vnicuiq3 ſm opus ſuū. Per
agrum hoīs pigri trāſiui: ⁊ per vineā viri ſtulti.
Et ecce totū repleuerāt vrtice: ⁊ operuerāt ſupfi
cie3 eius ſpine et maceria lapidū deſtructa erat.
Qd cum vidiſſem poſui in corde meo: ⁊ exemplo
didici diſciplinā. Vſq3quo piger dormies: vſq3
[ſ.vi.b.] quo de ſomno conſurges. Parum inq̄ dormies
modicum dormitabis pauxillum manus conſe-
res vt quieſcas: et veniet tibi quaſi curſor ege-
ſtas tua: et mendicitas quaſi vir armatus.

¶Capi. Summa. ¶De celādo verba: de pur gando ſermone: de humilitate: de pdicāte ⁊ obe diētē: de legato fideli: de melle edendo: de falſo teſte: de amico infideli: de incorrigibili: de triſti tia auari: de benignitate: de diſſipāte: de detra ctiōe: de ſcandalo: de garrulitate. Capi.xxv.

[A] Ec quoq3 parabole
ſalomonis quas tranſtulerūt
viri ezechie regis iuda. Glia
dei eſt celare verbū: ⁊ glia re-
gū inueſtigare ſmonē. Celū
ſurſum ⁊ terra deorſum: ⁊ cor
[Lu.xiiij.b. v.q.v.c.qui ambulat.] regum inſcrutabile. Aufer ru-
biginem de argēto: ⁊ egredietur vas puriſſimū.
Aufer impietatē de vultu regis ⁊ firmabitur iu-
ſticia thronus eius. Ne glorioſus appareas co-
ram rege et in loco magno2 ne ſteteris. Meli9
eſt enim vt dicatur tibi aſcende huc: q̄ vt humi
[B] lieris corā pncipe. Que viderūt oculi tui: ne pro
feras i iurgio cito: ne poſtea emendare nō poſſis
cum dehoneſtaueris amicum tuū. Cauſam tuam
tracta cum amico tuo: ⁊ ſecretum extraneo ne re
ueles: ne forte iſultet tibi cū audierit: ⁊ exprobra-
re non ceſſet. Gra ⁊ amicitia liberāt q̄s tibi ſua
ne exprobabilis fias. Mala aurea in lectis argē
teis: q̄ loquitur verbū in tpe ſuo. In auris aurea
et margarita fulgēs: q̄ arguit ſapiētē ⁊ aurē obe
diētē. Sicut frigus niuis in die meſſis: ita lega
tus fidelis ei q̄ miſit eū: aiā illius requieſcere facit [ſ.xv.a.]
Nubes ⁊ ventus ⁊ pluuie nō ſequentes: vir glorio [C]
ſus ⁊ promiſſa nō cōplēs. Patiētia lenietur pn
ceps ⁊ lingua moll' cōfringet duritiam. Mel in
ueniſti cōede qd̄ ſufficit tibi ne forte ſatiat9 euo
mas illud. Subtrahe pedē tuū de domo pximi
tui: neq̄n ſatiatus oderit te. Iaculū ⁊ glad9 ⁊ ſa
gitta acuta homo q̄ loquit̄ contra proximū ſuū
falſum teſtimoniū. Dens putridus ⁊ pes laſſus
qui ſperat ſuper infideli in die anguſtie: et amit
tit palliū in die frigoris. Acetū in nitro: q̄ cantat
carmia cordi peſſimo. Sicut tinea veſtimēto: et
vermis ligno ita triſtitia viri nocet cordi. Si eſu
rierit inimicus tu9 ciba illū: ſi ſitierit da ei aquā
bibere. Prunas eīn cōgregabis ſup caput eius
et dñs reddet tibi. Ventus aq̄lo diſſipat pluuias [Ro.xij.d.]
et facies triſtis linguā detrahētē. Melius eſt ſe [D]
dere in angulo domatis q̄ cū muliere litigioſa ⁊
in domo cōi. Aqua frigida anime ſitienti et nun
cius bonus de terra longinqua. Fons turbatus [ſ.xxi.d.]
pede ⁊ vena corrupta iuſtus cadens corā impio. [Eccl.iij.c.]
Sicut q̄ mel multū cōedit non eſt ei bonum: ſic
qui ſcrutator eſt maieſtatis oppmet̄ glia. Sicut
vrbs patens ⁊ abſq3 muro2 ambitu: ita qui nō
poteſt in loquendo cohibere ſpiritum ſuum.

¶Capi. Sū. ¶De glia ſtulti de maledicto: de confutando ſtulto: de non committēdo predica tionem ſtulto: de reuerſo ad peccatū: de pigro oſtendente ſapientiam ſuā: de impatiente: de fu ſurrone: de amico fraudulento. Capi.xxvi.

Uomodo nix in eſta
te et pluuie i meſſe ſic idecens [A]
eſt ſtulto glia. Nam ſicut auis [xi.q.iij.]
ad alta tranſuolans: et paſſer [c.illud.]
quolibet vadens: ſic maledictū
fruſtra platum in quempiam
ſuperueniet. Flagellum equo
et chamus aſino et virga in dorſo imprudentiū.
Ne reſpondeas ſtulto iuxta ſtulticiam ſuam: ne
efficiaris ei ſimilis. Reſponde ſtulto iuxta ſtulti
ciam ſuam: ne ſibi ſapiens eſſe videatur. Clau-
dus pedibus et iniquitatē bibēs qui mittit ver
ba per nuncium ſtultum. Quomodo pulchras [B]
fruſtra habet claudus tibias ſic indecens eſt in
ore ſtultorum parabola. Sicut qui mittit lapidē
in aceruum mercurij: ita qui tribuit inſipiēti ho
norem. Quō ſi ſpina naſcat̄ in manu temulēti ſic [ij.pe.ij.d.]
pabola in ore ſtulto2. Iudiciū determinat cās
⁊ q̄ ipōit ſtulto ſiletiū iras mitigat. Sicut cani

qui reuertitur ad vomitū ſuū:ſic imprudēs qui
iterat ſtulticiam ſuā. Uidiſti hoīez ſapiētez ſibi
C videri magis illo ſpem habebit inſipiens. Dicit
ſ.xix.d. piger leo eſt in via:⁊ leena in itineribus. Sicut
oſtiū vertitur in cardine ſuo:ita piger in lectulo
ſuo. Abſcōdit piger manus ſub aſcella ſua:et la-
borat ſi ad os ſuū eas conuerterit. Sapientior
ſibi piger videt ſeptem viris loquentibus ſnias.
Sicut qui apprehendit aurib⁹ canē:ſic qui trā
ſit impatiēs ⁊ ꝯmiſcet rixe alteri⁹. Sicut noxi⁹
eſt qui mittit ſagittas ⁊ lāceas in mortē ita vir
De pſū.c.j qui fraudulēter nocet amico ſuo ⁊ cum fuerit de
prehēſus:dicit:ludens feci. Cū defecerint ligna:
ec.xxviij.b. extinguet ignis:⁊ ſuſurrōe ſubtracto iurgia con
quieſcūt. Sicut carbones ad prunas ⁊ ligna ad
ignē ſic homo iracūdus ſuſcitat rixas. Uerba ſu
ſurronis quaſi ſimplicia:⁊ ipſa ꝑueniūt ad inti-
D ma cordis. Quō ſi argento ſordido ornare velis
vas fictile:ſic labia tumētia cū peſſimo corde ſo
ciata. Labijs ſuis intelligitur inimicus:cum in
corde tractauerit dolos. Quando ſubmiſerit vo
cez ſuam:ne credideris ei:quoniā ſeptem nequi
tie ſunt in corde illius. Qui operit odiū fraudulē
Ecc.x.b. ter reuelabitur malicia eius in conſilio. Qui fo-
Ec.xxvij.d. dit foueam:incidet in eam:et qui voluit lapidez
reuertetur ad eum. Lingua fallax non amat veri
tatem et os lubricum operatur ruinas.

C Capituli Summarium. C De iactātia:de
ira ſtulti:de laude correctionis:de fama iuſticie:
de dulcedine boni animi:de adulatore:de mulie
re litigioſa de incorrigibili de ſubditis agnoſcē-
dis de ſacris ſcripturis. Capitulum.xxvij.

A NE glorieris in craſti-
num ignorans quid ſuꝑuentura
Ec.xxij.b. pariat dies. Laudet te alienus ⁊
non os tuū:extraneus:⁊ nō labia
v.q.v.c.nō tua. Graue eſt ſaxū et oneroſa
ois.⁊.c.nō arena:ſed ira ſtulti vtroq; grauior. Ira nō habet
oſculat.xx- miam:nec irrūpens furor ⁊ impetū cōcitati ſpiri
iiij.q.iiij.c. tus ferre quis poterit. Melior eſt manifeſta cor
nimium. rectio ꝙ̄ amor abſcōditus. Meliora ſunt vulnera
Job.v b. diligentis ꝙ̄ fraudulenta oſcula odiētis. Anima
ſaturata calcabit fauum ⁊ anima eſuriens etiam
amarū pro dulci ſumet. Sicut auis tranſmigrās
de nido ſuo:ſic vir qui derelinquit locum ſuum.
Unguento ⁊ varijs adoribus delectatur cor et
bonis amici concilijs aīa dulcoratur. Amicū tuū
et amicū patris tui ne dimiſeris:⁊ domū fratris
tui:ne ingrediaris in die afflictionis tue. Meli-
or eſt vicinus iuxta ꝙ̄ frater procul. Stude ſapi
ſ.xx.c. entie fili mi et letifica cor meum vt poſſis expro-
branti reſpondere ſermonem. Aſtutus vidēs ma
lum:et abſconditus eſt paruuli tranſeuntes ſu-
ſ.xix.b. ſtinuerūt ſtipendia. Tolle veſtimentum eius qui
ſpopondit pro extraneo ⁊ pro alienis aufer ei
C pignus. Qui benedicit proximo ſuo voce grādi
de nocte cōſurgens maledicenti ſimilis erit. Te
cta perſtillātia in die frigoris et litigioſa mulier
comparantur. Qui retinet eam quaſi qui ventū
teneat et oleum dextere ſue auacuet. Ferrū ferro
exacuitur:⁊ homo exacuit faciem amici ſui. Qui
ſeruat ficum:comedet fruct⁹ eius ⁊ qui cuſtos eſt
dñi ſui:glorificabit. Quō in aquis reſplēdēt vul
tus proſpicientiū:ſic corda hoim manifeſta ſunt
prudentibus. Infernus et ꝑditio nunꝙ̄ implen ſ.xxx.c.
tur:ſimilr et oculi hoim inſatiabiles. Quō ꝓbat Eccles.j.d
in cōflatorio argentū ⁊ in fornace aurū:ſic pro- Eccl.xiiij.
batur homo ore laudātis. Cor iniqui inq̄rit ma- D
la:cor aūt rectū inq̄rit ſcientiā. Si cōtuderis ſtul
tum tu pila quaſi tiſanas feriente deſuper pilo:
non auferetur ab eo ſtultitia eius. Diligenter
agnoſce vultum pecoris tui:tuoſq; greges conſi
dera. Non enim habebis iugiter poteſtatez:ſed
corona tribuetur tibi in generatione generatio-
num Aperta ſunt prata ⁊ apparuerūt herbe vi-
rentes et collecta ſunt fena de montibus. Agni
ſunt ad veſtimētum tuū ⁊ hedi ad agri precium
Sufficiat tibi lac caprarum in cibos tuos:et in
neceſſaria domus tue:⁊ ad victum ancillis tuis.

C Capi. Sūma. C De ſecuritate iuſti:de lon
ga via ducis:de fenore liberali:de oratione exe-
crabili:de ruina deceptiōis:de regno impio:de
cōfeſſiōe:de timore dñi de malo ꝑncipe:de odiē-
te auariciā:de otio:de accipiēte ꝑſonas:de corri
piēte:de illo qui ſubtrahit patri vel mr̄i:de dāte
pauperi:de ꝑſecutore antichriſti. Capi.xxviij.

FUgit impius nemi- A
ne ꝑſequente:iuſtus aūt quaſi
leo cōfidēs abſq; terrore erit.
Propter peccata terre multi
ꝑncipes eius:⁊ ꝓpter hoīs ſa
pientiā et horū ſciētiā que di-
cūtur:vita ducis longior erit.
Uir pauper calūnians pauꝑes:ſimilis eſt imbri
vehemēti in quo parat fames. Qui derelinquūt
legē laudant impiū:qui cuſtodiunt ſuccēdūtur
contra eum. Uiri mali non cogitant iudiciū:qui
aūt inquirunt dñm animaduertunt omnia. Me
lior eſt pauper ambulans in ſimplicitate ſua:ꝙ̄
diues in prauis itineribus. Qui cuſtodit legez ſ.ix.a.
filius ſapiens eſt:qui autez comenſatores paſcit B
cōfundit patrem ſuum. Qui coaceruat diuitias
vſuris ⁊ fenore liberali:in pauꝑes cōgregat eas.
Qui declinat aures ſuas ne audiat legem:oratio
eius erit execrabilis. Qui decipit iuſtos ī via ma
la in iteritu ſuo corruet:et ſimplices poſſidebūt
bona eius. Sapiens ſibi videtur vir diues:pau-
per autem prudens ſcrutabitur eum. In exulta
tione iuſtorum multa gloria eſt:regnantibus im
pijs ruine hominum. Qui abſcondit ſcelera ſua:
non dirigetur:qui autem confeſſus fuerit ⁊ reli-
querit ea:miſericordiam conſequetur. Beatus
homo qui ſemper eſt pauidus:qui vo mentis eſt
dure corruet in malum. Leo rugiens et vrſus eſu C
riens:ꝑnceps impius ſuper ppl'z pauperē. Dux
indigens prudentia:multos opp̄met per calūniā
qui aūt odit auaritiā lōgi fiēt dies eius. Hoiez

Ec.x.b. qui calūniaē aīe ſanguinē: ſi vſq; ad lacū fugerit
Ec.xij.b. nemo ſuſtinet. Qui ambulat ſimpliciter ſalu9 erit
Qui peruerſis gradiē vijs concidet ſemel. Qui
operatur terram ſuam ſatiabiē panibus: qui aūt
ſectaē otium replebitur egeſtate. Vir fidelis mul
tum laudabiē. Qui autem feſtinat ditari nō erit
innocens. Qui cognoſcit in iudicio faciem nō be
ne facit iſte ꝛ pro buccella panis deſerit veritatē.
D Vir qui feſtinat ditari ꝛ alijs inuidet: ignorat ꝙ
egeſtas ſuperueniet ei. Qui corripit hominem:
gratiam poſtea inueniet apud eum magis ꝙ ille
qui per lingue blandimēta decipit. Qui ſubtrahit
aliquid a patre ſuo ꝛ a matre: ꝛ dicit hoc non eſſe
peccatū particeps homicide eſt. Qui ſe iactat ꝛ
dilatat iurgia concitat: qui vo ſperat in domino
ſaluabitur: qui cōfidit in corde ſuo ſtult9 eſt: qui
aūt gradiē ſapiēter ipe laudabiē. Qui dat paupe
ri: nō indigebit: q deſpicit deprecantez ſuſtinebit
penuriā. Cū ſurrexerint impij abſcondenē homi-
nes: cum illi perierint multiplicabunē iuſti.

C.S. De incorrigibili: de ꝑncipatu im-
pij: de rege iuſto: de hoīe ficto: de loquela iuſti:
de rege qui iudicat: de virga ꝛ eruditione filij: de
effectu ꝓphetie: de puero delicato: de verboſo de
iracundo: de currente cū fure: de timente hoiez:
de ſeſe abominātibus iuſto ꝛ impio. Ca. xxix.

A VIro qui corripientez
dura ceruice contēnit: repentin9
ei ſuperueniet interitus: ꝛ eū ſani-
tas nō ſequetur in multiplicatio
ne iuſtoꝝ letabiē vulgus: cum im
pij ſumpſerint principatuz gemet populus. Vir
qui amat ſapientiā letificat pr̄em ſuum: qui autē
nutrit ſcortum perdet ſubſtantiā. Rex iuſtus eri-
Luce.xv.a. git terram: vir auarus deſtruet eam. Homo qui
blādis fictiſq; ſermonibus loquiē amico ſuo rete
expandit greſſibus ſuis. Peccantem virum ini-
quum inuoluet laqueus: ꝛ iuſtus letabitur atq;
gaudebit. Nouit iuſt9 cāz pauperū: impius igno
B rat ſcientiā. Hoies peſtilētes diſſipāt ciuitatē: ſa
pientes vero auertūt furorē. Vir ſapiēs ſi cū ſtul
to cōtēderit: ſiue iraſcaē: ſiue rideat: nō inueniet
requiem. Viri ſanguinū oderunt ſimplicem: iuſti
aūt querūt aiam eius. Totū ſpiritū ſuuz profert
ſtultus: ſapiens differt ꝛ reſeruat in poſterum.
Princeps qui libenter audit verba mēdacij: om
nes miniſtros habet impios. Pauper ꝛ creditor
obuiauerunt ſibi vtriuſq; illuminatorez domin9.
C Rex qui iudicat in veritate pauperes: thronus
eius in eternū firmabiē. Virga atq; correctio tri
buit ſapiam: puer autē qui dimittiē volūtati ſue
cōfundit mr̄ez ſuaz. In multiplicatione impioꝝ
multiplicabunē ſcelera: ꝛ iuſti ruinas eoꝝ vide-
bunt. Erudi filium tuū ꝛ refrigerabit te: ꝛ dabit
delitias aīe tue. Cū ꝓphetia defecerit: diſſipabiē
populus: qui vo cuſtodit legē: beat9 eſt. Seruus
verbis nō pōt erudiri: q: qd dicis intelligit ꝛ re-
ſpondere contēnit. Vidiſti hoiez velocē ad loquē
dum: ſtulticia magis ſperanda eſt ꝙ illius corre-
ctio. Qui delicate a pueritia nutrit ſeruum ſuum
poſtea illum ſentiet contumacem. Vir iracūdus D
ꝓuocat rixas: ꝛ qui ad indignāduz facilis eſt: erit
ad peccata ꝓcliuior. Superbū ſequiē humilitas: Iob.xxij.b
ꝛ humilez ſpiritu ſuſcipiet gloria. Qui cum fure
participat odit aīam ſuā: adiurātem audit ꝛ non
indicat. Qui timet hominem cito corruet qui ſpe
rat in domino ſubleuabitur. Multi requirunt fa
ciem principis ꝛ iudicium a dn̄o egreditur ſingu
lorum. Abominabunē iuſti virum impiū: ꝛ abo-
minantur impij eos qui in via recta ſunt. Verbū
cuſtodiens filius extra perditionem erit.

C.S. De chriſti aſcenſione: de deſcenſu
eius ad iudicium: de ſermone dn̄i ignito: de amo
uendis paupertate ꝛ diuitijs: de quattuor gn̄ib9
hoīm ꝛ filiabus ſanguiſuge: de tribus inſaturabi
libus ꝛ quarto ꝙ nunꝙ dicit ſufficit: de oculo ef-
fodiendo: de tribus difficilibus ꝛ quarto ꝙ peni-
tus ignoratur: de tribus mouētib9 terrā: ꝛ quar-
to qd penitus nō pōt ſuſtinere: de quattuor mi-
nimis ſuper terrā: de tribus bene gradiētibus: ꝛ
quarto feliciter incedente. Capl'm. xxx.

A VErba cōgregationis
filij vomentis. Viſio quā locutus
eſt vir cū quo eſt deus: ꝛ qui deo
ſecum morante confortatus ait.
ſtultiſſimus ſum virorū: ꝛ ſapien-
tia hoim nō eſt mecū. Non didici ſapientiam: ꝛ
noui ſcientiā ſanctorū. Quis aſcēdit in celū atq;
deſcēdit? Quis cōtinuit ſpiritū in manibus ſuis
Quis colligauit aquas quaſi in veſtimēto? Quis
ſuſcitauit oēs terminos terre? Qd nomē eſt eius. ꝑs.cxviij.b
ꝛ qd nomē filij ei9 ſi noſti? Ois ſermo dei ignit9: Apo. vlti.d
clypeus eſt ſperātibus in ſe. Ne addas qcq; ver
bis illius: ꝛ arguaris inueniariſq; mendax. Duo
rogaui te: ne deneges mihi anteꝙ moriar. Vani-
tatez ꝛ verba mēdacij longe fac a me. Mendici- B
tatem ꝛ diuitias ne dederis mihi. Tribue tm̄ vi-
ctui meo neceſſaria: ne forte ſatiatus illiciar ad
negandum ꝛ dicaz? Quis eſt dn̄s aut egeſtate cō
pulſus furer: et periurez nomen dei mei. Ne ac-
cuſes ſeruum ad dominū ſuum: ne forte maledi-
cat tibi ꝛ corruas. Generatio que patri ſuo ma
ledicit: et que matri ſue non benedicit. Genera
tio que ſibi munda videtur: ꝛ tamen nō eſt lota a
ſordibus ſuis. Generatio cui excelſi ſunt oculi: ꝛ
palpebre eius in alta ſurrecte. Generatio que ꝓ
dentibus gladios habet: ꝛ cōmandit molaribus
ſuis: vt comedat inopes de terra ꝛ pauperes ex
hominibus. Sanguiſuge due ſunt filie dicentes:
affer affer: tria ſunt inſaturabilia: ꝛ quartum ꝙ
nunꝙ dicit ſufficit. Infernus ꝛ os vulue ꝛ terra C
que non ſatiatur aqua: ignis vero nunꝙ dicit ſuf s.xxvij.c.
ficit. Oculum qui ſubſannat patrē: ꝛ qui decipit
partum matris ſue: ſuffodiant eum corui de
torrentibus: et comedant eum filie aquile. Tria
ſunt difficilia mihi: ꝛ quartum penitus ignoro.

Viam aquile in celo: viam colubri ſuper petra: viam nauis in medio mari: ⁊ viam viri in adoleſcentia. Talis eſt ⁊ via mulieris adultere: que comedit ⁊ tergens os ſuum: dicit. Non ſum operata malum. Per tria mouetur terra: ⁊ quartum non poteſt ſuſtinere. Per ſeruum cum regnauerit: per ſtultū cū ſaturat⁹ fuerit cibo: ⁊ per odioſam mulierē cū in matrimonio fuerit aſſumpta: ⁊ per ancillam cum fuerit heres dñe ſue. D Quatuor ſunt minima terre: ⁊ ipſa ſunt ſapiētiora ſa-
ſ.vj.a. pientibus. Formice: populus infirmus: qui ꝑparat in meſſe cibū ſuum. Lepuſculus plebs inualida qui collocat in petra cubile ſuum. Regem locuſta non habet: ⁊ egreditur vniuerſa per turmas ſuas. Stellio manibus nitit̃ ⁊ morat̃ in edibus regis. Tria ſunt que bene gradiuntur ⁊ quartum quod incedit feliciter. Leo fortiſſimus beſtiarum: ad nullius pauebit occurſum. Gallus ſuccinctus lumbos et aries: nec eſt rex qui reſiſtat ei. Et qui ſtultus apparuerit poſtq̄ eleuatus eſt in ſublime: ſi enim intellexiſſet: ori ſuo im-
Diſt.iij.c. deniqꝫ. De renun. c.niſi.ſ.pro pter autē. poſuiſſet manum. Qui autem fortiter premit vbera ad eliciendum lac exprimit butyrum: ⁊ qui vehementer emungit: elicit ſanguinem: et qui prouocat iras producit diſcordias.

¶ Capituli Sūmariū. ¶ De regibus: ne ſint dediti mulieribus ⁊ vino: vt iuſte iudicent: de muliere forti: de ſancta eccleſia. Capl'm .xxxj.

A Verba Samuelis regis. Viſio qua erudiuit eū mater ſua. Quid dilecte mi: quid dilecte vteri mei: quid dilecte votorum meorū. Ne dederis mulieribus ſubſtantiam tuam: ⁊ diuitias tuas ad delendos reges. Noli regibus o Lamuel: noli regibus dare vinum: quia nullū ſecretum eſt vbi regnat ebrietas. Ne forte bibāt ⁊ obliuiſcantur iudiciorum: ⁊ mutent cauſam filiorum pauperis. Date ſicerā merentibus: ⁊ vinum his qui amaro ſunt animo. Bibant ⁊ obliuiſcantur egeſtatis ſue: ⁊ dolores non recordentur amplius. Aperi os tuum muto: ⁊ cauſis oium filiorū qui pertranſeunt. Aperi os
B tuum: decerne quod iuſtum eſt: ⁊ vindica inopem ⁊ pauperem. Aleph. Mulierem fortem quis inueniet: procul: ⁊ de vltimis finibus precium eius. Beth. Confidit in ea cor viri ſui: ⁊ ſpoliis nō indigebit. Gimel. Reddet ei bonum ⁊ non malū: omnibus diebus vite ſue. Deleth. Queſiuit lanam ⁊ linum: ⁊ operata eſt conſilio manuum ſuarum. He. Facta eſt quaſi nauis inſtitoris de longe portans panem ſuum. Vau. De nocte ſurrexit: deditqꝫ predam domeſticis ſuis: ⁊ cibaria ancillis ſuis. Zaen. Conſiderauit agrum ⁊ emit eū.
C de fructu manuum ſuarum plantauit vineam. Heth. Accinxit fortitudine lumbos ſuos ⁊ roborauit brachiū ſuum. Teth. Guſtauit ⁊ vidit q̄m bona eſt negociatio eius: non extinguetur in nocte lucerna eius. Ioth. Manum ſuam miſit ad fortia ⁊ digiti ei⁹ apprehenderunt fuſum. Caph. Manum ſuam aperuit inopi: ⁊ palmas ſuas extendit ad pauperem. Lamech. Non timebit domui ſue a frigoribus niuis: omnes enim domeſtici eius veſtiti ſunt duplicibus. Mem. Stragulatam veſtem fecit ſibi byſſus ⁊ purpura indumētum eius. Nun. Nobilis in portis vir eius: quādo ſederit cū ſenatoribus terre. Samech. Syndonem fecit ⁊ vendidit: ⁊ cingulum tradidit chananeo. Ain. Fortitudo ⁊ decor indumētū eius: ⁊ ridebit in die nouiſſimo. Phe. Os ſuum aperuit ſapiētie: ⁊ lex clemētie in lingua ei⁹. Sadik. D
Conſiderauit ſemitas domus ſue: ⁊ panem ocioſa non comedit. Coph. Surrexerunt filii eius. ⁊ beatiſſimā ꝑdicauerūt: vir eius ⁊ laudauit eā. Res. Multe filie congregauerunt diuitias: tu ſupergreſſa es vniuerſas. Sin. Fallax gratia ⁊ vana eſt pulchritudo mulier timens dominum ipſa laudabit̃. Thau. Date ei de fructu manuum ſuarum: ⁊ laudent eam in portis opera eius.

¶ Expliciunt Prouerbia Salomonis.

¶ Incipit prologus ſancti Hieronymi in librum Eccleſiaſten.

Memini me āte h̄ ferme quinquennio cū adhuc Rome eſſem: ⁊ Eccleſiaſten ſancte Bleſille legerē: vt eam ad contemptum mundi huius prouocarē ⁊ omne q̄d in mundo cerneret: putaret eſſe pro nihilo: rogatum ab ea vt in morē cōmentarioli obſcura queqꝫ diſſererē: vt abſqꝫ me poſſet itelligere que legebat. Itaqꝫ q̄m in ꝑcinctu nr̄i operis ſubita morte ſubtracta eſt: ⁊ nō meruim⁹ o Paula et Euſtochiū talē vite noſtre habere conſortē: tāto vulnere tūc ꝑcuſſus obmutui: ⁊ nūc in bethleē poſitus: auguſtiore videlꝫ ciuitate ⁊ illius memorie ⁊ vobis reddo q̄d debeo. Hoc breuiter admonens: q̄ nullius auctoritatē ſecut⁹ ſum: ſꝫ de hebreo tranſferēs: maxime ſeptuaginta interpretū cōſuetudini me coaptaui: in his dūtaxat que nō multū ab hebraicis diſcrepabāt. Interdū aquile q̄ ⁊ ſymmachi ⁊ theodotionis recordatus ſū: vt nec nouitate nimia: lectoris ſtudiū deterrerem: nec rurſum contra cōſcientiā meam fonte veritatis omiſſo: opinionū riuulos conſectarer.

¶ Explicit prologus ſancti Hieronymi.

¶ Incipit liber Eccleſiaſtes.

¶ Capituli Summarium. ¶ De vanitate ſeculi: de curioſis diſputationibus: ⁊ in appetitu multarum litterarum: oſtendit eſſe vanitatem ⁊ afflictionem ſpiritus.

Capitulum .j.

a De pe.diſ. ij.c.fina.

Verba ec cleſiaſtes filij David regis hierl'ẑ. Vanitas vanitatũ dixit eccleſiaſtes. Vanitas vanitatum: ⁊ oia vanitas. Quid hꝫ amplius hõ de vniuerſo labore ſuo quo laborat ſub ſole. Generatio ꝑterit ⁊ gñatio aduenit: terra aũt in eternũ ſtat. Orit̃ ſol ⁊ occidit: ⁊ ad locũ ſuũ reuertit̃: ibiq; renaſcẽs gyrat ꝑ meridiẽ ⁊ flectitur ad aqlonẽ. B Luſtrãs vniuerſa in circuitu ꝑgit ſpũs: ⁊ i circulos ſuos reuertit̃. Oia flumina intrãt in mare: ⁊ mare nõ redundat. Ad locũ vnde exeũt flumia reuertũt̃: vt iterũ fluãt. Cũcte res difficiles nõ pt eas hõ explicare ſermone. Nõ ſaturat̃ oc'lus viſu: nec auris auditu implet̃. Quid eſt qđ fuit. Ipm qđ futurũ eſt. Quid eſt qđ factũ eſt. Ipſꝫ qđ faciẽdũ eſt. Nihil ſub ſole nouũ: nec valet q̇ſq̄ dicere: ecce hoc recẽs eſt. Iam eñ̄ ꝑceſſit i ſcl'm que fuerũt ãte nos. Nõ ẽ ꝑorũ mẽoria ſꝫ nec eoꝝ q̇deꝫ q̄ poſtea futura ſũt erit recordatio apud eos q̄ futuri ſunt in nouiſſimo. C Ego eccleſiaſtes fui rex iſrl' in hierl'ẑ: ⁊ ꝓpoſui in aio meo q̄rere ⁊ inueſtigare ſapiẽter de oib⁹ que fiũt ſub ſole. Hãc occupatiões peſſimã dedit de⁹ filijs hoiꝫ: vt occuparent̃ i ea. Vidi q̄ fiũt cũcta ſub ſole: ⁊ ecce vniuerſa vanitas: ⁊ afflictio ſpũs. peruerſi difficile corrigũt̃: ⁊ ſtultoꝝ infinit⁹ ẽ nũer⁹. D Locut⁹ ſũꝫ i corde meo: dicẽs. Ecce magn⁹ effect⁹ ſũꝫ ⁊ ꝑceſſit oẽs ſapia q̄ fuerũt ãte me in hierl'ẑ ⁊ mẽs mea cõtẽplata eſt multa ſapiẽter ⁊ didici: dediq; cor meũ vt ſcirẽ prudẽtiã atq; doctrinã: erroreſq; ⁊ ſtulticiam. Et agnoui q̄ in his q̄ꝫ eẽt labor ⁊ afflictio ſpũs: eo q̄ i multa ſapia: m'lta ſit indignatio: ⁊ qui addit ſciam: addit ⁊ laborem.

Prouerb. xxvij.c. Eccleſiaſt. iiij.c. De pe.diſ. iiij.c.in domo.

¶ C.S. ¶ Quia in aſſuẽtia delitiaꝝ in ſuꝑuacuis edincijs ⁊ diuitijs ſit vanitas. Ca.ij.

Dixi ergo in corde meo. Vadã ⁊ affluã delitijs: ⁊ fruam bonis. Et vidi q̄ hoc q̄ꝫ eſſet vanitas: Riſum reputaui errorẽ: ⁊ gaudio dixi: quid fruſtra deciperis. Cogitaui in corde meo abſtrahere a vino carnẽ meã: vt aium meũ trãſferrẽ ad ſapiaꝫ: deuitarẽq; ſtulticiã donec viderẽ q̇d eſſet vtile filijs hois: quo fctõ op⁹ eſt ſub ſole numero dierũ vite ſue. Magnificaui opa mea. Edificaui mihi domos ⁊ plãtaui vineas: feci hortos ⁊ pomeria: ⁊ cõſeui ea cuncti gñis arboribus: ⁊ extruxi mihi piſcinas aquaꝝ: vt irrigarẽ ſiluã lignoꝝ germinantiũ. Poſſedi ſeruos ⁊ ancillas: multãq; familiã habui armẽta q̄ꝫ ⁊ magnos ouiũ greges vltra oẽs qui fuerũt ante me in hierl'ẑ. Coaceruaui mihi argẽtũ ⁊ aurũ ⁊ ſubſtantias regum ⁊ ꝓuinciarũ. Feci mihi cantores ⁊ cantatrices ⁊ delitias filioꝝ hominum: cyphos et vrceolos in miniſterio ad vina fundenda: ⁊ ſupergreſſus ſum opibus omnes qui ante me fuerunt in Hieruſalem. Sapientia quoq; perſeuerauit mecum: ⁊ omnia que deſiderauerunt oculi mei: non negaui eis nec ꝓhibui cor meuꝫ: quin omni voluptate frueretur: ⁊ oblectaret ſe in his que ꝑparaueram. Et hãc ratus ſuꝫ ꝑteꝫ meã: ſi vterer labore meo. Cũq; me cõuertiſſem ad vniuerſa opa que fecerãt manus mee: ⁊ ad labores in quibus fruſtra ſudauerã: vidi in oibus vanitatẽ ⁊ afflictionẽ animi: ⁊ nihil ꝑmanere ſub ſole. Trãſiui ad contẽplandã ſapiẽtiaꝫ: erroreſq; ⁊ ſtulticiam. Quid eſt inquã homo vt ſequi poſſit regẽ factorem ſuũ. Et vidi q̄ tantũ ꝑcederet ſapiẽtia ſtulticiã: q̄ntũ differt lux a tenebris. Sapientis oculi in capite eius: ſtultus in tenebris ambulat. Et didici q̄ vnus vtriuſq; eſſet interit⁹: ⁊ dixi in corde meo. Si vnus ⁊ ſtulti ⁊ meus occaſus erit: q̇d mihi ꝓdeſt q̄ maiorẽ ſapiẽtie dedi operã. Locutuſq; cũ mẽte mea aiaduerti q̄ hoc q̄ꝫ eſſet vanitas. Non eñ̄ erit memoria ſapientis ſimiliter vt ſtulti in perpetuũ: ⁊ futura opa obliuiõe cuncta pariter operiẽt. Morit̃ doct⁹ ſimiliter vt indoctus ⁊ idcirco teduit me vite mee videtẽ mala vniuerſa eſſe ſub ſole: ⁊ cũcta vanitatẽ ⁊ afflictioneꝫ ſpũs. Rurſus deteſtatus ſum oẽꝫ induſtriã meaꝫ qua ſub ſole ſtudioſiſſime laboraui: habitur⁹ heredẽ poſt me: quẽ ignoro vtrũ ſapiẽs an ſtultus futurus ſit: ⁊ dñabitur in laborib⁹ meis: in q̇bus deſudaui ⁊ ſollicit⁹ fui. Et eſt q̇cq̄ tam vanũ. Unde ceſſaui: renũciauitq; cor meum vltra laborare ſub ſole. Nã cũ alius laboret in ſapiẽtia ⁊ doctrina ⁊ ſollicitudine: homini ocioſo queſita dimittit. Et hoc q̄ꝫ vanitas ⁊ magnũ malũ. Quid eniꝫ ꝓderit homini de vniuerſo labore ſuo ⁊ afflictione ſpũs qua ſub ſole cruciatus eſt. Cuncti dies eius: doloribus ⁊ erumnis pleni ſunt: nec per noctem mẽte requieſcit. Et hoc nonne vanitas eſt. Nõne melius eſt comedere ⁊ bibere: ⁊ oſtẽdere anime ſue bona de laboribus ſuis. Et hoc de manu dei eſt. Quis ita vorabit ⁊ delitijs affluet vt ego. Homini bono in conſpetu ſuo dedit deus ſapientiam ⁊ ſcientiam ⁊ leticiam: peccatori auteꝫ dedit afflictionem ⁊ curam ſuperfluam: vt addat ⁊ congreget ⁊ tradat ei qui placuit deo. Sed ⁊ hoc vanitas eſt ⁊ caſſa ſollicitudo mentis.

B C D

De cõſecr. di.iiij.c. ac cepiſti .j.de ne.c.vnico.

ſ.v.d.

A Sap.ij.d. De pe.diſ. iij.c.intãtũ

¶ Cap. Sum. ¶ Quia omnia tempus habẽt: ⁊ ſuis vicibus tranſeunt: ⁊ q̄ vnus interitus eſt hominis ⁊ iumentorum. Capitulum.iij.

A Mnia tempus hñt
et ſuis ſpacijs tranſeũt vniuer
ſa ſub celo. Tp̄s naſcendi et tẽ
pus moriendi. Tp̄s plantandi
et Tp̄s euellendi qđ plantatũ
eſt. Tp̄s occidendi ⁊ Tp̄s ſanã
di. Tp̄s deſtruendi ⁊ tp̄s edifi
candi. Tp̄s flendi ⁊ tp̄s ridẽdi. Tp̄s plãgendi et
tẽpus ſaltãdi. Tp̄s ſpargẽdi lapides ⁊ tẽpus col
ligendi. Tp̄s amplexandi ⁊ tempus lõge fieri ab
B amplexibus. Tempus acquirendi ⁊ tẽpus perdẽ
di. Tempus cuſtodiendi ⁊ tẽpus abijciẽdi. Tem
temporū: anni curſus: ⁊ ſtellaꝝ diſpoſitiões: na-
turas animaliū ⁊ iras beſtiaꝝ vim ventorū ⁊ co-
gitationes hoim: differentias virgultoꝝ ⁊ virtu-
tes radicū: ⁊ queciq; ſunt abſconſa ⁊ improuiſa
didici. Oim em̄ artifex docuit me ſapientiā. Eſt
em̄ in illa ſpūs intelligentie ſanctus multiplex:
vnic⁹: ſubtilis: modeſt⁹: diſertus: mobilis in quo inco-
inquinatus: certus: ſuauis: amans bonū: acutus:
qui nihil vetat bñfacere: human⁹: benignus: ſta-
bilis: certus: ſecurus: oēm habēs virtutē oia pro-
ſpiciens: ⁊ qui capiat oēs ſpūs intelligibiles mū-
dus: ſubtilis. Oibus ei mobilib⁹ mobilior eſt ſa-
pientia. Attingit aūt vbiq; ꝓpter ſuā mundiciā. D
Uapor em̄ vtutis dei: ⁊ emanatio quedā eſt clari-
tatis oipotētis dei ſincera: ⁊ ideo nihil inquina-
tum in eā incurrit. Candor eſt em̄ lucis eterne: ⁊
ſpeculum ſine macula dei maieſtatis: ⁊ imago bo- De celebr.
nitatis illius: ⁊ cū ſit vna oia poteſt: ⁊ in ſe per- miſ. c. ſanc.
manēs omnia innouat: ⁊ per natiões in animas
ſanctas ſe transfert. Amicos dei ⁊ prophetas cõ-
ſtituit. Neminem enim diligit deus niſi eum qui
cum ſapientia inhabitat. Eſt enim hec ſpecioſior
ſole: ⁊ ſuper omnem diſpoſitionem ſtellarum: lu-
ci comparata inuenit prior. Illi em̄ ſuccedit nox:
ſapientiam autem non vincit malicia.

¶ Ca. Sū. ¶ De ſapientia que fortiter ⁊ ſuaui-
ter diſpõit omnia: de ipſa ꝙ cõcupiſcēda: ⁊ ꝙ per
ipſam habentur oia bona. Capitulum. viij.

Ttingit ergo a fine A
vſq; ad finem fortiter: ⁊ di-
ſponit omnia ſuauiter. Hanc
amaui ⁊ exquiſiui eam a iuuen-
tute mea: ⁊ queſiui ſpõſam mi-
hi eam aſſumere: ⁊ amator fa-
ctus ſum forme illius. Genero-
ſitatem illius glorificat contubernium habens
dei: ſed ⁊ omniū dominus dilexit illā. Doctrix
enim eſt diſcipline dei ⁊ electrix operum illius.
Et ſi diuitie appetuntur in vita quid ſapientia
locupletius que operatur omnia? Si autem ſen-
ſus operatur: quis horum que ſunt magis ꝙ il-
la eſt artifex? Et ſi iuſticiā quis diligit. Et labo- B
res huius magnas habent virtutes. Sobrietatē
enim ⁊ ſapientiam docet ⁊ iuſticiā ⁊ virtutē qui-
bus vtilius nihil eſt in vita hominibus. Et ſi mul-
titudinem ſcientie deſiderat: quis ſcit preteri-
ta: ⁊ de futuris eſtimat: ſcit verſutias ſermonum
⁊ diſſolutiones argumentorum: ſigna ⁊ monſtra
ſcit anteq; fiant ⁊ euentus temporū ⁊ ſeculorum

Propoſui ergo hanc adducere mihi ad cōuiuā
dum: ſciens: quoniam mecum communicabit de
bonis: ⁊ erit allocutio cogitationis ⁊ tedij mei.
C Habebo ꝓpter hanc claritatem ad turbas: ⁊ ho
norem apud ſeniores. Juuenis ⁊ acutus inueni-
ar in iudicio ⁊ in conſpectu potentiū admirabi
lis ero: ⁊ facies principum mirabunt me. Tacen
tem me ſuſtinebūt ⁊ loquentem me reſpicient: et
ſermocinante me plura manus ori ſuo imponēt.
Preterea habebo per hanc immortalitatē: ⁊ me
moriam eternam his qui poſt me futuri ſunt re-
linquam. Diſponam populos: et nationes mihi
erunt ſubdite. Timebunt me audiētes reges hor
rēdi: ⁊ in multitudine videbor bonus: et in bello
fortis. Jntrans in domū meam: cōquieſcam cū
D illa. Non em̄ habet amaritudinem conuerſatio
illius nec tedium conuictus illius: ſed leticiā et
gaudium. Hec cogitans apud me: ⁊ cōmemorās
in corde meo: quoniam immortalis eſt in cogi-
tatione ſapientia: ⁊ amicitia illius delectatio bo
na: et in operibus manuum illius honeſtas ſine
defectione: et in certamie loquele illius ſapiētia
et preclaritas in cōicatiōe ſermonū ipſius: circui
bam querens vt mihi illam aſſumerē. Puer autē
eram ingenioſus: et ſortitus ſum animā bonam
Et cū eſſem magis bonus: veni ad corpus incoin
quinatū. Et vt ſciui: qm̄ aliter nō poſſē eſſe cō
tinens niſi deus det ⁊ hoc ipſum erat ſapientia:
ſcire cuius eſſet hoc donum: adij dominum et de
precatus ſum illū: ⁊ dixi ex totis ꝓcordijs meis.

C Capituli Summarium. C Oratio Salomo
nis pro habenda ſapientia quam dicit impoſſibi
le haberi niſi per deum.
A Capitulum. ix.

Eus patrum meorū:
et domine miſericordie: qui feci
ſti oīa verbo tuo: et ſapiētia tua
cōſtituiſti hoīē vt dn̄aret creatu
re que a te facta eſt: vt diſponat
orbē terraꝝ in equitate ⁊ iuſticia ⁊ in directione
cordis iudicium iudicet: da mihi ſediū tuarum aſ
Ps.c.xv.b ſiſtricē ſapientiam: ⁊ noli me reprobare a pueris
tuis: qm̄ ſeruus tuus ſū ego: ⁊ filius ancille tue
B homo infirmus ⁊ exigui tp̄is: ⁊ minor ad intelle
j. Paralip. ctū iudicij ⁊ legū. Et ſi q̄s erit cōſummatꝰ inter
xxviij.a. filios hoīm: ſi ab illo fugerit ſapīa tua in nihilū
ij. paralip. cōputabitur. Tu autē elegiſti me regem populo
j.b. tuo: et iudicē filiorū tuorū et filiarum. Et dixiſti
me edificare tēplū in monte ſctō tuo: et in ciuita
Prouerb. te habitationis tue altare ſimilitudinē taberna
viij.c. culi ſcti tui qd̄ preparaſti ab initio et tecū ſapia
tua: que nouit opa tua: que et affuit tūc cū orbē
terraꝝ faceres: et ſciebat q̄d eſſet placitū oculis
tuis et quid directum in preceptis tuis. Mitte
E illam de celis ſctis tuis: ⁊ a ſede magnitudis tue
vt mecum ſit ⁊ mecum laboret: et ſciā quid acce
ptum ſit apud te. Scit enim illa omnia et intelli
git et deducet me in operibus meis ſobrie: et cu
ſtodiet me in ſua potentia. Et erūt accepta ope
ra mea: et diſponam populum tuum iuſte: et ero
dignus ſedium patris mei. Quis enī hominum
poterit ſcire cōſiliū dei: Aut quis poterit cogita
re quid velit deus. Cogitatōes enim mortaliū Eſa.xl.c.
timide et incerte prouidētie noſtre. Corpus em̄
quod corrumpitur aggrauat animam: et terrena Roma.xj.
inhabitatio deprimit ſenſum multa cogitantem d.
Et difficile eſtimamus que in terra ſunt: et que
D in proſpectu ſunt inuenimus cum labore. Que in
celis ſunt autem: quis inueſtigabit. Senſum au
tem tuum quis ſciet niſi tu dederis ſapientiam
et miſeris ſpiritumſanctum tuum de altiſſimis
et ſi correcte ſunt ſemite eorū qui ſunt in terris ⁊
que tibi placēt didicerūt hoīes. Nā ꝑ ſapiētiam
ſanati ſūt quicūq; placuerūt tibi dn̄e a ꝓncipio.

C Capituli Summarium. C Commendatur
ſapientia a ſeruatione iuſtorum: videlicet: Adam
Noe: Abraā: Jacob: ⁊ Joſeph: a liberatiōe filio
rum Jſrael ab Egyptijs: et ſanctorū a perſecu
toribus ſuis.
Capitulum. x.

Ec illū qui primus
A formatus eſt a deo pater orbis Gen.j.d.
terrarum: cum ſolus eſſet crea
tus cuſtodiuit et eduxit illum
a delicto ſuo. Et eduxit illum
de limo terre: ⁊ dedit illi virtu
tem continēdi omnia. Ab hac Gen.ij.b.
vt receſſit iniuſtus in ira ſua: per iram homicidij Gen.iiij.b.
fraternitas deperit. Proter qd̄ cum aqua dele- Gen.vij.d.
ret terram: ſanauit iterum ſapientia per contem Gen.xj.d.
ptibile lignū iuſtū gubernans. Hec ⁊ in cōſenſu Gen.xix.c.
B ſuperbie cum ſenatōes extuliſſent ſciuit iuſtum
et cōſeruauit ſine querela deo: ⁊ in filijs miā for
tem cuſtodiuit. Hec iuſtū apereūtibus impijs li
berauit fugientē: deſcēdente igne pētapolī qui
bus in teſtimoniū nequitie fumigabūda cōſtat
deſerta terra: ⁊ in certo tēpore fructus habentes
arbores et in credibilis aīe memoria ſtans figmē
tum ſalis. Sapientia enim pretereūtes nō tm̄ in
hoc lapſi ſunt: vt ignorarēt bona: ſed ⁊ inſipien-
tie ſue reliquerunt hoībus memoriam: vt in his
que peccauerunt: nec latere potuiſſent. Sapien-
tia aūt hos qui ſe obſeruāt a doloribus liberabit
Hec autē ꝓfugū ire fratris iuſtū deduxit ꝑ vias Gen.xxvij b.
rectas: ⁊ oſtēdit illi regnum dei: et dedit illi ſcien
tiam ſanctoꝝ: honeſtauit illū in laboribus ⁊ com
pleuit labores illius. Jn fraude circūuenietium
illi affuit: ⁊ honeſtū fecit illum. Cuſtodiuit illum
ab inimicis: et a ſeductoribus tutauit illum. Et
E certamē forte dedit illi vt vinceret: ⁊ ſciret quo-
niam oīm potētior eſt ſapiētia. Hec venditū iu
ſtum nō dereliquit: ſed a peccatoribus liberauit
eum: deſcenditq; cū illo in foueā: ⁊ in vinculis Gen.xxx
non dereliquit illū donec afferret illi ſceptrum vij.f.
regni: et potentiam aduerſus eos qui eum de-
primebant: et mendaces oſtendit qui macu- Gen.xlj.c.
lauerunt illum: et dedit illi claritatem eternā.
Hec ppl'm iuſtum et ſemen ſine querela libera- Exo.j.c.
uit a nationibus que illū opprimebant. Jntra

uit in animaʒ ſerui dei:⁊ ſtetit contra reges hoꝛ
D rendos in poꝛtẽtis et ſignis. Et reddidit iuſtis
mercedem laboꝛum ſuoꝛũ:⁊ deduxit illos in via
mirabili:et fuit illis in velamento diei:⁊ in luce
Exo.xiiij.f ſtellarum per nocteʒ. Et tranſtulit illos per ma
re rubꝛum et tranſuexit illos per aquam nimiã.
Exo.xv.a. Inimicos autem illoꝛum demerſit in mare:⁊ ab
altitudine inferoꝛum eduxit illos. Ideo iuſti
tulerunt ſpolia impioꝛum: et decantauerunt do
mine nomen ſanctum tuũ:⁊ victricem manũ tuã
laudauerunt pariter. Quoniaʒ ſapientia aperuit
os mutoꝛum:⁊ linguas infantium fecit diſertas.

Capi. Summa. De miraculis factis pro Iſrael:de penis vltricibꝰ in delinquẽtes:de multa potentia dei:⁊ de miſericoꝛdia dei. Ca.xj.

A Direxit opera eoꝛuʒ
in manibus pꝛophete ſancti.
Exo.xvij.c. Iter fecerunt per deſerta que
non habitabantur: et in locis
Eccl.xv.a. deſertis fecerunt caſas. Ste
Exo.xvij.b terunt contra hoſtes:et de ini
micis ſe vindicauerunt. Sitie
runt ⁊ inuocauerunt te:⁊ data eſt illis aqua de
petra altiſſima: et requies ſitis:de lapide duro.
Per que enim penas paſſi ſunt inimici illoꝛum
a defectione potus ſui in eis cũ abundarent filij
Iſrael letati ſunt: per hec cũ illis deeſſent bene
B cum illis actuʒ eſt. Nam pro fonte quidẽ ſempi
terni fluminis humanum ſanguineʒ dediſti iniu
ſtis. Qui cum minuerentur in traductione infan
tium occiſoꝛum dediſtis illis abundantẽ aquam
inſperate: oſtendẽs per ſitim que tunc fuit quẽ
admodum tuos exaltares:⁊ aduerſarios illoꝛuʒ
necares. Cum enim tẽptati ſunt:⁊ quidẽ cũ mi
ſericoꝛdia diſciplinã accipiẽtes ſcierũt queãdmo
dum cũ ira iudicati impij toꝛmẽta paterent̃. Hos
quidẽ tanꝙ pater monens ꝓbaſti:illos aũt tãꝙ
durus rex interrogans cõdẽnaſti. Abſentes eñ
et pꝛeſentes ſimiliter toꝛquebant̃. Duplex eniʒ
illos acceperat tediũ:⁊ gemitus cũ memoꝛia pꝛe
teritoꝛum. Cum enim audirent per ſua toꝛmen
ta bene ſecum agi:commemoꝛati ſunt dominum
admirantes in finem exitus. Quem eñ in expoſi
C tione pꝛaua pꝛoiectum deriſerunt:in finem euen
tus mirati ſunt. Non ſimiliter iuſtis faciens pꝛo
cogitationibus aũt inſenſatis iniquitates illoꝝ
Qꝺ quidã errantes colebant mutos ſerpentes:
et beſtias ſupuacuas imiſiſti illis multitudineʒ
mutoꝛum aialium in vindictam vt ſcirent qꝛ per
que peccat qs per hec ⁊ toꝛquet̃. Nõ eñ impoſ
ſibilis erat oipotens manus tua que creauit oꝛ
bẽ terrarũ ex materia inuiſa:immittere illis mul
titudinem vꝛſoꝛuʒ aut audaces leones:aut noui
gñis ira plenas ⁊ ignotas beſtias:aut vapoꝛem
igneum ſpirantes:aut fumi odoꝛẽ ꝓferẽtes aut
D hoꝛrendas ab oculis ſcintillas emittentes qua
rum non ſolum leſura poterat illos exterminare
ſed ⁊ aſpectus per timoꝛem occidere. Naʒ ⁊ ſine
his vno ſpiritu poterant occidi perſecutionem
paſſi ab ipſis factis ſuis et diſpergi per ſpiritũ xxiij.q.iiij.
virtutis tue:ſed omnia in menſura ⁊ numero et c.q peccat
põdere diſpoſuiſti. Multũ enim valere tibi ſoli
ſuperat ſemper et virtuti bꝛachij tui quis reſi
ſtet. Quoniam tanꝙ momentum ſtatere:ſic eſt
ante te oꝛbis terrarum:et tanꝙ gutta roꝛis an
te lucani qui deſcendit in terram. Et miſereris
omnium:quia omnia potes et diſſimulas pecca
ta hominum pꝛopter penitẽtiam. Diligis enim
oĩa que ſunt ⁊ nihil eoꝝ odiſti que feciſti:nec eñ
odiens aliqd cõſtituiſti aut feciſti. Quõ aũt poſ
ſet aliqd permanere niſi tu voluiſſes:aut qꝺ a te
vocatũ non eſſet cõſeruaretur. Parcis autẽ om
nibus quoniam tua ſunt dñe qui amas animas.

Capi. Summa. De ſuauitate dei:qui coꝛripit et monet peccantes: de tranquillitate domini in iudicio:et ꝙ dat locum penitentie: et ꝙ ad diſciplinam boni flagellantur. Capi.xij.

Quam bonꝰ et ſuauis A
eſt domine ſpiritus tuus in oi
bus. Ideoqꝫ hos qui exerrant
partibus coꝛripis et de qbus
peccant admones ⁊ alloqueris
vt relicta malicia credãt i te do
mine. Illos enim antiquos in
habitatoꝛes terre ſancte tue quos exhoꝛruiſti:
quoniam odibilia opera tibi faciebant per medi
camina ⁊ ſacrificia iniuſta:⁊ filioꝛum ſuoꝛum ne
catoꝛes ſine miſericoꝛdia:⁊ comeſtoꝛes viſcerum
hominum ⁊ deuoꝛatoꝛes ſanguinis:⁊ auctoꝛes
parentes aiarum inauxiliatoruʒ perdere voluiſti
a medio ſacꝛo tuo per manus parentũ noſtroꝛũ:
vt dignam perciperẽt peregrinationem pueroꝝ
dei:que tibi omniuʒ charioꝛ eſt terra. Sed ⁊ his
tanꝙ hominibus pepcĩſti:⁊ miſiſti anteceſſoꝛes
exercitus tui veſpas vt illos paulatim extermi
narent. Non quia ipotẽs eras in bello ſubijcere B
impios iuſtis:aut beſtijs ſeuis aut verbo duro ſi
mul exterminare:ſed partibus iudicans dabas
locum penitentie:nõ ignoꝛaus qm̃ iniqua eſt na
tio eoꝛum:⁊ naturalis malicia ipſoꝛum:⁊ qm̃ nõ
poterat mutari cogitatio illoꝛũ in perpetuũ. Se
men eñ erat maledictum ab initio. Nec timens
aliquem veniam dabas peccatis illoꝛum. Quis
enim dicet tibi quid feciſti:Aut qs ſtabit contra
iudiciũ tuũ. Aut quis in cõſpectu tuo veniet vin
dex iniquoꝛũ hominũ. Aut quis tibi imputabit:
ſi perierunt nationes quas tu feciſti. Nec eñ eſt
alius deus ꝙ tu:cui cura eſt de oibus vt oſten
das qm̃ non iniuſte iudicas iudiciuʒ. Neqꝫ rex C
neqꝫ tyrãnus in conſpectu tuo inquirent de his
quos perdidiſti. Cũ ergo ſis iuſtus:iuſte omnia
diſponis:ipſuʒ quoqꝫ qui nõ debet puniri cõdẽ
nas:⁊ exterũ eſtimas a tua virtute. Uirtus eniʒ
tua iuſticie initiũ eſt:⁊ ob hoc ꝙ omniũ dominꝰ
es:oibus te parcere facis. Uirtutem enim oñdis
tu qui nõ crederis eſſe in virtute cõfirmatus:et
hos q te neſciunt in audacia traducis. Tu autẽ

dn̄ator virtutis:cū tranquillitate iudicas:⁊ cum
magna reuerētia diſponis nos.Subeſt em̄ tibi
cū volueris poſſe.Docuiſti aūt populū tuuȝ per
talia opa:qm̄ opoꝛtet iuſtū eſſe ⁊ humanū:⁊ bo-
ne ſpei feciſti filios tuos:qm̄ iudicās das locū in
peccatis pnie.Si em̄ inimicos ſeruoꝝ tuoꝝ ⁊ de-
bitos moꝛti cū tāta cruciaſti attentione ⁊ libera-
ſti:dans tēpus ⁊ locū per que poſſent mutari a
malicia:cū quāta diligētia iudicaſti filios tuos:
D quoꝝ parētibus iuramēta ⁊ conuētiones dediſti
bonarū ꝓmiſſionuȝ.Cū ergo das nobis diſcipli
nam:inimicos noſtros multipliciter flagellas vt
bonitatem tuā cogitemus iudicātes:⁊ cū de no-
bis iudicaꝶ: ſperem⁹ miam tuā.Unde ⁊ illis qui
invita ſua inſenſate ⁊ iniuſte vixerūt:per hec que
coluerūt:dediſti ſumma toꝛmēta.Etenim in er-
roꝛis via diutius errauerūt deos eſtimātes : nec
qui in animalibus ſunt ſuperuacua: infantiū in-
ſenſatoꝛum moꝛe viuentes.Propter hoc tanꝙ
pueris inſenſatis iudiciū in deriſum dediſti.Qui
aūt ludibꝛijs ⁊ increpationibus nō ſunt coꝛrecti
dignū dei iudiciū expti ſunt.In his em̄ qui pa-
tiebanꝶ moleſte ferebāt:in q̇bus impatiētes in-
dignabanꝶ.Per hec quos putabāt deos i̇ipſis
cū exterminarētur:videntes illū quē olim nega-
bant ſe noſſe:verū deū agnouerūt.Propter qđ
⁊ finis cōdēnationis eoꝛum veniet ſuper illos.

¶ Capituli Summarium. ¶ De idolatris:de
agnoſcendo creatoꝛem per creaturas:de ſubſan-
natione idoloꝛum.   Capitulum.xiij.

A Vani autem ſunt om
nes hoīes in q̇b⁹ nō ſubeſt ſciē
tia dei:⁊ de his que nō videnꝶ
bona nō potuerūt intelligere
eum qui eſt:neq̄ operibus at
tendentes agnouerūt quis eſ-
ſet artifex:ſed aut ignē aut ſpi
ritum:aut citatū aerem:aut gyrum ſtellarū aut
nimiam aquam: aut ſolem ⁊ lunā rectoꝛes oꝛbis
terraꝝ deos putauerunt.Quoꝝ ⁊ ſi ſpecie dele-
ctati deos putauerunt:ſciant q̄to his dn̄atoꝛ eo-
rum ſpecioſioꝛ eſt.Speciei em̄ generatoꝛ hec om
nia conſtituit.Aut ſi virtutem ⁊ opera coꝝ mira-
ti ſunt:intelligāt ab illis:qm̄ qui hec fecit:foꝛtioꝛ
B eſt illis.A magnitudine em̄ ſpeciei ⁊ creature co
gnoſcibiliter poterit creatoꝛ hoꝝ videri.Sed ta
men adhuc in his minoꝛ eſt querela.Et hi em̄ foꝛ
taſſe errāt deū q̄rētes ⁊ volētes inuenire.Etem̄
cū in opibus illius cōuerſanꝶ ⁊ inquirunt ⁊ pſua-
ſum habēt:qm̄ bona ſunt que videnꝶ.Iterū aūt
nec his debet ignoſci.Si enim tantū potuiſſent
ſcire vt poſſent eſtimare ſeculum:qn̄o huius dn̄ȝ
nō facilius inuenerunt.Infelices aūt ſunt:⁊ in-
ter moꝛtuos ſpes illoꝝ eſt:qui appellauerunt de
os opa manuum hoīm:aurum ⁊ argentum artis
inuentionē:⁊ ſilitudines aīaliuȝ:aut lapidē inuti
C lem opus manus antique.Aut ſi quis artifex fa-
Eſaie.xliiij b. ber de ſilua lignū rectū ſecuerit:⁊ hui⁹ docte era-
dat oēm coꝛticeȝ:⁊ arte ſua vſus diligēter fabꝛi-
cet vas inutile in conuerſationem vite:reliquias
autē huius operis ad pꝛeparationē eſce abutaꝶ:
⁊ reliquū hoꝛum qđ ad nullū vſum facit : lignum
curuuȝ:⁊ verticibus plenuȝ ſculpat diligēter per
vacuitatē ſuam:⁊ per ſciētiaȝ ſue artis figuret il
lud:⁊ aſſimilet illud imagini hoīs : aut alicui ex
animalibus illud cōparet:perliniēs:rubꝛica:⁊ ru
bicundū faciens fuco coloꝛem illius:⁊ oēm macu
lam que in illo eſt perliniens:⁊ faciat ei dignam
habitationem:⁊ in pariete ponens illud:⁊ confir
mans ferro:ne foꝛte cadat pꝛoſpiciens illi:ſciens
qm̄ nō poteſt adiuuare ſe.Imago em̄ eſt ⁊ opus
eſt illi adiutoꝛium.Et de ſubſtātia ſua:⁊ de filijs
ſuis:⁊ de nuptijs votum faciens:inquirit.Non
erubeſcit loqui cum illo qui ſine anima eſt ⁊ pꝛo
ſanitate quidem infirmum depꝛecatur:⁊ pꝛo vi-
ta rogat moꝛtuum:⁊ in adiutoꝛiū inutilem inuo-
cat:⁊ ꝓ itinere petit ab eo qui ambulare nō pōt
⁊ de acquirēdo ⁊ de operando:⁊ de oim rerū cuē
tu petit ab eo qui in omnibus eſt inutilis.

¶ Ca.Sum. ¶ De benedictione crucis chꝛi-
ſti:de maledictione idolatrie:⁊ idoli deteſtatio-
ne:de crudelitate ſacrificioꝛum : ⁊ vniuerſalitate
vitioꝛum ſequentium idolatriam.   Capi.xiiij.

Iterum alius naui- A
gare cogitans:⁊ per feros flu
ctus iter facere, incipiens li-
gno poꝛtāte ſe fragilius lignū
inuocat.Illud enim cupiditas
acquirendi excogitauit:⁊ arti
fex ſapiētia fabꝛicauit ſua.Tu Exo.xiiij.c
auteȝ pater pꝛouidentia ab initio cuncta guber
nat:qm̄ dediſti in mari viam:⁊ inter fluctus ſemi
tam firmiſſimam:oſtendens quoniā potens es
ex omnib⁹ ſanare:etiā ſi ſine rate aliquis adeat
mare.Sed vt non eſſent vacua ſapiētie tue ope
ra:ꝓpter hoc etiam ⁊ exiguo ligno credunt ho-
mines aīas ſuas:⁊ tranſeūtes mare per ratem li
berati ſunt.Sed ab initio cū perirēt ſuperbi gi-
gantes:ſpes oꝛbis terraꝝ ad ratem cōfugiēs: re
miſit ſeculo ſemē natiuitatis que manu tua erat
gubernata.Bn̄dictū eſt em̄ lignum per qđ fit iu
ſticia.Per manus aūt qđ fit idolum:maledictū
eſt ⁊ ipſum:⁊ qui fecit illud:qꝛ ille quidē operat⁹
eſt:illud aūt cū eſſet fragile:deus cognominatus B
eſt.Similr̄ aūt odio ſūt deo: impius ⁊ impietas
eius.Etenim qđ factū eſt:cū illo qui fecit toꝛmē
ta:patietur.Propter hoc ⁊ in idolis nationum
non erit reſpectus: qm̄ creature dei in odiuȝ fa-
cte ſunt:⁊ in tētatiōeȝ aīe hoīm:⁊ in muſcipulaȝ
pedibus inſipientiuȝ.Initiū em̄ foꝛnicatiōis eſt
exquiſitio idoloꝝ:⁊ adinuentio illoꝛuȝ coꝛruptio
vite eſt.Non enim erant ab initio:neq̄ erunt in
perpetuum. Superuacuitas em̄ hoīm hec adin-
uenit in oꝛbem terrarum:⁊ ideo bꝛeuis illoꝛuȝ fi-
nis eſt inuentus.Acerbo em̄ luctu dolens pater
cito ſibi rapti filij fecit imaginem:⁊ illuȝ qui tūc
quaſi homo moꝛtu⁹ fuerat:nūc tanꝙ deū colere

cepit ⁊ cōſtituit inter ſeruos ſuos ſacra ⁊ ſacrifi-
cia. Deinde interueniente tēpoꝛe cōualeſcēte an
tiqua conſuetudine: hic erroꝛ tanq̄ lex cuſtoditꝰ
C eſt: ⁊ tyrannoꝛum imperio colebant figmenta.
Hos quos in palam homines honoꝛare non po
terant propter hoc q̄ longe eſſent: e longinquo fi
gura eoꝛum allata euidentem imaginem regis
quem honoꝛare volebāt fecerūt vt illum qui abie
rat tanq̄ p̄ſentē colerēt ſua ſollicitudine. Pro-
uexit autē ad hoꝛū culturā: ⁊ hos qui ignoꝛabāt
artificis eximia diligentia. Ille em̄ volens plus
placere illi qui ſe aſſumpſit: elaboꝛauit arte ſua
vt ſimilitudinem in melius figuraret. Multitu
do autem hominum abducta per ſpeciē opis: eū
qui ante tēpus tanq̄ homo honoꝛatus fuerat:
nunc deum eſtimauerunt. Et hec fuit vite huma
ne deceptio: q̄m aut effectui aut regibꝰ deſeruiē
tes homines incōicabile nomen lapidibꝰ ⁊ lignis
impoſuerunt. Et nō ſuffecerat erraſſe eos circa
dei ſciam: ſed ⁊ in magno viuentes in ſcientie bel
D lo tot ⁊ tam magna mala pacē appellāt. Aut em̄
filios ſuos ſacrificantes: aut obſcura ſacrificia fa-
cientes: aut infamie plenas vigilias habentes:
neq̄ vitā neq̄ nuptias mundas iam cuſtodiunt:
ſed ⁊ alius alium per inuidiam occidit: aut adul-
terans cōtriſtat ⁊ oīa cōmixta ſunt ſanguis ho-
micidium furtum ⁊ fictio coꝛruptio ⁊ infidelitas
turbatio ⁊ periurium tumultus bonoꝛū dei imme
moꝛatio: aīarum inquinatio: natiuitatis immuta
tio: nuptiaꝝ incōſtātia: inoꝛdinatio mechie ⁊ im-
pudicitie. Infandoꝝ enim idoloꝝ cultura omnis
mali cauſa eſt ⁊ initium ⁊ finis. Aut em̄ dum letā
tur inſaniūt: aut certe vaticinant falſa aut viuūt
iniuſte aut periurant cito. Dū enim cōfidunt in
idolis que ſine intellectu ⁊ ſine anima ſunt male
iurantes noceri ſe non ſperant. Utraq̄ ergo il-
lis euenient digne: quoniā male ſenſerunt de deo
attendentes idolis: ⁊ iurauerunt iniuſte in idolo
continentes iuſticiam. Non enim iurantium eſt
virtus: ſed peccantium pena perambulabat ſem
per in iniuſtoꝛum p̄uaricationem.

C. C.S. C. Uox fidelium qui laudāt dei miam
cuius gr̄a non ſeruiunt idolis: de ſubſannatione
idolatrie ⁊ eius deteſtatione. Capitulum. xv.

A TU autem deus no-
ſter ſuauis ⁊ verus es patiēs
⁊ in mia diſponēs oīa. Etem̄
ſi peccauerimus tui ſumꝰ ſciē
tes magnitudinē tuā ⁊ ſi non
peccauerimꝰ ſcimus q̄m apō
te ſumus cōputati. Noſſe em̄
te conſummata iuſticia eſt: ⁊ ſcire iuſticiā ⁊ virtu
tem tuā radix eſt immoꝛtalitatis. Nō em̄ in erro
rem induxit nos hoīum male artis excogitatio:
nec vmbꝛa picture: laboꝛ ſine fructu: ⁊ effigies
ſculpta per varios coloꝛes: cuius aſpectus inſen
E.j.b. ſato dat cōcupiſcētiā: ⁊ diligit moꝛtue imaginis
B effigiē ſine anima. Maloꝝ amatoꝛes digni ſunt
moꝛte: qui ſpem habēt in talibus ⁊ qui faciūt il-
los: ⁊ qui diligūt ⁊ qui colūt. Sed ⁊ figulus mol-
lem terram p̄mēs laboꝛioſe fingit ad vſus no-
ſtros vnūquodq̄ vas: ⁊ de eodem luto fingit que
munda ſunt in vſum vaſa: ⁊ ſimiliter que his ſunt Ro.ix.c.
cōtraria. Hoꝛū autē vaſoꝛū q̄s ſit vſus: iudex eſt
figulus. Et cū laboꝛe vano deum fingit de eodem
luto ille qui paulo ante de terra factus fuerat: et
poſt puſillū reducit ſe: vnde acceptus eſt: repeti-
tus aīe debitum quam habebat. Sed cura eſt illi
nō: q2 laboꝛaturus eſt: nec q̄m breuis illi vita eſt:
ſed cōcertatur aurificibus ⁊ argētarijs: ſed ⁊ era
rios imitatur: ⁊ gloꝛiam p̄fert: q̄m res ſuperua C
cuas fingit. Cinis eſt em̄ coꝛ eius ⁊ terra ſuper-
uacua ſpes illius: ⁊ luto viliox vita eiꝰ: q̄m igno-
rauit qui ſe finxit ⁊ qui inſpirauit illi aīam qua
operatur: qui inſufflauit ei ſpiritū vitalē. Sed et
eſtimauerunt luſum eſſe vitam noſtram: ⁊ cōuer-
ſationem vite cōpoſitam ad lucrū ⁊ opoꝛtere vn-
decunq̄ etiā ex malo acquirere. Hic em̄ ſcit ſe ſu
per oēs delinquere qui ex terre materia fragi-
lia vaſa ⁊ ſculptilia fingit. Oēs em̄ inſipiētes ⁊ in D
felices ſup̄ra modū aīe ſue: ſuperbi ſūt inimici po p̄s. cxiij.c.
puli tui ⁊ imperantes illi. Q̄m oīa idola nationū p̄s. xxxiiij.
deos eſtimauerūt: quibus nec oculoꝝ viſus eſt ad o.
videndum: neq̄ nares ad percipiendū ſpm̄: neq̄
aures ad audiendū: neq̄ digiti manuū ad tractā
dum: ſed ⁊ pedes eoꝛum pigri ad ambulandum.
Homo enim fecit illos: ⁊ qui ſpiritum mutuatus
eſt his finxit illos: Nemo em̄ ſibi ſimilem homo
poterit deum fingere. Cū em̄ ſit moꝛtalis moꝛtuū
fingit manibus iniquis. Melioꝛ em̄ eſt ipſe his
quos colit q2 ipſe quidem vixit cū eſſet moꝛtalis
illi autē nunq̄. Sed ⁊ animalia miſerrimi colunt.
Inſenſata enim comparata his illis ſunt deterio
ra. Sed nec aſpectu aliquis ex his animalibꝰ bo-
na poteſt conſpicere. Effugierunt autem dei lau-
dem ⁊ benedictionem eius.

C. Ca. Sū. C. De iuſticia dei qui iudicat im-
pios ⁊ p̄pitiat iuſtis alternatim p̄ſequitur: de
ignoꝛante in aquis niue ⁊ glacie ſuſtinente vim
ignis: ⁊ de donatione manne. Cap. xvj.

PRopter hec ⁊ his ſi- A
milia paſſi ſunt digne toꝛmen
ta: ⁊ per multitudinē beſtiarū
exterminati ſunt. Pro quibus Exo.xvj.c.
toꝛmētis bene diſpoſuiſti po-
pulum tuū quibꝰ dediſti cōcu
piſcentiā delectamenti ſui no-
uum ſapoꝛē eſcā parās eis oꝛtigometrā: vt illi q̄-
dē cōcupiſcētes eſcā p̄pter ea que illis oſtenſa et
miſſa ſunt: etiā a neceſſaria ↄcupiſcētia auerterē
tur. Hi aūt in breui iopes facti ſūt nouā guſtaue
rūt eſcam. Opoꝛtebat em̄ illis ſine excuſatione
quidem ſuperuenire interitū exercentibus tyran
nidem: his autem tantū oſtendere queadmodum
inimici eoꝝ exterminabantur. Etenim cum illis Nu.xxj.b.
ſuperuenit ſeua beſtiarum ira moꝛſibus peruer
ſoꝛum colubꝛoꝛum exterminabantur. Sed non in
perpetuum tua ira permāſit: ſed ad coꝛreptionem

in breui turbati ſūt:ſignū habētes ſalutis ad cō-
B memorationē mādati legis tue. Qui enim cōuer-
ſus eſt:non per hoc qđ videbat ſanabat̃ ſed per
te oīm ſaluatorem. In hoc autē oſtendiſti inimi-
Exo.viij.f. cis tuis:q: tu es qui liberas ab omni malo. Il-
los enim locuſtarū ꝛ muſcarum occiderunt mor-
ſus:ꝛ non eſt inuenta ſanitas anime illoꝝ:q: di-
gni erāt ab huiuſcemodi exterminari. Filios aūt
tuos nec draconū:nec venenatoꝝ vicerūt dētes.
Miſericordia em̄ tua aduenīēs ſanabat illos. In
memoria enim ſermonū tuoꝝ exterminabāt̃ et
velociter ſanabant̃:ne in altam incidentes obli-
uionem non poſſent tui vti adiutorio. Etenim
neqꝫ herba neqꝫ malagma ſanauit eos:ſed tuus
dn̄e ſermo qui ſanat omnia. Tu es dn̄e qui vite ꝛ
j.Reg.ij.a. mortis habes poteſtatem:ꝛ deducis vſqꝫ ad por-
Tobie.xiij.a. tas mortis:ꝛ reducis. Homo aūt occidit quidem
per maliciaꝫ aīam ſuam:ꝛ cū exierit ſpiritus nō
Exo.ix.d. reuertetur:nec reuocabit aīam que recepta eſt:
C ſed tuā manū effugere impoſſibile eſt. Negātes
eniꝫ te noſſe impij per fortitudinē brachij tui fla-
gellati ſunt:nouis aquis ꝛ grādinibus ꝛ pluuijs
perſecutionem paſſi ſunt:ꝛ per ignem cōſumpti.
Quod enim mirabile erat in aqua que oīa extin-
guit:plus ignis valebat. Vindex eſt eniꝫ orbis iu-
ſtorum. Quodaꝫ em̄ tēpore manſuetabat̃ ignis:
ne cōburerentur que ad impios miſſa erant ani-
malia:ſꝫ vt ipſi vidētes ſcirēt q̄m dei iudicio pa-
tiūtur ꝑſecutiōem. Et quodā tp̄e in aqua ſupra
virtutem ignis exardeſcebat vndiqꝫ:vt iniquam
De ꝯſe.di. terre nationem exterminaret. Pro quibus ange-
ij.c.reuera. lorum eſca nutriuiſti populum tuum:ꝛ paratum
Exo.xvij.d panē de celo preſtitiſti illis ſine labore:omne de-
Job.xvj.d. lectamentum in ſe habentē:ꝛ omnis ſaporis ſua-
ps.lxxvij.c. uitatem. Subſtantiā em̄ tuam ꝛ dulcedinē tuaꝫ
quā in filios habes:oſtēdebas:ꝛ deſeruiēs vniuſ-
De ꝯſe.di. cuiuſqꝫ voluntati. Ad quod quiſqꝫ volebat cōuer-
ij.c.q̄tidie. tebatur. Nix aūt ꝛ glacies ſuſtinebāt vim ignis
ꝛ non tabeſcebant:vt ſcirent quoniā fructus ini-
micorum exterminabat ignis ardens in grādine
D ꝛ pluuia coruſcans. Hoc autem iterum vt nutri-
rentur iuſti:ignis etiam ſue virtutis oblitus eſt.
Creatura enim tibi factori deſeruiens:exardeſcit
in tormentum aduerſus iniuſtos:ꝛ lenior fit ad
benefaciendum pro his qui in te confidūt. Pro-
pter hoc ꝛ tunc oīa tranſfigurata omnium nutri-
ci gratie tue deſeruiebant ad voluntatem eorum
qui a te deſiderati ſunt:vt ſcirēt filij tui quos di-
lexiſti domine:quoniam non natiuitatis fructus
paſcunt homines:ſed ſermo tuus hos qui in te
crediderint:conſeruat. Quod enim ab igne non
poterat exterminari:ſtatim ab exiguo radio ſo-
lis calefactum tabeſcebat:vt notum omnibus eſ-
ſet:quoniam oportet preuenire ſolem ad benedi-
ctionem tuā ꝛ ad ortum lucis te adorare. Ingra-
ti enim ſpes tanq̄ hibernalis glacies tabeſcet:ꝛ
diſperiet tanq̄ aqua ſuperuacua.

¶ Capituli Summarium. ¶ De magnitudi-
ne iudiciorum dei qui penis mirabilibus affligē-
bat impios.

¶ Capitulum. xvij.

Magna ſunt enim iudi- A
cia tua dn̄e: ꝛ inenarrabilia v̄ba
tua:ꝓpter h̄ īdiſciplinate anime
errauerūt. Dum em̄ ꝑſuaſum ha-
Exo.x.f. bent iniq̄ poſſe dn̄ari nationi ſan-
cte:vinculis tenebrarum ꝛ longe noctis compe-
diti incluſis ſub tectis:fugitiui perpetue ꝓuiden-
tie placuerunt. Et dum putant ſe latere in ob-
ſcuris peccatis:tenebroſo obliuionis velamento
diſperſi ſunt pauentes horrende:ꝛ cum admira-
tione nimia perturbati. Neqꝫ enim qui contine-
bat illos ſpelūca ſine timore cuſtodiebat:quoniā
ſonitꝰ deſcēdēs ꝑturbabat illos:ꝛ ꝑſone triſtes B
illis apparētes:pauorē illis p̄ſtabāt. Et ignis q̇-
dem nulla vis poterat illis lumē prebere:nec ſi-
derum limpide flāme illuminare poterāt illā no-
ctem horredaꝫ. Apparebat autē illis ſubitaneus
ignis:timore plenus ꝛ timore ꝑcuſſi illiꝰ que nō
videbat̃ faciei:eſtimabāt deteriora eſſe que vide-
bantur:ꝛ magice artis appoſiti erāt deriſus:ꝛ ſa-
pientie gl̃ia correptio cū cōtumelia. Illi em̄ qui
ꝓmittebāt timores ꝛ ꝑturbatōes expellere ſe ab
aīa languāte hi cum deriſu:pleni timore langue-
bāt. Nam ꝛ ſi nihil illos ex monſtris perturba-
bat trāſitu aīalium ꝛ ſerpentiū ſibilatiōe cōmoti
tremebūdi peribāt ꝛ aerē quē nulla rōne q̄s ef-
fugere poſſet:negātes ſe videre. Frequēter enim
preoccupāt peſſima:redarguēte cōſciētia. Cū ſit C
em̄ timida nequitia:data eſt in oīm cōdēnatiōeꝫ
Sēper em̄ p̄ſumit ſeua ꝑturbata cōſciētia. Ni-
hil em̄ eſt timor niſi p̄ſumptionis adiutoriū:ꝓdi-
tio cogitationis auxiliorū. Et dum ab intro mi-
nor eſt expectatio:maiorem cōputat potentiam
eius cauſe de qua tormentum preſtat. Illi auteꝫ
qui in potentem venere noctem:ꝛ ab infimis et
ab altiſſimis ſuperuenienteꝫ eundē ſomnum dor-
mientes:aliquādo monſtroꝝ exagitabant̃ timo-
re:aliquādo aīe deficiebāt traductione. Subita-
neus enim illis ꝛ inſpiratus timor ſuperuenerat.
Deinde ſi quiſq̄ ex illis decidiſſet:cuſtodiebat̃ D
in carcere ſine ferro recluſus. Si em̄ ruſticus q̄s
erat aut paſtor:aut agri laborū operarius preoc-
cupatus eſſet:ineffugabilem ſuſtinebat neceſſita-
tem. Vna em̄ catena tenebrarū oēs erāt colliga-
ti. Siue ſpiritus ſibilās:aut inter ſpiſſos arborū
ramos auiuꝫ ſonus ſuauis:aut vis aque decurrē-
tis nimiū:aut ſonus validus p̄cipitantiū petra-
rum:aut ludentiū aīaliuꝫ curſus inuiſus:aut mu-
gientium valida beſtiarū vox:aut reſonās de al-
tiſſimis montibus echo deficiētes:faciebat illos
pre timore. Omnis enim orbis terraꝝ limpido il-
luminabatur lumine:ꝛ non impeditis operibus
continebat̃. Solis aūt illis ſuper poſita erat gra-
uis nox:imago tenebraꝝ que ſuperuentura illis
erat. Ipſi ergo ſibi erāt grauiores tenebre.

¶ Capituli Summarium. ¶ De luce iſraeli-
tarum in egypto figurante lucem ſanctorum:mo-
do de perſecutione afflictionis impiorum:de no-
cte qua percuſſit dominus primogenita de aduē-

tu chriſti: de peccato populi Iſrael in deſerto: de Aaron quomodo ſtetit inter viuos et mortuos cum thuribulo. Capitulum.xviij.

A
Exo.x.f.
Sanctis autem tuis maxima erat lux: ⁊ horum qui dem voces inimici audiebant ſed figurā nō videbant. Et q2 non ⁊ ipſi eadē paſſi erāt magnificabant te: ⁊ qui ante leſi erant q2 nō ledebātur gratias agebant tibi vt eſſet differentia te deū petebant. Propter qđ ignis ardētem colūnam ducem habuerunt ignote vie: ⁊ ſolē ſine leſura boni hoſpiti preſtitiſti. Digni quidem illi carere luce ⁊ pa
Exo.j.c. ti carcerem tenebrarū qui incluſos cuſtodiebāt
Exo.ij.b. ſanctos filios tuos: per quos incipiebat incor
Exo.xiiij.f. ruptum legis lumen ſeculo dari. Cum cogita
B rent iuſtorum occidere infantes ⁊ vno expoſito filio ⁊ liberato in traductionē illoꝝ multitudinē filiorū abſtuliſti: ⁊ pariter illos ꝑdidiſti in aqua valida. Illa eñ nox ante cognita eſt a patribus noſtris: vt vere ſciētes quibus iuramētis credi derunt an equiores eſſent. Suſcepta eſt aūt a populo tuo ſanitas quidem iuſtorum: iniuſtorū autem exterminatio. Sicut eñ leſiſti aduerſarios noſtros ſic et nos prouocans magnificaſti. Abſconſe enim ſacrificabant iuſti pueri bonorū: et
Exo.xij.c. iuſticie legem in concordiam diſpoſuerunt: ſimiliter et bona ⁊ mala recepturos iuſtos patri omnium decantantes laudes. Reſonabat autem inconueniens inimicorum vox: ⁊ flebilis audiebaꝫ planctus ploratorū infantium. Simili autē pena ſeruus cum domino afflictus eſt ⁊ popularis homo regi ſimilia paſſus. Similiter ergo oēs vno noīe mortis mortuos habebāt innūerabiles. Nec
C enim ad ſepeliēdū viui ſufficiebāt qm̄ vno momēto que erat preclarior natio illorum exterminata eſt. De omnibus eñ non credentes propter beneficia tunc cum primum fuit exterminium primogenitorum ſpoponderunt populū dei ſe eſſe. Cū eñ quietū ſilentiū cōtineret oīa ⁊ nox in ſuo curſu mediū iter haberet omnipotēs ſmo tuus domine exilens de celo a regalib⁹ ſedibus venit: durus debellator in medium exterminij terram proſiliuit gladius acutus inſimulatū imperium tuum portans ⁊ ſtans repleuit oīa morte: ⁊ vſq ad celū attingebat ſtās in terra. Tūc cōtinuo viſus ſomnioꝝ malorū turbauerūt illos ⁊ timores ſuperuenerunt inſperati. Et alius alibi proiect⁹ ſemiuiuus: ꝑpter quam moriebatur cām demonſtrabat mortis. Viſiōes enim que illos turbaue
D runt hec ꝓmonebant ne inſcij quare mala patie
Nu.xvj.g. bantur perirent. Tetigit autem tunc et iuſtos tēptatio mortis: ⁊ cōmotio in heremo facta eſt multitudinis: ſed nō diu permanſit ira tua. Properans enim homo ſine querela deprecari pro populis proferens ſeruitutis ſue ſcutum orationem et per incenſum deprecationem allegans reſtitit ire et finem impoſuit neceſſitati: oſtendens quoniam tuus eſt famulus. Vicit autē turbas non in virtute corporis nec armatura potentie: ſed verbo illum qui ſe vexabat ſubiecit iuramēta parentum et teſtamentum commemorans. Cum enim iam aceruatim cecidiſſent ſuper alterutrū mortui interſtitit et amputauit impetum: et di Exo.xxviij b.
uiſit illam que ad viuos ducebat viam. In veſte enim poderis quam habebat: totus erat orbis terrarum et parentum magnalia in quattuor ordinibus lapidum erant ſculpta: et magnificētia tua in diademate capitis illius ſcripta erat. His autem ceſſit qui exterminabat et hec eſtimauit. Erat enim ſola temptatio ire ſufficiens.

¶ Capi. Summa ¶ De interitu egyptiorum cum gaudio hebreorum: de ortigometra donata ad deſiderium populi: q2 elementa mūdi nō tm̄ diuine: ſꝫ ⁊ humane ſuiūt volūtati. Capi.xix.

Impijs autē vſq3 in nouiſſimum ſine miſericordia ira ſuꝑuenit. Preſciebat enim ⁊ futura illoꝝ quoniam cū ipſi reuerſi eſſent ⁊ ꝓmiſiſſent vt ſe educerent: et cum magna ſollicitudine ꝓmiſiſſent illos conſequebatur illos penitentie actus. Adhuc eñ inter manus habētes luctū: ⁊ deplorātes ad monumenta mortuoꝝ: aliā ſibi aſſumpſerūt cogitationē inſcientie ⁊ quos rogantes ꝓiecerant hos tanq̄ fugitiuos ꝓſequebātur. Ducebat eñ illos ad hunc finem digna neceſſitas: ⁊ horum que acciderant cōmemorationem amittebant vt que deerant tormentis repleret punitio: et populus quidē tuus mirabiliter tranſiret: illi aūt nouā mortem inuenirent. Omnis enim creatura ad ſuum B
genus ab initio refigurabaꝫ deſeruiens tuis ꝓceptis: vt pueri tui cuſtodirentur illeſi. Nā nubes caſtra illorum obūbrabat: ⁊ ex aqua que añ erat terra arida apparuit: ⁊ in mari rubro via ſine īpedimento: ⁊ cāpus germinans de profundo nimio: ꝑ quē oīs natio trāſiuit: que tegebaꝫ tua manu videntes tua mirabilia ⁊ mōſtra. Tanq̄ eñ equi depauerunt eſcā: ⁊ tanq̄ agni exultauerūt magnificantes te dñe: qui liberaſti illos. Memores eñ erāt adhuc illoꝝ que incolatu illoꝝ facta fuerāt: quemadmodū pro natione aīalium produxit terra muſcas ⁊ pro piſcibus eructauit fluuius multitudinem ranarū. Nouiſſime aūt viderūt nouā C
creaturā auiū: cū abducti cōcupiſcentia poſtulauerunt eſcas epulationis. In allocutione enim deſiderij aſcendit illis de mari ortigometra: ⁊ vexationes peccatoribus ſuperuenerunt: non ſine illis que ante facta erant argumētis ꝑ vim fluminū. Iuſte enim patiebātur ſꝫ ſuas nequitias. Et enim deteſtabiliorē inhoſpitalitatē inſtituerūt Alij qdē ignotos nō recipiebāt aduenas. Alij autē bonos hoſpites in ſuitutem redigebant. Et non ſolū hec ſed et alius quidem reſpectus illorū erat: qm̄ inuiti recipiebāt extraneos. Qui aūt cū letitia receperunt hos qui eiſdē vſi ſerāt iuſtitutis ſeuiſſimis afflixerūt dolorib⁹. Percuſſi ſūt

D autem cecitate:ſicut illi in foribus iuſti cū ſubita
neis cooperti eſſent tenebꝛis. Unuſqſqꝫ trāſituꝫ
oſtij ſui querebat. In ſe enī elemēta dum cōuer-
tuntur:ſicut in oꝛgano qualitatis ſonus immu-
tatur:ꝛ oīa ſuū ſonū cuſtodiūt. Unde eſtimari ex
ipſo viſu certo pōt. Agreſtia enī in aquatica ꝯuer
tebātur: ꝛ quecūqꝫ erāt natantia:in terra tranſi-
Gen. xix. c. bant. Ignis in aqua valebat/ſupꝛa ſuā virtutē:et
aqua extinguētis nature obliuiſcat. Flāme econ-
trario coꝛruptibiliū aīaliuꝫ nō vexauerūt carnes
coambulantiū:nec diſſoluebant illā que facile diſ
ſoluebat:ſicut glacies bonā eſcā. In oīb⁹ enī ma-
gnificaſti ppl'm tuuꝫ dn̄e: ꝛ honoꝛaſti:ꝛ nō deſpe
xiſti in omni tp̄e:ꝛ in omni loco aſſiſtens eis.

Explicit liber Sapientie.

Incipit prologus libꝛi Ieſu filij Sirach qui Eccleſiaſticus appellat.

Multoꝝ nobis ꝛ ma
gnoꝛum per legem ꝛ ꝓphetas
alioſqꝫ qui ſecuti ſunt illos:ſa
pientia demōſtrata eſt:in qui-
bus opꝫ laudare iſrael doctri
ne ꝛ ſapiētie cauſa:qꝛ nō ſolū
ipſos loquētes neceſſe eſt eſſe
peritos:ſed etiā extraneos poſſe:ꝛ diſcētes ꝛ ſcri
bentes doctiſſimos fieri. Auus me⁹ Ieſus poſtꝙ̄
ſe ampli⁹ dedit ad diligētiaꝫ lectiōis legis ꝛ pꝛo-
phetarum:ꝛ alioꝝ libꝛoꝝ qui/nobis a parētibus
nr̄is traditi ſunt:volui ꝛ ipſe ſcribere aliqͣd hoꝛuꝫ
q̄ ad doctrinā ꝛ ſapiaꝫ ꝑtinent:vt deſiderātes di-
ſcere:ꝛ illoꝝ periti fieri:magis magiſqꝫ attendāt
aīo:ꝛ confirment ad legitimā vitā. Hoꝛtoꝛ itaqꝫ
venire vos cū beniuolētia:ꝛ attentioꝛi ſtudio le-
ctionem facere:ꝛ veniam habere in illis in qͥbus
videmur ſequentes imaginem ſapientie:ꝛ defice-
re in verboꝛum cōpoſitione. Nam deficiēt verba
hebꝛaica quādo fuerint trāſlata ad alterā linguā.
Non autem ſolū hec ſed ꝛ ipſa lex ꝛ ꝓphete: ce-
teraqꝫ alioꝛum libꝛoꝛum nō paruam habent diffe
rentiam quādo inter ſe dicūtur. Nam in octauo
ꝛ in triceſimo anno tꝑibus Ptolomei Euerge-
tis regis poſtꝙ̄ perueni in Egyptū:ꝛ cū multuꝫ
tēpoꝛis ibi fuiſſem:inueni ibi libꝛos relictos non
parue neqꝫ cōtemnende doctrine. Itaqꝫ bonū ꝛ
neceſſarium putaui:ꝛ ipſe aliquam addere diligē
tiam ꝛ laboꝛem interpꝛetandi libꝛuꝫ iſtum:ꝛ mul
ta vigilia attuli doctrinam in ſpacio tempoꝛis ad
illa que ad finem ducunt libꝛum iſtum dare: ꝛ il-
lis qui volunt animam intēdere ꝛ diſcere quēad-
modum opoꝛteat inſtituere moꝛes/qui ſm̄ legem
domini pꝛopoſuerunt vitam agere.

Explicit Prologus.

Incipit liber Eccleſiaſticus.

Capituli Summarium. de trina ſapientia dei:ꝛ oꝛigine eiuſdeꝫ:de incarnatione verbi dei:de laude timoꝛis domini: ꝛ ꝙ iuſticia gradus eſt ad ſapientiam. Capl'm. j.

Omnis
ſapientia a
domino deo
eſt:ꝛ cuꝫ illo
fuit ſemper
ꝛ ē āte euuꝫ.
Arenam ma
ris ꝛ pluuie
guttas ꝛ dies
ſeculi: qͥs di-
numerauit.
Altitudineꝫ A
celi ꝛ latitudinē terre ꝛ ꝓfundum abyſſi quis
dimenſus eſt. Sapientiam dei pꝛecedentem
omnia quis inueſtigauit. Pꝛioꝛ omniū crea-
ta eſt/ſapiētia:ꝛ intellectus pꝛudētie ab euo.
Fons ſapientie verbum dei in excelſis: ꝛ in-
greſſus illius mandata eterna. Radix ſapien
tie cui reuelata eſt:ꝛ aſtutias illius qͥs agno-
uit: Diſciplina ſapiētie cui reuelata eſt ꝛ ma
nifeſtata:et multiplicationeꝫ ingreſſus illius
quis intellexit. Unus eſt altiſſimus creatoꝛ
omnium:omnipotens ꝛ rex potens:ꝛ metuē
dus nimis:ſedens ſuper thꝛonum illius ꝛ do
minans deus. Ipſe creauit illam ſpirituſan-
cto:ꝛ vidit ꝛ dinumerauit ꝛ menſus eſt. Et B
effudit illam ſuper omnia opera ſua: ꝛ ſuper
omnem carnem:ſm̄ datum ſuuꝫ pꝛebet illaꝫ
diligentibus ſe. Timoꝛ domini gloꝛia ꝛ gloꝛia
tio:ꝛ leticia ꝛ coꝛona exultationis. Timoꝛ do
mini delectabit coꝛ:ꝛ dabit leticiaꝫ ꝛ gaudiuꝫ
in longitudine dierum. Timenti dominum
bene erit in extremis: ꝛ in die defunctionis
ſue benedicetur. Quibus autem apparuerit
in viſu:diligunt eam in viſione:ꝛ in agnitio-
ne magnalium ſuoꝛum. Dilectio dei honoꝛa
bilis ſapientia. Initium ſapientie timoꝛ do- Ps. cx. b.
mini:ꝛ cuꝫ fidelibus in vulua concreatus eſt: Prouerb.
et cum electis feminis gradietur:ꝛ cuꝫ iuſtis j. ꝛ. ix. b.
et fidelibus agnoſcetur. Timoꝛ domini ſcien
tie religioſitas. Religioſitas cuſtodiet ꝛ iu-
ſtificabit coꝛ:iocunditatem atqꝫ gaudiuꝫ da
bit. Timenti dominum bene erit:ꝛ in diebus C
conſolationis illius benedicetur. Plenitu-
do ſapientie timere deum:ꝛ plenitudo a fru-
ctibus illius. Omnem domum illius imple-
bit a generationibus:ꝛ receptacula a theſau
ris illius. Coꝛona ſapientie timoꝛ domini: re
plens pacem ꝛ ſalutis fructum:ꝛ vidit ꝛ di-
numerauit eam. Utraqꝫ auteꝫ ſunt dona ei.
Scientiam ꝛ intellectuꝫ pꝛudentie:ſapientia
compartietur:ꝛ gloꝛiam tenentium ſe exal-
tat. Radix ſapientie eſt timere dominum: et

rami illius longeui. In theſauris ſapientie intel
lectus: ⁊ ſcientie religioſitas: execratio antē pec
catoribus ſapientia. Timor domini expellit pec
catum. Nam qui ſine timore eſt: non poterit iuſti
ficari: iracundia enim animoſitatis illius: ſubuer
ſio illius eſt. Uſq; in tempus ſuſtinebit patiens:
D ⁊ poſtea redditio iocunditatis. Bonus ſenſus
vſq; in tempus abſcondet verba illius: ⁊ labia
multorum enarrabunt ſenſum illius. In theſau
ris ſapientie ſignificatio diſcipline: execratio au
xxi.q.iiij.c. tem peccatori cultura dei. Fili concupiſcens ſa
omnis. pientiam: conſerua iuſticiam: ⁊ deus prebebit il
lam tibi. Sapientia enim ⁊ diſciplina timor dñi et
quod beneplacitum eſt illi: fides ⁊ manſuetudo:
et adimplebit theſauros illius. Contumax non
ſis ⁊ incredibilis timori domini: ⁊ ne acceſſeris ad
illum duplici corde. Ne fueris hypocrita in con
ſpectu hominum et non ſcandalizeris in labiis
tuis. Attende in illis ne forte cadas et adducas
anime tue inhonorationem: et reuelet deus ab
Actu.iii. b. ſconſa tua: et in medio ſynagoge elidat te: quo
niam acceſſiſti maligne ad dominū: ⁊ cor tuum
plenum eſt dolo ⁊ fallacia.

¶ Capituli Summarium. ¶ Accedentem ad ſeruitutem dei excitat ad iuſticiam ⁊ amorem: ad humilitatem: intellectum ⁊ patientiam) timē tes deum excitat ad credendum: ſperandum ⁊ diligendum ꝙ dominus ſperantes in ſe nō confundit: non derelinquit: non deſpicit. Ue duplici corde: ve diſſolutis corde: ve impatienti: de timentibus deum; et agentibus penitentiam.

Capitulum.ii.

A
De pe. diſ. ii. c. ſi enim. Fili accedens ad serui
tutem dei: ſta in iuſticia ⁊ in ti
more: et prepara animam tuam
ad tentationem. Deprime cor
tuum ⁊ ſuſtine: et inclina aurem
tuam et ſuſcipe verba intellectus: ⁊ ne feſtines
in tempus obductionis. Suſtine ſuſtentationes
dei: coniungere deo ⁊ ſuſtine: vt creſcat in nouiſ
ſimo vita tua. Omne quod tibi applicitum fue
rit: accipe ⁊ in dolore ſuſtine: ⁊ in humilitate tua
patientiam habe: quoniam in igne probatur au
rum et argentum: homines vero receptibiles in
B camino humiliationis. Crede deo ⁊ recupera
bit te: ⁊ dirige viam tuam ⁊ ſpera in illum. Ser
ua timorem illius: ⁊ in illo veteraſce. Metuentes
dominum ſuſtinete miſericordiam eius: ⁊ nō de
flectatis ab illo ne cadatis. Qui timetis domi
num: credite illi: et non euacuabitur merces ve
ſtra. Qui timetis dominum: ſperate in illum: ⁊
in oblectationem veniet vobis miſericordia. Qui
timetis dominum diligite illum: ⁊ illuminabun
tur corda veſtra. Reſpicite filii nationes homi
num: ⁊ ſcitote quia nullus ſperauit in domino:
⁊ confuſus eſt. Quis enim permanſit in māda
tis eius: ⁊ derelictus eſt. Aut quis inuocauit
eum: et deſpexit illum. Quoniam pius ⁊ miſeri
cors eſt deus: et remittit in die tribulationis
peccata: et protector eſt omnibus exquirētibus
ſe in veritate. Ue duplici corde ⁊ labiis ſceleſtis:
et manibus malefacientibus: et peccatori terram
ingredienti duabus viis. Ue diſſolutis corde De apoſta
qui non credunt deo: ⁊ ideo non protegentur ab tis. c. quidam.
eo. Ue his qui perdiderunt ſuſtinentiam: ⁊ qui
dereliquerunt vias rectas: et diuerterunt in vias
prauas. Et quid facient cum inſpicere ceperit do
minus. Qui timent dominum: non erunt incredi D
biles verbo illius: et qui diligunt illum: conſerua
bunt verbum illius. Qui timent dominum: inqui
rent que beneplacita ſunt ei: ⁊ qui diligunt eum:
replebuntur lege ipſius. Qui timent dominum:
preparabunt corda ſua: ⁊ in conſpectu illius ſan
ctificabunt animas ſuas. Qui timent dominum:
cuſtodiunt mandata eius: ⁊ patientiam habebūt
vſq; ad inſpectionem illius: dicētes. Si peniten
tiam non egerimus: incedemus in manus domi
ni: ⁊ nō in manus hoim. Scđm enim magnitudi
nem ipſius: ſic ⁊ miſericordia illius cum ipſo eſt.

¶ Capituli Summarium. ¶ De parentibus honorandis duplici honore: de benedictiōe ⁊ maledictione patris ⁊ matris: de manſuetudine et humilitate: de ſobrietate ſapientie de malicia cordis: et de corde ſapientis.

Capitulum.iii.

Filii ſapientie eccleſia A
iuſtorum: ⁊ natio illorum obe
dientia ⁊ dilectio. Iudicium pa
tris audite filii dilecti: ⁊ ſic faci
te vt ſalui ſitis. Deus enim ho
norauit patrem in filiis: ⁊ iudicium matris exqui
rens: firmauit in filios. Qui diligit deum: exora
bit pro peccatis: et continebit ſe ab illis: ⁊ in ora
tione dierum exaudietur: ⁊ ſicut qui theſaurizat:
ita ⁊ qui honorificat matrem ſuam. Qui honorat B
patrem ſuum iocundabitur in filiis: ⁊ in die ora
tionis ſue exaudietur. Qui honorat patrem ſuum:
vita viuet longiore: ⁊ qui obedit patri: refrigera
bit matrem. Qui timet dominum: honorat parē Exo.xx. b.
tes: ⁊ quaſi dominis ſeruiet his qui ſe genuerunt Mat.xv. a.
in opere ⁊ ſermone: ⁊ omni patiētia. Honora pa I.vii. c.
trem tuum vt ſuperueniat tibi benedictio a deo:
⁊ benedictio illius in nouiſſimo manet. Benedi
ctio patris firmat domos filiorum: maledictio au
tem matris eradicat fundamenta. Ne glorieris
in contumelia patris tui: non enim eſt tibi gloria:
ſed confuſio. Gloria enim hominis ex honore
patris ſui: ⁊ dedecus filii pater ſine honore. Fili
ſuſcipe ſenectam patris tui: ⁊ non contriſtes eum
in vita illius: ⁊ ſi defecerit ſenſu: veniam da: et ne
ſpernas eum in virtute tua. Elemoſyna enim
patris non erit in obliuione. Nam pro peccato
matris reſtituetur tibi bonum: ⁊ in iuſticia edifi
cabitur tibi: ⁊ in die tribulationis commemora
bitur tui ⁊ ſicut in ſereno glacies ſoluent pecca C
ta tua. Quam male fame eſt qui derelinquet pa

trem: ꝛ eſt maledictꝰ a deo qui exaſperat matrē. Fili in manſuetudine opera tua perfice: et ſuper hominum gloriā diligeris. Quanto magnus es: humilia te in omnibus: ꝛ coram deo inuenies gratiam: quoniam magna potentia dei ſolius: et
Prouerb. xxv. d. ab humilibus honorat. Altiora te ne queſieris: ꝛ fortiora te ne ſcrutatus fueris ſed que precepit tibi deus: illa cogita ſemper: ꝛ in pluribus operibus eius ne fueris curioſus. Non eſt enī tibi neceſſariū ea que abſcōdita ſunt videre oculis tuis. In ſuperuacuis rebus noli ſcrutari multipliciter: ꝛ in pluribus operibus eius non eris curioſus. Plurima enim ſuper ſenſum hominum oſtenſa ſunt tibi. Multos enim ſupplantauit ſuſpitio illorum: ꝛ in vanitate detinuit ſenſus illorum. Cor
D durum habebit male in nouiſſimo: ꝛ qui amat periculum in illo peribit. Cor ingrediens duas vias non habebit ſucceſſus. ꝛ prauum cor in illis ſcandalizabitur. Cor nequam grauabitur in doloribus ꝛ peccator adijciet ad peccandum. Synagoge ſuperborum non erit ſanitas: frutex enim peccati eradicabitur in illis ꝛ non intelligetur. Cor ſapientis intelligetur in ſapientia: et auris bona audiet cum omni concupiſcentia ſapientiam. Sapiens cor ꝛ intelligibile abſtinebit ſe a peccatis: ꝛ in operibꝰ iuſticie ſucceſſus habebit. Ignē ardentem extinguit aqua: et elemoſyna reſiſtit peccatis: ꝛ deus proſpector eſt eius qui reddit gratiam. Meminit in poſterum: et in tempore caſus ſui inueniet firmamentum.

Capituli Summarium. Oculus nō debet auerti a paupere: nec eius elemoſyna defraudari: de manſuetudine ꝛ miſericordia erga pauperes: de ſtudio ſapientie ꝛ fructu ſtudij eius: de obſeruando tempore ad loquendum: de certando pro iuſticia: de māſuetudine ꝛ miā ad domeſticos.

Capitulum. iiij.

A [F]ili elemoſynam pauperis ne defraudes: ꝛ oculos tuos ne tranſuertas a paupere. Animam eſurientē ne deſpexeris: ꝛ nō exaſperes pauperē in inopia ſua. Cor inopis ne affligeris ꝛ nō protrahas datū anguſtianti. Rogationem contribulati ne abijcias: ꝛ non auertas faciem tuam ab egeno. Ab inope ne auertas oculos tuos propter iram: ꝛ non relinquas querentibus tibi retro maledicere. Maledicentis enī tibi in amaritudine anime exaudietur deprecatio illius: exaudiet autem eum qui fecit illum. Congregationi pauperū affabilē te facito: ꝛ preſbytero humilia animam tuam: ꝛ magnato humilia caput tuū. Declina pauperi ſine triſticia aurem tuam: ꝛ redde debitū tuū: ꝛ rñde illi pacifice in manſuetudine. Libera eū qui iniuriam patitur de manu ſuperbi: ꝛ non acide feras
B in anima tua. In iudicando eſto pupillis miſericors vt pater: ꝛ pro viro matri illorum: ꝛ eris tu velut filius altiſſimi obediēs: ꝛ miſerebit tui magis ꝙ mater. Sapientia filijs ſuis vitam inſpirat: ꝛ ſuſcipit exquirentes ſe ꝛ preibit in via iuſticie. Et qui illam diligit: diligit ꝛ vitam: ꝛ qui vigilauerint ad illam coplectentur placorē eius. Qui tenuerint illam: vitam hereditabunt: et quo introibit benedicet deus. Qui ſeruiunt ei obſequētes erunt ſancto: ꝛ eos qui diligunt illam: diligit deus. Qui audit illam iudicabit gētes: ꝛ qui intuetur illam: permanebit confidens. Si crediderit ei: hereditabit illam: ꝛ erunt in confirmatiōe creature illorum: quoniam in tentatione ambu-
C lat cum eo: ꝛ in primis elegit eum. Timorem ꝛ metum ꝛ probationem inducet ſuper illum: ꝛ cruciabit illum in tribulatiōe doctrine ſue: donec tētet eum in cogitationibus ſuis ꝛ credat anime illius. Et firmabit illum: ꝛ iter ducit directum ad illum: ꝛ letificabit illum ꝛ denudabit abſcondita ſua illi: ꝛ theſaurizabit ſuper illum ſcientiam ꝛ intellectum iuſticie. Si autem oberrauerit: derelinquet eum: ꝛ tradet eū in manus inimici ſui. Fili conſerua tempus et deuita a malo. Pro anima tua ne confundaris dicere verum. Eſt confuſio adducens peccatum: ꝛ eſt confuſio adducens gloriam ꝛ gratiam. Ne accipias faciem aduerſus fa-
D ciem tuam: nec aduerſus animam tuam mendacium. Ne reuerearis proximū tuum in caſu ſuo: nec retineas verbum in tempore ſalutis. Non abſcondas ſapientiam tuam in decore ſuo. In lingua enim ſapientia dinoſcitur: ꝛ ſenſus ꝛ ſcientia ꝛ doctrina in verbo ſenſati: ꝛ firmamentū in operibus iuſticie. Non contradicas verbo veritatis vllo modo: ꝛ de mendacio ineruditionis tue confundere. Non confundaris confiteri peccata tua ꝛ ne ſubijcias te omni homini pro peccato. Noli reſiſtere contra faciem potentis: ne coneris contra ictum fulminis. Pro iuſticia agonizare pro anima tua: ꝛ vſ ad mortem certa pro iuſticia: et deus expugnabit pro te inimicos tuos. Noli citatus eſſe in lingua tua: ꝛ inutilis ꝛ remiſſus in operibus tuis. Noli eſſe ſicut leo in domo tua: euertēs domeſticos tuos: ꝛ opprimēs ſubiectos tibi. Non ſit porrecta manus tua ad accipiendum: ꝛ ad dandum collecta.

Capituli Summarium. De non confidendo in diuitijs: de timendo dei vindictam: de conuerſione ad penitentiam non tardanda: de fugienda leuitate: de verbo dei audiendo: ꝛ prudenter proferendo: ne ſuſurro appelleris.

Capitulum. v.

A [N]oli attēdere ad poſſeſſiones iniquas: ꝛ ne dixeris: eſt mihi ſufficiens vita. Nihil enim proderit in tempore vindicte ꝛ obductionis. Ne ſequaris in fortitudine tua concupiſcentiam cordis tui: ꝛ ne dixeris. Quomodo potui: aut quis me ſubijciet propter facta mea. Deus enim vindicans vindicabit. Ne dixeris. Peccaui: et quid mihi accidit

xx.j.a. triſte. Altiſſimus enim eſt patiens redditor. De
propitiato peccato noli eſſe ſine metu: neq; adij
cias peccatum ſuper peccatū. Et ne dicas. Mi
ſeratio domini magna eſt: multitudinis pec-
l.xvj.b. catorum meorum miſerebitur. Miſericordia enī
Deutero. ⁊ ira ab illo cito proximant: ⁊ in peccatores reſpi
xxiij.d. cit ira illius. Non tardes conuerti ad dominū:
C ⁊ ne differas de die in diē. Subito enī veniet ira
illius: ⁊ in tēpore vindicte diſperdet te. Noli an-
xius eſſe in diuitijs iniuſtis: non enī pderūt tibi
Prouerb. in die obductionis ⁊ vindicte. Non vētiles te in
v.a.⁊.xj.a. omnem ventum: ⁊ non eas in omnē viā. Sic enī
omnis peccator probatur in duplici lingua. Eſto
firmus in via dñi: ⁊ in veritate ſenſus tui ⁊ ſciētia:
⁊ proſequatur te verbū pacis ⁊ iuſticie. Eſto mā
ſuetus ad audiendū verbum dei vt intelligas: et
D cum ſapientia proferes reſponſum verum. Si eſt
tibi intellectus: reſponde proximo: ſin autē ſit ma-
nus tua ſuper os tuū: ne capiaris in verbo indi
ſciplinato ⁊ confundaris. Honor ⁊ gloria in ſer-
mone ſenſati: lingua vero imprudentis: ſubuer-
ſio eſt ipſius. Non appelleris ſuſurro in vita tua:
⁊ lingua tua ne capiaris et confundaris. Super
furem enim eſt confuſio ⁊ penitentia: ⁊ denota-
tio peſſima ſuper bilinguem: ſuſurratori autem
odium ⁊ inimicitia et contumelia. Iuſtifica pu-
ſillum et magnum ſimiliter.

Capi. Summa. De bilingui: de elatiōe in cogitatu: de aia nequam: de ſermōe dulci ⁊ lingua gratioſa: de amicitia vera: de amico nō permanente: de excipienda doctrina ſapientis: de accipiendo conſilio: ⁊ inueſtiganda ſapientia: ⁊ ſequente vtilitate ex ea. Capitulum. vj.

A Noli fieri p amico ini-
micus proximo. Improperium
enim et contumeliam malus he
reditabit: ⁊ omnis peccator inui
dus ⁊ bilinguis. Nōne extollas
in cogitatione anime tue velut taurus ne forte
elidatur virtus tua per ſtultitiam: ⁊ folia tua co-
medat: ⁊ fructus tuos perdat: ⁊ relinquaris ve-
lut lignum aridum in heremo. Anima enim ne-
quam diſperdet qui ſe habet: ⁊ in gaudium inimi
cis dat illum: ⁊ deducet in ſortem impiorū. Ver-
bū dulce mltiplicat amicos: ⁊ mitigat inimicos
⁊ lingua eucharis in bono hoie abūdabit. Mul
ti pacifici ſint tibi: ⁊ conſiliarius ſit tibi vnus de
mille. Si poſſides amicū: in tētatiōe poſſide eū:
B ⁊ ne facile credas ei teipſū. Eſt enim amicus ſʒ
l.xxxvij.a. tempus ſuum: ⁊ nō permanebit in die tribulatio
nis. Et eſt amicus qui conuertit ad inimicitiam:
⁊ eſt amicꝰ q odiū rixā ⁊ cōuitia denudabit. Eſt
aūt amicus ſocius mēſe: ⁊ nō permanebit in die
neceſſitatis. Amicus ſi permāſerit fixus erit tibi
quaſi coequalis: ⁊ in domeſticis tuis fiducialiter
aget. Si humiliauerit ſe contra te ⁊ a facie tua ab
ſconderit ſe: vnanimem habebis amicitiam bo-
nam. Ab inimicis tuis ſeparare: ⁊ ab amicis tuis
attende. Amicus fidelis protectio fortis: qui au-
tem inuenit illum: inuenit theſaurum. Amico fi-
deli nulla eſt comparatio: ⁊ nō eſt digna ponde-
ratio auri ⁊ argēti: contra bonitatem fidei illius.
Amicus fidelis medicamentum vite ⁊ immortali
tatis: ⁊ qui metuūt dñm inuenient illum. Qui ti-
met deū eque habebit amicitiam bonam: qm̄ ſm C
illum erit amicus illius. Fili a iuuētute tua exci-
pe doctrinam ⁊ vſq; ad canos inuenies ſapiam.
Quaſi is qui arat ⁊ qui ſeminat accede ad eam:
⁊ ſuſtine bonos fructus illius. In opere enī ipſiꝰ
exiguū laborabis: ⁊ cito edes de gñatiōibus illiꝰ.
Quam aſpera eſt nimiū ſapiētia indoctis hoibꝰ:
⁊ non pmanebit in illa excors. Quaſi lapidis vir-
tus pbatio erit in illis: ⁊ nō demorabunt pijcere
illam. Sapiētia enī doctrine ſm nomē eſt eius: ⁊
nō eſt multis manifeſta. Quibus aūt agnita eſt:
permanet vſq; ad cōſpectū dei. Audi fili ⁊ accipe
conſiliū intellectus: ⁊ ne abijcias conſiliū meum.
Iniice pedem tuū in compedes illius: ⁊ in tor-
ques illius collum tuū. Subijce humerū tuum et
porta illam: ⁊ ne acideris vinculis eius. In omni
animo tuo accede ad illam: ⁊ in omni virtute tua
conſerua vias eius. Inueſtiga illam ⁊ manifeſta-
bitur tibi: ⁊ continens factus ne derelinquas eā. j.Reg.j.a.
In nouiſſimis enim inuenies requiem in ea: ⁊ cō D
uertetur tibi in oblectationem. Et erunt tibi cō
pedes eius in protectione fortitudinis: ⁊ baſes
virtutis ⁊ torques illius in ſtolam glorie. Decor
enim vite eſt in illa: ⁊ vincula illius alligatura ſa-
lutis. Stola glorie indues eam: ⁊ coronam gratu
lationis impones tibi. Fili ſi attenderis mihi:
diſces eam: ⁊ ſi accommodaueris animum tuum:
ſapiens eris: Si inclinaueris aures tuas excipies
doctrinam: ⁊ ſi dilexeris audire: ſapiens eris. In
multitudine preſbyterorum prudentium ſta: ⁊ ſa
pientie illorum ex corde coniungere: vt omnem
narrationem dei poſſis audire: ⁊ prouerbia lau-
dis nō effugiant a te. Et ſi videris ſenſatum eui-
gila ad eum: ⁊ gradus oſtiorū illius exterat pes
tuus. Cogitatū tuū habe in pceptis dei: ⁊ in mā
datis illius maxime aſſiduus eſto: ⁊ ipſe dabit ti
bi cor: ⁊ cōcupiſcentia ſapientie dabitur tibi.

Capi. Summa. De malicijs non faciendis: de ſe non iuſtificando: ⁊ primatus non querēdo: de obediēdo: de ira dei memorando: qualiter ſapiens ſe habeat ad vxorem ad amicū: ad filios ad ſeruum: de parentibus honorandis ⁊ ſacerdotibus: de honorando deo ⁊ faciēdo oblatiōes: de mia ad infirmū: de memorandis nouiſſimis.

Capitulum. vij.

Noli facere mala: ⁊ nō
te apprehendēt. Diſcede ab ini- A
quo: ⁊ deficient mala abs te. Fili:
non ſemines mala in ſulcis iniu-
ſticie: ⁊ nō metes ea in ſeptuplū.
Noli querere ab homine ducatū neq; a rege ca-
thedram honoris. Non te iuſtifices ante deum:
quoniam agnitor cordis ipſe eſt: ⁊ penes regem

noli velle videri ſapiēs. Noli querere fieri iudex
niſi valeas virtute irrumpere iniquitates: ne for
te extimeſcas faciem potentis: et ponas ſcanda
lum in agilitate tua. Non pecces in multitudie
ciuitatis: nec te immittas in populum: neq; al
liges duplicia peccata: nec enim in vno eris im
munis. Noli eſſe puſillanimis in animo tuo. Ex
orare et facere elemoſynam: ne deſpicias. Ne
dicas in multitudine munerum meorum reſpi
ciet deus: et offerente me deo altiſſimo mune
B ra mea ſuſcipiet. Non irrideas hominez in ama
ritudie anime: eſt enim qui humiliat: et exaltat cir
cunſpector deus. Noli amare mēdacium aduer
ſus fratrem tuum: neq; in amicum ſimiliter faci
as. Noli velle mentiri omne mendacium: aſſidui
tas enim illius non eſt bona. Noli verboſus eſſe
in multitudine preſbyterorum: et non iteres ver
bum in oratione tua. Non oderis loborioſa ope
ra: et ruſticationem creatam ab altiſſimo. Non
te reputes in multitudine indiſciplinatorū. Me
mento ire: quoniaz non tardabit. Humilia val
de ſpiritum tuum: quoniam vindicta carnis im
pij ignis et vermis. Noli preuaricari in amicum
pecuniam differentem: neq; fratrem: charıſſimū
C auro ſpreueris. Noli diſcedere a muliere ſenſata
j.xxxiij.d. et bona quam ſortitus es in timore domini: gra
tia enim verecundie illius ſuper aurum. Non le
das ſeruum in veritate operantem: neq; mer
cennarium dantez animam ſuaz. Seruus ſenſa
tus ſit tibi dilectus quaſi anima tua: nō defrau
des illum libertate: neq; in opem derelinquas il
lum. Pecora tibi ſunt: attende illis: et ſi ſunt
j.xxx.b. vtilia, perſeuerēt apud te. Filij tibi ſunt: erudi il
los: et curua illos a pueritia eorū. Filie tibi ſunt
ſerua corpus illarum: et non oſtendas hilarem
faciem tuam ad illas. Trade filiam: et grande
opus feceris: et homini ſenſato da illam. Mu
lier ſi eſt tibi ſecundum animam tuā: non proij
g.iij.b. cias illam: et odibili non credas te in toto cor
Tobi.iiij.a. de tuo. Honora patrem tuuz: et gemitus matris
D tue ne obliuiſcaris. Memēto: quoniam niſi per
illos natus non fuiſſes: et retribue illis quomo
do et illi tibi. In tota anima tua time deum: et
ſacerdotes illius ſanctifica. In omni virtute tua
dilige eum qui te fecit: et miniſtros eius nō de
relinquas. Honora deum ex tota anima tua: et
honorifica ſacerdotes: et propurga te cum
brachijs. Da illis partem ſicut mandatum eſt
tibi primitiarum et purgationis: et de negligē
tia tua purga tecum paucis. Datum brachio
rum tuorum: et ſacrificium: ſanctificationis
offeres domino: initia ſanctorum: et pauperi
porrige manum tuam: vt perficiatur: propi
xlij.q.ij.c.i tiatio et benedictio tua: gratia datus in con
eccleſiaſtic. ſpectu omnis viuentis: et mortuo non pro
Ma.ix.v.d hibeas gratiam. Non deſis: plorantibus in
conſolatione: et cum lugentibus ambula. Nō
te pigeat viſitare infirmum: ex his enim in dile
ctione firmaberis. In omnibus operibus tuis
memorare nouiſſima tua: et in eternum non
peccabis.

Capi. Sūma. De non litigando cuz for
tiori: de malis vitandis: de non gaudendo de mor
te inimici: de non ſpernendis proximis: de non
ſpernenda verba ſapientum: de voto in oderādo
de declinando ab oibus malis. Capi. viij

On litiges cum homi A
ne potēte: ne forte incidas in ma
nus illius. Non contendas cum
viro locuplete: ne forte econtra
te conſtituat litem tibi. Multos j.xxxj.a.
enim perdidit aurum et argentum: et vſq; ad cor
regum extendit et conuertit. Non litiges cum
homine linguato: et non ſtrues in ignez illius li
gna. Nō cōmunices homini indocto: ne mala de
progenie tua loquatur. Ne deſpicias hoiez auer
tentem ſe a peccato. neq; improperes ei. Memē
to: quoniam omnes in corruptione ſumus. Ne
ſpernas hominez in ſua ſenectute: etenim ex no B
bis ſeneſcunt. Noli de mortuo inimico tuo gau
dere: ſciens quoniam oēs morimur: et in gaudiū
volumus venire. Ne deſpicias narrationem pre xiij. q. ij. c.
ſbyterorū ſapiētiū: et in prouerbijs eorum cōuer eccl'iaſtico.
ſare. Ab ipſis enim diſces ſapientiā et doctrinam j.xxv.d.
intellectus: et ſeruire magnatis ſine querela. Nō
te pretereat narratio ſeniorum: ipſi enim didice
runt a patribus ſuis. Quoniam ab ipſis diſces C
intellectū: et in tēpore neceſſitatis dabis rn̄ſum.
Nec incendas carbones peccatorū arguēs eos:
et ne incendaris flamma ignis pctōrū illoꝝ. Ne
contra faciem ſtes contumelioſi: ne ſedeat quaſi
inſidiator ori tuo. Noli fenerari homini fortiori
te: q; ſi feneraueris quaſi ꝑditū habe. Nō ſpon
deas ſuꝑ virtutē tuam: q; ſi ſpopōderis quaſi re
ſtituens cogita. Nō iudices cōtra iudicē: qm̄. ſm
q; iuſtum eſt iudicat. Cū audace nō eas in via:
ne forte grauet mala ſua in te Ipſe enim ſm volū
tatē ſuam vadit et ſimul cū ſtulticia illius peries.
Cum iracūdo non facias rixam: et cū audace non D
eas in deſertū: qm̄ quaſi nihil eſt ante illum ſan
guis: et vbi non eſt adiutoriuz: elidet te. Cum fa
tuis conſilium non habeas: non enim poterunt
diligere: niſi que eis placent. Coram extraneo ne
facies conſilium: neſcis enim quid pariet. Non
omni homini cor tuū māifeſtes ne forte inferat
tibi gratiam falſam: et conuicietur tibi.

Capi. Summa De vitādis periculis pu
dicitie: de amico antiquo: de nō zelando gloriaz
iniquorum: de non frequentando principez et cō
uictu bonorum: q; homo litigioſus eſt terribilis
in ſua ciuitate. Capitulum. ix.

On zeles mulierem A
ſinus tui: ne oſtendat ſuper te
maliciam doctrine nequam.
Non des mulieri poteſtatem
anime tue: ne ingrediaf in vir
tute tua: et confundaris. Ne
reſpicias mulierem multiuolā:

ne forte incidas in laqueos illius. Cum ſaltatri-
ce ne aſſiduus ſis: nec audias illam: ne forte pe-
reas in efficacia illius. Virginem ne conſpicias:
ne forte ſcandaliſaueris in decore illius. Ne des
fornicarijs animam tuam: in vllo ne perdas te: et
B hereditatem tuã. Noli circumſpicere in vicis ci-
uitatis nec oberraueris in plateis illius. Auerte
faciem tuã a muliere compta et ne circũſpicias
ſpẽm alienaȝ. Propter ſpeciẽ mulieris multi pe
rierũt: ⁊ ex hoc concupiſcẽtia quaſi ignis exarde
Prouerb. vi.c. ſcit. Ois mulier que eſt fornicaria quaſi ſtercus in
via cõculcabit. Speciẽ mulieris aliene multi ad-
mirati reprobi facti ſunt: colloquiũ em̃ illi⁹ quaſi
ignis exardeſcit. Cũ aliena mlĩere nõ ſedeas om
nino: nec accũbas cum ea ſup cubitũ ⁊ nõ alterce
ris cũ illa in vino: ne forte declinet cor tuũ in illã:
⁊ ſanguine tuo labaris in perditionẽ. Ne derelin
C quas amicũ antiquũ: nouus em̃ nõ erit ſilis illi.
Vinũ nouũ amicus nouus. Veteraſcet: ⁊ cuȝ ſua
uitate bibes illud. Nõ zeles gloriã ⁊ opes pecca-
toris: nõ em̃ ſcis que futura ſit illius ſubuerſio.
Nõ placeat tibi iniuria iniuſtorꝫ: ſciens q̃m vſq̃
ad inferos nõ placebit impi⁹. Lõge abeſto ab ho
mine ptãteȝ habẽte occidẽdi: ⁊ nõ ſuſpicaberis
D timorẽ mortis. Et ſi acceſſeris ad illuȝ: noli aliq̃d
cõmittere: ne forte auferat vitã tuã. Cõmunionẽ
mortis ſcito: q̃m in medio laqueorũ ingredieris:
⁊ ſuper dolentiũ arma ambulabis. Scdm virtutẽ
tuã caue te a proximo tuo: ⁊ cũ ſapientibus ⁊ pru-
dentibus tracta. Viri iuſti ſint tibi cõuiue: ⁊ in ti
more dei ſit tibi gloriatio: ⁊ in ſenſu ſit tibi cogita
tus dei ⁊ oĩs enarratio tua in p̃ceptis altiſſimi.
iij.reg.iij.a. In manu artificũ opa laudabunt ⁊ p̃ncipes ppl'i
in ſapia ſermonis ſui: in ſenſu vero ſeniorum ver-
bum. Terribilis eſt in ciuitate ſua homo linguo-
ſus: ⁊ temerarius in verbo ſuo odibilis erit.

Capituli Summarium. De iudicibus ⁊
regibus: deteſtatio auaritie ⁊ ſuperbie: de laude
timoris domini: de ſeruo ſenſato: in labore ppꝛij
operis non eſt iactanduȝ: de honoranda aĩa ſua:
de gloria in tribulatione.

A Capitulum. x.

Iudex ſapiẽs iudica-
bit pplm ſuum: ⁊ p̃ncipatus ſen
ſati ſtabilis erit. Scdm iudiceȝ
populi: ſic ⁊ miniſtri eius ⁊ qua
lis rector eſt ciuitatis: tales in-
habitantes in ea. Rex inſipiens
pdet ppl'ȝ ſuũ ⁊ ciuitates inha
bitabunt p ſenſuȝ prudentiũ. In manu dei ptãs
Leui.xix.c. terre: ⁊ execrabilis oĩs iniquitas gentiũ: ⁊ vtileȝ
rectorem ſuſcitabit in tp̃s ſuper illam. In manu
dei ptãs hoĩs: ſup faciẽ ſcribe imponet honorem
ſuuȝ. Oĩs iniurie proximi ne mẽineris: ⁊ nihil agas
in operibus iniurie. Odibilis coraȝ deo eſt ⁊ ho-
xxiij.q̃.vij minibus ſuperbia ⁊ execrabilis omnis iniquitas
c.ſi de reb⁹. gentium. Regnũ a gẽte in gentẽ transfert ppter
B iniuſticias ⁊ iniurias ⁊ contumelias ⁊ diuerſos
dolos. Auaro aũt nihil eſt ſceleſtius. Quid ſuper
bis terra ⁊ cinis. Nihil eſt iniquius q̃ amare pe-
cuniam. Hic em̃ ⁊ aĩam ſuam venalẽ habet: q̃m
in vita ſua proiecit intima ſua. Ois potentatus
breuis vita. Languor prolixior grauat medicum.
Breuem languorẽ precidit medicus. Sicut ⁊ rex
hodie eſt: ⁊ cras morietur. Cum em̃ morietur ho-
mo hereditabit ſerpentes ⁊ beſtias ⁊ vermes.
Initium ſuperbie hoĩs apoſtatare a deo: q̃m ab
eo qui fecit illũ receſſit cor eius q̃m initium om-
nis peccati eſt ſuperbia. Qui tenuerit illam: adim
plebitur maledictis ⁊ ſubuertet eũ in fineȝ. Pro
pterea exhonorauit dñs cõuentus malorum: ⁊ de
ſtruxit eos vſq̃ in finẽ. Sedes ducũ ſuperborum C
deſtruxit deus: ⁊ ſedere fecit mites pro eis. Radi-
ces gentiũ ſuperborũ arefecit deus: ⁊ plantauit
humiles ex ipſis gentibus. Terras gentium euer
tit dñs ⁊ pdidit eas vſq̃ ad fundamentũ. Arefe-
cit ex ipſis ⁊ diſpdidit eos: ⁊ ceſſare fecit memo-
riam eorꝫ a terra. Memoriã ſuperborum pdidit
deus: ⁊ reliquit memoriã humilium ſenſu. Non
eſt creata hoĩbus ſuperbia: neq̃ iracũdia natio-
ni mulierũ. Semen hominũ honorabit hoc q̃d ti
met deuȝ: ſemẽ aũt hoc exhonorabitur q̃d prete
rit mãdata dñi. In medio fratrum rector illoruȝ
in honore: ⁊ qui timet dñm erũt in oculis illius.
Gloria diuitũ honoratorũ: ⁊ pauperuȝ timor dei D
eſt. Noli deſpicere hoĩem iuſtũ pauperem: ⁊ noli
magnificare virum peccatorẽ diuitem. Magnus Prouerbi.
eſt iudex: ⁊ potens eſt in honore: ⁊ non eſt ma- xvij.a.
ior illo qui timet deum. Seruo ſenſato liberi ſer-
uient: ⁊ vir prudens ⁊ diſciplinatus non murmu-
rabit correctus ⁊ inſcius non honorabit. Noli ex
tollere te in faciendo opere tuo: ⁊ noli cunctari in
tempore anguſtie. Melior eſt qui opatur ⁊ abun Prouerbi.
dat in omnibus: q̃ qui gloriat ⁊ eget pane. Fili xij.b.
in manſuetudine ſerua aĩam tuã ⁊ da illi honoreȝ l.xix.b.
ſm meritũ ſuũ. Peccãtem in aĩam ſuam quis iu
ſtificabit. Et quis honorificabit exhonorantem
aĩam ſuam. Pauper gloriat per diſciplinam ⁊ ti
morem ſuũ: ⁊ eſt homo qui honorificat propter
ſubſtantiam ſuam. Qui aũt gloriatur in pauper-
tatem: q̃to magis in ſubſtãtia. Et qui gloriatur
in ſubſtantia: paupertatem vereatur.

Capi. Sũma. Quod ſapiẽtia exaltat: nõ
eſt iudicandum ex apparentia: de homine: de ho
nore: de iudicio temerario: de non querẽdis diui-
tijs: q̃ deus honeſtat pauperem ⁊ premiatur: de
memoria mulierum in diebus bonis: ⁊ de cauen-
dis inſidijs doloſi ⁊ peſtiferi. Caplm. xj.

Sapientia humiliati A
exaltabit caput illius: ⁊ in me-
dio magnatorum conſedere il-
lum faciet. Non laudes virũ in
ſpecie ſua: neq̃ ſpernas hoĩem
in viſu ſuo. Breuis in volati-
libus eſt apis ⁊ initium dulco-
ris habet fruct⁹ illi⁹. In veſtitu ne glorieris vnq̃

nec in die honoris tui extollaris: quoniam mira‑bilia opa altiſſimi ſolius: ⁊ glorioſa ⁊ abſconſa ⁊ inuiſa opa illi⁹. Multi tyrãni ſederũt in throno: ⁊ inſuſpicabilis portauit diadema. Multi poten tes oppreſſi ſunt valde: ⁊ glorioſi traditi ſunt in

Prouerb. xviij.c. manus alterorum. Priuſq̄ interroges ne vitupe res quemq̄: ⁊ cum interrogaueris: corripe iuſte.

xj.q.ō.iij.c. eorū.xv.q. viij.c. ſciſci tantibus. Priuſq̄ audias ne reſpondeas verbum: ⁊ in me dio ſeniorum ne adijcias loqui. De ea re que te non moleſtat ne certeris ⁊ in iudicio peccantium ne conſiſtas. Fili ne in multis ſint actus tui ⁊ ſi

B diues fueris non eris immunis a delicto. Si enim ſecutus fueris: non apprehendes: ⁊ non effugies ſi precurreris. Eſt homo laborans ⁊ feſtinans et dolens impi⁹: ⁊ tantomagis non abundabit. Eſt homo marcidus egens recuperatione: plus defi ciens virtute ⁊ abũdans paupertate: ⁊ ocul⁹ dei reſpexit illum in bono ⁊ erexit eum ab humilita te ipſius: ⁊ exaltauit caput eius: ⁊ mirati ſunt in illo multi: ⁊ honorauerunt deum. Bona ⁊ mala: vita ⁊ mors: pauptas ⁊ honeſtas a deo ſunt. Sa pientia ⁊ diſciplina ⁊ ſcientia legis apud deum: dilectio ⁊ vie bonorum apud ipſum. Error ⁊ tene bre peccatoribus concreata ſunt: qui autem exul

C tant in malis. conſeneſcunt in malo. Datio dei permanet iuſtis: ⁊ profectus illius ſucceſſus ha bebunt in eternum. Et qui locupletatur parce agendo: ⁊ hec eſt pars mercedis illius: in eo q̄ di cit: inueni requiem mihi: ⁊ nunc manducabo de bonis meis ſolus: ⁊ neſcit q̄ tempus pretereat il lum: et mors appropinquet: et relinquat omnia alijs: ⁊ moriatur. Sta in teſtamento tuo: ⁊ in illo colloquere: ⁊ in opere mandatorum tuorum ve teraſce. Ne manſeris in operibus peccatorum. Confide autem in deo: ⁊ mane in loco tuo. Faci le eſt enim in oculis dei ſubito honeſtare paupe rem. Benedictio dei in mercedem iuſti feſtinat:

j.xviij.c. ⁊ in hora veloci proceſſus illius fructificat. Ne dicas quid eſt mihi opus. et que erunt mihi ex hoc bona. Ne dicas. Sufficiens mihi ſum: ⁊ quid ex hoc peſſimabor. In die bonorum ne immemor ſis malorum: ⁊ in die malorum ne immemor ſis

D bonorum: quoniam facile eſt coram deo in die obi tus retribuere vnicuiq̄ ſm vias ſuas. Malicia hore obliuionem facit luxurie magne: ⁊ in fine ho minis denudatio operum illius. Ante mortem ne laudes hominem quemq̄: quoniam in filijs ſuis agnoſcitur vir. Non omnem hominem inducas in domum tuam: multe enim ſunt inſidie doloſi. Sicut enim eructant precordia fetentium: et ſi cut perdix inducitur in caueam: ⁊ vt caprea in la queum: ſic ⁊ cor ſuperborum: et ſicut proſpector videns caſum proximi ſui. Bona enim in mala conuertens inſidiatur: et in electis imponet ma culam. A ſcintilla enim vna augetur ignis: et ab vno doloſo augetur ſanguis: homo vero pecca tor ſanguini inſidiatur. Attende tibi a peſtifero: fabricat enim mala: ne forte inducat ſuper te ſub ſannationem in perpetuum. Admitte ad te alie nigenam ⁊ ſubuertet te in turbine: ⁊ abalienabit te a vijs proprijs.

Capituli Summariũ. De diſcretiōe dãdi elemoſynam: de amicis et inimicis difficile co gnoſcendis. Capitulum. xij.

Si bene feceris ſcito cui feceris: et erit gr̄a in bonis tuis multa. Benefac iuſto: ⁊ inuenies retributionem magnam et ſi nō ab ipſo: certe a domino Non eſt em̄ ei bene qui aſſidu⁹ eſt in malis et elemoſynas nō danti: quoniam ⁊ altiſſimus odio habet peccato res: et miſertus eſt penitentibus. Da miſericor diam et ne ſuſcipias peccatorē: ⁊ impijs et pecca toribus redde vindictam: cuſtodiens eos in diē vindicte. Da bono et non receperis peccatorem. A

Benefac humili: et non dederis impio. Prohi be panes illi dare: ne in ipſis potētior te ſit. Nã B duplicia mala inuenies in omnibus bonis que cunq̄ feceris illi: quoniam et altiſſimus odio ha bet peccatores: et impijs reddet vindictã. Non agnoſcetur in bonis amicus et non abſcōdetur in malis inimicus. In bonis viri inimici illius in triſticia et in malicia illius amicus agnit⁹ eſt: Non credas inimico tuo in eternum. Sicut em̄ erumentum eruginat nequitia illius. Et ſi humi liatus vadat curuus. abijce animum tuum: ⁊ cu C ſtodi te ab illo. Non ſtatues illum penes te nec ſedeat ad dexteram tuam ne conuerſus ſtet in lo co tuo: ne forte conuerſus in locum tuum: inqui j.xxij.b. rat cathedram tuam: et in nouiſſimo cognoſcas verba mea: et in ſermonibus meis ſtimuleris. Quis miſerebitur incantatori a ſerpente percuſ ſo: et omnibus qui appropiãt beſtijs. Sic ⁊ qui comitatur cum viro iniquo: et obuolutus eſt in peccatis eius. Una hora tecum permanebit. Si autem declinaueris: non ſupportabit te. In la D bijs ſuis indulcat inimicus: et in corde ſuo inci diatur vt ſubuertat te in foueam. In oculis ſuis lachrymatur inimicus: ⁊ ſi inuenerit tp̄s nō ſatia bitur ſanguine. Et ſi incurrerint tibi mala: inue nies eum illic priorem: ⁊ quaſi adiuuans ſuffodiet plantas tuas. Caput ſuum mouebit ⁊ plaudebit manu: ⁊ multa ſuſurrãs cōmutabit vultũ ſuum.

Capituli Summarium. Non eſt habenda ſocietas cũ diuitib⁹ et ſuperbis: qualiter diui tes precipiũt pauperibus: et multis adulant.

Capitulum. xiij. A

Qui tetigerit picem inquinabitur ab ea: et qui cōmu nicauerit ſuperbo: induet ſup biam. Pondus ſuper ſe tollit: qui honeſtiori ſe cōicat. Et di tiori te ne ſocius fueris. Quid communicabit cacab⁹ ad ollã. Quando enim ſe colliſerint: confringentur. Di ues iniuſte egit et fremebit: pauper autem leſus

tacebit. Si largitꝰ fueris aſſumet te:⁊ ſi nō habue
ris derelinquet te. Si habes cōuiuet tecū ⁊ eua
cuabit te:⁊ ipſe non dolebat ſuper te. Si neceſſa
rius illi fueris: ſupplantabit te:⁊ ſubridens ſpem
dabit: narrans tibi oia bona:⁊ dicet. Quid opus
eſt tibi:⁊ cōfundet te in cibis ſuis: donec te exina
B niat bis ⁊ ter:⁊ in nouiſſimo deridebit te. Po
ſtea videns derelinquet te:⁊ caput ſuū mouebit
a te. Humiliare deo ⁊ expecta manus eius. At
tende ne ſeductus in ſtulticia hūilieris. Noli eſſe
humilis in ſapientia tua: ne hūiliatus in ſtulti
cia ſeducaris. Aduocatus a potentiore diſcede:
ex hoc enī magis te aduocabit. Ne improbꝰ ſis
ne impingaris ⁊ ne longe ſis ab eo: ne eas in obli
uionem. Ne retineas ex equo loqui cū illo: ne cre
das multis verbis illius. Ex multa enī loquela tē
ptabit te:⁊ ſubridēs interrogabit te de abſcōdi
tis tuis. Immitis animus illius ⁊ cōſeruabit ver
C ba tua:⁊ nō parcet de malicia ⁊ de vinculis. Ca
ue tibi ⁊ attēde diligēter auditui tuo: qm̄ cū ſub
uerſione tua ambulas. Audiēs vero illa quaſi in
ſomnis vide ⁊ vigilabis. Omni vita dilige deū:⁊
i.xxvij.b. inuoca illum in ſalute tua. Omne animal diligit
ſimile ſibi: ſic ⁊ ois homo primū ſibi. Omnis ca
ro ad ſimilē ſibi coniunget:⁊ ois homo ſimili ſui
ſociabitur. Sicut cōmunicabit lupus agno aliqñ
ſic ⁊ peccator iuſto. Que cōmunicatio ſancto ho
i. Corinti. vj.c. mini ad canem: aut que pars bona diuiti ad pau
perem. Venatio leonis onager in heremo: ſic et
paſcua diuitū ſunt pauperes. Et ſicut abomina
tio eſt ſuperbo humilitas: ſic ⁊ execratio diuitis
D pauper. Diues cōmotus confirmatur ab amicis
ſuis: humilis aūt cū ceciderit expellet ⁊ a notis.
Diuiti decepto: multi recuperatores. Locutus
eſt ſuperba ⁊ iuſtificauerunt illum. Humilis dece
ptus eſt inſuper ⁊ arguit. Locutus eſt ſenſate et
non eſt datus ei locus. Diues locutus eſt ⁊ oēs
tacuerūt:⁊ verbū illius vſqȝ ad nubes perducēt.
Pauper locutus eſt:⁊ dicunt. Quis eſt hic. Et ſi
offenderit ſubuertent illum. Bona eſt ſubſtātia
cui nō eſt peccatū in cōſciētia ⁊ nequiſſima pau
pertas in ore impij. Cor hois immutat faciē illiꝰ:
ſiue in bono ſiue in malo. Veſtigiū cordis boni ⁊
faciē bonam difficile inuenies ⁊ cum labore.

C.S. De eo q̄ nō offendit vbo: deteſtat
peſtē auaricie: monet bn̄facere offerēdo deo:⁊ da
re ⁊ memorari qm̄ mors non tardat de beatitudi
ne viri morantis in ſapientia. Caplm̄.xiiij.

A Eatus vir qui nō eſt
lapſus verbo ex ore ſuo ⁊ nō eſt
ſtimulatus in triſtitia delicti.
Felix qui non habuit animi ſui
triſticiam ⁊ nō excidit a ſpe ſua
Viro cupido ⁊ tenaci ſine ra
tione eſt ſubſtātia:⁊ homini li
uido ad quid aurū. Qui aceruat ex aio ſuo iniu
ſte alijs congregat:⁊ in bonis illius alius luxuria
bitur. Qui ſibi nequam eſt: cui alij bonꝰ erit. Et
non iocundabit in bonis ſuis. Qui ſibi inuidet
nihil eſt illo nequius ⁊ hec redditio eſt malicie il
lius:⁊ ſi benefecerit ignoranter ⁊ nō volēs facit:
⁊ in nouiſſimo manifeſtat maliciā ſuā. Nequam
eſt oculis liuidi ⁊ auertens faciem ſuam ⁊ deſpi B
ciens animam ſuam. Inſatiabilis oculus cupidi Prouerb.
in parte iniquitatis non ſatiabitur: donec cōſum xxvij.c.
mat arefaciens aiam ſuā. Oculus malus ad ma Eccleſ. j.b.
la:⁊ non ſatiabitur pane indigens:⁊ in triſticia
erit ſuper menſā ſuam. Fili ſi habes benefac te
cum ⁊ deo dignas oblationes offer. Memor eſto
quoniam mors non tardat:⁊ teſtamentum infero
rum quia demonſtratum eſt tibi. Teſtamentum
enim huius mundi morte morietur. Ante mortē
benefac amico tuo:⁊ ſm̄ vires tuas exporrigens
da pauperi. Non defrauderis a die bono:⁊ parti C
cula bone diei non te pretereat. Nonne alijs re
linques dolores ⁊ labores tuos. In diuiſione ſor
tis da ⁊ accipe:⁊ iuſtifica animā tuam. Ante obi
tum tuum operare iuſticiam: quoniam non eſt
apud inferos inuenire cibū. Omnis caro ſicut fe Eſa.xl.b.
num veteraſcet:⁊ ſicut folium fructificans in ar Iaco.j.b.
bore viridi. Alia generantur ⁊ alia deijciuntur: ſic i. Pe.i.d.
generatio carnis ⁊ ſanguinis: alia finitur ⁊ alia na
ſcitur. Omne opus corruptibile in fine deficiet:⁊
qui illud operatur ibit cum illo. Et omne opus
electum iuſtificabit: qui ⁊ operatur illud honora
bitur in illo. Beatus vir qui in ſapientia mora
bitur:⁊ qui in iuſticia ſua meditabitur:⁊ in ſenſu
cogitabit circumſpectionem dei. Qui excogitat
vias illius in corde ſuo:⁊ in abſconſis illius intel D
ligens vadens poſt illam quaſi inueſtigator:⁊ in
vijs illius conſiſtens. Qui reſpicit per feneſtras
illius ⁊ in ianuis illius audiens. Qui requieſcit iu
xta domū illius:⁊ in parietibus illius figens pa
lum. Statuet caſulā ſuam ad manus illius:⁊ re
quieſcent in caſula illius bona per euū. Statuet
filios ſuos ſub tegmine illius:⁊ ſub ramis illius
morabitur. Protegetur ſub tegmine illius a fer
uore:⁊ in gloria eius requieſcet.

Capituli Summarium. Laus viri timen
tis deum: q̄ bona noſtra a deo ſunt: mala noſtra
non ſunt vilipendenda. Capitulum.xv.

Ui timet deū faciet A
bona:⁊ qui continens eſt iuſti
cie apprehendet illā:⁊ obuia
bit illi quaſi mater honorifica
ta:⁊ quaſi mulier a virginita
te ſuſcipiet illum. Cibabit illū
pane vite ⁊ intellectus ⁊ aqua
ſapientie ſalutaris potabit illum. Et firmabitur
in illo ⁊ non flectetur:⁊ continebit illum ⁊ nō cō
fundetur: et exaltabit illū apud proximos ſuos:
⁊ in medio eccleſie aperiet os eius ⁊ adimplebit ē.vj.d.
illum ſpiritu ſapientie ⁊ intellectus ⁊ ſtola glorie B
veſtiet illum. Iocunditatem ⁊ exultationem the
ſaurizabit ſuper illum ⁊ nomine eterno heredita
bit illum. Homines ſtulti non apprehendent illā

⁊ homines ſenſati obuiabunt illi. Homines ſtul-
ti non videbunt eam. longe enim abeſt a ſuper-
bia: ⁊ dolo. Uiri mendaces non erunt illius me-
mores: ⁊ viri veraces inuenient in illa ⁊ ſucceſſuʒ
habebunt vſqꝫ ad inſpectionem dei non eſt ſpe-
cioſa laus in ore peccatoris: q2 non eſt a domi-
no miſſus: quoniam a deo perfecta eſt ſapientia.
C Sapientie eñi dei aſtabit laus: ⁊ in ore fideli abū
dabit: ⁊ dominator dabit eam illi. Non dixeris
per deum abeſt: que enim odit ne feceris. Non
dicas ille me implanauit: nō enim neceſſarij ſunt
ei homines impij. Omne execramentum erroris
odit dñs: ⁊ non erit amabile timentibus eum.
Deus ab initio cōſtituit hoiem: ⁊ reliquet illū
Matt. xx. c in manu conſilij ſui. Adiecit mādata ⁊ precepta
D ſua: ſi volueris mandata conſeruare: conſerua-
bunt te: ⁊ in perpetuum, fidem placitam ſeruare.
Appoſuit tibi aquam ⁊ ignem: ad quod volueris
porrige manuʒ tuam. Ante hominez vita ⁊ mors:
bonum ⁊ malum. Quod placuerit ei dabit illi:
Ps. xxxiij. c qm̄ multa ſapientia dei: ⁊ fortis in potentia vi-
Hebr. iiij. d dens omnes ſine intermiſſione. Oculi domini
ad timentes eum: ⁊ ipſe cognoſcit oēm operam
hominis. Nemini mādauit impie agere: ⁊ nemi-
ni dedit ſpaciū peccādi. Nō eñi cōcupiſcit multi
tudinem filiorum infidelium ⁊ inutilium.

C Capituli Summarium. C Non iocundan-
dum de filijs impijs: de igne vltionis domini: ſi-
cut in vno ita ⁊ in multis. Capitulum. xvj.

A E iocunderis in filijs
impijs ſi multiplicentur: nec oble
cteris ſuper ipſos ſi nō eſt timor
dei in illis. Non credas vite illo-
ruʒ: ⁊ ne reſpexeris in labores eo
rum. Melior eſt eñi vnus timēs deum: q̄ mille fi
lij impij. Et vtile eſt mori ſine filijs q̄ relinquere
filios impios. Ab vno ſenſato inhabitabitur pa-
I. xxj. b. tria: ⁊ a tribus impijs deſeret. Multa talia vidit
oculus meus: ⁊ fortiora his audiuit auris mea. In
ſynagoga peccantium exardebit ignis: ⁊ in gente
incredibili exardeſcet ira. Non exorauerunt pro
B peccatis ſuis antiqui gygātes qui deſtructi ſunt
confidentes ſue virtuti: ⁊ non pepercit peregrina
tioni illoruʒ: ſed perauſſit eos: ⁊ execratus eſt eos
pre ſuperbia verbi illorum. Nō miſertus eſt illis
gentem totam perdens: ⁊ extollentem ſe in pecca
tis ſuis. Et ſicut ſexcenta milia peditum qui con
S. v. b. gregati ſunt in duricia cordis ſui: ⁊ ſi vnus fuiſſet
ceruicatus mirum ſi fuiſſet immunis. Miſericor-
dia enim ⁊ ira eſt cum illo: potens eſt exoratio et
effundens iram ſm miſericordiam ſuam: ſic corre-
ctio illius: hominem ſm opera ſua iudicat. Non
effugiet in rapina peccator: ⁊ non retardabit ſuf
ferentia miſericordiam facientis. Omnis miſeri-
cordia faciet locum vnicuiqꝫ ſm meritum operum
ſuorum: ⁊ ſm intellectuʒ peregrinationis ipſius.
Non dicas. A deo abſcondar ⁊ ex ſummo quis
C mei memorabitur? In populo magno nō agno-
ſcar. Que eſt enim aīa mea in tam immenſa crea-
tura. Ecce celum ⁊ celi celoꝝ abyſſus ⁊ vniuerſa
terra ⁊ que in eis ſunt in conſpectu illius cōmo-
uebuntur montes ſimul ⁊ colles ⁊ fundamenta
terre: ⁊ cum cōſpexerit illa deus tremore concu-
tientur. Et in omnibus his inſenſatum eſt cor: ⁊
omne cor intelligitur ab illo: ⁊ vias illius qui in-
telligit. Et procella quam nec oculus videbit ho
minis. Nam plurima illius opera ſunt in abſcon
ſis: ſed opa iuſticie eius q̇s enūciabit: aut quis ſu
ſtinebit. Longe eñi eſt teſtamētuʒ a q̇buſdā: ⁊ in-
terrogatio hoim: in cōſummatiōe eſt. Qui mino
ratur corde cogitat inania: ⁊ vir imprudēs ⁊ er-
rans cogitat ſtulta. Audi me fili: ⁊ diſce diſcipli-
nam ſenſus. ⁊ in verbis meis attēde in corde tuo: D
⁊ dicaʒ in equitate diſciplinam: ⁊ ſcrutabor enar
rare ſapientiam: ⁊ in verbis meis attende in cor
de tuo: ⁊ dico in equitate ſpiritus: virtutes quas
poſuit deus in opera ſua ab initio: ⁊ in veritate
enuncio ſcientiam eius. In iudicio dei opera eius
ab initio: ⁊ ab inſtitutione hominū ipſoruʒ diſtin
xi partes illorum: ⁊ initia eorum in gētibus ſuis.
Ornauit in eternuʒ opera illorum: nec eſurierūt:
nec laborauerunt ⁊ non deſtiterunt ab operibus
ſuis. Unuſquiſqꝫ proximum ſibi nō anguſtiabit
vſqꝫ in eternum. Non ſis incredibilis verbo illius.
Poſt hec deus in terra reſpexit ⁊ impleuit illam
bonis ſuis. Aia aūt ois vitalis denunciauit ante
faciem ipſius: ⁊ ipſa iterum reuerſio illorum.

C Capi. Sum. C Quod nullus a cognitione
dei abſconditur: qui enim hominem creauit: per
nationes diſtinxit ⁊ rectores dedit: ſine intermiſ
ſione ad eos reſpicit: de elemoſyna: de penitētia
⁊ confeſſione non tardanda. Capitulum. xvij.

Eus creauit de ter- A
ra hominem: ⁊ ſm imaginem Geñ. j. d.
ſuam fecit illū. Et iterum. con
uertit illū in ipſam: ⁊ ſm ſe ve-
ſtiuit illum virtute. Numeruʒ
dierum ⁊ tēpus dedit illi: ⁊ de-
dit illi poteſtatē coꝝ que ſunt
ſuper terram. Poſuit timorem illius ſuper oēm
carnem: ⁊ dñatus eſt beſtiarū ⁊ volatiliū. Crea-
uit ex ipſo adiutorium ſimile ſibi: conſilium ⁊ lin Geñ. ij. c.
guam ⁊ oculos ⁊ aures ⁊ cor dedit illis excogitā
di: ⁊ diſciplina intellectus repleuit illos. Creauit
⁊ illis ſciam ſpiritus ⁊ ſenſu impleuit cor illoruʒ:
⁊ mala ⁊ bona oſtēdit illis. Poſuit oculū ipſoruʒ
ſuper corda illorum oſtēdere illis magnalia ope-
rum ſuorū: vt nomen ſanctificationis collaudent:
⁊ gloriari in mirabilibus illius: vt magnalia enar-
rent operum eius. Addidit illis diſciplinam: ⁊ le
gem vite hereditauit illos. Teſtamentum eternū B
conſtituit cū illis: ⁊ iuſticiā ⁊ iudicia ſua oſtendit
illis. Et magnalia honoris eius vidit oculus ocu
lorum: ⁊ honorem vocis audierunt aures illoruʒ:
⁊ dixit illis attendite ab omni iniquo. Et man-
dauit illis vnicuiqꝫ de proximo ſuo. Uie illorum

coꝛam illo ſunt ſemper non ſunt abſconſe ab ocu
lis ipſius. In vnamquamq; gẽtem pꝛepoſuit re
ctoꝛem: ⁊ pars dei iſrael facta eſt manifeſta. Et
omnia opera illoꝛum velut ſol in conſpectu dei:
⁊ oculi eius ſine intermiſſiõe inſpicientes in vijs
eoꝛum. Nõ ſunt abſcõſa teſtamẽta ꝓpter iniqui
j.xxix.c. tatem illoꝝ: ⁊ oẽs iniqtates coꝝ in cõſpectu dei.
C Elemoſyna viri quaſi ſacculus cũ ipſo ⁊ grãz ho
minis quaſi pupillã cõſeruabit: ⁊ poſtea reſur
get ⁊ retribuet illis retributionẽ vnicuiq; in ca
Act.iij.d. put ipſoꝝ: ⁊ conuertet in inferioꝛes partes terre.
Penitentibus aũt dedit viam iuſticie: ⁊ confir
mauit deficientes ſuſtinere: ⁊ deſtinauit illis foꝛ
tem veritatis. Cõuertere ad dñz ⁊ relinquet pec
cata tua: pꝛecare ante faciem dñi: ⁊ minue offen
dicula. Reuertere ad dñm ⁊ auertere ab iniuſticia
tua: ⁊ nimis odito execrationẽ: ⁊ cognoſce iuſti
cias ⁊ iudicia dei: ⁊ ſta in ſoꝛte pꝛopoſitiõis ⁊ oꝛa
tionis altiſſimi dei. In partes vade ſeculi ſancti:
cũ viuis ⁊ dantibus cõfeſſionem deo. Nõ demo
D reris in erroꝛe impioꝝ: ante moꝛtem confitere. A
moꝛtuo quaſi nihil perit cõfeſſio. Cõfiteberis vi
De pe.di.j uens: viuus ⁊ ſanus cõfiteberis ⁊ laudabis dñ:
s.h idẽ.⁊.c. ⁊ gloꝛiaberis in miſerationibus illius. Quã ma
voluiſſent j. gna miſericoꝛdia dñi ⁊ pꝛopitiatio illius cõuertẽ
tibus ad ſe. Nec eñ oĩa poſſunt eſſe in homini
bus: qm̃ nõ eſt immoꝛtalis filius hõis: ⁊ in vani
tate malicie placuerũt. Quid lucidius ſole: ⁊ hic
deficiet. Aut nequi⁹ ꝙ qd̃ excogitauit caro ⁊ ſan
guis ⁊ hoc arguetur. Virtutẽ altitudinis celi ipſe
conſpicit: ⁊ oẽs homines terra ⁊ cinis.

C Capituli Summariũ. C De magnalibus dei ⁊ hõis miſeria erga pꝛoximũ: de dãda elemoſyna ſine verbo malo: de pꝛeuidendo ⁊ memoꝛando iudicio: de oꝛatione ⁊ continentia anime.

Capitulum.xviij.

A
Qui viuit in eternum
creauit omnia ſimul. Deus ſo
lus iuſtificabit: ⁊ manet inui
ctus rex in eternuum. Quis
ſufficiet enarrare opera illius.
Quis eñ inueſtigabit magna
lia eius. Virtutẽ aũt magnitu
dinis eius quis enũciabit aut quis adijciet enar
rare miam eius. Non eſt minuere neq; adijcere:
nec eſt inuenire magnalia dei. Cum conſumma
uerit homo tunc incipiet: ⁊ cum quieuerit opera
Geñ.vj.a. bitur. Quid eſt homo ⁊ que eſt grã illi⁹: ⁊ qd eſt
ꝑe.viij.c. bonũ: aut quid nequã illius. Numerus dierũ ho
minũ vt multũ centũ anni: quaſi gutte aque ma
B ris: deputati ſũt. Et ſicut calcul⁹ arene: ſic exigui
anni in die eius. Pꝛopter hoc patiẽs eſt deus in
illis: ⁊ effundet ſuꝑ eos miam ſuã. Vidi pꝛeſum
ptionẽ coꝛdis coꝝ: qm̃ mala eſt: ⁊ cognouit ſub
uerſionẽ illoꝝ: qm̃ nequam eſt. Ideo adimpleuit
ꝓpitiationẽ ſuã i illis: ⁊ oſtẽdit eis viã equitatis.
Miſeratio hõis circa ꝓximũ ſuũ: mia aũt dei ſu
per oẽm carnẽ. Qui miam habet docet ⁊ erudit
quaſi paſtoꝛ gregẽ ſuum. Miſereat excipiẽs do
ctrinaz miſerationis: ⁊ qui feſtinat in iudicijs ei⁹.
Filij in bonis nõ des querelã: ⁊ in omni dato nõ
des triſticiã verbi mali. Nonne ardoꝛẽ refrigera
bit ros. Sic ⁊ verbũ melius ꝙ datũ. Nõne ecce C
verbum ſuper datũ bonũ. Sed vtraq; cũ hoie iu xvj.q.d.j. ſic
ſtificato. Stultus acriter ĩpꝛoperabit: ⁊ dat⁹ in viue.⁊.c.ſe.
diſciplinati tabeſcere facit oculos. Ante iudiciuz
para iuſticiã tibi: ⁊ anteꝙ loquaris diſce. Ante lã
guoꝛẽ adhibe medicinã: ⁊ ãte iudicium interroga
teipm̃: ⁊ in cõſpectu dei inuenies ꝓpitiationez:
Ante lãguoꝛẽ humilia te: ⁊ in tpe ĩfirmitatis oſtẽ Lu.xviij.a.
de conuerſationẽ tuã. Nõ impediaris oꝛare ſem Teſſal.v.d.
per: ⁊ non vereris vſq; ad moꝛtẽ iuſtificari: qm̃
merces dei manet in eternũ. Ante oꝛationẽ pꝛe
para aiam tuã ⁊ noli eſſe quaſi homo qui tẽptat
deum. Memẽto ire in die cõſummatiõis: ⁊ tp̃us s.vij.c.
retributiõis in conuerſatione facies. Memento
paupertatis in tpe abũdantie: ⁊ neceſſitatẽ pau D
pertatis in die diuitiarũ. A mane vſq; ad veſperã
immutabit tp̃s: ⁊ hec oĩa citata in oculis dei. Ho
mo ſapiẽs in oĩbus metuit: ⁊ in diebus delictoꝝ
attendet ab inertia. Omnis aſtutus agnoſcit ſa
pientiam ⁊ inuenienti eam dabit cõfeſſionẽ. Sen
ſati in verbis ⁊ ipſi ſapienter egerũt: ⁊ intellexe
runt veritatem ⁊ iuſticiã: ⁊ imploꝛauerunt pꝛouer
bia ⁊ iudicia. Poſt cõcupiſcẽtias tuas nõ eas: ⁊ xlvij.diſt.c.
a voluntate tua auertere. Si pſtes anime tue cõ virum.
cupiſcẽtias eius faciet te in gaudiũ inimicis tuis.
Ne oblecteris in turbis nec in modicis. Aſſidua
enim eſt commiſſio illoꝛum. Ne fueris mediocris
in contentione ex fenoꝛe: ⁊ nõ eſt tibi nihil in ſe
culo. Eris enim inuidus anime tue.

C Capituli Summarium. C De vino ⁊ luxuria ⁊ loqcitate: de diſcretiõe habenda in verbis: de differentia habenda ſapientie diuine ⁊ humane: de homine cognoſcẽdo: de coꝛreptiõe ſine ira.

Capitulum.xix.

Operarius ebꝛioſus A
non locupletabit: ⁊ qui ſpernit
modica paulatim decidet. Vi
num ⁊ mulieres apoſtatare fa
ciunt ſapientes: ⁊ arguunt ſen
ſatos: ⁊ qui ſe iungit foꝛnica
rijs erit nequam. Putredo et
vermes hereditabunt illum: ⁊ extolletur in exem
plum maius: ⁊ tolletur de numero anima eius.
Qui credit cito leuis coꝛde eſt: ⁊ minoꝛabitur et B
qui delinquit in aiam ſuaz inſuper habebit. Qui
gaudet iniquitate denotabitur: ⁊ qui odit coꝛre
ptionẽ minuet vita: ⁊ qui odit loquacitatẽ extin
guit maliciã. Qui peccat in animaz ſuam penite s.x.d.
bit: ⁊ qui iocundatur in malicia denotabit. Ne
iteres verbum nequam ⁊ durum ⁊ nõ minoꝛabe
ris. Amico ⁊ inimico noli narrare ſenſum tuũ: et
ſi eſt tibi delictũ noli denudare. Audiet enim te ⁊
cuſtodiet te: ⁊ qſi defendẽs peccatũ odit te: ⁊ ſic
aderit tibi ſemper. Audiſti verbũ aduerſus ꝓxi

mũm tuũ cõmoꝛiaꝛ in te fidens qm̃ nõ te dirum
pet. A facie verbi parturit fatuus: tanꝙ̃ gemitus
partus infantis. Sagitta infixa femoꝛi canis: ſic
verbum in coꝛde ſtulti. Coꝛripe amicum ne foꝛte
non intellexerit: ⁊ dicat non feci: aut ſi fecerit: ne
C iterum addat facere. Coꝛripe proximuꝫ: ne foꝛte
non dixerit: ⁊ ſi dixerit: ne foꝛte iteret. Coꝛripe
amicũ: ſepe em̃ fit cõmiſſio: ⁊ nõ omni verbo cre-
das. Et qui labiꝛ lingua ſua: ſed nõ ex aĩo. Quis
eſt em̃ qui nõ deliquerit in lingua ſua. Coꝛripe
proximũ anteꝙ̃ cõmineris: ⁊ da locũ timoꝛi altiſ-
ſimi: q: oĩs ſapĩa timoꝛ dei: ⁊ in illa timere deuꝫ:
⁊ in omni ſapĩa diſpoſitio legis. Et nõ eſt ſapien-
tia nequitie diſciplina: ⁊ nõ eſt cogitatus bonus
peccatoꝛũ prudẽtia. Eſt prudentie nequitia: ⁊ in
ipſa execratio: ⁊ eſt inſipiẽs qui minuiꝛ ſapiẽtia.
Melioꝛ eſt homo qui minuiꝛ ſapiẽtia ⁊ deficiẽs
ſenſu in timoꝛe dei: ꝙ̃ qui abũdat ſenſu ⁊ trãſgre
ditur legem altiſſimi. Et ſolertia certa ⁊ ipſa ini-
qua. Et eſt qui emittit verbũ certũ enarrans ve-
D ritatẽ. Eſt qui nequiter humiliat ſe: ⁊ interioꝛa
eius plena ſunt dolo: ⁊ eſt iuſtus qui ſe nimiũ ſub
mittit a multa humilitate: ⁊ eſt iuſtus qui incli-
nat faciem ſuã ⁊ fingit nõ videre ſe qđ ignoꝛatuꝫ
eſt. Et ſi ab imbecillitate virium vetetꝛ peccare: ſi in-
uenerit tp̃s malefaciendi malefaciet. Ex viſo co-
gnoſcitur vir: ⁊ ab occurſu faciei cognoſciꝛ ſenſa
tus. Amict⁹ coꝛpis ⁊ riſus dentiũ ⁊ ingreſſus ho
minis: enũciant de illo. Eſt coꝛrectio mẽdax in ira
cõtumelioſi: ⁊ eſt iudicium quod nõ probaꝛ eſſe
bonum: ⁊ eſt tacens ⁊ ipſe eſt prudens.

¶ Capi. Summa'. ¶ De coꝛreptione: ⁊ coꝛre-
pti penitẽtia: de tacẽte ⁊ loquace: de dato ſapiẽ-
tis: de gratia ⁊ dato fatui de falſa promiſſione: de
mendacio: de ſapiẽte placẽte magnatis: de donis
non accipiendis: de ſapientia abſcondita.

Capitulum. xx.

A Quam bonum eſt ar-
guere ꝙ̃ iraſci: ⁊ confitenteꝫ in
oꝛatione nõ ꝓhibere. Cõcupi-
ſcentia ſpadonis deuirginauit
iuuenculam: ſic qui facit ꝑ vim
iudiciũ iniquũ. Quã bonuꝫ eſt
coꝛreptũ manifeſtare pniaꝫ: ſic
enim effugies volũtariuꝫ peccatũ. Eſt tacens qui
inueniꝛ ſapiẽs: ⁊ eſt odibilis qui procax eſt ad lo-
quendũ. Eſt aũt tacẽs nõ habẽs ſenſum loque-
le: ⁊ eſt tacẽs ſciẽs tp̃s apti tp̃is. Homo ſapiens
tacebit vſqꝫ ad tp̃s: laſciuus aũt ⁊ imprudẽs non
ſeruabũt tp̃s. Qui multis vtiꝛ verbis ledet aĩam
ſuam: ⁊ qui poteſtatẽ ſibi aſſumit iniuſte: odieꝛ.
B Eſt proceſſio in malis viro indiſciplinato: ⁊ eſt
inuentio in detrimentũ. Eſt datũ qđ nõ eſt vtile:
⁊ eſt datum cuius retributio duplex. Eſt ꝓpter
gloꝛiã minoꝛatio: ⁊ eſt qui ab humilitate leuabit
caput. Eſt qui multa redimat modico p̃cio: ⁊ re
ſtituens ea in ſeptuplũ. Sapiens in verbis ſeip̃m
amabilẽ facit: gratie autẽ fatuoꝝ effundenꝛ. Da-
tus inſipientis nõ erit vtilis tibi: oculi em̃ illius

ſeptemplices ſunt. Exigua dabit ⁊ multa impro-
perabit: ⁊ apertio oꝛis illius inflammatio eſt. Ho
die feneratur quis ⁊ cras expetit: ⁊ odibilis eſt
homo huiuſmodi. Fatuo non erit amicus ⁊ non
erit gratia in bonis illius. Qui em̃ edũt panẽ il- C
lius: falſe lingue ſunt. Quotiens ⁊ quanti irride-
bunt eum. Neqꝫ em̃ quod habendũ erat directo
ſenſu diſtribuit: ſimiliter ⁊ quod non erat habẽ-
dum. Lapſus falſe lingue quaſi qui in pauimen-
to cadens: ſic caſus maloꝛum feſtinanter veniẽt.
Homo a charis quaſi fabula vana: et in oꝛe indi-
ſciplinatoꝛum aſſidua erit. Ex oꝛe fatui reproba
bitur parabola: non enim dicit illam in tempoꝛe
ſuo. Eſt qui vetatur peccare pꝛe inopia: ⁊ in re-
quie ſua ſtimulabitur. Eſt qui perdet animã ſuã
pꝛe confuſione: ⁊ ab imprudenti perſona perdet
eam: perſone autem acceptione perdet ſe. Eſt
qui pꝛe confuſione promittit amico: ⁊ lucratus
eſt eum inimicuꝫ gratis. Opprobrium nequam D
in homine mendacium: ⁊ in oꝛe indiſciplinatoꝛũ
aſſidue erit. Potioꝛ eſt fur ꝙ̃ aſſiduitas viri mẽ-
dacis: perditionem autem ambo hereditabunt.
Moꝛes hominum mendacium ſine honoꝛe: ⁊ cõ
fuſio illoꝛum cum ipſis ſine intermiſſiõe. Sapiẽs
in verbis producet ſeipſum: ⁊ homo prudẽs pla
cebit magnatis. Qui operatur terram ſuam inal-
tabit aceruum fruguꝫ: ⁊ qui operatur iuſticiaꝫ ip Prouerb.
ſe exaltabitur: qui vero placet magnatis effugiet xij. b. ⁊ xx-
iniquitatem. Exenia ⁊ dona excecant oculos iu- viij. c.
dicum: ⁊ quaſi mutus in oꝛe auertit coꝛrectiões Exo. xxiij
coꝛũ. Sapĩa abſcõſa ⁊ theſaurus inuiſus: q̃ vtili- a.
tas in vtriſqꝫ. Melioꝛ eſt qui celat inſipiẽtiã ſuã Deutero-
ꝙ̃ homo qui abſcondit ſapientiam ſuam. xvj. d.
J. xlj. c.

¶ Capituli Summarium. ¶ De peccatis nõ
cumulandis: ſed fugiendis: de audaci lingua he-
retici: de conſummatione ⁊ via peccantium: de
fatuo ⁊ ſapiente alternatim: de maledicente dya
bolum ⁊ ſuſurrone.

Capitulum. xxj.

Fili peccaſti: nõ adijci A
as iterum: ſed ⁊ de priſtinis de- ſ. v. b.
pꝛecare: vt tibi dimittãtur. Qua
ſi a facie colubri fuge peccata: ⁊
ſi acceſſeris ad illa: ſuſcipient te
Dentes leonis dentes eius: interficientes ani-
mas hominum. Quaſi romphea bis acuta ho-
minis iniquitas: plage illius nõ eſt ſanitas. Ob-
iurgatio ⁊ iniurie anullabunt ſubſtantiam: ⁊ do-
mus que nimis locuplex eſt anullabitur ſuper-
bia: ſic ſubſtantia ſuperbi eradicabitur. Depꝛe-
catio pauperis ex oꝛe vſqꝫ ad aures perueniet: ⁊
iudicium feſtinato aduemiet illi. Qui odit coꝛre- B
ptionem veſtigium eſt peccatoꝛis: ⁊ qui timet
deum conuertitur ad coꝛ ſuum. Notus a longe
potens lingua audaci: ⁊ ſenſatus ſcit labi ſe ab
ipſo. Qui edificat domũ ſuam impendijs alienis
quaſi qui colligit lapides ſuos in hyeme. Stu-
pa collecta ſynagoga peccantium: ⁊ cõſummatio

illorum flāma ignis. Via peccantiū cōplantata
lapidibus:⁊ in finē illoꝝ inferi ⁊ tenebre ⁊ pene.
Qui cuſtodierit iuſticiā continebit ſenſum eius:
conſummatio timoris dei ſapiētia ⁊ ſenſus. Nō
erudietur qui nō eſt ſapiēs in bono. Eſt aūt inſi
pientia que abūdat i malo:⁊ nō eſt ſenſus vbi eſt
amaritudo. Sciētia ſapiētis tanꝙ inūdatio abū
dabit ⁊ cōſiliū illius ſicut fons vite ꝑmanet. Cor
C fatui quaſi vas confractū:⁊ oēm ſapiam nō tene
i.xxiij.a. bit. Verbū ſapiēs quodcūq; audierit ſcius lau-
dabit:⁊ ad ſe adijciet: audiuit luxurioſus ⁊ di-
ſplicebit illi ⁊ ꝓijciet illud poſt dorſuꝫ ſuuꝫ. Nar
ratio fatui quaſi ſarcina in via. Nā in labijs ſen-
ſati inuenietur gr̄a. Os prudētis queritur i eccleſia:
⁊ verba illius cogitabūt in cordibus ſuis. Tanꝙ
domus exterminata:ſic fatuo ſapiētia ⁊ ſciētia:
inſenſati inenarrabilia verba. Cōpedes impedi-
bus ſtulto doctrina:⁊ quaſi vincula manuuꝫ ſup
manum dexterā. Fatuus in riſu exaltat vocē ſuā:
D vir autē ſapiēs vix tacite ridebit. Ornamentū au
reum prudēti doctrina ⁊ quaſi brachiale in bra-
chio dextro. Pes fatui facilis in domum ꝓximi:
⁊ homo peritus confundetur a perſona potētis.
Stultus a feneſtra reſpiciet in domū:vir aūt eru
ditus foris ſtabit. Stulticia hois auſcultare per
oſtium:⁊ prudens grauabitur cōtumelia. Labia
imprudentium ſtulta narrabunt:verba autē pru
dentium ſtatera ponderabuntur. In ore fatuo-
rum cor illorum:⁊ in corde ſapientium os illorū.
Dum maledicit impius dyabolum:maledicit ip
ſe animam ſuam. Suſurro coinquinabit animaꝫ
ſuaꝫ:⁊ in oībus odietur ⁊ qui permanſerit odio
ſus erit tacitus ⁊ ſenſatus honorabitur.

Capituli Summarium. De lapidatione
pigri:de filio ⁊ filia fatua:diſcernendum quid et
quibus ſit predicandū:de luctu mortui de rugitu
fatui:de non loquendo multum cum fatuo:⁊ ꝙ
amicitiam ſoluent conuitia. Caplm. xxij.

A In lapide luteo lapi-
datus eſt piger:⁊ oēs loquentur
ſuper aſpernationē illi⁹. De ſter
core boum lapidatus eſt piger:⁊
omnis qui tetigerit eum excutiet
manus. Confuſio patris eſt de filio indiſciplina-
to. Filia autē fatua in deminoratione fiet. Filia
prudens hereditas viro ſuo:nam que confundit
incontumeliam fit genitoris. Patrem ⁊ virum
confundit audax:⁊ ab impijs non minorabitur:
ab vtriſq; autem ignorabitur. Muſica in luctu im-
portuna narratio:flagella ⁊ doctrina in omni tē
pore ſapientia. Qui docet fatuum quaſi qui con-
glutinat teſtam. Qui narrat verbum non audiē-
ti:quaſi qui excitat dormienteꝫ de graui ſomno.
Cuꝫ dormiēte loquitur: qui enarrat ſtulto ſapiē
s.iij.d. tiam:⁊ in fine narrationis dicit. Quis eſt hic. Su
i.xxxi.a. pra mortuuꝫ plora defecit eīm lux eius ⁊ ſupra fa-
i.xxxv.b.⁊ tuum plora:deficit enim ſenſu. Modicum plora
iij.b. ſupra mortuum:qm̄ requieuit. Nequiſſimi enim
nequiſſima vita:ſuper mortem fatui. Luctus mor
tui ſeptē dies:fatui aūt ⁊ impij omnes dies vite il B
lorum. Cum ſtulto ne multum loquaris:⁊ cū in-
ſenſato ne multum abieris. Serua te ab illo: vt
non moleſtiaꝫ habeas ⁊ nō coinquinaberis i pec s.xij.c.
cato illius. Deflecte ab illo ⁊ inuenies requiem:
⁊ nō accidiaberis in ſtulticia illius. Super plum
bum qd grauabitur? Et qđ illi aliud nomen ꝙ fa-
tuus. Arenā ⁊ ſalē ⁊ maſſaꝫ ferri facilius eſt fer-
re:ꝙ hoiem imprudentē ⁊ fatuū ⁊ impiū. Sicut Prouerb.
loramentum ligneum colligatum fundamento xxvij.a.
edificij non diſſoluetur:ſic ⁊ cor confirmatū in cogi
tatione conſilij. Cogitatus ſenſati in omni tem
pore vel metu nō deprauabitur. Sicut palee in ex- C
celſis:⁊ cemēta ſine impēſa poſita cōtra faciē vē-
ti non permanebunt ſic:⁊ cor timidū in cogitatio
ne ſtulti cōtra impetū timoris non reſiſtit. Sicut
ornatus arenoſus in pariete limpido:ſic ⁊ cor tre
pidum in cogitatione fatui omni tēpore nō me-
tuet:ſed ⁊ qui in preceptis dei permanet ſemper.
Pungens oculum:deducit lachrymas:⁊ qui pu
git cor ꝓfert ſenſum. Mittens lapidem in volati
lia deijciet illa:ſic ⁊ qui conuitiatur amico diſſoluit
amicitiam. Ad amicum ⁊ ſi produxeris gladiū nō
deſperes:eſt enim regreſſus ad amicum. Si ap-
paruerit os triſte:non timeas. Eſt enim concor D
datio excepto conuitio ⁊ improperio ⁊ ſuperbia
⁊ myſterij reuelatione ⁊ plaga doloſa. In his om
nibus effugiet amicus. Fidem poſſide cum ami-
co in paupertate illius vt ⁊ in bonis illius leteris.
In tempore tribulationis illius permane illi fi-
delis:vt ⁊ in hereditate illius coheres ſis. Ante
ignem camini vapor ⁊ fumus ignis inaltatur:ſic
⁊ ante ſanguineꝫ maledicta ⁊ contumelie ⁊ mine
Amicum ſalutarē non confundaris. A facie illius
nō ſum me abſcondā:⁊ ſi mala mihi euenerint per il-
lum ſuſtinebo. Oīs qui audiet cauebit ſe ab eo. ps.cxl.a.
Quis dabit ori meo cuſtodiaꝫ:⁊ ſuper labia mea
ſignaculum certum:vt non cadam in ipſis: et
lingua mea perdat me.

Capituli Summarium. Oratio cōtra ſu-
perbiā,gulam ⁊ luxuriā:de iuratione:de blaſphe-
mia:⁊ de diſciplinata loquela:de tribus generi-
bus peccatorū:de confutatiōe hois volentis pec
care:de multis peccatis cōcurrentibus in adulte
rio:de laude timoris dn̄i. Caplm.xxiij.

Domine pater ⁊ domi- a
nator vite mee ne derelinquas
me in cogitatu ⁊ conſilio eorum
nec ſinas me cadere in illa expro-
bratione. Quis ſupponit in cogi
tatu meo flagella et in corde meo doctrinam ſa-
pientie:vt ignorationibus eorū nō parcant mihi
⁊ non appareant delicta eorum:⁊ ne adincreſcāt
ignorantie mee:⁊ multiplicentur delicta mea: et
peccata mea abundent:et incidam in conſpectu
aduerſariorum meorum: et gaudeat inimicus
meus. Domine pater ⁊ deus vite mee ne derelin

quas me in cogitatu illorum. Extollentiam ocu
lorum meorum ne dederis mihi: et omne deside
rium auerte a me. Aufer a me ventris concupi-
scentias: ⁊ concubitus concupiscētie ne apprehē
dant me: ⁊ anime irreuerēti ⁊ infrunite ne tradas
me. Doctrinā oris audite filij: ⁊ qui custodierit
illam non periet labijs suis: nec scandalizabitur
in operibus nequissimis. In vanitate sua appre
B henditur peccator: ⁊ superbus ⁊ maledictus scā
dalizabitur in illis. Iuratōi nō assuescat os tuū
multi em̄ casus in illa. Noīatio vero dei nō sit as
sidua in ore tuo ⁊ noībus sanctorum non admi-
scearis: q̄m non eris immunis ab eis. Sicut em̄
tur: et ſuper terram in neceſſitate preparabūtur
et in tēporibus ſuis nō preterient verbū Pro-
s.eodem. pterea ab initio cōfirmatꝰ ſum et conſiliatꝰ ſum
et cogitaui: et ſcripta dimiſi. Oīa opera dn̄i bo-
na et omne opus hora ſua ſubminiſtrabit. Non
eſt dicere: hoc illo nequius eſt. Omnia enim in tē
pore ſuo comprobabūtur. Et nūc in omni corde
et ore collaudate et benedicite nomen domini.

Cap. S. De occupatiōe magna et graui iugo: et de omni hoim miſeria: de tranſitu glorie et ſuperbie impiorū: de benedictione iuſtorū: de prerogatiua timoris domini. Capi. xl.

A Occupatio magna
creata eſt oibus hoibus: et iu
gum graue ſup filios adam a
die exitus de vētre matris eo-
rum vſqꝫ in diem ſepulture in
matrē omnium. Cogitationes
eorum et timores cordis adin
uentiones expectatiōis: ⁊ dies finitiōis a preſidē
te ſuper ſedē glorioſam: vſqꝫ ad humiliatum in
terram et cinerem: ab eo qui vtitur hyacincto et
portat coronam vſqꝫ ad eum qui cooperitur li-
no crudo. Furor: zelus: tumultus: fluctuatio: ⁊
timor mortis: iracundia pſeuerans: ⁊ contentio
⁊ in tpe refectiōis in cubili ſomnus noctis im-
mutat ſcientiā eius. Modicū autē tanq̄ nihil in
requie: ⁊ ab eo in ſomnis quaſi in die reſpectus.
Cōturbatus eſt in viſu cordis ſui tanq̄ qui eua- B
ſerit in die belli. In tpe ſalutis ſue exurrexit: ⁊
admirans ad nullū timorē cū omni carne ab ho
mine vſqꝫ ad pecus. ⁊ ſuper peccatores ſeptuplū.
Ad hec mors ſanguis contentio ⁊ rhomphea op
preſſiones: fames ⁊ cōtritio: ⁊ flagella. Sup ini-
quos creata ſunt hec oīa: ⁊ ꝓpter illos factus eſt Gen.vij.b
cataclyſmus. Oīa enī que de terra ſunt: in terrā j.xlj.b.
conuertent: ⁊ aque oēs in mare cōuertent. Om xiij.q.iij.c.
ne munus ⁊ iniquitas delebit: ⁊ fides in ſeculum in eccleſia-
ſtabit. Subſtantie iniuſtorū ſicut fluuius ſiccabū ſtico.
tur: ⁊ ſicut tonitruū magnū in pluuia pſonabūt
In operiendo manus ſuas letabit: ſic preuarica
tores in conſummatiōe tabeſcent. Nepotes im
piorum non multiplicabunt ramos: ⁊ radices im
munde ſuper cacumen petre ſonant. Super om
nem aquam viriditas: ⁊ ad oram fluminis ante
omne fenum euelletur. Gratia ſicut paradiſus
in benedictionibus ⁊ miſericordia in ſeculo per-
manet. Vita ſibi ſufficiētis operarij cōculcabit:
⁊ in ea inuenies theſaurum. Edificatio ciuitatis
confirmabit nomē: ⁊ ſuper hanc mulier immacu
lata computabit. Vinū ⁊ muſica letificant cor: ⁊
ſuper vtraqꝫ dilectio ſapientie. Tibie ⁊ pſalteriū
ſuauem faciunt melodiam: ⁊ ſuper vtraqꝫ lingua
ſuauis. Gratiam ⁊ ſpeciē deſiderabit oculus tuꝰ:
⁊ ſuper hec virides ſationes. Amicus ⁊ ſodalis in
tēpore conuenientes: ⁊ ſuper vtroſqꝫ mulier cū
viro. Fratres in adiutorium in tēpore tribulatio D
nis ⁊ ſuper eos miſericordia liberabit. Aurum ⁊
argentum: ⁊ cōſtitutio pedū: ⁊ ſuper vtrūqꝫ con
ſilium beneplacitum. Facultates ⁊ virtutes exal
tant cor: ⁊ ſuper hec timor dn̄i. Non eſt in timo-
re dn̄i minoratio: ⁊ nō eſt in eo inquirere adiuto
rium. Timor dn̄i ſicut paradiſus benedictionis:
⁊ ſuper oēm gloriā operuerunt illū. Fili in tēpo-
re vite tue ne indigeas. Melius eſt enim mori q̄
indigere. Vir reſpiciēs in menſam alienā: nō eſt
vita eius in cogitatiōe victus. Alit enī aiam ſuā
cibis alienis. Vir autē diſciplinatus ⁊ eruditus
cuſtodiet ſe. In ore imprudentis conculcabitur
inopia: ⁊ in ventre eius ignis ardebit.

Ca. S. De memoria mortis ⁊ iudicij: de perditione impiorum: de bono ſuo hoie curando: de ſapientia publicanda: monet a diuerſis vitijs abſtinere: de fugienda muliere. Capl'm. xlj.

Mors quam amara A
eſt memoria tua homini pacem
habenti in ſubſtantijs ſuis viro
quieto: ⁊ cuius vie directe ſunt
in oibus: ⁊ adhuc valēti accipe-
re cibū. O mors bonū eſt iudicium tuum homini
indigenti: ⁊ qui minoratur viribus defecto etate

⁊ cui de omnibus cura eſt ⁊ incredibili: qui perdit ſapientiam. Noli metuere iudicium mortis. Memento que ante te fuerunt: ⁊ que ſuperuentura ſunt tibi: hoc iudicium a domino omni carni: ⁊ que ſuperuenient tibi in beneplacito altiſſi
B mi: ſiue decem ſiue centum ſiue mille anni. Non eſt enim in inferno accuſatio vite. Filij abominationum fiunt filij peccatorum: ⁊ qui conuerſant ſecus domos impiorum. Filiorum peccatorum periet hereditas: ⁊ cum ſemine illorum aſſiduitas opprobrij. De patre impio queruntur filij: quoniam propter illum ſunt in opprobrio. Ve vobis viri impij qui dereliquiſtis legem domini altiſſimi. Et ſi nati fueritis in maledictione naſcemini: ſi mortui fueritis in maledictione erit pars veſtra. Om
ſ.x.b. nia que de terra ſunt in terram conuertentur: ſic
xiij.q.ij.c. I impij a maledicto in perditionem. Luctus ho
eccl'iaſtico. minum in corpore ipſorum: nomen autem impiorum delebitur. Curam habe de bono nomine: hoc enim
C magis permanebit tibi quam mille theſauri magni ⁊ precioſi. Bone vite numerus dierum: bonum autem nomen permanebit in euum. Diſciplinam in pace
ſ.xx.a. conſeruate filij. Sapientia enim abſcondita ⁊ theſaurus inuiſus: que vtilitas in vtriſque. Melior eſt homo qui abſcondit ſtulticiam ſuam: quam homo qui abſcondit ſapientiam ſuam. Veruntamen reuer
D timini in his que procedunt de ore meo. Non eſt enim bonum omnem irreuerentiam obſeruare: ⁊ non omnia omnibus bene placent in fide. Erubeſcite a patre ⁊ a matre de fornicatione: ⁊ a preſidente ⁊ a potente de mendacio: a principe ⁊ a iudice de delicto: a ſynagoga ⁊ plebe de iniquitate: a ſo
Luce. xiiij. cio ⁊ amico de iniuſticia: ⁊ de loco in quo habitas: de veritate dei ⁊ teſtamento: de diſcubitu in panibus: ⁊ ab obfuſcatione dati ⁊ accepti: a ſalutantibus de ſilentio: a reſpectu mulieris fornicarie: ⁊ ab auerſione vultus cognati. Ne auertas faciem tuam a proximo tuo: ⁊ ab auferendo partem: ⁊ non reſtituendo. Ne reſpicias mulierem alieni viri: ⁊ ne ſcruteris ancillam eius: neque ſteteris ad lectum eius. Caue ab amicis de ſermonibus improperij: cum dederis ne improperes.

Capituli Summa. De non publicatione ſermonis abſconditi: de perſonarum non acceptione: ⁊ de quibuſdam vitijs particularibus: de filia luxurioſa cuſtodienda: ⁊ fugiendo mulierum conſortio. Capitulum. xlij.

A Non duplices ſermonem auditus de reuelatione ſermonis abſconditi: ⁊ eris vere ſine confuſione: ⁊ inuenies gratiam in conſpectu omnium hominum. Ne pro his omnibus confundaris: ⁊ ne accipias perſonam vt delinquas. De lege altiſſimi: ⁊ teſtamento: ⁊ de iudicio iuſtificare impium: de verbo ſociorum ⁊ viatorum: ⁊ de datione hereditatis amicorum de equalitate ſtatere ⁊ ponderum: de acquiſitione multorum ⁊ paucorum: ⁊ de corruptione emptionis et negociatorum: ⁊ de multa diſciplina filiorum: ⁊ ſeruo peſſimo latus ſanguinare. Super mulierem B
nequam bonum eſt ſignum vbi manus multe ſunt claude: ⁊ quodcunque trades numera ⁊ appende datum vero ⁊ acceptum omne deſcribe. De diſciplina inſenſati ⁊ fatui: ⁊ de ſenioribus qui iudicantur ab adoleſcentibus: ⁊ eris eruditus in omnibus ⁊ probabilis in conſpectu omnium virorum. Filia patris abſcondita eſt: vigilia ⁊ ſollicitudo eius aufert ſomnum: ne forte in adoleſcentia ſua adultera efficiatur: ⁊ cum viro commorata odibilis fiat: nequando polluatur in virginitate ſua: ⁊ in paternis ſuis grauida inueniatur: ne forte cum viro commorata tranſgrediatur: aut certe ſterilis efficiatur. Super ſ.xxvj.b.
filiam luxurioſam confirma cuſtodiam nequando faciat te in opprobrium venire inimicis: a detractione in ciuitate ⁊ abiectione plebis: ⁊ confundat te in multitudine populi. Omni homini noli intendere in ſpecie: ⁊ in medio mulierum noli commorari. C
De veſtimentis enim procedit tinea: ⁊ a muliere iniquitas viri. Melior eſt enim iniquitas viri quam mulier benefaciens ⁊ mulier confundens in opprobrium. Memor ero igitur operum domini: ⁊ que vidi annunciabo in ſermonibus domini opera eius. Sol illuminans per omnia reſpexit: ⁊ gloria domini plenum eſt opus eius. Nonne dominus fecit ſanctos enarrare omnia mirabilia ſua: que confirmauit dominus omnipotens ſtabilis in gloria ſua. Abyſſum ⁊ cor hominum inueſtigauit: ⁊ in aſtutia eorum excogitauit. Cognouit enim D
dominus omnem ſcientiam: ⁊ inſpexit in ſignum eius: annuncians que preterierunt ⁊ que ſuperuentura ſunt. reuelans veſtigia occultorum. Non preterit illum omnis cogitatus: ⁊ non abſcondit ſe ab eo vllus ſermo. Magnalia ſapientie ſue decorauit que eſt ante ſeculum ⁊ vſque in ſeculum: neque adiectum eſt neque minuetur: ⁊ non eget alicuius conſilio. Quam deſiderabilia omnia opera eius: ⁊ tanquam ſcintilla que eſt conſiderare. Omnia hec viuunt ⁊ manent in ſeculum: ⁊ in omni neceſſitate omnia obaudiunt ei. Omnia duplicia: vnum contra vnum: ⁊ non fecit quicquam deeſſe. Vniuſcuiuſque confirmabit bona. Et quis ſatiabitur videns gloriam eius.

Capituli Summarium. Enunciat mirabilia dei: laudat creatorem: ⁊ in laude eius dicit ſe deficere. Capitulum. xliij.

Altitudinis firmamentum pulchritudo eius eſt ſpecies celi in viſione glorie. Sol in aſpectu annuncians in exitu: vas admirabile opus excelſi. In meridiano exurit terram: ⁊ in conſpectu ardoris eius quis poterit ſuſtinere. Fornacem cuſtodiens in operibus ardoris. Tripliciter ſol exurens montes radios igneos exufflans: ⁊ refulgens radijs ſuis ob- A

cecat oculos. Magnus dominus qui fecit illum.
⁊ in ſermonibus eius feſtinauit iter. Et luna in
omnibus in tempore ſuo oſtenſio temporis ⁊ ſi
gnum eui. A luna ſignū diei feſti: luminare quod
B minuitur in conſummatione. Menſis ſm nomen
eius ē creſcēs mirabiliter in conſummatiōe. Uas
caſtrorum in excelſis: in firmamento celi reſpon
dens glorioſe. Species celi gloria ſtellarum mun
dum illuminans in excelſis dominus. In verbis
ſancti ſtabunt ad iudicium: ⁊ non deficient in vi
giliis ſuis. Uidi arcum: ⁊ benedic eum qui fecit il
lum. Ualde ſpecioſus eſt in ſplendore ſuo. Gyra
uit celum in circuitu glorie ſue: manꝰ excelſi ape
ruerunt illum. Imperio ſuo accelerauit niuem:
⁊ accelerat coruſcationes emittere iudicij ſui.
Propterea aperti ſunt theſauri: ⁊ euolauerunt
nebule ſicut aues. In magnitudine ſua poſuit
nubes: ⁊ confracti ſunt lapides grandinis. In
conſpectu eius commouebūtur montes: ⁊ in vo
lūtate eius aſpirauit notus. Uox tonitrui eius
verberauit terram tempeſtas aquilonis ⁊ con
gregatio ſpiritus: ⁊ ſicut auis deponēs ad ſeden
C dum: aſpergit niuem: ⁊ ſicut locuſta demergens
deſcenſus eius. Pulchritudinem candoris eius
admirabitur oculus: ⁊ ſuper imbrem eius expaue
ſcit cor. Gelu ſicut ſalem effundet ſuper terraꝫ ⁊
dum gelauerit fiet tanquam cacumina tribuli.
Frigidus ventus aquilo flauit: ⁊ gelauit cryſtal
lus ab aqua. Super oēm congregationem aqua
rum requieſcet: ⁊ ſicut lorica induet ſe aquis. Et
deuorauit montes ⁊ exuret deſertuꝫ: ⁊ extinguet
viride ſicut ignem. Medicina oīum in feſtinatio
ne nebule: ⁊ ros obuians ab ardore venienti hu
milem efficiet euꝫ. In ſermone eius ſiluit vētus.
⁊ cogitatione ſua placauit abyſſum: ⁊ plantauit
illum dominus ieſus. Qui nauigat mare: enarrat
pericula eius: ⁊ audientes auribus noſtris admi
rabimur. Illi preclara opera ⁊ mirabilia: varia
D beſtiarum genera ⁊ omnium pecorum: ⁊ creatura
beluarum. Propter ipſum confirmatus eſt iti
neris finis: ⁊ in ſermone eius compoſita ſunt om
nia. Multa dicimus: ⁊ deficimus verbis conſum
matio autē ſermonum ipſe eſt. In oībus glorian
Ps.xcv.a. tes: ad quid valebimus. Ipſe eñ omnipotens ſu
per omnia opera ſua. Terribilis dñs ⁊ magnus
vehementer: ⁊ mirabilis potentia ipſius. Glorifi
cantes dñm quantūcūꝗ potueritis ſuperuale
bit adhuc: ⁊ admirabilis magnificētia eius. Be
nedicentes dominum: exaltate illum ꝗ̄tum po
teſtis: maior eſt enim omni laude. Exaltantes eū
replemini virtute. Ne laboretis: non enim com
prehēdetis. Quis videbit eum ⁊ enarrabit: ⁊ quis
magnificabit eum ſicut eſt ab initio. Multa ab
ſcondita ſunt maiora his. Pauca enim vidimus
opera eius. Omnia autem dominus fecit: ⁊ pie
gentibus dedit ſapientiam.

¶ Capituli Summarium. ¶ Laudat genera
liter viros glorioſos: de laudibus Enoch: Noe:
Abraam: Iſaac: ⁊ Iacob. Capitulum.xliiij.

Laudemꝰ viros glo A
rioſos: ⁊ parentes nr̄os in ge
neratione ſua. Multam gloriā
fecit dñs: magnificentia ſua a
ſeculo. Dñantes in poteſtati
bus ſuis: hoīes magni virtute:
⁊ prudentia ſua prediti nunciā
tes in ꝓphetis dignitateꝫ ꝓphetaꝝ: ⁊ imperātes
in pñti pplo: ⁊ virtute prudētie populis ſanctiſſi
ma verba. In pueritia ſua requirentes modos
muſicos: ⁊ narrātes carmina ſcripturaꝝ. Hoīes
diuites in virtute pulchritudinis ſtudium habē
tes: pacificantes in domibus ſuis: Oēs iſti in ge B
nerationibus gētis ſue gloriam adepti ſunt: ⁊ in
diebus ſuis habenť in laudibꝰ. Qui de illis nati
ſunt: reliquerunt nomen narrandi laudes eorum.
Et ſunt quorū nō eſt memoria. Perierūt quaſi
qui nō fuerint: ⁊ nati ſunt quaſi nō nati: ⁊ filij eo
rum cū ipſis. Sed illi viri mie ſunt: quoꝝ pieta
tes nō defuerunt. Cum ſemine eorꝫ permanēt
bona: hereditas ſancta nepotes eoꝝ ⁊ in teſta
mento ſtetit ſemen eoꝝ ⁊ filij eoꝝ ꝓpter illos vſꝗ
in eternum manent. Semen eoꝝ ⁊ gloria eoꝝ nō C
derelinqueť. Corpora eorꝫ in pace ſepulta ſunt:
⁊ nomen eoꝝ viuet in generatiōe ⁊ generationē.
Sapientiā ipſoꝝ narrēt populi: ⁊ laudē ipſorum G.xxix.b.
nunciet eccleſia. Enoch placuit deo: ⁊ tranſlatus Gen.v.c.
eſt in paradiſum: vt det gētibus ſapientiā. Noe Hebr.xj.b.
inuentus eſt perfectus iuſtus: ⁊ in tēpore iracun Gen.vj.b.
die factus eſt reconciliatio. Ideo dimiſſum eſt re Hebr.xj.b
liquum terre: cum factum eſt diluuiū. Teſtamen
ta ſeculi poſita ſunt apud illum: ne deleri poſſit
diluuio oīs caro. Abraam magnus pater multitu Gen.xvij.
dinis gentium: ⁊ nō eſt inuentus ſimul illi in glo a. D
ria. Qui conſeruauit legē excelſi ⁊ fuit in teſtamē Gen.xxij.c
to cū illo. In carne eius ſtare fecit teſtamentum Hebr.xj.d.
⁊ in temptatione inuentus eſt fidelis. Ideo iure A
iurando dedit illi gloriam in gente ſua: creſcere il Nūr.xij.a.
lum quaſi terre cumulum: ⁊ vt ſtellas exaltare ſe Exod.xj.a.
men eius: ⁊ hereditare illas a mari vſꝗ ad mare:
⁊ a flumine vſꝗ ad terminos orbis terre. Et
Iſaac eodem modo fecit propter Abraam patrē
eius. Benedictionem omnium gentium dedit il
li dominus: ⁊ teſtamentum ſuum confirmauit ſu
per caput Iacob. Agnouit eū in benedictionibꝰ
ſuis: ⁊ dedit illi hereditatē: ⁊ diuiſit illi partē in
tribubus duodecim. Et cōſeruauit illi hoīes mie
inuenientes gratiam in oculis omnis carnis.

¶ Capituli Summarium. ¶ De laudibus
Moyſi ⁊ Aaron ⁊ Phinees. Capl'm.xlv.

Electus deo ⁊ homi B
nibus Moyſes: cuius memo
ria in benedictione eſt Similē
illum fecit in gloria ſanctorꝫ:
⁊ magnificauit eum in timore
inimicorū: ⁊ in vbis ſuis mon
ſtra placauit. Glorificauit illū
in conſpectu regum. ⁊ iuſſit illi corā populo ſuo:

et oſtendit illi gloriã ſuam. In fide et lenitate ip
ſius ſanctũ fecit illum: et elegit eum ex omni car
ne. Audiuit enim eum et vocem ipſius: et indu-
xit illum innubem: Et dedit illi cor ad precepta
et legem vite et diſcipline docere iacob teſtamen
tum ſuum: et iudicia ſua iſrael. Excelſum fecit aa
ron fratrem ſuũ: et ſimilem ſibi de tribu leui. Sta
tuit ei teſtamentum eternũ: et dedit illi ſacerdo
tium gẽtis: et beatificauit illum in gloria. Et cir
cuncinxit eum zona iuſticie: et induit eum ſtolaꝫ
glorie: et coronauit eum in vaſis virtutis. Circũ
B pedes et femoralia: et humerale poſuit ei. et cin-
Exo. xxviij xit illum tintinnabulis aureis plurimis in gyro
dare ſonitum in inceſſu ſuo: auditum facere ſoni
tum in templo in memoriã filijs gentis ſue. Sto
lam ſanctam auro et hiacyncto et purpura: op9
textile: viri ſapientis iudicio et veritate prediti.
Torto cocco opus artificis gemmis precioſis fi-
guratis in ligatura auri et opere lapidarij ſcul-
ptis in memoriam: ſecũdũ numerũ tribuũ iſrael
Corona aurea ſuper mitram eius expreſſa ſigno
ſanctitatis: et gloria honoris: et opus virtutis.
deſiderio oculorũ ornata. Sic pulchra ante ipm
non fuerunt talia vſqꝫ ad orientem. Non eſt indu
tus illa alienigena aliquis: ſed tãtum filij ipſius
Leui. viij. b ſoli: et nepotes eius per omne tempus. Sacrifi-
C cia ipſius conſummata ſunt igni quotidie. Com
pleuit moyſes manus eius. et vnxit illũ oleo ſan-
cto. Factũ eſt illi in teſtamẽtũ eternũ: et ſemini ei9
ſicut dies celi: fungi ſacerdotio: et habere laudẽ:
et glorificare pplm ſuũ in noĩe ſuo. Ipſum elegit
ab omni viuẽte offerre ſacrificium deo incenſum
et bonum odorem in memoriã placare pro pplo
ſuo. Et dedit illi in preceptis ſuis poteſtatẽ: in
teſtamẽtis iudiciorũ: docere iacob teſtimonia: et
in lege ſua lucẽ dare iſrael. Quia cõtra illũ ſtete
runt: alieni et ppter inuidiã circũdederũt illũ ho
mines in deſerto qui erãt cũ dathã et abiron et cõ
Nu. xvj. a gregatio chore in iracundiã: Vidit dñs deus et
nõ placuit illi: et cõſumpti ſunt in impetu iracũ-
D die. Fecit illis monſtra: et cõſumpſit illos in flãma
ignis. Et addidit aaron gloriã et dedit illi here-
ditatẽ: et primitias frugũ terre diuiſit illi. Panẽ
ipſius in primis parauit in ſatietatẽ: nam et ſacri
ficia dñi edent que dedit illi et ſemini eius. Ce-
terum inter gẽtes non hereditabit: et pars non
eſt illi in gẽtẽ. Ipſe eſt enim pars eius: et heredi-
tas Phinees filius eleazari tertius in gloria imi
tando eum in timore domini: et ſtare in reuerẽtia
gẽtis in bonitate et alacritate aĩe ſue placuit deo
Nu. xxv. c. iſrael. Ideo ſtatuit illi teſtamentum pacis: et pri
cipem ſanctorum: et gentis ſue: vt ſit illi et ſemi-
ni eius ſacerdotij dignitas in eternum. Et teſtm̃
dauid regi filio ieſſe de tribu iuda: herditas ipſi
et ſemini eius: vt daret ſapientiam in cor noſtrũ
iudicare gentẽ ſuã in iuſticia: ne abolerent bona
ipſorũ. et gloriã ipſorũ ingentẽ eorꝫ eternã fecit.

C C. S. C De laudib9 ioſue caleph: et ſamuel.
Capitulum. xlvj.

Ortis in bello ieſus a
naue ſucceſſor moyſi ĩ prophe-
tis: qui fuit magnus ſecunduꝫ
nomen ſuum: maximus in ſa-
lutem electorum dei. expugna
re inſurgentes hoſtes vt conſe
queret hereditatẽ iſrael. Quã
gloriam adeptus eſt extollendo manus ſuas: et ia Ioſue. viij.
ctando contra ciuitates rhompheas. Quis ante d.
illum ſic reſtitit. Nam hoſtes ipſe dominus per-
cuſſit. Aut non in iracundia eius impeditus eſt
ſol: et vna dies facta eſt quaſi duo. Inuocauit al Ioſue. x. c.
tiſſimum potentem in oppugnando inimicos vn
dicqꝫ: et audiuit illum magnus et ſanctus deus in
ſaxis grandinis virtutis valde fortis. Impetum B
fecit contra gentem hoſtilem: et in deſcenſu per
didit contrarios vt cognoſcant gentes potentiã
ei9: q2 contra deum pugnare non eſt facile: et ſe- Nume. xiij
cutus eſt a tergo potentes. Et in diebus moy- d. et. xiiij. a
ſi miſericordiam fecit ipſe et caleph filius Ie
phone: ſtare contra hoſtem et prohibere gentem
a peccatis. et perſtringere murmur malicie Et ip
ſi duo conſtituti a periculo liberati ſunt a nume-
ro ſexcentorum millium peditũ inducere illos in Ioſue. xiiij
hereditatem in terrã que manat lac et mel. Et de c.
dit dominus illi caleph fortitudinem et vſqꝫ in ſe
nectutem permanſit illi virtus: vt aſcenderet in C
excelſum terre locum: et ſemen ipſius obtinuit
hereditatem Et viderunt omnes filij iſrael: quia
bonũ eſt obſeq ſctõ deo. Et iudices ſinguli ſuo
nomine quorũ non eſt corruptũ cor: qui non a-
uerſi ſunt a domino. vt ſit memoria illorum in be ij. Pe. ij. b.
nedictione. Et oſſa eorum pullulant de loco ſuo x. a. et. xvj. a.
et nomen eorum permanet ineternum. permanẽ j. Re. vij. d.
te ad filios illorum ſanctorum virorum gloria. Di
lectus a domino deo ſuo ſamuel propheta domi
ni: renouauit imperium et vnxit principes in gẽ
te ſua. In lege domini congregationem iudica-
uit: et vidit deum iacob et in fide ſua probatus ẽ D
propheta. Et cognitus eſt in verbis ſuis fidelis
quia vidit deum lucis. Et inuocauit dominũ om
nipotentem in oppugnando hoſtes circunſtãtes
vndiqꝫ: in oblatiõe viri inuiolati. Et intonuit de j. Re. vij. c.
celo dominus: et in ſonitu magno auditam fecit
vocem ſuam: et contriuit principes tyriorum: et
omnes duces philiſthym. Et ante tempus finis
vite ſue et ſeculi teſtimonium prebuit in conſpe- j. reg. xij. a.
ctu domini et chriſti. Pecunias et vſqꝫ ad calcia
menta ab omni carne non accepit: et non accuſa j. Re. xxv. a
uit illum: homo. Et poſt hec dormiuit et votum
fecit regi: et oſtendit illi finem vite ſue. et exalta
uit vocem eius de terra in prophetia delere im-
pietatem gentis.

C Cap. Si C De laudibus nathan: dauid et
ſalomonis. et interfectione golie: de roboam im-
prudentia et hieroboam idolatria: qui fecit pec
care iſrael.
Capitulum. xlvij.

A Poſt hec ſurrexit na
than propheta in diebus da-
uid. Et quaſi adeps ſeparatꝰ a
carne: ſic dauid a filijs iſrael.
Cū leonibꝰ luſit quaſi cū agniſ
⁊ in vrſis ſimiliter fecit ſicut i
agnis ouium in iuuentute ſua
Nunquid non occidit gigātē: et abſtulit oppro-
j.Re.xvij.f. brium de gente. In tollendo manum in ſaxo fun
de deiecit exultationem golie: vbi inuocauit deū
omnipotentem. Et dedit in dextera eius tollere
.re.xviij.b. hominem fortem in bello: et exaltare cornu gen-
tis ſue. Sic in decem milibus glorificauit eum et
laudauit eum in benedictionibus dñi: in offeren
do illi coronam glorie. Contriuit enim inimicos
vndiqꝫ et extirpauit philiſtijm contrarios vſqꝫ i
hodiernum diem. Contriuit cornu ipſorum vſqꝫ
B in eternum. In omni opere dedit confeſſionem
ſancto et excelſo in verbo glorie. De omni corde
j.Paralib. ſuo laudabit dñm: et dilexit eū qui fecit illū ⁊ de
xxv.a. dit illi contra inimicos potētiam. Et ſtare fe-
cit cantores contra altare: et in ſono eorū dul-
ces fecit modos. Et dedit in celebrationibus de-
ij.reg. xij.d cus: et ornauit tempora vſqꝫ in conſummationē
ij.reg. vij.b vite: vt laudarēt nomē ſanctum domini: et am-
plificarent mane dei ſanctitatem. Chriſtus pur-
iij.reg.iij. gauit peccata ipſius: et exaltauit ineternum cor
et.iiij.a. nu eius Et dedit illi teſtamentum regni et ſedē
C glorie in iſrael. Poſt ipſum ſurrexit filius ſenſa-
tus: et propter illum deiecit omnem potentiam
inimicorum. Salomon imperauit in diebus pa-
cis ſubiecit deus oēs hoſtes vt conderet domum
in noīe ſuo et pararet ſanctitatē in ſempiternū
iij.re.iiij.d. quemadmodum eruditus eſt in iuuentute ſua.
Et impletus eſt quaſi flumen ſapientia. et terrā
retexit anima ſua. Et repleſti in comparationibꝰ
enigmata ad inſulas longe diuulgatū eſt nomē
iij.re.xj.a. tuum. et dilectus es in pace tua. In cantilenis ⁊
prouerbijs et comparationibus et interpretatio
nibus mirate ſunt terre: et in nomine domini dei
cui eſt cognomen deus iſrael. Collegiſti quaſi au
richalcum aurum et vt plumbum compleſti argē
tum: et inclinaſti femora tua mulieribus. Pote
ſtatem habuiſti in corpore tuo. Dediſti maculā
in gloria tua: et prophanaſti ſemen tuum induce
re iracundiam ad liberos tuos: et in ceteris ſtul-
D titiam tuam: vt faceres imperium bipartitum: et
ex ephraim imperare imperium durum. Deus
iij.re.xj.g. autem non derelinquet miſericordiā ſuam ⁊ nō
iij.re.xij.g. corrumpetꝰ nec delebit opera ſua: neqꝫ perdet a
ſtirpe nepotes electi ſui: et ſemen eius diligit do
minum non corrumpet. Dedit autem reliquū ia
cob et dauid de ipſa ſtirpe. Et finem habuit ſalo
mon cum patribus ſuis. Et reliquit poſt ſe de ſe
mine ſuo gentis ſtultitiam: ⁊ minutum a ſua pru
dentia roboam qui auertit gentem conſilio ſuo.
et hieroboam filium nabath qui peccare fecit iſ
rael. Et dedit viam peccandi ephraim: et pluri-
ma redundauerunt peccata ipſorū. Valde enim
auerterunt illos a terra ſua. Et queſiuit omnes
nequitias vſqꝫ dum perueniret ad illos defenſio
et ab omnibus peccatis liberauit eos. A

Cap. Siii. De laudibus helie et heliſei ezechie et eſaie. iij.re.xvij.a

Capitulum.xlviij.

Et ſurrexit Helias
propheta quaſi ignis. ⁊ verbū
ipſiꝰ q̄ſi facula ardebat. Qui
induxit in illos famē ⁊ imitā
tes illū inuidia ſua pauci facti
ſunt. Non enim poterant ſu-
ſtinere p̄cepta domini. verbo
domini cōtinuit celū: ⁊ deiecit a ſe ignē terre. Sic
amplificatus eſt helias in mirabilibus ſuis. Et
quis poteſt ſimiliter ſic gloriari tibi. Qui ſuſtuli iij.re.xix.c.
ſti mortuum ab inferis de ſorte mortis in verbo iiij.re.ij.b.
domini dei. Qui deieciſti reges ad perniciem et B
cōfregiſti facile potentiā ipſorum: ⁊ glorioſus de
lecto ſuo. Qui audiſti in ſina iudicium: et in oreb
iudicia defenſionis. Qui vngis reges ad peniten
tiam: et prophetas facis ſucceſſores poſt te. Qui
receptus es in turbine ignis in curru equorū ig-
neorum. Qui inſcriptus es in iudicijs temporum
lenire iracundiā domini: conſiliare cor patris ad
filium: et reſtituere tribus iacob. Beati ſunt qui
te viderunt: et in amicitia tua decorati ſunt. Nā
nos vita viuimus tantum: poſt mortem autē nō
erit tale nomen noſtrum: Helias qui in turbine
tectus eſt in heliſeo completus eſt ſpiritus eius. iiij.re.xiij.b.
In diebus ſuis non pertimuit principem et po-
tentia nemo vicit illum. Nec ſuperauit illum ver C
bum aliquod. et mortuum prophetauit corpus
eius in vita ſua fecit monſtra: et in morte mirabi
lia operatus eſt. In omnibus iſtis non penituit
populus et non receſſerunt a peccatis ſuis vſqꝫ
dum abiecti ſunt de terra ſua: et diſperſi ſunt in iiij.re.xviij.
omnem terram. et relicta eſt gens perpauca: et c.
princeps in domo dauid. Quidam ipſorum fece
runt quod placeret deo: alij autem multa commi Eſa.xxvi.a
ſerunt peccata. Ezechias muniuit ciuitatem ſuā
et induxit in medium ipſius aquam et fodit fer
ro rupem et edificauit ad aquam puteum In die
bus ipſius aſcēdit ſennacherib et miſit rapſaſem
et ſuſtulit manū ſuam contra illos. et extulit ma D
num ſuam in ſion. ⁊ ſuperbus factus eſt potentia
ſua. Tunc mota ſunt corda et manus ipſorum: et
doluerunt quaſi parturientes mulieres Et inuo iiij.re.xix.g
cauerunt dominum miſericordē. et expandentes
manus ſuas extulerunt ad celum: et ſanctus do-
minus deus audiuit cito vocem ipſorum. Nō eſt
commemoratus peccatorum illorum neqꝫ dedit
illos inimicis ſuis. ſed purgauit illos in manu e-
ſaie prophete ſancti. Deiecit caſtra aſſyriorū: et
contriuit illos angelus domini. Nam fecit eze-
chias quod placuit deo: et fortiter iuit in via da-
uid patris ſui quam mandauit illi eſaias prophe iiij.re.xx.b.
ta magnus ⁊ fidelis in conſpectu dei. In diebus
ipſius retro redijt ſol. ⁊ addidit regi vitam. Spi
ritu magno vidit vltima. et conſolatus eſt lugen
tes in ſion. vſqꝫ in ſempiternum. Oſtendit futu-
ra et abſcondita anteqꝫ euenirent.

¶ Capi. Sũma. ¶ De laudib⁹ Joſie: de imu
nitate triũ regũ a peccato ceteroꝝ regũ: de pſe-
cutiõe Hieremie: de laude Ezechielis ⁊ duode
cim prophetarum: de laudibus Zorobabel Nee
mie Enoch Joſeph: Seth: ⁊ Sem: qui gloriam
adepti ſunt ſup oẽs in origine Adã. Ca. xlix.

A
iiij. re. xxij Emoria Joſie in cõ
poſitione odoris facta opus
pigmentarij. Jn omni ore qua
ſi mel indulcabitur eius memo
ria: et vt muſca in conuiuio vi-
ni. Jpe eſt direct⁹ diuinitus in
penitentia gentis ⁊ tulit abo-
minatiões impietatis. Et gubernauit ad domi-
B num cor ipſius. et in diebus peccatorum corro-
borauit pietatem. Preter dauid et ezechiam et
ioſiam omnes reges peccatum commiſerunt: nã
reliquerunt legem altiſſimi reges iuda: et cõtẽ-
pſerunt timorem dei. Dederunt enim regnum
ſuum alijs: et gloriam ſuam alienigene genti. Jn
cenderunt electam ciuitatem ſanctitatis: et de
ſertas fecerunt vias ipſius in manu Hieremie.
Hie. xxxviij e. Nam male tractauerunt illum qui a ventre ma-
triſ conſecratus eſt propheta euertere et ruere
et perdere et iterum edificare et renouare. Eze-
Ezech. x. b. chiel qui vidit conſpectum glorie quam oſtendit
C illi in curru cherubin. Nam commemoratus eſt
inimicorum in imbre benefacere illis qui oſtẽde
runt rectas vias. Et duodecim prophetarũ oſſa
j. Eſdre. v. pullulant de loco ſuo nam corroborauerunt Ja
Aggei. ij. d. cob et redemerunt ſe in fide virtutis ſue. Quo-
modo amplicemus zorobabel: nam ⁊ ipſe quaſi
ſignum in dextera manu iſrael. Et ieſum filium
ioſedech. Qui in diebus ſuis edificauerũt domũ
Neemie. iij et exaltauerunt templum ſanctum dño: paratuꝫ
D in gloriaꝫ ſempiternã. Et neemias in memoria
Gen. v. c. multi temporis: qui erexit nobis muros euerſos
Gen. xlv. b et ſtare fecit portas et ſeras qui erexit domos
noſtras. Nemo natus eſt in terra qualis enoch
nam et ipſe receptus eſt a terra. Et ioſeph qui
Gen. vlti- natus eſt homo princeps fratrum firmamentum
mo. d. gentis: rector fratrum: ſtabilimẽtum populi: et
oſſa ipſius viſitata ſunt: ⁊ poſt mortem prophe-
tauerunt. Seth ⁊ ſem apud hoĩes gloriã adepti
ſunt: ⁊ ſuper omnem animam in origine adam.

¶ Capituli Summarium. ¶ Laus Simeonis
Onie filij: de duabus gentibus quas odit: ⁊ de
tertia que non eſt gens: de nomine ſcriptoris: et
de laude huius operis. Capitulũ. l.

A
Jmeon Onie filius
ſacerdos magnus: qui in vita
ſua ſuffulſit domum: et in die
bus ſuis corroborauit tẽpluꝫ.
Tẽpli etiam altitudo ab ipſo
fundata eſt duplex edificatio.
et excelſi parietes templi. Jn
diebus ipſius emanauerunt putei aquarum: et
quaſi mare adimpleti ſunt ſupra modum. Qui
curauit gentem ſuam: et liberauit eam a perdi-
tione. Qui preualuit amplificare ciuitatem: qui
adeptus eſt gloriam in conuerſatione gentis: et
ingreſſum domus et atrij amplificauit. Quaſi
ſtella matutina in medio nebule: et quaſi luna
plena in dieb⁹ ſuis lucet. Et quaſi ſol refulgens:
ſic ille effulſit in templo dei. Quaſi arcus reful-
gens: inter nebulas glorie: et quaſi flos roſa-
rum in diebus vernis: et quaſi lilia que ſunt in B
tranſitu aque: et quaſi thus redolens in diebus
eſtatis. Quaſi ignis effulgens: et quaſi thus ar
dens in igne. Quaſi vas auri ſolidum ornatum
omni lapide precioſo. Quaſi oliua pullulans et
cypreſſus in altitudine ſe extollens. Jn accipiẽ
do ipſum ſtolam glorie et veſtiri eum in conſum
matiõe virtutis. Jn aſcenſu altaris ſancti gloriã
dedit ſanctitatis amictum. Jn accipiendo autẽ
partes de manu ſacerdotum et ipſe ſtans iuxta
aram. Circa illum corona fratrum: et quaſi plã
tatio cedri in monte libano: ſic circa illum ſte-
terunt quaſi rami palme et omnes filij aaron in
gloria ſua. Oblatio autem domini in manibus
ipſorum: coram omni ſynagoga iſrael: et con-
ſummatione: fungens in Aram: amplificare
oblationem excelſi regis porrexit manum ſuam
in libatione: et libauit de ſanguine vue. Effu- C
dit in fundamento altaris odorem diuinum ex-
celſo principi. Tunc exclamauerunt filij aaron in
tubis ductilibus ſonuerunt: et auditam fecerũt
vocem magnam in memoria coram domino. Tũc
omnis populus ſimul properauerunt et cecide-
runt in faciem ſuper terram adorare dominum
deuꝫ ſuum: et dare preces omnipotenti deo ex-
celſo. Et amplificauerunt pſallentes in vocib⁹
ſuis: et in magna domus factus eſt ſonus ſuaui
tatis plenus. Et rogauit populus dominum ex
celſum in prece vſq; duꝫ perfectus eſt honor do
mini: et munus ſuum perfecerunt. Tunc deſcen
dens manus ſuas extulit in omnem cõgregatio
nem filiorum Jſrael dare gloriam deo a labijs
ſuis: ⁊ in nomine ipſius gloriari. Et iterauit ora
tionem ſuam volens oſtendere virtutem dei. Et
poſt rurſum plus orauit deum omnium. Qui D
magna fecit in omni terra: qui auxit dies no-
ſtros a ventre matris noſtre: et fecit nobiſcum
ſecundum ſuam miſericordiam. Det nobis io-
cunditatem cordis: et fieri pacem in diebus no
ſtris in Jſrael per dies ſempiternos: credere
Jſrael nobiſcum eſſe dei miſericordiam: vt libe-
ret nos in diebus ſuis. Duas gentes odit ani-
ma mea: tertia autem non eſt gens quam ode-
rim. Qui ſedent in monte ſeir ⁊ philiſtijm et ſtul
tus populus qui habitat in ſichimis. Doctri-
nam ſapientie et diſcipline ſcripſit in codice iſto
Jeſus filius ſirach hieroſolymita qui renouauit
ſapientiam de corde ſuo. Beatus qui in iſtis
verſatur bonis: qui ponit illa in corde ſuo: ſa-
piens erit ſemper. Si enim hec fecerit ad om
nia valebit: quia lux dei veſtigium eius eſt.

¶ Oratio ieſu filij ſirach.

A Onfitebor tibi dñe
rex: ⁊ collaudabo te deum ſal-
uatorē meum. Confitebor no-
mini tuo: qm̄ adiutor ⁊ prote-
ctor factus eſt mihi: ⁊ liberaſti
corpus meū a perditione: a la
queo lingue inique: ⁊ a labijs
operantium mendacium: ⁊ in ↄſpectu aſtantiū
factus es mihi adiutor. Et liberaſti me ſm̄ multi
tudinē miſericordie nōis tui a rugiētibus prepa
ratis ad eſcam de manibus q̄rentiū aiam meam:
⁊ de portis tribulationum que circūdederunt me
a preſſura flamme que circūdedit me: ⁊ in medio
ignis non ſum eſtuatus. De altitudine ventris
inferi: ⁊ a lingua coinquinata ⁊ a verbo mendacij
a rege iniquo ⁊ a lingua iniuſta. Laudabit vſq; ad
mortē aīa mea dn̄m: ⁊ vita mea appropinquans
B erat in inferno deorſū. Circūdederūt me vndiq;
⁊ non erat qui adiuuaret. Reſpiciēs erā ad adiu-
torium hominum ⁊ nō erat. Memoratus ſum mi
ſericordie tue dñe: ⁊ cooperationis tue que a ſe-
culo ſunt: qm̄ eruis ſuſtinentes te dñe: ⁊ liberas
eos de manibus gentiū. Exaltaſti ſup terrā habi
tationem meam: ⁊ pro morte defluente depreca-
tus ſum. Inuocaui dn̄m patrem dñi mei: vt non
derelinquat me in die tribulationis mee: ⁊ in tpe
ſuperbōꝝ ſine adiutorio. Laudabo nomē tuū aſſi
due ⁊ collaudabo illud in ↄfeſſione: ⁊ exaudita ē
oratio mea. Et liberaſti me de ꝑditione: ⁊ eruiſti
me de tpe iniquo. Propterea ↄfitebor ⁊ laudem
dicam tibi ⁊ b̄ndicam nomē dñi. Cū adhuc iuni-
or ſum priuſq̄ oberrarem q̄ſiui ſapiētiam palam
in oratione mea. Ante tempus poſtulabam ꝓ il-
la: ⁊ vſq; in nouiſſimis inquiram eā: ⁊ florebit tā-
q̄ precox vua. Letatū eſt cor meum in ea: ambula
uit pes meus iter rectum a iuuētute mea inueſti
gabam eam. Inclinaui modice aurem meam ⁊ ex
cepi illā. Multā inueni in meipſo ſapiētiā: ⁊ mul
tum profeci in ea. Dāti mihi ſapiētiā dabo glo
riam. Cōſiliatus ſum em̄ vt facerem illam: zelat⁹
ſum bonū: ⁊ nō ↄfundar. Colluctata eſt aīa mea
in illa: ⁊ in faciendo eam ↄfirmatus ſum. Manus
meas extendi in altum: ⁊ in ſapientia eius luxit
aīa mea: ⁊ ignorantias meas illuminauit. Aiam
meam direxi ad illam ⁊ in agnitione inueni eam.
Poſſedi cum ipſa cor ab initio: propter hoc non
derelinquar. Venter meus ↄturbatus eſt queren
do illā: propterea bonam poſſidebo poſſeſſionē.
D Dedit em̄ mihi dñs linguam mercedem meam ⁊
in ipſa laudabo eum. Appropriate ad me indocti
⁊ ↄgregate vos i domum diſcipline. Quid adhuc
retardatis: ⁊ quid dicitis in his. Anime veſtre ſi-
tiunt vehementer. Aperui os meum ⁊ locut⁹ ſum
Comparate vobis ſine argento ſapientiam ⁊ col
lum veſtrum ſubijcite iugo eius ⁊ ſuſcipiat aīa
veſtra diſciplinam. In proximo eſt enim inueni-
ā.vj.b. re eam. Videte oculis veſtris: q: modicum labo-
raui: ⁊ inueni mihi multam requiē. Aſſumite di
ſciplinam in multo numero argenti: ⁊ copioſum
aurum poſſidete in ea. Letetur aīa veſtra in mi
ſericordia eius ⁊ non confundemini in laude ipſi⁹
Operamini opus veſtrum ante tempus: ⁊ dabit
vobis mercedem veſtram in tempore ſuo.

¶ Explicit liber eccleſiaſticus.

¶ Incipit oratio ſalomonis.

ET iclinauit ſalomō
genua ſua in conſpectu totius
eccleſie iſrael: ⁊ aperuit manus
ſuas ad celum ⁊ dixit. Dñe de iij.re.viij.
us iſrael nō eſt ſimilis deus in
celo ſurſum: neq; in terra deor
ſum qui cuſtodis teſtamentum
tuum: ⁊ miſericordiam pueris tuis euntibus in
conſpectu tuo: in toto corde ſeruās puero tuo da
uid que locutus es illi: ⁊ locutus es ī ore tuo: ⁊ in
manu tua impleſti quaſi dies iſte. Et nūc dñe de
us iſrael cuſtodi puero tuo dauid patri meo que
locutus es illi dicens. Non deerit tibi vir a facie
mea ſedens in throno iſrael. Verūtamē ſi cuſto-
dierint filij tui legem meam: ⁊ in preceptis meis
ambulent ſicut ambulauerunt in conſpectu meo
fideles. Et nunc domine deus iſrael creditum eſt
verbum qđ locutus es puero tuo dauid: qm̄ vere
habitabit deus cum hominibus in terra. Si celū
⁊ celi celoꝝ nō ſufficiāt tibi: quātomagis domus
hec quam edificaui. Sed reſpicias ad orationem
ſerui tui ⁊ deprecationem eius vt exaudias domi
ne placationem orationis quam puer tuus orat
coram te hodie vt ſint oculi tui ſuper domū hāc
die ac nocte: i locū quē dixiſti inuocare nomē tuū:
⁊ exaudias orationem quā puer tuus orat in hoc
loco: ⁊ exaudias precationem pueri tui ⁊ populi
tui iſrael: ſi orauerint in loco iſto: ⁊ exaudias i lo-
co habitationis de celo: ⁊ exaudias ⁊ propitius
ſis ſi peccauerit vir in te.

¶ Explicit oratio ſalomonis.

¶ Incipit ꝓlogus in eſaiā ꝓphetam.

NEmo cum ꝓphetas
verſibus viderit eē deſcriptos
metro eos eſtimet apud hebre
os ligari ⁊ aliquid ſimile habe
re de pſalmis vel operibus ſalo
monis. Sed qđ in demoſthene
⁊ tullio ſolet fieri vt ꝑ cola ſcri
bantur ⁊ comata: qui vtiq; proſa ⁊ non verſibus
conſcripſerunt. Nos quoq; vtilitati legentiū ꝓ-
uidentes interpretationem nouam nouo ſcriben
di genere diſtinximus. Ac primum de eſaia ſcien
dum q̄ in ſermone ſuo diſertus ſit: quippe vt vir
nobilis ⁊ vrbane elegantie: nec habens quicq̄ in
eloquio ruſticitatis admixtum. Vnde accidit vt

pre ceteris florem ſermonis eius tranſlatio non
potuerit conſeruare. Deinde etiam hoc adijcien
dumqꝫ non tam propheta dicendus ſit ꝙ euan-
geliſta. Ita enim vniuerſa chriſti eccleſieqꝫ my-
ſteria ad liquidum proſecutus eſt: vt non putes
eum de futuro vaticinari: ſed de preteritis hyſto
Mat.vij.a. riam texere. Unde conijcio noluiſſe tunc tempo
ris ſeptuaginta interpretes fidei ſue ſacramen-
ta perſpicue ethnicis prodere ne ſanctum cani-
bus ⁊ margaritas porcis darent: que cum hanc
editionem legeritis ab illis animaduertetis ab-
ſcondita. Nec ignoro quanti laboris ſit prophe-
tas intelligere: nec facile quempiam poſſe iudi-
care de interpretatione: niſi intellexerit ante que
legerit. Nos quoqꝫ patere morſibus plurimorū:
qui ſtimulante inuidia: quod conſequi non valēt
deſpiciunt. Sciens ergo ⁊ prudens in flammam
mitto manum: ⁊ nihilominus hoc a faſtidioſis le
ctorib⁹ precor: vt quomodo greci poſt ſeptuagin-
ta tranſlatores aquilam ⁊ ſymmachum ⁊ theo-
dotionem legunt vel ob ſtudium doctrine ſue:
vel vt ſeptuaginta magis ex collatione eorum in
telligant: ſic ⁊ iſti ſaltem vnum poſt priores habe
re dignentur interpretem legāt prius ⁊ poſtea de
ſpiciant ne videantur non ex iudicio ſed ex odij
preſumptione ignorata damnare. Propheta-
uit autem Eſaias in Hieruſalem ⁊ in iudea nec-
dum decem tribubus in captiuitatem ductis: ac
de vtroqꝫ regno nunc cōmixtim: nunc ſeparatim
texit oraculum. Et cum interdum ad preſentem
reſpiciat hyſtoriam ⁊ poſt Babylonie captiuita
tem reditum populi ſignificent in iudeam: tamē
omnis eius cura de vocatione gentium: ⁊ de ad-
uentu chriſti eſt. Quem quanto plus amatis o
Paula ⁊ Euſtochium tanto magis ab eo peti-
te: vt pro obtrectatione preſenti qua me indeſi
nenter emuli laniant ipſe mihi mercedē reſtitu-
at in futuro: qui ſcit me ob hoc in peregrine lin
gue eruditione ſudaſſe: ne iudei de falſitate ſcri-
pturarum eccleſijs eius diutius inſultarent.

Explicit prologus.

Incipit argumentum.

Saias in hieruſalē
nobili genere ort⁹ ē ibiqꝫ pro-
phetauit. Sub Manaſſe re-
ge ſectus in duas partes occu
buit. Sepultuſqꝫ eſt ſub quer
cu rogel iuxta trāſitū aquarū
quas olim ezechias rex iacto
obſtruxerat puluere.

Explicit argumentum.

Incipit Eſaias propheta.

Capit. Sūma. Viſio Eſaie ſermo de
ira dn̄i cōtra iudeā ⁊ hierl'z ꝓpter pctā ſua: de
ceſſantib⁹ ⁊ reprobatis ſolēnitatib⁹: de futu-
ro lauacro quo peccata lauant: de increpa-
tione hierl'm ꝓpter ſpirituale meretricium.

Capitulum .j.

Iſio Eſaie filij a
Amos quam
vidit ſup Iu
dam ⁊ Hieru
ſalem in die-
bus ozie: ioa
tham achaz
⁊ ezechie re-
gum Iuda.
Audite celi ⁊
auribus perci-
pe terra qm̄ dn̄s locutus eſt. Filios enutriui
⁊ exaltaui: ipſi aūt ſpreuerunt me. Cognouit
bos poſſeſſorē ſuum ⁊ aſinus preſepe dn̄i ſui
iſrael autē me nō cognouit: ⁊ populus meus
non intellexit. Ve gēti peccatrici: populo gra
ui iniquitate: ſemini nequam: filijs ſceleratis.
Dereliquerunt dominū: blaſphemauerunt
ſanctū iſrael: abalienati ſunt retrorſum. Su- b
per quo percutiam vos vltra addentes preua
ricationem. Omne caput languidum ⁊ omne
cor merens. A planta pedis vſqꝫ ad verticem
non eſt in eo ſanitas. Vulnus ⁊ liuor ⁊ plaga
tumens: non eſt circumligata nec curata me
dicamine neqꝫ fota oleo. Terra veſtra deſer-
ta: ciuitates veſtre ſuccenſe ſunt igni. Regio- c
nem veſtram coram vobis alieni deuorant:
⁊ deſolabitur ſicut in vaſtitate hoſtili. Et de
relinquetur filia ſion vt vmbraculū in vinea
⁊ ſicut tugurium in cucumerario: ⁊ ſicut ciui Rom.ix.f.
tas que vaſtatur. Niſi dominus exercituum
reliquiſſet nobis ſemen quaſi ſodoma fuiſſe-
mus: ⁊ quaſi gomorra ſimiles eſſem⁹. Audite
verbum domini principes ſodomorū: percipi-
te auribus legem dei veſtri populus gomor-
re. Quo mihi multitudinem victimarū veſtra
rum: dicit dominus. Plenus ſum. Holocau- d
ſta arietum ⁊ adipem pinguium ⁊ ſanguinē
vitulorum ⁊ agnorum ⁊ hircorum nolui. Cū
veneritis ante conſpectum meum: quis que- Hiere.vj.c.
ſiuit hec de manib⁹ veſtris vt ambularetis in
atrijs meis. Ne afferatis vltra ſacrificiū fru
ſtra. Incenſum abominatio eſt mihi. Neo- Amos.v.f.
meniam ⁊ ſabbatum ⁊ feſtiuitates alias non
feram. Iniqui ſunt cetus veſtri. Calendas Hiere.vj.c.
veſtras ⁊ ſolennitates veſtras odiuit anima
mea. Facta ſunt mihi moleſta. Laboraui ſu-

ſtinens. Et cũ extenderitis manus veſtras: auer-
j.lix.a. tam oculos meos a vobis: ⁊ cum multiplicaueri
tis orationem non exaudiam. Manus enim ve
E ſtre ſanguine plene ſunt. Lauamini mundi eſto-
De pe.di.v te: auferte malum cogitationum veſtrarum ab
s.lauamini. oculis meis. Quieſcite agere perverſe: diſcite be-
nefacere. Querite iudicium: ſubuenite oppreſſo
iudicate pupillo: defendite viduam: ⁊ venite ⁊ ar
guite me dicit dominus. Si fuerint peccata ve-
ſtra vt coccinum: quaſi nix dealbabuntur: ⁊ ſi fue
rint rubra ſicut vermiculus: velut lana alba erũt
Si volueritis ⁊ audieritis me: bona terre come-
detis. Quod ſi nolueritis ⁊ me ad iracundiã pro-
uocaueritis: gladius deuorabit vos: q: os domi-
ni locutum eſt. Quomodo facta eſt meretrix ciui-
F tas fidelis: plena iudicij. Iuſticia habitauit in
ea: nunc autem homicide. Argentum tuum ver-
lxxxviij. diſt. ſum eſt in ſcoriam: vinum tuum mixtũ eſt aqua.
c. eijciens in Principes tui infideles ſocij furum. Omnes dili
fine. gunt munera: ſequuntur retributiones. Pupil-
Hiere. v. g. lo non iudicant: ⁊ cauſa vidue non ingreditur ad
illos. Propter hoc ait dominus deus exercituũ
fortis iſrael. Heu ego conſolabor ſuper hoſtibus
meis: ⁊ vindicabor de inimicis meis. Et conuer-
tam manum meam ad te: ⁊ excoquam ad purũ
ſcoriam tuam: ⁊ conferam omne ſtannum tuum:
⁊ reſtituam iudices tuos vt fuerunt prius: ⁊ conſi
liarios tuos ſicut antiquitus. Poſt hec vocabe-
G ris ciuitas iuſti: vrbs fidelis. Sion in iudicio re-
dimetur: ⁊ reducent eam in iuſticia. Et conteret
ſceleſtos ⁊ peccatores ſimul: ⁊ qui dereliquerũt
dominum: conſumentur. Confundentur enĩ ab
idolis quibus ſacrificauerunt. Et erubeſcetis ſu-
per hortis quos elegeratis cũ fueritis velut quer
cus defluẽtibus folijs: ⁊ velut hortus abſq; aqua.
Et erit fortitudo veſtra vt fauilla ſtupe: ⁊ opus
veſtrum quaſi ſcintilla: ⁊ ſuccendetur vtrunq;
ſimul: ⁊ non erit qui extinguat.

Capituli. Summarium. De morte chri-
ſti ⁊ eius paſſione: de aduentu eius: de reproba-
tione iudeorum: ⁊ exaltatiõe chriſti. Caplm. ij.

A Erbum quod vidit
Mich. iiij. Eſaias filius Amos ſuper Iu-
a. dam ⁊ Hieruſalem. Et erit in
nouiſſimis diebus preparatus
mons domus domini in verti-
ce montium: ⁊ eleuabitur ſuper
colles. Et fluẽt ad eum omnes
gentes: ⁊ ibũt populi multi ⁊ dicẽt. Uenite aſcẽ-
damus ad montẽ dñi: ⁊ ad domũ dei iacob: ⁊ do-
cebit nos vias ſuas: ⁊ ambulabimus in ſemitis
eius q: de Syon exibit lex ⁊ verbũ dñi de Hieru
B ſalem. Et iudicabit gentes: ⁊ arguet pplos mul
Mich. iiij. tos. Et cõflabũt gladios ſuos in vomeres ⁊ lan-
b. ceas ſuas in falces. Non leuabit gens cõtra gen
tem gladiũ: nec exercebunt vltra ad prelium. Do
mus Iacob venite: ⁊ ambulemus in lumine dei no
ſtri. Proiecisti enĩ populum tuũ domum Iacob

q: repleti ſunt vt olim: ⁊ augures habuerunt vt
philiſthijm ⁊ pueris alienis adheſerunt. Repleta
eſt terra argento ⁊ auro: ⁊ non eſt finis theſauro
rum eius. Et repleta eſt terra eius equis: ⁊ innu
merabiles quadrige eius. Et repleta eſt terra eius
idolis. Opus manuum ſuarum adorauerunt qd C
fecerunt digiti eorum. Et incuruauit ſe homo et
humiliatus eſt vir. Ne ergo dimittas eis. Ingre
dere in petram ⁊ abſcondere in foſſa humo a fa-
cie timoris dñi: ⁊ a gloria maieſtatis eius. Oculi
ſublimis hominis humiliati ſunt: ⁊ incuruabitur
altitudo virorum. Exaltabitur autem dñs ſolus
in die illa: q: dies dñi exercituum ſuper omnẽ ſu-
perbum ⁊ excelſum: ⁊ ſuper omnem arrogantẽ:
⁊ humiliabitur ſuper omnes cedros libani ſubli
mes ⁊ erectas: ⁊ ſuper oẽs quercus baſan ⁊ ſup
oẽs montes excelſos: ⁊ ſuper omnes colles eleua
tos: ⁊ ſuper oẽm turrim excelſam: ⁊ ſuper omnẽ
murum munitũ: ⁊ ſuper omnes naues tharſis ⁊
ſuper omne qd viſu pulchrũ eſt. Et incuruabitur D
ois ſublimitas hoim: ⁊ humiliabitur altitudo viro
rum. Et eleuabitur dñs ſolus in die illa: ⁊ idola
penitus cõterentur. Et introibunt in ſpelũcas pe-
trarũ ⁊ in voragines terre a facie formidinis dñi
⁊ a gloria maieſtatis eius cũ ſurrexerit percutere
terram. In die illa proijciet hõ idola argẽti ſui ⁊ ſi j.xxxj.d.
mulacra auri ſui q̃ fecerat ſibi: vt adoraret talpas
⁊ veſpertiliones. Et ingredietur ſciſſuras petrarũ Luc.xxiij.e
⁊ in cauernas ſaxorum a facie formidinis dñi ⁊ a
gloria maieſtatis eius cũ ſurrexerit percutere ter
ram. Quieſcite ergo ab homĩe cuius ſpũs in na-
ribus eius eſt: q: excelſus reputatus eſt ipſe.

Capi. Sũma. De homine chriſto q aufe-
ret a iuda omnes potentiam qua preualebant in
peccatis: ⁊ oẽm ornatum ſuperbie. Caplm. iij.

Cce enim domina- A
tor dñs exercituum auferet a
hieruſalem ⁊ a iuda validum ⁊
fortem. Omne robur panis et
omne robur aque ⁊ fortem ⁊ vi
rum bellatorem: ⁊ iudicem: et
prophetam ⁊ ariolum ⁊ ſenem
principem ſup quinquaginta: ⁊ honorabilẽ vultu ⁊
conſiliarium ⁊ ſapientes de architectis: ⁊ pruden
tem eloquij myſtici. Et dabo pueros principes
eorum: ⁊ effeminati dominabuntur eis. Et corruet
populus vir ad virum: et vnuſquiſq; ad proxi-
mum ſuum. Tumultuabitur puer contra ſenem ⁊
ignobilis contra nobilem. Apprehendet enim
vir fratrem ſuum domeſticum patris ſui ⁊ dicet.
Ueſtimentum tibi eſt princeps eſto noſter: ruina
autem hec ſub manu tua. Reſpondebitq; in die il
la dicens. Non ſum medicus: et in domo mea
non eſt panis neq; veſtimentum. Nolite conſti- B
tuere me principem populi. Ruit enim Hieruſa-
lem ⁊ iudas cõcidit q: lingua eorum ⁊ adinuen-
tiones eorum cõtra dñm: vt prouocarent oculos
maieſtatis eius. Agnitio vultus eorum reſpon-

debit eis ⁊ peccatum ſuum quaſi ſodoma pꝛedi
cauerunt nec abſconderunt. Ue anime eoꝝ: quo
niam reddita ſunt eis mala: dicite iuſto quoniā
bene quoniam fructum adinuentionum ſuarum
comedet. Ue impio in malum. Retributio eniꝫ
manuum eius fiet ei. Populum meum exacto-
res ſui ſpoliauerunt: et mulieres dominate ſunt
C eis. Popule meus qui te beatum dicunt ipſi
te decipiunt: et viam greſſuum tuoꝝ diſſipāt.
Stat ad iudicandum dominus: et ſtat ad iudicā
dos populos. Dominus ad iudicium veniet cū
Lu.xxi.f. ſenibus populi ſui ⁊ pꝛincipibus eius. Uos eniꝫ
depaſti eſtis vineam meaꝫ ⁊ rapina pauperis in
domo veſtra. Quare atteritis populum meum:
et facies pauperum commolitis dicit dominus
exercituum. Et dixit dominus deus. Pꝛo eo ꝙ
eleuate ſunt filie Sion: et ambulauerunt exten
to collo et nutibus oculoꝝum ibant: ⁊ plaudebāt
et ambulabant pedibus ſuis: et compoſito gra-
du incedebant. decaluabit dominus verticem. fi-
D liarum Sion: dominus crinem earuꝫ nudabit.
In die illa auferet dominus oꝛnamentum calcia
mentoꝛum et lunulas et toꝛques monilia ⁊ armil
las et mitras et diſcriminalia et periſcelides et
murenulas et olfactoꝛiola et inaures et anulos
et gemmas in fronte pendentes et mutatoꝛia et
palliola et lintheamina et acus et ſpecula et ſyn
dones et vittas et theriſtra. Et erit pꝛo ſuaui
odoꝛe fetoꝛ et pꝛo ꝫona funiculus et pꝛo criſpan-
ti crine caluicium at pꝛo faſcia pectoꝛali cilicium.
Pulcherrimi quoqꝫ viri tui gladio cadent: et
foꝛtes tui in pꝛelio. Et merebunt atqꝫ lugebunt
poꝛte eius: et deſolata in terra ſedebit.

Capituli Summarium. De ſeptem eccle
ſiis: de magnificētia hominis: et lauacro ſpiritua
li: et pꝛotectione eccleſie. Capitulum. iiij.

A T apprehēdēt ſe ſe
ptem mulieres virum vnum
in die illa dicentes. Panem
noſtrum comedemus et veſti-
mentis noſtris operiemur: tan
tummodo inuocetur nomē tu-
um ſuper nos: aufer oppꝛobꝛi
um noſtrum. In die illa erit germen domini in
magnificentia: et gloꝛia et fructus terre ſubli-
mis ⁊ exaltatio his qui ſaluati fuerint de Iſrael
Et omnis qui relictus fuerit in Sion: et reſidu
us in Hieruſalem ſanctus vocabitur omnis qui
ſcriptus eſt in vita in Hieruſalem. Si abluerit
dominus ſoꝛdes filiaruꝫ Sion: et ſanguinē Hie
ruſalem lauerit de medio eius in ſpiritu iudicij
et ſpiritu ardoꝛis. Et creabit dominus ſuper
omnem locum montis Sion: et vbi inuocatus
eſt: nubem per diem: et fumum et ſplendoꝛem
ignis flammantis in nocte. Super omnem enim
gloꝛiam pꝛotectio: et tabernaculum erit in vm-
bꝛaculo diei ab eſtu: et in ſecuritatem et abſcon
ſionem a turbine et a pluuia.

Capituli Summarium. De chꝛiſto et vi-
nea eius: pꝛedicatur repꝛobatio ipſius vinee pꝛo
pter diuerſas iniquitates: dānatur ebꝛietas cum
voluptate: de vocatione gentiuꝫ ad ſalutem.

Capitulum. v.

Antabo dilecto meo A Hiere.ij.d.
canticum patruelis mei vinee Mat.xxi.
ſue. Uinea factā eſt dilecto meo:
in coꝛnu filie olei. Et ſepiuit eā
et lapides elegit ex ea: et plan-
tauit vineam electam. Et edifi-
cauit turrim in medio eius: et
toꝛcular extruxit in ea. Et expectauit vt faceret
vuas ⁊ fecit labꝛuſcas. Nūc ḡ habitatoꝛes hierl'ꝫ
⁊ viri iuda: iudicate inter me ⁊ vineā meā. Quid
eſt quod debui vltra facere vinee mee ⁊ nō feci ei? B
An ꝙ expectaui vt faceret vuas et fecit labꝛu-
ſcas. Et nunc oſtēdā vobis quid ego faciā vinee
mee. Auferam ſepem eius: et erit in direptioēꝫ
Diruam maceriam eius: ⁊ erit in conculcationē
et ponam eam deſertam. Non putabitur ⁊ non
fodietur: et aſcendent ſuper eam vepꝛes ⁊ ſpine:
et nubibus mandabo ne pluant ſuper eam im
bꝛem. Uinea eñ dñi exercituum domus Iſrael
eſt ⁊ viri iuda germē delectabile eius. Expectaui
vt faceret iudicium: et ecce iniquitas: ⁊ iuſticiaꝫ: C
et ecce clamoꝛ. Ue qui coniungitis domū ad do-
mum: et agrum agro copulatis vſqꝫ ad terminū
loci. Nunquid habitabitis vos ſoli in medio ter
re? In auribus meis ſunt hec: dicit dominus ex-
ercituū. Niſi domus multe deſerte fuerint gran
des et pulchꝛe: et abſqꝫ habitatoꝛe. Decem eñ
iugera vinearum faciunt lagunculam vnam: et
triginta modij ſementis faciunt modios tres.
Ue qui conſurgitis mane ad ebꝛietatem ſectan
dam: et potandum vſqꝫ ad veſperā vt vino eſtue
tis. Cithara et lyra: et tympanum ⁊ tibia ⁊ vinū
in conuiuijs veſtris: ⁊ opus domini nō reſpicitis
nec opera manuū eius cōſideratis. Pꝛopterea D
captiuus ductus eſt populus meus: q2 non habu xj.q.iij.c. re
opus riſu dignum. In tempore viſitationis ſue
peribunt: non eſt his ſimilis pars iacob. Qui em̄
formauit omnia: ipſe eſt ⁊ iſrael virga heredita-
tis eius: dn̄s exercituum nomen illi. Congrega
de terra confuſionem tuam qui habitas in obſi-
dione: q: hec dicit dn̄s. Ecce ego longe proijciaȝ
habitatores terre in hac vice: ⁊ tribulabo eos: ita
vt non inueniantur. Ve mihi ſuper contritione
mea: peſſima plaga mea. Ego autem dixi. Pla
ne hec infirmitas mea eſt: ⁊ portabo illaȝ. Taber D
naculum meum vaſtatum eſt: oēs funiculi mei di
rupti ſunt. Filij mei exierunt a me: ⁊ nō ſubſiſtūt
Non eſt qui extendat vltra tentoriū meū: ⁊ eri-
gat pelles meas: q: ſtulte egerunt paſtores: ⁊ do
minum non queſierunt: ꝓpterea nō intellexerūt
⁊ oīs grex eorum diſperſus eſt. Vox auditionis:
ecce venit: ⁊ cōmotio magna de terra aquilonis:
vt ponat ciuitates iuda in ſolitudinem ⁊ habita-
culum draconuȝ. Scio dn̄e q: nō eſt hoīs via eiꝰ:
nec viri eſt vt ambulet ⁊ dirigat greſſus ſuos.
Corripe me domine veruntamen in iudicio ⁊ nō Pſ.lxxviii
in furore tuo: ne forte ad nihilum redigas me.
Effunde indignationem tuam ſuper gentes que
non cognouerunt te: ⁊ ſuper prouincias que no-
men tuum nō inuocauerunt: q: comederunt Ia-
cob: et deuorauerunt eum: ⁊ conſumpſerunt illū:
et decus eius diſſipauerunt.

¶ Capituli Sūma. ¶ De maledictione eius
qui non audit verbum dn̄i: de colligatione malo
rum: de pena pacti initi: de non orando pro eis:
q: impius nō ſanctificatur in ſacrificijs ſuis: de
oliua pulchra: ſe crucifigendum ꝑdixit dominus.

Capitulum .xj.

VErbum quod factū A
eſt a dn̄o ad Hieremiā dicēs:
Audite verba pacti huius: ⁊ lo
quimini ad viros iuda: ⁊ ad
habitatores hieruſalē: ⁊ dices
ad eos. Hec dicit dn̄s deus iſ
rael. Maledictus vir qui non
audierit verba pacti huius: quod precepi patri-
bus vr̄is in die qua eduxi eos de terra egypti de
fornace ferrea: dicēs. Audite vocē meam ⁊ facite
oīa que precepi vobis: ⁊ eritis mihi in populum:
⁊ ego ero vobis in deū: vt ſuſcitē iuramentuȝ qδ
iuraui patribꝰ vr̄is daturū me eis terrā fluēte la
cte ⁊ melle: ſicut eſt dies hec. Et rn̄di ⁊ dixi amen
dn̄e. Et dixit dn̄s ad me. Vociferare oīa vba hec
in ciuitatibꝰ iuda ⁊ foris hierzl': dicēs. Audite vba B
pacti huius et facite illa: quia conteſtans conte-
ſtatus ſuȝ patres veſtros in die qua eduxi eos de
terra egypti vſq͂ ad diem hanc. Mane conſur-
gens conteſtatus ſum: ⁊ dixi. Audite voceȝ meā:
⁊ non audierunt: nec inclinauerunt aurem ſuam:
ſed abierunt vnuſquiſq͂ in prauitate cordis ſui
mali. Et induxi ſuper eos omnia verba pacti hu-
ius: quod precepi vt facerent ⁊ non fecerunt. Et
dixit dominus ad me. Inuenta eſt coniuratio in
viris iuda ⁊ in habitatoribus hieruſalem. Reuer
ſi ſunt ad iniquitates patrum ſuorū priores: qui
noluerunt audire verba mea. Et hi ergo abierūt
poſt deos alienos vt ſeruirent eis. Irritū fecerūt
domus Iſrael ⁊ domus iuda pactum meum qδ
pepigi cum patribus eoruȝ. Quamobrem hec di
cit dominus. Ecce ego inducam ſuper eos mala:
de quibus exire non poterunt: ⁊ clamabunt ad C
me ⁊ non exaudiam eos. Et ibūt ciuitates iuda

ꝛ habitatores hieruſalem:ꝛ clamabunt ad eos
quibus libant:ꝛ non ſaluabunt eos in tempore
afflictionis eorum. Secundum numerum enim
ciuitatum erant dij tui iuda:ꝛ ſm numerum via-
rum tuarū hieruſalem poſuiſti aras confuſionis
ad libandum baalim. Tu ergo noli orare pro po
pulo hoc:ꝛ ne aſſumas pro eis laudē ꝛ orationē:
q2 non exaudiam in tempore clamoris eorum ad
De ipſe. di. me:in tempore afflictionis eorū. Quid eſt ꝙ di-
qui ſcele- lectus meus in domo mea facit ſcelera multa.
rate. Nunquid carnes ſancte auferent a te malitias
tuas in quibus gloriata es. Oliuam vberem:pul
chram:fructiferam:ſpecioſam vocauit dominus
nomen tuum. Ad vocem loquele grandis exarſit
ignis in ea:ꝛ combuſta ſunt fruteta eius. Et do-
minus exercituū qui plantauit te:locutus eſt ſu
per te malū pro malis domus iſrael ꝛ domus iu
da que fecerunt ſibi ad irritandum me:libantes
D baalim. Tu autem domine demonſtraſti mihi:et
cognoui:tu oſtendiſti mihi ſtudia eorum : ꝛ ego
quaſi agnus manſuetus qui portatur advictimā.
Et non cognoui quia cogitauerunt ſuper me con
ſilia:dicentes mittamus lignum in panem eius:
ꝛ eradamus eum de terra viuentium : ꝛ nomen
eius non memoretur amplius. Tu aūt dñe ſabaoth
qui iudicas iuſte:ꝛ probas renes ꝛ corda: videaꝫ
.xx.c. vltionem tuam ex eis. Tibi enim reuelaui cauſaꝫ
meam. Propterea hec dicit dñs ad viros ana-
thot:qui querunt animam tuam:ꝛ dicunt. Non
prophetabis in nomine domini:et non morieris
in manibus noſtris. Propterea hec dicit domi-
nus exercituum. Ecce ego viſitabo ſuper eos.
Iuuenes morientur in gladio:filij eorum ꝛ filie
eorum morientur in fame : et reliquie non erunt
ex eis. Inducam enim malum ſuper viros ana-
thot annum viſitationis eorum.

¶ Capituli Summarium. ¶ Diſputatur cum domino contra murmuratores: de flore malorū qui ſignantur : colligatio captiuitatis Hieruſalem: reprobatio ſynagoge:paſtorum condemnatio:de conuerſis ad dñm:ꝛ volentibus reuerti.

Capitulum. xij.

A Iob.xxi.a. Abacuc.i.a. Iuſtus quidem tu es
dñe:ſi diſputē tecum:verunta-
men iuſta loquar ad te. Quare
via impiorum pſperatur bene
eſt omnibus qui preuaricantur
ꝛ inique agunt. Plantaſti eos
ꝛ radicem miſerunt:proficiunt
ꝛ faciunt fructum:prope es tu ori eorum:ꝛ longe
a renibus eorum ꝛ tu dñe noſti me:vidiſti me : et
probaſti cor meum tecum. Congrega eos quaſi
gregem ad victimā:ꝛ ſanctifica eos in die occiſio
nis. Vſqꝫ quo lugebit terra:ꝛ herba omnis regio
nis ſiccabitur propter maliciam habitantium in
B ea. Cōſumptū eſt animal ꝛ volucre:quoniam dixerunt
nō videbit nouiſſima noſtra. Si cū peditibus cur
rens laboraſti:quō contēdere poteris cū equis.
Cū autē in terra pacis ſecurus fueris: quid facies
in ſuperbia iordanis. Naꝫ ꝛ fratres tui ꝛ domus
patris tui:etiā ipſi pugnauerunt aduerſum te:ꝛ
clamauerūt poſt te plena voce. Ne credas eis cū
locuti fuerint tibi bona. Reliqui domum meaꝫ di
miſi hereditatē meā. Dedi dilectam aīam meam
in manus inimicorū eius: facta eſt mihi heredi-
tas mea quaſi leo in ſilua. Dedi contra me vocē:
ideo odiui eam. Nūquid auis diſcolor hereditas
mea mihi. Nunquid auis tincta per totū. Veni- C
te cōgregamini omnes beſtie terre:properate ad
deuorandum. Paſtores multi demoliti ſunt vi-
neam meam conculcauerunt partem meam. De
derunt portionē meam deſiderabilem in deſertuꝫ
ſolitudinis:poſuerūt eam in diſſipationē:luxitqꝫ
ſuper me. Deſolatiōe deſolata eſt omnis terra:
quia nullus eſt qui recogitet corde. Super om̄es
vias deſerti venerunt omnes vaſtatores terre:q2
gladius domini deuorabit ab extremo terre vſqꝫ
ad extremum eius. Non eſt pax vniuerſe carni.
Seminauerunt triticū:ꝛ ſpinas meſſuerunt he
reditatem acceperūt:ꝛ non eis proderit. Cōfun- D
demini a fructibus veſtris propter iram furoris
domini. Hec dicit dñs aduerſum omnes vicinos
meos peſſimos:qui tangunt hereditatem quam
diſtribui populo meo iſrael. Ecce ego euellā eos
de terra ſua:ꝛ domum iuda euellam de medio eo
rum. Et cum euulſero eos conuertar ꝛ miſerebor
eorum:ꝛ reducam eos:virum ad hereditatē ſuā:
ꝛ virum in terram ſuam. Et erit ſi eruditi didice
rint vias populi mei vt iurent in nomine meo :
viuit dominus:ſicut docuerunt populum meū iu
rare in baal:edificabuntur in medio populi mei.
Quod ſi non audierint:euellam gentem illā euul
ſione ꝛ perditione:ait dominus.

¶ Capituli Summarium. ¶ De ſignificatione lumborum putrida:de laguncula:ꝛ de ebrietate malorum:de montibus tenebroſis: de tranſlatione iude propter iniquitates plurimas ꝛ impenitentiam populi.

Capitulum. xiij.

Hec dicit dominus ad A
me. Vade ꝛ poſſide tibi lum-
bare lineum:ꝛ pones illud ſu-
per lumbos tuos: e in aquam
non inferes illud. Et poſſedi
lumbare iuxta verbum dñi : et
poſui circa lumbos meos. Et
factus eſt ſermo dñi ad me ſecūdo:dicēs. Tolle lū
bare quod poſſediſti:qd eſt circa lumbos tuos:ꝛ
ſurgens vade ad euphratē : ꝛ abſconde ibi illud
in foramine petre. Et abij ꝛ abſcōdi illud in eu-
phrate ſicut preceperat mihi dñs. Et factum eſt
poſt dies plurimos:dixit dñs ad me. Surge ꝛ va
de ad euphratem:ꝛ tolle inde lumbare quod pre
cepi tibi vt abſconderes illud ibi. Et abij ad
euphratem ꝛ fodi ꝛ tuli lumbare de loco vbi ab-
ſconderam illud. Et ecce computruerat lumbare
ita vt nulli vſui aptum eſſet. Et factum eſt ver-

bum dñi ad me dicens. Hec dicit dñs. Sic com
putreſcere faciam ſuperbiam iuda: ⁊ ſuperbiam
hieruſalē multam populum iſtū peſſimū qui no
lunt audire verba mea: ⁊ ambulant in ꝑrauitate
cordis ſui: abieruntq; poſt deos alienos: vt ſuiȷ̄t
eis: et adorarent eos. Et erunt ſicut lūbare iſtō
quod nulli vſui aptum eſt. Sicut enim adheret
lumbare ad lūbos viri: ſic agglutinaui mihi om-
nem domum iſrael: et omnem domū iuda dixit
dominus: vt eſſent mihi in populū: ⁊ in nomē et
in laudem: et in gloriam: ⁊ nō audierūt. Dices
ergo ad eos ſermonē iſtuꝫ. Hec dicit dñs deus
iſrael. Omnis lagūcula implebitur vino. Et di-
cent ad te. Nunquid ignoramus: q: omnis lagū
cula implebitur vino. Et dices ad eos. Hec dicit
dominus. Ecce ego iplebo oēs habitatores ter-
re huius: et reges qui ſedent de ſtirpe dauid ſuꝑ
thronū ei⁹ ⁊ ſacerdotes et prophetas: et omnes
C habitatores hieruſalem ebrietate: ⁊ diſpergam
eos virum a fratre ſuo ⁊ patres et filios pariter
ait dominus. Nō parcam ⁊ nō concedam neq;
miſerebor vt nō diſperdam eos. Audite ⁊ aurib⁹
percipite: nolite eleuari: q: dominus locutus eſt
Date dño deo veſtro gloriā anteq̄ tenebreſcat
et anteq̄ offendam pedes veſtri ad mōtes caligi
noſos. Expectabitis lucem et ponet eam in vm
bram mortis: ⁊ in caliginem. Quod ſi hoc non
audieritis in abſcōdito: plorabit anima mea a fa
cie ſuperbie. Plorans plorabit ⁊ deducet ocul⁹
j.xxxj.c. meus lachrymam quia captus eſt grex domini.
Treno.ij.a. Dic regi ⁊ dominatrici. Humiliamini: ſedete in
terra: qm̄ deſcendet de capite veſtro corona glo-
rie veſtre. Ciuitates auſtri clauſe ſunt: ⁊ non eſt
qui aperiat. Tranſlata eſt omnis iuda tranſmi-
D gratione perfecta. Leuate oculos veſtros ⁊ vide
te: qui veniunt ab aquilone. Ubi eſt grex qui
datus eſt tibi pecus inclytum tuū. Quid dices
cum viſitauerit te. Tu em̄ docuiſti eos aduerſuꝫ
te ⁊ erudiſti in caput tuū. Nunquid nō dolores
apprehendent te quaſi mulierem parturientem
j.xxx.c. Quod ſi dixeris in corde tuo: quare venerunt mi
hi hec. Propter multitudinem iniquitatis tue
reuelata ſunt verecundiora tua pollute ſunt plā
te tue. Si mutare poteſt ethiops pellem ſuam:
aut pardus varietates ſuas ⁊ vos poteritis be-
nefacere cum didiceritis maluꝫ. Et diſſeminabo
eos quaſi ſtipulam que vento raptatur in deſer-
to. Hec ſors tua parſq; menſure tue a me dicit
dñs. q: oblita es mei: ⁊ cōfiſa es in mēdacio. Un
de et ego nudaui femora tua contra faciem tuā
et ꝑparuit ignominia tua: adulteria tua: ⁊ hin
nitus tuus: ſcelus fornicationis tue. Suꝑ colles
in agro vidi abominationes tuas. Ue tibi hieru
ſalē. Nō mūdaberis poſt me. Uſq; quo adhuc.

¶ Capituli Summariū. ¶ De inopia pluuie
vox penitentium: obſtinatis non proſunt ieiunia
preces nec victime: de pſeudo prophetis: de lu-
gendo propter contritionem populi: interroga
tur dominus de protectione populi iude.

Capitulum. xiiij.

QUod factum eſt ver A
bū dñi ad hieremiā de ſermo
nibus ſiccitatis. Luxit iudea:
et porte ei⁹ corruerūt ⁊ obſcu
rate ſunt i terra: ⁊ clamor hie
ruſalē aſcēdit. Maiores miſe
runt minores ſuos ad aquam
venerūt ad hauriendū. Nō inuenerūt aquam re
portauerūt vaſa ſua vacua. Confuſi ſunt ⁊ affli-
cti: ⁊ operuerūt capita ſua ꝓpter terre vaſtitatē
quia nō venit pluuia in terrā. Confuſi ſunt agri
cole: operuerūt capita ſua: nam ⁊ cerua in agro
peperit ⁊ reliquit: quia nō erat herba. Et ona-
gri ſteterunt in rupibus traxerūt ventum quaſi
dracones defecerūt oculi eorum: quia non erat
herba. Si iniq̄tates nr̄e rñderit nobis dñe fac
propter nomē tuū: qm̄ multe ſūt auerſiones no B
ſtre. Tibi peccauimus expectatio iſrael: ſaluator
eius in tempore tribulationis. Quare quaſi co-
lonus futurus es in terra: et quaſi viator decli-
nans ad manēdum? Quaſi futurus es velut vir
vagus ⁊ fortis: qui non poteſt ſaluare? Tu auteꝫ
in nobis es dñe: ⁊ nomē tuū inuocatū eſt ſuper
nos: ne derelinquas nos. Hec dicit dñs populo
huic qui dilexit mouere pedes ſuos ⁊ nō quieuit
et dño nō placuit. Nunc recordabitur iniquita
tum eorum: ⁊ viſitabit peccata eorum. Et dixit s.vij.c.
dñs ad me. Noli orare pro populo iſto in bonū
Cum ieiunauerint: nō exaudiam preces eorum:
et ſi obtulerint holocauſtomata ⁊ victimas non
ſuſcipiam ea quoniam gladio ⁊ fame ⁊ peſte ego s.j.b.
cōſumam eos. Et dixi. A a a domine deus. Pro
phete dicūt eis. Non videbitis gladiū: ⁊ fames
non erit in vobis: ſed pacem veram dabit in lo-
co iſto. Et dixit dñs ad me. Falſo prophete vati C
cinantur in nomine meo. Nō miſi eos ⁊ non pre j.xxiij.
cepi eis: neq; locutus ſum ad eos. Uiſionē men vij.
dacem ⁊ diminutionem fraudulentā ⁊ ſeductio-
nem cordis ſui prophetant vobis. Idcirco hec
dicit dominus de prophetis qui prophetant in
nomine meo quos ego nō miſi: dicētes: gladius
et fames non erit in terra hac. In gladio ⁊ fame
cōſumentur prophete illi: et populi quibus pro-
phetauerunt erunt proiecti in vijs hieruſalē pre
fame et gladio: ⁊ nō erit qui ſepeliat eos: ipſi et
vxores eoruꝫ filij ⁊ filie eorum: ⁊ effundant ſuper
eos malum ſuum. Et dices ad eos verbū iſtud.
Deducant oculi mei lachrymam per noctem et Treno.
diē ⁊ nō taceant: qm̄ contritione magna cōtrita
eſt virgo filia popli mei: plaga peſſima vehemen D
ter. Si egreſſus fuero ad agros: ecce occiſi gla-
dio. Et ſi introiero in ciuitatem: ecce attenuati
fame. Propheta quoq; et ſacerdos abierunt in
terram quam ignorabant. Nunquid proijciens
abieciſti iudam: aut ſion abominata eſt anima
tua? Quare ergo percuſſiſti nos: ita vt nulla s.viij.c.
ſit ſanitas? Expectauimus pacem: et non eſt
bonū: ⁊ tēpus curatōis: ⁊ ecce turbatio. Cogno
uimus dñe impietates noſtras iniquitates pa-
trum noſtrorū: q: peccauimus tibi. Ne des nos

in opprobrium propter nomen tuum:neqꝫ facias
nobis contumeliam. Soli glorie tue recordare:
ne irritū facias fedus tuū nobiſcū. Nunqd ſunt
in ſculptilibus gentiū qui pluant:aut celi pn̄t da
re imbres. Nonne tu es dn̄s deus noſter quē ex
pectauimus. Tu enim feciſti omnia hec.

¶ Capi. Summa. ¶ Dicit dn̄s ſe nō flecti ꝑ pre
cibus prophetarum ſcilicet moyſi ⁊ ſamuelis: ⁊
emittit eos ad quattuor plagas: ſcꝫ mortis: gla
dij: fame ⁊ captiuitatis: de paſſione domini pre
dicatur: de vltione domini in iudeos: defert vox
domini ad predicatorem. Capitulum. xv.

A T dixit domin⁹ ad
me. Si ſteterint moyſes ⁊ Sa
muel coram me: non eſt anima
mea ad populū iſtum. Eijce il
los a facie mea: ⁊ egrediantur.
Qd ſi dixerint ad te: quo egre
diemur: dices ad eos. Hec di
Zacha. xj. b. cit dn̄s. Qui ad mortē: ad mortē: ⁊ qui ad gladiū
ad gladiū: ⁊ qui ad famē: ad famē: ⁊ qui ad capti
uitatē ad captiuitatē. Et viſitabo ſuꝑ eos quat
tuor ſpecies: dicit dn̄s. Gladiū ad occiſionē: ⁊ ca
nes ad lacerandū: ⁊ volatilia celi ⁊ beſtias terre
ad deuorandum ⁊ diſſipandum: ⁊ dabo eos in fer
uorem vniuerſis regnis terre propter manaſſem
filium ezechie regis iuda ſuper omnibus que fe
cit in hieruſalem. Quis enim miſerebitur tui hie
B ruſalez. Aut quis contriſtabitur pro te. Aut quis
ibit ad rogandū pro pace tua. Tu reliquiſti me
dicit dominus: retrorſum abijſti. Et extendaz ma
8. vj. c. num meam ſuper te: ⁊ interficiam te. Laboraui
rogans. Et diſperdam eos ventilabro in portis
terre. Interfeci ⁊ diſperdidi populum meum: et
tamen a vijs ſuis non ſunt reuerſi. Multiplicate
ſunt mihi vidue eius ſuper arenam maris. Indu
xi eis ſuper matrem adoleſcentis vaſtatorem me
ridie: miſi ſuper ciuitates repente terrorem. In
Amos. viij. c. firmata eſt que peperit ſeptē: defecit anima eius.
Occidit ei ſol cum adhuc eſſet dies: confuſa eſt ⁊
rubuit. Et reſiduos eius in gladium dabo in con
ſpectu inimicorum eorum ait dominus. Ve mihi
C mater mea. Quare genuiſti me virum rixe: viruꝫ
diſcordie in vniuerſa terra. Non feneraui: nec fe
nerauit mihi quiſqꝫ. Omnes maledicunt mihi: di
cit dominus. Si non reliquie tue in bonum non
occurri tibi in tempore afflictionis: ⁊ in tempore
tribulationis aduerſus inimicum. Nunquid fede
rabitur ferrum ferro ab aquilone et es. Diui
tias tuas ⁊ theſauros tuos in direptionem dabo
Deuteronō. xxxij. c. gratis in omnib⁹ peccatis tuis: ⁊ in omnibus ter
minis tuis. Et adducam inimicos tuos de terra
quam neſcis: quia ignis ſuccenſus eſt in furore
meo ⁊ ſuper vos ardebit. Tu ſcis domine: recorda
re mei ⁊ viſita me: ⁊ tuere me ab his qui perſequū
D tur me. Noli in patientia tua ſuſcipere me. Sci
to quoniam ſuſtinui propter te opprobriuꝫ. In
uenti ſunt ſermones tui ⁊ comedi eos: ⁊ factū eſt
mihi verbum tuum in gaudium ⁊ in leticiam cor
dis mei: quoniam inuocatum eſt nomen tuum ſu
per me domine deus exercituum. Non ſedi in cō xj. q. ō. iij. c.
ſilio ludentiuꝫ: ⁊ gloriatus ſum a facie manus tue. qn̄ ergo.
Solus ſedebam quoniam amaritudine repleſti
me. Quare factus eſt dolor meus ꝑpetuus ⁊ pla
ga mea diſperabilis renuit curari. Facta eſt mi
hi quaſi mendacium aquarum infidelium. Pro
pter hoc hec dicit dominus Si conuerteris con
uertam te: ⁊ ante faciem meam ſtabis: ⁊ ſi ſepara
ueris precioſum a vili: quaſi os meum eris. Con 8. j. b.
uertentur ipſi ad te: ⁊ tu non conuerteris ad eos
Et dabo te populo huic in murum ereum fortez
⁊ bellabunt aduerſum te: ⁊ nō preualebunt: quia
ego tecum ſum vt ſaluem te: ⁊ eruam te: dicit do
minus. Et liberabo te de manu peſſimorum: et
redimam te de manu fortium.

¶ Capituli Summarium. ¶ De futura cala
mitate iudeorum: de populo chriſtiano venturo
ex gentibus. Capitulum. xvj.

T factum eſt verbuz A
domini ad me: dicens. Non ac
cipies vxorem: ⁊ non erunt tibi
filij ⁊ filie in loco iſto. Quia hec
dicit domin⁹ ſuper filios ⁊ filias
qui generantur in loco iſto: ⁊ ſu
per matres eoruꝫ qui genuerūt
eos ⁊ ſuper patres eorum de quorum ſtirpe ſunt
nati in terra hac. Mortibus egrotationum mo
rientur non plangentur ⁊ non ſepelientur: in ſter
quilinium ſuper faciem terre erunt. Et gladio ⁊
fame conſumentur: ⁊ erit cadauer eorum in eſcaꝫ
volatilibus celi ⁊ beſtijs terre. Hec enim dicit do
minus. Ne ingrediaris domum conuiuij: neqꝫ va
das ad plangenduꝫ neqꝫ conſoleris eos: quia ab
ſtuli pacem meam a populo iſto dicit dominus B
miſericordiam ⁊ miſeratiões. Et morientur grā
des ⁊ parui in terra iſta non ſepelientr neqꝫ plā
gentur: ⁊ non ſe incident: neqꝫ caluitium fiet pro
eis. Et non frangent inter eos lugenti paneꝫ ad
conſolandum ſuper mortuo: ⁊ nō dabunt eis po
tum calicis ad conſolandum ſuper patre ſuo et
matre. Et domum conuiuij non ingrediaris: vt
ſedeas cum eis ⁊ comedas ⁊ bibas. Quia hec di
cit dominus exercituum deus iſrael. Ecce ego au
feraꝫ de loco iſto in oculis veſtris: ⁊ in diebus ve
ſtris vocem gaudij: ⁊ vocem leticie: vocem ſponſi
⁊ vocem ſponſe. Et cum annunciaueris populo
huic omnia verba hec: ⁊ dixerint tibi: quare locu
tus eſt dominus ſuper nos omne malum grande 8. v. c.
iſtud. Que iniquitas noſtra: aut quod peccatum
noſtrum quod peccauimus domino deo noſtro: C
dices ad eos. Quia dereliquerunt me patres ve
ſtri: ait dominus. Et abierunt poſt deos alienos
⁊ ſeruierunt eis ⁊ adorauerunt eos: ⁊ me dereli
querunt: ⁊ legem meā nō cuſtodierūt. Sed ⁊ vos
peius opati eſtis ꝙ patres veſtri. Ecce em̄ ambu 8. vij. f.
lat vnuſquiſqꝫ poſt prauitateꝫ cordis ſui mali: vt

i me nõ audiat. Et eijciam vos de terra hac: in ter-
ram quam ignoratis vos ⁊ patres veſtri ⁊ ſeruie-
tis ibi dijs alienis die ac nocte qui non dabunt
xxiij.d vobis requiem. Propterea ecce dies venient: di-
cit dominus: ⁊ non dicetur vltra: viuit dominus
qui eduxit filios iſrael de terra egypti: ſed viuit
domin⁹ qui eduxit filios Iſrael de terra aquilo-
nis: ⁊ de vniuerſis terris ad quas eieci eos: ⁊ re-
ducam eos in terram ſuam quam dedi patribus
D eorum. Ecce ego mittam piſcatores multos: di-
cit dominus: ⁊ piſcabuntur eos. Et poſt hec mit-
tam eis multos venatores: ⁊ venabuntur eos de
omni monte: ⁊ de omni colle: ⁊ de cauernis petra-
rum: quia oculi mei ſuper omnes vias eorũ. Nõ
ſunt abſcondite a facie mea: ⁊ non fuit occulta
iniquitas eorum ab oculis meis. Et reddam pri-
mum duplices iniquitates ⁊ peccata eorum: q̃r
contaminauerunt terram meam in morticinis
idolorum ſuorum: ⁊ abominationibus ſuis imple-
uerunt hereditatem meam. Domine fortitudo
mea ⁊ robur meum ⁊ refugium meum in die tri-
bulationis. Ad te gentes venient ab extremis ter-
re: ⁊ dicent vere mendacium poſſederunt patres
noſtri: vanitatem que eis non profuit. Nunquid
faciet ſibi homo deos: ⁊ ipſi non ſunt dij. Idcir-
co ecce ego oſtendam eis per vicem hanc: oſten-
dam eis manum meam ⁊ virtutem meam: ⁊ ſciẽt
quia nomen mihi dominus.

Ca. Sũ. De obſtinatione iudeorum: ma-
ledicitur qui confidit in homine: benedicit̃ qui cõ-
fidit in dño deo: de perditiõe dyabolica: de impre-
catione hieremie ſuper ppl'm peccatorẽ: de patiẽ-
tia: de obſeruatione ſabbati. Capl'm. xvij.

A Peccatum iuda ſcri-
ptum eſt ſtilo ferreo in vngue
adamantino: exaratũ ſuper la-
titudinẽ cordis eorum: ⁊ in cor-
nibus ara⁊ eo⁊. Cũ recordati
fuerint filij eorum ara⁊ ſuarũ
⁊ lucorum: lignorumq̃ frondẽ-
tium in montibus excelſis: ſacrificantes in agro
fortitudinem tuam: ⁊ omnes theſauros tuos in
direptionem dabo. Excelſa tua propter peccata
in vniuerſis finibus tuis. Et relinqueris ſola ab
hereditate tua quam dedi tibi: ⁊ ſeruire te faciã
inimicis tuis in terra quam ignoras. Quoniam
ignem ſuccendiſti in furore meo vſq̃ in eternum
i. xlviij. a. ardebit. Hec dicit dominus. Maledictus homo
qui confidit in homine: ⁊ ponit carnem brachiũ
ſuum ⁊ a domino recedit cor eius. Erit enĩ quaſi
myrice in deſerto ⁊ non videbit cũ venerit bonũ
ſed habitabit in ſiccitate in deſerto in terra ſalſu-
ginis ⁊ inhabitabili. Benedictus vir qui cõfidit
in domino: ⁊ erit domin⁹ fiducia eius. Erit quaſi
lignum quod tranſplantatur ſuper aquas quod
ad humorem mittit radices ſuas: ⁊ non timebit
B cum venerit eſtus. Et erit folium eius viride: et
Ps. i. b. in tempore ſiccitatis non erit ſollicitum: nec ali-
quando deſinet facere fructum. Prauum eſt cor
hominis ⁊ inſcrutabile. Quis cognoſcet illud. Ego
dominus ſcrutans cor ⁊ probans renes: qui do
vnicuiq̃ iuxta viam ſuam: ⁊ iuxta fructum adin-
uentionũ ſuarũ. Perdix fouit que non peperit.
Fecit diuitias ⁊ non in iudicio. In dimidio die-
rum ſuorum derelinquet eas: ⁊ in nouiſſimo ſuo
erit inſipiens. Solium glorie altitudinis a prin-
cipio: locus ſanctificationis noſtre expectatio iſ-
rael. Dñe oẽs qui te derelinquunt cõfundent̃: re-
cedentes a te in terra ſcribentur: q̃m dereliq̃ue-
runt venam aquarum viuentium dñm. Sana me
dñe: ⁊ ſanabor: ſaluũ me fac: ⁊ ſaluus ero: quoniã
laus mea tu es. Ecce ipſi dicunt ad me. Ubi eſt
verbum domini. Ueniat. Et ego non ſum turba-
tus te paſtorem ſequens: ⁊ diem hominis non
desideraui: tu ſcis. Quod egreſſum eſt de labijs C
meis: rectum in conſpectu tuo fuit. Non ſis tu
mihi formidini: ſpes mea tu in die afflictiõis. Cõ-
fundantur qui me perſequuntur: ⁊ non cõfundar
ego: paueant illi: ⁊ non paueã ego. Induc ſuper
eos diem afflictionis: ⁊ duplici contritione con-
tere eos. Hec dicit dominus ad me. Uade ⁊ ſta
in porta filiorũ populi per quam ingrediuntur
reges iuda ⁊ egrediuntur: ⁊ in cunctis portis hie-
ruſalem: ⁊ dices ad eos. Audite verbum domini
reges iuda: ⁊ omnis iuda: cunctiq̃ habitatores
hieruſalẽ: qui ingredimini per portas iſtas. Hec
dicit dominus. Cuſtodite animas veſtras: ⁊ noli-
te portare pondera in die ſabbati: nec inferatis
per portas Hieruſalem: ⁊ nolite eijcere onera de
domibus veſtris in die ſabbati: ⁊ omne opus nõ
facietis. Sanctificate diem ſabbati: ſicut precepi
patribus veſtris. Et non audierunt: nec inclina-
uerunt aurem ſuam: ſed indurauerunt ceruicem
ſuam ne audirent me: ⁊ ne acciperent diſciplinã.
Et erit ſi audieritis me dicit dominus: vt non in- D
feratis onera per portas ciuitatis huius in die
ſabbati. Et ſi ſanctificaueritis diem ſabbati: ne
faciatis in eo omne opus: ingredientur p̃ portas
ciuitatis huius reges ⁊ principes ſedentes ſuper
ſolium dauid: ⁊ aſcendentes in curribus ⁊ equis:
ipſi ⁊ principes eorum: viri iuda ⁊ habitatores
Hieruſalem: ⁊ habitabit̃ ciuitas hec in ſempiter-
num. Et venient de ciuitatibus iuda ⁊ de circui-
tu Hieruſalem: ⁊ de terra beniamin: et de campe-
ſtribus: ⁊ de montuoſis: et ab auſtro portantes
holocauſtum ⁊ victimã ⁊ ſacrificium et thus: ⁊
inferent oblationem in domum domini. Si autẽ
non audieritis me: vt ſanctificetis diẽ ſabbati:
et ne portetis onus: ⁊ ne inferatis per portas
Hieruſalem in die ſabbati: ſuccendam ignem in
portis eius: et deuorabit domos Hieruſalem: et
non extinguetur.

Capituli Summarium. Oſtenditur pro-
phete quia ſumus vaſa figuli: dominus malos
frangit ſicut figulus lutum: de poſſeſſione chriſti
ſub figura perſecutiõis eius et vltione in iudeos.

Capitulum. xviij.

A VErbum quod factuȝ
eſt ad hieremiā a dño : dicens.
Surge ꝛ deſcēde in domū figu
li:ꝛ ibi audies v̄ba mea.Et de
ſcendi in domum figuli : ꝛ ecce
ipſe faciebat opus ſuper rotā:
et diſſipatū eſt vas qḋ ipſe fa-
ciebat e luto manibꝰ ſuis . Cōuerſuſq; fecit illḋ
vas alterū ſicut placuerat in oculis eius vt face
Ro.ix.e. ret.Et factū eſt verbū dñi ad me dicēs . Nūqd
ſicut figulus iſte nō,potero vobis facere domus
iſrael:ait dñs.Ecce ſicut lutū in manu figuli:ſic
vos domꝰ iſrl̄ in manu mea.Repēte loquar ad-
xxij.qō.iiij. c.incommutabilis. uerſū gētē ꝛ aduerſus regnū vt eradicē ꝛ deſtruā
et diſperdā illud.Si penitētiaȝ egerit gens illa
B a malo ſuo qḋ locutꝰ ſum aduerſus eā :agā ego
De pe. di.j c.ſi agamꝰ. pniaȝ ſuper malo qḋ cogitaui vt facerē ei:ꝛ ſubi
to loquar de gēte ꝛ de regno:vt edificē ꝛ plantē
illud.Si fecerit malū i oculis meis vt nō audiat
vocē meā:pniam agā ſup̱ bono qḋ locutus ſum
vt facerem ei.Nūc ergo dic viro iude et habita-
tori hierl̄m:dicens.Hec dicit dñs.Ecce ego fin
go cōtra vos malū:ꝛ cogito cōtra vos cogitatio
j.xxv.b. j.xxxv.c. neȝ.Reuertaꝛ vnuſqſq; a via ſua mala:ꝛ dirigite
vias veſtras ꝛ ſtudia veſtra.Qui dixerūt.Deſpe
rauimus.Poſt cogitationes em̄,noſtras ibimꝰ:
C et vnuſqſq; prauitatē cordis ſui mali faciemus.
Eſa.lxvj.c. Ideo hec dicit dñs.Interrogate gētes . Quis
audiuit talia horribilia que fecit nimis virgo iſ-
rael.Nunquid deficiet de petra agri nix libani:
aut euelli poſſunt aque erūpentes frigide et de
fluētes.Quia oblitus eſt mei populus meus fru
ſtra libantes ꝛ impingentes in vijs ſuis ꝛ in ſemi
j.xix.c.xlix. c.ꝛ.l.c. tis ſeculi:vt ambularent per eas in itinere non
trito vt fieret terra eoꝝ in deſolationē ꝛ in ſibi-
lum ſempiternum.Omnis qui preterierit eam:
obſtupeſcet:et mouebit caput ſuum ſicut ventꝰ
vrens diſpergam eos coraȝ inimicos dorſum et
non faciem oſtendam eis in die perditionis eo-
xcij.diſt.c. diaconi:ibi Nunc aūt. rum.Et dixerunt . Venite et cogitemus contra
Hieremiam cogitationes . Non enim peribit
lex a ſacerdote : neq; concilium a ſapiente : nec
D ſermo a propheta . Venite et percutiamus euȝ
lingua : et non attendamus ad vniuerſos ſermo
nes eius.Attende domine ad me:et audi vocem
aduerſariorū meorum.Nunquid reddetur pro
bono malum:quia foderunt foueam anime mee
Recordare ꝙ ſteterim in conſpectu tuo:vt loque
retur pro eis bonū:et auerteram indignationē
tuam ab eis.Propterea da filios eorum in famē
et deduc eos in manus gladij . Fiant vxores eo-
rum abſq; liberis et vidue:ꝛ viri earum interfi-
ciantur morte.Iuuenes eorum confodiātur gla
dio in prelio audiatur clamor de domibus eoruȝ
Adduces enim ſuper eos latroneȝ repente:quia
foderunt foueam vt caperent me:et laqueos ab
ſconderunt pedibus meis . Tu autem domine
ſcis omne conciliuȝ eorum aduerſum me in mor-
tem. Ne propitieris iniquitati eorum : ꝛ pec-
catum eorum a facie tua non deleatur . Fiant
corruentes in conſpectu tuo : in tempore furo-
ris tui abutere eis.

¶ Capituli Summarium. ¶ Per contritio-
nem laguncule in ennō ſignificatur contritio hie
ruſalem propter idolatriam ipſius ennon.

Capitulum.xix.

HEc dicit dominus.
Vade et accipe lagunculam A
figuliſteam de ſenioribus po-
puli:et de ſenioribus ſacerdo
tum:ꝛ egredere ad valleȝ filio
rum ennō que eſt iuxta introi
tum porte fictilis:et predica-
bis ibi verba que ego loquor: ad te ꝛ dices.Au-
dite verbū domini reges iuda ꝛ habitatores hie s.vj.c.
ruſalem.Hec dicit dominus exercituū deus iſra- ꝛ.l.eo.
el.Ecce ego inducam afflictionem ſuper locum
iſtum:ita vt omnis qui audierit illam tinniant
aures eius:eo ꝙ dereliquerunt me:ꝛ alienū fece
runt locum iſtum ꝛ libauerunt in eo dijs alienis
quos neſcierūt ipſi ꝛ patres eorum ꝛ reges iuda B
et repleuerunt locum iſtum:ſanguine innocētū
et edificauerunt excelſa baaliȝ ad comburēdos
filios ſuos igni in holocauſtum baalim que non
precepi:nec locutus ſum:nec aſcenderunt in cor
meum.Propterea ecce dies venient dicit dñs:
et non vocabitur amplius locus iſte tophet : et
vallis filij ennon:ſed vallis occiſionis . Et diſſi-
pabo concilium iuda:ꝛ hieruſalem in loco iſto:
et ſubuertam eos gladio in conſpectu inimicoꝝ
ſuorum et in manu querentium animas eorum:
et dabo cadauera eorum eſcam volatilibus celi
et beſtijs terre:et ponam ciuitatem hanc in ſtu
porē et in ſibilū.Oīs qui p̄terierit pereaȝ obſtu C
peſcet:et ſibilabit ſup vniuerſa plaga eiꝰ.Et ci- s.xviij.c.
babo eos carnibꝰ filioꝝ ſuoꝝ ꝛ carnibꝰ filiaꝝ ſuaꝝ j.xlix.ꝛ.l.c.
et vnuſquiſq; carnes amici ſui comedet in obſi-
dione: ꝛ in anguſtia in qua concludēt eos inimi
ci eorum:ꝛ qui querūt aīas eorū.Et cōteres la-
gunculā in oculis viroꝝ qui ibunt tecum. Et di
ces ad eos.Hec dicit dominus exercituum.Sic
conteram populum iſtum ꝛ ciuitateȝ iſtam:ſicut
conteritur vas figuli qḋ non poteſt vltra inſtau D
rari.Et in tophet ſepelientur:eo ꝙ nō ſit alius
locus ad ſepeliendum.Sic faciam loco huic.Ait
dominus: et habitatoribus eius:ꝛ ponam ciui-
tatem iſtam ſicut tophet.Et erunt domus hie-
ruſalem ꝛ domus regum iuda:ſicut locꝰ tophet
immunde:omnes domus in quarum domati-
bus ſacrificauerūt omni militie celi ꝛ libauerūt
libamia dijs alienis.Venit aūt hieremias de to
phet quo miſerat eū dñs ad prophetādū ꝛ ſtetit
in atrio domꝰ dñi:ꝛ dixit ad omnē populū.Hec
dicit dominus exercituum deus iſrael.Ecce ego
inducam ſuper ciuitatem hanc:et ſuper omnes s.vij.f.
vrbes eius vniuerſa mala que locutus ſuȝ aduer
ſum eam:quoniam indurauerunt ceruicem ſuaȝ
vt non audirent ſermones meos.

¶ Capituli Summarium. ¶ Phaſſur percuſ
ſit Hieremiam:⁊ ponit in neruum Hieremiam:
Hieremias p̄dicat contra Phaſſur ⁊ amicos
eius:de deſtructione Hieruſalem:plangit quoq̄
⁊ dolet ſuper populo ſuo:maledicit diem natiui-
tatis ſue. Capitulum.xx.

A Et audiuit Phaſſur
filius Emmer ſacerdos qui con
ſtitutus erat princeps in do-
.xxxvij.c. mo domini Hieremiam prophe
tantem ſermones iſtos. Et per
cuſſit Phaſſur Hieremiā pro-
phetam:⁊ miſit eū in neruū q̄d
erat in porta Beniamin ſuperiori in domo dñi.
Cumq̄ illuxiſſet in craſtinū:eduxit Phaſſur hie
remiam de neruo. Et dixit ad eum Hieremias.
Non phaſſur vocauit dñs nomē tuū:ſed pauorē
vndiq̄:q: hec dicit dñs. Ecce ego dabo te in pa
uorem ⁊ omnes amicos tuos:⁊ corruēt gladio ini
micorum ſuoꝝ:⁊ oculi tui videbūt. Et oēm iudaȝ
B dabo in manu regis babylonis:⁊ traducet eos in
babylonē:⁊ percutiet eos gladio. Et dabo vni-
uerſam ſubſtantiam ciuitatis huius ⁊ oēm laborē
eius:omneq̄ preciū:⁊ cūctos theſauros regū iu
da dabo in manu inimicorum eoꝝ:⁊ diripiēt eos
⁊ tollent ⁊ ducent in babylonē. Tu aūt phaſſur ⁊
oēs habitatores domꝰ tue ibitis in captiuitatē:
⁊ in babylonē venies:⁊ ibi morieris:ibiq̄ ſepelie
ris:tu ⁊ oēs amici tui:quibus ꝓphetaſti menda-
cium. Seduxiſti me dñe:⁊ ſeductus ſum: fortior
me fuiſti ⁊ inualuiſti. Factꝰ ſum in deriſum tota
die. Oēs ſubſannāt me:q: iam olim loquor:voci-
C ferās iniquitatē:⁊ vaſtitatē clamito. Et factꝰ eſt
mihi ſermo dñi in opprobriuȝ:⁊ in deriſum tota
die. Et dixi. Nō recordabor eius:neq̄ loquar vl
ps.xxx.d. tra in noie illius. Et factꝰ eſt in corde meo:quaſi
ignis exeſtuans clauſuſq̄ in oſſibus meis:⁊ defi-
ci ferre nō ſuſtinēs. Audiui eñ cōtumelias mul-
torum:⁊ terrorē in circuitu:perſequimini ⁊ perſe
quamur eū ab oībus viris qui erant pacifici mei
⁊ cuſtodiētes latus meū:ſi q̄ modo decipiatur:⁊ preua
leamus aduerſus eum:⁊ cōſequamur vltioneȝ ex
eo. Dñs aūt mecū eſt tanq̄ bellator fortis:idcir-
co qui perſequuntur me:cadent ⁊ infirmi erunt. et
confundentur vehementer:q: nō intellexerunt op-
probrium ſempiternū:q̄d nunq̄ delebitur. Et tu
j.xxiij.g. dñe exercituū ꝓbator iuſti:qui vides renes ⁊ cor
videam queſo vltionē tuā ex eis. Tibi eñ reuela-
ui cauſam meam. Cantate domino:laudate dñȝ:
quia liberauit animam pauperis de manu malo-
rum. Maledicta dies in qua natus ſum: dies in
D qua peperit me mater mea:nō ſit benedicta. Ma
Job.iij.a. ledictus qui annunciauit patri meo dicens.na-
tus eſt tibi puer maſculus:⁊ quaſi gaudio letifi-
cauit eum. Sit homo ille vt ſunt ciuitates quas
ſubuertit dominus:⁊ non penituit eum. Audiat
clamorem mane: et vlulatum in tempore meri-
diano: qui non me interfecit a vulua:vt fieret mi
hi mater eius ſepulchrū: et vulua eiꝰ conceptus
eternꝰ. Quare de vulua egreſſus ſum: vt vide Job.
rem laborem et dolorem: et conſummarentur ·iij.d.
in confuſione dies mei.

¶ Capituli Sūma. ¶ De captione ſedechie
⁊ incendio Hieruſalem. Capl'ȝ.xxj.

Verbum quod factuȝ
eſt ad Hieremiam a dño quan A
do miſit ad eum rex ſedechias:
phaſſur filium melchie:⁊ et ſo-
phoniam filium maaſie ſacer-
dotem dicens. Interroga pro s.xliij.a.
nobis dominuȝ q: nabuchodo
noſor rex babylonis preliatur aduerſuȝ nos:ſi for
te faciat dñs nobiſcū ſcdm oīa mirabilia ſua:⁊ rece
dat a nobis. Et dixit Hieremias ad eos. Sic di
cetis ſedechie. Hec dicit dominꝰ deus iſrael. Ec
ce ego conuertam vaſa belli que in manibus ve-
ſtris ſunt:⁊ quibus vos pugnatis aduerſum re-
gem babylonis ⁊ chaldeos qui obſident vos in
circuitu murorum:⁊ congregabo ea in medio ci-
uitatis huius ⁊ debellabo ego vos in manu extē
ta:et in brachio forti ⁊ in furore: ⁊ in indignatio-
ne ⁊ in ira grandi:et percutiam habitatores ciui
tatis huius. Homines ⁊ beſtie peſtilētia magna B
morientur. Et poſt hoc ait dominus: dabo ſede-
chiam regem iuda ⁊ ſeruos eius:et populū eius:
et qui derelicti ſunt in ciuitate hac a peſte:⁊ gla-
dio ⁊ fame:⁊ in manu nabuchodonoſor regis ba
bylonis:et in manu inimicorum eorum:et in ma-
nu querentium animam eorum et percutiet eos
in ore gladij:et non flectetur: neq̄ parcet neq̄
miſerebitur. Et ad populum hunc dices. Hec di
cit dominus deus. Ecce ego do coram vobis viaȝ
vite:et viam mortis. Qui habitauerit in vrbe hac j.xxxviij.a.
morietur gladio et fame et peſte:qui autem egreſ
ſus fuerit ⁊ tranſfugerit ad chaldeos qui obſidēt
vos viuet:et erit ei anima ſua quaſi ſpoliuȝ. Po
ſui enim faciem meam ſuper ciuitatē hanc in ma
lum ⁊ non in bonum ait dominus. In manu re
gis babylonis dabitur:⁊ exuret eam igni. Et do D
mui regis iuda. Audite verbum domini domus
dauid. Hec dicit dominus. Iudicate mane iudi j.xxij.a.
cium:⁊ eruite vi oppreſſuȝ de manu calumnian
tis ne forte egrediatur vt ignis indignatio mea
⁊ ſuccendatur ⁊ nō ſit qui extinguat propter ma
liciam ſtudiorum veſtrorum. Ecce ego ad te ha-
bitatricem vallis ſolide atq̄ campeſtris ait domi
nus. Qui dicitis:quis percutiet nos:⁊ quis ingre
dietur domus noſtras. Et viſitabo ſuper vos iu-
xta fructum ſtudiorum veſtrorum dicit dominus
et ſuccendam ignem in ſaltu eius et deuorabit
omnia in circuitu eius.

¶ Capituli Summarium. ¶ Mittitur ꝓphe
ta ad regem vt predicet de iudicio ⁊ iuſticia ⁊ li-
beratione oppreſſi quia ioachim rex iuda inſepul
tus proijcitur extra Hieruſalem.
Capitulum.xxij.

A

Ec dicit dominus. Deſcende in domū regis iuda ⁊ loqueris ibi verbū hoc ⁊ di-
ces. Audi verbū dñi rex iuda q̇ ſedes ſuper ſoliū dauid tu ⁊ ſer
ui tui ⁊ populus tuus q̇ ingre dimini per portas iſtas. Hec
dicit dñs. Facite iudiciū ⁊ iuſticiã: ⁊ liberate vi
oppreſſum de manu calūniatoris: ⁊ aduenã ⁊ pu
B pillũ ⁊ viduã nolite cõtriſtare neqꝫ opprimatis
inique ⁊ ſanguinē innocentē ne effundatis in lo-
co iſto. Si eñi facientes feceritis verbū iſtud in-
gredientur per portas domus huius reges ſedē
tes de genere dauid ſup thronū eius: ⁊ aſcēden-
tes currus ⁊ equos: ipſi ⁊ ſerui ⁊ ppl's eoꝝ. Quod
ſi non audieritis verba hec in memetipſo iuraui
dicit dñs: q: in ſolitudinē erit domus hec. Quia
hec dicit dñs ſuper domū regis iuda. Galaad tu
mihi caput libani. Si nõ poſuero te ſolitudinē vr
bes inhabitabiles: ⁊ ſanctificabo ſuper te interfi
C cientē ⁊ arma eiꝰ: ⁊ ſuccidēt electas cedros tuas:
⁊ precipitabūt in ignē ⁊ pertranſibūt gētes mul
Deu. xxix. te per ciuitatē hanc ⁊ dicet vnuſquiſqꝫ proximo
iiij.re.ix.b ſuo. Quare fecit dñs ſic ciuitati huic grandi? Et
reſpondebūt. Eo q dereliquerunt pactū dñi dei
ſui: ⁊ adorauerūt deos alienos ⁊ ſeruierint eis.
Nolite flere mortuū neqꝫ lugeatis ſuper eū fle-
tu. Plangite eū qui egredit: q: nõ reuertetur vl
tra: nec videbit terrã natiuitatis ſue: q: hec dicit
dñs ad ſellū filiū Joſie regis iuda qui regnauit
pro Joſia patre ſuo: qui egreſſus eſt de loco iſto.
Non reuertetur huc amplius ſed in loco ad quē
tranſtuli eū: ibi morietur: ⁊ terrã iſtã nõ videbit
D amplius. Ve qui edificat domum ſuam in iniuſti
cia ⁊ cenacula ſua nõ in iudicio. Amicū ſuū oppri
met fruſtra. ⁊ mercedẽ eius non reddet ei. Qui
dicit edificabo mihi domū latam: ⁊ cenacula ſpa
cioſa: qui aperit ſibi feneſtras: ⁊ facit laquearia
cedrina: pingitqꝫ ſynopide. Nūquid regnabis:
qm̄ confers te cedro. Pater tuus nunquid non
comedit ⁊ bibit: ⁊ fecit iudiciū ⁊ iuſticiam: tunc
cum bene erat ei. Judicauit cauſam pauperis et
egeni in bonum ſuum. Nunquid non ideo: q: co
gnouit me dicit dñs. Tui vero oculi et cor ad aua
E riciam ⁊ ad ſanguinem innocentem fundendum
⁊ ad calūniã ⁊ ad curſum mali operis. Propterea
hec dicit dominus ad ioachim filium Joſie regē
iuda. Non plangent eum ve frater ⁊ ve ſoror: nõ
cõcrepabunt ei: ve domine ⁊ ve inclyte. Sepultu
ra aſini ſepelietur: putrefactus ⁊ proiectus extra
portas Hieruſalem. Aſcende libanum ⁊ clama in
baſan da vocem tuã: ⁊ clama ad tranſeuntes: q:
contriti ſunt omnes amatores tui. Locutus ſum
ad te in abundantia tua dixiſti nõ audiam. Hec
eſt vita tua ab adoleſcentia tua: q: nõ audiſti vo
cem meam. Omnes paſtores tuos paſcēt ventꝰ:
⁊ amatores tui in captiuitatem ibunt. Et tūc cõ
funderis ⁊ erubeſces ab omni malicia tua: que ſe
F des in libano: ⁊ nidificas in cedris. Quomodo
congemuiſti cū veniſſent tibi dolores quaſi dolo
res parturientis. Viuo ego dicit dominus quia
ſi fuerit Jechonias filius Joachim regis iuda
anulus in manu dextera mea: inde euellam eum:
et dabo te in manu querentium animam tuam ⁊
in manu quorum tu formidas faciem: ⁊ in manu
Nabuchodonoſor regis Babylonis: ⁊ in manu
Chaldeorum. Et mittam te ⁊ matrē tuam que
genuit te in terram alienam in qua nati nõ eſtis
ibiqꝫ moriemini. Et in terrã ad quam ipſi leuãt
animam ſuam vt reuertantur illuc: ⁊ non reuertē
tur. Nunquid vas fictile atqꝫ contritum vir iſte
Jechonias. Nunquid vas abſqꝫ omni volupta- G
te. Quare abiecti ſunt ipſi ⁊ ſemen eius: ⁊ piecti
in terrã quã ignorauerūt. Terra terra terra audi
ſermonē dñi. Hec dicit dñs. Scribe virū iſtū ſte-
rilem: virū qui in diebus ſuis nõ pſperabit. Ne
eñi erit de ſemine eius vir qui ſedeat ſuper ſoliū
dauid: ⁊ poteſtatem habeat vltra in iuda.

Capituli Summarium. Comminatur do-
minus paſtoribus lacerantibus gregem: de nati
uitate chriſti: de paſſione chriſti: de ſacerdotum
ſordibus et prophetarum: de falſis prophetis q
ſunt domini onus Capitulum. xxiij.

E paſtoribus qui di ſpergunt ⁊ dilacerant gregem A. Ezechiel.
paſcue mee: dicit dominus. xxxiiij.a.
Ideo hoc dicit dominus deus
iſrael ad paſtores qui paſcunt
populum meum. Vos diſperſi
ſtis gregẽ meū: ⁊ eieciſtis eos
⁊ nõ viſitaſtis eos. Ecce ego viſitabo ſuper vos
maliciam ſtudiorum veſtrorum: ait dominus. Et
ego congregabo reliquias gregis mei de oībus
terris ad quas eiecero eos illuc ⁊ conuertam eos
ad rura ſua: ⁊ creſcent ⁊ multiplicabuntur ⁊ ſu-
ſcitabo ſuper eos paſtores, ⁊ paſcent eos. Non
formidabunt vltra ⁊ non pauebunt et nullus que
retur ex numero dicit dominꝰ. Ecce dies veniūt j.xxxiij.c.
dicit dominus ⁊ ſuſcitabo dauid germen iuſtum B
⁊ regnabit rex ⁊ ſapiens erit et faciet iudicium
et iuſticiam in terra. In diebus illis ſaluabitur Deutero.
iuda ⁊ iſrael habitabit confidenter. Et hoc eſt xxxiij.d.
nomen quod vocabunt eum dominus iuſtus no ſ.xvj c.
ſter. Propter hoc ecce dies veniūt dicit dñs et
non dicent vltra viuit dñs qui eduxit filios iſrael
de terra egypti: ſed viuit dñs qui eduxit ⁊ addu-
xit ſemen domus iſrael de terra aquilonis: et de
cunctis terris ad quas eieceram eos illuc: et ha-
bitabunt in terra ſua. Ad prophetas. Contritū
eſt cor meum in medio mei: contremuerunt om-
nia oſſa mea. Factus ſum quaſi vir ebrius: ⁊ ho-
mo madidus a vino: a facie dñi: ⁊ a facie verboꝝ
ſanctoꝝ eius q: adulterijs repleta eſt terra: quia
a facie maledictionis luxit terra arefacta ſunt ſr
ua deſerti. Factus eſt curſus eorum malus: ⁊ for
titudo eorum diſſimilis. Propheta namqꝫ ⁊ ſa-
cerdos polluti ſunt: ⁊ in domo mea inueni malū C
eorum: ait dominus. Idcirco via eorū erit quaſi

lubꝛicum in tenebꝛis: impellentur enim ⁊ coꝛruẽt
in ea. Afferam enim ſuper eos mala: annum viſita
tionis eoꝛum: ait dñs. Et in ꝓphetis ſamarie
vidi fatuitatẽ ⁊ ꝓphetabant in baal: et decipie-
bant po pulum meũ iſrael. Et in ꝓphetis Hieru
ſalem vidi ſimilitudinem adulterantiũ: ⁊ iter mẽ
dacij. Et cõfoꝛtauerũt manus peſſimoꝛum vt nõ
conuerteretur vnuſquiſq; a malicia ſua. Facti ſunt
mihi omẽs vt ſodoma: ⁊ habitatoꝛes eius quaſi
gomoꝛra. Propterea hec dicit dñs exercituum
s.ix.c. ad ꝓphetas. Ecce ego cibabo eos abſinthio: et
potabo eos felle. A ꝓphetis enim hierl'm egreſſa
D est pollutio ſuper omnẽ terrã. Hec dicit dñs exer
cituum. Nolite audire verba ꝓphetarum qui ꝓ
phetant vobis: ⁊ decipiunt vos. Viſionẽ coꝛdis
ſui loquuntur nõ de oꝛe dñi. Dicũt hi qui blaſ-
phemant me: locutus eſt dñs. Pax erit vobis ⁊
oĩbus qui ambulant in prauitate coꝛdis ſui: di-
xerunt: nõ veniet ſuper nos malũ. Quis em̃ affuit
in conſilio dñi: ⁊ vidit ⁊ audiuit ſermonem eius.
Quis conſiderauit verbũ illius ⁊ audiuit. Ecce
turbo dñice indignationis egredietur: ⁊ tempe
ſtas erumpens ſuper caput impioꝛũ veniet. Nõ
reuertetur furoꝛ dñi vſq; dum faciat: ⁊ vſq; dum
s.xiiij.e. cõpleat cogitationem coꝛdis ſui. In nouiſſimis
j.xxix.c. diebus intelligetis conſiliũ eius. Nõ mittebam
E ꝓphetas ⁊ ipſi currebãt: nõ loquebar ad eos: ⁊
ipſi ꝓphetabãt. Si ſtetiſſent in cõſilio meo: ⁊ no
ta feciſſent verba mea populo meo: auertiſſem
vtiq; eos a via ſua mala: ⁊ a cogitationibus ſuis
peſſimis. Putaſne deꝰ e vicino ego ſum: dicit do
minus: ⁊ nõ deus de lõge. Si occultabitur vir in ab
ſconditis: ⁊ ego nõ videbo eũ: dicit dñs. Nunqd
non celũ ⁊ terrã ego impleo: dicit dñs. Audiui
que dixerũt ꝓphete: ꝓphetãtes in noĩe meo mẽ
dacium: atq; dicẽtes. Somniaui ſomniaui. Vſq;
quo iſtud eſt in coꝛde ꝓphetarum vaticinantiũ mẽ
dacium ⁊ ꝓphetantium ſeductiones coꝛdis ſui.
Qui volũt facere vt obliuiſcatur ppl's meus no-
minis mei ꝓpter ſomnia eoꝛum que narrat vnuſ-
quiſq; ad pꝛoximũ ſuũ: ſicut obliti ſunt pr̃es eo-
rum noĩs mei ꝓpter Baal. Propheta qui habet
ſomniũ narret ſomnium: ⁊ qui habet ſermonem
F meũ: loquatur ſermonẽ meũ vere. Quid paleis ad
triticũ: dicit dñs. Nunqd nõ ṽba mea ſunt quaſi
ignis: dicit dñs: ⁊ quaſi malleus conterẽs petrã.
Propterea ecce ego ad ꝓphetas: ait dñs: qui
furantur verba mea vnuſquiſq; a pꝛoximo ſuo.
Ecce ego ad ꝓphetas ait dñs: qui aſſumũt lin-
guas ſuas ⁊ aiunt: dicit dñs. Ecce ego ad ꝓphe
tas ſomniantes mendacium: ait dñs qui narra-
uerunt ea: ⁊ ſeduxerunt populũ meũ in menda-
cio ſuo: ⁊ in miraculis ſuis cũ ego nõ miſiſſem eos
nec mandaſſem eis qui nihil pꝛofuerunt populo
huic: dicit dñs. Si igitur interrogauerit te popu
lus iſte: vel ꝓpheta aut ſacerdos: dicens quod
eſt onus domini. Dices ad eos. Vos eſtis onus
Pꝛoijciam quippe vos. dicit dominus. Et ꝓ-
pheta ⁊ ſacerdos: ⁊ populus qui dicit onus do-
mini: viſitabo ſuper virum illum: ⁊ ſuper domum
B eius. Hec dicetis vnuſquiſq; ad pꝛoximum ⁊ ad
fratrem ſuum. Quid reſpondit dñs ⁊ quid locu-
tus eſt dominus. Et onus domini vltra non me-
moꝛabitur: quia onus erit vnicuiq; ſermo ſuus.
Et peruertiſtis verba dei viuentis: domini exer-
cituum dei noſtri. Hec dices ad ꝓphetã. Quid
reſpondit tibi dominus: ⁊ quid locutus eſt domi
nus. Si autẽ onus domini dixeritis propter hoc
hec dicit dominus. Quia dixiſtis ſermonem iſtũ
onus domini: ⁊ miſi ad vos dicens: nolite dicere
onus domini: propterea ecce ego tollam vos: poꝛ-
tans: et derelinquam vos: et ciuitatem quam de
di vobis ⁊ patribus veſtris a facie mea: ⁊ dabo
vos in oppꝛobꝛium ſempiternum ⁊ in ignomi-
niam eternam que nunq̃ obliuione delebitur.

Capi. Summa. De figura ficuum duorum calathoꝛum quos vidit Hieremias: de afflictiõe Sedechie ⁊ populi.

Capitulum. xxiiij.

Oſtẽdit mihi domi
nus: et ecce duo calathi ple
ni ficis poſiti ante templum
domini: poſtq̃ tranſtulit na
buchodonoſoꝛ rex babylo-
nis iechoniam filiũ ioachim
regem iuda: ⁊ pꝛincipes eius
⁊ fabꝛum incluſoꝛem de Hieruſalem: ⁊ adduxit
eos in Babylonem. Et calathus vnus ficus bo-
nas habebat nimis: vt ſolẽt ficus eſſe pꝛimi tp'is.
Et calathus vnus ficus habebat malas nimis
que comedi non poterant eo ꝙ eſſent male. Et B
dixit dominus ad me: Quid tu vides Hiere- s.j.a.
mia. Et dixi: Ficus: ficus bonas bonas valde: et
malas malas valde: que comedi non poſſunt eo
ꝙ ſint male. Et factum eſt verbum domini ad me
dicens. Hec dicit dominus deus iſrael Sicut fi-
cus he bone: ſic cognoſcam tranſmigrationẽ iu-
da: quam emiſi de loco iſto in terram chaldeo-
rum in bonum ⁊ ponam oculos meos ſuper eos
ad placandum. Et educam eos in terram hanc: ⁊ C
edificabo eos: non deſtruam ⁊ plantabo eos et
non euellam: et dabo eis coꝛ vt ſciant me: quia j.xxxj.f.
ego ſum dominus. Et erunt mihi in populum:
et ego ero eis in deum: quia reuertentur ad me
in toto coꝛde ſuo. Et ſicut ficus peſſime que co-
medi non poſſunt: eo ꝙ ſint male: hec dicit domi
nus: ſic dabo Sedechiam regem iuda ⁊ pꝛincipes
eius ⁊ reliquos de hieruſalem qui remanſerunt D
in vꝛbe hac: ⁊ qui habitant in terra egypti. Et j.xxix.
dabo eos in vexationem afflictionemq; omnibus
regnis terre in oppꝛobꝛium ⁊ in parabolam ⁊ in
pꝛouerbium: ⁊ in maledictionem in vniuerſis lo-
cis ad que eieci eos ⁊ mittam in eis gladium et
famem: et peſtem donec cõſummantur de terra
quam dedi eis et patribus eoꝛum.

Capituli Summarium. De captiuitate ſeptuaginta annoꝛum totius iude: de calice quo potionantur omnes gentes vocantur paſtores et optimates ad planctum.

Capitulum. xxv.

A
Erbuz quod factuz
eſt ad Hieremiam de omni po
pulo iude in ãno quarto Joa-
chim filij Joſie regis iuda: ipſe
eſt annus primus Nabucho-
donoſor regis babylonis. Et
locutus eſt Hieremias pphe-
ta ad oẽm populũ iuda: ⁊ ad vniuerſos habitato
res hierl'm dicens. A tertiodecimo anno Joſie fi
lij Amon regis iuda vſqꝫ ad diem hanc: ipſe eſt
tertius ⁊ viceſimus annus factũ eſt verbũ dñi ad
me ⁊ locutus ſum ad vos de nocte cõſurgens et
loquẽs ⁊ nõ audiſtiſtis. Et miſit dñs ad vos oẽs
ſeruos ſuos prophetas: cõſurgens diluculo mit-
tenſqꝫ ⁊ nõ audiſtis: neqꝫ inclinaſtis aures vr̃as
B vt audiretis cum diceret. Reuertimini vnuſqſqꝫ
in via ſua mala: ⁊ a peſſimis cogitationibus vr̃is
[illegible].xviij.b. ⁊ habitabitis in terra quam dedit dominus vo-
[illegible].xxxv.c. bis ⁊ patribus veſtris a ſeculo ⁊ vſqꝫ in ſeculum.
iiij. Regum Et nolite ire poſt deos alienos: vt ſeruiatis eis
xvij.b. adoretiſqꝫ eos: neqꝫ me ad iracundiam prouoce-
tis in operibus manuum veſtrarum: ⁊ nõ affligaz
vos. Et non audiſtis me dicit dominus: vt me ad
iracundiam prouocaretis in operibus manuum
veſtrarum in malum veſtrum. Propterea hec di
cit dominus exercituum. Pro eo ꝙ non audiſtis
verba mea: ecce ego mittam ⁊ aſſumam vniuer-
ſas cognationes aquilonis ait dñs: ⁊ Nabucho-
donoſor regem babylonis ſeruum meum: ⁊ addu
cam eos ſuper terram iſtam: ⁊ ſuper habitatores
eius ⁊ ſuper omnes natiões que in circuitu illius
C ſunt: ⁊ interficiam eos: ⁊ ponam eos in ſtuporem
⁊ in ſibilum ⁊ in ſolitudines ſempiternas. Per-
damqꝫ ex eis vocem gaudij ⁊ vocem leticie: vocẽ
ſponſi ⁊ vocem ſponſe: ⁊ vocem mole ⁊ lumen lu
cerne. Et erit vniuerſa terra eius in ſolitudinez ⁊
[illegible].xxix.c. in ſtuporem: ⁊ ſeruient omnes gẽtes iſte regi ba
[illegible]. eſdre.j.a. bylonis ſeptuaginta annis. Cumqꝫ impleti fue-
rint ſeptuaginta anni: viſitabo ſuper regez baby
lonis ⁊ ſuper gentem illam dicit dominus iniqui
tatem eorum: ⁊ ſuper terram chaldeorum: ⁊ ponã
illam in ſolitudines ſempiternas. Et adducaz ſu
per terram illam omnia verba mea que locutus
ſum contra eam: omne quod ſcriptum eſt in libro
iſto: quecũqꝫ prophetauit Hieremias aduerſum
oẽs gentes: quia ſeruierunt eis cum eſſent gẽtes
multe ⁊ reges magni. Et reddam eis ſm opera
D eorum: ⁊ ſm factũ manuũ ſuarum. Quia ſic dicit
dñs exercituum deus iſrael. Sume calicem vini
furoris huius de manu mea: ⁊ propinabis de illo
cunctis gentibus ad quas ego mittam te⁊ bibẽt
⁊ turbabuntur: ⁊ inſanient a facie gladij quẽ ego
mittam inter eos. Et accepi calicem de manu do
mini: ⁊ propinaui cunctis gentibus ad quas mi
ſit me dominus Hierl'm: ⁊ ciuitatibus iuda ⁊ re-
gibus eius ⁊ principibus eius: vt darem eos in ſo
litudinem ⁊ in ſtuporem: ⁊ in ſibilum: ⁊ in maledi
ctionem ſicut eſt dies iſta. Pharaoni regis egy-
pti ⁊ ſerui eius ⁊ principibus eius ⁊ omni popu-
E lo eius: ⁊ vniuerſis generaliter: cũctis regibꝰ ter
re auſitidis: ⁊ cunctis regibus terre philiſthijm et
aſcalonis ⁊ gaze ⁊ accaron ⁊ azoti: ⁊ reliquis idu-
mee ⁊ moab ⁊ filijs ammon ⁊ cunctis regibus ty
ri ⁊ vniuerſis regibus ſidonis: ⁊ regibus terre in
ſularum que ſunt traus mare: ⁊ dedã ⁊ themã et
buz et vniuerſis qui attonſi ſunt in comam ⁊ cun
ctis regibus arabie: ⁊ cunctis regibus occiden-
tis qui habitant in deſerto ⁊ cunctis regibꝰ zam
bri: et cunctis regibus ela: ⁊ cunctis regibus me-
dorum: cunctis ꝗꝫ regibus aquilonis, de prope et
de longe vnicuiqꝫ cõtra fratrẽ ſuũ: ⁊ oibꝰ regnis
terre que ſuper faciez eius ſunt. Et rex ſeſach bi-
bet poſt eos. Et dices ad eos. Hec dicit dñs exer
cituuz deus iſrael. Bibite ⁊ inebriamini: ⁊ vomi Canti.v.a.
te et cadite: et nolite cõſurgere a facie gladij quẽ F
ego mittam inter vos. Cũqꝫ noluerint accipere
calicem de manu tua vt bibãt: dices ad eos. Hec
dicit dñs exercituuz. Bibentes bibetis. Quia ec
ce in ciuitate in qua inuocatum eſt nomen meuz:
ego incipio affligere: ⁊ vos quaſi innocẽtes: ⁊ im
munes eritis. Non eritis immunes. Gladium
eniz ego voco ſuper omnes habitatores terre: di
cit dominus exercituum. Et tu prophetabis ad
eīm diſſoluit manus viroꝝ bellantiū qui remanſe
runt in ciuitate hac: ⁊ manus vniuerſi populi lo-
quens ad eos vniuerſa verba hec. Siquidem ho
mo iſte nō querit pacem populo huic: ſed maluꝫ.
Et dixit rex ſedechias. Ecce ipſe in manibus ve-
ſtris eſt. Nec eīm fas eſt regeꝫ vobis quicꝙ nega B
re. Tulerūt ergo hieremiam: ⁊ proiecerunt eū in

lacum helchie filij amalech qui erat in veſtibulo
carceris:⁊ ſubmiſerunt hieremiā in funibus in
lacum in quo nō erat aqua ſed lutum. Deſcēdit
itaq hieremias in cenū. Audiuit autem abdeme
lech ethiops vir eunuchus qui erat in domo re-
gis ꝙ miſiſſent hieremiā in lacum. Porro rex ſe
debat in porta beniamin. Et egreſſus eſt abdi-
C melech de domo regis:⁊ locutus eſt ad regem:di
cens. Dn̄e mi rex:male fecerunt viri iſti oia que-
cunq perpetrarunt contra hieremiam prophe-
tam:mittentes eum in lacum:vt moriatur ibi fa-
me. Non ſunt enim panes vltra in ciuitate. Pre
cepit itaq rex abdemelech ethiopi:dicēs. Tolle
tecum hinc triginta viros:⁊ leua hieremiā ꝓphe
tam de lacu anteq̄ moriat. Aſſumptis ergo abde
melech ſecū viris:ingreſſus eſt domū regis que
erat ſub cellario:⁊ tulit inde veteres pannos ⁊ an
tiqua veſtimenta que cōputruerāt:⁊ ſubmiſit ea
D ad hieremiam in lacum per funiculos. Dixitq
abdemelech ethiops ad hieremiam. Pone vete-
[...]eodem. res pannos:⁊ hec ſciſſa ⁊ putrida ſub cubito ma
nuum tuarū:⁊ ſup funes. Fecit ergo hieremias
ſic. Et extraxerunt hieremiam funibus:⁊ eduxe
runt eum de lacu. Manſit autem hieremias in
veſtibulo carceris. Et miſit rex ſedechias:⁊ tulit
ad ſe hieremiam prophetam ad oſtium tertium
qḋ erat in domo dn̄i. Et dixit rex ad hieremiam.
Interrogo ego te ſermonem ne abſcōdas a me
aliquid. Dixit aūt hieremias ad ſedechiam. Si
annunciauero tibi:nunquid non interficies me.
Et ſi conſilium dedero tibi:non me audies. Iu-
rauit ergo rex ſedechias hieremie clam dicens.
Viuit dn̄s qui fecit nobis animam hanc ſi occi-
E dero te:⁊ ſi tradidero te in manus virorū iſtorū
qui querunt animam tuā. Et dixit heremias ad
ſedechiam. Hec dicit dn̄s exercituum deus iſrl̄.
Si profectus exieris ad principes regis babylo
nis:viuet anima tua ⁊ ciuitas hec nō ſuccēdetur
igni:⁊ ſaluꝰeris tu ⁊ populus tuus ⁊ domus tua.
Si autem non exieris ad principes regis baby-
lonis:tradetur ciuitas hec in manus chaldeorū:
⁊ ſuccendent eam igni:⁊ tu non effugias de ma-
nu eorum. Et dixit rex ſedechias ad hieremiam.
Sollicitus ſum propter iudeos qui trāſfugerūt
ad chaldeos ne forte tradar in manus eorum:et
illudant mihi. Reſpondit autē hieremias:⁊ dixit
F ad eum. Non te tradent. Audi queſo vocē domi
ni quam ego loquor ad te:⁊ bene tibi erit ⁊ viuet
anima tua. Quod ſi nolueris egredi:iſte eſt ſer-
mo quem oſtendit mihi dn̄s. Ecce omnes mulie-
res que remanſerunt in domo regis iuda:educen
tur ad principes regis babylonis:⁊ ipſe dicent.
Seduxerunt te ⁊ preualuerunt aduerſum te viri
pacifici tui:demerſerūt te in ceno ⁊ in lubrico pe
des tuos:⁊ receſſerūt a te. Et omnes vxores tue:
⁊ filij tui educentur ad chaldeos:⁊ non effugies
manus eorum:ſed in manu regis babylonis ca-
pieris:⁊ ciuitatem hanc cōburet igni. Dixit er-
G go Sedechias ad Hieremiam. Nullus ſciat ver
ba hec:⁊ non morieris. Si aūt audierint princi-
pes ꝙ locutus ſum tecum:⁊ venerint ad te:⁊ di-
xerint tibi:indica nobis quid locutus ſis cū rege
ne celes:⁊ nō te interficiemus:⁊ quid locutus eſt
tecū rex:dices ad eos. Proſtraui ego p̄ces meas
coram rege ne me reduci iuberet in domū Iona-
than ⁊ ibi morerer. Venerūt ergo oēs principes
ad hieremiam:⁊ interrogauerunt eum. Et locu-
tus eſt eis iuxta omnia v̇ba que p̄ceperat ei rex.
Et ceſſauerunt ab eo. Nihil enim fuerat auditū.
Manſit vero hieremias in veſtibulo carceris s̄.eodem.
vſq ad diem quo capta eſt Hieruſalem. Et fa-
ctum eſt vt caperetur Hieruſalem.

Capituli Summarium. Capta ciuitate Sedechias fugit:comprehēditur:excecatus:nabuzardā ⁊ godoliam ⁊ pauperes popul: in Hieruſalem dimittit:⁊ godolie committit hieremiam propheta:abdemelech ſaluatur. Capl̄m xxxix.

ANno nono Sede- A
chie regis iuda menſe decimo j.lv.a.
venit nabuchodonoſor rex ba iiij. regum.
bylonis:⁊ omnis exercitus eiꝰ xxv.a.
ad hieruſalē ⁊ obſidebant eā.
Vndecimo autē anno ſedechie
menſe quarto:quinta die men
ſis aperta eſt ciuitas:⁊ ingreſſi ſunt omnes prin
cipes regis babylonis:⁊ ſederūt in porta media:
neregel:ſereſer:ſemegar:nabuſarſathim:rabſa-
ces:neregel:ſereſer:rebmag:⁊ oēs reliqui princi
pes regis babylonis. Cumq vidiſſet eos ſede-
chias rex iuda ⁊ omnes viri bellatores:fugerunt
et egreſſi ſunt nocte de ciuitate per viam horti re
gis:⁊ per portam que erat inter duos muros:et
egreſſi ſunt ad viam deſerti. Perſecutus eſt autē B
eos exercitus chaldeorum:⁊ cōprehenderunt ſe-
dechiā in campo ſolitudinis hiericontine:⁊ captū
adduxerunt ad nabuchodonoſor regē babylonis
in reblatha que eſt in terra emat:⁊ locutus eſt ad
eum iudicia. Et occidit rex babylonis filios ſede
chie in reblatha in oculis eius:⁊ omnes nobiles
iuda occidit rex babylonis. Oculos quoq ſede-
chie eruit:⁊ vinxit eū compedibus vt duceretur
in babylonem. Domum quoq regis ⁊ domū vul
gi ſuccenderunt chaldei igni:⁊ murum Hieruſa-
lem ſubuerterunt. Et reliquias populi que remā C
ſerunt in ciuitate:et profugos qui tranſfugerant
ad eum ⁊ ſuperfluos vulgi qui remanſerant:tran-
ſtulit nabuzardan magiſter militū in babylonē:
⁊ de plebe pauperū qui nihil penitus habebāt:
dimiſit nabuzardā magiſter militie in terra iuda
et dedit eis vineas et ciſternas in die illa. Pre-
ceperat autem Nabuchodonoſor rex babylonis
de hieremia:nabuzardan magiſtro militum:di-
cens. Tolle illum et pone ſuper eum oculos tuos:
nihilq ei mali facias:ſed vt voluerit ſic facias ei.
Miſit ergo nabuzardan princeps militie ⁊ na-
bu et ſerbam:⁊ rapſaces et neregel ⁊ ſereſer et
rebmag:⁊ omnes optimates regis babylonis mi
ſerunt et tulerunt Hieremiam de veſtibulo car-

ceris:⁊ tradiderunt eum godolie filio aicham fi-
lij ſaphan:vt intraret in domum et habitaret in
D populo. Ad hieremiam autem factus fuerat ſer
mo domini cum clauſus eſſet in veſtibulo carce-
ris:dicēs. Vade et dic abdemelech ethiopi:di-
cens. Hec dicit dominus exercituum deus iſra
el. Ecce inducam ſermones meos ſuper ciuitatē
hanc in malum et non in bonum: et erunt in cō
ſpectu tuo in die illa:et liberabo te in die illa ait
dominus: et non traderis in manus virorum
quos tu formidas: ſed eruens liberabo te:⁊ gla
dio non cades: ſed erit ibi anima tua in ſalutē:
quia in me habuiſti fiduciam: ait dominus.

¶ Capituli Summarium ¶ De liberatione hieremie de godolia preposito populi: de iohannan qui predixit godolie ꝙ hiſmael vellet eū occidere ⁊ fecit: quia non credidit. Capi.xl.

A ſ.xiij.d. Ermo qui factꝰ eſt
ad hieremiam a domino poſt
ꝙ dimiſſus eſt a nabuzardan
magiſtro militie de rama:qn̄
tulit eum vinctum catenis in
medio omniū qui migrabāt
de hieruſalem et iuda:et duce
bantur in babylonē. Tollens ergo princeps mi
litie hieremiam: dixit ad eum. Dominus deus
tuus locutus eſt malum ſuper locum iſtum:⁊ ad
duxit ⁊ fecit dominus ſicut locutus eſt: quia pec
caſtis domino ⁊ non audiſtis vocem eius: ⁊ fa-
tus eſt vobis ſermo hic. Nunc ergo ecce ſolui te
hodie de catenis que ſunt in manibus tuis. Si
placet tibi vt venias mecū in babylonē veni ⁊ po
nā oculos meos ſup te. Si aūt diſplicet tibi ve
nire mecū in babylonē: reſide. Ecce omnis terra
Gen.xiij.b in cōſpectu tuo eſt. Quod elegeris ⁊ qð placuerit
B tibi vt vadas: illuc pge:⁊ mecū noli venire: ſed ha
bita apud godoliam filium aicham filij ſaphan
quem propoſuit rex babylonis ciuitatibus iude.
Habita ergo cū eo in medio populi: vel quocūqꝫ
placuerit tibi: vt vadas vade. Dedit ꝙ̄ ei magi
ſter militie cibaria et munuſcula:⁊ dimiſit eum.
Venit aūt hieremias ad godoliam filiū aicham
in maſphat:⁊ habitauit cū eo in medio populi:
qui relictus fuerat in terra. Cumqꝫ audiſſent om
nes principes exercitus qui diſperſi fuerant per
regiones: ipſi et ſocij eorum ꝙ prefeciſſet rex ba
bylonis godoliam filium aicham terre:⁊ ꝙ com
mēdaſſet ei viros mlieres ⁊ paruulos:⁊ de pau-
peribus terre qui non fuerant tranſlati in baby
lonem: venerunt ad godoliam in maſphat: et iſ-
mael filius nathanie: et iohannan filius caree et
ionathan et ſareas filius thenoemeth et filij
ophi qui erant de netophati et iezonias filius
maachati ipſi et viri eorum. Et iurauit eis go-
iiij.re.xxv.f dolias filius aicham filij ſaphan ⁊ comitibus eo
rum: dicens. Nolite timere ſeruire chaldeis: ha
bitate in terra et ſeruite regi babylonis: et bene
erit vobis. Ecce ego habito in maſphat: vt re-
ſpondeam precepto chaldeorum qui mittuntur
ad nos. Vos autem colligite vindemiam et meſ
ſem et oleum et condite in vaſis veſtris:⁊ ma-
nete in vrbibus veſtris quas tenetis. Sed ⁊ om-
nes iudei qui erant in moab ⁊ in finibus ammō
et in idumea et in vniuerſis regionibus audito
ꝙ dediſſet rex babylonis reliquias in iudea ⁊ ꝙ
prepoſuiſſet ſemper eos godoliam filiū aicham D
filij ſapham reuerſi ſunt inquam omnes iudei
de vniuerſis locis ad que profugerant: et vene-
runt in terram iuda ad godaliam in maſphat:⁊
collegerunt vinum et meſſem multā nimis. Io
hānan autem filius caree ⁊ omnes principes ex
ercitus qui diſperſi fuerant in regionibus vene
runt ad godoliam in maſphat et dixerūt ei. Sci
to ꝙ baalis rex filiorum ammon miſit hiſmael fi
lium nathanie percutere animam tuam. Et non
credidit eis godolias filius aicham. Iohannan
autem filius caree: dixit ad godoliam ſeorſum
in maſphat loquens. Ibo et percutiā hiſmael
filium nathanie nullo ſciente: ne interficiat ani-
mam tuam: et diſſipentur omnes iudei qui con
gregati ſunt ad te: et peribunt reliquie iuda.
Et ait godolias filius aicham ad iohānan filiū
caree. Noli facere verbū hoc. Falſum enim tu
loqueris de hiſmael.

¶ Capituli Summarium. ¶ Quomodo hiſmael occidit godoliā: et octoginta viros veniētes in hieruſalem ſaluatis decem: iohannan filius caree fugat hiſmaelem cum octo viris qui fugiunt in egyptum. Capitulum.xlj.

T factum eſt in men A
ſe ſeptimo venit hiſmael filius
nathanie filij maaſie filij eliſa-
ma de ſemine regali et optiās
regis: et decem viri cum eo ad
godoliam filiū aichā in maſ
phat: ⁊ comederunt ibi pāes
ſimul in maſphat. Surrexit autem hiſmael filiꝰ
nathanie: et decem viri qui cum eo erant: et per
cuſſerunt godoliam filium aicham filij ſapham
gladio ⁊ interfecerunt eum quem prefecerat rex
babylonis terre. Omnes quoqꝫ iudeos qui erāt
cum godolia in maſphat: et chaldeos qui reper
ti ſunt ibi: et viros bellatores percuſſit hiſmael.
Secundo autem die poſtꝙ̄ occiderat godoliam
nullo adhuc ſciente venerunt viri de ſichem: et
de ſilo et de ſamaria octoginta viri raſi barba:
et ſciſſis veſtibus et ſqualētes ⁊ munera ⁊ thus B
habebant in manu vt offerrēt in domo domini.
Egreſſus ergo hiſmael filius nathanie in occur
ſum eorum de maſphat: incedens et plorās ibat
Cum autem occurriſſet eis: et dixit ad eos. Ve-
nite ad godoliam filium aicham. Qui cum veniſ
ſent ad medium ciuitatis: interfecit eos hiſma-
el filius nathanie circa medium laci: ipſe et viri
qui erant cum eo: decem autem viri reperti ſūt
inter eos: qui dixerūt ad hiſmael. Noli occidere

nos: quia habemus theſaurum in agro frumenti
τ hordei τ olei τ mellis. Et ceſſauit τ non interfe
cit eos cum fratribus ſuis. Lacus autem in quē
proiecerat Hiſmael omnia cadauera viroꝝ quos
percuſſit propter Godoliam: ipſe eſt quem fecit
C rex Aſa propter Baaſa regem iſrael. Ipſum re-
pleuit hiſmael filius nathanie occiſis: τ captiuas
duxit hiſmael omnes reliquias populi qui erant
in maſphat filias regis τ vniuerſum populū qui
remanſerat in maſphat: quos cōmendauerat na
buzardan princeps militie godolie filio aicham.
Et cepit eos hiſmael filius nathanie: τ abijt vt
tranſirent ad filios ammon. Audiuit autē ioha
nan filius caree τ omnes principes bellatorū qui
erant cum eo: omne malum quod fecerat hiſmael
filius nathanie: τ aſſumptis vniuerſis viris pfe-
cti ſunt: vt bellarent aduerſum hiſmaelem filium
nathanie: τ inuenerunt eū ad aquas multas que
ſunt in gabaon. Cumq; vidiſſet omnis populus
qui erat cum hiſmael: iohannan filiuz caree τ vni
uerſos principes bellatorum qui erant cum eo:
letati ſunt. Et reuerſus eſt omnis populus quē
ceperat hiſmael in maſphat reuerſuſq; abijt ad
D iohannan filium caree. Hiſmael autem filius na
thanie fugit cum octo viris a facie Johannan
abijt ad filios ammon. Tulit ergo iohannan fi-
lius caree: τ omnes principes bellatoꝝ qui erant
cum eo vniuerſas reliquias vulgi quas reduxe-
rat ab hiſmael filio nathanie de maſphat poſtq̄
percuſſit godoliam filium aicham: fortes viros ad
prelium: et mulieres τ pueros τ eunuchos quos
reduxerat de gabaon: τ abierunt τ ſederunt pere
grinantes in chanaan que eſt iuxta bethleem: vt
pergerent τ introirent egyptū a facie chaldeorū.
Timebant enim eos: quia percuſſerat hiſmael fi-
lius nathanie godoliam filium aicham quem pre
poſuerat rex babylonis in terra iuda.

C Cap. Sū C Rogatur Hieremias a populo
reliquiarū vt conſulat pro eis dñm: τ reſpondit:
nolite intrare in egyptum. Caplm. xlij.

A ET acceſſerūt omnes
principes bellatorum: τ iohan
nan fili⁹ caree: τ iechonias fili⁹
ozie: τ reliquum vulgus a par-
uo vſq; ad magnuz: dixeruntq;
ad hieremiaz prophetā. Cadat
s.xxj.ka. oratio noſtra in cōſpectu tuo:
xxxvij.d. τ ora pro nobis ad dominum deum tuū pro vni-
l.eodem. uerſis reliquijs iſtis: quia derelicti ſumus pauci
de pluribus: ſicut oculi tui nos intuentur: τ an-
nunciet nobis dominus deus tuus viam per quā
pergamus τ verbum quod faciamus. Dixit au-
tem ad eos Hieremias propheta. Audiui. Ecce
ego oro ad dñm deum veſtrum ſm verba veſtra:
omne verbum quodcunq; reſponderit mihi indi
cabo vobis: nec celabo vos quicq̄. Et illi dixerūt
ad hieremiam. Sit dñs inter nos teſtis veritatis
τ fidei: ſi non iuxta omne verbum in quo miſerit
te dominus deus tuus ad nos: ſic faciemus ſiue
bonū ē ſiue malum. Voci dñi dei noſtri ad quem B
mittimus te obediemus: vt bene ſit nobis cuz au
dierimus vocem dñi dei noſtri. Cuz autē comple
ti eſſent decem dies factū eſt verbū dñi ad Hiere
miam. Vocauitq; iohannan filium caree τ omēs
principes bellatorum qui erant cum eo: τ vniuer-
ſum populum a minimo vſq; ad maximum: τ di-
xit ad eos. Hec dicit dñs deus iſrael: ad quem mi
ſiſtis me: vt proſternerem preces veſtros in con-
ſpectu eius. Si quieſcentes manſeritis in terra
hac: edificabo vos τ non deſtruam: plantabo et
non euellam. Jam enim placatus ſum ſuper ma-
lo quod feci vobis. Nolite timere a facie regis
babylonis quem vos pauidi formidatis. Nolite
metuere eum: dicit dñs: q: vobiſcum ſum ego: vt
ſaluos vos faciā: τ eruam de manu eius: τ dabo vo
bis miſericordias τ miſerebor veſtri: τ habitare
vos faciam in terra veſtra. Si aūt dixeritis vos: C
non habitabimus in terra iſta: nec audiemus vo-
cem domini dei noſtri: dicentes: nequaq̄: ſed ad
terram egypti pergemus: vbi non videbimus bel
lum: τ clangorem tube non audiemus τ famē nō
ſuſtinebimus τ ibi habitabim⁹ propter hoc nūc
audite verbuz domini reliquie iuda. Hec dicit do
minus exercituum deus iſrael. Si poſueritis fa-
ciem veſtram vt ingrediamini egyptum: τ intra-
ueritis vt ibi habitetis: gladius quem vos formi
datis: ibi comprehendet vos in terra egypti: τ fa
mes pro qua eſtis ſolliciti adherebit vobis ī egy
pto τ ibi moriemini. Omneſq; viri qui poſuerūt
faciem ſuam vt ingrediantur egyptum vt habi-
tent ibi morientur gladio τ fame τ peſte: nullus
de eis remanebit: nec effugiet a facie mali quod
ego afferam ſuper eos. Quia hec dicit dominus
exercituuz deus iſrael. Sicut conflatus eſt furor D
meus τ indignatio mea ſuper habitatores Hie-
ruſalez: ſic conflabitur indignatio mea ſuper vos
cum ingreſſi fueritis egyptum: τ eritis in iuſiu-
randum et in ſtuporez τ in maledictum et in op-
probrium: τ nequaq̄ vltra videbitis locum iſtuz.
Verbum domini ſuper vos reliquie iuda. Noli-
te intrare egyptum. Scientes ſcietis: quia obte-
ſtatus ſum vobis hodie: quia decepiſtis animas
veſtras. Vos enim miſiſtis me ad dñm deum ve-
ſtrum dicentes. Ora pro nobis ad dominum deū s.eodem.
noſtrum: et iuxta omnia quecunq; dixerit tibi do
minus deus noſter: ſic annuncia nobis: et facie-
mus. Et annunciaui vobis hodie: τ non audiſtis
vocem domini dei veſtri ſuper vniuerſis pro qui
bus miſit me ad vos. Nunc ergo ſcientes ſcietis:
quia gladio τ fame τ peſte moriemini in loco ad
quem voluiſtis intrare: vt habitaretis ibi.

C Capituli Summarium C De verbis Hie-
remie ad populum: ducit Johannan populum
in egyptū: τ Hieremias in taphnis lapides ſu-
mit: τ abſcondit vidente populo in crypta: et di-
cit ſuper eos venturum regem Babylonis.

C Capitulum. xliij.

A FActum eſt autē cum
compleſſet hieremias loquēs
ad populum vniuerſos ſermo-
nes dn̄i dei eoꝛū pꝛo q̄bus mi-
ſerat eū dn̄s deus eoꝛum ad il
los:oīa v̄ba hec:dicit Azarias
filius ozie ⁊ iohannan filius ca
ree ⁊ oēs viri ſuperbi: dicentes ad Hieremiam.
Mēdacium tu loqueris. Non miſit te dn̄s deus
B noſter dicens. Ne ingrediamini egyptum:vt ha-
bitetis illic:ſꝫ baruch filius nerie incitat te ad-
uerſum nos:vt tradat nos in manus chaldeoꝛuꝫ:
vt interficiat nos:⁊ traduci faciat in babylonem
Et non audiuit iohannan filius caree:⁊ omnes
pꝛincipes bellatoꝛum:⁊ vniuerſus populus vocē
domini:vt manerent in terra iuda:ſed tollens io
hannan filius caree:⁊ vniuerſi pꝛincipes bellato
rum vniuerſos reliquiarum iuda:qui reuerſi fue-
rant de cunctis gentibus ad quas fuerant ante
C diſperſi vt habitarent in terra iuda:viros ⁊ mu-
s.xl.a. lieres ⁊ paruulos ⁊ filias regis:⁊ omneꝫ animam
quā reliquerat nabuzardam pꝛinceps militie cuꝫ
godolia filio aicham filij ſaphan ⁊ tulit hieremiaꝫ
pꝛophetam ⁊ baruch filium nerie:⁊ ingreſſi ſunt
in terraꝫ egypti:qꝛ non obedierunt voci domini.
Et venerunt vſqꝫ ad taphnis. Et factus eſt ſer-
mo dn̄i ad hieremiam in taphnis:dicens:ſume ti
bi lapides grandes in manu tua:⁊ abſconde eos
in crypta que eſt ſub muro latericeo in poꝛta do-
✝ Al's thā- mus pharaonis in taphnis✝:cernentibꝫ viris iu
nis. deis:⁊ dices ad eos . Hec dicit dominus exerci-
D tuum deus iſrael . Ecce ego mittam ⁊ aſſumam
nabuchodonoſoꝛ regem babylonis ſeruū meuꝫ:
⁊ ponam thꝛonum eius ſuper lapides iſtos quos
abſcondi:⁊ ſtatuet ſoliū ſuū ſuper eos. Veniēſqꝫ
percutiet terram egypti:quos in moꝛte in moꝛtē
⁊ quos in captiuitate in captiuitatem: ⁊ quos in
gladio in gladium. Et ſuccendet ignem in delu-
bꝛis deoꝛū egypti:⁊ cōburet ea:⁊ captiuos ducet
illos:⁊ amiciet terra egypti ſicut amicit paſtoꝛ
pallio ſuo:⁊ egredietur inde in pace . Et conteret
ſtatuas domus ſolis que ſunt in terra egypti : et
delubꝛa deoꝛum egypti comburet igni .

¶ Capituli Summarium ¶ Pꝛopheta increpat populum de inobedientia ⁊ idolatria:⁊ comminatur eis gladiuꝫ ⁊ famem ⁊ moꝛteꝫ:mulieres reſpondent cuꝫ viris ꝙ Hieremiam non audiēt: ſed ſacrificantes ſacrificabunt:ꝙ deſtructi ſunt a dn̄o:datur ſignum captiuationis pharaonis.

Capitulum.xliiij.

A VErbū quod factum
eſt ad heremiam:⁊ ad omnes
iudeos qui habitabāt in terra
egypti:habitantes in magda
lo ⁊ in taphnis ⁊ i memphis ⁊
in terra phatures:dicēs. Hec
dicit dn̄s exercituuꝫ deus iſrl'.
Vos vidiſtis omne malum iſtud quod adduxi ſu
per hieruſalem ⁊ ſuper omnes vꝛbes iuda: ⁊ ecce
deſerte ſunt hodie:⁊ non eſt in eis habitatoꝛ pꝛo-
pter maliciam quam fecerunt:vt me ad iracun-
diam pꝛouocarent : ⁊ irent ⁊ ſacrificarent ⁊ co-
lerent deos alienos quos neſciebant ⁊ illi ⁊ vos ⁊
patres veſtri. Et miſi ad vos oēs ſeruos meos
pꝛophetas de nocte conſurgens mittenſqꝫ: ⁊ di-
cens. Nolite facere verbum abominationis hu-
iuſcemodi. Et non audierunt nec inclinauerunt
aurem ſuam : vt conuerterentur a malis ſuis : et
B non ſacrificarent dijs alienis . Et conflata eſt in
dignatio mea et furoꝛ meus: et ſuccenſa eſt in ci
uitatibus iuda et in plateis Hieruſalem et ver-
ſe ſunt in ſolitudinem ⁊ vaſtitatem ſm̄ diem hāc.
Et nunc hec dicit dominus exercituum deus iſ-
rael. Quare vos feciſtis malum grande hoc con-
tra animas veſtras:vt intereat ex vobis vir ⁊ mu
lier:paruulus ⁊ lactens de medio iude:nec relin-
quatur vobis quidꝙ̄ reſiduum:pꝛouocantes me
in operibus manuum veſtrarum ſacrificādo dijs
alienis in terra egypti:in quam ingreſſi eſtis : vt
habitetis ibi:⁊ diſpereatis : et ſitis in maledi-
ctionem:et in oppꝛobꝛium cunctis gentibus ter-
re. Nunquid obliti eſtis mala patrum veſtroꝛuꝫ:
et mala regum iuda:⁊ mala vxoꝛum eoꝛum:⁊ ma
la veſtra:⁊ mala vxoꝛum veſtrarum que fecerunt
C in terra iuda ⁊ in regionibus Hieruſalem. Non
ſunt mundati vſqꝫ ad diem hanc:⁊ nō timuerūt:
et non ambulauerunt in lege domini:⁊ in pꝛece-
ptis meis que dedi coꝛam vobis:⁊ coꝛam patri-
Amos.ix.b bus veſtris. Ideo hec dicit dominus exercituum
j.eodem. deus iſrael. Ecce ego ponam faciem meam in vo
bis in malū:⁊ diſperdam oēm iudam. Et aſſumā
reliquias iude qui poſuerūt facies ſuas:vt ingre
derentur terram egypti ⁊ habitarent ibi: ⁊ con-
ſumētur omnes in terra egypti: ⁊ cadent in gla-
dio ⁊ fame:⁊ conſumentur a minimo vſqꝫ ad ma-
ximum in fame ⁊ in gladio moꝛientur:⁊ erunt in
iuſiurandum et in miraculum ⁊ in maledictionē
⁊ in oppꝛobꝛium. Et viſitabo ſuper habitatoꝛes
terre egypti : ſicut viſitaui ſuper Hieruſalem in
gladio et fame et peſte : et non erit qui effugiat ⁊
ſit reſiduus de reliquijs iudeoꝝ : qui vadūt vt
peregrinentur in terra egypti: et reuertantur in
terram iuda ad quam ipſi eleuant animas ſuas
D vt reuertantur et habitent ibi . Non reuerten-
tur illuc niſi qui fugerint. Reſponderunt autem
Hieremie omnes viri ſcientes ꝙ ſacrificarēt vxo
res eoꝛum dijs alienis : et vniuerſe mulieres qua
rum ſtabat multitudo grandis : et omnis popu-
lus habitantium in terra egypti in phatures:di-
centes . Sermonem quem locutus es ad nos in
nomine dn̄i non audiemus ex te:ſed facientes fa
ciemus omne verbū qđ egredietur de oꝛe noſtro:
vt ſacrificemus regine celi ⁊ libemus ei libamina:
ſicut fecimus nos ⁊ patres noſtri reges noſtri et
pꝛincipes noſtri:in vꝛbibus iuda ⁊ in plateis hie
ruſalem:⁊ ſaturati ſumus panibus ⁊ bene nobis
erat:malūqꝫ nō vidimus. Ex eo aūt tp̄e quo ceſ
E ſauimus ſacrificare regine celi ⁊ libare ei liba-

mina: indiguimus oĩbus: ⁊ gladio ⁊ fame cõſum
B.vij.b. pti ſumus. Qđ ſi nos ſacrificamus regine celi: et
libamus ei libamina: nunquid ſine viris noſtris
faciemus ei placentas ad colendum eam: ⁊ libami
na ad libandum. Et dixit Hieremias ad omnem
populum: aduerſum viros ⁊ aduerſum mulieres
⁊ aduerſum vniuerſam plebem qui reſponderant
ei verbũ dicens. Nunquid nõ ſacrificium qđ ſa-
crificaſtis in ciuitatibus iuda ⁊ in plateis Hieru
ſalem: vos ⁊ pr̃es veſtri reges veſtri ⁊ principes
veſtri ⁊ populus terre hoꝛũ recoꝛdatus eſt dñs:
⁊ aſcendit ſuper coꝛ eius: ⁊ nõ poterat dñs vltra
poꝛtare, propter maliciã ſtudioꝝ veſtroꝝ ⁊ ꝓpter
F abominationes quas feciſtis. Et facta eſt terra
veſtra in deſolationẽ ⁊ in ſtupoꝛẽ ⁊ in maledictũ
eo ꝙ nõ ſit habitatoꝛ ſicut eſt dies hec. Propter
ea ꝙ ſacrificaueritis idolis ⁊ peccaueritis domi-
no: ⁊ nõ audieritis vocem dñi ⁊ in lege ⁊ in prece
ptis ⁊ in teſtimonijs eius nõ ambulaueritis: id-
circo euenerũt vobis mala hec ſicut eſt dies hec.
Dixit aũt Hieremias ad omnẽ populũ ⁊ ad vni
uerſas mulieres. Audite verbũ dñi oĩs iuda qui
eſtis in terra egypti. Hec dicit dñs exercituũ de⁹
iſrael dicens. Vos ⁊ vxoꝛes veſtre locuti eſtis oꝛe
veſtro: ⁊ manibus veſtris impleſtis dicentes. Fa
ciamus vota noſtra que vouimus vt ſacrificem⁹
regine celi ⁊ libemus ei libamina. Impleſtis vo-
ta veſtra ⁊ opere perpetraſtis ea. Ideo audite
verbum dñi oĩs iuda qui habitatis in terra egy-
Gen.xxij.c pti. Ecce ego iuraui in noĩe meo magno ait dñs
B q: nequaꝗ̃ vltra vocabitur nomẽ meũ ex oꝛe oĩs
ā.eodem. viri iude dicentis: viuit dñs deus in omni terra
egypti. Ecce ego vigilabo ſuper eos in malum ⁊
non in bonũ: ⁊ conſumẽtur omnes viri iuda qui
ſunt in terra egypti gladio et fame donec penit⁹
conſũmant. Et qui fugerint gladiu3 reuertẽtur
de terra egypti in terrã iuda viri pauci ⁊ ſciẽt om
nes reliquie iuda ingrediẽtiũ terrã egypti vt ha
bitent ibi: cuius ſermo cõpleatur: meus an illoꝝ.
Et hoc vobis ſignũ ait dñs: ꝙ viſite3 ego ſuper
vos in loco iſto: vt ſciatis q: vere cõplebunt ſer-
mones mei cõtra vos in malum. Hec dicit dñs.
Ecce ego tradã Pharaonẽ ephꝛee regẽ egypti
in manus inimicoꝝ eius: ⁊ in manu querentium
aĩam illius: ſicut tradidi Sedechiam rege3 iuda
in manu Nabuchodonoſoꝛ regis babylonis ini-
mici ſui: et querentis animam eius.

¶ C.S. ¶ Increpat baruch a hieremia de pu
ſillaminitate: ⁊ tñ ſalus ei ꝓmittit. Cap̃l3.xlv

A Verbum quod locu-
tus eſt Hieremias ꝓpheta
ad Baruch filiũ Nerie cũ ſcri
pſiſſet verba hec in libꝛo ex oꝛe
Hieremie anno quarto Ioa-
chim filij Ioſie regis iuda di-
cens. Hec dicit dñs deus iſrl̃
ad te Baruch. Dixiſti. Ve miſero mihi qm̃ ad-
didit dñs doloꝛem doloꝛi meo. Laboꝛaui in gemi
tu meo: ⁊ requiem non inueni. Sic dices ad eu3. B
Hec dicit dñs. Ecce quos edificaui ego deſtruo:
⁊ quos plantaui ego euello: ⁊ vniuerſam terram
hanc. Et tu queris tibi grandia. Noli querere:
quia ecce ego adducam malum ſuper omnem car
nem: ait dñs: ⁊ dabo tibi animam tuam in ſalutẽ
in omnibus locis ad quecunꝗ̃ perrexeris.

¶ Capituli Summarium. ¶ Sermo dñi con-
tra egyptum ⁊ ciuitates eius ꝙ deſtruende ſunt:
ꝓmittitur iacob ⁊ iſrael miſeratio ⁊ liberatio
cum amicis ſuis. Capitulum.xlvj.

Quod factum eſt ver-
bum domini ad Hieremiã pꝛo
phetam contra gentes: ad egy
ptum aduerſu3 exercitũ Pha
raonis nechao regis egypti: q
erat iuxta fluuium euphꝛaten
in charchamis quem percuſſit
Nabuchodonoſoꝛ rex babylonis in quarto anno
Ioachim filij Ioſie regis iuda. Preparate ſcu-
tum ⁊ clypeu3 ⁊ pꝛocedite ad bellũ: iungite equos
⁊ aſcendite equites: ſtate in galeis: polite lãceas:
induite vos loꝛicis. Quid igitur. Vidi ipſos pa- B
uidos ⁊ terga vertentes: foꝛtes eoꝛum ceſos: ⁊ fu
gerunt conciti nec reſpexerunt. Terroꝛ vndiꝗ̃ ait
dominus. Non fugiet velox: nec ſaluari ſe putet
foꝛtis ad aquilonem iuxta flumen euphꝛaten vi-
cti ſunt ⁊ ruerunt. Quis eſt iſte qui quaſi flumen
aſcendit: et veluti fluuioꝛum intumeſcunt gurgi-
tes eius. Egyptus fluminis inſtar aſcendit: ⁊ ve
lut flumina mouebuntur fluct⁹ eius et dicet. Aſcẽ
dens operiam terram perdam ciuitates ⁊ habi-
tatoꝛes eius. Aſcendite equos ⁊ exultate in curri
bus: ⁊ pꝛocedant foꝛtes ethiopie ⁊ lybie tenen-
tes ſcutum: ⁊ lydij arripientes et iacientes ſagit C
tas. Dies autem ille domini dei exercituum dies
vltionis: vt ſumat vindicta3 de inimicis ſuis. De
uoꝛabit gladius ⁊ ſaturabitur ⁊ inebꝛiabitur ſan
guine eoꝛum. Victima enim domini exercituum
in terra aquilonis iuxta flumen euphꝛaten. Aſcẽ-
de in Galaad: et tolle reſinam virgo filia egypti.
Fruſtra multiplicas medicamina ſanitas nõ erit
tibi. Audierunt gentes ignominiam tuam ⁊ vlu-
latus tuus repleuit terram: quia foꝛtis impegit
in foꝛtem: et ambo pariter conciderunt. Verbu3
quod locutus eſt dominus ad Hieremiam pꝛo-
phetã ſuper eo ꝙ venturus eſſet nabuchodono-
ſoꝛ rex Babylonis ⁊ percuſſurus terram egypti.
Annunciate egypto: et auditum facite in magda D
lo et reſonet in memphis ⁊ in taphnis dicite. Sta
⁊ pꝛepara te: quia deuoꝛabit gladius ea que per
circuitum tuum ſunt. Quare computruit foꝛtis
tuus. Non ſtetit: quoniam dominus ſubuertit
eum. Multiplicauit ruentes cecidit ꝗ̃ vir ad pꝛo
ximum ſuum. Et dicet. Surge ⁊ reuertamur ad
populum noſtrum: ⁊ ad terram natiuitatis no-
ſtre a facie gladij columbe. Vocate nomen Pha
raonis regis egypti tumultum adduxit tempus.

E Viuo ego inquit rex: dominus exercituũ nomen
eius: quoniam ſicut thaboꝛ in montibus: ⁊ ſicut
camelus in mari veniet. Vaſa tranſmigrationis
fac tibi habitatrix filia egypti: q: memphis in ſo
litudine erit: ⁊ deſeret inhabitabilis. Vitula ele-
gans atq; foꝛmoſa egyptus: ſtimulatoꝛ ab aquilo
ne veniet ei. Mercennarij quoq; eius qui verſa-
bantur in medio eius: quaſi vituli ſaginati verſi
ſunt ⁊ fugerunt ſimul nec ſtare potuerũt: q: dies
interfectionis eoꝝ venit ſuper eos: ⁊ tempus viſi
F tationis eoꝛum. Vox eius quaſi eris ſonabit: q̃m
cum exercitu pꝛoperabunt ⁊ cum ſecuribus ve-
nient ei: quaſi cedentes ligna ſucciderunt ſaltuꝫ
eius: ait dñs: qui ſupputari non poteſt. Multi-
plicati ſunt ſuper locuſtas: ⁊ non eſt in eis nume
rus. Confuſa eſt filia egypti: ⁊ tradita in manus
populi aquilonis: dicit dñs exercituuꝫ de⁹ iſrael.
Ecce ego viſitabo ſuper tumultũ alexandrie: ⁊ ſu
per egyptum. ⁊ ſuper deos eius: et ſuper reges
eius: ⁊ ſuper Pharaonem: ⁊ ſuper omnes qui cõ
fidunt in eo ⁊ dabo eis in manibus querentium
animam eoꝛum ⁊ in manibus Nabuchodonoſoꝛ
regis Babylonis et in manus ſeruoꝛum eius.
G Et poſt hec habitabitur ſicut diebus pꝛiſtinis:
xxx.b. ait dominus. Et tu ne timeas ſerue me⁹ Jacob:
Iſa.xliij.a ⁊ ne paueas iſrael. Quia ecce ego ſaluum te faciã
de longinquo: ⁊ ſemen tuum de terra captiuita-
tis tue. Et reuertetur Jacob: ⁊ requieſcet ⁊ pꝛo-
ſperabitur: ⁊ non erit qui exterreat eum. Et tu
noli timere ſerue meus Jacob: ait dominus: q̃a
ego tecum ſum: q: ego conſumam cunctas gen-
tes ad quas eieci te. Te v̓o nõ cõſumaꝫ: ſꝫ caſtiga
bo te in iudicio: nec quaſi innocẽti parcam tibi.

Capi. Sũma. Sermo domini cõtra Pa-
leſtinos: de deſtructione eoꝛum. Capl'ꝫ.xlvij.

A Quod factum eſt ver
bum dñi ad Hieremiã pphe-
tam contra Paleſtinos: an-
teq̃ percuteret Pharao ga-
ʒam. Hec dicit domin⁹. Ecce
aque aſcendent ab aquilone ⁊
erunt quaſi toꝛrens inundãs
⁊ operient terram ⁊ plenitudinem eius: vꝛbem ⁊
B habitatoꝛes eius. Clamabunt homines: ⁊ vlula-
bunt omnes habitatoꝛes terre a ſtrepitu pompe
armoꝛũ ⁊ bellatoꝛũ eius a cõmotione quadriga-
rum eius: ⁊ multitudine rotarũ illius. Nõ reſpe-
xerunt patres filios manib⁹ diſſolutis pꝛo aduen
C tu diei in quo vaſtabuntur oẽs philiſthijm: ⁊ diſſi-
pabitur Tyrus ⁊ Sydon cũ oĩbus reliquis auxilijs
ſuis. Depopulatus eſt eñ dñs ad paleſtinos: re
liquias inſule capadocie. Venit caluitium ſuper
D gaʒam: cõticuit aſcalon ⁊ reliquie vallis earũ. Vſ
quequo cõcideris? O mucro dñi vſq; quo nõ q̃e-
ſces? Jgredere in vaginam tuam refrigerare et
ſile. Quomodo quieſcet cum dñs pꝛeceperit ei
aduerſum Aſcalonẽ: ⁊ aduerſum maritimas eius
regiones ibiq; condixerit illi.

Capituli Summarium. Sermo domini
contra Moab ⁊ ciuitates eius q̃ deſtruẽde ſunt.

Capitulum.xlviij.

A Ad Moab hec dicit
dominus exercituum deus iſra
el. Ve ſuper Nabo: quoniam
vaſtata eſt ⁊ cõfuſa. Capta eſt
cariathiarim confuſa eſt foꝛtis
⁊ tremuit. Non eſt vltra exulta
tio in Moab: contra Eſebon
cogitauerunt malũ. Venite ⁊ diſperdamus eam
de gente. Ergo ſilens conticeſces: ſequeturq; te
gladius. Vox clamoꝛis de oꝛonaim: vaſtitas ⁊ cõ
tritio magna. Contrita eſt moab: annunciate cla
moꝛem paruulis eius. Per aſcenſum enim luit
ploꝛans: aſcendet in fletu: quoniam in deſcenſu
oꝛonaim hoſtes vlulatuꝫ contritionis audierũt.
Fugite ſaluate animas veſtras: ⁊ eritis quaſi my S.xvij.a
B rice in deſerto. Pꝛo eo enim q̃ habuiſti fiduciaꝫ
in munitionib⁹ tuis: ⁊ in theſauris tuis tu quoq;
capieris. Et ibit chamos in tranſmigrationem:
ſacerdotes eius ⁊ pꝛincipes eius ſimul. Et ve-
niet pꝛedo ad omnem vꝛbem: ⁊ vꝛbs nulla ſalua-
bitur. Et peribunt valles: et diſſipabuntur cam
peſtria: quoniam dixit dominus. Date floꝛem
Moab: quia floꝛens egredietur: et ciuitates eius
deſerte erunt: ⁊ inhabitabiles. Maledictus qui
facit opus domini fraudulenter: ⁊ maledictus
qui pꝛohibet gladium ſuum a ſanguine. Fertilis
fuit Moab ab adoleſcentia ſua: ⁊ requieuit in fe
cibus ſuis. Nec tranſfuſus eſt de vaſe in vas: ⁊ in
tranſmigratione non abijt. Jdcirco permanſit
guſtus eius in eo: ⁊ odoꝛ eius non eſt immuta-
tus. Pꝛeterea ecce dies veniunt: dicit dominus
et mittam ei oꝛdinatoꝛes ⁊ ſtratoꝛes lagunculā-
rum: et ſternẽt eum: ⁊ vaſa eius exhaurient: ⁊ la-
C gunculas eoꝛum collident. Et confundet moab
a chamos ſicut confuſa eſt domus iſrael a Bethel
in qua habebat fiduciam. Quomodo dicitis: foꝛ
tes ſumus: ⁊ viri robuſti ad pꝛeliandum. Vaſta-
ta eſt moab: ⁊ ciuitates illius ſuccenderunt ⁊ ele-
cti iuuenes eius deſcenderunt in occiſionem: ait
rex: dominus exercituum nomen eius. Pꝛope
eſt interitus Moab: vt veniat: ⁊ malum eius ve-
lociter accurret nimis. Conſolamini eum omnes
qui eſtis in circuitu eius: ⁊ vniuerſi qui ſcitis no-
men eius dicite. Quomodo confracta eſt virga
foꝛtis: baculus gloꝛioſus. Deſcende de gloꝛia: ⁊
ſede in ſiti habitatio filie Dibon: quoniam va-
ſtatoꝛ Moab aſcendet ad te: diſſipabit munitio-
nes. Jn via ſta ⁊ pꝛoſpice habitatio aroer. Jnter
roga fugientem: ⁊ ei qui euaſit dic quid accidit.
D Confuſus eſt Moab quoniam victus eſt. Vlula-
te ⁊ clamate annunciate in Arnon: quoniaꝫ vaſta
ta eſt moab: ⁊ iudicium venit ad terram campe-
ſtrem: ſuper Elon: et ſuper iaſa: ⁊ ſuper mephat:
⁊ ſuper dibon: ⁊ ſuper nabo: et ſuper domum de-
blathaim: ⁊ ſuper cariathiarim: ⁊ ſuper bethga-
mul: ⁊ ſuper bethmaon: ⁊ ſuper carioth: ⁊ ſuper

boſra: ꝛ ſuper omnes ciuitates terre moab que
longe ꝛ prope ſunt. Abſciſum eſt cornu moab: et
brachium eius contritum eſt: ait dominus. Ine-
briate eum: quoniam contra dominū erectus eſt.
Et allidet manum moab in vomitu ſuo: et erit in
deriſum etiam ipſe. Fuit enim in deriſum tibi iſ-
rael: quaſi inter fures reperiſſes eum. Propter
verba ergo tua que aduerſum illū locutus es ca-
E ptiuus duceris. Relinqte ciuitates: ꝛ habitate in
Eſa.xvi.b. petra habitatores moab: ꝛ eſtote quaſi columba
nidificās in ſummo ore foraminis. Audiuim⁹ ſu-
perbiā moab. Superbus eſt valde. Sublimitateꝫ
eius ꝛ arrogātiā ꝛ ſupbiā ꝛ altitudinē cordis ei⁹
ego ſcio ait dñs. Iactātiā ei⁹ eo ꝙ nō ſit iuxta eā
virtus eius: nec iuxta qd poterat conata ſit face-
re. Ideo ſuper moab eiulabo: ꝛ ad moab vniuer-
ſam clamabo: ad viros muri fictilis lamentātes.
De planctu Iazer plorabo tibi vinea ſabama.
Propagines tue tranſierūt mare: vſqꝫ ad mare
Eſa.xvi.c. Iazer peruenerūt. Sup meſſem tuā et vindemiā
tuā pdo irruit. Ablata eſt leticia: ꝛ exultabo de
carmelo ꝛ de terra moab: ꝛ vinū de torcularibus
ſuſtuli. Nequaꝙ calcator vue ſolitū celeuma can
tabit. De clamore eſebon vſqꝫ eleale ꝛ iaſa dede-
F runt vocē ſuā a ſegor vſqꝫ ad oronaꝫ vitulā cōſter
nanteꝫ: aque ꝙ nemrim peſſime erunt. Et aufe-
ram de moab ait dñs offerentē in excelſis: ꝛ ſacri
ficantem diis eius. Propterea cor meū ad moab
quaſi tibia eris reſonabit: ꝛ cor meū ad viros mu
Eſa.xv.a. ri fictilis dabit ſonitū tibiarū: q: plus fecit ꝙ po
tuit: idcirco perierūt. Omne enim caput caluiciū:
ꝛ omnis barba raſa erit. In cunctis manibus col
ligatio: ꝛ ſuper omne dorſum cilicium. Et ſuper
omnia tecta moab: ꝛ in plateis eius omnis plan-
ctus: quoniam cōtriui moab ſicut vas inutile ait
dominus. Quomodo victa eſt ꝛ vlulauerūt? Quo
modo deiecit ceruicē moab: ꝛ cōfuſus eſt. Eritqꝫ
moab in deriſum: ꝛ in exemplum omnibus in cir
cuitu ſuo. Hec dicit dñs. Ecce quaſi aquila vola
bit: ꝛ extendet alas ſuas ad moab. Capta eſt ca-
rioth ꝛ munitiones comprehēſe ſunt. Et erit cor
G fortium moab in die illa: ſicut cor mulieris partu
Eſa.xxiiij.c. rientis. Et ceſſabit moab eſſe populus: quoniam
contra dominum gloriatus eſt. Pauor ꝛ fouea ꝛ
laqueus ſuper te o habitator moab ait dominus
qui fugerit a facie pauoris cadet in foueam: et
qui deſcenderit de fouea capietur laqueo. Addu
cam enim ſuper moab annum viſitationis eorꝫ
ait dominus. In vmbra eſebon ſteterunt de la-
queo fugientes: quia ignis egreſſus eſt de eſebon
ꝛ flamma de medio ſeō: ꝛ deuorabit partē moab:
ꝛ verticem filiorum tumultus. Ve tibi moab peri
ſti popule chamos: quia comprehēſi ſunt filii tui
ꝛ filie tue in captiuitatem. Et conuertam capti-
uitateꝫ moab in nouiſſimis diebus ait dominus.
Hucuſqꝫ iudicia moab.

¶ Capituli Summarium. ¶ Sermo domini contra Amon ꝛ ciuitates eius: de deſtructione earum: contra idumeam: ꝛ de vaſtatione eius contra damaſcum: item contra cedar ꝛ regna Aſor: que percuſſit Nabuchodonoſor rex Babylonis: item contra elan: de liberatione eius finaliter.

Capitulum.xlix.

Ad filios amon hec dicit dominus. Nunquid non filii ſunt iſrael: aut heres non eſt ei? Cur igit hereditate poſſedit melchon gad: ꝛ populum eius in vrbibus ei⁹ habitauit. A Ideo ecce dies veniūt in te dicit dominus: ꝛ auditū faciā ſuper rabat filiorum Amon fremitū prelii. Et erit in tumultū diſſipata: filieqꝫ eius igne ſuccendentur: ꝛ poſſidebit iſrael poſſeſſores ſuos ait dominus. Vlula eſebon: quoniam vaſtata eſt hai. Clamate filii rabba accingite vos ciliciis. Plangite et circuite per ſepes quoniam melchon in tranſmigrationē ducetur: ſacerdotes eius ꝛ principes eius ſimul. Quid gloriaris in vallibus. Defluxit vallis tua filia delicata que confidebas in theſauris tuis ꝛ dicebas. Quis veniat ad me. Ecce ego inducā ſuper te terrorem ait dñs deus exercituum ab omnibus qui ſunt in circuitu tuo: diſpergemini ſinguli a conſpectu vro: nec erit qui congreget fugientes. Et poſt hec reuerti faciam fugientes ꝛ captiuos filiorū Amon ait dñs ad idumeā. Hec dicit dominus exercituū. Nunquid non vltra eſt ſapiētia in theman. Periit cōſiliū a filiis. Inutilis facta eſt ſapientia eorū. Fugite ꝛ terga vertite: deſcēdite in voraginem habitatores dedam: qm perditionem eſau adduxi ſuper eū tps viſitationis eius. Si vindemiatores eius veniſſent ſuper te: non reliquiſſent racemū: ſi fures in nocte rapuiſſent ꝙ ſufficeret ſibi. Ego vo diſcooperui eſau: reuelaui abſcondita eius ꝛ celari non poterit. Vaſtatū eſt nomen eius: ꝛ fratres eius ꝛ vicini eius ꝛ nō erit. Relinque pupillos tuos: ꝛ ego faciaꝫ eos viuere: ꝛ vidue tue in me ſperabunt: q: hec dicit domin⁹. Ecce quibus non erat iudiciū vt biberent calicē: bibentes bibent: ꝛ tu quaſi innocens relinqueris. Non eris innocēs ſed bibēs bibes. Quia per memetipſum iuraui dicit dñs: ꝙ in ſolitudinem ꝛ in opprobrium ꝛ in deſertum ꝛ in maledictioneꝫ erit boſra: ꝛ omnes ciuitates eius erunt in ſolitudines ſempiternas. Auditum audiui a dño: ꝛ legatus ad gentes miſſus ſum. Abdie.j.a. Congregamini et venite contra eam: et conſurgamus in prelium. Ecce enim paruulum dedi te in gentibus: contemptibilem inter homines. Eſa.xlvij.c Arrogantia tua decepit te: ꝛ ſuperbia cordis tui qui habitas in cauernis petre: D et apprehendere niteris altitudinē collis. Abdie.j.b. &.xviij.c. et xix.c. l.lv.c. Cuꝫ exaltaueris quaſi aquila nidum tuū: inde detrahabam te: dicit dominus. Et erit idumea deſerta. Omnis qui tranſibit per eam obſtupebit ꝛ ſibilabit ſuper oēs plagas eius: ſicut ſubuerſa eſt ſodoma ꝛ gomorra ꝛ vicine eius: ait dñs. Nō habitabit ibi vir: ꝛ nō incolet eam filius hominis. Ecce quaſi leo aſcendet de ſupbia iordanis ad pulchritudinē robuſtā q: ſubito curre-

re faciam eam ad illam. Et quis erit electus quē
prepona͂ ei? Quis enim ſimilis mei: ⁊ q̃s ſuſtine-
bit me. Et q̃s eſt iſte paſtor qui reſiſtat vultui
meo. Propterea audite cõſilium dñi qd̄ iniit de
edom: ⁊ cogitationes eius quas cogitauit de ha
E bitatoribus theman. Si non deiecerint paruuli
gregis niſi diſſipauerint cū eis habitaculū eorū.
A voce ruine eorum commota eſt terra: clamor in
mari rubro auditꝰ eſt vocis eius. Ecce quaſi aqui
la aſcendet ⁊ euolabit: ⁊ expandet alas ſuas ſup
boſram. Et erit cor fortiū idumee in die illa quaſi
cor mulieris parturientis. Ad damaſcū. Confuſa
eſt emath et arphat: q2 auditum peſſimū audie
runt. Turbati ſunt in mari: pre ſolitudine quieſce
re nõ potuit. Diſſoluta eſt damaſcus: verſa eſt in
fugam tremor apprehendit eam. Anguſtia ⁊ dolo
res tenuerunt eam: quaſi parturientem. Quomo
do dereliquerunt ciuitatem laudabilē: vrbē leti-
cie. Ideo cadent iuuenes eius in plateis eius: et
oēs viri prelij conticeſcent in die illa: ait dñs exer
F citūm. Et ſuccendā ignē in muro damaſci ⁊ de-
uorabit menia benadab. Ad cedar ⁊ ad regna aſor
que percuſſit nabuchodonoſor rex Babylonis:
hec dicit dñs. Surgite ⁊ aſcendite ad cedar: ⁊ va
ſtate filios orientis. Tabernacula eorū ⁊ greges
eorum capient: pelles eorū ⁊ oīa vaſa eorum ⁊ ca
melos eorum tollent ſibi: ⁊ vocabunt ſuper eos
formidinem in circuitu eius. Fugite: abite vehe-
menter in voraginibus ſedete qui habitatis aſor:
ait dñs. Iniit enī contra vos Nabuchodonoſor
rex babylonis conſilium: ⁊ cogitauit aduerſum
vos cogitationes. Conſurgite ⁊ aſcendite ad gē
tem quietam ⁊ habitantem confidenter: ait dñs.
G Non oſtia nec vectes eis: ſoli habitant. Et erūt
cameli eorum in direptionem: ⁊ multitudo iumē
torum in predam: ⁊ diſpergam eos in omnem ven-
tum qui ſunt attonſi in comam: ⁊ ex omni confi-
nio eorum adducam interitum ſuper eos: ait do-
minus. Et erit aſor in habitaculū draconum de-
ſerta vſq̧ in eternum. Non manebit ibi vir: nec
incolatꝰ eam filius hominis. Quod factum eſt ver
bum dñi ad Hieremiā prophetā aduerſus elam
in principio regni Sedechie regis iuda: dicens.
Hec dicit dñs exercituū. Ecce ego confringam
arcum elam: ſumam fortitudinem eorum: ⁊ indu-
cam ſuper elam quattuor ventos a quattuor pla-
gis celi: ⁊ ventilabo eos in oēs ventos iſtos: ⁊ non
erit gens ad quam non perueniant profugi elam.
Et pauere faciam elam coram inimicis ſuis: ⁊ in
cõſpectu querentiū aīam eorū: ⁊ adducam ſuper
eos malū: iram furoris mei: dicit dñs. Et mittam
poſt eos gladium: donec conſumam eos: ⁊ ponā
ſolium meum in elam: ⁊ perdā inde reges ⁊ prin-
cipes: ait dñs. In nouiſſimis aūt diebus reuerti
faciam captiuos elam: dicit dominus.

Capituli Summarium. Sermo dñi contra babylonē: vocat medos ⁊ perſas ad eius deſtructionem: predicit reditum populi iuda ⁊ iſrael de captiuitate: admiratio ponitur de ſubuerſione Babylonis: et gladius vltionis pro Iuda et Hieruſalem.

Capitulum L.

VErbum quod locutꝰ A
eſt dñs de Babylone ⁊ de terra
Chaldeorū in manu Hieremie
prophete. Annunciate in genti-
bus ⁊ auditum facite. Leuate ſi-
gnum: predicate ⁊ nolite celare: dicite. Capta eſt
Babylon: confuſus eſt bel: victus eſt merodach.
Confuſa ſunt omnia ſculptilia eorum: ſuperata
ſunt idola eorum. Quoniam aſcendet contra eam
gens ab aquilone: que ponet terram eius in ſoli-
tudinem: ⁊ non erit qui habitet in ea ab homine
vſq̧ ad pecus. Et moti ſunt ⁊ abierunt. In die-
bus illis ⁊ in tempore illo ait dominus: venient fi
lij iſrael: ipſi ⁊ filij iuda ſimul: ambulantes ⁊ flen
tes properabunt: ⁊ dominum deum ſuū querēt.
In ſion interrogabunt viam: huc facies eorum
venient ⁊ apponentur ad dominū federe ſempi
terno: quod nulla obliuione delebitur. Grex per
ditus factus eſt populus meus: paſtores eorū ſe-
duxerunt eos: feceruntq̧ vagari in montibus. B
De monte in collem tranſierunt. obliti ſunt cubi
lis ſui. Omnes qui inuenerunt: comederunt eos.
Et hoſtes eorum dixerunt. Non peccauimus:
pro eo ꝙ peccauerunt dño decori iuſticie ⁊ expe-
ctationi eorum patrum a dño. Recedite de me-
dio babylonis: ⁊ de terra chaldeorum egredimi-
ni: ⁊ eſtote quaſi hedi ante gregem. Quoniā ecce
ego ſuſcitabo et adducam in babylonem congre-
gationem gentium magnarum de terra aquilo-
nis: ⁊ preparabuntur aduerſus eam ⁊ inde capie
tur. Sagitta eius quaſi viri fortis interfectoris
non reuertetur vacua. Et erit chaldea in predā:
omnes vaſtantes eam replebūtur: ait dominus.
Quoniam exultatis ⁊ magna loquimini: diripiē
tes hereditatem meā: quoniam effuſi eſtis ſicut
vituli ſuper herbam: ⁊ mugiſtis vt tauri. Confu-
ſa eſt mater veſtra nimis ⁊ adequata pulueri: que
genuit vos. Ecce nouiſſima erit in gētibus: ⁊ de-
ſerta inuia ⁊ arens. Ab ira domini non habitabi- C
tur: ſed redigetur tota in ſolitudinē. Omnis qui
tranſibit per babylonem: ſtupebit ⁊ ſibilabit ſu-
per vniuerſis plagis eius. preparamini cõtra ba
bylonem per circuitum. Omnes qui intenditis
arcum: debellate eam: non parcatis iaculis: quia
domino peccauit. Clamate aduerſus eam. Vbiq̧
dedit manum. Ceciderunt fundamenta eius: de-
ſtructi ſunt muri eius: quoniam vltio domini eſt.
Vltionē accipite de ea. Sicut fecit: facite ei. Di-
ſperdite ſatorem de babylone: ⁊ tenentem falcem D
in tempore meſſis a facie gladij columbe. Vnuſ-
quiſq̧ ad populum ſuum conuertetur: ⁊ ſinguli
ad terrā ſuā fugiēt. Grex diſperſus iſrael: leones
eiecerunt eum. Primus comedit eum rex Aſſur
iſte nouiſſimus exoſſauit eum Nabuchodono-
ſor rex Babylonis. Propterea hec dicit domi-
nus exercituum deus iſrael. Ecce ego viſitabo re-

ge babylonis ⁊ terram eius ſicut viſitaui regem
Aſſur: ⁊ reducam iſrael ad habitaculuꝫ ſuuꝫ. Et
paſcetur carmelus ⁊ baſan: ⁊ in monte ephraim
D ⁊ in galaad ſaturabitur anima eius. In diebus
illis ⁊ in tempore illo ait dominus: queretur ini-
quitas iſrael ⁊ non erit: ⁊ peccatum iuda ⁊ non
inuenietur: quoniam propitius ero eis quos reli
quero. Super terram dominantium aſcende: ⁊ ſu
per habitatores eiꝰ viſita: diſſipa ⁊ interfice que
poſt eos ſunt ait dominus ⁊ fac iuxta oia que pre
cepit tibi. Vox belli in terra ⁊ contritio magna.
Quomodo confractus eſt ⁊ cõtritus malleus vni
uerſe terre. Quomodo verſa eſt in deſertum ba-
bylon in gentibꝰ. Illaqueauit te ⁊ capta es ba-
bylon ⁊ neſciebas: inuenta es ⁊ apprehenſa: qm̃
dñm prouocaſti. Aperuit dñs theſaurum ſuum: ⁊
protulit vaſa ire ſue: qm̃ opus eſt dño deo exerci-
tuum in terra chaldeorum. Venite ad eam ab ex
tremis finibus aperite vt exeant qui conculcent
eam. Tollite de via lapides ⁊ redigite in aceruos:
E ⁊ interficite eam: nec ſit quicꝙ̃ reliquũ. Diſſipa-
te vniuerſos fortes eius deſcendant in occiſionẽ.
Ve eis: quia venit dies eorũ. tẽpus viſitationis
eorũ. Vox fugientiũ ⁊ eorũ qui euaſerunt de terra
babylonis: vt annuncient in ſion vltioneꝫ domi-
ni dei noſtri vltionem templi eius. Annunciate in
babyloneꝫ plurimis omnibus qui tendunt arcũ.
Ecodem. Conſiſtite aduerſus eam per gyrũ: ⁊ nullus eua-
dat. Reddite ei ſm opus ſuuꝫ iuxta oia que fecit
facite illi: q: contra dominũ erecta eſt aduerſum
ſanctum iſrael. Idcirco cadẽt iuuenes eius in pla
teis eius: ⁊ omnes viri bellatores eius conticeſcẽt
in die illa: ait dominꝰ. Ecce ego ad te ſuperbe di
cit dominus deus exercituum: q: venit dies tuus
tempus viſitatiõis tue. Et cadet ſuperbus ⁊ cor
ruet ⁊ non erit qui ſuſcitet eum. Et ſuccendam
ignem in vrbibus eius: ⁊ deuorabit omnia in cir-
F cuitu eius. Hec dicit dñs deus exercituum. Ca-
lumniã ſuſtinent filij iſrael ⁊ filij iuda ſimul. Om-
nes qui ceperunt eos tenent: nolunt dimittere
eos. Redemptor eoruꝫ fortis dominus exercituũ
nomen eius. Iudicio defendet cauſam eorum: vt
exterreat terram ⁊ commoueat habitatores baby-
lonis. Gladius ad chaldeos ait dominus ⁊ ad
habitatores babylonis ⁊ ad principes ⁊ ad ſapiẽ
tes eius. Gladius ad diuinos eiꝰ qui ſtulti erũt.
Gladius ad fortes illius qui timebunt. Gladiꝰ
ad equos eius ⁊ ad currus eius: ⁊ ad omne vul-
gus quod eſt in medio eius ⁊ erunt quaſi mulie-
res. Gladius ad theſauros eius qui diripientur
Siccitas ſuper aquas eius erit ⁊ areſcent: q: ter
ra ſculptilium eſt: ⁊ in portentis gloriãtur. Pro-
pterea habitabunt dracones cum fatuis ficarijs:
⁊ habitabunt in ea ſtrutiones. Et non inhabita
bitur vltra vſꝙ in ſempiternum: nec extructur
Gen.xix.c. vſꝙ ad generationem ⁊ generationẽ. Sicut ſub-
uertit dominus Sodomam ⁊ Gomorram ⁊ vici-
G nas eius ait dominus. Non habitabit ibi vir: et
non incolet eam filius hominis. Ecce popu-
lus veniet ab aquilone ⁊ gẽs magna ⁊ reges mul
ti conſurgent a finibus terre. Arcum ⁊ ſcutuꝫ ap-
prehendẽt crudeles ſunt ⁊ immiſericordes. Vox
eorum quaſi mare ſonabit: ⁊ ſuper equos aſcen-
det ſicut vir paratus ad prelium contra te filia
babylon. Audiuit rex babylonis famam eorum ⁊
diſſolute ſunt manus eius. Anguſtia apprehẽdit
eum: dolor quaſi parturientem. Ecce quaſi leo
aſcendet de ſuperbia iordanis ad pulchritudineꝫ
robuſtam: quia ſubito currere faciaꝫ eum ad illã.
Et quis erit electus quem preponam ei. Quis Job. xlj.a
enim ſimilis mei: ⁊ quis ſuſtinebit me? Et quis
eſt iſte paſtor qui reſiſtat vultui meo. Propterea
audite conſilium domini quod mente concepit
aduerſum babylonem: ⁊ cogitationes eius quas
cogitauit ſuper terram chaldeorum. Niſi detra-
xerint eos paruuli gregum: niſi diſſipatum fuerit
cum ipſis habitaculum eorum. A voce captiuita
tis babylonis commota eſt terra: et clamor in-
ter gentes auditus eſt.

Capituli Summarium. De vento peſti-
lente: ⁊ de calice aureo: de colliſione babylonio-
rum: de morte peſtifera: de aduentu quoꝙ ho-
ſtium contra babylonem: de rege babylonis et
chaldeis propter quos deſtruitur babylon ⁊ pro-
pter idola: ⁊ de libro in quo ſcribit hieremias om
nia mala ventura babylonis. Capitulum .lj.

H Ec dicit dominus. A
Ecce ego ſuſcitabo ſuper ba-
bylonem ⁊ ſuper habitatores
eius qui cor ſuum leuauerunt
contra me: quaſi ventum pe-
ſtilentem: ⁊ mittam in babylo
nem ventilatores ⁊ ventilabũt
eam ⁊ demolientur terram eius: quoniam vene-
runt ſuper eam vndiꝙ in die afflictioni eius. Nõ
habitabit qui tendit arcum ſuum: ⁊ nõ aſcendet
loricatus. Nolite parcere iuuenibus eius: interfi
cite omnem militiam eius. Et cadent interfecti
in terra chaldeorum: ⁊ vulnerati in regionibus
eius. Quoniam non fuit viduatus iſrael ⁊ iuda a
deo ſuo domino exercituum. Terra autem eoruꝫ
repleta eſt delicto a ſancto iſrael. Fugite de me-
dio babylonis: vt ſaluet vnuſquiſꝙ animam ſuã.
Nolite tacere ſuper iniquitatem eius: quoniam
tempus vltionis eius eſt a domino: viciſſitudinẽ
ipſe retribuet ei. Calix aureus babylon in manu
domini inebrians omnem terram. De vino eius Eſa.xxj.c.
biberunt omnes gentes ideo commote ſunt. Su Apocalip.
bito cecidit babylon ⁊ cõtrita eſt. Vlulate ſuper xviij.c.
eam: tollite raſinam ad dolorem eius ſi forte ſane
tur. Curauimus babylonẽ et non eſt ſanata. De
relinquamus eam ⁊ eamus vnuſquiſꝙ in terram
ſuam. Quoniam peruenit vſꝙ ad celos iudicium
eius: ⁊ eleuatum eſt vſꝙ ad nubes. Protulit do B
minus iuſticias noſtras: venite ⁊ narremꝰ in ſion
opus dñi dei noſtri. Acuite ſagittas: ⁊ implete
pharetras. Suſcitauit dñs ſpiritũ regũ medorũ:
⁊ cõtra babylonẽ mens eius eſt: vt perdet eam.
Quoniam vltio dñi eſt: vltio tẽpli ſui. Super mu

ros babylonis leuate ſignum augete cuſtodias.
Leuate cuſtodes: preparate inſidias: q: cogita-
uit dñs ⁊ fecit quecunq3 locutus eſt cõtra habita-
tores babylonis. Que habitas ſuper aquas mul
tas locupl es in theſauris: venit finis tuus peda
Amos. xvj. lis preciſiõis tue. Jurauit dñs exercituũ per ani
c. mam ſuam: quoniã replebo te hoĩbus quaſi bru-
ſ̄.x.c. co: ⁊ ſuper te celeuma cantabitur. Qui fecit ter-
ram in fortitudine ſua: ⁊ preparauit orbem in ſa-
pientia ſua: ⁊ prudentia ſua extendit celos. Dan
te eo vocem multiplicantur aque in celo. Qui le-
uat nubes ab extremo terre: fulgura in pluuiam
fecit: ⁊ producit ventos de theſauris ſuis. Stul-
tus factus eſt omnis homo a ſcientia: cõfuſus eſt
omnis cõflator in ſculptili: q: mẽdax eſt cõflatio
eius: nec eſt ſpiritus in eis. Uana ſunt opera ⁊ ri
ſu digna: in tempore viſitatiõis ſue peribũt. Nõ
ſicut hec pars iacob: q: qui fecit omnia ipſe eſt: ⁊
iſrael ſceptrum hereditatis eius: dominus exerci
E tuum nomẽ eius. Collidis tu mihi vaſa belli: ⁊ ego
collidã in te gentes: ⁊ diſperdã in te regna. Et
collidam in te equum: ⁊ equitem eius: ⁊ collidam
in te currum ⁊ aſcenſorem eius ⁊ collidam in te vi
rum ⁊ mulierem. Et collidam in te ſenem ⁊ pue-
rum: ⁊ collidam in te iuuenem ⁊ virginem. Et col
lidam in te paſtorem ⁊ gregẽ eius ⁊ collidam in
te agricolã ⁊ iugales eius. Et collidam in te du
ces ⁊ magiſtratus. Et reddam babyloni ⁊ cũctis
habitatoribus chaldee omne malum ſuum quod
fecerunt in ſion in oculis veſtris ait domin⁹. Ec
ce ego ad te mons peſtifer: ait dñs: qui corrum-
pis vniuerſam terram. Et extendam manũ meã
ſuper te: ⁊ euoluam te de petris: ⁊ dabo montem
combuſtionis: ⁊ non tollent de te lapidem in an
gulum: ⁊ lapidẽ in fundamento: ſed perditus in
eternum eris: ait dñs. Leuate ſignũ in terra: clan
gite buccina in montibus. Sanctificate ſuper eã
gentes annunciate cõtra illam regibus ararath:
menni ⁊ aſcenem: numerate contra eam thapſar.
Adducite equum quaſi brucum aculeatum. San
ctificate contra eam gentes: reges medie duces
eius: ⁊ vniuerſos magiſtratus eius: cunctam ter-
ram poteſtatis eius. Et commouebitur terra et
conturbabitur: quia euigilabit contra babylonẽ
D cogitatio domini: vt ponat terram babylonis de
ſertam ⁊ inhabitabilem. Ceſſauerunt fortes ba-
bylonis a prelio: habitauerũt in preſidijs. De-
uoratum eſt robur eorum: ⁊ facti ſunt quaſi mu-
lieres. Incenſa ſunt tabernacula eius: contriti
ſunt vectes eius. Currens obuiam currenti ve-
niet: ⁊ nuncius obuius nuncianti: vt annuncient
regi babylonis: quia capta eſt ciuitas eius a ſum
mo vſq3 ad ſummũ: ⁊ vada preoccupata ſunt: et
paludes incenſe ſunt igni: ⁊ viri bellatores con-
turbati ſunt. Quia hec dicit dominus exercituũ
deus iſrael. Filia babylonis quaſi area tempus
triture eius. Adhuc modicũ ⁊ veniet tẽpus meſ
ſionis eius. Comedet me: deuorauit me Nabu-
chodonoſor rex babylonis. Reddidit me q̃ſi vas
inane. Abſorbuit me quaſi draco: repleuit ven-
trẽ ſuum teneritudine mea: ⁊ eiecit me. Iniqui

tas aduerſum me: ⁊ caro mea ſuper babylonem:
dicit habitatio ſion ⁊ ſanguis meus ſuper habi-
tatores chaldee: dicit hieruſalẽ. Propterea hec
dicit dominus. Ecce ego iudicabo cauſam tuam:
⁊ vlciſcar vltionem tuam. Et deſertum faciã ma-
re eius: ⁊ ſiccabo venam eius. Et erit babylon in
tumulos: habitatio draconum ſtupor ⁊ ſibilus: eo
q2 non ſit habitator. Simul vt leones rugient: et
excutient comas veluti catuli leonum. In calore
eorum ponam potus eorum ⁊ inebriabo eos: vt
ſopiantur ⁊ dormiant ſomnum ſempiternũ: ⁊ nõ E
conſurgant: dicit dominus. Deducam eos quaſi
agnos ad victimam: ⁊ quaſi arietes cum hedis.
Quomodo capta eſt ſeſach: ⁊ cõprehenſa eſt in-
clyta vniuerſe terre. Quomodo facta eſt in ſtupo
rem babylon inter gentes. Aſcendit ſuper baby-
lonem mare: multitudine fluctuum eius operta
eſt. Facte ſunt ciuitates eius in ſtuporẽ terre in-
habitabilis ⁊ deſerta: terra in qua null⁹ habitet:
nec tranſeat per eam filius hominis. Et viſitabo
ſuper bel in babylone: ⁊ eijciam quod abſorbue-
rat de ore eius: ⁊ non confluent ad eam vltra gen-
tes. Siquidẽ ⁊ murus babylonis corruet. Egre
dimini de medio ei⁹ pp̃ls me⁹: vt ſaluet vnuſq̃ſq3
aĩam ſuã ab ira furoris dñi. Et ne forte molle-
ſcat cor veſtrum: ⁊ timeatis auditum qui audiet
in terra: ⁊ veniet in anno auditio: ⁊ poſt hunc an-
num auditio ⁊ iniquitas in terra: ⁊ dominator ſu
per dominatorem. Propterea ecce dies veniunt
⁊ viſitabo ſuper ſculptibilia babylonis ⁊ omnis
terra eius confundetur: ⁊ vniuerſi interfecti eius
cadent in medio eius. Et laudabunt ſuper baby F
lonem celi ⁊ terra ⁊ omnia que in eis ſunt: q: ab
aquilone venient ei predones: ait dñs. Et quõ fe
cit babylon: vt caderẽt occiſi ĩ iſrael: ſic de baby-
lone cadent occiſi in vniuerſa terra. Qui fugiſtis
gladium: venite: nolite ſtare. Recordamini procul
dñi: ⁊ hieruſalem aſcẽdat ſuper cor veſtrũ. Cõfu-
ſi ſumus: quoniam audiuimus opprobrium. Ope
ruit ignominia facies noſtras: quia venerũt alie-
ni ſuper ſanctificationẽ domus dñi. Propterea
ecce dies veniunt: ait dñs. Et viſitabo ſuper ſcul
ptibilia babylonis: ⁊ in omni terra eius mugiet
vulneratus. Si aſcenderit babylon in celum ⁊ fir
mauerit in excelſo robur ſuum: ad me venient va
ſtatores eius: ait dñs. Uox clamoris de babylone
⁊ contritio magna de terra chaldeorum: quoniã
vaſtauit dñs babylonem: ⁊ perdidit ex ea vocem
magnã ⁊ ſonabunt fluctus eorũ quaſi aque mul
te. Dedit ſonitum vox eorum: q: venit ſuper eã:
id eſt ſuper babylonẽ predo. Et apprehenſi ſunt
fortes eius ⁊ emarcuit arcus eorum: q: fortis vl-
tor dñs reddens retribuet. Et inebriabo princi- G
pes eius: ⁊ ſapientes eius: duces ei⁹: ⁊ magiſtra-
tus eius ⁊ fortes eius. Et dormient ſomnum ſem
piternum: ⁊ nõ expergiſcentur: ait rex: dñs exerci
tuum nomen eius. Hec dicit dñs exercituũ. Mu-
rus babylonis ille latiſſimus ſuffoſſione ſuffodie-
tur: ⁊ porte eius excelſe igne comburentur: ⁊ labo
res populorũ ad nihilũ ⁊ gentium in ignẽ erũt:
⁊ diſperibunt. Verbũ quod precepit Hieremias

propheta ſaraie filio nerie filij maaſie: cuꝫ perge-
ret cum ſedechia rege in babylonem: ⁊ in anno
quarto regni eius. Saraias autē erat princeps
prophetie. Et ſcripſit hieremieas, omne malum
quod venturum erat ſuper babylonem in libro
vno: omnia verba hec que ſcripta ſunt cōtra ba-
bylonem. Et dixit hieremias ad ſaraiam. Cū ve-
neris in babyloneꝫ ⁊ videris ⁊ legeris omnia ver-
ba hec: dices. Dn̄e tu locutus es cōtra locū iſtū
vt diſperderes eū: ne ſit qui in eo habitet ab ho-
mine vſqꝫ ad pecus: ⁊ vt ſit perpetua ſolitudo.
Cūqꝫ cōpleueris legere librū iſtū: ligabis ad euꝫ
lapidem: ⁊ proiicies illum in mediū euphraten: et
dices. Sic ſubmergetur babylon: ⁊ non conſur-
get a facie afflictionis: quam ego adduco ſuper
eam: ⁊ diſſoluetur. Hucuſqꝫ verba hieremie.

Capituli Summarium. Capitur Hieru-
ſalem a chaldeis: apprehenditur ⁊ excoculatur ſe-
dechias: nabuzardan incendit ciuitatem ⁊ tem-
plum ſpoliat: rex ioachim educitur de carcere in
qua erat in babylone: ⁊ conſtituuntur ei cibaria
a rege babylonis. Capitulum. lij.

A
iiij. Regum xxiiij. d. ij. Parali. xxxvj. b.

Illius viginti ⁊ vnꝰ
anni erat Sedechias cum re-
gnare cepiſſet: ⁊ vndecim an-
nis rengnauit in Hieruſalem.
Et nomen matris eius Ami-
thal filia Hieremie de lobna.
Et fecit malum in oculis do-
mini iuxta omnia que fecerat Joachim: quoniā
furor domini erat in Hieruſalem ⁊ in iuda vſqꝫ
B quo proiiceret eos a facie ſua: ⁊ receſſit ſedechias a
rege babylonis. Factuꝫ eſt aūt in anno nono re-
gni eius in mēſe decimo: decima die mēſis: venit
nabuchodonoſor rex babylonis: ipē ⁊ oīs exercitꝰ
eius aduerſus hierl'ꝫ ⁊ obſederūt eā: ⁊ edificauerūt
ꝯ eā munitiōes in circuitu. Et fuit ciuitas obſeſ-
ſa vſqꝫ ad vndecimū annū regni ſedechie. Mēſe
autē quarto nona die mēſis: obtinuit fames ciui-
tatem: ⁊ nō erāt alimēta populo terre. Et diru-
pta eſt ciuitas ⁊ oēs viri bellatores fugerūt. Exie-
runtqꝫ de ciuitate nocte per viā porte: que eſt in-
ter duos muros: ⁊ ducit ad hortū regis. chaldeis
obſidētibus vrbē in gyro: ⁊ abierūt per viam que
ducit in here r.ū. Perſecutꝰ eſt aūt chaldeorum
exercitus regē ⁊ apprehēderunt ſedechiā in deſer-
C to qō eſt iuxta hiericho: ⁊ oīs comitatus eius dif-
fugit ab eo. Cūqꝫ cōprehēdiſſent regē: adduxe-
runt eū ad regē babylonis in reblatha que eſt in
terra emath: ⁊ locutꝰ eſt ad eū iudicia. Et iugula-
uit rex babylonis filios ſedechie in oculis eius: ſꝫ
⁊ oēs pncipes iuda occidit in reblatha. Et ocu-
los ſedechie eruit: ⁊ vinxit eū cōpedibus: ⁊ addu-
xit eū rex babylonis in babylonē: ⁊ poſuit euꝫ in
domo carceris vſqꝫ ad diem mortis eius. In men-
ſe autem quinto decima menſis: ipſe eſt annus no-
nuſdecimus Nabuchodonoſor regis babylonis:
venit nabuzardan princeps militie: qui ſtabat co-
ram rege babylonis in Hieruſalem: ⁊ incēdit do-
mum dn̄i: ⁊ domū regis ⁊ oēs domus hieruſaleꝫ:
⁊ omnem domum magnam igne cōbuſſit: ⁊ totū
murum hieruſaleꝫ per circuitum deſtruxit cun-
ctis exercitus chaldeorum qui erat cuꝫ magiſtro D
militie. De pauperibꝰ autē ppl'i ⁊ de reliquo vul-
go qō remāſerat in ciuitate: ⁊ de pfugis qui trāſ-
fugerant ad regē babylonis: ⁊ ceteros de multi-
tudine trāſtulit nabuzardan pnceps militie. De
pauperibꝰ vero terre reliquit nabuzardā pnceps
militie vinitores ⁊ agricolas. Columnas quoqꝫ
ereas que erant in domo dn̄i ⁊ baſes ⁊ mare eneū
qō erat in domo dn̄i cōfregerūt chaldei: ⁊ tulerūt
omne es eoꝝ in babylonē ⁊ lebetes ⁊ creagras et
pſalteria ⁊ phialas ⁊ mortariola ⁊ oīa vaſa erea q̄
in miniſterio fuerant tulerunt: ⁊ hydrias ⁊ thy-
miamateria ⁊ vrceos ⁊ pelues ⁊ candelabra ⁊ mor- E
taria ⁊ cyathos. Quotquot aurea aurea: ⁊ quot-
quot argentea argentea. Tulit magiſter militie
columnas duas ⁊ mare vnum ⁊ vitulos duode-
cim ereos qui erāt ſub baſibus: quas fecerat
rex Salomon in domo domini. Non erat pon-
dus eris omnium horum vaſoruꝫ. De columnis
auteꝫ decem ⁊ octo cubiti altitudinis erant in co-
lumna vna: ⁊ funiculus duodecim cubitorum cir-
cuibat eam. Porro groſſitudo eius quattuor di-
gitorum: ⁊ intrinſecus caua erat: ⁊ capitella ſu-
per vtranqꝫ erea: ⁊ altitudo capitelli vnius qnqꝫ
cubitorum ⁊ retiacula ⁊ malogranata ſuper coro-
nam in circuitu omnia enea: ſimiliter columne al-
terius. Et fuerunt malogranata nonagintaſex
dependentia: et omnia malogranata centum re-
tiaculis circundabantur. Et tulit magiſter mili- F
tie Saraim ſacerdotem primum: ⁊ Sophoniam
ſacerdotem ſecundum ⁊ tres cuſtodes veſtibuli:
⁊ de ciuitate tulit eunuchum vnum qui erat pre-
poſitus ſuper viros bellatores: et ſeptem viros
de his qui videbant faciē regis: qui inuenti ſunt
in ciuitate. Et ſcribam principem militum qui
probabat tyrones: ⁊ ſexaginta viros de populo
terre qui inuenti ſunt in medio ciuitatis. Tulit
auteꝫ omnes nabuzardan magiſter militie et du-
xit eos ad regem Babylonis: in Reblatha: et
percuſſit eos rex Babylonis: et interfecit eos
in Reblatha in terra emath. Et tranſlatus eſt iu-
da de terra ſua. Iſte eſt populus quem tranſtu-
lit Nabuchodonoſor. In anno ſeptimo iudeos G
tria milia et vigintitres. In anno octauodecimo
Nabuchodonoſor tranſtulit de Hieruſalem ani-
mas octingentas trigintaduas. In anno vice-
ſimo tertio Nabuchodonoſor tranſtulit Nabu-
zardan magiſter militie animas iudeorum ſeptin-
gentas quadragintaquinqꝫ. Omnes ergo ani-
me quattuor milia ſexcente. Et factum eſt in tri-
ceſimoſeptiō āno trāſmigratiōis regis ioachiꝫ re-
gis iuda duodecio mēſe viceſima qnta mēſis leua-
uit euilmeradach rex babylōis ipo āno regni ſui
caput ioachī regis iude: ⁊ eduxit eū de domo car-
ceris: ⁊ locutꝰ eſt cū eo bona: ⁊ poſuit thronū eius
ſuper thronos regum qui erant poſt ſe in baby-

lone: ⁊ mutauit veſtimenta carceris ei⁹: ⁊ come
debat panē corā eo ſemper cūctis diebus vite
ſue. Et cibaria eius cibaria ꝑpetua dabanť ei
a rege babylonis ſtatuta ꝑ ſingulos dies vſq̄
ad diem mortis ſue cūctis diebus vite eius.

¶ Incipiūt threni: id eſt lamentatiōes Hie-
remie que cinoth hebraice inſcribuntur.

ET factum eſt poſtq̄
in captiuitatem redactus eſt
iſrael ⁊ hieruſalem deſerta eſt
ſedit Hieremias ꝓpheta flēs
⁊ planxit lamentatione hac in
Hieruſalem: ⁊ amaro animo ſuſpirans ⁊ eiu-
lans: dixit Aleph.

¶ Capitulum. j.

QUomodo ſedet ſola
ciuitas plena
ꝓplo. Fctā eſt
quaſi vidua do
mina gentiū.
Princeps pro
uinciarū facta
eſt ſub tributo
Beth. Plo-
rans plorauit
in nocte: et la-
chryme eius in maxillis eius. Non eſt qui cō-
ſoletur eam: ex omnibus charis eius. Omnes
amici eius ſpreuerunt eam: ⁊ facti ſunt ei ini-
mici. Gimel. Migrauit iudas propter affli-
ctionem ⁊ multitudinē ſeruitutis. Habitauit
inter gentes: nec inuenit requiem. Omnes
perſecutores eius apprehenderunt eam inter
B anguſtias. Deleth. Vie ſion lugent: eo ꝙ nō
ſint qui veniant ad ſolennitatem. Omnes por
te eius deſtructe: ſacerdotes eius gementes.
Virgines eius ſqualide: ⁊ ipſa oppreſſa ama-
ritudine. He. Facti ſunt hoſtes eius in capi-
te: inimici eius locupletati ſunt: quia domi-
nus locutus eſt ſuper eam propter multitudi-
nem iniquitatum eius. Paruuli eius ducti
ſunt in captiuitatem ante faciem tribulantis.
Vau. Et egreſſus eſt a filia ſion omnis decor
eius. Facti ſunt principes eius velut arietes
non inuenientes paſcua: ⁊ abierunt abſq̄ forti
C tudine ante faciem ſubſequentis. Zai. Recor-
data eſt hieruſalem dierum afflictionis ſue: et
preuaricationis omnium deſiderabilium ſuo-
rum que habuerat a diebus antiquis cum ca-
deret populus eius in manu hoſtili: ⁊ nō eſſet
auxiliator. Viderunt eam hoſtes: ⁊ deriſerunt
ſabbata eius. Heth. Peccatum peccauit Hie-
ruſalem: propterea inſtabilis facta eſt. Omnes
qui glorificabant eam ſpreuerunt illam: quia vi-
derunt ignominiam eius. Ipſa autem gemens
et conuerſa eſt retrorſum. Teth. Sordes eius in
pedibus eius: nec recordata eſt finis ſui. Depoſi
ta eſt vehementer: non habens conſolatorem.
Vide domine afflictionem meam: quoniam ere- D
ctus eſt inimicus. Ioth. Manum ſuam miſit ho
ſtis ad omnia deſiderabilia eius: quia vidit gen-
tes ingreſſas ſanctuarium ſuum: de quibus pre-
ceperas ne intrarent in eccleſiam tuam. Caph.
Omnis populus eius gemens et querens panē
Dederunt precioſa queq̄ pro cibo: ad refocillan
dum animam. Vide domine ⁊ conſidera: quoniā
facta ſum vilis. Lamech. O vos omnes qui trā
ſitis per viam: attendite ⁊ videte ſi eſt dolor ſi-
cut dolor meus. Quoniam vindemiauit me: vt lo
cutus eſt dominus in die ire furoris ſui. Mem.
De excelſo miſit ignem in oſſibus meis: et eru- E
diuit me. Expandit rete pedibus meis: conuer-
tit me retrorſum. Poſuit me deſolatam tota
die merore confectam. Nun. Vigilauit iugum
iniquitatum mearum in manu eius: conuolute
ſunt et impoſite collo meo. Infirmata eſt virtus
mea: dedit me dominus in manu de qua non po
tero ſurgere. Samech. Abſtulit omnes magni-
ficos meos dn̄s de medio mei: vocauit aduer-
ſum me tempus: vt contereret electos meos.
Torcular calcauit domin⁹ virgini filie iuda. Ayn.
Idcirco ego plorans ⁊ oculus meus deducens F
aquas: quia longe factus eſt a me conſolator: con Hie. xiiij. c.
uertens animam meam. Facti ſunt filij mei per-
diti: quoniam inualuit inimicus. Phe. Expan
dit ſion manus ſuas: non eſt qui conſoletur eam.
Mandauit dominus aduerſum Iacob: in circui
tu eius hoſtes eius. Facta eſt Hieruſalē quaſi
polluta menſtruis inter eos. Sade. Iuſtus eſt
dominus: quia os eius ad iracundiam prouo-
caui. Audite obſecro vniuerſi populi et videte do
lorem meum. Virgines mee ⁊ iuuenes mei abie-
runt in captiuitatem. Coph. Vocaui amicos
meos: et ipſi deceperunt me. Sacerdotes mei G
et ſenes mei in vrbe conſumpti ſunt: quia queſie
runt cibum ſibi vt refocillarēt animas ſuas. Res.
Vide domine: quoniam tribulor: conturbatus
eſt venter meus. Subuerſū eſt cor meum in me-
metipſa: quoniam amaritudine plena ſum. Foris
interficit gladius: ⁊ domi mors ſimilis eſt. Sin.
Audierunt quia ingemiſco ego: ⁊ non eſt qui con
ſoletur me. Omnes inimici mei audierūt malum
meū: letati ſunt: quoniā tu feciſti. Adduxiſti diē
conſolatiōis: ⁊ fiant ſimiles mei. Tau. Ingrediať
omne malū eorū corā te: ⁊ deuindemia eos ſicut
vindemiaſti me propter iniq̄tates meas. Multi
enim gemitus mei: ⁊ cor meum merens. Aleph.

A
xv. diſtin. c.
ſancta.
De immu.
eccle. c. non
minus.

Hier. xiij. c.

¶ Capitulum .ij.

A Quomodo obtexit ca
ligine in furore ſuo dominus fi
lias ſion: proiecit de celo in ter
ram inclytam iſrael: ⁊ nō eſt re
cordatus ſcabelli pedum ſuoꝝ
in die furoris ſui. Beth. Pre
cipitauit dominus nec peper
cit omnia ſpecioſa iacob: deſtruxit in furore ſuo
munitiones virginis iuda: ⁊ deiecit in terrā: pol
luit regnum ⁊ principes eius. Gimel. Cōfregit
in ira furoris ſui omne cornu iſrael: auertit retro
ſum dexteram ſuam a facie inimici: ⁊ ſuccendit in
iacob quaſi ignem flamme deuorantis in gyro.
B Deleth. Tetendit arcum ſuum quaſi inimicus:
firmauit dexteram ſuam quaſi hoſtis: ⁊ occidit
omne quod pulchrum erat viſu in tabernaculo fi
lie ſion: effudit quaſi ignem indignationem ſuā.
He. Factus eſt dominus velut inimicus: precipi
tauit iſrael. Precipitauit omnia menia eius: diſ
ſipauit munitiōes eius ⁊ repleuit in filia iuda hu
miliatum ⁊ humiliatā. Vau. Et diſſipauit quaſi
hortum tentorium ſuum: demolitus eſt taberna
culum ſuum. Obliuioni tradidit dominus in ſion
feſtiuitatem ⁊ ſabbatum et in opprobrium ⁊ in
indignationem furoris ſui regem ⁊ ſacerdotem.
C Zai. Repulit dominus altare ſuū: maledixit ſan
ctificatiōi ſue. Tradidit in manus inimici muros
turrium eius. Vocem dederūt in domo dei ſicut
in die ſolēni. Heth. Cogitauit dominus diſſipa
re murū filie ſion: tetendit funiculū ſuum: ⁊ nō
auertit manum ſuam a perditiōe. Luxitq; ante
murale: ⁊ murus pariter diſſipat⁹ eſt. Teth. De
fixe ſunt in terra porte eius: perdidit ⁊ contriuit
vectes eius: regem eius ⁊ principes eius in gen
tibus non eſt lex: ⁊ prophete eius non inuenerūt
viſionem a domino. Ioth. Sederunt in terra:
conticuerunt ſenes filie ſion: conſperſerunt cine
D re capita ſua: accincti ſunt cilicijs. Abiecerunt in
terra capita ſua virgines iuda. Caph. Defece
runt pre lachrymis oculi mei: conturbata ſunt vi
ſcera mea. Effuſum eſt in terra iecur meum ſuper
contritionem filie populi mei: cum deficeret par
uulus ⁊ lactēs in plateis oppidi. Lamech. Ma
tribus ſuis dixerunt: vbi eſt triticum ⁊ vinum: cū
deficerent quaſi vulnerati in plateis ciuitatis: cū
exhalarent animas ſuas in ſinu matrū ſuarum.
E Mem. Cui comparabo te: vel cui aſſimilabo te fi
xliij. diſti. c. lia hieruſalem? Cui adequabo te: ⁊ cōſolabor te
ſit rector. virgo filia ſion. Magna eſt enim velut mare con
tritio tua: quis medebitur tui. Nun. Prophete
tui viderunt tibi falſa et ſtulta: nec aperiebant
iniquitatem tuam: vt te ad penitentiam prouoca
rent. Viderunt autem tibi aſſumptiones falſas et
eiectiones. Samech. Plauſerunt ſuper te mani
bus omnes tranſeuntes per viam: ſibilauerunt: ⁊
mouerunt capita ſua ſuper filiam hieruſalē: hecci
ne eſt vrbs dicentes: perfecti decoris: gaudiū vni
uerſe terre. Phe. Aperuerunt ſuper te os ſuum
F omnes inimici tui: ſibilauerunt ⁊ fremuerunt den
tibus ſuis: ⁊ dixerunt: deuorabimus. En iſta eſt
dies quam expectabamus: inuenimus: vidimus. Leuit.
Ain. Fecit dominus que cogitauit: compleuit: xxvi.c.
ſermonem ſuum quem preceperat a diebus anti Deutero.
quis. Deſtruxit ⁊ non pepercit: ⁊ letificauit ſu xxviij.b.
per te inimicum: ⁊ exaltauit cornu hoſtium tuoꝝ.
Sade. Clamauit cor eorum ad dominum ſuper
muros filie ſion. Deduc quaſi torrentem lachry
mas per diem ⁊ noctem: non des requiem tibi ne
ꝗ taceat pupilla oculi tui. Coph. Conſurge:
lauda in nocte in principio vigiliarum: effunde
ſicut aquam cor tuum ante conſpectum domini.
Leua ad eum manus tuas pro anima paruulo
rum tuorum: qui fame pereunt in capite omniū
compeditorum. Res. Vide domine ⁊ conſidera B
quem vindemiaueris ita. Ergo ne comedent mu
lieres fructum ſuum: paruulos ad menſuram pal
me. Si occiditur in ſanctuario domini ſacerdos
⁊ propheta. Sin. Iacuerunt in terra foris puer
⁊ ſenex: virgines mee ⁊ iuuenes mei ceciderūt in
gladio. Interfeciſti in die furoris tui: percuſſiſti:
nec miſertus es. Tau. Vocaſti quaſi ad diem
ſolennem qui terrerent me de circuitu: et non
fuit in die furoris domini qui effugeret ⁊ relin
queretur. Quos educaui et enutriui: inimicus
meus conſumpſit eos. Aleph.

¶ Capitulum .iij.

Ego vir videns pau A
pertatem meam in virga indi
gnationis eius. Aleph. Me
minauit ⁊ adduxit in tenebras
et non in lucem. Aleph. Tan
tum in me vertit ⁊ cōuertit ma
num ſuam tota die. Beth. Ve
tuſtam fecit pellem meam ⁊ carnem meam: con
triuit oſſa mea. Beth. Edificauit in gyro meo ⁊
circūdedit me felle ⁊ labore. Beth. In tenebro
ſis collocauit me quaſi mortuos ſempiternos.
Gimel. Circumedificauit aduerſum me vt non
egrediar: aggrauauit compedē meum. Gimel.
Sed ⁊ cum clamauero ⁊ rogauero: excluſit ora B
tionem meam. Gimel. Concluſit vias meas la
pidib⁹ q̄dris: ſemitas meas ſubuertit. Deleth.
Vrſus inſidians factus eſt mihi: leo in abſcondi
to. Deleth. Semitas meas ſubuertit ⁊ confre
git me: poſuit me deſolatam. Deleth. Tetendit
arcum ſuum ⁊ poſuit me quaſi ſignum ad ſagit
tam. He. Miſit in renibus meis filias pharetre
ſue. He. Factus ſum in deriſum omni populo
meo canticum eorum tota die. He. Repleuit me
amaritudinibus: inebriauit me abſinthio. Vau.
Confregit ad numerum dentes meos: cibauit me C
cinere. Vau. Et repulſa eſt anima mea: oblitus
ſum bonorum. Vau. Et dixi: perijt finis meus et
ſpes mea a domino. Zai. Recordare paupertatis
⁊ trāſgreſſionis mee: abſinthij et fellis. Zai. Me
moria memor ero: ⁊ tabeſcet in me anima mea.
Zai. Hec recolens in corde meo: in deo ſperabo.
Heth. Miſericordie domini quia non ſumus cō
ſumpti: quia non defecerunt miſerationes eius.

Heth. Noui diluculo: multa eſt fides tua.
Pars mea dominus: dixit anima mea: propter-
ea expectabo eum. Teth. Bonus eſt dominus
ſperantibus in eum: anime querẽti illum. Teth.
Bonum eſt preſtolari cum ſilentio ſalutare dei
D Teth. Bonum eſt viro cum portauerit iugum
ab adoleſcentia ſua. Joth. Sedebit ſolitarius ⁊
tacebit: quia leuauit ſe ſuper ſe. Joth. Ponet
in puluere os ſuum: ſi forte ſit ſpes. Joth. Da
bit percutienti ſe maxillam: ſaturabitur oppro-
brijs. Caph. Quia non repellet in ſempiternũ
dominus. Caph. Quia ſe abiecit et miſerebitur
ſm multitudinem miſericordiarum ſuarum.
Caph. Non enim humiliauit ex corde ſuo: ⁊ ab-
iecit filios hominum. Lamech. Ut contereret
ſub pedibus ſuis omnes vinctos terre. Lamech.
Ut declinaret iudicium viri: in conſpectu vultus
altiſſimi. Lamet. Ut peruerteret hominem in
iudicio ſuo: dominus ignorauit. Mem. Quis
eſt iſte qui dixit vt fieret: domino non iubente.
E Mem. Ex ore altiſſimi non egredientur: nec ma
la nec bona. Mem. Quid murmurauit homo
viuens: vir pro peccatis ſuis. Nun. Scrutemur
vias noſtras et queramus ⁊ reuertamur ad domi
num. Nun. Leuemus corda noſtra cum mani-
bus ad dominum in celos. Nun. Nos inique
egimus: ⁊ ad iracundiam prouocauimus: idcir-
co tu inexorabilis es. Samech. Operuiſti in fu-
rore et percuſſiſti: occidiſti nec pepercisti. Samech.
Oppoſuiſti nubẽ tibi: ne tranſeat orõ. Samech.
Eradicationem et abiectionẽ poſuiſti me in me
F dio populorum. Phe. Aperuerunt ſuper nos
os ſuum omnes inimici. Phe. Formido et la-
queus facta eſt nobis vaticinatio et contritio.
Phe. Diuiſiões aquarũ deduxit oculus meus
in contritione filie ppli mei. Ain. Oculus meus
afflictus eſt: nec tacuit: eo ꝙ non eſſet requies.
Ain. Donec reſpiceret et videret deus de celis.
Ain. Oculus meus depredatus eſt animam meã
in cunctis filiabus vrbis mee. Sade. Venatio-
ne ceperunt me quaſi auem inimici mei gratis.
Sade. Lapſa eſt in lacum vita mea: ⁊ poſuerunt
lapidem ſuper me. Sade. Inundauerunt aque
G ſuper caput meum dixi: perij. Coph. Inuocaui
nomen tuum domine: de lacu nouiſſimo. Coph.
Uocem meam audiſti: ne auertas aurem tuam a
ſingultu meo ⁊ clamoribus. Coph. Appropin-
quaſti in die quando inuocaui te dixiſti: ne time
as. Res. Judicaſti domine cauſam anime mee:
redemptor vite mee. Res. Uidiſti dñe iniquita-
tem illorũ aduerſum me iudica iudicium meum.
Res. Uidiſti oẽs furores: vniuerſas cogitationes
eorum aduerſum me. Sin. Audiſti opprobria eo
rum dñe: omnes cogitatiões eorũ aduerſum me.
Sin. Labia inſurgentiũ mihi: ⁊ meditatiões eo-
rum aduerſum me tota die. Sin. Seſſionem eo-
rum ⁊ reſurrectionem eorum vide: ego ſum pſal-
mus eorum. Tau. Reddes eis vicem domine:
iuxta opera manuum ſuarum. Tau. Dabis eis
ſcutũ cordis: laborẽ tuũ. Tau. Perſequeris in
furore tuo: ⁊ conteres eos ſub celis dñe. Aleph.

¶ Capitulum. iiij.

Quomodo obſcura- A
tum eſt aurum: mutatus eſt co
lor: optimus diſperſi ſunt lapi-
des ſanctuarij in capite omniũ
platearũ. Beth. Filij ſion in
clyti ⁊ amicti auro primo: quõ
reputati ſunt in vaſa teſtea:
opus manuũ figuli. Gimel Sed ⁊ lamie nuda-
uerunt mammam: lactauerunt catulos ſuos. Fi
lia populi mei crudelis: quaſi ſtrutio in deſerto.
Deleth Adheſit lingua lactentis ad palatum
eius in ſiti: paruuli petierunt panem: ⁊ non erat
qui frangeret eis. He. Qui veſcebant voluptuo
ſe: interierunt in vijs: qui nutriebantur in cro-
ceis: amplexati ſunt ſtercora. Vau. Et maior ef-
fecta eſt iniquitas filie populi mei peccato ſodo-
morum: que ſubuerſa eſt in momento: et non ce
perunt in ea manus. Zai. Candidiores nazarei B
eius niue: nitidiores lacte: rubicũdiores ebore an
tiquo: ſaphiro pulchriores. Heth. Denigrata
eſt ſuper carbones facies eorum: ⁊ nõ ſunt cogni
ti in plateis. Adheſit cutis eorum oſſibus: aruit Judi.v.
⁊ facta eſt quaſi lignum. Teth. Melius fuit oc-
ciſis gladio ꝙ interfectis fame: quoniam iſti exta
buerunt cõſumpti a ſterilitate terre. Joth. Ma iiij.r.e.vi.
nus mulierũ miſericordium coxerunt filios ſuos:
facti ſunt cibus earũ in contritione filie populi
mei. Caph. Compleuit dñs furorem ſuum: effu
dit iram indignationis ſue. Et ſuccendit ignem
in ſion: ⁊ deuorauit fundamenta eius. Lamech.
Non crediderunt reges terre: ⁊ vniuerſi habita
tores orbis: quoniam ingrederetur hoſtis ⁊ ini-
micus per portas Hieruſalẽ. Mem. Propter C
peccata prophetarum eius: ⁊ iniquitates ſacer-
dotum eius qui effuderunt in medio eius ſangui
nem iuſtorũ. Nun. Errauerunt ceci in plateis:
polluti ſunt ſanguine. Cumqꝫ non poſſent intra
re: tenuerũt lacinias ſuas. Samech. Recedite pol
luti: clamauerũt eis recedite: abite: nolite tan-
gere: iurgati quippe ſunt ⁊ commoti: dixerunt in
ter gẽtes nõ addet vltra vt habitet in eis. Phe.
Facies dñi diuiſit eos: nõ addet vt reſpiciat eos
facies ſacerdotum non erubuerunt: neqꝫ ſenum
miſerti ſunt. Ain. Cum adhuc ſubſiſteremus:
defecerũt oculi noſtri ad auxilium noſtrũ vanũ:
cum reſpiceremus attenti ad gentem que ſalua-
re nos non poterat. Sade. Lubricauerunt veſti D
gia noſtra in itinere platearum noſtrarũ: appro
pinquauit finis noſter: completi ſunt dies noſtri:
quia venit finis noſter. Coph. Velociores fue-
runt perſecutores noſtri aquilis celi: ſuper mon
tes perſecuti ſunt nos: in deſerto inſidiati ſunt
nobis. Res. Spiritus oris noſtri: chriſtus dñs
captus eſt in peccatis noſtris: cui diximus: in vm
bra tua viuem⁹ in gentibus. Sin. Gaude ⁊ leta
re filia edom: que habitas in terra hus. Ad te ꝙ
perueniet calix: inebriaberis atqꝫ nudaberis.
Tau. Completa eſt iniquitas tua filia ſion: non

addet vltra vt tranſmigret te. Viſitabit iniquita
tem tuam filia edom:diſcoperiet peccata tua.

¶ Oratio Hieremie.

a Recordare dñe qd acci
derit nobis intuere ꝛ reſpice op
probriū noſtrum. Hereditas nr̄a
verſa eſt ad alienos:dom⁹ nr̄e ad
extraneos. Pupilli facti ſumus
abſq; patre:matres noſtre quaſi vidue. Aquam
noſtrā pecunia bibim⁹:ligna noſtra precio cōpa
B rauimus. Ceruicibus noſtris minabamur:laſſis
nō dabatur requies. Egypto dedimus manuz ꝛ
Aſſyriis:vt ſaturaremur pane. Prēs noſtri pec
cauerunt ꝛ nō ſunt:ꝛ nos iniqtates eorū porta
uimus. Serui dñati ſunt noſtri : nō fuit qui redi
meret de manu eoꝝ. In animabus noſtris affere
bamus panē nobis:a facie gladii in deſerto. Pel
lis noſtra quaſi clibanus exuſta.eſt a facie tempe
C ſtatum famis. Mulieres in ſion humiliauerūt:ꝛ
virgines in ciuitatibus iuda . Principes manu
ſuſpenſi ſunt:facies ſenū nō erubuerūt. Adoleſcē
tibus impudice abuſi ſunt ꝛ pueri ligno corrue
runt. Senes defecerūt de portis:iuuenes de cho
ro pſallentiuz. Deficit gaudiū cordis noſtri: ver
ſus eſt in luctū chorus noſter. Cecidit corona ca
pitis noſtri:ve nobis:q2 peccauimus. Propter
ea meſtū factū eſt in dolore cor noſtrū:ideo conte
nebrati ſunt oculi nr̄i. Propter montē ſion q2 di
ſperiit:vulpes ambulauerūt in eo. Tu aūt dñe in
eternū pmanebis:ſoliū tuū in gn̄atione ꝛ gn̄atio
nem. Quare in perpetuū obliuiſceris noſtri dere
linques nos in longitudine dierū. Conuerte nos
dñe ad te ꝛ conuertemur : innoua dies noſtros
ſicut a principio. Sed proiiciēs repuliſti nos: ira
tus es contra nos vehementer.

¶ Prefatio in librum Baruch pphete incipit.

Liber iſte q Baruch
noīe prenotat᷑:in hebreo cano
ne nō habet᷑:ſed tm̄ invulgata
editione: ſimiliter et epiſtola
Hieremie. Propter noticiam
autez legentiū hic ſcripta ſunt
quia multa de chriſto nouiſſi
miſq; temporibus indicant.

¶ Baruch propheta incipit.

¶ Cap. Sū. ¶ Scripſit Baruch librū ꝛ legit
coram Iechonia filio Ioachim rege iuda : iudei
ꝛ babylonii miſerunt pecuniam et librum iudeis
in Hieruſalem : vt orarent pro ipſis.

Capitulum. j.

Et hec
verba libri q̄ a
ſcripſit Ba
ruch : filius
nerie: filii ma
aſie:filii ſedei
filii helchie in
babylonia in
an no quinto
ꝛ in ſeptimo
die mēſis: in
tempore quo
ceperunt chaldei Hieruſalem:ꝛ ſuccenderūt
eam igni. Et legit Baruch verba libri huius
ad aures Iechonie filii Ioachim regis iuda:
et ad aures vniuerſi populi venientis ad li
brum:et ad aures potentium filiorum reguz:
et ad aures preſbyterorum:ꝛ ad aures popu
li a minimo vſq; ad maximū eorū omniū ha
bitantiuz in babylonia ad flumen ſodi. Qui
audientes plorabant ꝛ ieiunabant ꝛ orabāt
in conſpectu dñi. Et collegerūt pecuniaz:ſcdm
q potuit vniuſcuiuſq; manus . Et miſerunt B
in Hierl'z ad Ioachim filium helchie filii ſa
lon ſacerdotē ꝛ ad reliquos ſacerdotes:et ad
omnem populum qui inuenti ſunt cum eo in
Hierl'z:cū acciperent vaſa tēpli dñi:que ob
lata fuerant de tēplo reuocare.in terrā iuda
decima die menſis ſiban:vaſa argētea que fe
cit Sedechias filius Ioſie rex iuda:poſtea q̄
cepiſſet Nabuchodonoſor rex babylonis Ie
choniam ꝛ principes ꝛ cunctos potentes: et
populum terre ab Hieruſalē ꝛ duxit eos vin
ctos in babylonem. Et dixerunt. Ecce miſi
mus ad vos pecunias: de quibus emite holo
cauſtomata ꝛ thus ꝛ facite manna : ꝛ offerte
pro peccato ad aram dei noſtri. Et orate pro C
vita Nabuchodonoſor regis Babylonis:et
pro vita Balthaſar filii eius : vt ſint dies
eorum ſicut dies celi ſuper terraz:ꝛ vt det do
minus virtutem nobis:ꝛ illuminet oculos no
ſtros:vt viuamus ſub vmbra Nabuchodo
noſor regis Babylonis:et ſub vmbra Bal
thaſar filii eius:ꝛ ſeruiam⁹ eis multis dieb⁹
ꝛ inueniamus grāz in cōſpectu eoꝝ. Et p no
bis ipſis orate ad dñm deū nr̄z:q2 peccauim⁹
dño deo nr̄o:ꝛ nō eſt auerſus furor eius a no
bis vſq; in hūc diē. Et legite librū iſtū quem
miſim⁹ ad vos recitari in tēplo dñi in die ſolē
ni et in die oportuno. Et dicetis. Dño deo no
ſtro iuſticia:nobis aūt ↄfuſio faciei nr̄e:ſicut
eſt dies hec:omī iuda ꝛ habitātib⁹ in hierl'z:re
gibus nr̄is:ꝛ pncipibus nr̄is ꝛ ſacerdotibus
nr̄is ꝛ pphetis nr̄is ꝛ patrib⁹ nr̄is. Peccaui i.ij.b.
mus ante dominū deuz nr̄m:ꝛ nō credidim⁹
diffidentes in eū:ꝛ non fuimus ſubiectibiles

illi:et non obaudiuimus vocē dn̄i dei noſtri:vt
D ambularemus in mādatis eius que dedit nobis
A die qua eduxit patres noſtros de terra egypti
vſqꝫ ad diem hanc eramus incredibiles ad dn̄m
deum noſtrum:et diſſipati receſſimus ne audire
mus vocem ipſius. Et adheſerunt nobis multa
mala et maledictiones que conſtituit dominus
moyſi ſeruo ſuo:q̇ eduxit patres noſtros de ter-
ra egypti:dare nobis terram fluentem lac ꝛ mel
ſicut hodierna die. Et non audiuimus vocē do
mini dei noſtri: ſꝫm omnia verba prophetarum
quos miſit ad nos:ꝛ ad iudices noſtros:ꝛ abiui
mus vnuſquiſqꝫ in ſenſum cordis noſtri maligni
operari dijs alienis facientes mala ante oculos
domini dei noſtri.

¶ Capituli Summarium. ¶ Judei, propter peccata facti ſunt ſubter:et non ſupra:vox penitentium:peccauimus et inique egimus. ꝙ non mortua ſed anima eſuriens dat gloriā deo:promittit dn̄s alterum teſtm̄ eternum:ſcꝫ nouum.

Capitulum.ij.

A PRopter quod ſtatu-
it dominus deus noſter verbū
ſuum qđ locutus eſt ad nos:ꝛ
ad iudices noſtros:qui iudica
uerunt in hieruſalem:ꝛ ad re-
ges noſtros ꝛ ad principes no
ſtros: ꝛ ad omnem iſrael ꝛ iu-
da:vt adduceret dominus ſup̱ nos mala magna
que non ſunt facta ſub celo:quēadmodum facta
ſunt in hieruſalem: ſꝫm que ſcripta ſunt in lege
moyſi:vt manducaret homo carnes filij ſui ꝛ car
nes filie ſue. Et dedit eos ſub manu regum om
B nium:qui ſunt in circuitu noſtro in improperiuꝫ
ſ.j.c. et in deſolationem ꝛ in omnibus populis in qui
bus nos diſperſit dominus. Et facti ſumus ſub
tus:ꝛ non ſupra q: peccauimus domino deo no
ſtro:non obaudiēdo voci ipſius. Domino deo
noſtro iuſticia:nobis autem ꝛ patribus noſtris
confuſio faciei:ſicut eſt dies hec. Quia locutus
eſt dominus ſuper nos omnia mala hec que vene
runt ſuper nos:et non ſumus deprecati faciem
domini dei noſtri: vt reuerteremur vnuſquiſqꝫ
noſtrum a vijs noſtris peſſimis. Et vigilauit do
minus in malis:et adduxit ea ſuper nos:quia iu
ſtus eſt dominus in omnibus operibus ſuis que
C mandauit nobis:ꝛ non audiuimus voceꝫ ipſius
vt iremus in preceptis domini que dedit ante fa
Daniel.ix. ciem noſtram. Et nunc domine deus iſrael: qui
d. eduxiſti populum tuuꝫ de terra egypti in manu
valida:et in ſignis et in p̱digijs ꝛ in virtute tua
magna et in brachio excelſo:ꝛ feciſti tibi nomen
ſicut eſt dies iſte:peccauimus:impie egimus:ini
que geſſimus:domine deus noſter in omnibus
iuſticijs tuis. Auertatur ira tua a nobis:quia de-
relicti ſumus pauci inter gentes: vbi diſperſiſti
nos. Exaudi domine preces noſtras:ꝛ orationes
nr̄as:ꝛ educ nos p̱pter te: ꝛ da nobis inuenire
gratiam ante faciem eorum qui nos abduxerūt:
vt ſciat omnis terra:q: tu es dominꝰ deꝰ noſter
et q: nomē tuū inuocatū eſt ſuper iſrael:ꝛ ſuper
genus ipſius. Reſpice dn̄e de domo ſancta tua in
nos:ꝛ inclina aurem tuam et exaudi nos. Aperi D
oculos tuos ꝛ vide:quia non mortui qui ſunt in Deu.xxvi.
inferno quorū ſp̄us acceptus eſt a viſceribꝰ ſuis d.
dabunt honoreꝫ ꝛ iuſtificationē dn̄o:ſed aīa que Eſa.lxiii.
triſtis eſt ſuper magnitudineꝫ mali:ꝛ incedit cur
ua ꝛ infirma:ꝛ oculi deficientes:ꝛ aīa eſuriēs dat
tibi gloriam ꝛ iuſticiā dn̄o:q: nō ſꝫm iuſticias pa
trū noſtrorūꝫ nos fundimus p̄ces:ꝛ petimus mi
ſericordiā ante conſpectū tuū dn̄e deus noſter:
ſed q: miſiſti irā tuā ꝛ furorē tuū ſup̱ nos: ſicut
locutꝰ es in manu pueroꝝ tuoꝝ p̱phetaꝝ dicēs.
Sic dicit dn̄s. Inclinate humerū vr̄m ꝛ ceruicē
veſtrā ꝛ opera facite regi babylonis:ꝛ ſedebitis E
in terra quam dedi patribus veſtris. Qđ ſi non
feceritis:nec audieritis voceꝫ dn̄i dei veſtri ope
rari regi babylonis:defectionē veſtrā faciam de
ciuitatibus iuda:ꝛ a foris hieruſalem ꝛ auferam
a vobis vocē iocūditatis ꝛ vocē gaudij ꝛ vocem
ſponſi ꝛ vocē ſpōſe:ꝛ erit oīs terra ſine veſtigio
ab inhabitantibus eam. Et nō audierūt vocem
tuā:vt operarētur regi babylonis ꝛ ſtatuiſti ver
ba tua que locutus es in manibus puerorū tuoꝝ
prophetarum:vt transferētur oſſa regum nr̄oꝝ
et oſſa patrū noſtrorum de loco ſuo. Et ecce p̱ie
cta ſunt in calore ſolis ꝛ in gelu noctis ꝛ mortui F
ſunt in doloribus peſſimis: in fame ꝛ in gladio
et in emiſſione. Et poſuiſti templum in quo in-
uocatum eſt nomē tuum in ipſo:ſicut hec dies:
propter iniquitatem domus iſrael ꝛ domus iuda
Et feciſti in nobis dn̄e deus noſter ſꝫm omnem
bonitatem tuaꝫ ꝛ ſꝫm omnē miſerationem tuam
illaꝫ magnā:ſicut locutus es in manu pueri tui
moyſi in die qua precepiſti ei ſcribere legem tuā
corā filijs iſrl̄:dicēs. Si nō audieritis vocē meaꝫ
multitudo hec magna cōuertet̄ in minimā gētē
qm̄ eos diſpergā q: ſcio ꝙ me non audiet ppl̄s.
Populꝰ eſt ei dura ceruice. Et cōuertet̄ ad cor
ſuū in terra captiuitatis ſue ꝛ ſcient q: ego ſuꝫ
dn̄s deꝰ eoꝝ:ꝛ dabo eis cor ꝛ intelligēt:ꝛ aures G
et audiēt. Et laudabūt me in terra captiuitatis
ſue:ꝛ memores erunt nominis mei. Et auertent
ſe a dorſo ſuo duro:ꝛ a malignitatibus ſuis: q:
reminiſcētur viam patrum ſuorum qui peccaue-
runt me. Et reuocabo illos in terraꝫ quā iuraui
patribus eorum abraam iſaac ꝛ iacob et domina
buntur eis. Et multiplicabo eos et non minora
buntur. Et ſtatuam illis teſtamentum alterum
ſempiternum:vt ſim illis in deū ꝛ ipſi erunt mi-
hi in populum. Et non mouebo amplius popu-
lum meum filios iſrael a terra quam dedi illis.

¶ Ca. Sūma ¶ Clamor aīe ꝛ ſp̄us in anguſtijs poſiti audire debemus mādata vite vt ſciamus prudētiā:et diſcere debemus vbi ſit ſapīa gygantes ſtatura magnos:ꝛ ſciētes bellū nō elegit dominus. dominus adinuenit omnem viam diſcipline:de chriſto incarnato. Capitu.iij.

A E Nūc dñe omnipo-
tens deus iſrael:anima in an-
guſtijs ⁊ ſpiritus anxius cla-
mat ad te. Audi domine ⁊ miſe
rere:quia deus es miſericoꝛs:
⁊ miſerere noſtri:q2 peccauimꝰ
ante te. Quia tu ſedes in ſem-
piternum:⁊ nos peribimus in euum? Domine
omnipotens deus iſrael audi nunc oꝛationē moꝛ
tuoꝛum iſrael:et filioꝛum ipſoꝛum : qui peccaue-
runt ante te:⁊ non audierunt vocem domini dei
ſui:⁊ agglutinata ſunt nobis mala. Noli memi-
niſſe iniquitatis patrum noſtroꝛum:ſed memēto
manus tue ⁊ noīs tui in tp̄e iſto : quia tu es dñs
deus noſter:⁊ laudabimus te domine:quia pro-
pter hoc dediſti timoꝛem tuum in coꝛdibus no-
ſtris. Et vt inuocemus nomē tuum: ⁊ laudemus
te in captiuitate noſtra:quia conuertemur ab ini
quitate patrum noſtroꝛum:qui peccauerunt an-
te te. Et ecce nos in captiuitate noſtra ſumꝰ ho-
die qua nos diſperſiſti in impꝛoperium ⁊ in male
dictum et in peccatū:ſm omnes iniquitates pa
trum noſtroꝛum: qui diſceſſerunt a te domine
B deus noſter. Audi iſrael mandata vite : auribus
percipe vt ſcias pꝛudentiam. Quid eſt iſrael ꝙ in
terra inimicoꝛum es. Inueteraſti in terra aliena:
coinquinatus es cum moꝛtuis. Deputatus es
cum deſcendentibus in infernum. Dereliquiſti
fontem ſapientie. Nam ſi in via dei ambulaſſes:
habitaſſes vtiqꝫ in pace ſuper terram. Diſce vbi
ſit pꝛudentia:vbi ſit virtus:vbi ſit intellectus:vt
ſcias ſimul vbi ſit longiturnitas vite ⁊ vi tus:vbi
ſit lumē oculoꝛum ⁊ pax. Quis inuenit locū eius.
Et quis intrauit in theſauros eius. Vbi ſunt pꝛin
cipes gentium:⁊ qui dominantur ſuper beſtias
C que ſunt ſuper terraꝫ. Qui in auibus celi ludūt:
qui argentum theſaurizant et aurum in quo con
fidunt homines:et non eſt finis acquiſitionis eo
rum. Qui argentum fabꝛicant ⁊ ſolliciti ſunt:nec
intentio eſt operum illoꝛum. Exterminati ſunt:
et ad inferos deſcenderunt : et alij loco eoꝛum
exurrexerunt. Iuuenes viderunt lumen:⁊ habi
tauerunt ſuper terram : viam autem diſcipline
ignoꝛauerunt : neqꝫ intellexerunt ſemitas eius
neqꝫ filij eoꝛum ſuſceperunt eam. A facie ipſoꝛum
longe facta eſt. Non eſt audita in terra chanaā:
neqꝫ viſa eſt in themā. Filij quoqꝫ agar qui exqui
ſierunt pꝛudentiam qui de terra eſt : negociato-
res terre ⁊ theman: et fabulatoꝛes et exquiſito-
res pꝛudentie et intelligentie: viam autem ſapiē
tie neſcierunt: neqꝫ commemoꝛati ſunt ſemitas
eius. O iſrael ꝙ̄ magna eſt domꝰ dei: et ingēs lo
cus poſſeſſionis eius. Magnus eſt et non ha-
bet finem: excelſus ⁊ immenſus. Ibi fuerunt gi
gantes nominati illi qui ab initio fuerunt ſtatu
ra magna ſcientes bellum. Non hos elegit do-
minus: neqꝫ vitam diſcipline inuenerunt : pꝛo-
pterea perierunt. Et quoniam non habuerunt
ſapientiam:interierunt pꝛopter ſuam inſipien-
tiam. Quis aſcēdit in celum et accepit eaꝫ ⁊ edu-
xit eam de nubibus. Quis tranſfretauit mare et D
inuenit illam: et attulit illam ſuper auruꝫ electū.
Non eſt qui poſſit ſcire vias eius:neqꝫ qui exqui
rat ſemitas eius. Sed qui ſcit vniuerſa nouit
eam : et adinuenit eam pꝛudentia ſua. Qui pꝛe
parauit terram in eterno tempoꝛe : et repleuit
eam bipedibus et quadrupedibus. Qui emittit
lumen et vadit et vocauit illud:⁊ obedit illi in tre
moꝛe. Stelle autem dederunt lumen in cuſtodijs
ſuis:⁊ letate ſunt. Vocate ſunt ⁊ dixerunt. Adſu
mus. Et luxerunt ei cum iocunditate:qui fecit il
las. Hic eſt deus noſter: et non eſtimabitur ali-
us aduerſus eum. Hic adinuenit omnem viam
diſcipline:⁊ tradidit illam iacob puero ſuo et iſ-
rael dilecto ſuo. Poſt hec in terris viſus eſt: et
cum hominibus conuerſatus eſt.

¶ E.S. ¶ De lege eterna ⁊ tenentibus eam
⁊ ſpernentibus eā:vox eccleſie tribulātis:cōfoꝛta
tio ⁊ conſolatio hieruſalem:id eſt eccleſie in tri-
bulationibus conſtitute. Capitulum. iiij.

Ic liber mādatoꝛuꝫ A
dei:⁊ lex que eſt in eternum.
Omnes qui tenent eam perue
nient ad vitam:qui autem de-
reliquerunt eam : in moꝛtem.
Conuertere Iacob ⁊ appꝛehē
de eam : ambula per viam ad
ſplendoꝛem eius contra lumen eius. Ne tradas
alteri gloꝛiam tuam: et dignitatem tuam genti
aliene. Beati ſumus iſrael : quia que deo placēt
manifeſta ſunt nobis. Animequioꝛ eſto populus
dei:memoꝛabilis iſrael. Venundati eſtis genti-
bus : non in perditionem : ſed pꝛopter quod in
ira ad iracundiam pꝛouocaſtis dominum tradi-
tiqꝫ eſtis aduerſarijs. Exacerbaſtis enim eum B
qui fecit vos deum eternum:immolantes demo
nijs et non deo. Obliti eniꝫ eſtis eum qui nutri-
uit vos ⁊ contriſtaſtis nutricem veſtram Hieru-
ſalem. Vidit enim iracundiam a deo venientem
vobis ⁊ dixit. Audite confines ſion. Adduxit eī
mihi deus luctum magnum. Vidi enim captiui-
tatem populi mei:filioꝛum meoꝛum et filiarum
quam ſuperduxit illis eternus. Nutriui enim il-
los cum iocunditate dimiſi autem illos cum fle- C
tu ⁊ luctu. Nemo gaudeat ſuper me viduam et
deſolatam:a multis derelicta ſum pꝛopter pecca
ta filioꝛum meoꝛum : quia declinauerunt a lege
dei. Iuſticias autem ipſius neſcierunt:nec ambu
lauerunt per vias mandatoꝛum dei:neqꝫ per ſe-
mitas veritatis eius cum iuſticia ingreſſi ſunt.
Veniant confines ſion:⁊ memoꝛentur captiuita
tem filioꝛum et filiarum mearum quam ſuperdu-
xit illis eternus. Adduxit enim ſuper illos gentē
de longinquo:gentem impꝛobam ⁊ alterius lin-
gue:qui non ſunt reueriti ſenem:neqꝫ pueroꝛum
miſerti ſunt. Et adduxerunt dilectos vidue : ⁊ a D
filijs vnicam deſolauerunt. Ego autem quid poſ
ſum adiuuare vos. Qui enim adduxit ſuper vos

mala: ipſe vos eripiet de manibus inimicorū veſtrorum. Ambulate filij ambulate: ego enim derelicta ſum ſola. Exui me ſtola pacis: indui autē
Iſ. eodem. me ſacco obſecrationis: ⁊ clamabo ad altiſſimum in diebus meis. Animequiores eſtote filij: clamate ad dominum et eripiet vos de manu principū inimicorum. Ego enim ſperaui in eternum ſalutem veſtram: ⁊ venit mihi gaudium a ſancto ſuper miſericordia: que veniet vobis ab eterno ſalu
E tari noſtro. Emiſi enim vos cum luctu ⁊ ploratu: reducet autē vos mihi dominus cū gaudio et iocunditate in ſempiternum. Sicut enim viderunt vicine ſion captiuitatem veſtram a deo ſic videbunt et in celeritate ſalutem veſtram in deo que ſuperueniet vobis cum honore magno ⁊ ſplēdore eterno. Filij patienter ſuſtinete iram que ſuperueniet vobis. Perſecutus eſt enim te inimicus tuus: ſed cito videbis perditionē ipſi⁹: ⁊ ſuper ceruices ipſius aſcendes. Delicati mei ambulauerunt vias aſperas: ducti ſunt enim vt grex direptus ab inimicis. Animequiores eſtote filij ⁊ proclamate ad dominum. Erit enim memoria ve
F ſtra ab eo qui duxit vos. Sicut enim fuit ſenſus veſter vt erraretis a deo: decies tantum iterum conuertentes requiretis eum. Qui enī induxit vobis mala: ipſe rurſum adducet vobis ſempiternam iocunditatē cū ſalute veſtra. Animequior
Ʒ. eodem. eſto Hieruſalem. Exhortatur enim te qui te nominauit. Nocentes peribunt qui te vexauerūt: et qui gratulati ſunt in tua ruina: punientur. Ciuitates quibus ſeruierunt filij tui punientur et que accepit filios tuos. Sicut enim gauiſa eſt in tua ruina: ⁊ letata eſt in caſu tuo: ſic contriſtabitur in ſua deſolatione. Et amputabitur exulta
G tio multitudinis eius: ⁊ gaudimonium eius erit in luctum. Ignis enim ſuperueniet ei ab eterno in longiturnis diebus: ⁊ habitabitur a demonijs in multitudine temporis. Circumſpice Hieruſalē ad orientem: et vide iocunditatem a deo tibi ve
Iſa. b. nientem. Ecce enī veniūt filij tui quos dimiſiſti diſperſos: veniunt collecti ab oriente vſq; ad occidentem in verbo ſancti gaudentes in honorē dei.

Capituli Summarium. De chriſto qui eſt iocunditas veniens a deo miſſus: de chriſto domino ⁊ eccleſia. Capitulum .v.

A Exue te Hieruſalē ſtola luctus ⁊ vexationis tue: ⁊ indue te decore ⁊ honore: que a deo tibi eſt ſempiterna gloria. Circundabit te deus diploide iuſticie: ⁊ imponet mitram capiti tuo honoris eterni. Deus enim oſtendet ſplendorem ſuum in te: qui ſub ce
B lo eſt. Nominabitur enim tibi nomen tuum a deo in ſempiternum: pax iuſticie ⁊ honor pieta
Ʒ. iiij. g. tis. Exurge hieruſalem ⁊ ſta in excelſo: ⁊ circumſpice ad orientem: ⁊ vide collectos filios tuos ab oriente ſole vſq; ad occidentem: in verbo ſancti gaudentes dei memoria. Exierunt enim abs te
C pedibus ducti ab inimicis: adducet autem illos dominus ad te portatos in honorem ſicut filios
D regni. Conſtituit enim deus humiliare omnem montem excelſum: et rupes perennes et conualles replere inequalitatem terre: vt ambulet iſrael diligenter in honorem dei. Obumbrauerunt autem ſilue ⁊ omne lignum ſuauitatis iſrael mandato dei. Adducet enim deus iſrael cum iocunditate in lumine maieſtatis ſue: cū miſericordia et iuſticia que eſt ex ipſo.

Incipit exemplū epiſtole eiuſdē quam miſit Hieremias ad abductos captiuos in babyloniā a rege babyloniorum: vt annunciaret illis ſm̄ q̄ preceptum eſt illi a deo. Capitulum .vj.

Propter pctā que peccaſtis ante deum: abducemini in babyloniam captiui a
A Nabuchodonoſor rege babyloniorū. Ingreſſi itaq; in babylonem: eritis ibi annis plurimis et temporibus longis vſq; ad generatiōes ſeptem: poſt hoc autem educam vos inde cum pace. Nunc autem videbitis in babylonia deos aureos ⁊ argēteos ⁊ lapideos ⁊ ligneos in humeris portari: oſtentātes metum gentibus. Videte ergo ne ⁊ vos ſimiles efficiamini factis alienis ⁊ metuatis: ⁊ metus vos capiat in ipſis. Viſa itaq; turba de retro ⁊ ab ante adorantes: dicite in cordibus veſtris. Te oportet adorari dn̄e. Angelus autē meus vobiſcum eſt. Ipſe autem exquiram animas veſtras. Nam ligna ipſorum polita a fabro: ipſa etiam inaurata ⁊ inargentata falſa ſunt: et nō poſſunt loqui. Et ſicut virgini amanti ornamenta: ita accepto auro fabricata ſunt. Coronas certe aureas habent ſuper capita ſua dij illorū: vnde ſubtrahunt ſacerdotes ab eis aurū et argentum: ⁊ erogant illud in ſemetipſis. Dant autem ⁊ ex ipſo proſtitutis: et meretrices ornant et iterū cū receperint illud a
B meretricibus ornātdeos ſuos. Hi autē non liberantur ab erugine ⁊ tinea. Opertis autem illis veſte purpurea extergent faciem ipſorum propter puluerē domus qui eſt plurimus inter eos. Sceptrum autem habet vt homo ſicut iudex regionis: qui in ſe peccantem non interficit. Habet etiam in manu gladium ⁊ ſecurim: ſe autem de bello ⁊ a latronibus non liberat. Unde vobis notum ſit quia non ſunt dij. Non ergo reuereamini eos. Sicut enim vas hominis confractum inutile efficitur: tales ſunt ⁊ dij illorum. Conſtitutis illis in domo: oculi eorum pleni ſunt puluere a pedibus introeuntium. Et ſicut alicui qui regem offendit: circumſepte ſunt ianue: aut ſicut ad ſepulchrum adductum mortuum: ita tutant ſacerdotes oſtia clauſuris ⁊ ſeris: ne a latronib⁹ expolientur. Lucernas accendunt illis ⁊ quidem mul

taſ ex quibus nullam videre poſſunt. Sunt au-
tem ſicut trabes in domo. Corda vero eorū di-
C cunt elingere ſerpentes qui de terra ſunt: dum
comedunt eos: ⁊ veſtimentū ipſorum et non ſen
tiunt. Nigreſiunt facies eorū a fumo: qui in do-
mo fit. Supra corpus eorum et ſupra caput eo-
rum volant noctue et irundines et aues: etiam
ſimiliter et catte. Unde ſciatis quia nō ſunt dij.
Ne ergo timueritis eos. Aurum etiam quod ha
Als ſpeciē bent ad ſpecimen eſt: niſi aliquis exterſerit eru-
ginem: non fulgebunt: neqꝫ enim dum conflarē-
tur: ſentiebant. Ex omni precio empta ſunt: in
Iſa.xlvj.b. quibus ſpiritus non ineſt ipſis. Sine pedibus
in humeris portantur oſtentantes ignobilitatē
ſuam hominibus. Confundantur etiam qui co-
lunt ea. Proterea ſi ceciderint in terrā: a ſemet
ipſis non conſurgunt neqꝫ ſi quis eum ſtatuerit
rectum: per ſemetipſum ſtabit: ſed ſicut mortuis
humeri eorum illis opponentur. Hoſtias illorū
vendunt ſacerdotes ipſorum et abutūtur ſimili-
ter et mulieres eorum decerpentes: neqꝫ infirmo
neqꝫ mēdicāti aliquid impartiunt de ſacrificijs
eorum fete et menſtruate contingunt. Scientes
itaqꝫ ex his: quia non ſunt dij ne timeatis eos.
Unde enim vocātur dij: quia mulieres apponūt
dijs argenteis et aureis et ligneis ⁊ in domibus
eorum ſacerdotes ſedent: habentes tunicas ſciſ
ſas ⁊ capita ⁊ barbam raſam: quorum capita nu
D da ſunt. Rugiunt autem clamantes contra deos
ſuos ſicut in cena mortui. Veſtimenta eorum au
ferunt ſacerdotes: ⁊ veſtiunt vxores ſuas ⁊ filios
ſuos. Neqꝫ ſi quid mali patiunt ab aliquo: neqꝫ
ſi quid boni poterunt retribuere: neqꝫ regem cō
ſtituere poſſunt: neqꝫ auferre. Similiter neqꝫ da
Deu.xxiij.d re diuitias poſſunt: neqꝫ malum retribuere. Si
quis illis votum vouerit et non reddiderit: neqꝫ
hoc requirunt. Hominem a morte non liberant
neqꝫ infirmum a potentiori eripiunt. Hominem
cecum ad viſum non reſtituunt de neceſſitate ho
minem non liberabunt. Vidue non miſerebunt
neqꝫ orphanis beneficient. Lapidibus de mōte
ſimiles ſunt dij illorum: lignei ⁊ lapidei ⁊ aurei ⁊
argentei. Qui autē colunt ea: cōfundētur. Quō
E ergo eſtimandū eſt aut dicendum illos eſſe deos.
Adhuc enim ipſis chaldeis nō honorantibus ea
qui cum audierint mutum non poſſe loqui of-
ferunt illud ad bel: poſtulātes ab eo loqui quaſi
poſſint ſentire qui non habent motum. Et ipſi
cum intellixerint: relinquent ea. Senſum enī nō
habent ipſi dij illorum. mulieres autem circūda
te funibus in vijs ſedent ſuccēdentes oſſa oliua
E rū. Cū aūt aliqua ex ipſis abſtracta ab aliquo
tranſeunte dormierit cū eo: proxime ſue expro-
brat ꝙ ea non ſit digna habita ſicut ipſa neqꝫ fu
nis eius diruptus ſit. Omnia autem que illis fi-
unt: falſa ſunt. Quomodo eſtimandum aut dicen
dum eſt illos eſſe deos. A fabris autem ⁊ ab auri
ficibus facta ſunt. Nihil aliud erunt: niſi id qō
volunt eſſe ſacerdotes. Aurifices etiam ipſi qui
ea faciunt non ſunt multi temporis. Nunquid
ergo poſſunt ea que fabricata ſunt ab ipſis eſſe
dij. Reliquerunt autē falſa et opprobrium po-
ſtea futuris. Nam cum ſuperuenerit illis prelium
et mala: cogitant ſacerdotes poſt ſe vbi ſe abſcō
dant cū illis. Quō ergo ſentiri debeant quoniā
dij ſunt: qui nec de bello ſe liberant: neqꝫ de ma
lis ſe eripiunt. Nam cum ſint lignea et lapidea
et inaurata et inargentata ſcietur poſtea: quia
falſa ſunt ab vniuerſis gentibus et regibus que
manifeſte ſunt: quia non ſunt dij: ſed opera ma- F
nuum hominū ⁊ nullū opus dei in illis. Unde
ergo notū eſt quia nō ſunt dij: ſed opera manuū
hominū: ⁊ nullum dei opus in ipſis eſt. Regem
regioni nō ſuſcitant: neqꝫ pluuiā hoībus dabūt.
Iudiciū quoqꝫ nō diſcernēt: neqꝫ regiōes libera
bunt ab iniuria: q: nihil poſſunt ſicut cornicule
inter mediū celi et terre: etenī cū inciderit ignis
in domum deorum ligneorum ⁊ argenteorum et
aureorum: ſacerdotes quidē ipſorum fugient et
liberabunt: ipſi vō ſicut trabes in medio cōburē
tur. Regi aūt ⁊ bello non reſiſtēt. Quō ergo eſti
mandum eſt aut recipiendū: quia dij ſunt. Nō
a furibus neqꝫ a latronibꝰ ſe liberabūt dij lignei
et lapidei ⁊ inaurati ⁊ inargētati: quibus iniqui
fortiores ſunt. Aurum ⁊ argentum et veſtimētū
quo operti ſunt: auferent illis et abibunt: nec ſi
bi auxilium ferent. Itaqꝫ melius eſt eſſe regem
oſtentantem virtutem ſuam: aut vas in domo
vtile in quo gloriabitur qui poſſidet illud: vel oſti
um in domo qō cuſtodit que in pace ſunt: ꝙ falſi
dij. Sol quidem ⁊ luna ac ſidera cum ſint ſplēdi
da et emiſſa ad vtilitates obaudiunt: ſimiliter
⁊ fulgur cum apparuerit: perſpicuū eſt. Idipſū
autem et ſpiritus in omni regione ſpirat: et nu-
bes quibus cum imperatum fuerit a deo peram
bulare in vniuerſum orbem: perficiunt qō impe G
ratum eſt eis. Ignis etiam miſſus deſuper vt cō
ſumat montes et ſiluas: facit quod preceptum
eſt ei. Hec autem neqꝫ ſpeciebus neqꝫ virtuti-
bus vni eorum ſimilia ſunt. Unde neqꝫ eſtiman
dum eſt: neqꝫ dicendum illos eſſe deos quando
non poſſunt neqꝫ iudiciū iudicare: neqꝫ quicꝙ
facere hominibus. Scientes itaqꝫ quia nō ſunt
dij: ne ergo timueritis eos. Neqꝫ enim regibus
maledicent: neqꝫ benedicent. Signa etiam in ce
lo gētibus nō oſtendunt: neqꝫ vt ſol lucebunt:
neqꝫ illuminabunt vt luna. Beſtie meliores ſunt
illis que poſſunt fugere ſub tectū: ac ꝓdeſſe ſibi.
Nullo itaqꝫ modo nobis eſt manifeſtū: q: ſunt
dij ꝓpter qō ne timeatis eos. Nam ſicut in cu-
cumerario formido nihil cuſtodit: ita ſunt dij il-
lorum lignei et argētei et inaurati. Eodē modo
⁊ in horto ſpina alba: ſupra quam oīs auis ſedet
Similiter ⁊ mortuo proiecto in tenebris ſimi-
les ſunt dij illorū lignei ⁊ inaurati et inargenta
ti. A purpura quoqꝫ et murice que ſupra illos
teneant: ſcietis itaqꝫ quia nō ſunt dij. Ipſi etiā
poſtremo comeduntur: et erit opprobrium in re
gione. Melior eſt homo iuſtus qui non habet
ſimulacra: nam erit longe ab opprobrijs.

¶ Liber Baruch explicit.

¶ Prologus ſancti Hieronymi in Ezechielem prophetam incipit.

iiij. Regum xxiiij. d.

Ezechiel pro-
pheta cū Joachim rege iu-
da captiuus ductus eſt in ba
bylonem: ibiq̧ his qui cū eo
captiui fuerāt pphetauit pe
nitentibus ꝙ ad Hieremie
vaticiniū ſeyltro aduerſarijs
tradidiſſent: ⁊ videret adhuc vrbem hieroſoli
mam ſtare quā ille caſuram eſſe pdixerat. Tri-
ceſimo aūt etatis ſue annoꝝ captiuitatis qnto
exorſus eſt ad cōcaptiuos loqui. Et eodē tpe
licet poſterior hic in chaldea hieremias in iu-
dea pphetauerūt. Sermo eiꝰ nec ſatis diſer-
tus nec admodū ruſticus eſt: ſed ex vtroq̧ me
die tēperatus. Sacerdos ⁊ ipſe fuit ſicut Hie
remias: pncipia voluminis ⁊ finē magnis ha
bens obſcuritatibꝰ inuoluta. Sʒ ⁊ vulgata eiꝰ
editio nō multū diſtat ab hebraico. Unde ſa
tis miror qd cauſe extiterit: vt ſi eoſdē in vni-
uerſis libris habemꝰ interpretes: in alijs eadē:
in alijs diuerſa trāſtulerint. Legite igit ⁊ hūc
iuxta trāſlationē noſtrā: qm̄ per cola ſcriptus
⁊ comata: manifeſtiorē legentibus ſenſum tri-
buit. Si autem amici mei et hunc ſubſannaue
rint: dicite eis ꝙ nemo eos compellat vt ſcri-
bant. Sed vereor ne illud eis eueniat qd gre-
ce ſignificantius dicitur vt vocentur phagoli-
dori: quod eſt manducantes ſenecias.

¶ Prologus explicit.

¶ Ezechiel propheta incipit.

¶ E. S. ¶ Viſio ſcribit qttuor aīaliū ⁊ viſio
rotarū: throni dei ⁊ imaginis ſuper thronum.
Capitulum .j.

B

Et factū
eſt in triceſimo
anno i quarto:
in quinta men-
ſis: cum eſſē in
medio captiuo
rum iuxta fluui
um chobar ap-
ti ſunt celi ⁊ vi-
di viſiones dei.
In quinta mē-
ſis: ipſe eſt annus quintus trāſmigrationis re
gis Joachim: factū eſt verbū dn̄i ad Ezechie-
lem filium Buzi ſacerdotē in terra chaldeorū
ſecus flumen chobar. Et facta eſt ſuper eum
B ibi manus dn̄i. Et vidi: ⁊ ecce vētus turbinis
veniebat ab aquilone: ⁊ nubes magna ⁊ ignis in
uoluens: ⁊ ſplendor in circuitu eius: ⁊ de medio
eius quaſi ſpecies electri: id eſt de medio ignis.
Et in medio eorum ſimilitudo quattuor aīalium:
⁊ hoc aſpectus eorū. Similitudo hominis in eis.
Et quattuor facies vni: ⁊ quattuor penne vni: ⁊
pedes eorū pedes recti: ⁊ plāta pedis eorū quaſi
plāta pedis vituli: ⁊ ſcintille quaſi aſpectus eris
candentis. Et manus hominis ſub pennis eorū
in quattuor partibus: ⁊ facies ⁊ pennas p quat C
tuor ptes habebāt: iūcteq̧ erāt pēne eorum alte De pe.
rius ad alterū. Non reuertebant cū incederent: ij.c.pe
ſed vnumquodq̧ ante faciē ſuā gradiebat. Simi ta.⁊.c.
litudo aūt vultus eoꝝ facies hoīs ⁊ facies leonis uertebant
a dextris ipſoꝝ quattuor: facies autē bouis a ſini
ſtris ipſoꝝ quattuor: ⁊ facies aquile deſuper ipſo
rum quattuor: ⁊ facies eorū ⁊ penne eorū extēte
deſuper. Due penne ſingulorū iungebant: ⁊ due
tegebant corpora eoꝝ. Et vnūquodq̧ eorū corā
facie ſua ambulabat. Ubi erat impetus ſpiritus:
illuc gradiebantur nec reuertebantur cum ambu
larent. Et ſimilitudo animalium et aſpectus eo-
rum quaſi carbonum ignis ardentium: ⁊ quaſi D
aſpectus lampadarum. Hec erat viſio diſcurrēs
in medio animalium ſplendor ignis: ⁊ de igne ful
gor egrediens. Et animalia ibant et reuerteban
tur in ſimilitudinem fulgoris coruſcantis. Cūq̧
aſpicerem animalia: apparuit rota vna ſuper ter
ram iuxta animalia: habens quattuor facies. Et
aſpectus rotarum ⁊ opus earum quaſi viſio ma-
ris: ⁊ vna ſimilitudo ipſarū quattuor ⁊ aſpectus
earum ⁊ opera quaſi ſit rota in medio rote. Per
quattuor partes earū euntes ibant: ⁊ nō reuerte E
bantur cum ambularent. Statura q̧ erat rotis
⁊ altitudo ⁊ horribilis aſpectus. Et totū corpus
oculis plenum in circuitu ipſaꝝ quattuor. Cūq̧
ambularent aīalia: ambulabant pariter ⁊ rote iu
xta ea. Et cū eleuarentur aīalia de terra: eleuabā
tur ſimul ⁊ rote. Quocunq̧ ibat ſpiritus: illuc
eunte ſpiritu ⁊ rote pariter eleuabant ſequentes
eum. Spiritus em̄ vite erat in rotis. Cum eunti
bus ibant: ⁊ cum ſtātibus ſtabāt: ⁊ cum eleuatis
a terra: pariter eleuabantur: ⁊ rote ſequētes ea: F
qr ſpiritus vite erat in rotis. Et ſimilitudo ſuper
capita aīaliū firmamenti quaſi aſpectus cryſtal
li horribilis: ⁊ extenti ſuper capita eorū deſuper.
Sub firmamento autem penne eorum recte alte
rius ad alterum. Unumquodq̧ duabus alis ve-
labat corpus ſuum: ⁊ alterū ſimiliter velabatur.
Et audiebā ſonum alarum quaſi ſonū aquarum
multarum quaſi ſonum ſublimis dei. Cum am-
bularēt: quaſi ſonus erat multitudinis vt ſonus
caſtrorum. Cumq̧ ſtarent demittebantur pēne
eorum. Nam cum fieret vox ſuper firmamentū
quod erat ſuper caput eorum: ſtabāt ⁊ ſubmitte G
bant alas ſuas. Et ſuper firmamentū quod erat
imminens capiti eorum quaſi aſpectus lapidis
ſaphyri: ſimilitudo throni: ⁊ ſuper ſimilitudinem

thꝛoni ſimilitudo quaſi aſpectus hoīs deſuper.
Et vidi quaſi ſpeciem electri velut aſpectū ignis
intrinſecus per circuitum eius:a lumbis eius et
deſuper:ꝛ a lumbis eius vſqꝫ deoꝛſum:vidi quaſi
ſpeciem ignis ſplendentis in circuitu:velut aſpe
ctum arcus cum fuerit in nube in die pluuie: hic
erat aſpectus ſplendoꝛis per gyrum.

¶ Ca.ſeu.¶ Mittitur ꝓpheta reuocare po
pulum ab erroꝛibus ſuis. Capitulum.ij.

A Ec viſio ſimilitudinis j.iij.f. l.diſ.c.quid eſt hoc.
glorie domini. Et vidi ꝛ cecidi in
faciem meā:ꝛ audiui vocē loquē
tis. Et dixit ad me. Fili hominis
ſta ſuper pedes tuos ꝛ loquar te
cum. Et ingreſſus eſt in me ſpiritus poſtqꝫ locu
tus eſt mihi:ꝛ ſtatuit me ſupꝛa pedes meos:ꝛ au
B diui loquētem ad me ꝛ dicentem. Fili hoīs mit
to ego te ad filios iſrael:ad gentes apoſtatrices
que receſſerunt a me. Patres eoꝛum pꝛeuarica
ti ſunt pactum meū vſqꝫ ad hanc diem:ꝛ filij du
ra facie ꝛ indomabili coꝛde ſūt:ad quos ego mit
to te. Et dices ad eos. Hec dicit dominus deus.
C Si foꝛte vel ipſi audiant:ꝛ ſi foꝛte quieſcant quo
xxiij.q.iiij. niam domus exaſperans eſt:ꝛ ſcient quia ꝓphe
c.nabuchodonoſoꝛ. ta fuerit in medio eoꝛū. Tu ergo fili hominis ne
timeas eos:neqꝫ ſermones eoꝛum metuas: quo
xl.di.c.quilibet. niam increduli ꝛ ſubuerſoꝛes ſunt tecum: ꝛ cum
ſcoꝛpionibus habitas. Verba eoꝛum ne timeas:
ꝛ vultus eoꝛum ne foꝛmides:quia domus exaſpe
rans eſt. Loqueris ergo verba mea ad eos: ſi foꝛ
te audiāt ꝛ quieſcant:quoniam irritatoꝛes ſunt.
D Tu autē fili hominis audi quecunqꝫ loquar ad te:
ꝛ noli eſſe exaſperans ſicut domus exaſperatrix
eſt. Aperi os tuum ꝛ comede quecunqꝫ ego do
Apoca.v.a. tibi. Et vidi: ꝛ ecce manus miſſa ad me in qua
erat inuolutus liber: ꝛ expandit illum coꝛam me
qui erat ſcriptus intus ꝛ foꝛis:ꝛ ſcripte erant in
eo lamentationes ꝛ carmen ꝛ ve.

¶ Capituli ſummariū. ¶ Cibatur ꝓpheta
volumine:recipit faciem ſicut adamantis ꝛ ſili
cis:ꝛ mittitur ad filios tranſmigrationis: pꝛo
batur obſidio hieruſalem per incluſionem pꝛo
phete:de gloꝛia domini quam vidit in campo:qꝛ
opoꝛtet ſpeculatoꝛem annunciare peccatoꝛi ſce
lera ſua:ne requiratur ſanguis de manibus eius.

Capitulum.iij.

A T dixit ad me. Fili
hominis:quodcunqꝫ inueneris.
comede volumen iſtud: ꝛ vade
loquere ad filios iſrael. Et ape
ri os meum:ꝛ cibauit me volu
mine illo. Et dixit ad me. Fili hoīs venter tuus
comedet:ꝛ viſcera tua complebuntur volumine
iſto qꝫ ego do tibi. Et comedi illud:ꝛ factū eſt in
oꝛe meo ſicut mel dulce. Et dixit ad me. Fili ho
minis vade ad domū iſrael:ꝛ loqueris verba mea
ad eos. Non enim ad populum pꝛofundi ſermo B
nis ꝛ ignote lingue tu mitteris ad domū iſrael:
neqꝫ ad populos mltos ꝓfundi ſermonis ꝛ igno
te lingue quoꝛum non poſſis audire ſermones.
Et ſi ad illos mitteris ipſi audirent te. Domus
autem iſrael nolunt audire te:quia nolunt audi
re me. Omnis quippe domus iſrael attrita fron
te eſt ꝛ duro coꝛde. Ecce dedi faciem tuā valen
tioꝛem faciebus eoꝛū:ꝛ frontem tuā duriorē fron
tibus eoꝛū:ꝛ vt adamantē ꝛ vt ſilicē dedi faciem C
tuam. Ne timeas eos neqꝫ metuas a facie eoꝛū:
quia domus exaſperans eſt. Et dixit ad me. Fili
hominis omnes ſermones meos quos ego loquoꝛ xxvj.q.v.c.
ad te:aſſume in coꝛde tuo ꝛ auribus tuis audi ꝛ epiſcopi.
vade:ꝛ ingredere ad tranſmigrationem ad filios
populi tui ꝛ loqueris ad eos ꝛ dices eis. Hec di
cit dominus deus ſi foꝛte audiant ꝛ quieſcāt. Et
aſſumpſit me ſpiritus ꝛ audiui poſt me vocem cō
motionis magne:benedicta gloꝛia domini de lo
co ſuo:ꝛ vocē alarum animalium percutientium
alterā ad alterā:ꝛ vocem rotarum ſequentiū ani
malia:ꝛ vocem commotionis magne. Spiritus
quoqꝫ leuauit me ꝛ aſſumpſit me: ꝛ abij amarus
in indignatione ſpiritus mei. Manus enim do D
mini erat mecum confoꝛtans me:ꝛ veni ad tranſ
migrationem ad aceruum nouarum frugum ad
eos qui habitabāt iuxta flumē chobar:ꝛ ſedi vbi
illi ſedebant:ꝛ manſi ibi ſeptem diebus merens
in medio eoꝛum. Cum autem pertranſiſſent ſeptē i.xxxiij.b.
dies:factum eſt verbum domini ad me dicens.
Fili hominis ſpeculatoꝛem dedi te domui iſrael:
ꝛ audies de oꝛe meo verbum ꝛ annunciabis eis
ex me. Si dicēte me ad impium moꝛte moꝛieris: E
non annunciaueris ei:neqꝫ locutus fueris vt auer
tatur a via ſua impia ꝛ viuat:ipſe impius in ini
quitate ſua moꝛietur:ſanguinem autem eius de
manu tua requiram. Si autem tu annunciaueris
impio: ꝛ ille non fuerit conuerſus ab impietate
ſua ꝛ a via ſua impia:ipſe quidē in impietate ſua
moꝛietur:tu autem animam tuam liberaſti. Sed
ꝛ ſi conuerſus iuſtus a iuſticia ſua fuerit ꝛ fecerit F
iniquitatem:ponam offendiculum coꝛā eo. Ipſe
moꝛietur quia non annunciaſti ei. In peccato
ſuo moꝛietur:ꝛ non erunt in memoꝛia iuſticie eiꝰ
quas fecit:ſanguinē ꝟo eius de manu tua requi
ram. Si autem tu annunciaueris iuſto vt nō pec
cet iuſtus:et ille non peccauerit:viuens viuet qꝛ
annunciaſti ei:ꝛ tu animam tuam liberaſti. Et fa
cta eſt ſuper me manꝰ domini:ꝛ dixit ad me. Sur
gens egredere in campum: ꝛ ibi loquar tecum.
Et ſurgens egreſſus ſum in cāpum:ꝛ ecce ibi glo
ria dñi ſtabat quaſi gloꝛia quā vidi iuxta flumen s.ij.b.
chobar:ꝛ cecidi in faciē meā. Et ingreſſus eſt in
me ſpūs:ꝛ ſtatuit me ſuper pedes meos: ꝛ locu G
tus eſt mihi:ꝛ dixit ad me. Ingredere ꝛ include
re in medio domus tue. Et tu fili hoīs ecce data
ſunt ſuper te vincula:ꝛ ligabunt te in eis: ꝛ non
egredieris de medio eoꝛum:ꝛ linguā tuā adhere
re faciam palato tuo:ꝛ eris mutus:nec quaſi vir
obiurgans:qꝛ domus exaſperans eſt. Cū autem

locutus fuero tibi:aperiā os tuū:⁊ dices ad eos.
Hec dicit dn̄s deus. Qui audit audiat : et qui
quieſcit quieſcat:quia domus exaſperans eſt.

¶ Ca. Sūma. ¶ Per laterē ſignificatur in‑
ſtantia obſidionis ira dei irrefragabilis:per ſan
guinem diuturnitas captiuitatis decem tribuū
de anguſtia famis.

Capitulum.iiij.

A Et tu fili hominis ſu
me tibi laterē ⁊ pones eum co
ram te:⁊ deſcribes in eo ciuita
tem hierl'm. Et ordinabis ad
uerſus eā obſidionē:⁊ edifica‑
bis munitiones:⁊ cōportabis
aggerem:et dabis contra eam
caſtra:⁊ pones arietes in gyro. Et tu ſume tibi
ſartaginē ferreā:⁊ pones eā in murum ferreum
inter te ⁊ inter ciuitatē ⁊ obfirmabis faciē tuā
ad eā:⁊ erit in obſidionē ⁊ circūdabis eam. Si‑
gnum eſt domui iſrael. Et tu dormies ſuper la‑
tus tuum ſiniſtrū:⁊ pones iniquitates dom⁹ iſ‑
B rael ſuper eo numero dierū quib⁹ dormies ſuper
illud:⁊ aſſumes iniquitates eorū. Ego autē de
di tibi annos iniquitatis eorū numero dierū tre
centos ⁊ nonaginta dies:portabis iniquitatem
domus iſrael. Et cum compleueris hec dormies
ſuper latus tuum dextrū ſecūdo:⁊ aſſumes iniq
Nu.xiiij.f. tatem domus iuda quadraginta diebus. Diem
pro anno:diē inquā ꝓ anno dedi tibi. Et ad obſi
dionē hieruſalem conuertes faciem tuam et bra
chium tuum erit extentum:⁊ ꝓphetabis aduer‑
ſus eam. Ecce circumdedi te vinculis:⁊ nō te cō
uertes a latere tuo in latus aliud donec cōpleas
C dies obſidionis tue. Et tu ſume tibi frumentum
et hordeum ⁊ fabam ⁊ lentem et milium et viciā:
et mittes ea in vas vnum et facies tibi panes nu
mero dierum quibus dormies ſuper latus tuū.
Trecentis et nonaginta diebus comedes illud.
Cibus autem tuus quo veſceris erit in pondere
viginti ſtateres in die. A tempore vſq; ad tem‑
pus comedes illud. Et aquam in menſura bibes
ſextam partē hinc. A tempore vſq; ad tempus
bibes illud. Et quaſi ſubcinericium hordeaceū
comedes illud:⁊ ſtercore quod egreditur de ho‑
mine operies illud in oculis eorum. Et dixit do
minus. Sic comedent filij iſrael panem ſuū pol
j.xx.g. lutum inter gentes ad quas eijciam eos. Et di‑
D xi. Ah ah ah domine deus. Ecce anima mea non
eſt polluta:et morticinium ⁊ laceratum a beſtijs
non comedi ab infantia mea vſq; nunc : et non
eſt ingreſſa in os meum omnis caro immunda.
Et dixit ad me. Ecce dedi tibi fimum boū pro
ſtercoribus humanis ⁊ facies panē tuum in eo.
j.v.d.⁊.xiiij d. Et dixit ad me. Fili hominis ecce ego conterā
baculum panis in hieruſalem:et comedent pa‑
nem ſuum in pondere et in ſolitudine:et aquam
in menſura et in anguſtia bibent:vt deficientib⁹
pane et aqua:corruat vnuſquiſq; ad fratrem ſuū
et contabeſcat in iniquitatibus ſuis.

¶ Capituli Summarium. ¶ In ceſarie ⁊ bar
ba diuerſa iudicia populi ſignificant ⁊ de malis
futuris ſuper hieruſalem.

Capitulum.v.

A Et tu fili hominis ſu
me tibi gladiū acutū radētē
pilos:⁊ aſſumes eū ⁊ duces ꝑ
caput tuū ⁊ ꝑ barbā tuā:⁊ aſ‑
ſumes tibi ſtaterā ponderis:⁊
diuides eos. Tertiā ꝑtem igni
cōbures in medio ciuitatis iu
xta cōpletionē dierū obſidiōis:⁊ aſſumes tertiā
ꝑtē:⁊ concides gladio in circuitu ei⁹:tertiā vero aliā
diſperges ī vētū ⁊ gladiū nudabis poſt eos. Et
B ſumes inde paruū nūerū:⁊ ligabis eos in ſūmita
te pallij tui. Et ex eis rurſū tolles ⁊ ꝓijcies eos ī
medio ignis:⁊ cōbures eos igni:⁊ ex eo egredie
tur ignis in omnē domū iſrael. Hec dicit dn̄s de
us. Iſta eſt hierl'm:in medio gētiū poſui eā:⁊ in
circuitu ei⁹ terras. Et contēpſit iudicia mea vt
plus eſſet īpia q̄ gētes ⁊ ꝑcepta mea vltra q̄ ter‑
re que in circuitu ei⁹ ſūt. Iudicia enī mea ꝓiece
runt:⁊ in ꝑceptis meis nō ambulauerūt. Idcir
co hec dicit dn̄s de⁹. Qr ſuperaſtis gētes q̄ in cir
cuitu vr̄o ſūt:⁊ in ꝑceptis meis nō ambulaſtis
et iudicia mea nō feciſtis:⁊ iuxta iudicia gētium
q̄ in circuitu vr̄o ſūt:nō eſtis opati. Idō hec dicit
dn̄s deus. Ecce ego ad te ⁊ ipſe ego faciā in me
dio tui iudicia in oculis gētiū:⁊ faciā in te que
non feci:⁊ quibus ſimilia vltra non faciam pro‑ C
pter omnes abominationes tuas. Ideo patres
comedēt filios ſuos in medio tui:⁊ filij comedēt
patres ſuos. Et faciam in te iudicia:⁊ ventilabo
vniuerſas reliquias tuas in omnē ventū. Idcir
co viuo ego dicit dominus de⁹: niſi pro eo q̄ ſan
ctum meū violaſti in omnibus offenſionib⁹ tuis
et in cunctis abominationibus tuis ego quoq;
confringam:⁊ non parcet oculus meus ⁊ nō mi
ſerebor. Tertia pars tui peſte morief ⁊ fame con
ſumetur in medio tui:⁊ tertia pars tui in gladio
cadet in circuitu tuo. Tertiam vero partem tuā in
omnem ventum diſpergam : ⁊ gladiū euagina‑
bo poſt eos. Et complebo furorem meum et re‑
quieſcere faciam indignationem meam in eis et
conſolabor. Et ſcient quia ego dominus locut⁹
ſum in zelo meo cum impleuero omnē indigna D
tionem meam in eis. Dabo te in deſertum ⁊ in
opprobrium gentibus que in circuitu tuo ſunt:
in conſpectu oīs pretereuntis. Et eris opprobri
um ⁊ blaſpemia exemplū ⁊ ſtupor in gētib⁹ que
in circuitu tuo ſunt : cum fecero in te iudicia in
furore ⁊ ī indignatiōe ⁊ in icrepationib⁹ ire que
ego dominus locutus ſum:quando miſero ſagit
tas famis peſſimas in eos que erunt mortifere:
et quas mittam vt diſperdam vos. Et famē cō‑ g.iiij.d.
gregabo ſuper vos:et conteram in vobis bacu‑ j.xiiij.d.
lum panis et immittam in vos famē et beſtias
peſſimas vſq; ad internitionem. Et peſtilentia
et ſanguis tranſibunt per te:⁊ gladiū inducam
ſuper te. Ego dominus locutus ſum.

¶ Ca.vi. ¶ Propter peccatū idolatrie oſtēdit populum plagis percuſſum. Capitulum.vj.

A Et factus eſt ſermo do
mini ad me: dicens. Fili hominis
pone faciem tuam ad montem iſ
rael: ⁊ prophetabis ad eos ⁊ di-
ces. Montes iſrael audite verbū
domini dei. Hec dicit dn̄s deus montibus ⁊ colli
bus: rupibus ⁊ vallibus. Ecce ego inducaꝫ ſuper
vos gladium: ⁊ diſperdam excelſa veſtra ⁊ demo-
liar aras veſtras: ⁊ confringentur ſimulachra ve-
ſtra: ⁊ deijciam interfectos veſtros ante idola ve-
ſtra. Et dabo cadauera filiorum iſrael ante facieꝫ
ſimulachrorum veſtrorum: ⁊ diſpergam oſſa ve-
ſtra circa aras veſtras in omnibus habitationi-
B bus veſtris. Urbes deſerte erunt et excelſa demo
lientur ⁊ diſſipabuntur: ⁊ interibunt are veſtre et
confringentur: ⁊ ceſſabunt idola veſtra ⁊ conte-
rentur delubra veſtra ⁊ delebuntur opera veſtra:
⁊ cadet interfectꝰ in medio veſtri: ⁊ ſcietis q: ego
ſum dominus. Et relinquam in vobis eos qui fu
gerint gladiū in gentibus: cum diſperſero vos in
terras: ⁊ recordabuntur mei liberati veſtri in gen
tibus ad quas captiui ducti ſūt: quia cōtriui cor
eorum fornicans ⁊ recedens a me: ⁊ oculos eorū
fornicantes poſt idola ſua: ⁊ diſplicebūt ſibimet
ſuper malis que fecerant in vniuerſis abomina-
C tionibus ſuis: ⁊ ſcient quia ego dominus nō fru-
ſtra locutus ſum vt facerem eis malum hoc. Hec
dicit dominus deus. Percute manum tuam: et
allide pedem tuum: ⁊ dic heu ad omnes abomina
tiones malorum domus iſrael: quia gladio: fame
⁊ peſte ruituri ſunt. Qui longe eſt: peſte morie-
tur: qui autem prope: gladio corruet ⁊ qui reli-
ctus fuerit ⁊ obſeſſus: fame morietur. Et comple
bo indignationeꝫ meam in eis: ⁊ ſcietis quia ego
dominus: cum fuerint interfecti veſtri in medio
idolorum veſtrorum in circuitu aīarum veſtraruꝫ
in omni colle excelſo: ⁊ in cunctis ſummitatibus
montium: ⁊ ſubtus omne lignum nemoroſum: et
ſubtus vniuerſam quercum frondoſam: locuꝫ vbi
D accēderūt thura redolentia vniuerſis idolis ſuis.
Et extendam manum meam ſuper eos: ⁊ faciam
terram eorum deſolatam ⁊ deſtitutam a deſer-
to deblath in omnibus habitationibus eorum:
et ſcient quia ego dominus.

¶ Ca.vii. ¶ De inſtanti ⁊ longa captiuitate: ⁊ cauſa eiuſdem: ⁊ populus non rebellans pi
cit diuitias longe propter fugam. Capi.vij.

A Et factus eſt ſermo do
mini ad me: dicens. Et tu fili ho-
minis: hec dicit dn̄s deus terre iſ
rael. Finis venit: venit finis ſuper
quattuor plagas terre. Nunc fi-
nis ſuper te: ⁊ immittam furoreꝫ meum in te. Et
iudicabo iuxta vias tuas. Et ponam contra te
omnes abominationes tuas. Et non parcet ocu
lus meus ſuper te: ⁊ non miſerebor: ſed vias tuas
ponam ſuper te: ⁊ abominationes tue in medio B
tui erūt: ⁊ ſcietis q: ego dn̄s. Hec dicit dn̄s deꝰ.
Afflictio vna afflictio ecce venit. Finis venit: ve-
nit finis. Euigilabit aduerſuꝫ te ecce venit. Ue-
nit contritio ſuper te qui habitas in terra. Ue-
nit tempus: prope eſt dies occiſionis ⁊ nō glorie
montium. Nunc de propinquo effundam irā meā
ſuper te ⁊ complebo furorem meum in te. Et iu-
dicabo te iuxta vias tuas ⁊ imponam tibi omnia C
ſcelera tua. Et non parcet oculus meus nec miſe
rebor: ſed vias tuas imponaꝫ tibi ⁊ abominatio-
nes tue in medio tui erunt ⁊ ſcietis q: ego ſuꝫ do
minus percutiēs. Ecce dies ecce venit. Egreſſa
eſt contritio. Floruit virga germinauit ſuperbia D
iniquitas ſurrexit in virga impietatis. Nō ex eis
⁊ non ex populo, neq: ex ſonitu eorū: ⁊ non erit re
quies in eis. Uenit tēpus appropinquauit dies.
Qui emit non letetur: ⁊ qui vendit nō lugeat q:
ira ſuper omnē populuꝫ eius: q: qui vendit ad id
quod vendidit non reuertetur: ⁊ adhuc in viuen-
tibus vita eorum. Uiſio enī ad omnē multitudi-
nem eius non regredietur: ⁊ vir in iniquitate vi-
te ſue non confortabitur. Canite tuba: preparen
tur omnes ⁊ non eſt qui vadat ad preliū. Ira enī
mea ſuper vniuerſum populum eius. Gladius fo
ris: peſtis ⁊ fames intrinſecus. Qui in agro eſt
gladio morietur: ⁊ qui in ciuitate peſtilentia ⁊ fa
me deuorabuntur: ⁊ ſaluabuntur qui fugerint ex E
eis. Et erunt in montibus quaſi columbe cōual-
lium omnes trepidi vnuſquiſq: in iniquitate ſua.
Omnes manus diſſoluētur: ⁊ omnia genua fluēt
aquis. Et accingent ſe cilicijs: ⁊ operiet os formi
do: ⁊ in omni facie confuſio: ⁊ in vniuerſis capiti
bus eorum caluitium. Argentuꝫ eorum foris pij- Eſa.xv.c.
cietur: ⁊ aurum eorum in ſterquilinium erit. Ar-
gentum eorum ⁊ aurum eorum nō valebit libera
re eos in die furoris dn̄i. Animam ſuam nō ſatura Soph.j.d.
bunt: ⁊ ventres eorum non implebuntur: q: ſcan F
dalum iniquitatis eorū factū eſt: ⁊ ornamentum
monilium ſuorū ſuperbiaꝫ poſuerunt ⁊ imagines
abominationū ſuarum ⁊ ſimulachrorum fecerunt
ex eo. Propter hoc dedi eis illud in immūdiciā:
⁊ dabo illud in manus alienorum ad diripiendū
⁊ impijs terre predam: ⁊ cōtaminabunt illud. Et
auertam faciē meā ab eis ⁊ violabunt archanum
meū ⁊ introibunt in illud emiſſarij ⁊ contamina
bunt illud. Fac cōcluſioneꝫ qm̄ terra plena eſt iu
dicio ſanguinum: ⁊ ciuitas plena iniquitate. Et
adducam peſſimos de gentibus: ⁊ poſſidebunt G
domos eorum. Et quieſcere faciam ſuperbiā po-
tentium: ⁊ poſſidebunt ſanctuaria eorum. Angu-
ſtia ſuperueniente requirent pacem ⁊ non erit.
Conturbatio ſuper conturbationem veniet: et
auditus ſuper auditum. Et querent viſioneꝫ de
propheta: ⁊ lex peribit a ſacerdote: ⁊ conſilium
a ſenioribus. Rex lugebit: ⁊ princeps induet me-
rore: et manus populi terre conturbabūtur. Se
cundum viam eorum faciam eis ⁊ ſm̄ iudicia eo-
rum iudicabo eos: ⁊ ſcient quia ego dominus.

¶ Capituli Summa. ¶ De apparitione ſimi
litudinis dei: de ꝑiete effoſſo: de viris tenentibꝰ
thuribulum ⁊ ad ortũ ſolis adorantibus: de ap-
plicantibꝰ ramũ ad nares ſuas. Cap. viij.

A ET factum eſt in anno
ſexto: in ſexto menſe in qͥnta mē
ſis: ego ſedebã in domo mea: ⁊ ſe
nes iuda ſedebãt corã me. Et ce
cidit ibi ſuꝑ me manus dñi dei
Et vidi: ⁊ ecce ſimilitudo quaſi aſpectus ignis.
Ab aſpectu lũborũ eius ⁊ deorſum ignis: ⁊ a lũ-
bis eius ⁊ ſurſum quaſi aſpectus ſplēdoris vt vi
B ſio electi. Et emiſſa ſimilitudo manus apprehē
dit me in cicinno capitis mei ⁊ eleuauit me ſpũs
inter celum ⁊ tarrã. Et adduxit me in hierl'm in
viſione dei iuxta hoſtiũ interius qd̕ reſpiciebat
ad aquilonem: vbi erat ſtatutũ idolũ zeli ad ꝓuo
cãdũ emulationē. Et ecce ibi gloria dei iſrael ſꝫ
viſionē quam viderã in campo. Et dixit ad me.
Fili hominis leua oculos tuos ad viam aquilo-
C nis. Et leuaui oculos meos ad viã aquilonis: et
ecce ab aquilone porte altaris idolum zeli in ipo
introitu. Et dixit ad me. Fili hominis putaſne
vides tu quid iſti faciunt abominationes ma-
gnas quas domus iſrael facit hic vt procul rece
dam a ſanctuario meo. Et adhuc conuerſus vi-
D debis abominationes maiores. Et introduxit
me ad oſtiuꝫ atrij. Et vidi: ⁊ ecce foramen vnum
in pariete. Et dixit ad me. Fili hominis fode pa
rietem. Et cum perfodiſſem parietem: apparuit
oſtium vnum. Et dixit ad me ingredere ⁊ vide
abominationes peſſimas quas iſti faciunt hic.
Et ingreſſus vidi: ⁊ ecce omnis ſimilitudo re-
ptilium ⁊ animaliũ abominatio: ⁊ idola vniuer
ſa domus iſrael depicta erãt in pariete in circui-
tu per totũ. Et ſeptuaginta viri de ſenioribꝰ do
mus iſrael. Et iechonias filius ſaphã ſtabat in
medio eorum ſtantiũ ante picturas vt vnuſqͥſqꝫ
habebat thuribulũ in manu ſua vt vapor nebu-
le de thure cõſurgebat. Et dixit ad me certe vi-
des fili hominis que ſeniores domꝰ iſrael faciũt
in tenebris vnuſquiſqꝫ in abſcondite cubilis ſui.
E Dicunt enim. Nõ videt dominus nos: dereliqͥt
dñs terrã. Et dixit ad me adhuc conuerſus vide
bis abominationes maiores quas iſti faciunt.
Et introduxit me ꝑ oſtiũ porte domus domini
que reſpiciebat ad aquilonē. Et ecce ibi mulie-
F res ſedebant plangentes adonidez. Et dixit ad
me. Certe vidiſti fili hominis. Adhuc conuerſus
videbis abominationes maiores his. Et intro-
duxit me in atrium domus dñi interius. Et ecce
in oſtio templi domini inter veſtibulum ⁊ altare
quaſi vigintiquinqꝫ viri dorſa habentes contra
templum domini: ⁊ facies ad orientem ⁊ adora-
bant ad ortum ſolis. Et dixit ad me. Certe vi-
diſti fili hominis. Nunquid leue eſt hoc domui
iuda vt facerēt abominationes iſtas quas fece-
runt hic qꝛ replētes terram iniquitate: conuerſi
ſunt ad irritandũ me. Et ecce applicant ramuꝫ
ad nares ſuas. Ergo ⁊ ego faciã in furore: non
ꝑcet oculꝰ meꝰ nec miſerebor: ⁊ cũ clamauerint
ad aures meas voce magna non exaudiam eos.

¶ Ca. Sũ. ¶ De ſex viris miſſis ad vaſtatiõeꝫ
ppl'i de viro lineis idutō ⁊ atramētario: de ſigno
tau quo ſignati liberabantur. Capl'm. ix.

ET clamauit in auri- A
bus meis voce magna: dicens.
Appropinquauerũt viſitatio-
nes vrbis: ⁊ vnuſqͥſqꝫ vas inter
fectionis habet in manu ſua.
Et ecce ſex viri veniebant de
via porte ſuperioris: que reſpi
cit ad aquilonem: ⁊ vniuſcuiuſqꝫ vas interitus
in manu eius. Uir quoqꝫ vnus in medio eorum
veſtitus erat lineis ⁊ atramentarium ſcriptoris B
ad renes eius. Et ingreſſi ſunt ⁊ ſteterunt iuxta
altare ereũ. Et gl'ia dñi iſrael aſſũpta eſt de che-
rub que erat ſuper eũ ad limē domꝰ. Et vocauit
virũ qui indutus erat lineis: ⁊ atramētariũ ſcri-
ptoris hēbat in lũbis ſuis. Et dixit dñs ad euꝫ. xxiij. q. iiij.
Tranſi per mediã ciuitatē in medio hierl'm: et ſi non poteſt
gna tau ſuper frontes virorũ gemētiũ ⁊ dolētiũ
ſuper cunctis abominationibus que fiunt in me ſ. vij. a.
dio eius. Et illis dixit audiente me. Trãſite per Judi. ij. b.
ciuitatē ſequentes eum: ⁊ ꝑcucite. Non parcat C
oculus veſter neqꝫ miſereamini. Senē adoleſcen l. di. c. ⁊ pur
tulu ⁊ virginē paruulũ ⁊ mulieres interficite vſqꝫ gabit.
ad internitionē. Omnē aũt ſuper quē videritis
tau: ne occidatis: ⁊ a ſanctuario meo ĩcipite. Ce
perunt ergo a viris ſenioribus qui erant ante fa
ciem domus. Et dixit ad eos. Contam inate do-
mũ ⁊ implete atria interfectis. Egredimini. Et
egreſſi ſunt: ⁊ percutiebant eos qui erãt in ciui-
tate ⁊ cede cõpleta: remãſi ego: ruiqꝫ ſuꝑ facieꝫ D
meã ⁊ clamãs aio. Heu: heu: heu: dñe deꝰ. Ergo
ne diſperdas oēs reliquias iſrael: effundens fu-
rorē tuũ ſuper hierl'm. Et dixit ad me. Iniqtas
domus iſrael ⁊ iuda magna eſt nimis valde: ⁊ re
pleta eſt terra ſanguinibus: ⁊ ciuitas repleta eſt
auerſione. Dixerunt enim. Dereliquit dominꝰ
terrã ⁊ dñs non videt. Igitur ⁊ meus nõ parcet
oculus neqꝫ miſerebor. Uiã eoꝝ ſuper caput eoꝝ
reddam. Et ecce vir qui erat indutus lineis qui
habebat atramentarium in dorſo ſuo: reſpõdit
verbum dicens. Feci ſicut precepiſti mihi.

¶ C. S. ¶ De viro qͥ accepit carbones de me
dio rotaꝝ ⁊ cherubim: ⁊ repetitio ꝑdicte viſiõis
dei: ⁊ cherubiꝫ: ⁊ qͣttuor rotaꝝ. Cap. x.

ET vidi ⁊ ecce in firma A
mento quod erat ſuꝑ caput che
rubim: quaſi lapis ſaphyrus: et
qͣſi ſpēs ſimilitudis ſolij: appa-
ruit ſuper ea. Et dixit ad virum
qui indutus erat lineis: ⁊ ait. Ingredere in me-
dio rotarum que ſunt ſubtus cherubim: et im
ple manum tuam prunis ignis que ſunt inter

cherubim: ⁊ effunde ſup ciuitatem. Ingreſſuſq; eſt in cōſpectu meo. Cherubim autem ſtabant a dextris domus cum ingrederetur vir: ⁊ nubes im pleuit atrium interius. Et eleuata eſt gloria dñi deſuper cherubim ad limen domus: ⁊ repleta eſt domus nube. Et atrium repletū eſt ſplēdore glo rie dñi: ⁊ ſonitus alarum cherubim audiebatur vſq; ad atriū exterius quaſi vox dei oīpotētis lo

B quētis. Cumq; precepiſſet viro qui indutus erat lineis: dicēs. Sume ignē de medio rotarum que ſunt inter cherubim: ingreſſus ille ſtetit iuxta ro tam. Et extēdit cherub manum de medio cheru bim ad ignē qui erat inter cherubim: ⁊ ſumpſit ⁊ dedit in manus eius qui indutus erat lineis: qui accipiēs egreſſus eſt. Et apparuit in cherubim ſi militudo manus hoīs ſubtus pēnas eorū. Et vi di ⁊ ecce quattuor rote iuxta cherubi: Rota vna iuxta cherub vnum: ⁊ rota alia iuxta cherub vnū. Spēs autē rotarū erat q̄ſi viſio lapidis chryſoli

C thi ⁊ aſpectus earū ſimilitudo vna quattuor: qua ſi ſi ſit rota in medio rote. Cūq; ambularent: in quattuor ptes gradiebātur: ⁊ nō reuertebant am bulātes: ſed ad locū ad quē ire declinabat q̄ pri ma erat: ſeq̄bant ⁊ cetere: nec reuertebantur. Et omne corpus earū ⁊ colla ⁊ manus ⁊ pēne ⁊ circu li plena erāt oculis in circuitu quattuor rotarū: ⁊ rotas iſtas vocauit volubiles audiēte me. Quat tuor aūt facies habebat vnū. Facies vna: facies cherub: ⁊ facies ſcđa: facies hoīs: ⁊ in tertio: fa cies leonis: ⁊ in quattuor: facies aq̄le: ⁊ eleuata ſunt cherubim. Ipſum eſt aīal q̄d viderā iuxta flu mē chobar. Cūq; ambularēt cherubim: ibāt pa riter ⁊ rote iuxta ea: ⁊ cū eleuarēt cherubim alas ſuas vt exaltarētur de terra nō reſidebāt rote: ſ; ⁊ ipſe iuxta erāt. Stātibus illis: ſtabāt: ⁊ cū eleua

D tis eleuabant. Spūs enī vite erat in eis. Et egreſ ſa eſt gloria dñi a limine tēpli: ⁊ ſtetit ſup cheru bim ⁊ eleuātia cherubim alas ſuas exaltata ſunt a terra corā me: ⁊ illis egrediētibus: rote q; ſub ſecute ſunt. Et ſtetit in introitu porte dom⁹ dñi oriētalis: ⁊ gloria dei iſrael erat ſup ea. Ipm eſt aīal q̄d vidi ſubter deū iſrael iuxta fluuiū chobar ⁊ intellexi: q: cherubi; eſſent. Quattuor p q̄ttuor vult⁹ vni: ⁊ q̄ttuor ale vni: ⁊ ſilitudo manus hoīs ſub alis eorū. Et ſilitudo vultuū eoꝝ: ipſi vultus quos viderā iuxta fluuiū chobar: ⁊ intuitus eoꝝ ⁊ impetus ſingulorū ante faciē ſuā ingredi.

Capitu. Summa. De vigintiquinq; viris de captiuitate aliorū q ipſi erāt carnes ⁊ iſrael le bes: de morte pheltie: de diſperſiōe populi: de cō gregatione diſperſorum: ⁊ de cōſolatione trāſmi grationis. Capitulum. xj.

a Et eleuauit me ſpiri tus ⁊ introduxit me ad portā domus domini orientalē: que reſpicit ſolis ortum. Et ecce in introitu porte vigintiquinq; viri: ⁊ vidi in medio eorum ie choniam filium azur: ⁊ pheltiā filium banaie: principes populi: dixitq; ad me. Fi li hominis: hi ſunt viri qui cogitant iniquitatem ⁊ tractant conſilium peſſimum in vrbe iſta: dicen tes. Nonne dudū edificate ſunt domus. Hec eſt lebes: nos autem carnes. Idcirco vaticinare de eis: vaticinare fili hominis. Et irruit in me ſpiri tus domini: ⁊ dixit ad me. Loquere. Hec dicit do B
minus. Sic locuti eſtis domus iſrael: ⁊ cogitatio nes cordis veſtri ego noui. Plurimos occidiſtis in vrbe hac: ⁊ impleſtis vias ei⁹ interfectis. Pro pterea hec dicit dominus deus iſrael. Interfecti veſtri quos poſuiſtis in medio eius: hi ſunt car nes: ⁊ hec eſt lebes: ⁊ educam vos de medio eius. Gladium metuiſtis: ⁊ gladium inducam ſup vos ait dominus deus: ⁊ eijciam vos de medio eius. Daboq; vos in manu hoſtium. ⁊ faciam in vo bis iudicia. Gladio cadetis. In finibus iſrael iu dicabo vos: ⁊ ſcietis quia ego dominus. Hec non erit vobis in lebetē: ⁊ vos non eritis in medio ei⁹ in carnes. In finibus iſrael iudicabo vos: ⁊ ſcie tis quia ego dominus: quia in preceptis meis nō ambulaſtis: ⁊ iudicia mea non feciſtis: ſed iuxta iudicia gentium que in circuitu veſtro ſunt eſtis operati. Et factum eſt cum prophetarē pheltias C
filius benaie mortuus eſt. Et cecidi in faciē meā clamans voce magna: ⁊ dixi. Heu heu heu domi ne deus conſummationem tu facis reliquiarum iſrael. Et factum eſt verbū domini ad me dicēs. Fili hominis: fratres tui viri propinqui tui ⁊ om nis domus iſrael: vniuerſi quibus dixerunt habi tatores hieruſalem: longe recedite a domino: no bis data eſt terra in poſſeſſionē. Propterea hec dicit dominus deus. Quia longe feci eos in gen tibus: ⁊ quia diſperſi eos in terris: ero eis in ſan ctificationem modica; in terris ad quas venerūt. Propterea loquere. Hec dicit dominus deus. Cōgregabo vos de populis ⁊ adunabo in terris in quibus diſperſi eſtis: daboq; vobis humum iſrael: ⁊ ingredientur illuc ⁊ auferent omnes of D
fenſiones cūctaſq; abominatiōes eius de illa. Et dabo eis cor vnum ⁊ ſpiritum nouum tribuam in .xxxvj.f.
viſceribus eorum. Et auferam cor lapideum de carne eorum: ⁊ dabo eis cor carneum: vt in prece ptis meis ambulent: ⁊ iudicia mea cuſtodiant: fa ciantq; ea: ⁊ ſint mihi in populum: ⁊ ego ſim eis in deum. Quorum autem cor poſt offendicula et abominationes ſuas ambulat horum viam in ca pite ſuo ponam: dicit dominus deus. Et eleuaue runt cherubim alas ſuas: ⁊ rote cum eis ⁊ gloria dei iſrael erat ſuper ea. Et aſcēdit gloria domini de medio ciuitatis ſtetitq; ſuper montem qui eſt ad orientem vrbis: ⁊ ſpūs leuauit me: adduxitq; in chaldeā ad tranſmigrationē in viſione in ſpū dei. Et ſublata eſt a me viſio quam videram. Et locutus ſum ad tranſmigrationem omnia verba domini que oſtenderat mihi.

Capituli Summarium. Probat exemplo ezechiel anguſtiam obſidionis hieruſalem t inſtā tiam obſidionis. Capitulum. xij.

a ET factus eſt ſermo
domini ad me dicens.Fili ho
minis in medio domus exaſpe
rantis tu habitas qui oculos
habent ad videndum ⁊ nõ vi
dent:⁊ aures ad audiendum ⁊
non audiunt:q: domus exaſpe
rans eſt.Tu ergo fili hominis fac tibi vaſa tranſ
migrationis:⁊ tranſmigrabis per diē coram eis.
Tranſmigrabis autem de loco tuo ad locum alte
rum in conſpectu eorum ſi forte aſpiciant:q: do
mus exaſperās eſt.Et efferes foras vaſa tua qua
ſi vaſa tranſmigrantis per diem in conſpectu eo
B rum.Tu autem egredieris veſpere coraꝫ eis ſicut
egreditur migrans ante oculos eorum. Perfo
de tibi parietem:⁊ egredieris per eum in conſpe
ctu eorum.In humeris portaberis in caligine ef
fereris.Faciem tuam velabis ⁊ non videbis ter
ram:quia portentum dedi te domui iſrael. Feci
ergo ſicut preceperat mihi dominus.Vaſa mea
protuli quaſi vaſa trāſmigrātis per diem ⁊ veſpe
re perfodi mihi parieteꝫ manu ⁊ in caligine egreſ
C ſus ſum ⁊ in humeris portatus in conſpectu eo
rum.Et factus eſt ſermo domini ad me mane di
cens.Fili hominis:nunquid non dixerunt ad te
domus iſrael:domus exaſperans:quid tu facis?
Dic ad eos.Hec dicit dominus deus.Super du
cem onus iſtud qui eſt in hieruſalem:⁊ ſuper om
nem domū iſrael q̄ eſt in medio eoruꝫ.Dic.Ego
portentum veſtrū.Quomodo feci ſic fiet illis.In
tranſmigrationem ⁊ in captiuitatem ibūt:⁊ dux
qui eſt in medio eorum in humeris portabitur:
in caligine egredietur.Parietem perfodient vt
educant eum:facies eius operietur:vt nõ videat
D oculis terram.Et extendam rete meum ſuper eū
⁊ capietur in ſagena mea ⁊ adducam eum in ba
bilonem in terra chaldeorum:⁊ ipſam non vide
bit ibiq̄ morietur:⁊ omnes qui circa eum ſunt.
Preſidium eius ⁊ agmina eius diſpergam in om
nem ventum ⁊ gladium euaginabo poſt eos.Et
ſcient:q: ego dn̄s:quando diſperſero illos in gen
tibus ⁊ diſſeminauero eos in terris.Et relinquā
ex eis viros paucos a gladio ⁊ fame ⁊ peſtilen
tia:vt narrent omnia ſcelera eorum in gentibus
ad quas ingredientur ⁊ ſcient q: ego dominus.
E Et factus eſt ſermo domini ad me dicēs.Fili ho
minis panem tuum in cõturbatione comede:ſed
⁊ aquā tuam in feſtinatione ⁊ merore bibe.Et di
ces ad populum terre.Hec dicit dominus deus
ad eos.qui habitāt in hieruſalem in terra iſrael.
Panē ſuum in ſolitudine comedēt:⁊ aquā ſuam
in deſolatione bibent:vt deſoletur terra a multi
tudine ſua propter iniquitatem omnium:qui ha
bitant in ea:⁊ ciuitates que nunc habitantur de
F ſolate erunt terraq̄ deſerta:⁊ ſcietis q: ego dn̄s.
s.pe.iij.f. Et factus eſt ſermo dn̄i ad me dicens.Fili homi
nis quod eſt prouerbiū iſtud in terra iſrael dicen
tium.In longum differuntur dies ⁊ peribit ois
viſio.Ideo.dic ad eos.Hec dicit dominus deus
Quieſcere faciam prouerbium iſtud:neq̄ vulgo
dicetur vltra in iſrael.Et loq̄re ad eos q̄ appro
pinquauerint dies ⁊ ſermo omnis viſionis.Non
enim erit vltra omnis viſio caſſa neq̄ diuinatio
ambigua in medio filioꝝ iſrael.q: ego dn̄s loquar B
⁊ q̄dcūq̄ locutus fuero verbum ⁊ fiet.Nõ ꝓlon
gabit amplius:ſed in diebus veſtris domꝰ exaſpe
rans loquar verbum ⁊ faciam illud dicit dominꝰ
deus.Et factus eſt ſermo domini ad me dicens:
fili hois ecce domus iſrael dicētiū.Viſio quā hec
videt in dies multos:⁊ in tēpora longa iſte ꝓphe
tat.Propterea dic ad eos.Hec dicit dn̄s deus.
Nõ ꝓlongabitur vltra oīs ſermo meus.Verbū
q̄d locutus fuero cõplebitur dicit dn̄s deus.

Capi.xiij. Sermo dei cõtra pſeudo ꝓphe
tas decipientes populum dei. Capitu.xiij.

ET factus eſt ſermo a
dn̄i ad me dicēs.Fili hominis
vaticinare ad prophetas iſrael
qui prophetāt:⁊ dices prophe
tantibus de corde ſuo.Audite
verbū dn̄i.Hec dicit dn̄s deꝰ.
Ve ꝓphetis inſipientibus qui
ſequunt ſpiritū ſuum:⁊ nihil vident. Quaſi vul
pes in deſerto prophete tui iſrael erant.Nõ aſcē
diſtis ex aduerſo:neq̄ oppoſuiſtis murum pro
domo iſrael:vt ſtaretis in plio in die domini.Vi
dent vana ⁊ diuināt mendacium:dicentes:ait do
minus:cum dominus non miſerit eos:⁊ perſeue
rauerunt confirmare ſermonem.Nunquid nõ vi
ſionem caſſam vidiſtis:⁊ diuinationem mendacē
locuti eſtis?Et dicitis ait dn̄s:cum ego non ſim
locutus.Propterea hec dicit dominus deus.Q: B
locuti eſtis vana ⁊ vidiſtis mendacium:ideo ecce
ego advos ait dn̄s deus:⁊ erit manus mea ſuper
prophetas qui vident vana ⁊ diuinant mendaciū
In conſilio populi mei non erunt:⁊ in ſcriptura
domus iſrael non ſcribētur:nec in terraꝫ iſrael in
gredientur:⁊ ſcietis quia ego dominus deus.Eo
q̄ deceperint populum meū:dicentes.Pax.pax:
⁊ non eſt pax:⁊ ipſe edificabat parietē illi autem
liniebant eum luto abſq̄ paleis.Dic ad eos qui xlvj.diſt.
liniunt abſq̄ tēperatura q̄ caſurus ſit.Erit enī ſit nõnulli
imber inundans:⁊ dabo lapides pregrandes et
deſuper irruentes:⁊ ventum procelle diſſipanteꝫ
Siquidem ecce cecidit paries.Nunquid non di
cet vobis:vbi eſt litura quā liniſtis? Propterea
hec dicit dominus deus.Et erumpere faciā ſpiri
tum tempeſtatum in indignatione mea:⁊ imber
inundans in furore meo erit.Et lapides pregrā
des in terra in conſummationem.Et deſtruam C
parietem quem liniſtis abſq̄ temperamento:et
adequabo eum terre:⁊ reuelabitur fundamentuꝫ
eius ⁊ cadet ⁊ conſumetur in medio eius:⁊ ſcietis
quia ego ſuꝫ dominus.Et complebo indignatio
nem meam in pariete:⁊ in his qui liniunt eum
abſq̄ temperamento:dicāq̄ vobis.Non eſt pa
ries:⁊ nõ ſunt qui liniunt eum.Prophete iſrael
qui prophetant ad hieruſalem:⁊ vident viſionem

pacis:⁊ non eſt pax ait dominus deus. Et tu fili
hominis:pone faciem tuam contra filias populi
tui que prophetant de corde ſuo:⁊ vaticinare ſu
xlvj.diſt. c. per eas:⁊ dic. Hec dicit dominus deus. Ve qui
nonnulli. conſuunt puluillos ſub omni cubito manus ⁊ fa
D ciunt ceruicalia ſub capite vniuerſe etatis ad ca-
piendas animas. Et cum caperent animas popu
li mei:viuificabant animas eorum:⁊ violabãt me
ad populum meum propter pugillum hordei: et
xj.q̃.iij.c. fragmen panis vt interficerent animas que non
plerũq;. moriuntur:⁊ viuificarent animas que non viuũt
mentientes populo meo credenti mẽdacijs. Pro
pter hoc hec dicit dominus deus. Ecce ego ad
puluillos veſtros quibus vos capitis animas vo
lantes:⁊ dirumpam eos de brachijs veſtris:⁊ di
mittam animas quas vos capitis:aĩas ad volã-
dũ. Et dirũpam ceruicalia veſtra:⁊ liberabo po-
pulum meũ de manu veſtra:neq; erũt vltra in ma
nibus veſtris ad pdandũ ⁊ ſcietis q: ego domin⁹
Pro eo ꝙ merere feciſtis cor iuſti mẽdaciter quẽ
ego nõ cõtriſtaui:⁊ cõfortaſtis manus impij vt nõ
reuerteret a via ſua mala:⁊ viueret:propterea va
na non videbitis:⁊ diuinationes nõ diuinabitis
amplius:⁊ eruã populũ meum de manu veſtra:⁊
ſcietis quia ego dominus.

Capituli Sũmarium. Propter hoĩm im-
mũdicias non predicat eis:nec a prophetis:nec
a plagis liberantur. Capitulum.xiiij.

A T venerunt ad me
viri ſeniorũ iſrael:⁊ ſederũt co
rã me. Et factus eſt ſermo do-
mini ad me dicens. Fili hoĩs
viri iſti poſuerũt immũdicias
ſuas in cordibus ſuis:⁊ ſcanda
lum iniquitatis ſue ſtatuerũt
cõtra faciẽ ſuã. Nũquid interrogatus rñdebo eis
Propter hoc loquere eis:⁊ dices ad eos. Hec di
cit dñs deus. Homo:homo de domo iſrael q̃ po
ſuerit immũdicias ſuas in corde ſuo:⁊ ſcãdalum
iniquitatis ſue ſtatuerit cõtra faciẽ ſuã:⁊ venerit
ad pphetã interrogãs per eũ me:ego dñs rñde-
B bo ei in multitudine immũdiciarũ ſuarum:vt ca
piatur domus iſrael in corde ſuo quo receſſerunt
a me in cũctis idolis ſuis. Propterea dic ad do-
mũ iſrael. Hec dicit dñs deus. Conuertimini: et
recedite ab idolis veſtris:⁊ ab vniuerſis cõtami-
nationibus veſtris auertite aĩas veſtras. Quia
homo hõ de domo iſrael:⁊ de pſelytis quicũq; ad
uena fuerit in iſrael:ſi alienatus fuerit a me ⁊ po
ſuerit idola ſua in corde ſuo:⁊ ſcandalũ iniquita
tis ſue ſtatuerit cõtra faciẽ ſuã:⁊ venerit ad pro-
C phetam:vt interroget per eum me: ego dñs re
ſpondebo ei per me:⁊ ponam faciẽ meam ſup ho
minẽ illũ:⁊ faciam eũ in exemplũ ⁊ in prouerbiũ:
⁊ diſperdam eũ de medio populi mei:⁊ ſcietis q:
ego dñs. Et ppheta cũ errauerit:⁊ locutus fuerit
verbũ. Ego dñs decepi prophetã illũ. Et exten-
dam manum meã ſuper illũ:⁊ delebo eũ de medio
populi mei iſrael:⁊ portabit iniquitatem ſuã. Iu
xta iniquitatẽ interrogantis:ſic iniquitas pphe
te erit:vt non erret vltra domus iſrael a me:neq;
polluatur in vniuerſis preuaricationibus ſuis:ſz
fiunt mihi in populum ⁊ ego ſim eis in deũ:ait do D
minus exercituum. Et factus eſt ſermo domini ſ.iiij.d.
ad me dicens. Fili hominis. terra cum peccaue- ⁊.ſ.v.d.
rit mihi vt preuaricetur preuaricans extendam
manũ meã ſuper eam:⁊ conteram virgam panis
eius:⁊ immittã in eã famẽ:⁊ interficiam de ea ho
minem ⁊ iumentum. Et ſi fuerint tres viri iſti in
medio eius. noe daniel ⁊ iob:ipſi iuſticia ſua libe
rabunt aĩas ſuas ait dominus exercituũ. Quod
⁊ ſi beſtias peſſimas induxero ſuper terraz vt va
ſtem eam:⁊ fuerit inuia:eo ꝙ non ſit pertranſiẽs
ppter beſtias:tres viri iſti:ſi fuerint in ea:viuo
ego dicit dominus deus. quia nec filios nec filias
liberabunt. ſed ipſi ſoli liberabũtur. terra autem
deſolabitur. Vel ſi gladium induxero ſuper ter- F
ram illam:⁊ dixero gladio tranſi per terram: et
interfecero de ea hominem ⁊ iumentum: ⁊ tres
viri iſti fuerint in medio eius:viuo ego dicit do-
minus deus:non liberabũt filios neq; filias:ſed
ipſi ſoli liberabuntur. Si autem ⁊ peſtilentiã im
miſero ſuper terram illam. ⁊ effudero indignatio
nem meam ſuper eam in ſanguine vt auferaz ex
ea hominẽ ⁊ iumentum:⁊ noe ⁊ daniel ⁊ iob fue-
rint in medio eius:viuo ego dicit dominus deus
q: filium ⁊ filiam non liberabunt:ſed ipſi iuſticia G
ſua liberabunt aĩas ſuas. Quĩ hec dicit dominus
ꝙ ⁊ ſi quattuor iudicia mea peſſima:gladium et
famem ac beſtias malas ⁊ peſtilentiam immiſero
in hieruſalem vt interficiã de ea hominẽ ⁊ pecus
tamẽ relinquetur in ea ſaluatio educentiũ filios
⁊ filias. Ecce ipſi egredientur ad vos ⁊ videbitis
viam eorum ⁊ adinuentiones eorũ:⁊ conſolabi-
mini ſuper malo quod induxi in hieruſalez in om
nibus que importaui ſuper eam:⁊ conſolabuntur
vos cum videritis viam eorum:⁊ adinuentiones
eorũ:⁊ cognoſcetis ꝙ non fruſtra fecerim omnia
que feci in ea:ait dominus deus.

Capituli Summariũ. Sermo dñi contra
hieruſalẽ vitẽ infructuoſam. Capitulũ.xv.

T factus eſt ſermo do A
mini ad me dicens. Fili hominis
quid fiet de ligno vitis ex omni-
bus lignis nemorũ que ſunt in-
ter ligna ſiluarum: Nũquid tolle
tur de ea lignum vt fiat opus:aut fabricabit de
ea paxillus vt dependeat in eo qdcũq; vas. Ecce
igni datum eſt in eſcam:vtrunq; partẽ eius con
ſumpſit ignis ⁊ medietas eius redacta eſt in fa-
uillam. Nũquid vtile erit ad opus: Etiam cum
eſſet integrũ:non erat aptũ ad opus:q̃tomagis
cũ illud ignis deuorauerit ⁊ cõbuſſerit:nihil ex eo
fiet operis. Propterea hec dicit dominus deus.
Quo lignũ vitis inter ligna ſiluarũ qd dedi igni B
ad deuorandum:ſic tradam habitatores hieruſa

lem:⁊ ponam faciem meam in eos. De igne egre
dientur:⁊ ignis conſumet eos. Et ſcietis q: ego
dñs cum poſuero faciem meã in eos:⁊ dedero ter
ram inuiã ⁊ deſolatã: eo ꝙ preuaricatores extite
rint: dicit dominus deus.

Capituli Sũmarium. Catalogus immun
ditiarũ ⁊ iniquitatũ hieruſalem:⁊ corruptio qua
reuocatur ad ſalutem ſcribitur iuſtificat dñs ſo
domã ⁊ ſamariã cõparatiõe hierl'm. Capi.xvj.

A ET factus eſt ſermo
domini ad me dicens. Fili hoĩs
notas fac hieruſalem abomina
tiones ſuas ⁊ dices. Hec dicit
dominus deus hieruſalem. Ra
dix tua ⁊ generatio tua de ter-
j.eo. ra chanaã: pater tuus amorreꝰ
⁊ mater tua cethea. Et quãdo nata es in die or-
tus tui nõ eſt preciſus vmbilicus tuus:⁊ in aqua
non es lota in ſalutem: nec ſale ſalita: nec inuolu
ta pãnis. Non pepercit te oculus meus vt face-
ret tibi vnũ de his miſertus tui: ſed proiecta es
ſuper faciem terre in abiectione anime tue in die
qua nata es. Tranſiens autem per te vidi te con
culcari in ſanguine tuo. Et dixi tibi: cum eſſes
in ſanguine tuo. Viue. Dixi inquã tibi in ſanguine
tuo. Viue. Multiplicatam quaſi germẽ agri de-
di te:⁊ multiplicata es ⁊ grandis effecta: et in-
greſſa es:⁊ perueniſti ad mundum muliebrem.
Vbera tua intumuerunt:⁊ pilus tuus germina-
uit:⁊ eras nuda ⁊ confuſione plena. Et tranſiui
per te ⁊ vidi te:⁊ ecce tẽpus tuum tẽpus amãtiũ
Et expandi amictũ meũ ſuper te:⁊ operui igno
B miniam tuam. Et iuraui tibi:⁊ ingreſſus ſum pa
ctum tecũ ait dominus deus. Et facta es mihi ⁊
laui te aqua:⁊ emundaui ſanguinem tuum ex te.
Et vnxi te oleo:⁊ veſtiui te diſcoloribus ⁊ calcia-
ui te hyacintho. Et cinxi te byſſo:⁊ indui te ſub
tilibus:⁊ ornaui te ornamento. Et dedi armillas
in manibus tuis:⁊ torquẽ circa collum tuum ⁊ de
di inaurem ſuper os tuũ:⁊ circulos auribus tuis
⁊ coronam decoris in capite tuo. Et ornata es au
ro ⁊ argento:⁊ veſtita es byſſo ⁊ polymito ⁊ mul
tis coloribus. Simulam ⁊ mel ⁊ oleum comediſti
⁊ decora facta es vehemẽter nimis. Et pfeciſti in
regnũ:⁊ egreſſum eſt nomen tuum in gentes: p-
pter ſpeciem tuam: quia perfecta eras in decore
meo quem poſueram ſuper te dicit dominus deꝰ
Et habens fiduciam in pulchritudine tua forni-
cata es in nomine tuo:⁊ expoſuiſti fornicationeꝫ
tuam omni tranſeunti: vt eius fieres. Et ſumens
de veſtimentis meis feciſti tibi excelſa hincinde
conſuta:⁊ fornicata es ſuper eis ſicut non eſt fa-
ctum neqꝫ futurũ eſt. Et tuliſti vaſa decoris tui
de auro meo atqꝫ argento meo que dedi tibi:⁊ fe
ciſti tibi imagines maſculinas:⁊ fornicata es in
C eis. Et ſumpſiſti veſtimenta tua multicoloria et
operuiſti illas. Et oleum meum ⁊ thymiama meũ
poſuiſti coram eis:⁊ panem meum queꝫ dedi tibi
ſimulam ⁊ oleuꝫ ⁊ mel quibus enutriui te: poſui-
ſti in conſpectu eorum in odorem ſuauitatis. Et
factum eſt ait dominus deus:⁊ tuliſti filios tuos
⁊ filias tuas quas generaſti mihi:⁊ immolaſti eis
ad deuorandum. Nunquid parua eſt fornicatio
tua. Immolaſti filios meos:⁊ dediſti illos conſe
crans eis. Et poſt omnes abominationes tuas ⁊
fornicationes non es recordata dierum adoleſcẽ
tie tue quando eras nuda ⁊ confuſione plena: cõ
culcata in ſanguine tuo. Et accidit poſt omnem
maliciam tuam: ve ve tibi ait dominus deus. Et
edificaſti tibi lupanar ⁊ feciſti tibi proſtibuluꝫ in
cunctis plateis. Ad omne caput vie edificaſti ſi-
gnum proſtitutionis tue:⁊ abominabilem feciſti
decorem tuum. Et diuiſiſti pedes tuos omni trã de cõſe.di.
ſeunti:⁊ multiplicaſti omnes fornicationes tuas. v.c. nunq.
Et fornicata es cum filijs egypti vicinis tuis ma
gnarum carnium ⁊ multiplicaſti fornicationẽ tuã
ad irritandum me. Ecce ego extendam manum
meam ſuper te:⁊ auferam iuſtificationem tuam:
⁊ dabo te in animas odientium te filiarum pale-
ſtinarum: que erubeſcunt in via tua ſcelerata. Et D
fornicata es in filijs aſſyriorum: eo ꝙ necdum fue
ris expleta. Et poſtq̃ fornicata es nec ſic es ſatia
ta:⁊ multiplicaſti fornicationem tuã in terra cha
naan cum chaldeis:⁊ nec ſic ſatiata es. In quo
mundabor cor tuum: ait dominus deus: cum fa-
cias omnia hec opera mulieris meretricis ⁊ pro-
cacis. Quia fabricaſti lupanar tuum in capite om
nis vie:⁊ excelſum tuum feciſti in omni platea.
Nec facta es quaſi meretrix faſtidio augens pre
cium: ſed quaſi mulier adultera que ſuper virum
ſuum inducit alienos. Omnibus meretricibus
dantur mercedes. tu autem dediſti mercedeꝫ cun
ctis amatoribus tuis:⁊ dona donabas eis: vt in
trarent ad te vndiqꝫ ad fornicandum tecum. Fa
ctumqꝫ eſt in te contra conſuetudinem mulieruꝫ
in fornicationibus tuis:⁊ poſt te non erit fornica
tio. In eo enim ꝙ dediſti mercedes:⁊ mercedes
non accepiſti: factum eſt in te contrarium. Pro-
pterea meretrix audi verbum domini. Hec dicit
dominus deus. Quia effuſum eſt es tuũ:⁊ reuela
tum eſt ignominia tua in fornicationibus tuis
ſuper amatores tuos:⁊ ſuper idola abominatio-
num tuarum in ſanguine filiorum tuorum quos
dediſti eis: ecce ego congregabo omnes amato-
res tuos quibus commixta es:⁊ omnes quos di
lexiſti cum vniuerſis quos oderas. Et congrega- E
bo eos ſuper te vndiqꝫ:⁊ nudabo ignominiã tuã
coram eis:⁊ videbũt omnem turpitudinem tuã:
⁊ iudicabo te iudicijs adulterarum ⁊ effundẽtium
ſanguinem. Et dabo te in ſanguinem furoris ⁊ ze
li:⁊ dabo te in manus eorum. Et deſtruent lupa-
nar tuum:⁊ demolientur proſtibulum tuum. Et
denudabunt te veſtimentis tuis: vt auferant va-
ſa decoris tui:⁊ derelinquent te nudam plenãqꝫ
ignominia:⁊ adducent ſuper te multitudinẽ. Et
lapidabunt te lapidibus:⁊ trucidabunt te gla-
dijs ſuis. Et comburent domos tuas igni: et fa- iiij. Reg.
cient in te iudicia in oculis mulierum plurimarũ xxv.c.
Et deſines fornicari:⁊ mercedes vltra nõ dabis.

Et requieſcet indignatio mea in te:et auferetur
ſcelus meus a te et quieſcam nec iraſcar amplius
eo ꝙ non fueris recordata dierum adoleſcentie
tue et ꝓuocaſti me in omnibus his. Quapropter
et ego vias tuas in capite tuo dedi:ait dominus
deus.⁊ nō feci iuxta ſcelera tua in omnibus abo
minationibus tuis.Ecce omnis qui dicit vulgo
prouerbiuꝫ:in te aſſumet illud:dicens. Sicut ma
ter:ita ⁊ filia eius.Filia matris tue es tu:que pro
iecit virum ſuuꝫ ⁊ filios ſuos:⁊ ſoror ſororum tua
F ſ.eodem. rum que proiecerunt viros ſuos et filios ſuos.
Mater veſtra cethea : ⁊ pater veſter amorreus.
Et ſoror tua maior ſamaria ipſa ⁊ filie eius que
habitant ad ſiniſtram tuam. Soror autem tua
minor te:que habitat a dextris tuis:ſodoma:et
filie eius.Sed nec in vijs earum ambulaſti: neqꝫ
ſm ſcelera earum feciſti. Puſillum minus pene
ſceleratiora feciſti illis in omnibus vijs tuis.Ui
uo ego:dicit dominus deus:quia non fecit ſodo-
ma ſoror tua ipſa et filie eius ſicut feciſti tu et fi-
lie tue.Ecce hec fuit iniquitas ſodome ſororis:
tue ſuperbia:ſaturitas panis:et abundantia:et
ocium ipſius et filiarum eius. Et manus egeno
et pauperi non porrigebant et eleuate ſunt:et fe
cerunt abominationes coram me ⁊ abſtuli eas
Gen.xix.f ſicut vidiſti.Et ſamaria dimidium peccatorum
tuorum non peccauit : ſed viciſti eas ſceleribus
tuis:et iuſtificaſti ſorores tuas in omnibus abo
minationibus tuis quas operata es.Ergo ⁊ tu
porta confuſionem tuam:que viciſti ſorores tuas
peccatis tuis ſceleratius agens ab eis. Juſtifi-
cate ſunt enim a te.Ergo ⁊ tu confundere:⁊ por-
ta ignominiam tuaꝫ:que iuſtificaſti ſorores tuas
Et conuertam reſtituens eas conuerſione ſodo
morum cum filiabus ſuis et conuerſione ſama-
rie ⁊ filiarum eius. Et conuertam reuerſionem
tuam in medio earum : vt portes ignominiam
tuam:et confundaris in omnibus que feciſti:con
ſolans eos.Et ſoror tua ſodoma et filie eius re-
G uertentur ad antiquitatem ſuam : et ſamaria et
filie eius reuertentur ad antiquitatem ſuam:et
tu et filie tue reuertimini ad antiquitatem ve-
ſtram.Non fuit autem ſodoma ſoror tua audi-
ta in ore tuo in die ſuperbie tue:anteꝙ̄ reuelare
tur malicia tua : ſicut hoc tempore in opprobriū
filiarum ſyrie et cunctarum in circuitu tuo filia-
rum paleſtinarum que ambiunt te per gyrum.
Scelus tuum et ignominiā tuam tu portaſti:ait
dominus deus.Quia hec dicit dominus deus.
Et faciam tibi ſicut deſpexiſti iuramentum vt ir-
ritum faceres pactū:⁊ recordabor ego pacti mei
tecum in diebus adoleſcentie tue:et ſuſcitabo ti-
bi pactum ſempiternum. Et recordaberis via-
rum tuarum:et confunderis cum receperis ſo-
rores tuas te maiores cum minoribus tuis. Et
dabo eas tibi in filias:ſed non ex pacto tuo:⁊ ſu
ſcitabo ego pactum meum tecum. Et ſcies quia
ego dominus vt recorderis ⁊ confundaris ⁊ non
ſit tibi vltra aperire os pre confuſione tua, cum
placatus tibi fuero in omnibus que feciſti:ait do
minus deus.

Capituli Summarium. Joachim in baby
lone captiuo:ſedechia ⁊ hieruſalem datur in ma
nibus nabuchodonoſor:et prophetia de chriſto
ponitur.

Capitulum.xvij.

ET factus eſt ſermo A
domini ad me dicens.Fili ho-
minis propone enigma et nar-
ra parabolam ad domū iſrael:
⁊ dices.Hec dicit dominus de⁹
Aquila grandis magnarū ala-
rum:longo membrorum ducta
plena plumis ⁊ varietate:venit ad libanum:⁊ tu
lit medullam cedri.Summitatem frondiuꝫ eius
auulſit:⁊ tranſportauit eam in terram chanaam
in vrbe negociatorum poſuit illam.Et tulit de ſe
mine terre:⁊ poſuit illud in terra pro ſemine vt
firmaret radicem ſuper aquas multas.Jn ſuper
ficie poſuit illud.Cumqꝫ germinaſſet:creuit in vi
neam latiorem:humili ſtatura:reſpicientibus ra
mis eius ad eam:⁊ radices eius ſub illa erāt.Fa B
cta eſt ergo vinea:⁊ fructificauit in palmites : et
emiſit propagines.Et facta eſt aquila altera grā
dis:magnis alis multiſqꝫ plumis.Et ecce vinea
iſta quaſi mittens radices ſuas ad eam palmites
ſuos extendit ad illam:vt irrigaret eam de areo-
lis germinis ſui.Jn terra bona ſuper aquas mul
tas plantata eſt vt faciat frondes ⁊ portet fru- C
ctum:vt ſit in vineam grandem.Dic.Hec dicit
dominus deus.Ergo ne proſperabitur? Nonne
radices eius euellet:⁊ fructus eius diſtringet:et
ſiccabit om̄es palmites germinis eius ⁊ areſcet
⁊ nō eſt in brachio grandi neqꝫ in populo multo
vt euelleret eam radicitus.Ecce plātata eſt.Er-
go ne proſperabitur? Nonne cum tetigerit eam
ventus vrens ſiccabitur:⁊ in areis germinis ſui
areſcet?Et factum eſt verbum domini ad me:di D
cens.Dic ad domum exaſperātem.Neſcitis q̄d
iſta ſignificent?Dic.Ecce veniet rex babylonis
in hieruſalem:⁊ aſſumet regem ⁊ principes eius:
⁊ adducet eos ad ſemetipſum in babylonem : et
tollet de ſemine regni.ferietqꝫ cum eo fedus:⁊ ab
eo accipiet iuſiurandum.Sed ⁊ fortes terre tol-
let vt ſit regnum humile:⁊ non eleuetur : ſed cu-
ſtodiat pactum eius ⁊ ſeruet illud.Qui recedens
ab eo : miſit nuncios ad egyptum vt daret ſibi
equos ⁊ populum multum.Nunquid proſpera-
bitur vel conſequetur ſalutem qui fecit hec. Et E
qui diſſoluit pactum:nūquid effugiet.Uiuo ego
dicit dominus deus:qm̄ in loco regis qui conſti-
tuit eum regem cuius fecit irritum iuramentum
⁊ ſoluit pactum quod habebat cum eo:in medio
babylonis morietur.Et non in exercitu grandi
neqꝫ in populo multo faciet contra eum pharao
prelium in iactu aggeris:⁊ in extructione vallo-
rū:vt interficiat animas multas.Spreuerat em̄
iuramentum vt ſolueret fedus:⁊ ecce dedit ma-
num ſuam:⁊ cum omnia hec fecerit:non effugiet
Propterea hec dicit dominus deus.Uiuo ego F
qm̄ iuramentū qđ ſpreuit ⁊ fedus qđ ꝑuaricatus

eſt: ponam in caput eius. Expandam ſuper eum
rete meum: ⁊ comprehendetur in ſagena mea: et
adducam eum in babylonem: ⁊ iudicabo eum in
preuaricatione qua deſpexit me: ⁊ omnes profu
gi eius cum vniuerſo agmine ſuo gladio cadent.
Reſidui autem in omnē ventum diſpergentur et
ſcietis quia ego dominus locutus ſum. Hec dicit
dominus deus. Et ſumam ego de medulla cedri
ſublimis: ⁊ ponam de vertice ramorum eius tene
rū: diſtinguam ⁊ plantabo ſuper montē excelſum
⁊ eminentem. In monte ſublimi iſrael plantabo
G illud: ⁊ erumpet in germen: ⁊ faciet fructū ⁊ erit
in cedrum magnam. Et habitabūt ſub ea omnes
volucres: ⁊ vniuerſum volatile ſub vmbra fron-
dium eius nidificabit. Et ſcient omnia ligna re-
gionis: quia ego dominus humiliaui lignum ſub
lime ⁊ exaltaui lignū humile: ⁊ ſiccaui lignū viri
de: ⁊ frondere feci lignum aridum. Ego dominus
locutus ſum ⁊ feci.

¶ Capituli Summarium ¶ De vna acerba: q
non pater pro filio: nec filius pro patre tenetur
in peccatis: ſed vnuſquiſq; onus ſuum portabit:
⁊ vbi inuenietur: ibi iudicabitur: ⁊ reuocant pec
catores ad penitentiā. Capitulum. xviij.

A Et factus eſt ſermo
domini ad me: dicēs. Quid eſt
ꝙ inter vos parabolam verti-
tis in prouerbium iſtud in ter
Hie. xxxi. c ra iſrael: dicentes. Patres co
mederunt vuam acerbam: ⁊ dē
tes filiorum obſtupeſcunt. Ui
uo ego dicit dominus deus: ſi erit vltra nobis pa
rabola hec in prouerbium in iſrael. Ecce omnes
anime mee ſunt. Ut anima patris: ita ⁊ anima fi-
de cōſe. di. lij mea eſt. Anima que peccauerit ipſa morietur.
iij. c. q̄ris. Et vir, ſi fuerit iuſtus ⁊ fecerit iudicium ⁊ iuſticiā
in montibus non comederit: ⁊ oculos ſuos nō le-
uauerit ad idola domus iſrael: ⁊ vxorem proximi
B ſui non violauerit: ⁊ ad mulierem menſtruatam
non acceſſerit ⁊ hominem non contriſtauerit: pi-
gnus debitori reddiderit: per vim nihil rapuerit:
panem ſuum eſurienti dederit: ⁊ nudum operue-
rit veſtimento ad vſuram non commodauerit: et
amplius non acceperit: ab iniquitate auerterit
manum ſuam: ⁊ iudicium verum fecerit inter vi-
rum ⁊ virū: ⁊ in p̄ceptis meis ambulauerit: et iu-
dicia mea cuſtodierit vt faciat veritatem: hic iu-
iiij. q. iij. c. ſtus eſt. Uita viuet: ait dominus deus. Quod ſi
putant. genuerit filium latronē effundentem ſanguinem
C ⁊ fecerit vnum de iſtis: ⁊ hec quidem omnia non
facientem: ſed in montibus comedentem: ⁊ vxo
rem proximi ſui polluentem egenū ⁊ pauperem
contriſtantem: rapientē rapinas: pignus nō red-
dentem ⁊ ad idola leuantem oculos ſuos: abomi
nationem facientem ad vſuram dantem et am-
plius accipientem: nunquid viuet. Non viuet.
Cum vniuerſa hec deteſtanda fecerit: morte mo
rietur. Sanguis eius in ipſo erit. Quod ſi genue
rit filiū qui videns omnia peccata patris ſui que
fecit: timuerit ⁊ non fecerit ſimile eis: ſuper mon
tes non comederit: ⁊ oculos ſuos non leuauerit D
ad idola domus iſrael: ⁊ vxorem proximi ſui non
violauerit ⁊ virū non contriſtauerit: pignus non
retinuerit: ⁊ rapinam non rapuerit: panem ſuū
eſurienti dederit: ⁊ nudum operuerit veſtimēto xiiij. q. iiij.
a pauperis iniuria auerterit manum ſuam: vſu- c. vſura.
ram ⁊ ſuperabundantiam non acceperit: ⁊ iudi- putant.
cia mea fecerit ⁊ in preceptis meis ambulauerit:
hic non morietur in iniquitate patris ſui: ſed vita vi
uet. Pater eius quia calumniatus eſt: ⁊ vim fe-
cerit fratri: ⁊ malum operatus eſt in medio popu
li ſui: ecce mortuus eſt in iniquitate ſua. Et dicitis.
Quare non portabit filius iniquitatem patris. E
Uidelicet quia filius iudicium ⁊ iuſticiam opera iij. q. iiij.
tus eſt: omnia precepta mea cuſtodiuit. ⁊ fecit il iā itaq;
la: viuet vita. Anima que peccauerit ipſa morietur. iudei. ⁊ q.
Filius non portabit iniquitatem patris. ⁊ pater vij. c. ad
non portabit iniquitatem filij. Iuſticia iuſti ſup nientibus
eum erit. ⁊ impietas impij ſuper eum. Si autem deu. xxiiij.
impius egerit penitentiam ab omnibus peccatis iiij. re.
ſuis que operatus eſt. ⁊ cuſtodierit omnia prece f.
pta mea: ⁊ fecerit iudicium ⁊ iuſticiam. vita viuet ij. pa. xxv.
⁊ non morietur. Omnium iniquitatū eius quas
operatus eſt non recordabor. In iuſticia ſua quā
operatus eſt viuet. Nunquid voluntatis mee eſt
mors impij. dicit dominus deus. ⁊ non vt conuer F
tatur a vijs ſuis. ⁊ viuat. Si autem auertit ſe iu- d pe. di.
ſtus a iuſticia ſua. ⁊ fecerit iniquitatem ſm om- c. hāc ſoci
nes abominationes quas operari ſolet impius. tatē. ⁊ c. ſi
Nunquid viuet. Omnes iuſticie eius quas fece auerterit.
rat non recordabuntur. In preuaricatione qua
preuaricatus eſt. ⁊ in peccato ſuo quod peccauit j. e. ⁊. j. iij.
in ipſis morietur. Et dixiſtis. Non eſt equa via
domini. Audite ergo domus iſrael. Nunquid via
mea non eſt equa. ⁊ non magis vie veſtre praue
ſunt. Cū enī auerterit ſe iuſtus a iuſticia ſua. ⁊ fece
rit iniquitatē morietur in eis. In iuſticia quam
operatus eſt morietur. Et cū auerterit ſe impius
ab impietate ſua quā operatus eſt ⁊ fecerit iudi
ciū ⁊ iuſticiā. ipſe animā ſuam viuificabit. Conſi G
derans enim ⁊ auertens ſe ab omnibus iniquita
tibus ſuis quas operatus eſt vita viuet ⁊ nō mo s. co.
rietur. Et dicunt filij iſrael. Non eſt equa via do
mini. Nunquid vie mee non ſunt eque domus iſ-
rael. ⁊ non magis vie veſtre praue. Idcirco vnū-
quēq; iuxta vias ſuas iudicabo domus iſrael. ait
dn̄s deus. Conuertimini ⁊ agite penitentiā ab
oībus iniquitatibus veſtris. ⁊ non erit vobis in
ruinā iniquitas. Proiicite a vobis oēs iniquita
tes veſtras in quibus preuaricati eſtis. ⁊ facite vo j. xxxiij. c.
bis cor nouū ⁊ ſpiritū nouū. Et quare moriemi-
ni domus iſrael. q: nolo mortē morientis. dicit
dn̄s deus. Reuertimini ⁊ viuite.

¶ Capituli ſumarium ¶ De ioachim ⁊ iecho
nia. ⁊ filio ioachim captiuatis. de reliquijs inde
ꝙ non habuerunt regem.

Capitulum. xix.

A [E]T tu fili hominis
aſſume planctum ſuper princi
pes iſrael: ⁊ dices. Quare ma-
ter tua leena inter leones cu-
bauit. In medio leunculorum
enutriuit catulos ſuos. Et edu
xit vnū de leunculis ſuis: leo fa
ctus eſt: ⁊ didicit capere predam hominēq; co-
medere. Et audierunt de eo gentes: ⁊ non abſq;
B vulneribus ſuis ceperunt eum: ⁊ adduxerunt eū
in catenis in terram egypti. Que cum vidiſſet
quoniā infirmata eſt ⁊ periit expectatio eius: tu
lit vnū de leūculis ſuis: leonē conſtituit eū. Qui
incedebat inter leones: ⁊ factus eſt leo: ⁊ didicit
predam capere: ⁊ homines deuorare. Didicit vi
duas facere: ⁊ ciuitates eorum in deſertum addu
cere: ⁊ deſolata eſt terra ⁊ plenitudo eius a voce
rugitus illius. Et conuenerunt aduerſus eum gē
tes vndiq; de prouincijs: et ex panderunt ſuper
eum rete ſuum. In vulneribus earum captus eſt
⁊ miſerunt eum in caueā. In catenis adduxerūt
C eum ad regem babylonis: miſerūtq; eum in car-
cerem ne audiretur vox eius vltra ſuper montes
iſrael. Mater tua quaſi vinea in ſanguine tuo ſu
per aquam plantata eſt. Fructus eius ⁊ frondes
eius creuerunt ex aquis multis: ⁊ facte ſunt ei vir
ge ſolide in ſceptra dominantium: ⁊ exaltata eſt
ſtatura eius inter frondes. Et vidit altitudinem
D ſuam in multitudine palmitum ſuorum: ⁊ euulſa
eſt: in ira in terrāq; proiecta: ⁊ ventus vrens ſic-
cauit fructum eius: marcuerunt: ⁊ areſacte ſunt
virge roboris eius. Ignis comedit eas. Et nunc
tranſplantata eſt in deſertum in terra inuia ⁊ ſi-
tienti: ⁊ egreſſus eſt ignis de virga ramorū eius
qui fructum eius comedit: ⁊ non fuit in ea virga
fortis: ſceptrū dominantiū. Planctus eſt: ⁊ erit
in planctum.

Capitulū Sūmariū. Dicit dn̄s q̄ non re-
ſpondebit interrogationibus propter peccata: ⁊
exprobrat eis ſcelera ſua: ⁊ blaſphemias: de repro
batione legis ⁊ ſacrificiorū de reditu captiuorū
in terram ſuā. Capitulū.xx.

A [E]T factū eſt in anno
ſeptimo in quinto in decima
menſis: venerunt viri de ſenio
ribus iſrael vt interrogarēt do
minū: ⁊ ſederūt corā me. Et fa
ctus eſt ſermo domini ad me:
dicens. Fili hominis: loquere
ſenioribus iſrael ⁊ dices ad eos. Hec dicit domi-
nus deus. Nunquid ad interrogandū me vos ve
niſtis. Viuo ego: quia non reſpōdebo vobis: ait
dominus deus. Si iudicas eos ſi iudicas fili ho-
minis: Abominationes patrū eorum oſtende eis
⁊ dices ad eos. Hec dicit dominus deus. In die
qua elegit iſrael: ⁊ leuaui manum meam pro ſtir
pe domus iacob: ⁊ apparui eis in terra egypti: ⁊
leuaui manū meam pro eis: dicens. Ego domin9
deus veſter: in die illa leuaui manū meā pro eis:
vt educerem eos de terra egypti: in terrā quam
prouiderā eis: fluentē lacte ⁊ melle: que eſt egre-
gia inter omnes terras. Et dixi ad eos. Vnuſquiſ-
q; offenſiones oculorum ſuorum abiiciat: ⁊ in ido
lis egypti nolite pollui. Ego dn̄s deus veſter: ⁊ ir B
ritauerunt me: nolueruntq; me audire. Vnuſquiſ
q; abominationes oculorū ſuorum non proiecit:
nec idola egypti reliquerunt. Et dixi vt effunde
rem indignationē meā ſuper eos ⁊ implerē iram
meam in eis in medio terre egypti. Et feci pro-
pter nomen meum: vt non violaretur coram gen J.eodē.
tibus: in quarum medio erant: ⁊ inter quas ap-
parui eis: vt educerē eos de terra egypti. Eieci
ergo eos de terra egypti: ⁊ eduxi in deſertū: ⁊ de
di eis precepta mea: ⁊ iudicia mea oſtendi eis: q̄
faciens homo: viuet in eis. Inſup ⁊ ſabbata mea Exo. xx.b.
dedi eis: vt eſſet ſignum inter me ⁊ eos: ⁊ ſcirent ⁊.xxxi.c.
quia ego dominus ſanctificans eos. Et irritaue-
runt me domus iſrael in deſerto: in p̄ceptis meis
non ambulauerunt ⁊ iudicia mea proiecerunt: q̄
faciens homo viuet in eis: ⁊ ſabbata mea viola- Exo.vi.f.
uerunt vehementer. Dixi ergo vt effunderem fu C
rorem meum ſuper eos in deſerto ⁊ conſumerē S.eo.⁊.i.c.
eos. Et feci propter nomē meū ne violaretur co
ram gentibus: de gentibus eieci eos in conſpe-
ctu earū. Ego igitur leuaui manū meā ſuper eos
in deſerto ne inducerē eos in terrā quā dedi eis
fluentem lacte ⁊ melle: precipuā terrarū omniū
quia iudicia mea proiecerūt: ⁊ in preceptis meis
non ambulauerunt: ⁊ ſabbata mea violauerunt.
Poſt idola enim cor eorū gradiebatur: ⁊ peper
cit oculus meus ſuper eos vt non interficerē eos
nec cōſumpſi eos in deſerto. Dixi autē ad filios
eorū in ſolitudine. In preceptis patrum veſtrorū
nolite incedere: nec iudicia eorū cuſtodiatis nec
in idolis eorū polluamini. Ego dominus deus ve
ſter. In preceptis meis ambulate: ⁊ iudicia mea
cuſtodite ⁊ facite ea. Et ſabbata mea ſanctifica-
te: vt ſit ſignum inter me ⁊ vos: vt ſciatis q: ego
ſum dominus deus veſter. Et exacerbauerūt me
filii: ⁊ in preceptis meis non ambulauerunt: ⁊ iu-
dicia mea non cuſtodierunt vt facerent ea: que cū D
fecerit homo viuet in eis: ⁊ ſabbata mea violaue- S.eo
runt. Et cōminatus ſum vt effunderē furorē meū
ſuper eos: ⁊ implerem iram meam in eis in deſer
to. Auerti autem manum meā: ⁊ feci propter no
men meū vt non violaretur corā gentibus de qui
bus eieci eos in oculis earū. Iterum leuaui ma
nū meam in eos in ſolitudine vt diſpergerēt illos
in nationes: ⁊ ventilarem in terras: eo q̄ iudicia
mea non feciſſent: ⁊ precepta mea reprobaſſent:
⁊ ſabbata mea violaſſent: ⁊ poſt idola patrū ſuo
rum fuiſſent oculi eorum. Ergo ⁊ ego dedi eis p̄ E
cepta non bona. ⁊ iudicia in quibus non viuent.
⁊ pollui eos in muneribus ſuis. cum offerrent om
ne quod aperit vuluā propter delicta ſua. ⁊ ſciēt
quia ego dominus. Quāobrē loquere ad domū
iſrael fili hominis ⁊ dices ad eos. Hec dicit do-
minus deus. Adhuc. ⁊ in hoc blaſphemauerunt

me patres veſtri:cum ſpꝛeuiſſent me cōtemnētes
⁊ induxiſſem eos in terrā ſuper quam leuaui ma
num meam vt darem eis. Viderunt omnē colles
excelſum:⁊ omne lignum nemoroſum.⁊ immola-
uerunt ibi victimas ſuas:⁊ dederūt ibi irritatio-
nem oblationis ſue:⁊ poſuerunt ibi odorem ſua
uitatis ſue:⁊ libauerunt libationes ſuas. Et dixi
ad eos. Quid eſt excelſum ad qđ vos ingredimi
ni? Et vocatum eſt nomen eius excelſum vſq; ad
hanc diē. Propterea dic ad domū iſrael. Hec di
cit dominus deus. Certe in via patrū veſtrorum
vos polluimini:⁊ poſt offendicula eorum vos for
nicamini:⁊ in oblatione donorū veſtrorū:cū tra-
ducitis filios veſtros per ignem vos polluimini
in oībus idolis veſtris vſq; hodie:⁊ ego rūdebo
vobis domus iſrael? Viuo ego dicit dn̄s deus:q:
non rūdebo vobis:neq; cogitatio mentis veſtre
fiet:dicentium. Erimus ſicut gentes ⁊ ſicut co-
gnationes terre:vt colamus ligna ⁊ lapides. Vi
F uo ego dicit dn̄s deus:qm̄ in manu forti:⁊in bra
chio extento:⁊ in furore effuſo regnabo ſup vos.
Et educam vos de populis ⁊ congregabo vos de
terris in quibus diſperſi eſtis. In manu valida
⁊ in brachio extento:⁊in furore effuſo regnabo ſu
per vos:⁊ adducam vos in deſertum populorum
⁊ iudicabo vobiſcum ibi facie ad faciem. Sicut iu
dicio contendi aduerſum patres veſtros in de-
ſerto terre egypti:ſic iudicabo vos dicit domin⁹.
Et ſubiiciam vos ſceptro meo:⁊ inducam vos in
vinculis federis. Et eligam de vobis trangreſ-
ſores ⁊ impios:⁊ de terra incolatus eorum edu-
cam eos:⁊ in terram iſrael non ingredientur:et
ſcietis quia ego dominus. Et vos domus iſrael
hec dicit domin⁹ deus. Singuli poſt idola veſtra
ambulate ⁊ ſeruite eis. Quod ſi ⁊ in hoc non au-
dieritis me:⁊ nomen meum ſanctum pollueritis
vltra in muneribus veſtris:et in idolis veſtris in
monte ſancto meo : in monte excelſo iſrael : ait
dominus deus:ibi ſeruiet mihi omnis domus iſ
rael:omnes inquā in terra in q̄ placebunt mihi.
Et ibi queram primitias veſtras:⁊ initium deci-
marum veſtrarum in omnibus ſanctificationib⁹
veſtris. In odorem ſuauitatis ſuſcipiam vos:cū
eduxero vos de populis:⁊ congregauero vos de
terris in quas diſperſi eſtis:⁊ ſanctificabor in vo
G bis in oculis nationum. Et ſcietis quia ego do-
minus cum induxero vos ad terram iſrael in ter
ram pro qua leuaui manum meam vt darem eaȝ
patribus veſtris. Et recordabimini ibi viarum
veſtrarum:⁊ omnium ſcelerum veſtrorum:quib⁹
polluti eſtis in eis:⁊ diſplicebitis vobis in cōſpe
ctu veſtro in omnibus malicijs veſtris quas feci
ſtis:⁊ ſcietis quia ego dominus cum benefecero
vobis propter nomen meum non ſm̄ vias veſtras
malas:neq; ſm̄ ſcelera veſtra peſſima domus iſ-
rael:ait dominus deus. Et factus eſt ſermo do-
mini ad me dicens. Fili hominis:pone faciē tuaȝ
contra viam auſtri:⁊ ſtilla ad aphricum:⁊ prophe
ta ad ſaltum agri meridiani. Et dices ſaltui me-
ridiano. Audi verbum domini. Hec dicit domi-
nus deus. Ecce ego ſuccendam in te ignem:⁊ cō
buram in te omne lignum viride:⁊ omne lignum
aridum. Non extinguetur flamma ſuccenſionis:
⁊ comburetur in ea omnis facies ab auſtro vſq;
ad aquilonē:⁊ videbit vniuerſa caro:q: ego dn̄s
ſuccendi eā:nec extinguetur. Et dixi. A:a:a do- ſ.iiij.a.
mine deus. Ipſi dicunt de me. Nunquid non p
parabolas loquitur iſte.

Capituli Summariū ¶ **Sermo domini ad hieruſalem:de miſeria gladij duplicati ac tripli-cati. Sermo domini contra filios amon pro gla-dio euaginato.** Capitulū.xxj.

ET factus eſt ſermo A
domini ad me:dicens. Fili ho-
minis pone faciem tuaȝ ad hie
ruſalem:⁊ ſtilla ad ſanctuaria:
⁊ propheta cōtra humū iſrael.
Et dices terre iſrael. Hec di-
cit domin⁹ deus. Ecce ego ad
te:⁊ eiiciam gladium meum de vagina ſua:⁊ occi
dam in te iuſtum ⁊ impium. Pro eo autem ꝙ oc
cidi in te iuſtum ⁊ impium:idcirco egredietᷣ gla-
dius meus de vagina ſua ad omnē carnem ab au
ſtro vſq; ad aquilonē:vt ſciat omnis caro q: ego
dominus eduxi gladium meum de vagina ſua ir-
reuocabilem. Et tu fili hominis ingemiſce in con
tritione lumborū:⁊ in amaritudinibus ingemi- B
ſces coraȝ eis. Cumq; dixerint ad te:quare tu ge
mis? dices. Pro auditu:q: venit ⁊ tabeſcet omne
cor ⁊ diſſoluentur vniuerſe manus : ⁊ infirmabi-
tur omnis ſpiritus:⁊ per cūcta genua fluēt aque
Ecce venit ⁊ fiet:ait domin⁹ deus. Et factus eſt
ſermo domini ad me:dicens. Fili hominis ꝓphe
ta:⁊dices. Hec dicit domin⁹ deus. Loquere. Gla
dius gladius exacutus eſt ⁊ limatus. Vt cedat vi
ctimas exacutus eſt : vt ſplendeat limatus eſt.
Qui moues ſceptrum filij mei:ſuccidiſti omne li-
gnum. Et dedi eum ad leuigandum vt teneatur C
manu. Iſte exacut⁹ eſt gladius:⁊ iſte limatus eſt
vt ſit in manu interficiētis. Clama ⁊ vlula fili ho
minis quia hic factus eſt in populo meo : hic in
cunctis ducibus iſrael qui fugerant. Gladio tra
diti ſunt cū pplo meo. Idcirco plaude ſup femur
quia probatus eſt:⁊ hoc cum ſceptruȝ ſubuertit
⁊ nō erit:dicit dominus deus. Tu ergo fili homi
nis propheta ⁊ percute manum ad manum:⁊ du
plicetur gladius:ac triplicetur gladius interfe-
ctorum. Hic eſt gladius occiſionis magne qui ob
ſtupeſcere eos facit ⁊ corde tabeſcere:⁊ multipli D
cat ruinas. In omnibus portis eorum dedi con-
turbationem gladij acuti ⁊ limati ad fulgendum
amicti ad cedem. Exacuere ⁊ vade ad dexteraȝ ſi
ue ad ſiniſtram quocumq; faciei tue eſt appetitus
Quin ⁊ ego plaudam manu ad manum:⁊ imple
bo indignationem meaȝ. Ego dominus locutus
ſum. Et factus eſt ſermo domini ad me:dicens.
Et tu fili hominis pone tibi duas vias vt veniat
gladius regis babylonis. De terra vna egredien
tur ambo. Et manu capiet coniecturā in capite

vie ciuitatis conficiet. Uiam pones vt veniat gla
dius ad rabath filioꝛum ammon: ⁊ ad iudā in hie
E ruſalem munitiſſimam. Stetit enim rex babylo
nis in biuio in capite duarum viarum: diuinatio
nem querens commiſcens ſagittas. Interroga
uit idola: exta conſulit. Ad dexteram eius facta
eſt diuinatio ſuper hieruſalem: vt ponat arietes
vt aperiat os in cede: ⁊ vt eleuet vocem in vlula
tu: vt ponat arietes contra poꝛtas: vt compoꝛtet
aggerem: vt edificet munitiones. Eritqꝫ quaſi cō
ſulens fruſtra oꝛaculum in oculis eoꝛum: ⁊ ſabba
toꝛum ocium imitans. Ipſe autem recoꝛdabitur
iniquitatis ad capiendum. Idcirco hec dicit do
minus deus. Pꝛo eo ꝙ recoꝛdati eſtis iniquita
tis veſtre: ⁊ reuelaſtis pꝛeuaricationes veſtras: ⁊
apparuerunt peccata veſtra in omnibus cogita
F tiōibus veſtris. Pꝛo eo inquā ꝙ recoꝛdati eſtis:
manu capiemini. Tu autem pꝛophane impie dux
iſrael: cuius venit dies in tēpoꝛe iniquitatis pꝛe
finita. Hec dicit dominus deus. Aufer cidarim:
tolle coꝛonam. Nonne hec eſt que humilem ſuble
uauit: ⁊ ſublimem humiliauit? Iniquitatem: iniq
tatem: iniquitatem ponam eam. Et hoꝛ non fa
ctum eſt donec veniret cuius eſt iudicium: ⁊ tra
dam ei. Et fili hominis pꝛopheta: ⁊ dic hec dicit
dominus deus ad filios ammon: ⁊ ad oppꝛobꝛiū
G eoꝛum ⁊ dices. Mucro: mucro: euagina te ad oc
cidendum: lima te vt interficias ⁊ fulgeas: cū tibi
viderentur vana: ⁊ diuinarentur mendacia: vt da
reris ſuper colla vulneratoꝛum impioꝛum: quoꝛū
veniet dies in tempoꝛe iniquitatis pꝛefinita. Re
uertere ad vaginam tuam in locum in quo crea
tus es. In terra natiuitatis tue iudicabo te: et
effundam ſuper te indignationem meā. In igne
furoꝛis mei ſufflabo in te: daboqꝫ te in manus ho
minum inſipientium: ⁊ fabꝛicantium interitum
Igni eris cibus ſanguis tuus erit in medio ter
re: obliuioni traderis: quia ego dominus locu
tus ſum.

¶ Capituli Summarium ¶ Sermo domini cō
tra hieruſalem pꝛo effuſione ſanguinis ⁊ inhono
ratione parentum ⁊ ceteris malis plurimis de po
pulo conflando ſicut metallum in foꝛnace: et de
ſceleribus populi: vbi eſt qui interponat ſpem de
leone rugiente: ꝙ ſacerdotes polluerunt ſanctua
rium.

Capitulū. xxij.

A

Et factum eſt verbū
domini ad me: dicens. Et tu fi
li hominis nonne iudicas ciui
tatem ſanguinū ⁊ oſtendes ei
omnes abominationes ſuas?
Et dices. Hec dicit dominus
deus. Ciuitas effundēs ſangui
nem in medio ſui vt veniat tempus eius: ⁊ que fe
cit idola cōtra ſemetipſam vt pollueretur. In ſan
guine tuo qui a te effuſus eſt: deliquiſti: ⁊ in ido
B lis tuis que feciſti: polluta es. Et appꝛopinqua
re feciſti dies tuos: ⁊ adduxiſti tempus annoꝛum
tuoꝛum: pꝛopterea dedi te oppꝛobꝛium gētibus:
⁊ irriſionē vniuerſis terris que iuxta ſunt: ⁊ que
pꝛocul a te. Triumphabunt de te ſoꝛdida nobilis
grandis interitu. Ecce pꝛincipes iſrael ſinguli
in bꝛachio ſuo fuerunt in te: ad effundendū ſan
guinem. Patrem ⁊ matrem contumelijs affece
runt in te: aduenam calūniati ſunt in medio tui:
pupillum ⁊ viduam contriſtauerunt apud te: ſan
ctuaria mea ſpꝛeuiſtis ⁊ ſabbata mea polluiſtis.
Uiri detractoꝛes fuerunt in te ad effundendum
ſanguinem: ⁊ ſuper montes comederunt in te: ſce C
lus operati ſunt in medio tui. Uerecūdioꝛa pa
tris diſcooperuerunt in te immūdiciam mēſtrua Hiere. v. c.
te humiliauerunt in te. Et vnuſquiſqꝫ in vxoꝛē
pꝛoximi ſui operatus eſt abominationem: ⁊ ſocer
nurum ſuam polluit nepharie: frater ſoꝛoꝛem ſuā xiiij. q. iij. c
filiam patris ſui oppꝛeſſit in te. Munera accepe putant.
runt apud te ad effundendum ſanguinem: vſurā
⁊ ſuperabundātiam accepiſti: ⁊ auare pꝛoximos
tuos calūniabaris: meiqꝫ oblita es: ait dominus
deus. Ecce comploſi manus meas ſuper auariciā
tuam quam feciſti: ⁊ ſuper ſanguinem qui effuſus
eſt in medio tui. Nunquid ſuſtinebit coꝛ tuum:
aut pꝛeualebunt manus tue in diebus quos ego
faciam tibi? Ego dominus locutus ſum ⁊ faciā. D
Et diſpergam te in nationes: ⁊ ventilabo te in
terras: ⁊ deficere faciam immundiciam tuā a te:
⁊ poſſidebo te in conſpectu gentium: ⁊ ſcies quia
ego dominus. Et factum eſt verbum domini ad
me: dicens. Fili hominis: verſa eſt mihi domus
iſrael in ſcoꝛiam. Omnes iſti es ⁊ ſtannum ⁊ fer
rum ⁊ plumbum in medio foꝛnacis: ſcoꝛia argēti
facti ſunt. Pꝛopterea hec dicit dominus deus. Eo
ꝙ verſi eſtis omnes in ſcoꝛiā: pꝛopterea ecce ego
congregabo vos in medio hieruſalem congrega
tione argenti ⁊ eris ſtanni ⁊ ferri ⁊ plumbi in me
dio foꝛnacis: vt ſuccendam in ea ignem ad cōflan E
dum. Sic congregabo in furoꝛe meo ⁊ in ira mea
requieſcam. Et conflabo vos: ⁊ congregabo vos
⁊ ſuccendam vos in igne furoꝛis mei: ⁊ conflabi
mini in medio eius: vt conflatur argentum in me
dio foꝛnacis: ſic eritis in medio eius. Et ſcietis
quia ego dominus cum effuderim indignationē
meam ſuper vos. Et factus eſt ſermo domini ad
me: dicens. Fili hominis: dic ei. Tu es terra immū
da: ⁊ non compluta in die furoꝛis. Coniuratio pꝛo F
phetarum in medio eius: ſicut leo rugiens rapi
enſqꝫ pꝛedam animas deuoꝛauerunt: opes ⁊ pꝛe
cium acceperunt viduas eius multiplicauerūt in
medio illius. Sacerdotes eius contēpſerunt legē
meam: ⁊ polluerunt ſanctuaria mea. Inter ſan
ctum ⁊ pꝛophanum non habuerunt diſtantiam:
inter pollutum ⁊ mundum non intellexerunt: et
a ſabbatis meis auerterunt oculos ſuos: ⁊ coin Mich. iij. d.
quinabar in medio eoꝛum. Pꝛincipes eius in me Sop. iij. d.
dio illius quaſi lupi rapientes pꝛedam ad effun
dendum ſanguinem ⁊ ad perdendas animas: et G
auare ſectando lucra. Pꝛophete autem eius linie
bant eos abſqꝫ temperamento videntes vana: ⁊
diuinantes ei mendacium: dicentes. Hec dicit do
minus deus: cum dominus non ſit locutus. Pꝛo

puli terre calũniabantur calũniam ⁊ rapiebant
violenter egenum ⁊ pauperem affligebant: ⁊ ad/
uenam opprimebant calumnia abſq; iudicio. Et
queſiui de eis virum qui interponeret ſepem: et
ſtaret oppoſitus contra me pro terra: ne diſſipa
rem eam: ⁊ non inueni. Et effudi ſuper eos indi/
gnationem meam: et in igne ire mee conſumpſi
eos. Uiam eorum in caput eorum reddidi: ait do
minus deus.

Capi. Sũma. Sermo dñi cõtra oolã ⁊ ooli bã ſorores meretrices: de immundicijs inſanĩ: de vltione dei in illas pro idolis. Capitulũ. xxiij.

A Et factus eſt ſermo domini ad me: dicens. Fili ho/minis. due mulieres filie mřis vnius fuerunt ⁊ fornicate ſunt in egypto. In adoleſcẽtia ſua fornicate ſunt. Ibi ſublata ſũt vbera earum: ⁊ fracte ſunt mã me paupertatis earum. Nomina autem earum oolla maior: ⁊ ooliba ſoror eius minor. Et habui eas: ⁊ pepererunt filios ⁊ filias. Porro earũ no/mina: ſamaria: oolla ⁊ hieruſalẽ ooliba. Fornica/ta eſt igitur ſuper me oola: ⁊ inſaniuit in amato/res ſuos in aſſyrios propinquãtes: veſtitos hya/cintho principes ⁊ magiſtratus: iuuenes cupidi nis vniuerſos equites ⁊ aſcenſores equorũ. Et dedit fornicationes ſuas ſuper eos electos filios

B aſſyriorum vniuerſos: ⁊ in omnibus in quos in/ſaniuit: in immundicijs eorum polluta eſt. Inſu per ⁊ fornicatiões ſuas quas habuerat in egypto non reliquit. Nam ⁊ illi dormierunt cũ ea in ado leſcentia eius: ⁊ illi confregerunt vbera puberta tis eius: ⁊ effuderunt fornicationẽ ſuam ſuper eã Propterea tradidi eã in manus filiorũ amato/rum. in manus aſſur: ſuper quorũ inſaniuit libidi ne. Ipſi diſcooperuerunt ignominiã eius filios ⁊ filias eius tulerunt: ⁊ ipſam occiderunt gladio. Et facte ſũt famoſe mulieres: ⁊ iudicia perpetra uerunt in ea. Quod cum vidiſſet ſoror eius ooli/ba plus ꝙ illa inſaniuit libidine: ⁊ fornicationem ſuam ſuper fornicationem ſororis ſue ad filios aſ ſyriorum prebuit impudenter: ducibus ⁊ magi/ſtratibus ad ſe venietibus indutis veſte varia: eq tibus qui vectabantur equis: ⁊ adoleſcentibus

C forma cunctis egregia. Et vidi ꝙ polluta eſſet via vna ambarũ: ⁊ auxit fornicationes ſuas. Cum ꝙ vidiſſet viros depictos in pariete: imagines chaldeorum expreſſas coloribus ⁊ accinctos bal theis renes: ⁊ tharyas tinctas in capitibus eo/rum: formam ducũ omniũ: ſimilitudinẽ filiorum babylonis terreq; chaldeorũ in qua orti ſunt in ſaniuit ſuper eos concupiſcentia oculorum ſuo/rum: ⁊ miſit nuncios ad eos in chaldeam. Cumq; veniſſent ad eam filij babylonis ad cubile mãma rum: polluerunt eam ſtupris ſuis: ⁊ polluta eſt ab eis: ⁊ ſaturata eſt anima eius ab illis. Denudauit ꝗ; fornicationes ſuas: ⁊ diſcooperuit ignominiã ſuam. Et receſſit anima mea ab ea ſicut receſſe/rat anima mea a ſorore eius. Multiplicauit enim fornicationes ſuas recordans dies adoleſcentie ſue: quibus fornicata eſt in terra egypti: ⁊ inſani uit libidine ſuper concubitũ eorũ: quorũ carnes ſunt vt carnes aſinorum: ⁊ ſicut fluxus equorum fluxus eorũ. Et viſitaſti ſcelus adoleſcentie tue quando ſublata ſunt in egypto vbera tua: ⁊ con/fracte ſunt mamme pubertatis tue. Propterea D

ooliba. Hec dicit dñs deus. Ecce ego ſuſcitabo omnes amatores tuos cõtra te: de quibus ſatia/ta eſt aĩa tua: ⁊ congregabo eos aduerſum te in circuitu: filios babylonis ⁊ vniuerſos chaldeos: nobiles: tyrãnoſq; ⁊ principes: oẽs filios aſſyrio rum: iuuenes forma egregia: duces et magiſtra/tus vniuerſos principes principũ ⁊ nõiatos aſcẽ/ſores equorum: ⁊ venient ſuper te inſtructi curru ⁊ rota: multitudo populorũ. Lorica ⁊ clypeo ⁊ ga lea armabuntur contra te vndiq;. Et dabo corã eis iudiciũ: ⁊ iudicabunt te iudicijs ſuis. Et po/nam zelũ meũ in te quem exercent tecũ in furo/re. Naſum tuum ⁊ aures tuas pcident: ⁊ que re/manſerint: gladio cõcident. Ipſi filios tuos ⁊ fi/lias tuas capient ⁊ nouiſſimũ tuum deuorabitur igni. Et denudabunt te veſtimẽtis tuis: ⁊ tollẽt vaſa glorie tue. Et requieſcere faciã ſcelus tuũ de te: ⁊ fornicationẽ tuam de terra egypti: nec leua/bis oculos tuos ad eos: ⁊ egypti non recordabe E

ris amplius. Quia hec dicit dñs deus. Ecce ego tradã te in manus eorum quos odiſti: in manus de quibus ſatiata eſt aĩa tua: ⁊ agẽt tecũ in odio. Et tollẽt omnes labores tuos: ⁊ dimittent te nu dam ⁊ ignominia plenam: ⁊ reuelabitur ignomi/nia fornicationum tuarum. Scelus tuum ⁊ forni/cationes tue fecerunt hec tibi: quia fornicata es poſt gentes: inter quas polluta es in idolis ea/rum. In via ſororis tue ambulaſti: ⁊ dabo calicẽ eius in manu tua. Hec dicit dñs deus. Calicem ſororis tue bibes profundum ⁊ latum. Eris in de riſum et in ſubſannationem que es ĩcapaciſſima ebrietate et dolore repleberis: calice meroris et triſticie: calice ſororis tue ſamarie: ⁊ bibes illum et potabis vſq; ad feces: ⁊ fragmenta eius deuo rabis: ⁊ vbera tua lacerabis: quia ego locutus ſum: ait dñs deus. Propterea hec dicit dñs de⁹. iiij. Re. xxiiij. b.

F Quia oblita es mei: ⁊ proiecisti me poſt corpus tuum: tu quoq; porta ſcelus tuũ ⁊ fornicationes tuas. Et ait dominus ad me: dicens. Fili homi/nis: nunquid iudicas oollam ⁊ oolibam: ⁊ annun cias eis ſcelera earũ: quia adulterate ſunt: ⁊ ſan guis in manibus earũ: ⁊ cum idolis ſuis fornica/te ſunt: inſup ⁊ filios ſuos quos genuerunt mihi obtulerũt eis ad deuorandũ. Sed ⁊ hoc fecerunt mihi. Polluerũt ſanctuarium meum in die illa: ⁊ ſabbata mea prophanauerunt. Cumq; immola rent filios ſuos idolis ſuis: ⁊ ingrederentur ſan/ctuarium meum in die illa: vt pollucrent illud: etiam hec fecerunt in medio domus mee. Miſe/runt ad viros: venientes de longe ad quos nun/cios miſerant. Itaq; ecce venerunt quibus te lauiſti: ⁊ circumliniſti ſtibio oculos tuos: ⁊ orna

ta es mundo muliebri. Sediſti in lecto pulcher
rimo: ⁊ menſa ornata eſt ãte te. Thymiama meũ
et vnguentum meum poſuiſti ſuper eam: et vox
multitudinis exultantis erat in ea. Et in viris
qui de multitudine hoĩm adducebãtur: ⁊ venie-
B bant de deſerto poſuerunt armillas in manibus
eorum: et coronas ſpecioſas in capitibus eorũ.
Et dixi ei que attrita eſt in adulterijs. Nunc for
nicabitur in fornicatione ſua etiã hec. Et ingreſ
ſi ſunt ad eam quaſi ad mulierẽ meretricem: ſic
ingrediebantur ad oollam ⁊ ad oolibam mulie-
res nefarias. Viri ergo iuſti ſunt. Hi iudicabũt
eas iudicio adulterarum: et iudicio effundentiũ
ſanguinem quia adultere ſunt: et ſanguis in ma
nibus earum et cum idolis ſuis fornicate ſunt.
Hec enim dicit dominus deus. Adduc ad eas
multitudinẽ ⁊ trade eas in tumultũ ⁊ in rapinã: ⁊
lapidẽtur lapidibꝰ ppl'orũ: ⁊ cõfodiãtur gladijs
eorũ. Filios ⁊ filias eaꝝ interficient: ⁊ domus ea
rum igne ſuccẽdent: ⁊ auferã ſcelus de terra: et
diſcent oẽs mulieres ne faciãt ſcḋm ſcelus earũ. Et
dabunt ſcelus veſtrũ ſup vos: ⁊ pctã idoloꝝ vrõ
rum portabitis: ⁊ ſcietis qꝛ ego dominus deus.

¶ Capitulũ Summarium ¶ Per ollã liquefactam probatur incẽdium hieruſalem: predicat quoqꝫ pplm interficiendũ ⁊ captiuandum per nabuchodonoſor.

Capitulum. xxiiij.

A Et factum eſt verbũ
domini ad me in anno nono
in menſe decimo: decima die
mẽſis: dicẽs. Fili hoĩs: ſcribe
tibi nomẽ diei huius in qua
cõfirmatus es rex babylonis
aduerſum hieruſalem hodie
et dices per prouerbium ad domũ irritatricem
parabolam: ⁊ loqueris ad eos. Hec dicit domi-
nus deus. Pone ollam eneã: pone inquã: ⁊ mit
te in eã aquã. Congere fruſta eius in ea: om-
nem partem bonã femur et armũ electa et oſſi
B bus plena. Pinguiſſimũ pecus aſſume: cõpone
Naũ. iij. a. quoqꝫ ſtrues oſſium ſub ea. Et efferbuit coctio
Abac. ij. c. eius: ⁊ diſſoluta ſunt oſſa illiꝰ in medio eiꝰ. Pro
pterea hec dicit dñs deus. Ve ciuitati ſangui-
num olle cuius rubigo in ea eſt et rubigo eius
non exiuit de ea. Per partes ⁊ per partes ſuas
eijce eam. Non cecidit ſuper eã ſors. Sanguis
enim eius in medio eius eſt ſuper limpidiſſimã
petrã effudit illũ. Nõ effudit illũ ſup terram vt
poſſit operiri puluere: vt ſupinducerẽ indigna-
tionẽ meã ⁊ vindicta vlciſcerer. Dedi ſanguinẽ
C eius ſup petrã limpidiſſimã ne operiretur. Pro
s. eodem. pterea hec dicit dñs deus. Ve ciuitati ſanguinũ
cuius ego grandẽ faciã pyram. Cõgere oſſa que
igne ſuccendã. Conſumentur carnes: ⁊ coquatur
vniuerſa cõpoſitio: ⁊ oſſa tabeſcẽt. Pone quoqꝫ
eam ſuper prunas vacuam vt incaleſcat et lique
fiat es eius: et confletur in medio eius inquina-
mentum eius: et conſumatur rubigo eius. Mul

to labore ſudatum eſt: ⁊ nõ exiuit de ea nimia ru
bigo eius: neqꝫ per ignem. Immundicia tua exe
crabilis: qꝛ mũdare te volui: ⁊ non es mũdata D
a ſordibus tuis. Sed nec mũdaberis prius: do-
nec quieſcere faciam indignationẽ meam in te.
Ego dñs locutus ſum. Venit ⁊ faciam: non trã
ſeam: nec parcam nec placabor. Iuxta vias tuas
et iuxta adinuentiones tuas iudicabo te: dicit
dominus. Et factum eſt verbum domini ad me
dicens. Fili hoĩs ecce ego tollo a te deſiderabile
oculorum tuorũ in plaga: ⁊ non plãges neqꝫ plo
rabis: neqꝫ fluent lachryme tue. Ingemiſce ta- E
cens mortuorũ luctum non facies. Corona tua
circumligata ſit tibi ⁊ calciamenta tua erunt in
pedibus tuis: nec amictu ora velabis: nec cibos
lugentium comedes. Locutus ſum ergo ad pplm
mane: et mortua eſt vxor mea veſpere. Fecitqꝫ
mane ſicut pceperat mihi. Et dixit ad me ppls
Quare nõ indicas nobis qḋ iſta ſignificent que
tu facis. Et dixi ad eos. Sermo dñi factꝰ eſt ad
me: dicẽs. Loquere domui iſrael. Hec dicit dñs F
deus. Ecce ego polluã ſanctuariũ meũ ſupbiã
imperij vr̃i: ⁊ deſiderabile oculorũ vr̃orũ: ⁊ ſuper
quos pauet anima vr̃a: ⁊ filij vr̃i ⁊ filie veſtre q̃s
dereliquiſtis gladio cadent: ⁊ facietis ſicut feci.
Ora amictu non velabitis: ⁊ cibos lugentiũ nõ
comedetis. Coronas habebitis in capitibꝰ vr̃is
et calciamenta in pedibus. Nõ plangetis neqꝫ
flebitis: ſed tabeſcetis in iniquitatibus veſtris:
et vnuſquiſqꝫ gemet ad fratrẽ ſuum. Eritqꝫ eze
chiel vobis in portentũ. Iuxta omnia que fecit
facietis cum venerit iſtud: et ſcietis qꝛ ego dñs G
deus. Et tu fili hoĩs: ecce in die qua tollã ab eis
fortitudinẽ eorum ⁊ gaudium dignitatis: ⁊ deſi
deriũ oculorũ eoꝝ ſup quo requieſcunt aĩe eorũ
et filios ⁊ filias eoꝝ: in die illa cũ venerit fugiẽs
ad tevt annũciet tibi in die inquã aperietur os tu
um cum eo qui fugit et loqueris ⁊ non ſilebis vl
tra eriſqꝫ eis in portentum ⁊ ſcietis qꝛ ego dñs.

¶ Capituli Summarium ¶ Sermo dñi con tra filios ammon et moab ⁊ ſeir: et contra paleſtinos qui gauiſi ſunt de ruina hieruſalem: ⁊ affli xerunt filias iude.

Capitulum. xxv.

Et factꝰ eſt ſermo do- A
mini ad me dicens. Fili hominis
pone faciem tuam contra filios
ammõ: ⁊ pphetabis de eis: ⁊ dices
filijs ammon. Audite verbũ dñi
dei. Hec dicit dominus deus. Pro eo ꝙ dixi-
ſtis euge euge ſuper ſanctuariũ meum: quia pol
lutum eſt: et ſuper terrã iſrael: quoniã deſolata
eſt ⁊ ſuper domũ iuda qm̃ ducti ſunt in captiui
tatem. Idcirco ecce ego tradam te filijs orienta
libus in hereditatem: et collocabũt cauſas ſuas
in te et ponent in te tentoria ſua. Ipſi come-
dent fruges tuas: ⁊ ipſi bibent lac tuũ. Daboqꝫ
rabbath in habitaculum camelorum ⁊ filios am

B mon in cubile pecoꝝ:⁊ ſcietis q: ego dominus. Quia hec dicit dñs deus. Pro eo ꝙ plauſiſti manu ⁊ percuſſiſti pede:⁊ gauiſa es ex toto affectu ſuper terram iſrael. Idcirco ecce ego extēdā manū meam ſuper te:⁊ tradam te in direptionē gentium et interficiam te de populis et perdam de terris et conteram:⁊ ſcies q: ego dominus. Hec dicit dominus deus. Pro eo ꝙ dixerūt moab ⁊ ſeir:ecce ſicut omnes gentes domus iuda: idcirco ecce ego aperiam humeruʒ moab de ciuitatibus:de ciuitatibus inquā eius:et de finibus eius inclytas terre bethieſimoth et beelmeon et
C cariathaim filijs orientis cum filijs āmō. Et dabo eam in hereditatem:vt non ſit vltra memoria filioꝝ ammon in gentibus. Et in moab faciaʒ iudicia:⁊ ſcient quia ego domin⁹. Hec dicit dominus deus. Pro eo ꝙ fecit idumea vltionē vt ſe vindicaret de filijs iuda:peccauitꝙ deliquēs: et vindictam expetiuit de eis. Idcirco hec dicit dominus deus. Extendam manum meam ſuper idumeam:⁊ auferam de ea hominem ⁊ iumētuʒ et faciam eam deſertam ab auſtro ⁊ qui ſunt in dedam:gladio cadent. Et dabo vltionem meam ſuper idumeā per manum populi mei iſrael:⁊ facient in edō iuxta iraʒ meam ⁊ furorē meum :et
D ſcient vindictam meā:dicit dñs deus. Hec dicit dñs deus. Pro eo ꝙ fecerunt paleſtini vindictā et vlti ſe ſunt toto aīo interficientes :⁊ implentes inimicitias veteres propterea hec dicit dñs deus. Ecce ego extendaʒ manū meā ſuper paleſtinos ⁊ interficiam interfectores. Et perdaʒ reliquias maritime regionis:faciāꝙ in eis vltiōes magnas arguens in furore: ⁊ ſcient q: ego dñs cum dedero vindictam meam ſuper eos.

Capituli Summarium. Tyrus quia exultauit ſuper contritiones hieruſalem predicatur deſtruenda per nabuchodonoſor. Cap. xxvi.

A ET factum eſt in vndecimo anno pma mēſis fact⁹ eſt ſmo dñi ad me dicens. Fili hois p eo ꝙ dixit tyr⁹ de hieruſalē euge cōfracte ſūt porte pplꝰoꝝ:cōuerſa eſt ad me:implebor:deſerta eſt. Propterea hec dixit dñs deus. Ecce ego ſup te tyre ⁊ aſcendere faciā ad te gētes multas:ſicut aſcēdit mare fluctuans. Et diſſipabūt muros tyri:⁊ deſtruēt turres eius:⁊ radā puluerē eius de ea : et dabo eam in limpidiſſimā petrā. Siccatio ſagenarum erit in medio maris: q: ego locutus ſum ait dñs
B deus ⁊ erit in direptionē gētibus. Filie quoꝙ ei⁹ que ſunt in agro gladio interficiētur:⁊ ſcient q: ego dñs. Q: hoc dicit dñs deus. Ecce ego adducam ad tyrū nabuchodonoſor regem babylonis ab aquilone regē regū:cū equis ⁊ curribus et equitibus ⁊ cetu pplꝰoꝙ magno. Filias tuas que ſunt in agro:gladio interficiet:⁊ circundabit te munitionibus:⁊ cōportabit aggerē in tyro. Et eleuabit cōtra te clypeū:et vineas ⁊ arietes temperabit in muros tuos ⁊ turres tuas deſtruet in armatura ſua. Inundatione equoꝝ eius operiet te puluis eoꝝ:a ſonitu equitum ⁊ rotaruʒ et curruum mouebuntur muri tui. Dum ingreſ- C
ſus fuerit portas tuas quaſi per introitū vrbis diſſipate:vngulis equoꝝ ſuoꝝ conculcabit omnes plateas tuas:populū tuuʒ gladio cedet et ſtatue tue nobiles in terram corruent. Vaſtabunt opes tuas.diripient negociationes tuas Hie. vij.
et deſtruent muros tuos ⁊ domos tuas preclaras ſubuertent: ⁊ lapides tuos : ⁊ ligna tua et puluerē tuū in medio aquarū ponent. Et quieſcere faciā multitudinem canticoꝝ tuoꝝ:⁊ ſonitus citharaꝝ tuaꝝ nō audietur amplius. Et dabo te in limpidiſſimā petram ſiccatio ſagenarū eris nec edificaberis vltra q: ego dominus locutus ſum:ait dñs deus. Hec dicit dñs deus de tyro. Nunquid nō a ſonitu ruine tue ⁊ gemitu in-
terfectoꝝ tuoꝝ cū occiſi fuerint in medio tui cōmouebūtur inſule:⁊ deſcendēt de ſedib⁹ ſuis omnes pncipes maris ⁊ auferēt exuuias ſuas: et veſtimēta ſua varia abijciēt ⁊ induētur ſtupore. In terra ſedebūt: ⁊ attoniti ſuper repētino caſu tuo admirabūtur:⁊ aſſumētes ſuper te lamentum dicent tibi. Quomodo periſti que habitas in mari vrbs inclyta:que fuiſti fortis ī mari cum habitatoribus tuis quos formidabāt vniuerſi. Nunc ſtupebūt naues in die pauoris tui ⁊ turbabūtur inſule in mari:eo ꝙ nullus egrediatꝛ ex te. Quia hec dicit dominus deus. Cum dedero te vrbem deſolatam ſicut ciuitates que non habitantur:et adduxero ſuper te abyſſuʒ:⁊ operuerint te aque multe:et detraxero te cū his qui deſcendunt in lacum ad populum ſempiternum et collocauero te ī terra nouiſſima ſicut ſolitudines veteres cum his qui deducuntur in lacum: vt non habiteris. Porro cum dedero gloriam in terra viuentium:in nihilum redigam te:⁊ nō eris : et requiſita non inuenieris vltra in ſempiternum:dicit dominus deus.

Capituli Summarium. De fletu ⁊ ruina tyri que comparatur naui terrarū negociatiōes deſcribuntur. Capitulum. xxvij.

A ET factum eſt verbū dñi ad me dicēs. Tu ergo fili hominis aſſume ſup tyrū lamentū. ⁊ dices tyro: q̄ hītat ī īntroitu maris:negociationi pplꝰoꝝ ad īſulas mltas. Hec dicit domin⁹ deus . O tyre tu dixiſti. Perfecti decoris ego ſuʒ ⁊ ī corde maris ſita. Finitimi tui q̄ te edificauerūt:īpleuerūt decorē tuū abietib⁹ de ſanir extruxerūt te cū oib⁹ tabulatꝭ maris:cedrū de libano tulerūt vt facerēt tibi malū querc⁹ de baſan dolauerūt ī remos tuos ⁊ trāſtra tua fecerūt tibi ex ebore īdico ⁊ ptoriola de B
īſulis italie. Byſſus varia de egypto texta,eſt tibi in velū vt poneretur in malo hiacyntus et pur-

pura de inſulis eliſa facta ſunt operimentū tuū.
Habitatores ſidonis ⁊ aradij fuerunt remiges
tui: ſapiētes tui tyre facti ſunt gubernatores tui
ſenes biblij ⁊ prudentes eius habuerunt nautas
ad miniſterium varie ſupellectilis tue. Omnes na
ues maris ⁊ naute earum fuerunt in populo ne-
gociationis tue. Perſe ⁊ lydij ⁊ libyes erant in
exercitu tuo viri bellatores tui: clypeum ⁊ galeā
ſuſpenderunt in te pro ornatu tuo. Filij aradij cū
exercitu ſuo erant ſuper muros tuos in circuitu:
C ſed ⁊ pigmei qui erāt in turribus tuis: pharetras
ſuas ſuſpenderūt in muris tuis per gyrum. Ipſi
compleuerunt pulchritudinem tuam. Carthagi
nenſes negociatores tui a multitudine cunctarū
diuitiarum: argento: ferro ſtanno: plumboq; re-
pleuerunt nundinas tuas. Grecia ⁊ tubal ⁊ mo-
ſoch: ipſi inſtitores tui. Mācipia ⁊ vaſa erea ad-
duxerunt populo tuo de domo thogorma: equi-
tes ⁊ equos ⁊ mulos adduxerunt ad forum tuum
Filij dan negociatores tui. Inſule multe nego-
ciatio manus tue. Dētes eburneos ⁊ hebeninos
commutauerūt in precio tuo. Syrus negociator
tuus: propter multitudinem operum tuorū gut
D tam ⁊ purpuram ⁊ ſcutulata ⁊ byſſum ⁊ ſericum
⁊ chodchod propoſuerunt in mercatu tuo. Juda
⁊ terra iſrael ipſi inſtitores tui in frumēto primo
balſamum ⁊ mel ⁊ oleum ⁊ reſinam propoſuerūt
in nundinis tuis. Damaſcenus negociator tuus
in multitudine operum tuorum: in multitudine
diuerſarum opum: in vino pingui: in lanis colo-
ris optimi. Dan ⁊ grecia ⁊ meſol in nūdinis tuis
propoſuerunt ferrum fabrefactum: ſtacten ⁊ cala
mus in negociatione tua. Dedan inſtitores tui
in tapetibus ad ſedēdum. Arabia ⁊ vniuerſi prin
cipes cedar ipſi negociatores manus tue: cum
agnis ⁊ arietibus ⁊ hedis venerunt ad te nego-
ciatores tui. Venditores ſaba ⁊ rema ipſi nego-
ciatores tui: cum vniuerſis primis aromatibus ⁊
lapide precioſo ⁊ auro quod propoſuerūt in mer
E catu tuo. Aram ⁊ chēne ⁊ eden negociatores tui.
Saba: aſſur ⁊ chelmad venditores tui: ipſi nego
ciatores tui multifariam inuolucris hiacynthi ⁊
polymitorum gaſarumq; precioſarum: que obuo
lute ⁊ aſtricte erant funibus: cedros quoq; habe
bāt in negociationibus tuis. Naues maris: prin
cipes tui negociatione tua: ⁊ repleta es ⁊ glorifi
cata nimis in corde maris. In aquis multis ad-
duxerunt te remiges tui. Uentus auſter contri-
F uit te. In corde maris diuitie tue ⁊ theſauri tui
⁊ multiplex inſtrumentum tuum. Naute tui ⁊ gu
bernatores tui qui tenebant ſupellectilem tuam
⁊ populo tuo preerant: viri q3 bellatores tui qui
erant in te cum vniuerſa multitudine tua que eſt
in medio tui: cadent in corde maris in die ruine
tue. A ſonitu clamoris gubernatorum tuorum cō
turbabuntur claſſes: ⁊ deſcendent de nauibus
ſuis omnes qui tenebant remum. Naute et vni
uerſi gubernatores maris in terra ſtabunt: ⁊ eiu-
labunt ſuper te voce magna: ⁊ clamabunt amare
Et ſuperiacient puluerem capitibus ſuis ⁊ cine-
re conſpergētur: ⁊ radēt ſuper te caluitiū: ⁊ accin
gentur ciliciis. Et plorabunt te in amaritudine
anime ploratu amariſſimo: ⁊ aſſument ſuper te
carmen lugubre. ⁊ plangēt te. Que eſt vt tyrus q̄
obmutuit in medio maris. Que in exitu negocia G
tionum tuarum de mari impleſti populos mul-
tos: in multitudine diuitiarum tuarū ⁊ populo-
rum tuorum ditaſti reges terre. Nūc contrita es
a mari: in profundis aquarū opes tue: ⁊ omnis
multitudo tua que erat in medio tui ceciderunt
Uniuerſi habitatores inſularum obſtupuerūt ſu
per te: ⁊ reges earum omnes tēpeſtate percuſſi
mutauerūt vultus. Negociatores populorū ſibi
lauerunt ſuper te. Ad nihilum deducta es ⁊ non
eris vſq; in perpetuum.

Capituli Sūmarium. Sermo domini con
tra principē tyri ⁊ contra ſuperbiam eius: ſermo
domini contra ſidonē: quia in ruina afflixit filios
hieruſalem: ⁊ promiſſio domini de congregādis
filijs iſrael. Capitulum. xxviij.

ET factus eſt ſermo A
domini ad me dicens. Fili ho
minis dic principi tyri. Hec di
cit dñs deus. Eo q elevatū eſt j.co.
cor tuum: ⁊ dixiſti deus ego ſum
⁊ in cathedra dei ſedi in corde
maris: cum ſis homo ⁊ nō de-
⁊ dediſti cor tuum quaſi cor dei. Ecce ſapientior
es tu daniele: omne ſecretum nō eſt abſconditum B
a te. In ſapientia ⁊ prudentia tua feciſti tibi for-
titudinem: ⁊ acquiſiſti aurum ⁊ argentum in the
ſauris tuis: in multitudine ſapientie tue: ⁊ in ne
gociatione tua multiplicaſti tibi fortitudinem: ⁊
eleuatum eſt cor tuum in robore tuo. Propterea
hec dicit dominus deus. Eo q elevatum eſt cor s.co.
tuum quaſi cor dei: idcirco ecce ego adducam ſu-
per te alienos robuſtiſſimos gentium: ⁊ nudabūt
gladios ſuos ſuper pulchritudinem ſapientie tue
⁊ polluent decorem tuum. Interficient ⁊ detra-
hent te ⁊ morieris in interitu occiſorum ⁊ in cor-
de maris. Nunquid dicens loqueris: deus ego C
ſum coram interficientibus te cum ſis homo ⁊ nō
deus. In occidentium te morte incircunciſorum
morieris in manu alienorū: quia ego locutus ſum
ait dominus deus. Et factus eſt ſermo domini
ad me: dicens. Fili hominis: leua planctum ſuper
regem tyri: ⁊ dices ei. Hec dicit dominus deus.
Tu ſignaculum ſimilitudinis plenus ſapientia:
⁊ perfectus decore: in delitijs paradiſi dei fuiſti. de pe.di.ff.
Omnis lapis precioſus operimentum tuum: ſar c.pncipiū.
dius: topazius ⁊ iaſpis criſolitus ⁊ onyx ⁊ beril
lus: ſaphirus ⁊ carbūculus ⁊ ſmaragdus. Aurum D
opus decoris tui: ⁊ foramina tua in die qua con-
ditus es preparata ſunt. Tu cherub extentus et
protegens: ⁊ poſui te in monte ſancto dei. In me
dio lapidum ignitorum ambulaſti perfectus in
vijs tuis a die conditionis tue: donec inuenta eſt
iniquitas in te. In multitudine negociationis
tue repleta ſunt interiora tua iniquitate: ⁊ pecca

ſti:⁊ eieci te de monte ſancto dei: et perdidi te o
cherub protegens de medio lapidum ignitorum.
E Et eleuatum eſt cor tuum in decore tuo. Perdi
diſti ſapientiam tuam in decore tuo: in terram ꝓ
ieci te: ante faciem regum dedi te vt cernerent te
In multitudine iniquitatū tuarum ⁊ iniquitatū
negociationis tue polluiſti ſanctificationē tuam
Producam ergo ignem de medio tui qui come
dat te:⁊ dabo te in cinerem ſuper terrā in conſpe
ctu omniū videntiū te. Omnes qui viderint te in
gentibus obtupeſcent ſuper te. Nihil factus es:
⁊ non eris in perpetuum. Et factus eſt ſermo do
mini ad me dicens. Fili hominis pone faciez tuā
F contra ſidonē ⁊ prophetabis de ea ⁊ dices. Hec
dicit dominus deus. Ecce ego ad te ſidon:⁊ glo
rificabor in medio tui:⁊ ſciēt q: ego dominus cū
fecero in ea iudicia ⁊ ſanctificatus fuero in ea:⁊
immittā ei peſtilentiam ⁊ ſanguinē in plateis ei⁹
⁊ corruent interfecti in medio eius gladio per cir
cuitum:⁊ ſcient quia ego dominus. ⁊ non erit vl-
tra domui iſrael ad offendiculum amaritudinis
⁊ ſpina dolorem inferens vndiq; per circuitū eo-
G rum qui aduerſantur eis:⁊ ſcient quia ego domi
nus deus. Hec dicit dominus deus. Quando cō
gregauero domum iſrael de populis in quibus
diſperſi ſunt ſanctificabor in eis coram gentibus
⁊ habitabunt in terra ſua quam dedi ſeruo meo
iacob ⁊ habitabunt in ea ſecuri. Et edificabunt
domos ⁊ plantabunt vineas:⁊ habitabunt con-
fidenter cum fecero iudicia in omnibus qui ad-
uerſantur eis per circuitum:⁊ ſcient quia ego do
minus deus eorum.

Capituli Sūmarium. Sermo domini con
tra pharaonē ⁊ egyptum vbi predicitur ſolitudo
egypti:⁊ poſt annos quadraginta reſtitutio egy
pti promittitur nabochodonoſor pro mercede la
boris cōtra tyrum. Capitulū. xxix.

A N anno decimo duo-
decimo menſe: vna die menſis
factum eſt verbum domini ad
me dicens. Fili hominis pone
faciem tuam contra pharaonē
regem egypti et prophetabis
de eo:⁊ de egypto vniuerſa lo-
quere ⁊ dices. Hec dicit dn̄s deus. Ecce ego ad
te pharao rex egypti draco magne: qui cubas in
medio fluminum tuorū:⁊ dicis: meus eſt fluuius
⁊ ego feci memetipſ̄ Et ponā frenum in maxillis
tuis:⁊ agglutinabo piſces fluminum tuorū ſqua
mis tuis. Et extraham te de medio fluminū tuo
ruz ⁊ vniuerſi piſces tui ſquamis tuis adherebūt
Et proijciam te in deſertum ⁊ omnes piſces flu-
minis tui. ſuper faciem terre cades. Non collige
B ris neq; congregaberis. Beſtijs terre ⁊ volatili-
bus celi dedi te ad deuorandū:⁊ ſcient omnes ha
xxiij.q.iij. bitatores egypti: q: ego dn̄s. Pro eo ꝙ fuiſti ba
c.j. culus arūdineus domui iſrael qn̄ apprehenderūt
te manu ⁊ cōfractus es ⁊ laceraſti omnē humerū

eorū. ⁊ innitētibus eis ſuper te cōminutus es et
diſſoluiſti omnes renes eorū. Propterea hec di
cit dn̄s deus. Ecce ego adducā ſuper te gladium
meum:⁊ interficiā de te hominē ⁊ iumentum. Et
erit terra egypti in deſertum ⁊ in ſolitudinem: et
ſcient q: ego dominus. Pro eo ꝙ dixeris fluui⁹
meus eſt. ⁊ ego feci eum: idcirco ecce ego ad te ⁊
ad flumina tua. Daboq; terram egypti in ſolitu
dinē gladio diſſipatam a turre ſienes vſq; ad ter E
minos ethiopie. Non pertranſibit eā pes homi-
nis neq; pes iumenti gradietur in ea:⁊ nō habi-
tabitur quadraginta annis. Daboq; terrā egy-
pti deſertam in medio terrarū deſertarū:⁊ ciuita
tes eius in medio vrbium ſubuerſarū:⁊ erunt de
ſolate q̄draginta annis. Et diſpergam egyptios
in nationes ⁊ ventilabo eos in terras. Quia hec
dicit dn̄s deus: poſt finem quadraginta annorū
congregabo egyptū de populis in quibus diſꝑſi
fuerant:⁊ reducā captiuitatē egypti ⁊ collocabo
eos in terra phatures in terra natiuitatis ſue in
terra de qua ſumpti ſunt. Et erunt ibi in regnum
humile inter cetera regna ⁊ erit humilima. Et nō
eleuabitur vltra ſuper nationes:⁊ imminuā eos
ne imperent gentibus: neq; erunt vltra domui
iſrael: cōfidētia in docētes iniq̄tatē vt fugiāt ⁊ ſe
quantur eos. ⁊ ſcient q: ego dn̄s deus. Et factum D
eſt in viceſimo ⁊ ſeptimo anno in primo in vna
menſis factū eſt verbū dn̄i ad me dicens. Fili ho-
minis nabuchodonoſor rex babylonis ſeruire fe-
cit exercitū ſuū ſeruitute magna aduerſus tyrū.
Omne caput decaluatū ⁊ oīs humerus depilat⁹ xxiij.q.
eſt. Et merces nō eſt reddita ei: neq; exercitui ei⁹ fina.
de tyro pro ſeruitute qua ſeruiuit mihi aduer-
ſus ea. Propterea hec dicit dn̄s deus. Ecce ego
dabo nabuchodonoſor regē babylonis in terra
egypti:⁊ accipiet multitudinem eius:⁊ depreda
bitur manubias eius:⁊ diripiet ſpolia eius:⁊ erit
merces exercitui illius ⁊ operi quo ſeruiuit aduer
ſus eam. Dedi ei terrā egypti pro eo ꝙ laboraue
rit mihi ait dn̄s deus. In die illo pullulabit cornu
domui iſrael:⁊ tibi dabo apertum os in medio eo-
rum:⁊ ſcient q: ego dominus.

Capituli Sūmarium. Plāgit deſtructio
egypti ⁊ vrbium eius: cū qua corruerūt prouin-
cie ipſi cōfederate. Capitulū. xxx.

T factum eſt verbuz A
domini ad me dicens. Fili ho-
minis propheta ⁊ dic. Hec di-
cit dn̄s de⁹. Vlulate ve ve diei
q: iuxta eſt dies:⁊ appropin-
quat dies dn̄i dies nubis tem-
pus gentium erit ⁊ veniet gla-
dius in egyptū:⁊ erit pauor in ethiopia cum ce-
ciderint vulnerati in egypto:⁊ ablata fuerit mul
titudo illius et deſtructa fundamenta eius ethio
pia ⁊ lybia ⁊ lydij et omne reliquum vulgus: et
chub ⁊ filij terre federis: cum eis gladio cadent.
Hec dicit dn̄s deus. Et corruent fulcientes egy- B

pḱum:⁊ deſtruetur ſuperbia imperij eius. A tur
re ſienes gladio cadent in ea ait dominus exerci
tuum. Et diſſipabuntur in medio terrarum deſo
latarum:⁊ vrbes eius in medio ciuitatum deſer-
tarum erunt ⁊ ſcient quia ego dominus deus: cū
dedero ignem in egypto:⁊ attriti fuerint oēs au
xiliatores eius. In die illa egredientur nūcij a fa
cie mea in trieribus ad conterēdam: ethiopie cō
C fidētiā:⁊ erit pauor in eis in die egypti: qꝛ abſqꝫ
dubio veniet. Hec dicit dominus deus. Et ceſſa
re faciaꝫ multitudinē egypti in manu nabucho-
donoſor regis babylonis. Ipſe ⁊ populus eius
cum eo fortiſſimi gentium adducētur ad diſper
dandam terrā ⁊ euaginabunt gladios ſuos ſupꝫ
egyptum ⁊ implebunt terram interfectis: ⁊ fa-
ciam alueos fluminum aridos:⁊ tradam terram
in manus peſſimorum:⁊ diſſipabo terram ⁊ ple
nitudinem eius in manu alienorū. Ego dn̄s locu
D tus ſum. Hec dicit dominus deus. Et diſperdā
Zach.xiij.a ſimulacra:⁊ ceſſare faciaꝫ idola de memphis: et
dux de terra egypti non erit amplius. Et dabo
terrorem in terra egypti ⁊ diſperdam terrā pha
tures:⁊ dabo ignem in taphnis:⁊ faciaꝫ iudicia
in alexandria. Et effundam indignationeꝫ meā
ſuper peluſium robor egypti ⁊ interficiam multi
tudinem alexādrie ⁊ dabo ignē in egypto. Qua
E ſi parturiens dolebit peluſium:⁊ alexandria erit
diſſipata: et in memphis anguſtie quotidiane.
Iuuenes helíopoleos et bubaſti gladio cadent:
et ipſe captiue ducētur. Et in taphnis nigreſcet
dies cum contriuero ibi ſceptra egypti:⁊ defece
F rit in ea ſuperbia potentie eius. Ipſam nubes
operiet: filie autem eius in captiuitatem ducē-
tur. Et iudicia faciam in egypto: et ſcient quia
ego dominus. Et factum eſt in vndecimo anno
in primo menſe in ſeptima menſis: factum eſt
verbum domini ad me: dicens. Fili hominis:
brachium pharaonis regis egypti cōfregi: ⁊ ec
ce non eſt obuolutum: vt reſtituetur ei ſanitas:
et ligaretur pannis: et faſciretur lintheolis: et
recepto robore poſſit tenere gladiū. Propter-
ea hec dicit dominus deus. Ecce ego ad pharao
nem regem egypti: et comminuam brachium
eius forte ſed confractum: et deijciam gladium
de manu eius. Et diſpergam egyptum in genti-
G bus: et ventilabo eos in terris. Et confortabo
brachia regis babylonis: daboqꝫ gladium meuꝫ
in manu eius. Et confringam brachia pharao-
nis: et gement gemitibus interfecti coraꝫ facie
eius. Et confortabo brachia regis babylonis:
et brachia pharaonis concident. Et ſcient quia
ego dominus: cum dedero gladium meum in
manu regis babylonis: et extenderit eum ſu-
per terram egypti. Et diſpergam egyptum in
nationes: et ventilabo eos in terras: ſcient: qꝛ
ego dominus.

¶ Capitu. Summariū. ¶ Sermo dn̄i cōtra
pharaonem ꝙ tradetur in manus nabuchodo-
noſor et de aſſyria ſub nomine arboris iam ei-
dem tradite. Capitulum.xxxj.

ET factum eſt in vn- A
decimo anno tertio mēſe vna
menſis factum eſt verbum do-
mini ad me dicens. Fili homi-
nis: dic pharaoni regi egypti
et populo eius. Cui ſimilis fa
ctus es in magnitudine tua.
Ecce aſſur quaſi cedrus in libano pulcher ramis
et frondibus nemoroſus: excelſuſqꝫ altitudine:
et inter condēſas frondes eleuatum eſt cacumē
eius. Aque nutrierunt illum: abyſſus exaltauit
illum. Flumina eius manabant in circuitu radi
cum eius: et riuos ſuos emiſit ad vniuerſa ligna B
regionis. Propterea eleuata eſt altitudo eius
ſuper omnia ligna regionis: et multiplicata ſūt
arbuſta eius: et eleuati ſunt rami eius pre aquis
multis. Cumqꝫ extendiſſet vmbram ſuam: in ra
mis eius fecerunt nidos omnia volatilia celi: et
ſub frondibus eius genuerunt omnes beſtie ſal
tuum: et ſub vmbraculo illius habitabat cetus
gentium plurimarum. eratqꝫ pulcherrimus in
magnitudine ſua: et in dilatione arbuſtorū ſuo
rum. Erat enim radix illius iuxta aquas mul-
tas. Cedri non fuerunt altiores illo in paradiſo
dei. Abietes non adequauerunt ſummitatem
eius ⁊ platani non fuerunt eque frondibus illius.
Omne lignuꝫ paradiſi dei nō eſt aſſimilatū illi
et pulchritudine eius: quoniam ſpecioſum feci
eum: et multis condēſiſqꝫ frondibus. Et emu-
lata ſunt eum omnia ligna voluptatis: que erāt
in paradiſo dei. Propterea hec dicit dominus
deus. Pro eo ꝙ ſublimatus eſt in altitudine: et
dedit ſummitatem ſuam virentem atqꝫ conden
ſam et eleuatum eſt cor eius in altitudine ſua: D
tradidi eum in manibus fortiſſimi gentium. Fa
ciens faciet ei. Iuxta impietateꝫ eius eieci eum:
et ſuccident eum alieni: ⁊ crudeliſſimi nationū.
Et proijcient eum ſuper montes: et in cunctis
conuallibus corruent rami eius: ⁊ confringētur
arbuſta eius in vniuerſis rupibus terre: ⁊ rece-
dent de vmbraculo eius oēs populi terre ⁊ relin
quēt eum. In ruina eius habitauerunt oīa vola
tilia celi: ⁊ in ramis eius fuerunt vniuerſe beſtie E
regionis. Quāobrē nō eleuabūtur in altitudine
ſua oīa ligna aquarum: neqꝫ ponēt ſublimitatē ſuā
inter nemoroſa atqꝫ frōdoſa: nec ſtabūt in ſubli
mitate ſua omnia que irrigantur aquis: qꝛ oēs
traditi ſunt in mortē ad terrā vltimā in medio fi
liorū hoim ad eos qui deſcēdunt in lacū. Hec di
cit dn̄s deus. In die qn̄ deſcēdit ad inferos indu
xi luctū: ⁊ operui eū abyſſo: ⁊ prohibui flumina
eius: ⁊ coercui aquas multas. Contriſtatus eſt
ſuper eum libanus: ⁊ omnia ligna agri concuſſa F
ſunt. A ſonitu ruine eius commoui gentes: cum
deducerem eū ad infernum cum his qui deſcēde
bant in lacuꝫ. Et conſolata ſunt in terra infima
oīa ligna voluptatis egregia atqꝫ preclara in li
bano: vniuerſa irrigabātur aquis. Naꝫ ⁊ ipſi cū
eo deſcēdent ad infernū ad interfectos gladio:
et brachium vniuſcuiuſqꝫ ſedebit ſupꝫ vmbra- G

cula eius in medio nationum eius. Cui aſſimila
tꝰ es o inclyte atqꝫ ſublimis inter ligna volupta
tis. Ecce deductus es cum lignis voluptatis ad
terram vltimam. In medio incircũciſoꝛum doꝛ-
mies cum eis qui interfecti ſunt gladio. Ipſe
eſt pharao ⁊ oĩs multitudo eius dicit dñs deus.

Capituli Summariũ. Planctus ſuper
pharaonẽ ꝙ tradetur occidẽdus nabuchodono
ſoꝛ: deſcribũtur gygantes per mures cum qui-
bus ad infernum deſcendunt. Capi. xxxij.

A ET factum eſt duo-
decimo anno in mẽſe duode-
cimo in vna menſis: factũ eſt
verbum dñi ad me dicẽs. Fili
hominis aſſume lamentũ ſu-
per pharaonẽ regẽ egypti et
dices ad eum. Leoni gentiũ
aſſimilatus es: et draconi qui eſt in mari. Et vẽ
tilabas coꝛnu in fluminibus tuis: ⁊ cõturbabas
aquas pedibus tuis: ⁊ conculcabas flumina ea
rum. Propterea hec dicit dominus deus. Ex-
pandã ſuper te rete meum in multitudine po-
puloꝛũ multoꝛum: ⁊ extrahã te in ſagena mea:
et pꝛoijciam te in terram. Super faciem agri ab
ijciã te: ⁊ habitare faciã ſup te omnia volatilia
celi ⁊ ſaturabo ſup te beſtias vniuerſe terre ⁊ da
B bo carnes tuas ſuper montes: ⁊ implebo colles
tuos ſanie tua. Et irrigabo terrã fetoꝛe ſangui
nis tui: ſuper montes ⁊ valles implebuntur ex
Eſa. xiij. b. te. Et operiam cum extinctus fueris celos ⁊ ni-
Iohel. iij. c grefcere faciam ſtellas eius. Solem nube tegã:
mat. xxiiij. et luna non dabit lumen ſuum. Omnia lumina
c. ria celi merere faciã ſuper te: ⁊ dabo tenebꝛas
ſuper terram tuã dicit dominus deus cũ cede
rint vulnerati in medio terre ait dominꝰ deus.
Et irritabo coꝛ populoꝛũ multoꝛũ: cũ induxero
contritionẽ tuã in gentibus ſuper terras quas
neſcis: ⁊ ſtupeſcere faciã ſuper te populos mul-
tos. Et reges eoꝛum hoꝛoꝛe nimio foꝛmidabũt
ſuper te pꝛopter vniuerſas iniquitates quas opa
tus es: cũ volare ceperit gladius meus ſuper fa
cies eoꝛum: ⁊ obſtupeſcent repente ſinguli pꝛo
C anima ſua in die ruine ſue. Quia hec dicit domi
nus deus. Gladius regis babylonis veniet tibi
in gladijs foꝛtium deijciam multitudinem tuã.
Inexpugnabiles omnes gẽtes he. Et vaſtabũt
ſuperbiã egypti: ⁊ diſſipabitur multitudo eiꝰ.
Et perdã omnia iumenta eius que erant ſuper
aquas plurimas: ⁊ non cõturbabit eas pes ho-
minis vltra neqꝫ vngula iumentoꝛum turbabit
eas. Tunc puriſſimas reddam aquas eoꝛũ ⁊ flu
mina oꝛum quaſi oleum adducam ait dominus
deus cum dedero terram egypti deſolatam. De
ſeretur autẽ terra a plenitudine ſua quando per
D cuſſero omnes habitatoꝛes eius: ⁊ ſcient ꝙ ego
dñs. Planctus eſt ⁊ plangent eũ filie gentium
ſuper egyptũ ⁊ ſuper multitudinẽ eius plangẽt
eũ ait dñs deus. Et factũ eſt in duodecimo ãno
in quintadecima menſis: factũ eſt verbũ domi
ni ad me dicens. Fili hominis cane carmen lugu
bꝛe ſuper multitudinem egypti. Et detrahe eã
ipſam ⁊ filias gentiũ robuſtarum ad terram vlti
mam cum his qui deſcendunt in lacũ. Quo pul-
chꝛioꝛ es deſcẽde ⁊ doꝛmi cũ incircũciſis. In me
dio interfectoꝛum gladio cadent. Gladius da-
tus eſt. Et attraxerunt eã ⁊ omnes populos eiꝰ.
Loquẽtur ei potentiſſimi robuſtoꝛum de medio
inferni: qui cum auxiliatoꝛibus eius deſcẽderũt
et doꝛmierunt incircuncisi interfectiqꝫ gladio.
Ibi aſſur ⁊ omnis multitudo eius in circuitu il- E
lius ſepulchꝛa eoꝛum omnes interfecti ⁊ qui ceci
derunt gladio quoꝛũ data ſunt ſepulchꝛa in no-
uiſſimis laci. Et facta eſt multitudo eiꝰ per gy-
rum ſepulchꝛi eius: vniuerſi interfecti cadẽteſqꝫ
gladio qui dederant quõdã foꝛmidinem ſuam
in terra viuentium. Ibi elã ⁊ omnis multitudo
eius per gyrũ ſepulchꝛi illius. Omnes hi inter
fecti ruenteſqꝫ gladio qui deſcenderunt incircũ
ciſi ad terram vltimam qui poſuerunt terroꝛem
ſuum in terra viuentium ⁊ poꝛtauerunt ignomi
niam ſuam cũ his qui deſcenderunt in lacũ. In
medio interfectoꝛũ poſuerũt cubile eiꝰ in vniuer
ſis populis eius in circuitu eiꝰ ſepulchꝛũ illius.
Omnes hi incircuncisi interfectiqꝫ gladio. De F
derunt enim terroꝛẽ ſuum in terra viuentiũ et
poꝛtauerunt ignominiã ſuam cũ his qui deſcẽ-
dunt in lacũ. In medio interfectoꝛũ poſiti ſũt.
Ibi moſoch ⁊ tubal ⁊ omnis multitudo eius in
circuitu eius ſepulchꝛa illius. Omnes hi incir-
cunciſi interfectiqꝫ ⁊ cadentes gladio: ꝙ dede-
runt foꝛmidinem ſuam in terra viuentium ⁊ nõ
doꝛmient cũ foꝛtibus cadentibuſqꝫ ⁊ incircũciſis
qui deſcendũt ad infernũ cũ armis ſuis. Et po-
ſuerunt gladios ſuos ſub capitibus ſuis: et fue-
runt iniquitates eoꝝ in oſſibꝰ eoꝛũ: ꝙ terroꝛ foꝛ
tiũ facti ſunt in terra viuentium. Et tu ergo in
medio incircũciſoꝝ cõtereris: ⁊ doꝛmies cum in
terfectis gladio. Ibi idumea ⁊ reges eius ⁊ oẽs
duces eius qui dati ſunt cũ exercitu ſuo cum in G
terfectis gladio ⁊ qui cũ incircũciſis doꝛmierũt
et cũ his ꝙ deſcẽderũt in lacũ. Ibi pꝛincipes aq-
lonis omnes et vniuerſi venatoꝛes qui deducti
ſunt cum interfectis: pauentes ⁊ in ſua foꝛtitudi
ne confuſi: quia doꝛmierunt incircuncisi cum in
terfectis gladio: et poꝛtauerunt confuſionem
ſuam cum his qui deſcenderunt in lacũ. Uidit
eos pharao et cõſolatus eſt ſuper vniuerſa mul
titudine ſua que interfecta eſt gladio: pharao et
omnis exercitus eius ait dñs deus: quia dedit
terroꝛem ſuum in terra viuentium: ⁊ doꝛmiuit in
medio icircunciſoꝛum cũ interfectis gladio. pha
rao et omnis multitudo eius ait dominus deus

Capituli Summarium. De ſpeculatoꝛe
qui buccina cantat vt peccatoꝛes redeãt ad pe
nitẽtiam ⁊ vnuſquiſqꝫ iudicabitur vbi inuenietᷣ:
ſermo dñi cõtra eos qui in multitudine nõ in ſã
ctitate volũt hereditatẽ poſſidere ⁊ cõtra eos ꝗ
vba pphetie ṽtunt in canticũ. Capi. xxxiij.

A ET factum eſt verbū
dñi ad me dicens. Fili hoīs lo⸗
quere ad filios populi tui:⁊ di⸗
ces ad eos. Terra cū induxero
ſuper eos gladiuꝫ:et tulerit po
pulus terre virum vnum de no
uiſſimis ſuis:⁊ conſtituerit euꝫ
ſuper ſe ſpeculatoꝛē:⁊ ille viderit gladium veniē⸗
tem ſuper terram et cecinerit buccina ⁊ annun⸗
ciauerit populo. Audiens autem ſi quis eſt ille
ſonitum buccine:⁊ nō ſe obſeruauerit: veneritqꝫ
gladius ⁊ tulerit eū:ſanguis ipſius ſuper caput
eius erit. Sonum buccine audiuit:⁊ non ſe obſer
B uauit:ſanguis eius in ipſo erit. Si autem ſe cu⸗
ſtodierit:animam ſuam ſaluabit. Quia ſi ſpecula
toꝛ viderit gladium venienteꝫ et non inſonuerit
buccina:⁊ populus ſe non cuſtodierit: veneritqꝫ
ẽ.iij.d. gladius ⁊ tulerit de eis animā:ille quidem in ini
quitate ſua captus eſt:ſanguinem autem eius de
manu ſpeculatoꝛis requiram. Et tu fili hominis
ſpeculatoꝛem dedi te domui iſrael. Audiens er⸗
go ex oꝛe meo ſermonem:annunciabis ei ex me.
Si me dicente ad impiuꝫ impie moꝛte moꝛieris:
non fueris locutus vt ſe cuſtodiat impius a via
ſua:ipſe impius in iniquitate ſua moꝛietur: ſan⸗
guinem autem eius de manu tua requiram. Si
autem annunciante te ad impium: vt a vijs ſuis
conuertatur non fuerit conuerſus a via ſua: ipſe
C in iniquitate ſua moꝛietur. Poꝛro tu animā tuā
liberaſti. Tu ergo fili hominis dic ad domum iſ⸗
rael. Sic locuti eſtis:dicentes. Iniquitates no⸗
ſtre ⁊ peccata nr̄a ſuper nos ſunt: ⁊ in ipſis nos
xxvj.q.vj.c. tabeſcimus. Quomodo ergo viuere poterimus?
agnouimꝰ. Dic ad eos. Viuo ego:dicit dñs deꝰ. Nolo moꝛ⸗
ẽ.xviij.g. tem impij:ſed vt conuertatur impius a via ſua:et
ẽ.xviij.f. viuat. Conuertimini a vijs veſtris peſſimis. Et
xxvij.qō. quare moꝛiemini domus iſrael. Tu itaqꝫ fili ho⸗
j.c.fina. minis dic ad filios populi tui. Iuſticia iuſti nō li
berabit eum in quacunqꝫ die peccauerit:⁊ impie
tas impij non nocebit ei:in quacunqꝫ die cōuer⸗
ſus fuerit ab impietate ſua. Et iuſtus non pote⸗
rit viuere in iuſticia ſua in quacunqꝫ die peccaue
rit. Etiam ſi dixero iuſto ꝙ vita viuat:⁊ confiſus
in iuſticia ſua fecerit iniquitatem:oēs iuſticie eiꝰ
D obliuioni tradenť:⁊ in iniq̄tate ſua quā operatꝰ
eſt in ipſa moꝛieť. Si autem dixero impio:moꝛte
moꝛieris:⁊ egerit penitentiā a peccato ſuo fece⸗
ritqꝫ iudiciū ⁊ iuſticiā ⁊ pignus reſtituerit ille im
pius:rapināqꝫ reddiderit:in mandatis vite am
bulauerit:nec fecerit quicq̄ iniuſtum: vita viuet
et non moꝛietur. Omnia peccata eius que pecca
E uit non imputabunť ei. Iudiciū ⁊ iuſticiā fecit:
ẽ.xviij.g. vita viuet. Et dixerūt filij ppl'i tui. Non eſt equi
ponderis via dñi:⁊ ipſoꝛū via iniuſta eſt. Cū eniꝫ
receſſerit iuſtus a iuſticia ſua feceritqꝫ iniquita⸗
tes moꝛieť in eis. Et cū receſſerit impius ab im⸗
pietate ſua:feceritqꝫ iudiciū ⁊ iuſticiam: viuet in
eis. Et dicitis. Non eſt recta via dñi. Vnūquēqꝫ
iuxta vias ſuas iudicabo de vobis domus iſrael.
Et factuꝫ eſt in duodecimo anno:in decimo mē⸗
ſe:in quinta menſis tranſmigrationis veſtre:ve⸗
nit ad me qui fugerat de hieruſalē:dicens. Va⸗
ſtata eſt ciuitas. Manus aūt dñi facta fuerat ad
me veſpere anteq̄ veniret qui fugerat:aperuitqꝫ
os meū donec veniret ad me mane:⁊ aperto oꝛe
meo nō ſilui amplius. Et factū eſt verbuꝫ domi⸗
ni ad me:dicens. Fili hoīs:qui habitāt in ruino⸗
ſis his:ſuper humū iſrael loquentes aiūt. Vnus
erat abꝛaam:⁊ hereditate poſſedit terram. Nos
autem multi ſumus: nobis data eſt terra in poſ⸗
ſeſſionem. Idcirco dices ad eos. Hec dicit dñs
deus. Qui in ſanguine comeditis:⁊ oculos vr̄os F
leuatis ad immūdicias veſtras:⁊ ſanguinem fun
ditis:nunquid terram hereditate poſſidebitis.
Stetiſtis in gladijs veſtris:feciſtis abominatio
nes:et vnuſquiſqꝫ vxoꝛem pꝛoximi ſui polluit:et
terraꝫ hereditate poſſidebitis. Hec dices ad eos.
Sic dicit dominus deus. Viuo ego:quia qui in
ruinoſis habitant: gladio cadent: ⁊ qui in agro
eſt beſtijs tradetur ad deuoꝛandum:qui auteꝫ in
pꝛeſidijs ⁊ ſpeluncis ſunt:peſte moꝛientur. Et da
bo terram in ſolitudinem ⁊ in deſertum: et defi⸗
ciet ſuperbia et foꝛtitudo eiꝰ:⁊ deſolabūtur mon
tes iſrael:eo ꝙ nullus ſit qui per eos tranſeat:et
ſcient quia ego dominus:cum dedero terram eo⸗
rum deſolatam ⁊ deſertaꝫ pꝛopter vniuerſas abo
minationes ſuas quas operati ſunt. Et tu fili ho G
minis:filij popupli tui qui loquuntur de te iuxta
muros:⁊ in oſtijs domoꝛum:⁊ dicunt vnus ad al
terum:vir ad pꝛoximum ſuum loquentes. Veni⸗
te ⁊ audiamus quis ſit ſermo egrediens a domi⸗
no. Et veniunt ad te quaſi ſi ingrediatur popu⸗
lus:⁊ ſedent coꝛam te populus meus:et audiunt
ſermones tuos: et non faciunt eos: quia in can⸗
ticum oꝛis ſui vertunt illos: et auariciam ſuam
ſequitur coꝛ eoꝛum:⁊ eſt eis quaſi carmen muſi⸗
cum quod ſuaui dulciqꝫ ſono canitur. Et audiūt
verba tua et non faciunt ea:et cum venerit quod
pꝛedictum eſt: ecce enim venit:tunc ſcient quia
pꝛophetes fuerit inter eos.

¶ Ca.xxiiij. ¶ Sermo domini contra paſtoꝛes negligentes:⁊ oppꝛimentes gregem: ⁊ queren⸗tes que ſua ſunt:et pꝛomiſſio de paſtoꝛe nouo et pluribus benedictionibus. Capl'm.xxxiiij.

ET factum eſt verbum A
domini ad me:dicens. Fili homi⸗
nis pꝓpheta de paſtoꝛibus iſrael:
pꝛopheta ⁊ dices paſtoꝛibꝰ. Hec Hier.xxiij.
dicit dominus deus. Ve paſtoꝛi⸗ a.
bus iſrael qui paſcebant ſemetipſos. Nonne gre
ges a paſtoꝛibꝰ paſcūtur. Lac comedebatis et la
nis operiebamini: ⁊ quod craſſum erat occideba
tis:gregem autem meum non paſcebatis. Quod xxiij.q.iiij.
infirmum fuit non conſolidaſtis:⁊ quod egrotuꝫ c. diſplicet.
non ſanaſtis:quod fractuꝫ eſt non alligaſtis: et ⁊.q.vj.c.qō
quod abiectum eſt non reduxiſtis: et quod pe⸗ errauerat.
rierat non queſiſtis:ſed cum auſteritate impera⸗ xlvj.diſ.c.j.
batis eis:⁊ cum potentia. Et diſperſe ſunt oues B

meeꝛ eo ꝙ non eſſet paſtoꝛ: ⁊ facte ſunt in deuoꝛa
tionem omnium beſtiarum agri: ⁊ diſperſe ſunt.
Errauerunt greges mei in cunctis montibus: ⁊
in vniuerſo colle excelſo: ⁊ ſuper omnem faciē ter
re diſperſi ſunt greges mei: ⁊ nō erat qui require
ret. Non erat inquam qui requireret. Propter-
ea paſtoꝛes audite verbū dñi. Viuo ego dicit dñs
deus: q; pꝛo eo ꝙ facti ſunt greges mei in rapinā
⁊ oues mee in deuoꝛationē oim̄ beſtiarū agri: eo
ꝙ non eſſet paſtoꝛ: neq; em̄ queſierunt paſtoꝛes
gregum meū: ſed paſcebāt paſtoꝛes ſemetipſos ⁊
greges meos nō paſcebāt: ꝓpterea paſtoꝛes au-
C dite verbū dñi: hec dicit dñs deus. Ecce egoipſe
ſuper paſtoꝛes requirā gregē meū de manu eoꝝ
⁊ ceſſare eos faciā vt vltra nō paſcam gregē meū
nec paſcant amplius paſtoꝛes ſemetipſos. Et li-
berabo gregē meū de oꝛe eoꝝ: ⁊ nō erit vltra eis
in eſcam. Quia hec dicit dñs deus. Ecce egoipſe
requiram oues meas ⁊ viſitabo eas. Sicut viſi-
tat paſtoꝛ gregem ſuum in die qñ fuerit in medio
ouium ſuarū diſſipataꝝ: ſic viſitabo oues meas
⁊ liberabo eas de oībus locis ī qbus diſperſe fue
D rant in die nubis ⁊ caliginis. Et educam eas de
populis: ⁊ cōgregabo eas de terris ⁊ inducā eas
in terrā ſuā: ⁊ paſcā eas in montibꝰ iſrael in riuis
⁊ in cūctis ſedibus terre. In paſcuis vberrimis
paſcam eas: ⁊ in mōtibus excelſis iſrael erunt pa
ſcue eaꝝ. Ibi requieſcēt in herbis virentibꝰ: ⁊ in
paſcuis pinguibus paſcētur ſuper montes iſrael.
Ego paſcā oues meas: ⁊ ego eas accubare faciaꝫ
dicit dñs deꝰ. Qđ perierat requirā: ⁊ qđ abiectū
erat reducā: ⁊ ꝙ cōfractū fuerat alligabo ⁊ ꝙ in-
firmū fuerat cōſolidabo: ⁊ ꝙ pingue ⁊ foꝛte cuſto
E diam: ⁊ paſcam illas in iudicio. Vos aūt greges
mei. Hec dicit dñs deus. Ecce ego iudico inter
pecus ⁊ pecꝰ: arietē ⁊ hircū. Nōne ſatis erat vo
bis paſcua bona depaſci. Inſuper ⁊ reliquias pa
ſcuarū veſtraꝝ cōculcaſti pedibus veſtris: ⁊ cum
puriſſimā aquā biberetis: reliquā pedibꝰ vr̃is tur
babatis. Et oues mee his que cōculcata pedibꝰ
vr̃is fuerāt paſcebant̄: ⁊ que pedes vr̃i turbaue-
rant hec bibebant. Propterea hec dicit dñs deꝰ
ad vos. Ecce egoipſe iudico inter pecus pingue ⁊
macilentū. Pꝛo eo ꝙ laterībꝰ ⁊ humeris impin-
gebatis ⁊ coꝛnibus vr̃is vētilabatis oīa infirma
pecoꝛa: donec diſpergerent̄ foꝛas ſaluabo grege3
meum ⁊ nō erit vltra in rapinā: ⁊ iudicabo inter
F pecus ⁊ pecus. Et ſuſcitabo ſuper ea paſtoꝛē vnū
qui paſcat ea: ſeruū meū dauid: ipſe paſcet ea: et
ipſe erit eis in paſtoꝛem. Ego aūt ero dñs eis in
deum: ⁊ ſeruꝰ meus dauid ꝓnceps in medio eoꝝ.
Ego dñs locutus ſum. Et faciam cum eis pa-
ctum ⁊ ceſſare faciam beſtias peſſimas de ter-
ra: ⁊ qui habitant in deſerto ſecuri doꝛmient in
ſaltibus: ⁊ ponā eos in circuitu collis mei benedi
ctioneꝫ: ⁊ deducā imbꝛē in tpe ſuo: ⁊ pluuie bene
dictionis erūt. Et dabit lignū agri fructuꝫ ſuuꝫ:
⁊ terra dabit germē ſuū: ⁊ erūt in terra ſua abſq;
timoꝛe. Et ſciēt q; ego dñs cū cōtriuero catenas
iugi eoꝝ: ⁊ eruero eos de manu imperantiū ſibi.
G Et nō erūt vltra in rapinam gentibꝰ: neq; beſtie
terre deuoꝛabūt eos: ſed habitabūt confidenter
abſq; vllo terroꝛe. Et ſuſcitabo eis germen nomi
natum: ⁊ non erunt vltra imminuti fame in terra:
neq; poꝛtabunt amplius oppꝛobꝛia gentiuꝫ. Et
ſcient q; ego dñs deus eoꝝ cum eis: ⁊ ipſi popu-
lus meus domus iſrael ait dñs deus. Vos autem
greges mei greges paſcue mee homines eſtis: et
ego dñs deus veſter: dicit dominus deus.

¶ Capituli Summarium. ¶ Sermo ſuper
montem Seir: de conditione eius pꝛo eo ꝙ affli
xit populum domini. Capitulum. xxxv.

Et factꝰ eſt ſermo do B
mini ad me dicēs. Fili hois po
ne faciē tuaꝫ aduerſuꝫ montē
ſeir: ⁊ ꝓphetabis de eo ⁊ dices
illi. Hec dicit dñs deus. Ecce
ego ad te mons ſeir: ⁊ extēdaꝫ
manū meā ſuꝑ te: ⁊ dabo te de
ſolatū atq; deſertuꝫ. Vrbes tuas demoliar ⁊ tu
deſertus eris: ⁊ ſcies q; ego dñs eo ꝙ fueris ini-
micus ſempiternꝰ: ⁊ ꝯcluſeris filios iſrael in ma-
nus gladij in tpe afflictionis eoꝝ in tpe iniqta- B
tis extreme. Propterea viuo ego dicit dñs deꝰ:
qm̄ ſanguini tradam te: ⁊ ſanguis te ꝑſequetur.
Et cū ſanguinē oderis ſanguis perſequet̄ te. Et
dabo montē ſeir deſolatū atq; deſertū: ⁊ auferaꝫ
de eo euntē ⁊ redeuntē ⁊ implebo mōtes eius oc
ciſoꝝ ſuoꝝ in collibꝰ tuis ⁊ in vallibꝰ tuis atq; in
toꝛrētibꝰ interfecti gladio cadēt. In ſolitudines
ſempiternas tradā te ⁊ ciuitates tue nō habita- C
buntur. Et ſcietis q; ego dñs deus eo ꝙ dixeris:
due gētes ⁊ due terre mee erūt ⁊ hereditate poſ-
ſidebo eas cū dñs eſſet ibi. Propterea viuo ego
dicit dñs deus: q; faciā iuxta irā tuā ⁊ ſꝫ zelū tuū
quē feciſti odio habēs eos: ⁊ notus efficiar ꝑ eos
cū te iudicauero: ⁊ ſcies q; ego dñs. Audiui vni-
uerſa oppꝛobꝛia tua q̄ locutꝰ es de mōtibꝰ iſrael D
dicēs. Deſerti nobis ad deuoꝛādū dati ſunt. Et
inſurrexiſtis ſuꝑ me oꝛe vr̃o ⁊ derogaſtis aduer-
ſum me. Verba vr̃a ego audiui. Hec dicit dñs
deꝰ. Letāte vniuerſa terra ī ſolitudinē te redigā:
ſicuti gauiſus es ſuꝑ hereditatē domꝰ iſrl': eo ꝙ
fuerit diſſipata: ſic faciā tibi. Diſſipatꝰ eris mōs
ſeir: ⁊ idumea omnis. Et ſcient q; ego dñs deus.

¶ Capitu. Sūmariū. ¶ Quia dñs vindicabit
iſrael de inimicis ſuis: ⁊ reſtituet ⁊ multiplicabit
in terra ſua: ⁊ ꝙ afflixit Iſrael pꝛo peccato idola
trie: de gratia ⁊ virtute baptiſmi: vocatur po-
pulus ad penitentiā: etiam pꝛomittitur integra
reſtitutio ⁊ multiplicatio. Capitulū. xxxvj.

Tu autem fili hominis B
pꝛopheta ſuper montem iſrael et Ez.vj.a.
dices. Montes iſrael audite ver
buꝫ dñi. Hec dicit dñs deus. Eo
ꝙ dixerit inimicꝰ de vobis euge
altitudines ſempiterne in hereditateꝫ date ſunt

nobis:propterea vaticinare ⁊ dic. Hec dicit dñs
deus. Pro eo ꝙ desolati estis ⁊ cõculcati per cir
cuitum:⁊ facti hereditatem reliquis gentibus:⁊
aſcendiſtis ſuper labium lingue ⁊ opprobriũ po
puli:propterea montes iſrael audite verbum do
mini dei. Hec dicit dñs deus montibus ⁊ colli-
bus:torrentibus vallibuſq; ⁊ deſertis:parietinis
⁊ vrbibus derelictis que depopulate ſunt:⁊ ſub-
B ſannate a reliquis gentibus per circuitum. Pro
pterea hec dicit dñs deus. Quoniam in igne zeli
mei locutus ſum de reliquis gentibus: ⁊ de idu-
mea vniuerſa que dederunt terram meam ſibi in
hereditatem cum gaudio ⁊ toto corde et ex ani-
mo ⁊ eiecerũt eam vt vaſtarent. Idcirco vatici-
nare ſuper humum iſrael:⁊ dices montibus ⁊ col
libus iugis ⁊ vallibus. Hec dicit dñs deus. Ecce
ego in zelo meo ⁊ in furore meo locutus:eo ꝙ cõ
fuſionem gentium ſuſtinueritis. Idcirco hec di-
cit dominus deus. Ego leuaui manum meam:vt
gentes que in circuitu veſtro ſunt ipſe confuſio
nem ſuam portent:vos autem montes iſrael ra-
C mos veſtros germinetis:⁊ fructũ veſtrum affera
tis populo meo iſrael. Prope enim eſt vt veniat.
Quia ecce ego ad vos:⁊ conuertar ad vos:⁊ ara-
bimini ⁊ accipietis ſementem: ⁊ multiplicabo in
vobis homines omneq; domũ iſrael ⁊ habitabũ
tur ciuitates ⁊ ruinoſa inſtaurabuntur:⁊ replebo
vos hoibus ⁊ iumentis ⁊ multiplicabuntur ⁊ cre
ſcent. Et habitare vos faciam ſicut a principio
D boniſq; donabo maioribus ꝙ habuiſtis ab initio
⁊ ſcietis qꝛ ego dñs. Et adducam ſuper vos ho-
mines populum meũ iſrael ⁊ in hereditate poſſi
debunt te:⁊ eris eis in hereditatẽ: ⁊ non addes
vltra vt abſq; eis ſis. Hec dicit dñs deus. Pro
eo ꝙ dicunt de vobis deuoratrix hominum es: ⁊
ſuffocans gentẽ tuam: propterea hoies nõ come
des amplius:⁊ gentẽ tuã non necabis vltra: ait
dominus deus. Nec auditam faciã in te amplius
confuſionem gentiũ:⁊ opprobriũ populorum ne-
quaꝙ portabis:⁊ gentẽ tuã nõ amittes amplius
ait dñs deus. Et factũ eſt verbũ dñi ad me dicẽs.
Fili hominis domus iſrael habitauerunt in hu-
Ro.ij.d. mo ſua ⁊ polluerunt eam in vijs ſuis:⁊ in ſtudijs
E ſuis. Iuxta immundiciã menſtruate facta eſt via
eorum coram me:⁊ effudi indignationem meam
ſuper eos pro ſanguine quem fuderunt ſuper ter
ram. Et in idolis ſuis polluerunt eam: ⁊ diſperſi
eos in gentes:⁊ ventilati ſunt in terras. Iuxta
vias eorum:⁊ adinuentiones eorum iudicaui eos.
Et ingreſſi ſunt ad gentes ad quas introierunt:
⁊ polluerunt nomen ſanctum meũ:cũ diceretur de
eis:populus dñi iſte eſt:⁊ de terra eius egreſſi ſunt
⁊ peperci nomini ſancto meo qđ polluerat domus
iſrael in gẽtibus ad quas ingreſſi ſunt. Idcirco
dices domui iſrael. Hec dicit dñs deus. Nõ pro-
pter vos ego faciã domus iſrael:ſed propter no-
Lxxxix.f. men ſanctũ meũ qđ polluiſtis in gẽtibus ad quas
intraſtis. Et ſanctificabo nomẽ meum magnum
quod pollutum eſt inter gentes qđ polluiſtis in
medio earum vt ſciãt gẽtes qꝛ ego dñs: ait dñs
exercituũ cũ ſanctificatus fuero in vobis corã eis.

Tollam quippe vos de gẽtibus:⁊ cõgregabo vos
de vniuerſis terris ⁊ adducã vos in terram vrãm.
Et effundam ſuper vos aquam mundam ⁊ mun De cõſe.di.
dabimini ab omnibus inquinamentis veſtris:et iiij.cap.nec
ab vniuerſis idolis veſtris mundabo vos:⁊ dabo quemꝙ.
vobis cor nouum ⁊ ſpiritũ nouũ ponã in medio F
veſtri. Et auferam cor lapideũ de carne veſtra ⁊ s.xj.d.
dabo vobis cor carneum: ⁊ ſpiritum meum po-
nam in medio veſtri:⁊ faciã vt in preceptis meis
ambuletis:⁊ iudicia mea cuſtodiatis ⁊ operemi-
ni:⁊ habitabitis in terra quam dedi patribus ve
ſtris:⁊ eritis mihi in populum: ⁊ ego ero vobis
in deum:⁊ ſaluabo vos ex vniuerſis inquinamen
tis veſtris ⁊ vocabo frumentũ ⁊ multiplicabo il-
lud:⁊ non imponam vobis famem: ⁊ multiplica-
bo fructum ligni ⁊ genimina agri: vt non porte-
tis vltra opprobrium famis in gentibus: ⁊ recor
dabimini viarum veſtrarum peſſimarum:ſtudio-
rumq; nõ bonorum:⁊ diſplicebunt vobis iniquita-
tes veſtre ⁊ ſcelera veſtra. Non propter vos ego
faciam:ait dñs deus notum ſit vobis. Confundi G
mini ⁊ erubeſcite ſuper vijs veſtris domus iſrael. Ro.vj.d.
Hec dicit dñs deus. In die qua mundauero vos
ex omnibus iniquitatibus veſtris: ⁊ habitari fe-
cero vrbes:⁊ inſtaurauero ruinoſa:⁊ terra deſer
ta fuerit exculta que quondam erat deſolata in
oculis omnis viatoris dicent. Terra illa inculta
facta eſt vt hortus voluptatis:⁊ ciuitates deſerte
⁊ deſtitute atq; ſuffoſſe munite ſederũt. Et ſcient
gentes quecũq; derelicte fuerint in circuitu vrõrum
qꝛ ego dñs edificaui diſſipata:plantauiq; incul-
ta:ego dñs locutus ſum ⁊ fecerim. Hec dicit dñs
deus. Adhuc in hoc inuenient me domus iſrael:
vt faciam eis. Multiplicabo eos ſicut gregẽ ho-
minum vt gregẽ ſanctũ:vt gregẽ hierl'm in ſolen-
nitatibus eius. Sic erũt ciuitates deſerte pleneq;
gregibus hominum:⁊ ſcient qꝛ ego dominus.

Capituli Summari. De generali reſurre
ctione:⁊ de chriſto:⁊ ꝙ in nouiſſimis diebus reci-
piet eũ iuda ⁊ hieruſalem ⁊ erit vnus populus.

Capitulum.xxxvij.

Acta ẽ ſuper me ma
nus domini: et eduxit me in
ſpiritu domini: et dimiſit me
in medio campi qui erat ple-
nus oſſibus: ⁊ circumduxit me
per ea in gyro. Erant autem
multa valde ſuper faciem cam
pi:ſiccaq; vehementer. Et dixit ad me. Fili ho-
minis putaſne viuent oſſa iſta. Et dixi. Domi-
ne deus tu noſti. Et dixit ad me. Vaticinare
de oſſibus iſtis. Et dices eis. Oſſa arida audite B
verbum domini. Hec dicit dominus deus oſſi-
bus his. Ecce ego intromittam in vos ſpiritum
et viuetis:et dabo ſuper vos neruos: et ſuccre-
ſcere faciam ſuper vos carnes: et ſuperexten-
dam in vobis cutem: et dabo vobis ſpiritum et
viuetis:et ſcietis qꝛ ego dominus. Et prophe-

taui ſicut preceperat mihi. Factus eſt autem ſo-
nitus prophetante me: ⁊ ecce commotio. Et ac-
ceſſerunt oſſa ad oſſa: vnumquodq; ad iuncturã
ſuam. Et vidi: ecce ſuper ea nerui ⁊ carnes aſcen
derunt: et extenta eſt in eis cutis deſuper: ⁊ ſpiri
tum non habebant. Et dixit ad me. Vaticinare
C ad ſpiritum: vaticinare fili hominis: ⁊ dices ad
ſpiritũ. Hec dicit dñs deus. A quattuor vẽtis ve
ni ſpiritus ⁊ inſuffla ſuper interfectos iſtos ⁊ reui
uiſcant. Et prophetaui ſicut p̃ceperat mihi. Et
ingreſſus eſt in ea ſpũs: ⁊ vixerũt ſteterũtq; ſup
pedes ſuos exercitus grandis nimis valde. Et
dixit ad me. Fili hoïs: oſſa hec vniuerſa domus
iſrael eſt: ipſi dicunt aruerunt oſſa noſtra: ⁊ perijt
D ſpes noſtra ⁊ abſciſi ſumus: propterea vaticinare
⁊ dices ad eos. Hec dicit dñs deus. Ecce ego ape
riam tumulos veſtros: et educã vos de ſepulchris
veſtris: ppl's meus: ⁊ inducã vos in terrã veſtram
iſrael: ⁊ ſcietis q: ego dñs cũ aperuero ſepulchra
veſtra: ⁊ eduxero vos de tumulis veſtris popule
meus: ⁊ dedero ſpiritũ meũ in vobis: ⁊ vixeritis:
⁊ requieſcere vos faciam ſuper humũ veſtram: et
ſcietis q: ego dñs locut⁹ ſum ⁊ feci ait dñs deus.
Et factus eſt ſermo dñi ad me dicens. Et tu fili
hominis ſume tibi lignũ vnũ ⁊ ſcribe ſuper illud.
iude ⁊ filiorum iſrael ſociorum eius. Et tolle lignum
E alterum: ⁊ ſcribe ſuper illud: ioſeph lignũ ephra-
im ⁊ cuncte domus iſrael ſociorumq; eius. Et ad
iunge illa vnum ad alterum tibi in lignum vnum:
⁊ erunt in vnionem in manu tua. Cum autem di-
xerint ad te filii populi tui loquentes: nonne indi
cas nobis quid in his tibi velis. Loqueris ad
eos. Hec dicit dñs deus. Ecce ego aſſumã lignum
ioſeph quod eſt in manu ephraim ⁊ tribus iſrael
que ſunt ei adiuncte: ⁊ dabo eas pariter cum li-
gno iuda: ⁊ faciam eas in lignum vnum: ⁊ erunt
vnum in manu eius. Erũt autem ligna ſuper que
ſcripſeris in manu tua in oculis eorum: ⁊ dices ad
eos. Hec dicit dominus deus. Ecce ego aſſumam
F filios iſrael de medio nationum ad quas abierũt
et congregabo eos vndiq; ⁊ adducam eos ad hu
mum ſuam. Et faciam eos in gentem vnam in ter
ra in montibus iſrael ⁊ rex vnus erit oïbus impe
rans: ⁊ non erunt vltra due gentes nec diuiden-
tur amplius in duo regna. Neq; polluent vltra
in idolis ſuis: ⁊ abominationibus: ⁊ cũctis iniqui
tatibus ſuis ⁊ ſaluos eos faciam de vniuerſis ſe-
dibus ſuis in quibus peccauerunt ⁊ emundabo
j. codem. eos. Et erunt mihi populus: ⁊ ego ero eis deus:
⁊ ſeruus meus dauid rex ſuper eos ⁊ paſtor vnus
G erit omnium eorum. Et in iudicijs meis ambula-
bunt: ⁊ mandata mea cuſtodient ⁊ facient ea. Et
habitabunt ſuper terram quam dedi ſeruo meo
iacob in qua habitauerunt patres veſtri ⁊ habi-
tabunt ſuper eam ipſi ⁊ filij eorum ⁊ filij filiorum
eorũ vſq; in ſempiternum: ⁊ dauid ſeruus meus
princeps eorũ in perpetuum. Et percutiã illis fe
dus pacis: pactũ ſempiternũ erit eis. Et funda-
bo eos ⁊ multiplicabo ⁊ dabo ſanctificationẽ meã
in medio eorum ⁊ in perpetuũ. Et erit tabernacu
ß. eodem. lum meum in eis et ero eis deus: et ipſi erunt
mihi populus: Et ſcient gentes: quia ego do-
minus ſanctificator iſrael cum fuerit ſanctifica-
tio mea in medio eorum in perpetuum.

¶ Capituli Summarium. ¶ Sermo domini
contra Gog ⁊ Magog: de interitu eorum ⁊ pec
cate populi. Capitulum. xxxviij.

ET factus eſt ſermo do A
mini ad me dicens. Fili hominis
pone faciem tuam contra Gog
⁊ terram Magog principem ca-
pitis moſoch ⁊ thubal ⁊ vaticina
re de eo ⁊ dices ad eum. Hec dicit dñs deus. Ec
ce ego ad te Gog p̃ncipẽ capitis moſoch ⁊ thu-
bal. Et circumagã te ⁊ ponam frenum in maxillis
tuis: et educã te ⁊ omnẽ exercitũ tuum: equos ⁊
equites veſtitos loricis vniuerſos multitudinem
magnam: haſtam ⁊ clypeum arripientium ⁊ gla- B
dium. Perſe ethiopes ⁊ lybies cum eis: omnes
ſcutati ⁊ galeati: gomer ⁊ vniuerſa agmina eius
domus thogorma latera aquilonis ⁊ totũ robur
eius populiq; multi tecum. Prepara ⁊ inſtrue te
⁊ multitudinem tuam que coaceruata eſt ad te et
eſto eis in preceptum. Poſt dies multos viſita-
beris. In nouiſſimo annorum venies ad terram
que reuerſa eſt a gladio ⁊ congregata eſt de po-
pulis multis ad montes iſrael qui fuerunt deſer C
ti iugiter. Hec de populis educta eſt: ⁊ habitaue
runt in ea confidenter vniuerſi. Aſcendens autem
quaſi tẽpeſtas venies: ⁊ quaſi nubes vt operias
terram: tu ⁊ omnis agmina tua ⁊ populi multi
tecum. Hec dicit dominus deus: in die illa aſcen
dent ſermones ſuper cor tuũ: ⁊ cogitabis cogita
tionem peſſimam ⁊ dices. Aſcendam ad terram
abſq; muro: veniã ad quieſcentes habitãteſq; ſe D
cure. Hi omnes habitant ſine muro: vectes ⁊ por
te non ſunt eis. Vt diripias ſpolia ⁊ inuadas pre
dam vt inferas manum tuam ſuper eos qui deſer
ti fuerant ⁊ poſtea reſtituti: ⁊ ſuper populum qui
eſt congregatus ex gentibus qui poſſidere cepit
⁊ eſſe habitator vmbilici terre. Saba ⁊ dedam et
negociatores tharſis ⁊ omnes leones eius dicẽt
tibi. Nunquid ad ſumenda ſpolia tu venis. Ec-
ce ad diripiendã predam cõgregaſti multitudi-
nem tuam vt tollas argentum ⁊ aurum ⁊ auferas
ſupellectilem atq; ſubſtantiam: ⁊ diripias manu- E
bias infinitas. Propterea vaticinare fili homi-
nis ⁊ dices ad gog. Hec dicit dñs deus. Nũquid
non in die illo cum habitauerit populus meus iſ-
rael cõfidenter: ſcies ⁊ venies de loco tuo de late
ribus aquilonis tu ⁊ populi multi tecum: aſcen-
ſores equorũ vniuerſi: cet⁹ magn⁹ ⁊ exercit⁹ ve-
hemens: ⁊ aſcendes ſuper ppl'm meũ iſrael quaſi
nubes vt operias terram. In nouiſſimis diebus
eris: ⁊ adducam te ſuper terrã meã: vt ſciant gen
tes mee cum ſanctificatus fuero in te in oculis co F
rum o gog. Hec dicit dñs deus. Tu ergo ille es
de quo locutus ſum in diebus antiquis in manu

ſeruoꝛum meoꝛum pphetaruꝫ iſrael:qui propbe-
tauerunt in diebus illoꝛum tempoꝛum vt addu-
cerem te ſuper eos. Et erit in die illa:in die aduē-
tus gog ſuper terram iſrael ait dominus deus:
aſcendet indignatio mea in furoꝛe meo ⁊ in zelo
meo. In igne ire mee locutus ſum:quia in die il-
la erit commotio magna ſuper terram iſrael ⁊ cō
mouebuntur a facie mea piſces maris et volu-
cres celi ⁊ beſtie agri ⁊ omne reptile quod moue
tur ſuper humum:cunctiq; homines qui ſunt ſu
G per faciem terre. Et ſubuertentur montes et ca-
dent ſepes:et omnis murus coꝛruet in terram:⁊
conuocabo aduerſus eum in cunctis montibus
meis gladium:ait dn̄s deus. Gladius vniuſcu-
iuſq; in fratrem ſuum dirigetur. Et iudicabo euꝫ
peſte ⁊ ſanguine ⁊ imbꝛe vehemēti et lapidibus
immenſis. Ignem ⁊ ſulphur pluam ſuper eum
et ſuper exercitum eius: et ſuper populos mul-
tos qui ſunt cum eo. Et magnificaboꝛ ⁊ ſanctifi
caboꝛ:⁊ notus ero in oculis multarum gentium
et ſcient quia ego dominus.

Capituli Summariuꝫ. In nouiſſimis die-
bus inſurget Gog ⁊ Magog:⁊ de congregatio-
ne auium ⁊ beſtiarum ad edenda cadauera eoꝛuꝫ.

Capitulum.xxxix.

A Tu autem fili homi-
nis vaticinare aduerſuꝫ Gog:
et dices. Hec dicit dn̄s deus.
Ecce ego ſuper te Gog princi
pem capitis moſoch et thubal
et circūagam te ⁊ educam te ⁊
aſcendere te faciam de lateribꝰ
aquilonis:⁊ adducam te ſuper montes iſrael : et
percutiam arcum tuum in manu ſiniſtra tua : et
ſagittas tuas de manu dextera tua deijciam. Su
per montes iſrael cades tu ⁊ omnia agmina tua:
⁊ populi tui qui ſunt tecum. Feris auibus : om-
B niq; volatili celi ⁊ beſtijs terre dedite ad deuoꝛā
dum. Super faciem agri cades:quia ego locutus
ſum:ait dominus deus. Et immittam ignem in
magog:⁊ in his qui habitant in inſulis confiden
ter:et ſcient quia ego dominus:et nomen ſanctū
meum notum faciam in medio populi mei iſrael:
⁊ non polluam nomen ſanctum meum amplius:
et ſcient gētes quia ego dominus ſanctus iſrael.
Ecce venit ⁊ factum eſt:ait dominus deus. Hec
eſt dies de qua locutus ſum. Et egredientur ha
bitatoꝛes de ciuitatibus iſrael : et ſuccendent et
comburent arma:clypeum ⁊ haſtas:arcum ⁊ ſa-
C gittas:⁊ baculos manuum:⁊ contos:⁊ ſuccedent
eam igni ſeptem annis. Et non poꝛtabunt ligna
de regionibus:neq; ſuccidēt de ſaltibus:quoniā
arma ſuccendent igne:⁊ depꝛedabuntur eos qui
bus pꝛede fuerant ⁊ diripiēt vaſtatoꝛes ſuos: ait
dominus deus. Et erit in die illa:dabo gog locū
nominatum ſepulchꝛum in iſrael:vallem viatoꝛuꝫ
ad oꝛientem maris:que obſtupeſcere facit pꝛete-
reuntes:⁊ ſepelient ibi gog:⁊ omnem multitudi
nem eius:⁊ vocabitur vallis multitudinis gog:
et ſepelient eos domus iſrael:vt mundent terraꝫ
ſeptem mēſibus. Sepeliet autem eum omnis po
pulus terre:⁊ erit eis nominata dies in qua glo-
rificatus ſum:ait dn̄s deus. Et viros iugiter cō D
ſtituent luſtrantes terram:qui ſepeliant: ⁊ requi
rant eos qui remanſerant ſuper faciem terre: vt
emundent eam. Poſt menſes autem ſeptē que-
rere incipient:⁊ circuibunt peragrantes terram.
Cumq; viderint os hominis:ſtatuent iuxta illud
titulum:donec ſepeliant illud pollynctoꝛes in val
le multitudinis gog. Nomen autem ciuitatis
amona:et mundabunt terram. Tu ergo fili homi
nis. Hec dicit dominus deus. Dic omni volucri
et vniuerſis auibus cunctiſq; beſtijs agri. Con-
uenite:pꝛoperate:concurrite vndiq; ad victimaꝫ
meam quam ego immolo vobis :victimam gran-
dem ſuper montes iſrael:vt comedatis carnem:
et bibatis ſanguinem. Carnes foꝛtium comede- E
tis: et ſanguinem pꝛincipum terre bibetis: arie-
tum : agnoꝛum et hircoꝛum:tauroꝛumq; et alti-
lium et pinguium omnium. Et comedetis adipē
in ſaturitatem: et bibetis ſanguinem in ebꝛieta-
tem de victima quam ego immolaui vobis:⁊ ſa-
turabimini ſuper menſam meam de equo ⁊ equi
te foꝛti : et de vniuerſis viris bellatoꝛibus : ait
dominus deus. Et ponam gloꝛiam meam in gē F
tibus:et videbunt omnes gentes iudicium meū
quod fecerim : et manum meam quam poſuerim
ſuper eos. Et ſciet domus iſrael : quia ego do
minus deus eoꝛuꝫ a die illa et deinceps. Et ſciēt
gentes:quoniam in iniquitate ſua capta ſit do-
mus iſrael: et ꝙ dereliquerint me : et abſconde-
rim faciem meam ab eis: et tradiderim eos in
manus hoſtium:ceciderint in gladio vniuerſi. Iu
xta immundiciam eoꝛum et ſcelus feci eis: et ab-
ſcondi faciem meam ab illis. Propterea hec di
cit dominus deus. Nunc reducam captiuitatem
iacob : et miſereboꝛ omnis domus iſrael. Et aſ- G
ſumam zelum pꝛo nomine ſancto meo : ⁊ poꝛta-
bunt confuſionem ſuam et omnem pꝛeuaricatio-
nem qua pꝛeuaricati ſunt in me: cum habitaue-
rint in terra ſua confidenter neminem foꝛmidan-
tes: et reduxero eos de populis: et congregaue
ro de terris inimicoꝛum ſuoꝛum : et ſanctifica-
tus fuero in eis in oculis gentium plurimarum.
Et ſcient quia ego dn̄s deus eoꝛum: eo ꝙ tranſtu- ſ.xxxvj.c.
lerim eos in natiōes ⁊ congregauerim eos ſuper
terram ſuam : et non dereliquerim quenq; ex
eis ibi. Et non abſcondam vltra faciem meam
ab eis:eo ꝙ effuderim ſpiritum meum ſuper om
nem domum iſrael:ait dominus deus.

Capituli Summarium. De edificatio-
ne ciuitatis : et viro qui ſtabat in poꝛta et men-
ſurabat murum exterioꝛem cum calamis ſuis : et
in veſtibus et gazophylatijs diuerſis qui erant
in veſtibulis: et de locis deputatis ad cuſtodiam
templi et altaris de menſa atrij et altaris holo-
cauſtoꝛum:de menſura veſtibuli templi.

Capitulum.xl.

A N viceſimoquinto
anno trāſmigrationis noſtre
in exordio anni decima mēſis
quartodecimo anno: poſtꝗ̄
percuſſa eſt ciuitas in ipa hac
die facta eſt ſuper me manus
dn̄i ⁊ adduxit me illuc in viſio
nibus dei. Adduxit me in terraꝫ iſrael: ⁊ dimiſit
me ſuper mōtem excelſum nimis ſuper quē erat
quaſi edificium ciuitatis vergentis ad auſtrum:
et introduxit me illuc. Et ecce vir cuius erat ſpe
cies quaſi ſpecies eris ⁊ funiculus lineus in ma-
nu eius: ⁊ calamus mēſure in manu eius. Stabat
autem in porta ⁊ locutus eſt ad me ideꝫ vir. Fili
hominis: vide oculis tuis et auribus tuis audi
et pone cor tuū in omnia que ego oſtendā tibi:
quia vt oſtendantur tibi adductus es huc. An-
nuncia omnia que tu vides domui iſrael. Et ec
B ce murus forinſecus in circuitu domus vndiqꝫ:
et in manu viri calamꝰ mēſure ſex cubitorū ⁊ pal
mo. Et mēſus eſt latitudinē edificij calamo vno:
altitudinē quoqꝫ calamo vno. Et venit ad por
tam que reſpiciebat viā orientalē: ⁊ aſcēdit ꝑ gra
dus eius. Et mēſus eſt limen porte calamo vno:
latitudinē: id eſt limē vnum calamo vno in lati-
tudine: ⁊ thalamo vno calamo in longum: ⁊ vno
calamo in latum: ⁊ inter thalamos quinqꝫ cubi-
tos: ⁊ limen porte iuxta veſtibulum porte intrin
ſecus calamo vno. Et menſus eſt veſtibulū por
te octo cubitorum: ⁊ frontem eius duobus cubi
tis. Veſtibulum autem porte erat intrinſecus.
Porro thalami porte ad viam orientalem tres
hinc et tres inde menſura vna trium et mēſura
vna frontium ex vtraqꝫ parte. Et menſus eſt la
titudinem liminis porte decem cubitorum: ⁊ lon
gitudinem porte tredecim cubitorum: ⁊ margi
nem ante thalamos cubiti vnius et cubitus vnꝰ
finis vtrinqꝫ. Thalami autem ſex cubitorū erāt
C hinc ⁊ inde. Et menſus eſt portam a tecto tha-
lami vſqꝫ ad tectuꝫ eius latitudinē viginti quinqꝫ
cubitorum oſtium contra oſtiuꝫ. Et fecit frōtes
per ſexaginta cubitos et ad frontē atrium porte
vndiqꝫ per circuitum ⁊ ante faciē porte que per
tingebat vſqꝫ ad faciem veſtibuli porte inte-
rioris quinquaginta cubitos: ⁊ feneſtras obli-
quas in thalamis ⁊ in frontibus eorū: que erant
intra portaꝫ vndiqꝫ per circuituꝫ. Similiter aūt
erant ⁊ in veſtibulis feneſtre per gyrū intrinſecꝰ
et ante frontes pictura palmarū celata. Et edu
xit me ad atriuꝫ exterius: ⁊ ecce gaſophylacia ⁊
pauimentū ſtratum lapide in atrio per circuitū.
Triginta gazophylacia in circuitu pauimēti: et
pauimentum in fronte portarū ſm longitudinē
portarū erat inferius. Et menſus eſt latitudinē
a facie porte inferioris vſqꝫ ad frontem atrij in
terioris extrinſecus centum cubitos ad orientē
D et ad aquilonem. Portam quoqꝫ que reſpicie-
bat viā aquilonis atrij exterioris menſus eſt taꝫ
in longitudine ꝗ̄ in latitudine: ⁊ thalamos eius
tres hinc et tres inde: ⁊ frontē eius ⁊ veſtibuluꝫ
eius ſm mēſurā porte prioris quinquaginta cubi
torū longitudinē eius et latitudinē viginti quinqꝫ
cubitorū. Feneſtre aūt eius ⁊ veſtibulū ⁊ ſculptu
re ſm menſurā porte que reſpiciebat ad orientē
et ſeptem graduum erat aſcenſus eius. Et veſti
bulum ante eam: ⁊ porte atrij interioris contra
portam aquilonis et orientalem. Et menſus eſt
a porta vſqꝫ ad portam centū cubitos. Et edu-
xit me ad viam auſtraleꝫ: et ecce porta que reſpi
ciebat ad auſtrum. Et menſus eſt frontē eius et
veſtibulum eiꝰ iuxta menſuras ſuperiores ⁊ fene
ſtras eiꝰ ⁊ veſtibula ī circuitu ſicut feneſtras cete
ras quinquaginta cubitorum longitudinem: et
latitudinem viginti quinqꝫ cubitorum: ⁊ in gra-
dibus ſeptē aſcendebatur ad eam. Et veſtibulū
ante fores eius: et celate palme erant: vna hinc
et altera inde in fronte eius: ⁊ porta atrij inte-
rioris in via auſtrali. Et menſus eſt a porta vſqꝫ
ad portam in via auſtrali centū cubitos. Et in
troduxit me in atriū interius ad portā auſtralē
et menſus eſt portā iuxta menſuras ſuperiores
thalamū eius ⁊ frontem eius ⁊ veſtibulum eius
hiſdeꝫ menſuris: ⁊ feneſtras eius ⁊ veſtibulū eiꝰ
in circuitu quinquaginta cubitos longitudinis
et latitudinis viginti quinqꝫ cubitos et veſtibu
lum per gyrum longitudine viginti quinqꝫ cubi
torum: ⁊ latitudine quinqꝫ cubitorum. Et veſti
bulum eius ad atriuꝫ exterius ⁊ palmas eius in
fronte: ⁊ octo gradus erāt quibus aſcēdebatur
per eā. Et introduxit me in atriuꝫ interius per E
viam orientalē: ⁊ menſus eſt portam ſm mēſuras
ſuperiores: thalamū eius ⁊ frontē eius ⁊ veſtibu
lum eius ſicut ſupra: ⁊ feneſtras eius ⁊ veſtibu-
la in circuitu longitudinē quinquaginta cubito
rum: ⁊ latitudinem viginti quinqꝫ cubitorum et
veſtibuluꝫ eius id eſt atrij exterioris ⁊ palme ce
late in frōte eius hinc ⁊ inde: ⁊ in octo gradibus
aſcēſus eiꝰ. Et īntroduxit me ad portā que reſpi
ciebat ad aquilonem: ⁊ mēſus eſt ſm menſuras
ſuperiores thalamū eius ⁊ frōtem eius ⁊ veſtibu
lum eius ⁊ feneſtras eius per circuitum longitu
dine quinquaginta cubitorū: ⁊ latitudine vigin
tiquinqꝫ cubitorū. Et veſtibuluꝫ eius reſpiciebat
ad atriū exterius: ⁊ cultura palmarum in fronte
eius hinc ⁊ inde ⁊ ī octo gradibꝰ aſcēſus eiꝰ. Et
per ſingula gaſophylacia oſtiū in frōtibꝰ porta
ruꝫ: ibi lauabūt holocauſtū. Et ī veſtibulo por
te due mēſe hinc: ⁊ due mēſe inde: vt īmolet̄ ſuꝑ
eas holocauſtū: ⁊ ꝓ pctō ⁊ ꝓ delicto. Et ad latꝰ
exteriꝰ qđ aſcēdit ad oſtiū porte que pergit ad F
aquilonē: due mēſe. Et ad latus alterū ante ve-
ſtibulū porte due menſe. Quattuor mēſe hinc:
⁊ quattuor menſe inde. Per latera porte octo
mēſe erāt ſuꝑ quas immolabāt. Quattuor autē
menſe ad holocauſtum de lapidibus quadris ex
tructe longitudine cubiti vnius ⁊ dimidij: ⁊ lati
tudine cubiti vnius ⁊ dimidij ⁊ altitudine cubi-
ti vnius: ſuꝑ quas ponēt vaſa in ꝗbus īmolatur
holocauſtū ⁊ victima. Et labia earū palme vnꝰ
reflexa intrinſecus ꝑ circuitū. Suꝑ mēſas autē
carnes oblationis. Et extra portā interiorē ga-

zophylacia cātoꝛuꝫ in atrio interioꝛi: qđ erat in
latere poꝛte reſpicientis ad aquilonē: ⁊ facies eo
rum contra viā auſtralē: vna ex latere poꝛte oꝛiē-
talis: que reſpiciebat ad viā aq̄lonis. Et dixit ad
me. Hoc eſt gazophilaciū qđ reſpicit viā meridia
nam ſacerdotū qui excubāt in cuſtodijs templi.
Poꝛro gazophilaciū qđ reſpicit ad viaꝫ aquilo-
nis ſacerdotū erit qui excubant ad myniſterium
altaris. Iſti ſunt filij ſadoch: qui accedūt de filijs
leui ad dominum vt miniſtrent ei. Et mēſus eſt
atriū longitudine centū cubitoꝝ: ⁊ latitudine cē
tum cubitoꝛū per quadrū ⁊ altare ante faciē tem
B pli. Et introduxit me in veſtibulū tēpli: ⁊ mēſus
eſt veſtibulū q̄nqꝫ cubitis hinc: ⁊ q̄nqꝫ cubitis in
de. Et latitudinē poꝛte triū cubitoꝛū hinc ⁊ triū
cubitoꝛū inde. Longitudinē aūt veſtibuli viginti
cubitoꝛū: et latitudineꝫ vndecim cubitoꝛum. Et
octo gradibus aſcendebatur ad eam. Et colum-
ne erant in frontibus vna hinc: ⁊ altera inde.

¶ Capituli Summarium. ¶ Menſuratur tē
plum ⁊ ſanctūſanctoꝛum de cochlea quoqꝫ agit:
de oſtijs tēpli ⁊ ſanctuarij: ⁊ oſtiarijs ſanctuarij.

Capitulum. lj.

Et introduxit me in
templum: ⁊ menſus eſt frontes
ſex cubitos latitudinis hinc: et
ſex cubitos latitudinis inde; lati
tudinem tabernaculi. Et latitu-
do poꝛte deceꝫ cubitoꝛū erat: ⁊ latera poꝛte q̄nqꝫ
cubitis hinc: ⁊ quinqꝫ cubitis inde. Et menſus
eſt longitudinem eius quadraginta cubitoꝛum: ⁊
latitudinē vigiti cubitoꝝ. Et ītrogreſſus intrin
ſecus menſus eſt in fronte poꝛte duos cubitos: ⁊
poꝛtam ſex cubitoꝛū: ⁊ latitudineꝫ poꝛte ſeptem
cubitoꝛum. Et menſus eſt longitudinem eius vi-
ginti cubitoꝛum: ⁊ latitudinem eius viginti, cubi
toꝛum ante faciem templi. Et dixit ad me. Hoc
eſt ſanctum ſanctoꝛum. Et menſus eſt parietem
domus ſex cubitoꝛum: ⁊ latitudineꝫ lateris quat
tuoꝛ cubitoꝛuꝫ vndiqꝫ per circuitum domus. La
tera autem latus ad latus bis trigintatria. Et
erant eminentia que ingrederentur per parieteꝫ
B domus in lateribus per circuitum: vt contine-
rent et non attingerent parietem templi. Et pla
tea erat in rotundum: aſcendens ſurſum per co
chleam: ⁊ in cenaculum templi deferebat per gy-
rum. Idcirco latius erat templum in ſuperioꝛi-
bus. Et ſic de inferioꝛibus aſcendebatur ad ſupe
rioꝛa ⁊ in medium. Et vidi in domo altitudinem
per circuitum fundata latera ad menſuram cala-
mi ſex cubitoꝛum ſpacio: ⁊ latitudinem per parie
tem lateris foꝛinſecus quinqꝫ cubitoꝛuꝫ. Et erat
interioꝛ domus in lateribus domus. Et inter ga
zophilacia latitudinem viginti cubitoꝛum in cir-
cuitu domus vndiqꝫ: ⁊ oſtium lateris od oꝛatio-
nem: oſtiū vnum ad viam aquilonis: ⁊ oſtiū vnum
ad viam auſtralem: ⁊ latitudinem loci ad oꝛatio
nem quinqꝫ cubitoꝛum in circuitu. Et edificium
quod erat ſeparatuꝫ verſumqꝫ ad viam reſpicien
tem ad mare: latitudinis ſeptuaginta cubitoꝛuꝫ.
Paries autem edificij quinqꝫ cubitoꝛum latitu- C
dinis per circuitum: ⁊ longitudo eius nonaginta
cubitoꝛum. Et menſus eſt domus longitudinem
centum cubitoꝛū: ⁊ qđ ſeparatū erat edificiū ⁊ pa
rietes eius longitudinis centū cubitoꝛū. Latitu-
do autē ante faciē domus ⁊ eius qđ erat ſepara-
tum contra oꝛientem: centum cubitoꝛum. Et mē
ſus eſt longitudinē edificij contra facieꝫ eius qđ
erat ſeparatū ad doꝛſum hecthecas ex vtraqꝫ par
te centum cubitoꝛum. Et templum interius ⁊ ve
ſtibula atrij: limina ⁊ feneſtras obliquas: hecthe
cas in circuitu per tres p̄tes contra vniuſcuiuſqꝫ
limen: ſtratumqꝫ ligno per gyrū in circuitu. Terra D
autem vſqꝫ ad feneſtras: ⁊ feneſtre clauſe ſuper
oſtia: ⁊ vſqꝫ ad domū interioꝛem ⁊ foꝛinſecus per
omnē parietem in circuitu intrinſecus ⁊ foꝛinſe-
cus ad menſuraꝫ: ⁊ fabꝛefacta cherubim ⁊ palme.
Et palma inter cherub ⁊ cherub. Duaſqꝫ facies
habebat cherub: faciem hominis iuxta palmam
ex hac parte: ⁊ facieꝫ leonis iuxta palmam ex alia
parte expꝛeſſam: per omnē domuꝫ in circuitu: de
terra vſqꝫ ad ſuperioꝛē partē: cherubim ⁊ palme
celate erant in pariete templi. Limen quadran-
gulum: ⁊ facies aſpectus ſanctuarij cōtra aſpectū
altaris lignei triū cubitoꝛuꝫ altitudo: ⁊ lōgitudo
eius duoꝝ cubitoꝝ: ⁊ anguli eius ⁊, longitudo eiꝰ
⁊ parietes eius lignei. Et locutus eſt ad me. Hec
eſt menſa coꝛam dn̄o. Et duo oſtia erāt in tēplo ⁊
in ſanctuario: ⁊ in duobus oſtijs ex vtraqꝫ parte
bina erant oſtiola que in ſe inuicem plicabantur.
Bina enim oſtia erant ex vtraqꝫ parte oſtioꝛuꝫ.
Et celata erant in ipſis oſtijs templi cherubim et
ſculptura palmarum: ſicut in parietibus quoqꝫ
expꝛeſſa erant. Quamobꝛem et groſſioꝛa erant li
gna in veſtibuli fronte foꝛinſecus: ſuper que fene-
ſtre oblique: et ſimilitudo palmarum hinc atqꝫ
inde in humerulis veſtibuli: ſm̄ latera domus la
titudinemqꝫ parietum.

¶ Capi. Sum. ¶ De gazophilacijs auſtralis
⁊ aquilonalis edificij: ⁊ deſcriptione eoꝛū edifica
toꝛum de locis vbi edebant ſacerdotes: ꝙ nō exe
ant ad populum: niſi depoſitis veſtimentis mi-
niſterij ſui menſuratur murus diuidens ſanctua-
rium a vulgi loco.

Capitulum. xlij.

Et eduxit me in atriū
exterius per viā ducēteꝫ ad aqui A
lonē. Et induxix me in gazophy
laciū qđ erat cōtra ſeparatū edi-
ficium ⁊ cōtra edem vergentē ad
aquilonem in facie longitudinis centum cubitos
oſtij aquilonis et latitudinis quinquaginta cubi
tos contra viginti cubitos atrij interioꝛis: ⁊ con
tra pauimentum ſtratum lapide atrij exterioꝛis:
vbi erat poꝛticus iuncta poꝛticui, triplici. Et an-
te gazophylacia deambulatio decem cubitoꝛum
latitudinis: ad interioꝛa reſpiciens vie cubiti

vnius. Et oſtia earum ad aquilonem: vbi erant
gazophylacia in ſuperioꝛibus humilioꝛa: quia
ſuppoꝛtabant poꝛticus quem ex illis eminebant
B de inferioꝛibus et de medijs edificij. Triſtega
enim erant: et non habebant columnas ſicut
erant columne atrioꝛum. Propterea eminebāt
de inferioꝛibus et de medijs a terra cubitis quin
quaginta. Et peribolus exterioꝛ ſm gazophy-
lacia que erāt in via atrij exterioꝛis āte gazophi
lacia. Longitudo eius quinquaginta cubitoꝛuꝫ:
quia longitudo erat gazophylacioꝛum atrij ex-
terioꝛis quinquaginta cubitoꝛum: et longitudo
ante faciem templi centum cubitoꝛum. Et erat
ſubter gozophilacia hec introitus ab oꝛiente in-
gredientium in ea de atrio exterioꝛi in latitudi-
ne periboli atrij: quod erat contra viam oꝛien-
talem in faciem edificij ſeparati. Et erant ante
C edificium gazophilacia et via ante faciem eoꝛum
iuxta ſimilitudinem gazophilacioꝛum que erant
in via aquilonis. Secundum longitudinem eoꝛū
ſic ⁊ latitudo eoꝛum: ⁊ omnis introitus eoꝛum et
ſimilitudines et oſtia eoꝛum ſm oſtia gazophila
cioꝛum que erant in via reſpiciente ad nothum
oſtium in capite vie: que via erat ante veſtibu-
lum ſeparatum per viam oꝛientalem ingredienti
bus. Et dixit ad me. Gazophilacia aquilonis ⁊
gazophilacia auſtri: que ſunt ante edificium ſe-
paratum: hec ſunt gazophilacia ſancta in qui-
bus veſcuntur ſacerdotes qui appꝛopinquant
ad dominum in ſanctaſanctoꝛum. Ibi ponent
ſanctaſanctoꝛum: et oblationes pꝛo peccato et
pꝛo delicto: locus enim ſanctus eſt. Cum auteꝫ
ingreſſi fuerint ſacerdotes: non egredientur de
ſanctis in atrium exterius. Et ibi reponent ve-
D ſtimenta ſua in quibus miniſtrant: quia ſancta
ſunt: veſtienturqꝫ veſtimentis alijs: et pꝛoce-
dant ad populum. Cumqꝫ compleſſet menſu-
ras domus interioꝛis: eduxit me per viam poꝛ-
te que reſpiciebat ad viam oꝛientalem: et men-
ſus eſt eam vndiqꝫ per circuitum. Menſus eſt au
tem contra ventum oꝛientalem calamo menſu-
re: quingentos calamos: in calamo menſure
per circuitum. Et menſus eſt contra ventum
aquilonis quingentos calamos in calamo men-
ſure per gyrum. Et ad ventum auſtralem men
ſus eſt quingētos calamos: in calamo menſure
per circuitum. Et ad ventum occidentalem men
ſus eſt quingentos calamos in calamo menſure.
Per quattuoꝛ ventos menſus eſt murū eius vn-
diqꝫ per circuitū: longitudinē quingentoꝛū cubi
toꝛum: et latitudinem quingentoꝛum cubitoꝛuꝫ:
diuidentem inter ſanctuarium et vulgi locum.

¶ Capitulū Summarium ¶ Vidit pꝛophe-
ta claritatem dei: arguit iudeos de idolis ſuis:
pꝛecipitur oſtendere figuram et deſcriptionem
domus: de menſura altaris holocauſtoꝛum: de
ritu eius et ſacrificijs eiuſdem.

Capitulum. xliij.

ET duxit me A
ad poꝛtam que re
ſpiciebat ad viaꝫ
oꝛientalem. Et ec
ce gloꝛia dei in iſrael ingredie-
batur per viam oꝛientalem: et
vox erat ei quaſi vox aquarum
multarum: et terra ſplendebat
a maieſtate eius. Et vidi viſio-
nem ſm ſpeciem quam videraꝫ
quando venit vt diſperderet ciuitatem: ⁊ ſpecies
ſm aſpectum quem videram iuxta fluuium cho-
bar. Et cecidi ſuper faciem meam. Et maieſtas B
domini ingreſſa eſt templum per viam poꝛte que
reſpiciebat ad oꝛientem. Et leuauit me ſpiritus:
et introduxit me in atrium interius: et ecce re-
pleta erat gloꝛia domini domus. Et audiui lo-
quentem ad me de domo. Et vir qui ſtabat iu-
xta me: dixit ad me. Fili hominis: locus ſolij
mei et locus veſtigioꝛum pedum meoꝛum: vbi
habito in medio filioꝛum iſrael in eternū: et non
polluet vltra domus iſrael nomen ſanctum meū:
ipſi et reges eoꝛum in foꝛnicationibus ſuis: et
in ruinis regum ſuoꝛum: et in excelſis qui fabꝛi-
cati ſunt limen ſuum iuxta limen meum: et po-
ſtes ſuos iuxta poſtes meos: et murus erat in-
ter me et eos. Et polluerunt nomen ſanctum
meum in abominationibus quas fecerunt pꝛo-
pter quod conſumpſi eos in ira mea. Nunc er- C
go repellant pꝛocul foꝛnicationem ſuam ⁊ rui-
nas regum ſuoꝛum a me: ⁊ habitabo in medio eo
rum ſemper. Tu autem fili hominis oſtende do-
mui iſrael templum. et confundantur ab iniqui-
tatibus ſuis: et metiantur fabꝛicaꝫ: et erubeſcāt
ex omnibus que fecerunt. Figuram domus et
fabꝛice eius exitus ⁊ introitus et omnem deſcri-
ptioneꝫ eius: ⁊ vniuerſa pꝛecepta eius: cunctūqꝫ
oꝛdinem eius et omnes leges eius oſtende eis: ⁊
ſcribes in oculis eoꝛum: vt cuſtodiant omnes de
ſcriptiones eius: et pꝛecepta illius: et faciant ea
Iſta eſt lex domus in ſummitate montis. Om- D
nes fines eius in circuitu: ſanctaſanctoꝛum eſt.
Hec eſt ergo lex domus. Iſte autem menſure al
taris in cubito veriſſimo: qui habebat cubituꝫ
et palmum. In ſinu eius erat cubitus: et cubi-
tus in latitudine et definitio eius vſqꝫ ad labiuꝫ
eius et in circuitu palmus vnus. Hec quoqꝫ erat
foſſa altaris. Et de ſinu terre vſqꝫ ad crepidinē
nouiſſimam duo cubiti et latitudo cubiti vnius
et a crepidine minoꝛe vſqꝫ ad crepidinem maio-
rem quattuoꝛ cubiti et latitudo cubiti vnius.
Ipſe autem ariel quattuoꝛ cubitoꝛum et ab
ariel vſqꝫ ſurſum coꝛnua quattuoꝛ. Et ariel duo
decim cubitoꝛum in longitudine per duodecim
cubitos latitudinis quadrangulum equis late-
ribus. Et crepido quattuoꝛdecim cubitoꝛum lō- E
gitudinis per quattuoꝛdecim cubitos latitudi-
nis in quattuoꝛ angulis eius. Et corona in cir-
cuitu eius dimidij cubiti ⁊ ſinus eius vnius cu-
biti per circuitum. Gradus autem eius verſi-

F ad oꝛientem. Et dixit ad me. Fili hominis. Hec
dicit dominus deus. Hi ſunt ritus altaris. In
quacunqꝫ die fuerit fabꝛicatum: vt offeratur ſupꝛ
illud holocauſtum: ⁊ effundatur ſanguis. Et da-
bis ſacerdotibus ⁊ leuitis qui ſunt de ſemine ſa-
doch qui accedunt ad me ait dñs deus vt offerãt
mihi vitulum de armento pꝛo peccato. Et aſſu-
mens de ſangune eius pones ſuper quattuoꝛ coꝛ-
nua eius: ⁊ ſuper quattuoꝛ angulos crepidinis: ⁊
ſuper coꝛonam in circuitu: ⁊ mundabis illud ⁊ ex
piabis. Et tolles vitulum qui oblatus fuerit pꝛo
peccato: ⁊ combures eum in ſeparato loco dom9
extra ſanctuariũ. Et in die ſecunda offeres hircũ
G capꝛarũ immaculatũ pꝛo peccato: ⁊ expiabũt al-
tare ſicut expiauerunt in vitulo. Cũqꝫ compleue
ris expians illud: offeres vitulum de armento im
maculatum: ⁊ arietem de grege immaculatũ: ⁊ of
feres eos in conſpectu domini. Et mittent ſacer-
dotes ſuper eos ſal: ⁊ offerẽt eos holocauſtũ do-
mino. Septem diebus facies hircum pꝛo peccato
quotidie: ⁊ vitulum de armento: ⁊ arietem de pe-
coꝛibus immaculatos offerent ſeptem diebus: et
expiabunt altare: ⁊ mundabũt illud: ⁊ implebũt
manum eius. Expletis autem ſeptem diebus: in
die octaua et vltra facient ſacerdotes ſuper alta
re holocauſta veſtra: ⁊ que pꝛo pace offerunt: et
placatus ero vobis: ait dominus deus.

¶ Capitu. Sumari ¶ De poꝛta clauſa: et ne
incircuncisi intrent ſanctuarium: de ſanctimonia
⁊ hereditate leuitarum. Capl'm. xliiij.

A

ET conuer-
tit me ad viã poꝛ
te ſanctuarij ex-
terioꝛis: que re-
ſpiciebat ad oꝛiẽ
tem: ⁊ erat clauſa. Et dixit dñs
ad me. Poꝛta hec clauſa erit ⁊
non aperietur: ⁊ vir non tran
ſiet per eaꝫ: qm̃ dñs deus iſrael
ingreſſus eſt per eã: eritqꝫ clau
ſa pꝛincipi. Pꝛinceps ipſe ſedebit in ea vt come
dat panem coꝛam dño. Per viam poꝛte veſtibu-
li ingredietur: ⁊ per viam eius egredietur. Et ad
duxit me per viam poꝛte aquilonis in conſpectu
B domus: ⁊ vidi ⁊ ecce impleuit gl'ia dñi domũ dñi.
Et cecidi in faciem meam. Et dixit ad me dñs.
Fili hoĩs: pone coꝛ tuum: ⁊ vide oculis tuis: ⁊ au
ribus tuis audi oĩa que ego loquar ad te de vni-
uerſis cerimonijs domus dñi: ⁊ de cũctis legibus
eius. Et pones coꝛ tuum in vijs templi per oĩs
exitus ſanctuarij: ⁊ dices ad exaſperanteꝫ me do-
mum iſrael. Hec dicit dñs deus. Sufficiant vo-
bis oĩa ſcelera veſtra domus iſrael eo ꝙ induci-
tis filios alienos incircunciſos coꝛde ⁊ incircum-
C ciſos carne: vt ſint in ſanctuario meo: ⁊ polluant
domum meaꝫ: ⁊ offertis panes meos: adipẽ ⁊ ſan
guinem: ⁊ diſſoluiſtis pactum meum in omnibus
ſceleribus veſtris: ⁊ nõ ſeruaſtis pꝛecepta ſanctua
rij mei: ⁊ poſuiſtis cuſtodes obſeruationũ meaꝛũ
in ſanctuario meo vobiſmetipſis. Hec dicit dñs
deus. Omnis alienigena incircunciſus coꝛde ⁊ in-
circunciſus carne: non ingredietur ſanctuarium
meum: omnis filius alienus qui eſt in medio filio
rum iſrael. Sed ⁊ leuite qui longe receſſerunt a
me in erroꝛe filioꝛum iſrael: ⁊ errauerũt a me poſt
idola ſua: ⁊ poꝛtauerũt iniquitatẽ ſuam erunt in
ſanctuario meo editui ⁊ ianitoꝛes poꝛtarũ dom9
⁊ miniſtri domus. Ipſi mactabunt holocauſta et
victimas populi: ⁊ ipſi ſtabunt in conſpectu eoꝝ:
vt miniſtrent eis. Pꝛo eo ꝙ miniſtrauerunt illis D
in conſpectu idoloꝛum ſuoꝛuꝫ: ⁊ facti ſunt domui
iſrael in offendiculum iniquitatis: idcirco leuaui
manum meã ſuper eos: ait dñs deus: ⁊ poꝛtaue-
runt iniquitatem ſuam. Et nõ appꝛopinquabũt
ad me vt ſacerdotio fungãtur mihi: neqꝫ accedẽt
ad omne ſanctuarium meũ iuxta ſancta ſanctoꝛũ:
ſed poꝛtabunt confuſionem ſuã ⁊ ſcelera ſua que
fecerunt. Et dabo eos ianitoꝛes domus in omni
miniſterio eius ⁊ vniuerſis que fient in ea. Sacer
dotes autem leuite filij ſadoch qui cuſtodierunt
cerimonias ſanctuarij mei: cũ errarent filij iſrael
a me: ipſi accedent ad me vt miniſtrẽt mihi: ⁊ ſta
bunt in conſpectu meo vt offerant mihi adipem
⁊ ſanguinem: ait dñs deus. Ipſi ingredientur ſan E
ctuarium meũ: ⁊ ipſi accedent ad menſam meam
vt miniſtrẽt mihi: ⁊ cuſtodiãt cerimonias meas.
Cumqꝫ ingredientur poꝛtas atrij interioꝛis: veſti-
bus lineis induẽtur: nec aſcendet ſuper eos quicꝙ̃
laneum: quando miniſtrãt in poꝛtis atrij interio
ris ⁊ intrinſecus. Vitte linee erunt in capitibus
eoꝛum: ⁊ feminalia linea erunt in lumbis eoꝛum:
⁊ non accingentur in ſudoꝛe. Cumqꝫ ingrediẽt
atrium exterius ad populum: exuent ſe veſtimen
tis ſuis in quibus miniſtrauerant: ⁊ reponent ea
in gazophilacio ſanctuarij: ⁊ veſtient ſe veſtimen
tis alijs: ⁊ non ſanctificabunt populũ in veſtibus
ſuis. Caput aũt ſuum nõ radent neqꝫ comam nu F
trient: ſed tondentes attondent capita ſua. Et
vinum non bibet oĩs ſacerdos quando ingreſſu-
rus eſt atrium interius. Et viduam ⁊ repudiatã Leui. xxi. c.
non accipient vxoꝛes: ſed virgines de ſemine do-
mus iſrael. Sed ⁊ viduã que fuerit vidua a ſacer
dote: accipient. Et populum meuꝫ docebunt ꝗd
ſit inter ſanctum ⁊ pollutũ: ⁊ inter mundũ ⁊ im-
mundum oſtendent eis. Et cum fuerit cõtrouer-
ſia: ſtabunt in iudicijs meis ⁊ iudicabunt. Leges
meas ⁊ pꝛecepta mea in omnibus ſolẽnitatibus
meis cuſtodiẽt: ⁊ ſabbata mea ſanctificabũt. Et
ad moꝛtuũ hoieꝫ nõ ingrediẽt: ne polluant: niſi
ad patrem ⁊ matrem: ⁊ filiũ ⁊ filiã: ⁊ fratrem ⁊ ſo
roꝛem que alterum virũ nõ habuit: in quibus con
taminabuntur. Et poſtꝙ̃ fuerit emundatus: ſe- G
ptem dies numerabunt ei: ⁊ in die introitus ſui
in ſanctuariũ ad atriũ interius vt miniſtrẽt mihi
in ſanctuario: offeret pꝛo peccato ſuo: ait deus.
Non erit autem eis hereditas: ego hereditas eo
rum. Et poſſeſſioneꝫ nõ dabitis eis in iſrael: ego
enĩ poſſeſſio eoꝝ. Victimam ⁊ pꝛo peccato ⁊ pꝛo
delicto ipſi comedent: ⁊ omne votũ in iſrael ipſo-

rum erit. Et primitiua omniũ primogenitorum:
⁊ omnia libamēta ex oībus que offeruntur: ſacer
dotum erũt. Et primitiua ciborum vxorũ dabi-
tis ſacerdoti: vt reponat benedictiões domui ſue.
Exo.xxij.d Omne morticiniũ ⁊ captũ a beſtia de auibus ⁊ de
Leui.xxij.b pecoribus: non comedent ſacerdotes.

¶ Capituli Summarium. ¶ De loco ſanctificato in quo ſunt ſanctaſanctorum: ⁊ habitatio ſanctorum: de iuſticia põderis ⁊ menſure: de quãtitate primitiarum: de duabus primis ſolennitatibus primi menſis: que non ſunt in lege: de oblationibus paſche: penthecoſtes ⁊ ſcenophegie.

Capitulum.xlv.

A Umq; ceperitis ter
ram diuidere: ſortito ſeparate
primitias dño: ſanctificatum
de terra longitudine viginti-
quinq; milia: ⁊ latitudine de-
cem milia. Sanctificatum erit
in omni termino eius per cir-
cuitum. Et erit ex omni parte ſanctificatũ quin-
gentos per quingentos: quadrifariam per circui
tum: ⁊ quinquaginta cubitis in ſuburbana eius
per gyrum. Et a menſura iſta menſurabis longi
tudinem vigintiquinq; milium: ⁊ latitudinem de
B cem milium. Et in ipſo erit tēplũ ſanctumq; ſan
ctorum. Sanctificatum de terra erit ſacerdotib⁹
miniſtris ſanctuarij: qui accedunt ad miniſteriũ
dñi. Et erit eis locus in domos ⁊ in ſanctuarium
ſanctitatis. Uigintiquinq; autem milia longitu
dinis: ⁊ decem milia latitudinis erunt leuitis qui
miniſtrant domui. Ipſi poſſidebunt viginti ga-
zophylacia. Et poſſeſſiões ciuitatis dabitis q̃nq;
milia latitudinis: ⁊ longitudinis vigintiquinq;
milia ſ͡m ſeparationē ſanctuarij omni domui iſrl'.
C Principi q̃ꝫ hinc ⁊ inde in ſeparationẽ ſanctua
rij ⁊ in poſſeſſionē ciuitatis: ⁊ cōtra faciē ſepara-
tionis ſanctuarij: ⁊ cōtra faciē poſſeſſionis vrbis
a latere maris vſq; ad mare: ⁊ a latere orientis
vſq; ad orientē. Longitudinis aũt iuxta vnam-
quamq; partē a termino occidentali vſq; ad ter-
minum orientalem: de terra erit ei poſſeſſio in iſ-
rael. Et non depopulabunt᷑ vltra principes po-
pulum meũ: ſed terram dabunt domui iſrael ſ͡m
tribus eorum. Hec dicit dñs deus. Sufficiat vo-
bis principes iſrael: iniquitatem ⁊ rapinas inter
D mittite: ⁊ iudiciũ ⁊ iuſticiã facite. Separate con
finia veſtra a populo meo: ait dñs deus. State-
ra iuſta ⁊ ephi iuſtum ⁊ batus iuſtus erit vobis.
Ephi ⁊ batus equalia ⁊ vnius menſure erunt: vt
capiat decimam partē chori batus: ⁊ decimã par
Exo.xxx.b tem chori ephi. Iuxta menſurã chori erit equa li
Leui.xxvij. bratio eorum. Siclus autem viginti obolos ha-
c. bet. Porro viginti ſicli et vigintiq̃nq; ſicli ⁊ q̃n-
Nũe.iij.g. decim ſicli mnam faciũt. Et he ſunt pmitie quas
tolletis: ſextam partem ephi de choro frumenti
E ⁊ ſextã partem ephi de choro hordei. Menſura q̃ꝫ
olei. Batus olei decima pars chori eſt: ⁊ decem
bati chorum faciunt: qꝛ decē bati implent chorũ.
Et arietem vnũ de grege ducentorũ de his que
nutriunt iſrael in ſacrificiũ ⁊ in holocauſtum ⁊ in
pacifica: ad expiandũ pro eis: ait dñs deus. Oīs
populus terre tenebitur primitijs his principi in
iſrael. Et ſuper principem erũt holocauſta ⁊ ſa-
crificium ⁊ libamina in ſolēnitatibus ⁊ in calen-
dis ⁊ in ſabbatis: ⁊ in vniuerſis ſolēnitatibus do
mus iſrael. Ipſe faciet pro peccato ſacrificium ⁊
holocauſtum ⁊ pacifica: ad expiandum pro domo
iſrael. Hec dicit dñs deus. In primo menſe vna F
menſis ſumes vitulum de armento immaculatũ:
et expiabis ſanctuariũ. Et tollet ſacerdos de ſan
guine qđ erit pro peccato ⁊ ponet in poſtibus do
mus: et in quattuor angulis crepidinis altaris ⁊
in poſtibus porte atrij interioris. Et ſic facies in
ſeptima menſis pro vnoq; qui ignorauit ⁊ errore
deceptus eſt: et expiabis pro domo. In primo
menſe quartadecima die mēſis erit vobis paſche
ſolēnitas. Septem diebus azyma comedētur. Et
faciet princeps in die illa pro ſe ⁊ pro vniuerſo po
pulo terre vitulum pro peccato. Et in ſeptem die G
rum ſolēnitate faciet holocauſtũ domino: ſeptem
vitulos ⁊ ſeptē arietes immaculatos quotidie ſe
ptem diebus: ⁊ pro peccato hircũ caprarum: ⁊ ſa
crificium ephi per vitulum ⁊ ephi per arietem fa
ciet: ⁊ olei hinc per ſingula ephi. Septimo menſe
quintadecima die menſis in ſolennitate faciet ſi-
cut ſupradicta ſunt per ſeptem dies: tam pro pec
cato q̃ pro holocauſto ⁊ in ſacrificio ⁊ in oleo.

¶ Capituli Summariũ. ¶ De ſacrificijs ſabbati ⁊ neomenie: per quas portas intrare debebãt et exire principes et populi ad orandũ deũ: ⁊ de ſpõtaneo holocauſto principis: quis pnceps poſſit dare: et de deſtructione coquinarum.

Capitulum.xlvj.

Ec dicit dom⁹ deus A
Porta atrij interioris que re-
ſpicit ad orientē: erit clauſa ſex
diebus in q̃bus opus fit. Die
autem ſabbati aperietur. Sed
⁊ in die calendarũ aperiet᷑ ⁊ in-
trabit princeps per viam veſti
buli porte deforis ⁊ ſtabit in limine porte. Et fa-
cient ſacerdotes holocauſtũ eius ⁊ pacifica eius
et adorabit ſuper limen porte et egrediet᷑. Por-
ta autem nõ claudet᷑ vſq; ad veſperã. Et adora-
bit populus terre ad oſtiũ porte illius in ſabba- B
tis et in calendis coram dño. Holocauſtũ autem
hoc offeret pnceps dño in die ſabbati ſex agnos
immaculatos et arietem immaculatũ ⁊ ſacrificiũ
ephi per arietem. In agnis aũt ſacrificiũ qđ de-
derit man⁹ eius et olei hin p ſingula epi. In die
autem calendarum vitulum de armento immacu
latum et ſex agni ⁊ arietes immaculati erunt et
ephi per vitulum: ephi quoq; per arietem faciet
ſacrificium. De agnis autem ſicut inuenerit ma
nus eius olei hin per ſingula ephi. Cumq; ingreſ C

ſus eſt princeps per viam veſtibuli porte ingre-
diatur: ⁊ per eandē viā exeat. Et cū intrabit po-
pulus terre in cōſpectu dñi in ſolēnitatibus: qui
ingreditur per portam aquilonis vt adoret: egre-
diatur per viā porte meridiane. Porro qui in-
greditur per viā porte meridiane: egrediatur per
viam porte aquilonis. Non reuertetur per viam
porte per quam ingreſſus eſt: ſed e regione illius
gredietur. Princeps aūt in medio eorū cum in
egredientibus ingredietur: ⁊ cū egredientibus
D egredietur. Et in nundinis ⁊ in ſolēnitatibꝰ erit
ſacrificium ephi per vitulū ⁊ ephi per arietē. In
agnis autē erit ſacrificiū ſicut inuenerit manus
eius: ⁊ olei hin per ſingla ephi. Cum autē fecerit
princeps ſpontaneum holocauſtum: aut pacifica
voluntaria domino aperietur ei porta que reſpi-
cit ad orientem: ⁊ faciet holocauſtum ſuū ⁊ paci
fica ſua: ſicut fieri ſolet in die ſabbati: ⁊ egredieſ:
claudeturq; porta poſtq̄ exierit. Et agnū eiuſdē
E anni immaculatū faciet holocauſtū quotidie do-
mino. Semper mane faciet illud. Et faciet ſacri-
ficium ſuper eo catamane: mane ſextam partem
ephi: ⁊ de oleo tertiam partē hin: vt miſceatur
ſimile ſacrificium dño legitimū iuge atq; perpe-
tuum. Faciet agnum ⁊ ſacrificium ⁊ oleum cata-
mane: mane holocauſtum ſempiternum. Hec di-
cit dñs deus. Si dederit princeps domū alicui
de filiis ſuis: hereditas eius filiorum ſuorum erit
poſſidebunt eam hereditarie. Si autem dederit
legatum de hereditate ſua vni ſeruorum ſuorū:
erit illius vſq; ad annū remiſſiōis: ⁊ reuertetur
F ad principem. Hereditas autem eius filiis eius
erit. Et non accipiet princeps de hereditate po
puli per violentiam: ⁊ de poſſeſſione eorum: ſed
de poſſeſſione ſua hereditatem dabit filiis ſuis:
vt non diſpergatur populus meus vnuſquiſq; a
poſſeſſione ſua. Et introduxit me per ingreſſum
qui erat ex latere porte: ⁊ gazophylacio ſanctua-
rii ad ſacerdotes: que reſpiciebant ad aquilonē.
Et erat ibi locus vergens ad occidentem. Et di
xit ad me. Iſte eſt locus vbi coquent ſacerdotes
pro peccato et pro delicto vbi coquent ſacrificiū:
vt non efferant in atriū exterius: ⁊ ſanctificetur
G populus. Et eduxit me in atrium exterius: ⁊ cir-
cunduxit me per quattuor angulos atrii. Et ecce
atriolum erat in angulo atrii: atriola ſingula per
angulos atrii. In quattuor angulis atrii atriola
diſpoſita quadraginta cubitorum per longum: ⁊
triginta per latū. Menſure vnius quattuor: erāt
⁊ paries per circuitū ambiēs quattuor atriola et
culine fabricate erant ſubter porticus per gyrum
⁊ dixit ad me. Hec eſt domus culinarum in qua
coquent miniſtri domꝰ domini victimas populi.

¶ Capituli Summarium. ¶ De aquis multis que procedunt de templo: de gratia baptiſmi: de diuiſione terre quam hereditarie accepit iſrael: ⁊ de portis ciuitatis cuius nomen eſt domus iude.

Capitulum. xlvii.

Et cōuertit me ad portam domus: et ecce aque egrediebantur ſubter limen domus ad orientem. Facies enim domus reſpiciebat ad orientē. Aque autē deſcendebant in latus templi dextrum ad meridiem altaris. A
Et eduxit me per viam porte aquilonis: ⁊ conuer
tit me ad viam foras portam exteriorē: viam que
reſpiciebat ad orientem. Et ecce aque redundan
tes a latere dextro cum egrederetur vir ad orien
tem: qui habebat funiculum in manu ſua: ⁊ men
ſus eſt mille cubitos. Et traduxit me per aquam B
vſq; ad talos. Rurſumq; menſus eſt mille: ⁊ tra
duxit me p aquam vſq; ad genua. Rurſumq; mē
ſus eſt mille: ⁊ traduxit me per aquam vſq; ad re
nes. Et menſus eſt mille torrentem quem non po
tui pertranſire: qm̄ intumuerant aque pfunde tor
rentis: qui non poteſt tranſuadari. Et dixit ad
me. Certe vidiſti fili hominis. Et eduxit me ⁊ cō
uertit ad ripam torrentis. Cumq; me conuertiſ-
ſem: ecce in ripa torrentis ligna multa nimis ex
vtraq; parte. Et ait ad me. Aque iſte que egre-
diuntur ad tumulos ſabuli orientalis: ⁊ deſcen-
dunt ad plana deſerti: intrabūt mare ⁊ exibunt ⁊
ſanabuntur aque: Et omnis anima viuēs que ſer
pit quocūq; venerit torrēs: viuet: ⁊ erunt piſces
multi ſatis poſtq̄ venerint illuc aque iſte. Et ſa-
nabuntur ⁊ viuent omnia ad que venerit torrens
⁊ ſtabunt ſuper illa piſcatores. Ab engaddi vſq;
ad engallim ſiccatio ſagenarū erit. Plurime ſpe
cies erunt piſciū eius: ſicut piſces maris magni
multitudinis nimie. In littoribus autem eius et
in paluſtribus non ſanabūtur: quia in ſalinas da C
buntur. Et ſuper torrentem orietur in ripis eius
ex vtraq; parte omne lignum pomiferum. Non
defluet folium ex eo: ⁊ non deficiet fructus eius.
Per ſingulos menſes afferet primitiua: q2 aque
eius de ſanctuario egredientur. Et erūt fructus
eius in cibum: et folia eius ad medicinā. Hec di
cit dñs deus. Hic eſt terminus in quo poſſidebi-
tis terrā in duodecim tribubus iſrael: q2 ioſeph
duplicem funiculum habet. Poſſidebitis autem
eam ſinguli eque vt frater ſuus: ſuper quam leua
ui manū meam: vt darē prībus vrīs. Et cadet ter
ra hec vobis in poſſeſſionē. Hic eſt autem termi
nus terre ad plagā ſeptētrionalē: a mari magno
via ethalon venietibus ſadada emath: berotha:
ſabarim: que eſt inter mediū damaſci ⁊ cōfinium
emath: domus thicon: que eſt iuxta terminum au
ran. Et erit terminus a mari vſq; ad atriū enon D
terminus damaſci: ⁊ ab aquilone ad aquilonē ter
minus emath plaga ſeptentrionalis. Porro pla-
ga orientalis de medio auran ⁊ de medio dama
ſci: ⁊ de medio galaad. ⁊ de medio terre iſrael ior-
danis diſterminans ad mare orientale metiemini
plagam orientalem. Plaga autem auſtralis me-

ridiana a thamar vſqꝫ ad aquas contradictio-
nis cades: torrens vſqꝫ quo ad mare magnum.
Et hec eſt plaga ad meridiem auſtralis. Et pla-
ga maris: mare magnum a confinio per directū
donec venias emath: hec eſt plaga maris. Et di
uidetis terram iſtam vobis per tribus iſrael: et
mittetis eam in hereditatem vobis et aduenis
qui acceſſerint ad vos: qui genuerit filios in me
dio veſtrum: et erunt vobis ſicut indigene inter
filios iſrael vobiſcū diuident poſſeſſionem in me
dio tribuuꝫ iſrael. In tribu autē quacūqꝫ fuerit
aduena ibi dabitis poſſeſſionē illi: ait dn̄s deꝰ.

Capituli Summarium. Hic diſcribitur diuiſio terre, quātum ad intraneos.

Capitulum. xlviij.

a ET hec nomina tri-
buum a finibus aquilonis iu-
xta viam ethalon pergētibus
emath atrion enon terminus
damaſci ab aquilone iuxta vi
am emath. Et erit ei plaga
orientalis mare dan vna: et
a termino dan a plaga orientali vſqꝫ ad plagaꝫ
maris: aſer vna. Et ſuper terminum aſer a pla
ga orientali vſqꝫ ad plagā maris neptalim vna.
Et ſuper terminum neptalim a plaga orientali
vſqꝫ ad plagā maris manaſſe vna. Et ſuper ter
minum manaſſe a plaga orientali vſqꝫ ad plagā
maris: ephraim vna. Et ſuper terminū ephraim
a plaga orientali vſqꝫ ad plagam maris ruben
vna. Et ſuper terminuꝫ ruben a plaga orientali
vſqꝫ ad plagaꝫ maris: iuda vna. Et ſuper termi
num iuda a plaga orientali vſqꝫ ad plagam ma
ris erūt primitie: quas ſeparabitis vīgītiquīqꝫ
milibus calamis latitudinis et longitudinis: ſi-
cuti ſingule partes a plaga orientali vſqꝫ ad pla
gam maris. Et erit ſanctuarium in medio eius.
Primitie quas ſeparabitis domino longitudo
vigintiquinqꝫ milibus et latitudo decem mili-
b bus. He autem erunt primitie ſanctuarij ſacer-
dotum ad aquilonem: et longitudinis viginti-
quīqꝫ milia: et a mare latitudinis decem milia:
ſed ad orientem latitudinis decem milia: et ad
meridiem longitudinis vigintiquinqꝫ milia. Et
erit ſanctuarium domini in medio eius. Sacer-
dotibus ſanctuarium erit de filijs ſadoch: qui
cuſtodierunt cerimonias meas ⁊ non errauerūt
cum errarent filij iſrael: ſicut errauerūt ⁊ leuite.
Et erunt eis primitie de primitijs terre ſanctuꝫ
ſanctorum iuxta terminum leuitarum. Sed et
leuitis ſimiliter iuxta ſies ſacerdotum viginti-
quinqꝫ milia longitudinis: et latitudinis decem
milia. Omnis longitudo viginti et quinqꝫ miliū
et latitudo decem milium. Et non venundabūt
ex eo neqꝫ mutabunt neqꝫ tranferētur primitie
terre: quia ſanctificate ſunt domino. Quinqꝫ mi
lia autem que ſuperſunt in latitudine per vigin
tiquinqꝫ milia prophana erunt vrbis in habita-
culum ⁊ in ſuburbana: et erit ciuitas in medio
eius. Et he menſure eius. Ad plagam ſeptētrio
nalem quingenti ⁊ quattuor milia: et ad plagaꝫ
meridianaꝫ quingēti ⁊ quattuor milia: ⁊ ad pla
gam orientalē quingenti ⁊ quattuor milia: et ad
plagam occidentalē quingēti ⁊ quattuor milia.
Erunt autem ſuburbana ciuitatis ad aquilonē
ducēti quinquaginta: ⁊ ad meridiē ducēti quin
quaginta: et ad orietē ducenti quinquaginta: et
ad mare ducenti quinquaginta. Qđ aūt reliquū
fuerit in longitudine ſḿ primitias ſanctuarij de
ceꝫ mila in orientem: ⁊ decē milia in occidenteꝫ
erunt ſicut primitie ſanctuarij. Et erunt fruges
eius in panes his qui ſeruiunt ciuitati. Seruien
tes auteꝫ ciuitati operabunt ex omnibꝰ tribubꝰ
iſrael. Oēs primitie vigintiquinqꝫ miliū per vi-
gintiquinqꝫ milia in quadrū ſeparabūtur in pri
mitias ſanctuarij ⁊ poſſeſſionem ciuitatis. Qđ c
autem reliquū fuerit principis erit ex omni par
te primitiarum ſanctuarij ⁊ poſſeſſiōis ciuitatis
e regione vigintiquinqꝫ milium pimitiaruꝫ vſqꝫ
ad terminum orientalē: ſed a mari e regione vi-
gintiquinqꝫ milium vſqꝫ ad terminum maris.
Similiter in partibus principis erit. Et erunt
primitie ſanctuarij: ⁊ ſanctuariuꝫ templi in me-
dio eius. De poſſeſſione autē leuitaruꝫ ⁊ de poſ
ſeſſione ciuitatis in medio partium principis:
erit in termino iudaꝫ in terminum beniamin: ⁊
ad principem pertinebit. Et reliquis tribubus
a plaga orientali vſqꝫ ad plagam, occidētalem
beniamin vna. Et contra terminum beniamin:
a plaga orientali vſqꝫ ad plagam occidentalem
ſymeon vna. Et ſuper terminum ſymeonis a pla
ga orientali vſqꝫ ad plagaꝫ occidentalē: iſachar d
vna. Et ſuper terminum iſachar a plaga orietali
vſqꝫ ad plagā occidentalem zabulon vna. Et ſu-
per terminum zabulō a plaga orientali vſqꝫ ad
plagaꝫ maris: gad vna. Et ſuper terminum gad
ad plagam auſtri in meridie: ⁊ erit finis de tha-
mar vſqꝫ ad aquas cōtradictiōis cades: heredi
tas contra mare magnuꝫ. Hec eſt terra quā mit
tetis in ſortem tribubus iſrael: et he portiones
earum: ait dominꝰ deus. Et hi egereſſus ciuita
tis. A plaga ſeptemtrionali quingētos ⁊ quat-
tuor milia menſurabis. Et porte ciuitatis in om
nibus tribubꝰ iſrael. Porte tres a ſeptētrione
Porta rubē vna: porta iuda vna: porta leui vna
Et ad plagā orientalem quingentos ⁊ quattuor
milia. Er porte tres: porta ioſeph vna. porta bē
iamin vna: porta dan vna. Et ad plagam meri-
dianā quingētos ⁊ quattuor milia metieris. Et
porte tres. Porta ſymeonis vna: porta iſachar
vna: porta zabulon: vna. Et ad plagam occiden
talem qningētos ⁊ quattuor milia. Et porte eo
rum tres: porta gad vna: porta aſſer: vna: porta
neptalim vna. Per circuituꝫ decē ⁊ octo milia.
Et nomen ciuitatis ex illa die: dominus ibideꝫ.

Ezechiel propheta explicit.

¶ Prologus sancti Hieronymi in Danielem prophetam incipit.

Anielem prophetaȝ
iuxta ſeptuaginta interpretes
dñi ſaluatoris eccľie nō legūt:
vtētes Theodotiōis editiōe:⁊
hoc cur acciderit:neſcio. Siue
eñi q: ſermo chaldaicus eſt et
q̇buſdā ꝓprietatibꝰ a nr̃o elo-
quio diſcrepat:noluerūt ſeptuaginta interp̄tes
eaſdē lingue lineas in trāſlatiōe ſeruare:ſub noīe
eorū ab alio neſcio quo nō ſatis chaldeā linguaȝ
ſciēte editꝰ eſt liber:ſiue aliud q̇d cauſe extiterit
ignorās:hoc vnū affirmare poſſuȝ:ꝙ multū a ve-
ritate diſcordet:⁊ recto iudicio repudiatus ſit.
Sciendū q̇ppe Danielē maxie ⁊ Eſdrā hebrai-
cis q̇deȝ lr̃is:ſȝ chaldeo ſermone ꝯſcriptos:⁊vnā
Hieremie pericopen:Job ꝗ cum arabica lingua
plurimā hēre ſocietatē. Deniqȝ ⁊ ego adoleſcen
tulus poſt Quintiliani ⁊ Tulij lectionē ac flores
rhetoricos:cū me in lingue huius piſtrinū reclu-
ſiſſem:⁊ multo ſudore:multoqȝ tp̄e vix cepiſſem
anhelātia ſtridētiaqȝ verba reſonare:⁊ quaſi per
cryptā ambulās:rarū deſuper lumen aſpicerē:im
pegi nouiſſime in Danielē:⁊ tāto tedio affectus
ſum:vt deſperatiōe ſubita oēm laborē veterē vo
luerim contēnere. Verū adhortāte me quodā he
breo:⁊ illud mihi crebrꝰ ſua lingua ingerente:la-
bor improbꝰ oīa vincit:⁊ qui mihi videbar ſciolꝰ
inter hebreos:cepi rurſus eſſe diſcipulꝰ chaldai-
cus. Et vt verū fatear:vſqȝ ad pn̄teȝ diem magis
poſſum ſermonē chaldaicū legere ꝗ ſonare. Hec
idcirco refero:vt difficultatē vobis Danieľ oſtē
derē:qui apud hebreos nec Suſanne hȝ hyſtoriā
nec hymnū triū puerorum:nec belis draconiſqȝ fa-
bulas:quas nos:q: in toto orbe diſp̄ſe ſunt:veru
antepoſito eaſqȝ iugulāte ſubiecimus:ne videre-
Daniel. xiij.a. mur apō impitos magnā p̄teȝ voluminis detrūcaſ
ſe. Audiui ego quendā de p̄ceptoribus iudeorum cū
Suſanne derideret hyſtoriam : ⁊ a greco neſcio
quo eā diceret eſſe cōfictā:illō opponere qō Ori-
geni ꝗ aphricanus oppoſuit:etymologias has:
apothoy ehynoy chyſe ⁊ apothoy prinoy payſe
de greco ſermone deſcēdere. Cuius rei nos intel
ligentiā nr̃is hāc poſſumꝰ dare:vt verbi gratia:
dicamus de arbore ilice dixiſſe eū : illico per eas
⁊ a lētiſco in lentē te cōminuat angelus vľ nō len
te pereas:aut lentus:id eſt flexibilis ducaris ad
Daniel. iij. e. mortē:ſiue aliud q̇d ad arboris nomē cōueniēs.
Deinde tantū fuiſſe ocij tribus pueris cauillaba
tur : vt in camino eſtuātis incendij metro lude-
rent: ⁊ per ordineȝ ad laudē dei oīa elemēta pro-
uocarēt. Aut qō miraculū diuineqȝ aſpirationis
indiciū vel draconē interfectū offa picis:vel ſacer
Daniel. xiiij.g. dotū belis machinas deprehēſas:que magis pru
dentia ſolertis viri ꝗ ꝓphetali eſſent ſpū ꝑpetra
ta. Cū vero Abacuk veniret:⁊ de iudea in chal-
deam raptū diſcophorū lectitaret:querebat
exēpluȝ vbi legiſſemus in toto veteri teſtō
quenꝗ ſanctorum graui volaſſe corp̄e:⁊ in pū-
cto hore tanta terrarū ſpacia tranſiſſe. Cui Ezechiel. viij.a.
cū quidā e noſtris ſatis ad loquendū prom-
ptulus:Ezechielē adduxiſſet in mediū:⁊ di
ceret eū de chaldea in iudeā fuiſſe trāſlatum
deriſit hoīem:⁊ ex ipſo volumine demonſtra
uit Ezechielē in ſpiritu ſe vidiſſe tranſpoſi
tum. Deniqȝ ⁊ apoſtolū noſtrū videlicet vt
eruditū virū:⁊ qui legē ab hebreis didiciſſet
nō fuiſſe auſum affirmare ſe raptū in corp̄e
ſed dixiſſe. Siue in corpore ſiue extra corpꝰ:
neſcio:deus ſcit. His ⁊ talibus argumentis ij. Corin. xij.a.
apocryphas in libro eccľie fabulas argue-
bat. Super qua re lectoris arbitrio iudiciuȝ
derelinquēs:illud admoneo nō haberi Da
nielē apud hebreos inter ꝓphetas:ſed inter
eos qui agiographa cōſcripſerūt. In tres
ſiquidē partes:oīs ab eis ſcriptura diuidit.
In legē: in ꝓphetas:⁊ in agiographa:id eſt
in quinqȝ ⁊ octo:⁊ in vndeciȝ libros:de quo
non eſt huius tēporis diſſerere. Que aūt ex
hoc propheta:immo contra hūc librum por
phyrius obijciat:teſtes ſunt methodius:eu-
ſebius:⁊ apollinaris:qui multis verſuum mi
libus eius veſanie reſpondentes : neſcio an
curioſo lectori ſatiſfecerint. Unde obſecro
vos: o Paula ⁊ Euſtochiuȝ:fundatis pro
me preces:vt ꝗdiu in hoc corpuſculo ſum :
ſcribam aliquid gratum vobis : vtile eccle-
ſie:dignuȝ poſteris. Preſentium quippe in
dictis oblatrantium nō ſatis moueor:qui in
vtranqȝ partē aut amore labunt̄ aut odio.

¶ Prologus explicit.

¶ Daniel propheta incipit.

¶ Capituli Summarium. ¶ De filijs captiuis quos elegit Nabuchodonoſor : et docet eos litteras chaldeorū:de abſtinētia.

Capitulum .j.

Nno tertio
regni Joa- A iiij. Regum xxiiij.b.
chim regis
Juda venit
Nabucho-
donoſor rex
Babylonis
Hieruſalem:
⁊ obſedit eā
⁊tradidit do
minus ī ma
nu eius Joachim regē iude:⁊ partē vaſoruȝ
domus dei:⁊ aſportauit ea in terrā ſennaar

in domum dei ſui:ꝛ vaſa intulit in domū theſau-
ri dei ſui. Et ait rex Aſphanem prepoſito eunu-
chorum:vt introduceret de filiis iſrael ꝛ de ſemi-
ne regio ꝛ tyrannorum pueros: in quibus nulla
eſſet macula:decoros forma ꝛ eruditos omi ſapiē
tia:cautos ſcientia ꝛ doctos diſciplina:ꝛ qui poſ
B ſent ſtare in palatio regis:vt doceret eos litteras
ꝛ linguam chaldeorum. Et conſtituit ei rex an-
nonam per ſingulos dies de cibis ſuis: ꝛ de vino
vnde bibebat ipſe: vt enutriti tribus annis po-
ſtea ſtarent in conſpectu regis. Fuerunt ergo in
xxxvij. diſt. ter eos de filiis iude:daniel:ananias:miſael ꝛ aza
c. qui de mē rias. Et impoſuit eis prepoſitus eunuchorū no
ſa. mina danieli:balthaſar:ananie: ſidrac; miſaeli
miſac:ꝛ azarie:abdenago. Propoſuit aūt Da-
niel in corde ſuo:ne pollueretur de menſa regis:
neq; de vino potus eius:ꝛ rogauit eunuchorum
prepoſitum:ne contaminaretur. Dedit aūt deus
danieli gratiam ꝛ miſericordiam in cōſpectu prin
cipis eunuchorum. Et ait princeps eunuchorum
C ad danielem. Timeo ego dnm meum regem: qui
conſtituit vobis cibum et potum: qui ſi viderit
vultus veſtros macillentiores pre ceteris adole-
ſcentibus coeuis veſtris: condemnabitis caput
meum regi. Et dixit daniel ad malaſſar:quē con
ſtituerat princeps eunuchorum ſuper danielem:
ananiam:miſaelem:ꝛ azariam. Tempta nos obſe
cro ſeruos tuos diebus decem:ꝛ dentur nobis le
gumina ad veſcendum:ꝛ aqua ad bibendum: et
contemplare vultus noſtros:ꝛ vultus puerorum
qui veſcūtur cibo regio:ꝛ ſicut videris:facies cū
ſeruis tuis. Qui audito ſermone huiuſmodi:tē-
ptauit eos diebus decem. Poſt dies autem de-
cem apparuerunt vultus eorū meliores ꝛ corpu-
D lentiores pre omnibus pueris qui veſcebantur
cibo regio. Porro malaſſar tollebat cibaria ꝛ vi
num potus eorum:dabatq; eis legumina. Pue-
ris autem his dedit deus ſcientiam ꝛ diſciplinaꝫ
in omni libro ꝛ ſapientia:danieli autem intelligē
tiam omniū viſionū ꝛ ſomniorū. Cōpletis itaq;
diebus poſt quos dixerat rex vt introducerētur:
introduxit eos prepoſitus eunuchorum in con-
ſpectu Nabuchodonoſor. Cumq; eis locutus
fuiſſet rex:non ſunt inuenti tales de vniuerſiis:
vt daniel:ananias:miſael ꝛ azarias. Et ſteterunt
in conſpectu regis:ꝛ omne verbum ſapientie ꝛ in
tellectus quod ſciſcitatus eſt ab eis rex inuenit
in eis deculpum ſuper cunctos ariolos ꝛ magos
qui erant in vniuerſo regno eius. Fuit autem da-
niel vſq; ad annum primum Cyri regis.

Capituli Summarium. De ſomnio Na
buchodonoſor: ꝙ fugit ab eo: de ſapientibus oc-
cidendis:de oratione danielis:ꝛ interpretatione
ſomnii. Capitulum. ij.

A In anno ſecundo re-
gni Nabuchodonoſor vidit Na
buchodonoſor ſomnium: et con-
territus eſt ſpiritus eius: ꝛ ſom-
nium eius effugit ab eo. Pre-
cepit autem rex vt conuocarentur arioli ꝛ magi
ꝛ malefici ꝛ chaldei vt indicarēt regi ſomnia ſua.
Qui cum veniſſent ſteterunt coram rege:ꝛ dixit
ad eos rex. Vidi ſomnium ꝛ mente cōfuſus igno
ro quid viderim. Rñderuntq; chaldei regi ſyria-
ce. Rex in ſempiternum viue:dic ſomnium ſeruis
tuis:ꝛ interpretationem eius indicabimus. Et
reſpondens rex ait chaldeis. Sermo receſſit a
me:niſi indicaueritis mihi ſomnium ꝛ coniectu-
ram eius:peribitis vos:ꝛ domus veſtre publica-
buntur. Si aūt ſomniū ꝛ coniecturas eius narra
ueritis:premia ꝛ dona ꝛ honoreꝫ multum accipie
tis a me. Somniū igitur ꝛ interpretationem eius B
indicate mihi. Reſponderunt ſecundo atq; dixe-
runt. Rex ſomniū dicat ſeruis ſuis: ꝛ interpreta-
tionē ei indicabimus. Rñditq; rex ꝛ ait: certe no
ui ꝙ tp̄s redimitis ſcientes ꝙ receſſerit a me ſer
mo. Si ergo ſomniuꝫ nō indicaueritis, mihi vna
eſt de vobis ſententia:ꝛ interpretationem q̃ fal
lacem:ꝛ deceptioni plenam cōpoſueritis: vt lo-
quamini mihi donec tempus pertranſeat. Som-
nium itaq; dicite mihi:vt ſciam ꝙ interpretatio-
nem q̃ eius veraꝫ loquamini. Reſpondētes ergo
chaldei coram rege dixerunt. Non eſt homo ſup
terram qui ſermonē tuum rex poſſit implere: ſed
neq; regū quiſq̄ magnus ꝛ potēs verbū huiuſce
modi ſciſcitatur ab omni ariolo ꝛ mago ꝛ chal-
deo. Sermo eñi quē tu queris rex grauis eſt: nec
reperietur quiſq̄ qui indicet illum in conſpectu
regis:exceptis diis:quorū nō eſt cuꝫ hominibus
conuerſatio. Quo audito rex in furore ꝛ in ira ma C
gna precepit vt perirēt oēs ſapiētes babylonis.
Et ingreſſa ſapientia ſapientes interficiebant.
Querebaturq; daniel et ſocii eius vt perirent.
Tūc daniel requiſiuit de lege atq; ſnīa ab arioch
principe militie regis:qui egreſſus fuerat ad in-
terficiendos ſapientes babylonis. Et interroga-
uit euꝫ qui a rege poteſtatē acceperat. Quam ob
cauſam tam crudelis ſnīa a facie regis eſſet egreſ
ſa. Cum ergo rem indicaſſet arioch danieli: Da-
niel egreſſus rogauit regem vt tēpus daret ſibi
ad ſolutionem indicandaꝫ regi. Et ingreſſus eſt
domū ſuaꝫ:ananieq; ꝛ miſaeli ꝛ azarie ſociis ſuis
indicauit negocium:vt quererent miſericordiam
a facie dei celi ſuper ſacramento iſto: ꝛ non peri-
rent daniel ꝛ ſocii eius cum ceteris ſapientibus
babylonis. Tunc danieli miniſterium per viſionē
nocte reuelatum eſt. Et benedixit daniel deuꝫ ce
li ꝛ locutus eſt ei. Sit nomen dñi benedictū a ſe- pſ. cxij. b
culo ꝛ vſq; in ſeculum:q2 ſapiētia ꝛ fortitudo ei9
ſunt ꝛ ipſe mutat tpa ꝛ etates. Transfert regna D
atq; conſtituit:dat ſapientiā ſapientibus ꝛ ſcien-
tiam intelligentibus diſciplinā. Ipſe reuelat pro
funda:ꝛ abſcondita ꝛ nouit in tenebris conſtitu-
ta ꝛ lux cū eo eſt. Tibi deus patrū nr̄orum confi-
teor teq; laudo:q2 ſapientiam ꝛ fortitudinē dedi
ſti mihi:nūc oſtendiſti mihi que rogauimus te:q2
ſermonē regis operuiſti nobis. Poſt hec daniel
ingreſſus ad arioch quem cōſtituerat rex vt per-
deret ſapientes babylonis:ſic ei locutus eſt. Sa
pientes babylonis ne perdas introduc me in cō-

ſpectu regis: ⁊ ſolutionem regi narrabo. Tunc
arioch feſtin⁹ introduxit danielē ad regē ⁊ dixit
ei. Inueni hominē de filijs tranſmigrationis iu-
de: qui ſolutionē regi annūciet. Reſpondit rex ⁊
dixit danieli cuius nomē erat balthaſar. Putaſ
ne vere poteſt mihi indicare ſomniū qđ vidi et
interpꝛetationez eius. Et rūdens daniel coꝛam
l.eo. rege ait. Miniſteriū qđ rex interrogat ſapiētes
magi ⁊ arioli ⁊ auruſpices nequeunt indicare re
E gi: ſed eſt deus in celo reuelans myſteria qui in-
dicabit tibi rex nabuchodonoſoꝛ que vētura ſūt
nouiſſimis tempoꝛibus. Somniū tuū ⁊ viſiones
capitis tui in cubili tuo huiuſcemodi ſunt. Tu
rex cogitare cepiſti in ſtatu tuo quid eſſet futu-
rum poſt hec: ⁊ qui reuelat myſteria oſtēdit tibi
que ventura ſunt. Mihi quoq; nō in ſapia que
eſt in me plus ꝙ in cunctis viuētibus ſacramen
tum hoc reuelatum eſt: ſed vt interpꝛetatio regi
manifeſta fieret ⁊ cogitationes mētis tue ſcires
Tu rex videbis: ⁊ ecce quaſi ſtatua vna grandis
ſtatua illa magna ⁊ ſtatura ſublimis ſtabat con
tra te: ⁊ intuitus eius erat terribilis. Huius ſta
tue caput ex auro optimo erat: pectus aūt ⁊ bꝛa
chia de argento. Poꝛro vēter ⁊ femoꝛa ex ere: ty
bie aūt ferree. Pedū quedā ps erat ferrea q̄dā
aūt fictilis. Uidebas ita donec abſciſus eſt lapis
de monte ſine manibus: ⁊ percuſſit ſtatuam in
pedibus eius ferreis ⁊ fictilib⁹: ⁊ cōminuit eos
Tunc cōtrita ſunt pariter ferrum teſta: es: argē
tum ⁊ aurū. ⁊ reddacta quaſi in fauillam eſtiue
aree que rapta ſunt vēto: nulluſq; locus inuētus
eſt eis. Lapis autem qui percuſſerat ſtatuam fa
ctus eſt mons magnus: ⁊ impleuit vniuerſaz ter
F ram. Hoc eſt ſomniū. Interpꝛetationē quoq; ei
dicem⁹ coꝛā te rex. Tu rex regū es: ⁊ deus celi re-
gnum et foꝛtitudinem ⁊ imperium ⁊ gloꝛiam de
dit tibi: ⁊ omnia in quibus habitant filij hoīm
et beſtie agri: volucres quoq; celi dedit in manu
tua ⁊ ſub ditiōe ſua vniuerſa cōſtituit. Tu es er
go caput aureū: ⁊ poſt te cōſurget regnuz aliud
minus te argenteū: ⁊ regnū tertiū aliud ereū qđ
imperabit vniuerſe terre: ⁊ regnū quartum erit
velut ferreū. Quō ferruz cōminuit ⁊ domat om
nia: ſic cōminuet ⁊ conteret omnia hec. Poꝛro
quia vidiſti pedum ⁊ digitoꝛum partē teſteaz fi-
guli ⁊ partem ferream: regnum diuiſuz qđ tamē
de plantario ferri oꝛietur. Scđm qđ vidiſti ferrū
mixtum teſte ex luto: ⁊ digitos pedum ex parte
ferreos et ex parte fictiles: ex parte regnum erit
ſolidum et ex parte contritum. Qđ autem vidi-
ſti ferrum mixtum teſte ex luto: commiſcebūtur
quidem humano ſemine ſed non adherebunt ſi
B bi: ſicuti ferrū miſceri nō pōt teſte. In dieb⁹ aūt
regnoꝛū illoꝝ ſuſcitabit deus celi regnuz: qđ in
eternū nō diſſipabitur: ⁊ regnū eius alteri pplo
non tradetur. Cōminuet aūt ⁊ cōſumet vniuer
ſa regna hec ⁊ ipſum ſtabit in eternū: Scđm ꝙ
vidiſti ꝙ de monte abſciſus eſt lapis ſine mani-
bus: ⁊ comminuit teſtam et ferrum et es et argē
tum et aurum deus magnus: oſtendit regi que
ventura ſunt poſtea. Et verum eſt ſomnium: et
fidelis interpꝛetatio eius. Tunc rex nabuchodo
noſoꝛ cecidit in faciem ſuaz: ⁊ danielē adoꝛauit
et hoſtes ⁊ incenſuz pꝛecepit vt ſacrificarent ei.
Loquēs ergo rex ait danieli. Uere deus veſter
deus deoꝛum eſt ⁊ dominus regū: reuelās myſte
ria qm̄ tu potuiſti aperire ſacramētū hoc. Tūc s.eo.
rex danielē in ſublime extulit et munera multa
et magna dedit ei. Et conſtituit eum pꝛincipez Gen.xli.c.
ſuper oēs pꝛouincias babylonis: ⁊ perfectuz et
magiſtruz ſuper cunctos ſapientes babylonis.
Daniel autem poſtulauit a rege: ⁊ conſtituit ſu
per opera puincie Babylōis: ſidrac: miſac et ab
denago. Ipſe autem daniel erat in foꝛib⁹ regis.

Cap. Sūma. De ſtatua aurea quā ado
rare pꝛecepit rex: quam quia nō adoꝛauerūt pue
ri miſſi ſunt in foꝛnacem: de oꝛatione azarie: de
cantico trium pueroꝛum: ⁊ de liberatione eoꝝ:
et qualiter a rege exaltati ſunt. Capitu.iij.

Abuchodonoſoꝛ A
rex fecit ſtatuā aureā altitudi
ne cubitoꝝ ſexaginta latitudie
cubitoꝝ ſex. Et ſtatuit eam in
cāpo durā puincie babylōis.
Itaq; nabuchodonoſoꝛ rex mi
ſit ad cōgregandos ſatrapas:
magiſtratus ⁊ iudices: duces ⁊ tyrānos optima
tes ⁊ pꝛefectos: oēſq; pꝛincipes regionis vt con
uenirent ad dedicationē ſtatue quam erexerat
nabuchodonoſoꝛ rex. Tunc cōgregati ſunt ſatra
pe: magiſtratus ⁊ iudices: duces et tyranni ⁊ op
timates: qui erāt in ptātibus cōſtituti: ⁊ vniuer
ſi pꝛincipes regionū vt conuenirēt ad dedicatio
nem ſtatue quaz erexerat nobuchodonoſoꝛ rex.
Stabāt aūt in cōſpectu ſtatue quam poſuerat
nabuchodonoſoꝛ rex ⁊ pꝛeco clamabat valēter.
Uobis dicitur populis: tribubus et linguis: in
hoꝛa qua audieritis ſonum tube ⁊ fiſtule ⁊ citha
re ⁊ ſambuce et pſalterij: ⁊ ſymphonie: ⁊ vniuerſi
generis muſicoꝛum: cadentes adoꝛate ſtatuam
auream: quam conſtituit nabuchodonoſoꝛ rex.
Si quis autem non pꝛoſtratus adoꝛauerit eadē
hoꝛa mittetur in foꝛnacez ignis ardētis. Poſt
hec igitur ſtatim vt audierunt oēs populi ſoni
tum tube: et fiſtule et cithare ſambuce et pſalte
rij: ſymphonie et omnis generis muſicoꝛum: ca-
dentes omnes populi: tribus ⁊ lingue adoꝛaue
runt ſtatuam auream quam conſtituerat nabu-
chodonoſoꝛ rex. Statimq; ⁊ in ipſo tempoꝛe ac
cedentes viri chaldei: accuſauerunt iudeos: di B
xeruntq; nabuchodonoſoꝛ regi. Rex in eternuz s̄.ij.a.
viue. Tu rex poſuiſti decretum: vt omnis homo s̄.iij.b.
qui audierit ſonitum tube fiſtule et cithare: ſam J.vj.b.
buce et pſalterij et ſymphonie et vniuerſi gene-
ris muſicoꝛum pꝛoſternat ſe et adoꝛet ſtatuam
auream. Si quis autē nō pꝛocidens adoꝛauerit
mittatur in foꝛnacem ignis ardētis. Sunt ergo
viri iudei quos conſtituiſti ſuper opera regiōis
babylonie: ſidrac: miſac et abdenago: viri iſti

contempſerunt rex decretum tuum. Deos tuos
non colunt: ⁊ ſtatuam aureã quam erexiſti non
adorant. Tunc nabuchodonoſor rex in furore et
ira precepit vt adducerentur ſidrac: miſac et ab
denago. Qui confeſtim adducti ſunt in conſpe-
ctu regis: pronũciãſqꝫ nabuchodonoſor rex: ait
eis. Uere ne ſidrac: miſac ⁊ abdenago: deos me
os non colitis: ⁊ ſtatuam auream quã conſtitui
non adoratis. Nũc ergo ſi eſtis parati quacũqꝫ
hora audieris ſonitum tube fiſtule: cithare ſam
buce ⁊ pſalterij ⁊ ſymphonie: omniſqꝫ generis
muſicorum: preſternite vos ⁊ adorate ſtatuã quã
feci. Qđ ſi non adoraueritis eadem hora mitte-
mini in fornacem ignis ardentis. Et quis eſt de
us qui eripiet vos de manu mea. Reſpondentes
ſidrac: miſac ⁊ abdenago dixerunt regi nabucho
donoſor. Non oportet nos de hac re reſponde-
re tibi. Ecce enim deus noſter quem colimus:
poteſt eripere nos de camino ignis ardentis: et
de manibus tuis o rex liberare. Qđ ſi noluerit:
notum ſit tibi rex: quia deos tuos non colimus:
C et ſtatuam auream quam erexiſti non adoram⁹.
Tunc nabuchodonoſor replet⁹ eſt furore: ⁊ aſpe
ctus faciei illius immutatus eſt ſuper ſidrac:
miſac et abdenago. Et precepit vt ſuccenderetᵣ
fornax ſeptuplum ꝙ̃ ſuccendi conſuerat: et viris
fortiſſimis de exercitu ſuo iuſſit vt ligatis pedi-
bus ſidrac: miſac et abdenago mitterent eos in
fornacem ignis ardentis. Et confeſtim viri illi
vincti cum brachijs ſuis et thiaris ⁊ calciamen
tis et veſtib⁹: miſſi ſunt in mediũ fornacis ignis
ardentis. Nam iuſſio regis vrgebat. Fornax au-
tem ſuccenſa erat nimis. Porro viros illos qui
miſerant ſidrac: miſac et abdenago: interfecit
flamma ignis. Uiri autem hi tres: id eſt ſidrac:
miſac et abdenago ceciderunt in medio camini
ignis ardentis colligati. ¶ Que ſequuntur in
hebreis voluminibus non repperi. Et ambula
bant in medio flãme laudantes deum ⁊ benedi-
ſ. eodem. centes domino. Stans autem azarias orauit ſic.
Aperienſqꝫ os ſuum in medio ignis: ait. Bene-
dictus es domine de⁹ patrũ nr̃orum: et laudabi
le et glorioſum nomen tuum in ſecula: quia iu-
ſtus es in omnibus que feciſti nobis: ⁊ vniuerſa
opera tua vera: et vie tue recte: ⁊ omnia iudicia
tua vera. Judicia enim vera feciſti iuſta omnia
que induxiſti ſuper nos ⁊ ſuper ciuitatẽ ſanctã
patrũ noſtrorum hierl'm: q2 in veritate ⁊ in iudicio
iij. Reg. induxiſti oĩa hec propter peccata noſtra. Pec-
viij. e. cauimus enim et inique egimus recedentes a te
et deliquimus in omnibus: ⁊ precepta tua non
D audiuimus: nec obſeruauimus nec fecimus ſicut
preceperas nobis vt bene nobis eſſet. Omnia
ergo que induxiſti ſuper nos: ⁊ vniuerſa que fe-
ciſti nobis: in vero iudicio feciſti: et tradidiſti
nos in manibus inimicorum noſtrorum iniquo
rum ⁊ peſſimorũ preuaricatorũqꝫ ⁊ regi iniuſto
et peſſimo vltra omnem terram. Et nũc nõ poſſu
mus aperire os. Cõfuſio ⁊ opprobriũ facti ſu-
mus ſeruis tuis: ⁊ his q̃ colunt te. Ne queſum⁹
tradas nos in perpetuũ ꝓpter nomẽ tuũ: et ne
diſſipes teſtamentũ tuũ neqꝫ auferas mĩaꝫ tuã
a nobis propter abraã dilectum tuum: ⁊ iſaac
ſeruum tuũ ⁊ iſrael ſanctũ tuũ quibus locut⁹ es
pollicẽs ꝙ multiplicares ſemẽ eorum ſicut ſtellas
celi: ⁊ ſicut arenã q̃ eſt in littore maris: q2 dñe in
minuti ſumus pluſq̃ oẽs gentes ſumuſqꝫ humi-
les in vniuerſa terra hodie ꝓpter pctã nr̃a. Et
nõ eſt in tpe hoc ꝑnceps ⁊ dux ⁊ propheta: neqꝫ
holocauſtũ: neqꝫ ſacrificium: neqꝫ oblatio: neqꝫ
incenſum: neqꝫ locus ꝑmitiarũ corã te vt poſſi
mus inuenire mĩam tuã: ſed in anima cõtrita et
ſpũ hũilitatis ſuſcipiamur. Sicut in holocauſto
arietũ ⁊ taurorum: ⁊ ſicut in milib⁹ agnorum pinguiũ
ſic fiat ſacrificiũ noſtrũ in cõſpectu tuo hodie vt
placeat tibi: qm̃ nõ eſt confuſio cõfidẽtib⁹ in te.
Et nunc ſequimur te in toto corde: ⁊ timem⁹ te
et querimus faciẽ tuã. Ne cõfundas nos: ſed fac
nobiſcũ iuxta mãſuetudinẽ tuã ⁊ ſꝫm mltitudi-
nem miẽ tue. Et erue nos in mirabilibus tuis: ⁊
da gl'iam noĩ tuo dñe: ⁊ cõfundãtur oẽs qui oſtẽ
dunt ſeruis tuis mala cõfundãtur in oĩpotẽtia
tua: ⁊ robur eorum cõteratᵣ ⁊ ſciant quia tu es dñs
deus ſolus ⁊ glorioſus ſuꝑ orbẽ terrarũ. Et nõ
ceſſabunt qui miſerãt eos miniſtri regis ſuccen E
dere fornacem napta ⁊ ſtupa ⁊ pice ⁊ malleolis: ⁊
effundebatur flãma ſuper fornacẽ cubitis q̃dra-
gintanouem: ⁊ erupit ⁊ incẽdit q̃s repperit iuxta
fornacẽ de chaldeis. Angelus autẽ dñi deſcendit
cum azaria ⁊ ſocijs eius in fornacẽ. Et excuſſit
flãmam ignis de fornace: ⁊ fecit mediũ fornacis
quaſi ventũ roris flantẽ: ⁊ non tetigit eos oĩno
ignis: neqꝫ contriſtauit nec quicꝙ̃ moleſtie in-
tulit. Tunc hi tres quaſi ex vno ore laudabant ⁊
glorificabant ⁊ benedicebant deuꝫ in fornace di- ſ. eo.
centes. Benedictus es dñs deus patrũ noſtro
rum: ⁊ laudabilis ⁊ glorioſus ⁊ ſuperexaltat⁹ in
ſecula. Et benedictũ nomẽ glorie tue ſanctum:
et laudabile ⁊ ſuperexaltatum in omnib⁹ ſeculis.
Benedictus es in templo ſancto glorie tue: ⁊ ſu
perlaudabilis ⁊ ſupergloriosus in ſecula. Bene
dictus es in throno regni tui ⁊ ſuꝑlaudabilis et
ſuperexaltatus in ſecula. Benedictus es qui in-
tueris abyſſos ⁊ ſedes ſuper cherubin ⁊ laudabi
lis ⁊ ſuperexaltatus in ſecula. Benedict⁹ es in
firmamento celi: et laudabilis et glorioſus in ſe-
cula. Benedicite omnia opera domini domino:
laudate ⁊ ſuperexaltate eum in ſecula. Benedi
cite angeli domini domino: laudate ⁊ ſuperexal
tate eum in ſecula. Benedicite celi domino lau- Pſ. cxlviij.
date et ſuperexaltate eum in ſecula. Benedicite a.
aque oẽs que ſuper celos ſunt domino: lauda
te et ſuperexaltate eũ in ſecula. Benedicite om
nes virtutes domini domino: laudate ⁊ ſuperex
altate eum in ſecula. Benedicite ſol ⁊ luna dño
laudate et ſuperexaltate eum in ſecula. Benedi
cite ſtelle celi domino: laudate. Benedicite im-
ber et ros domino: laudate. Benedicite oĩs ſpi
ritus dei domino: lau. Benedicite ignis ⁊ eſtus F
dño: lau. Benedicite frigus ⁊ eſtas dño: lau. Be
nedicite rores ⁊ pruina dño: lau. Bñdicite gelu
et frig⁹ dño: lau. Bñdicite glacies ⁊ niues dño.

laudate. Benedicite noctes ⁊ dies dño: lauda.
Benedicite lux ⁊ tenebꝛe domino: laudate. Be
nedicite fulgura ⁊ nubes dño: lau. Benedicat
terra dominum laudet ⁊ superexaltet eū in ſecu-
la. Bendicite montes ⁊ colles dño: lauda. Bñ-
dicite vniuerſa germinātia in terra dño: lau. Be
nedicite fōtes dño: lau. Benedicite maria ⁊ flu
mina dño: lau. Benedicite cete ⁊ omnia que mo
uentur in aquis dño: lau. Benedicite oēs volu-
cres celi dño: lau. Benedicite oēs beſtie ⁊ peco
ra dño: lau. Benedicite filij hominū dño: lauda.
Benedicat iſrael dñm: laudet ⁊ ſuperexaltet eū
in ſecula. Benedicite ſacerdotes dñi dño: lau.
Benedicite ſerui domini dño: lau. Benedicite
ſpiritus ⁊ aīe iuſtoꝝ dño: lau. Benedicite ſan-
cti ⁊ humiles coꝛde dño: lau. Benedicite anania
azaria miſael dño laudate ⁊ ſuperexaltate eū in ſe
cula. Qui eruit nos de inferno: ⁊ ſaluos fecit de
manu moꝛtis ⁊ liberauit nos de medio ardētis
flamme ⁊ de medio ignis eruit nos. Confitemi-
ni dño qm̄ bonus qm̄ in ſeculū mīa eius. Bene
dicite oēs religioſi dño deo deoꝝ: laudate ⁊ con
fitemini ei: qꝛ in oīa ſecula mīa eius. ¶ Hucuſqꝫ
in hebꝛeo nō habetur: ⁊ que poſuimus de theo
dotionis editione tranſlata ſunt. ¶ Tūc nabu-
chodonoſoꝛ obſtupuit ⁊ ſurrexit ppere: et ait
optimatibus ſuis. Nonne tres viros miſimus
B in medio ignis compeditos. Qui reſpōdentes
regi dixerunt. Uere rex. Reſpondit rex ⁊ ait. Ec
ce ego video quattuoꝛ viros ſolutos ⁊ abundan
tes in medio ignis: ⁊ nihil coꝛruptiōis in eis eſt
et ſpecies quarti ſimilis filio dei. Tunc acceſſit
rex nabuchodonoſoꝛ ad oſtiū fornacis ignis ar
dentis et ait. Sidrac miſac et abdenago ſerui
dei excelſi viui egredimini ⁊ venite. Statiqꝫ egreſ
ſi ſunt ſidrac miſac et abdenago de medio ignis
Et congregati ſatrape et magiſtratus et iudi-
ces et potentes regis contemplabantur viros il
los: quoniam nihil poteſtatis habuiſſet ignis in
coꝛpoꝛibus eoꝝ: ⁊ capillus capitis eoꝝ nō
eſſet aduſtus etiā ſaraballa eoꝝ non fuiſſent
immutata: ⁊ odoꝛ ignis non tranſiſſet per eos.
Et erumpens nabuchodonoſoꝛ ait. Benedict9
deus deoꝝ ſidrac vz miſac ⁊ abdenago qui mi
ſit angelum ſuum et eruit ſeruos ſuos qui credi
derunt in eum: ⁊ verbum regis immutauerūt et
xv. diſt. c. ſ. tradiderunt coꝛpoꝛa ſua ne ſeruirent et ne ado-
xj. q. iij. c. rarent omnē deum excepto deo ſuo. A me ergo
imperatores poſitum eſt hoc decretū: vt omnis populus tri
xxiij. q. iiij. bus ⁊ linga quecūqꝫ locuta fuerit blaſphemiam
c. quiſquis vult. ⁊ contra deum ſidrac miſac ⁊ abdenago diſpereat
c. ſi inuenit et domus eius vaſtetur. Neqꝫ enim eſt alius de
us qui poſſit ita ſaluare. Tunc rex pmouit ſi-
drac et abdenago in pꝛouincia babylonis. Na-
buchodonoſoꝛ rex omnibus populis gentibus
et linguis qui habitant in vniuerſa terra pax vo
bis multiplicetur. Signa et mirabilia fecit apō
me deus excelſus. Placuit ergo mihi pꝛedicare
ſigna eius: qꝛ magna ſunt mirabilia eius: quia
foꝛtia ⁊ regnum eius regnum ſempiternum: ⁊ po
teſtas eius in generatione et generationem.

¶ Capituli Summarium. ¶ Aliud ſomnium
regis: ⁊ de interpꝛetatione danielis: de amiſſiōe
regni ⁊ habitatione eius cū beſtijs: comeditqꝫ
fenum vt bos: et reſtitutione pꝛopter penitētiā
regis: ⁊ de arboꝛe. Capitulum. iiij.

go Nabuchodo-
noſoꝛ quietus eram in domo A
mea: et floꝛens in palatio meo.
Somnium vidi qđ perterruit
me: ⁊ cogitationes mee in ſtra-
tu meo ⁊ viſiones capitis mei
conturbauerūt me. Et per me
pꝛopoſitum eſt decretū vt introducerentur in cōſpe
ctu meo cuncti ſapientes babylonis: ⁊ vt ſolutio
nem ſomnij indicarent mihi. Tunc ingrediebā
tur arioli: magi chaldei ⁊ aruſpices: ⁊ ſomnium
narraui in conſpectu eoꝝ: ⁊ ſolutionem eius
non indicauerunt mihi: donec collega ingreſſus
eſt in conſpectu meo daniel: cui nomē balthaſar
ſm nomen dei mei: qui habet ſpiritum deoꝝ
ſanctoꝝ in ſemetipſo: et ſomnium coꝛam ipſo
locutus ſum. Balthaſar pꝛinceps arioloꝝ:
quem ego ſcio ꝙ ſpiritum ſanctoꝝ deoꝝ ha
beas in te: ⁊ omne ſacramentum non eſt impoſ
ſibile tibi viſiones ſomnioꝝ meoꝝ quas vi
di: ⁊ ſolutionem earū narra. Uiſio capitis mei B
in cubili meo. Uidebam: ⁊ ecce arboꝛ in medio
terre ⁊ altitudo eius nimia. Magna arboꝛ ⁊ foꝛ
tis ⁊ pceritas eius contingens celum. Aſpectus
illius erat vſqꝫ ad terminos vniuerſe terre. Fo-
lia eius pulcherrima: ⁊ fructus eius nimius et
eſca vniuerſoꝝ in ea. Subter eam habitabant
animalia ⁊ beſtie: ⁊ in ramis eius conuerſaban-
tur volucres celi: ⁊ ex ea veſcebatur omnis caro
Uidebam in viſione capitis mei ſuper ſtratum
meum: et ecce vigil ⁊ ſanctus de celo deſcendit:
clamauit foꝛtiter: ⁊ ſic ait. Succidite arboꝛem ⁊
pꝛeſcindite ramos eius: excutite folia eius et
diſpergite fructus eius: fugiant beſtie que ſub- C
ter eam ſunt: ⁊ volucres celi de ramis eius. Ue-
rūtamē germen radicum eius in terra ſinite et
alligetur vinculo ferreo et ereo: in herbis que fo
ris ſunt: ⁊ roꝛe celi tingatur: ⁊ cū feris pars eius
in herba terre. Coꝛ eius ab humano commute-
tur: ⁊ coꝛ fere detur ei: ⁊ ſeptem tempoꝛa muten
tur ſuper eum. In ſentētia vigilū decretū eſt
et ſermo ſanctoꝝ ⁊ petitio donec cognoſcant
viuentes qm̄ dñatur excelſus in regno hominū:
et cuicūqꝫ voluerit dabit illud: et humillimū ho
minem conſtituet ſuper eum. Hoc ſomnium vi-
di ego nabuchodonoſoꝛ rex. Tu ergo balthaſar
interpꝛetationem narra feſtinus: quia omnes
ſapientes regni mei non queunt ſolutionē edi D
cere mihi. Tu autem potes: quia ſpiritus deoꝝ
ſanctoꝝ in te eſt. Tunc daniel cuius nomen
balthaſar: cepit intra ſemetipſum tacitus cogi-
tare quaſi vna hoꝛa: et cogitationes eius contur
babant eum. Reſpondēs autē rex: ait. Baltha
ſar ſomniū ⁊ interpꝛetatio eius nō conturbēt te
Reſpōdit balthaſar ⁊ dixit. Dñe mi: ſomniū his

qui te oderunt:⁊ interpretatio eiꝰ hoſtibus tuis
ſit. Arborem quã vidiſti ſublimẽ atq; robuſtam
cuius altitudo pertingit ad celum:⁊ aſpectus il
lius in oẽm terram: ⁊ rami eius pulcherrimi:et
fructus eius nimius:⁊ eſca omium in ea:ſubter
eam habitantes beſtie agri:⁊ in ramis eius cõ-
morantes aues celi:tu es rex qui magnificatus
es ⁊ inualuiſti:⁊ magnitudo tua creuit ⁊ ꝑuenit
vſq; ad celũ:⁊ poteſtas tua in terminos vniuer
ſe terre. Quia aũt vidit rex vigilẽ ⁊ ſanctũ deſcẽ
dere de celo ⁊ dicere. Succidite arborẽ ⁊ diſſipa
te illam:attamen germẽ radicum eius in terra
dimittite ⁊ vinciatur ferro ⁊ ere in herbis foris
E et rore celi conſpergatur:⁊ cum feris ſit pabulũ
eius donec ſeptem tẽpora mutẽtur ſuꝑ eũ. Hec
eſt interpretatio ſnĩe altiſſimi que peruenit ſuꝑ
Job.xl.b. dominũ meũ regeȝ: Eijcient te ab hominibus:
j.v.i.ij.eo. et cum beſtijs feriſq; erit habitatio tua:⁊ fenuȝ
vt bos comedes ⁊ rore celi infunderis. Septem
quoq; tẽpora mutabuntur ſuper te:donec ſcias
ꝙ dñetur excelſus ſuꝑ regnum hoiȝ ⁊ cuicunq;
voluerit det illud. Qđ aũt precepit vt relinque-
retur germen radicuȝ eius:id eſt arboris:regnũ
De pe.di.j tuum ibi manebit poſtꝙ̃ cognoueris poteſtatẽ
c.Quobrem. eſſe celeſtem. Quamobrem rex conſilium meum
Eccli.iij.d. placeat tibi:et peccata tua elemoſynis redime:
et iniquiates tuas miſericordijs pauperum:for-
ſitan ignoſcet deus delictis tuis. Omnia hec ve
F nerunt ſuper nabuchodonoſor regem. Poſt fi-
nem menſiuȝ duodecim in aula babylonis deam
bulabat. Reſponditq; rex et ait. Nonne hec eſt
babylon ciuitas magna quam ego edificaui in
domũ regni in robore fortitudinis mee et in glo
ria decoris mei. Cunq; ſermo adhuc eſſet in ore
regis:vox de celo ruit. Tibi dicitur nabuchodo
noſor rex. Regnum tuum tranſibit a te:et ab ho
minibus eijcient te:et cũ beſtijs ⁊ feris erit ha
s.eodem. bitatio tua. Fenum quaſi bos comedes et ſeptẽ
tẽpora mutabuntur ſuper te:donec ſcias ꝙ do-
minetur excelſus in regno hominum:et cuicũq;
voluerit det illud. Eadeȝ hora ſermo completus
eſt ſuper nabuchodonoſor:ex hominibus abie-
ctus eſt:et fenuȝ vt bos comedit:et rore celi cor
pus eius infectum eſt:donec capilli eius in ſimi
litudinem aquilarum creſcerent:et vngues eius
quaſi vngues auium. Igitur poſt finem dieruȝ
G ego nabuchodonoſor oculos meos ad celum le-
j.vij.d. uaui:et ſenſus meus redditus eſt mihi:et altiſſi
mo benedixi:et viuenteȝ in ſempiternũ laudaui
et glorificaui:quia poteſtas eius:poteſtas ſem-
piterna:et regnum eius in generatione et gene
rationem:et omnes habitatores terre apud eũ
in nihilum reputati ſunt. Iuxta voluntateȝ eiꝰ
ſuam facit tam in virtutibus celi ꝙ̃ in habitato
C ribus terre:et nõ eſt qui reſiſtat manui eius:et
dicat ei quare feciſti. In ipſo tempore ſenſus me
us reuerſus eſt ad me:et ad honorem regni mei
decoremq; perueni:et figura mea reuerſa eſt ad
me:et optimates mei ⁊ magiſtratus mei requi-
ſierunt me:et in regno meo reſtitutus ſum: et
magnificẽtia mea ãplior addita eſt mihi. Nunc
igitur ego nabuchodonoſor laudo et magnifico
et glorifico regem celi: quia omnia opera eius
vera: et omnes vie eius iudicia:et gradientes in
ſuperbia poteſt humiliare.

¶ Capituli Summariũ. ¶ Balthaſar bibẽs in vaſis templi vidit manuȝ ſcribentẽ in pariete et iuxta interpretationeȝ danielis ꝑdidit regnũ et ſucceſſit ei darius.

Capitulum. v.

Balthaſar rex fecit A
grande cõuiuiũ optimatibus
ſuis mille et vnuſquiſq; ſm̃ ſu
am bibebat etateȝ. Precepit
ergo iam temulẽtus vt afferẽ
tur vaſa aurea ⁊ argentea que
aſportauerat nabuchodono-
ſor pater eius de templo qđ fuit in hieruſalẽ:vt
biberent in eis rex ⁊ optimates eius vxores eius
et concubine. Tunc allata ſunt aurea que aſpor-
tauerat de templo qđ fuerat in hieruſalẽ:⁊ bibe
runt in eis rex ⁊ optimates eiꝰ vxores ⁊ concubi
ne illius. Bibebant vinuȝ ⁊ laudabant deos ſu
os aureos ⁊ argẽteos ⁊ ereos ferreos ligneoſq;
et lapideos. In eadeȝ hora apparuerunt digiti
quaſi manꝰ hominis ſcribentis cõtra candela- B
brũ in ſuperficie parietis aule regie. Et rex aſpi
ciebat articulos manus ſcribentis. Tunc facies
regis cõmutata eſt: ⁊ cogitationes eiꝰ cõturba
bãt eũ:⁊ cõpages renũ eius ſoluebant ⁊ genua
eiꝰ ad ſe inuicẽ collidebãtur. Exclamauit itaq;
rex fortiter vt introducerent magos chaldeos
et auriſpices. Et proloquens rex ait ſapientibꝰ
babylonis. Quicunq; legerit ſcripturam hanc
et interpretationem eius manifeſtam mihi fece
rit:purpura veſtietur:⁊ torquẽ auream habebit
in collo:⁊ tertius in regno meo erit. Tũc ingreſ
ſi omnes ſapientes regis non potuerunt ſcriptu
ram legere nec interpretationem indicare regi.
Unde rex balthaſar ſatis conturbatus eſt ⁊ vul C
tus illius immutatus eſt. Sed ⁊ optimates eius
turbabantur. Regina autem pro re que accide-
rat regi ⁊ optimatibꝰ eius domũ cõuiuij ingreſ s.h.ar.iij.b
ſa eſt ⁊ proloquẽs ait. Rex in eternũ viue. Nõ te j.vj.b.
conturbẽt cogitationes tue:neq; facies tua im
mutetur. Eſt vir in regno tuo qui ſpiritum deo
rum ſanctoruȝ habet in ſe ⁊ in diebus patris tui
ſcientia ⁊ ſapientia inuente ſunt in eo. Nam et
rex nabuchodonoſor pater tuus principẽ mago
rum incantatorũ chaldeorum ⁊ aruſpicũ:con-
ſtituit euȝ. Pater inq̃ tuus o rex quia ſpiritus
amplior ⁊ prudẽtia intelligentiaq; ⁊ interpreta
tio ſomnioꝝ ⁊ oſtẽſio ſecretoꝝ ac ſolutio ligato
rum inuẽte ſunt in eo:hoc eſt in daniele:cui rex
poſuit nomen balthaſar. Nunc itaq; daniel vo- D
cetur:et interpretationẽ narrabit. Igitur intro
ductus eſt daniel coraȝ rege. Ad quẽ p̄fatus rex
ait. Tu es daniel de filijs captiuitatis iude queȝ

adduxit pater me⁹ rex de iudea audiuit đ te q̄m
ſpiritū deorū habeas ⁊ ſciētia intelligētiaqꝫ ac
ſapiētia ampliores inuente ſunt in te. Et nunc
introgreſſi ſunt in conſpectu meo ſapientes ma-
gi: vt ſcripturam hanc legerent: ⁊ interpretatio-
nem eius indicarent mihi: et nequiuerunt ſenſuꝫ
huius ſermonis edicere. Porro ego audiui de
te ꝙ poſſis obſcura interpretari: et ligata diſſol
uere. Si ergo vales ſcripturam legere et inter-
pretationem eius indicare mihi purpura veſtie-
ris ⁊ torquem auream circa collum tuum habe-
E bis: ⁊ tertius in regno meo ꝑnceps eris. Ad que
reſpondens ait coram rege. Munera tua ſint ti-
bi: ⁊ dona domus tue alteri da: ſcripturam auteꝫ
legam tibi rex: ⁊ interpretationem eius oſtendaꝫ
tibi. O rex deus altiſſimus regnum ⁊ magnifi-
centiam gloriam ⁊ honorem dedit Nabuchodo
noſor patri tuo: ⁊ propter magnificentiaꝫ quam
dederat ⁊ vniuerſi populi tribus ⁊ lingue treme
bant ⁊ metuebant eum. Quos volebat interficie
bat ⁊ quos volebat percutiebat: ⁊ quos volebat
exaltabat: ⁊ quos volebat humiliabat. Quando
autem eleuatum eſt cor eius ⁊ ſpiritus illius ob-
firmatus eſt ad ſuperbiam depoſitus eſt de ſolio
ſ.iiij.c. regni ſui: ⁊ gloria eius ablata eſt: ⁊ a filijs homi-
num eiectus eſt. Sed cor eius cum beſtijs poſitū
F eſt: ⁊ cum onagris erat habitatio eius. Fenuꝫ q̄ꝫ
vt bos comedebat: et rore celi corpus eius infe-
ctum eſt: donec cognoſceret ꝙ poteſtatem habe
ret altiſſimus in regno hominum: quemcunqꝫ vo
luerit ſuſcitabit ſuper illud. Tu quoqꝫ filius eius
Balthaſar non humiliaſti cor tuum cum ſcires
hec omnia: ſed aduerſum dominatorem celi eleua
tus es. Et vaſa domus eius allata ſunt coram te:
⁊ tu et optimates tui ⁊ vxores tue et concubine
tue vinum bibiſtis in eis. Deos quoqꝫ argēteos
⁊ aureos ⁊ ereos ⁊ ferreos ligneoſqꝫ ⁊ lapideos q̇
B nõ vidēt neqꝫ audiūt neqꝫ ſentiūt laudaſti. Por
ro deum qui habet flatum tuum in manu ſua: et
omnes vias tuas non glorificaſti. Idcirco ab eo
miſſus eſt articulus manus que ſcripſit hec quod
exaratum eſt. Hec eſt autem ſcriptura que dige
ſta eſt. Mane thetel phares. Et hec interpreta
tio ſermonis. Mane numerauit deus regnum
tuum et compleuit. Thetel appenſus es in ſta-
tera ⁊ inuentus es minus habens. Phares: di-
uiſum eſt regnum tuum ⁊ datū eſt Medis ⁊ Per
ſis. Tunc iubente rege indutus eſt Daniel pur-
pura ⁊ circundata eſt torques aurea collo eius: ⁊
predicatum eſt de eo ꝙ haberet poteſtatem ter-
tius in regno ſuo. Eadem nocte interfectus eſt
Balthaſar rex Chaldeus: et Darius medus
ſucceſſit in regnū annos natus ſexagintaduos.

¶ Capituli Summarium. ¶ Satrape accu-
ſant regi Dario Danielem: miſſus eſt in lacum
leonum et a domino liberatus.

Capitulum. vj.

Placuit Dario ⁊ con a
ſtituit ſuper regnum ſatrapas
centumviginti vt eſſent in to-
to regno ſuo: ⁊ ſuper eos prin-
cipes tres ex quibus Daniel
vnus erat vt ſatrape illis red-
derent rationem: ⁊ rex non ſu
ſtineret moleſtiā. Igitur Daniel ſuperabat om
nes principes ⁊ ſatrapas: quia ſpiritus dei ampli
or erat in illo. Porro rex cogitabat conſtituere
eum ſuper omne regnum: vnde principes ⁊ ſatra
pe querebant occaſionem vt inuenirent Danie
li ex latere regis: nullamqꝫ cauſam ⁊ ſuſpitionem
reperire potuerunt: eo ꝙ fidelis eſſet et omnis
culpa ⁊ ſuſpitio non inueniretur in eo. Dixerunt
ergo viri illi. Non inuenimus Danieli huic ali- B
quam occaſionem niſi forte in lege dei ſui. Tunc
principes ⁊ ſatrape ſurripuerunt regi: ⁊ ſic locu-
ti ſunt ei. Dari rex in eternum viue. Conſilium ſ̄.ij.a.
inierunt cuncti principes regni tui: magiſtratus ſ̄.iij.b.
⁊ ſatrape: ſenatores ⁊ iudices vt decretū impera ſ̄.v.c.⁊.j.co
torium exeat ⁊ edictum: vt om̄is qui petierit ali dem.
quam petitionē a quocūqꝫ deo ⁊ hoīe vſqꝫ ad tri
ginta dies niſi a te rex: mittatur in lacū leonum.
Nunc itaqꝫ rex confirma ſnīam: ⁊ ſcribe decretū
vt nõ immutetur qđ ſtatutū eſt a medis ⁊ perſis
nec preuaricari cuiq̄ꝫ liceat. Porro rex Darius C
propoſuit edictū ⁊ ſtatuit. Quod cū Daniel com
periſſet: id eſt conſtitutā legem: ingreſſus eſt do-
mum ſuam: ⁊ feneſtris apertis in cenaculo ſuo cõ
tra hierl'm tribus temporibus in die flectebat ge
nua ſua ⁊ adorabat: cõfitebaturqꝫ coram deo ſuo
ſicut ⁊ ante facere cõſueuerat. Viri ergo illi cu-
rioſius inquirentes: inuenerūt Danielē oranteꝫ
⁊ obſecrantem deum ſuum: ⁊ accedentes locuti
ſunt regi ſuper edicto. Rex nunquid nõ conſtitui
ſti vt omnis homo qui rogaret quenq̄ꝫ de dijs et D
hoībus vſqꝫ ad dies triginta niſi a te rex: mitte
retur in lacum leonum? Ad quos rn̄dens rex: ait.
Verus eſt ſermo iuxta decretum medorum atqꝫ
perſarum: quod preuaricari nõ licet. Tunc rn̄dē
tes dixerunt coram rege. Daniel de filijs capti-
uitatis iude non curauit de lege tua ⁊ de edicto
qđ cõſtituiſti ſed tribus tꝑibus per diē orat obſe
cratione ſua. Quod verbū cuꝫ audiſſet rex: ſatis
contriſtatus eſt: ⁊ pro Daniele poſuit cor vt libe
raret eum: ⁊ vſqꝫ ad occaſum ſolis laborabat vt
erueret illū. Viri autem illi intelligentes regē di
xerunt ei. Scio rex q2 lex medorū atqꝫ perſaꝝ eſt:
vt omne decretū qđ cõſtituerit rex: nõ liceat im-
mutari. Tūc rex ꝑcepit: ⁊ adduxerunt danielē: ⁊ mi
ſerūt eū in lacū leonū. Dixitqꝫ rex danieli. De⁹
tuus quē colis ſemper: ipſe liberabit te. Allatuſqꝫ
eſt lapis vnus ⁊ poſitus eſt ſuper os laci: quē ob
ſignauit rex annulo ſuo ⁊ annulo optimatum ſuo
rum: ne quid fieret cõtra danielem. Et abijt rex E
in domuꝫ ſuam: ⁊ dormiuit incenatus. Cibiqꝫ nõ j.xiiij.c.
ſunt allati coram eo: inſuper ⁊ ſomnus receſſit
ab eo. Tunc rex primo diluculo cõſurgens: feſti-

nus ad lacū leonū perrexit: appropinquanſqꝫ la-
cui: danielē voce lachrymabili inclamauit: ⁊ affa-
j. Macha. ij. f. tus eſt eū. Daniel ſerue dei viuentis: deus tuus
cui tu ſeruis ſemper putaſne valuit te liberare a
leonibus? Et daniel regi reſpondens ait. Rex in
ſ. ij. a. ⁊. iij. b. ⁊. v. v. ſ. e eternū viue. Deus meus miſit angelū ſuū: ⁊ con
cluſit ora leonū ⁊ nō nocuerunt mihi: q: coraꝫ eo
F iuſticia inuenta eſt in me. Sed ⁊ corā te rex deli-
ctum non feci. Tunc vehemēter rex gauiſus eſt ſu
per eo: ⁊ danielem precepit educi de lacu. Edu-
ctuſqꝫ eſt daniel de lacu ⁊ nulla leſio inuēta eſt in
eo: q: credidit deo ſuo. Iubēte aūt rege adducti
ſunt viri illi qui accuſauerūt danielē: ⁊ in lacū leo
num miſſi ſunt: ipſi ⁊ filij ⁊ vxores eorū: ⁊ non per
uenerūt vſqꝫ ad pauimentū laci: donec arriperēt
eos leones: ⁊ oia oſſa eorū cōminuerūt. Tūc Da
G rius rex ſcripſit vniuerſis populis: tribubus ⁊ lin
guis habitantibus in vniuerſa terra. Pax vobis
multiplicetur. A me ergo cōſtitutū eſt decretū vt
in vniuerſo imperio ⁊ regno meo: tremiſcāt ⁊ pa
ueant deum danielis. Ipſe eſt enim deus viuens
⁊ eternus in ſecula: ⁊ regnum eius non diſſipabi
tur: ⁊ poteſtas eius vſqꝫ in eternū. Ipſe libera-
tor atqꝫ ſaluator: faciens ſigna ⁊ mirabilia in ce-
lo ⁊ in terra: qui liberauit Danielem de lacu leo-
num: Porro daniel perſeuerauit vſqꝫ ad regnū
Darij: regumqꝫ cyri perſe.

¶ Capituli Summarium ¶ Viſio quattuor animalium in figura quattuor regnorum: de antiquo dierum: de auditu filij hominis: ⁊ de antichriſto: ⁊ de iudicio. Capitulum. vij.

A Anno primo Bal-
thaſar regis Babylonis Da-
niel ſomniū vidit. Viſio auteꝫ
capitis eius in cubili ſuo. Et
ſomnium ſcribēs: breui ſermo
ne comprehēdit: ſummatimqꝫ
perſtringens ait. Videbā in vi
ſione mea nocte: ⁊ ecce quattuor vēti celi pugna
bant in mari magno: ⁊ quattuor beſtie grandes
aſcendebāt de mari diuerſe inter ſe. Prima qua-
ſi leena: ⁊ alas habebat aquile. Aſpiciebam do-
nec euulſe ſunt ale eius: ⁊ ſublata eſt de terra ⁊ ſu
per pedes quaſi homo ſtetit: ⁊ cor eius datuꝫ eſt
ei. Et ecce beſtia alia ſimilis vrſo in parte ſtetit: ⁊ B
tres ordines erant in ore eius ⁊ in dentibus eius
⁊ ſic dicebāt ei. Surge comede carnes plurimas
Poſt hec aſpiciebam ⁊ ecce alia quaſi pardus: ⁊
alas habebat q̄ſi auis quattuor ſuper ſe: ⁊ quat
tuor capita erant in beſtia: ⁊ poteſtas data eſt ei.
Poſt hec aſpiciebam in viſione noctis: ⁊ ecce be j. eodem.
ſtia quarta terribilis atqꝫ mirabilis ⁊ fortis ni-
mis. Dentes ferreos habebat magnos: come-
denſqꝫ atqꝫ comminuens: ⁊ reliqua pedibus ſuis
conculcās. Diſſimilis autem erat ceteris beſtijs
quas videram ante eam: ⁊ habebat cornua decē. C
Conſiderabam cornua: ⁊ ecce cornu aliud paruu
lum ortum eſt de medio coruꝫ: ⁊ tria de cornibus
primis euulſa ſunt a facie eius. Et ecce oculi qua
ſi oculi hominis erant in cornu iſto: ⁊ os loquens
ingentia. Aſpiciebam donec throni poſiti ſunt: ⁊
antiquus dierum ſedit. Veſtimentum eius can-
didum quaſi nix: ⁊ capilli capitis eius quaſi lana
munda. Thronus eius flamme ignis: rote eius
ignis accenſus: fluuius igneus rapiduſqꝫ egredie
batur a facie eius. Milia miliuꝫ miniſtrabant ei: Apoc. v. b.
⁊ decies milies centena milia aſſiſtebant ei. Iudi
cium ſedit ⁊ libri aperti ſunt. Aſpiciebaꝫ propter
vocem ſermonum grandium quos cornu illud lo
quebatur. Et vidi quoniā interfecta eſſet beſtia: D
⁊ periſſet corpus eius: ⁊ traditum eſſet ad com-
burendum igni: aliarum quoqꝫ beſtiarum abla-
ta eſſet poteſtas: ⁊ tempora vite conſtituta eſſent ſ. eodem.
ei vſqꝫ ad tempus ⁊ tempus. Aſpiciebaꝫ ergo in Matthei
viſiōe noctis: et ecce cuꝫ nubibus celi quaſi filius xiiij. b.
hominis veniebat: et vſqꝫ ad antiquum dierum
peruenit: ⁊ in conſpectu eius obtulerunt eum. Et
dedit ei poteſtatem ⁊ honorem ⁊ regnum: ⁊ om-
nes populi tribus: ⁊ lingue ipſi ſeruient. Pote-
ſtas eius poteſtas eterna que non auferetur: ⁊ re ſ. iiij. g.
gnum eius quod non corrumpetur. Horruit ſpi-
ritus meus. Ego daniel territus ſum in his: ⁊ vi-
ſiones capitis mei conturbauerunt me. Acceſſi
ad vnum de aſſiſtentibus ⁊ veritatem querebam
ab eo de omnibus his. Qui dixit mihi interpre-
tationem ſermonum ⁊ docuit me. He quattuor E
beſtie magne quattuor ſunt regna: que conſur-
gent de terra. Suſcipient autem regnum ſancti
dei altiſſimi et obtinebunt regnum vſqꝫ in ſecu-
lum ⁊ in ſeculum ſeculoruꝫ. Poſt hoc volui liben
ter diſcere de beſtia quarta que erat diſſimilis val
de ab omnibus ⁊ terribilis nimis. Dentes ⁊ vn
gues eius ferrei: comedebat ⁊ comminuebat: et
reliqua pedibus ſuis conculcabat. Et de corni-
bus decem que habebat in capite: ⁊ de alio quod
ortum fuerat ante quod ceciderant tria cornua:
et de cornu illo quod habebat oculos et os lo-
quens grandia et maius erat ceteris. Aſpicie-
bam: et ecce cornu illud faciebat bellum aduer-
ſus ſanctos: et preualebat eis donec venit anti-
quus dierum: ⁊ iudicium dedit ſanctis excelſi et
tempus aduenit: et regnum obtinuerunt ſancti.

Et ſic ait. Beſtia quarta: regnum quartuꝫ
erit in terra quod maius erit omnibus re-
gnis: ꝛ deuorabit vniuerſam terram: et cõ
culcabit et comminuet eaꝫ. Porro cornua
decem ipſius regni decem reges erunt: et
alius cõſurget poſt eos: ꝛ ipſe potẽtior erit
B prioribus: et tres reges humiliabit. Et ſer
mones contra excelſum loquetur ꝛ ſanctos
altiſſimi conteret. Et putabit ꝙ poſſit mu
tare tempora et leges: et tradentur in ma-
nu eius vſqꝫ ad tempus: et tempora et di-
midium temporis: et iudicium ſedebit vt
auferatur potentia et conteratur ꝛ diſpe-
reat vſqꝫ in finem. Regnum autem ꝛ pote-
ſtas et magnitudo regni que eſt ſubter om
ne celum detur populo ſanctorum altiſſimi
Luc.j.c. cuius regnum: regnũ ſempiternũ eſt: ꝛ oẽs
reges ſeruient ei ꝛ obedient. Hucuſqꝫ finis
verbi. Ego daniel multũ cogitatiõib⁹ meis
cõturbabar: ꝛ facies mea mutata eſt in me:
verba autem in corde meo conſeruaui.

¶ Capituli Summarium. ¶ De ariete et hirco: et interpretatiõib⁹ arietis ꝛ hirci.

Capitulum. viij.

A ANno tertio re-
gni balthaſar regis viſio
apparuit mihi. Ego Da
niel poſt id ꝙ videram in
principio vidi in viſione
mea cuꝫ eſſem in ſuſis ca-
ſtro quod eſt in elam re-
gione. Uidi autem in viſione eſſe me ſuper
portam vlai: ꝛ leuaui oculos meos et vidi.
Et ecce aries vnus ſtabat ante paludẽ ha-
bens cornua excelſa: et vnum excelſis alte
ro: atqꝫ ſuccreſcens. Poſtea vidi arietem
cornibus ventilanteꝫ contra occidentem et
contra aquilonem ꝛ contra meridiem: ꝛ om
nes beſtie non poterant reſiſtere ei neqꝫ li-
B berari de manu ei⁹: fecitqꝫ ſꝫ volũtateꝫ ſuã:
ꝛ magnificatus eſt. Et ego itelligebã. Ecce
aũt hircus capraꝝ veniebat ab occidẽte ſup faciẽ
totius terre ꝛ nõ tãgebat terrã. Porro hirc⁹ ha
bebat cornu inſigne iter oculos ſuos: venit vſqꝫ
ad arietẽ illũ cornutũ quẽ viderã ſtãtẽ ante. por-
tã ꝛ cucurrit ad eũ i impetu fortitudis ſue. Cũqꝫ
appropinqͣſſet ꝑpe arietẽ: efferat⁹ eſt in eũ: ꝛ ꝑcuſ
ſit arietẽ: ꝛ ꝯminuit duo cornua eius: ꝛ nõ pote-
rat aries reſiſtere ei. Cũqꝫ eũ miſiſſet i terrã ꝯcul
cauit: ꝛ nẽo q̇bat liberare arietẽ de manu ei⁹. Hir
cus aũt capraꝝ magn⁹ fact⁹ eſt nimis. Cũqꝫ cre- C
uiſſet fractũ eſt cornu magnũ ꝛ orta ſũt qͣttuor cor
nua ſubter illõ ꝑ qͣttuor vẽtos celi. De vno autẽ
ex eis egreſſuꝫ eſt cornu vnuꝫ modicũ: ꝛ factũ eſt
grãde ꝯ meridiẽ ꝛ ꝯ oriẽtẽ ꝛ ꝯ fortitudinẽ: ꝛ ma-
gnificatũ eſt vſqꝫ ad fortitudinẽ celi: ꝛ deiecit de
fortitudĩe: ꝛ de ſtellis ꝛ ꝯculcauit eas. Et vſqꝫ ad
principẽ fortitudĩs magnificatũ eſt: ꝛ ab eo tulit
iuge ſacrificiũ ꝛ deiecit locũ ſctificatiõis ei⁹. Ro-
bur aũt datũ ẽ ei ꝯ iuge ſacrificiũ ꝓpter peccata:
ꝛ ꝓſternet veritas in terra: ꝛ ꝓſperabitur ꝛ faciet.
Et audiui vnũ de ſanctis loquẽteꝫ: ꝛ dixit vnus D
ſanct⁹ alteri neſcio cui loquẽtur. Uſqꝫ quo viſio
ꝛ iuge ſacrificiũ ꝛ peccatũ deſolationis que facta
eſt ꝛ ſanctuariũ ꝛ fortitudo cõculcabit̃. Et dixit
ei. Uſqꝫ quo ad veſperam ꝛ mane dies duo milia
trecẽti ꝛ mũdabitur ſanctuariũ. Factũ eſt aũt cũ
viderẽ ego daniel viſionẽ ꝛ q̄rerẽ intelligentiã:
ecce ſtetit in cõſpectu meo quaſi ſpecies viri. Et
audiui vocẽ viri inter vlai: ꝛ clamauit ꝛ ait. Ga- l.ix.f.
briel fac intelligere iſtã viſionẽ: ꝛ venit ꝛ ſtetit iu- E
xta vbi ego ſtabam. Cũqꝫ veniſſet pauens corrui
in faciem meã: ꝛ ait ad me. Intellige fili hominis
qm̃ in tempore finis cõplebit̃ viſio. Cũqꝫ loque-
retur ad me: collapſus ſum ꝓnus i terrã: ꝛ tetigit
me ꝛ ſtatuit me in gradu meo dixitqꝫ mihi. Ego
oñdaꝫ tibi q̄ futura ſũt i nouiſſimo maledictiõis:
quoniam habet tempus finem ſuũ. Aries quẽ vi
diſti habere cornua rex medorũ eſt atqꝫ perſarũ.
Porro hircus capraꝝ rex grecoꝝ eſt: ꝛ cornu grã
de quod erat inter oculos ei⁹ ipſe eſt rex primus.
Quod autem fracto illo ſurrexerũt quattuor pro F
eo: quattuor reges de gente eius cõſurgent ſed
non in fortitudine eius. Et poſt regnum eorum
cum creuerint iniquitates: conſurget rex impu-
dens facie intelligens propoſitiones et roborabi
tur fortitudo eius ſed non inviribus ſuis: ꝛ ſupra
ꝙ credi poteſt vniuerſa vaſtabit: ꝛ proſperabitur
ꝛ faciet. Et interficiet robuſtos et populum ſan-
ctorum ſm voluntatẽ ſuam: ꝛ dirigetur dolus in
manu eius: ꝛ cor ſuum magnificabit: ꝛ in copia
rerum omniũ occidet plurimos. Et contra prin- G
cipem principũ conſurget ꝛ ſine manu cõteretur.
Et viſio veſpere ꝛ mane que dicta eſt: vera eſt.
Tu ergo viſionem ſigna: q: poſt multos dies erit.
Et ego daniel langui ꝛ egrotaui per dies. Cumqꝫ
ſurrexiſſem: faciebam opera regis: ꝛ ſtupebam
ad viſionem: ꝛ non erat qui interpretaretur.

¶ Capi. Sũma. ¶ De oratione danielis: de verbo angeli: ⁊ ſeptuaginta ebdomadibus.
Capitulum.ix.

a
IN anno primo darij
filij aſſueri de ſemine medorum
qui imperauit ſuꝑ regnũ chal⸗
deorum anno vno regni eius:
ego daniel intellexi in libris nu
merum annorum: de quo factus
eſt ſermo dñi ad hieremiã pro⸗
phetam: vt complerent̃ deſolationes hieruſalem
De pe.di.j septuaginta anni: ⁊ poſui faciem meã ad domi⸗
c.dixerat. num deũ meum rogare ⁊ deprecari in ieiunijs ſac⸗
co ⁊ cinere: ⁊ oraui dominũ deum meũ: ⁊ cõfeſſus
ij.eſdre.j.b. ſum: ⁊ dixi: Obſecro dñe deus magne ⁊ terribilis
cuſtodiens pactũ ⁊ miſericordiam diligentibus
j.eodem. te: ⁊ cuſtodientibus mandata tua. Peccauimus
iniquitatem fecimus: impie egimus et receſſimus
⁊ declinauimus a mandatis tuis ac iudicijs. Nõ
B obediuimus ſeruis tuis ꝓphetis: qui locuti ſunt
in noīe tuo: regibus noſtris: principibus noſtris
patribus nr̃is omniq; populo terre. Tibi dñe iu⸗
ſticia: nobis aũt ꝯfuſio faciei: ſicut eſt hodie viro
iuda ⁊ habitatoribꝰ hierl'm ⁊ omni iſrael: his qui
ꝓpe ſunt ⁊ his qui procul in vniuerſis terris ad
quas eiecisti eos ꝓpter iniquitates eoꝝ in quibꝰ
peccauerunt in te domine. Nobis cõfuſio faciei
regibus nr̃is: principibꝰ nr̃is: ⁊ patribus noſtris
qui peccauerunt. Tibi autẽ dño deo noſtro mia ⁊
C ꝓpitiatio: q: receſſimus a te: ⁊ nõ audiuimus vo
cem dñi dei noſtri vt ambularemus in lege eius
quam poſuit nobis per ſeruos ſuos ꝓphetas: et
oīs iſrael p̄uaricati ſunt legem tuam: ⁊ declinaue
runt ne audirent vocem tuã: ⁊ ſtillauit ſuper nos
maledictio ⁊ deſtinatio que ſcripta eſt in libro
moyſi ſerui dei: q: peccauimus ei. Et ſtatuit ſer⸗
mones ſuos quos locutus eſt ſuper nos ⁊ ſuper
principes nr̃os qui iudicauerũt nos: vt ſuperin⸗
duceret in nos magnum malum quale nunq̃ fuit
ſub omni celo ſᷓm ꝙ factũ eſt in hierl'm: ſicut ſcri⸗
ptum eſt in lege moyſi. Omne malum hoc venit
ſuper nos. Et non rogauimus faciem tuam dñe
deus noſter: vt reuerteremur ab iniquitatibꝰ no⸗
ſtris: ⁊ cogitaremus veritatem tuam. Et vigila⸗
uit dñs ſuper maliciam: ⁊ adduxit eã ſuper nos.
Juſtus dñs deus noſter in oībus operibus ſuis
que fecit. Non enim audiuimus vocem eius. Et
Baruch.ij. nunc dñe deus noſter: qui eduxiſti populum tuũ
c. de terra egypti in manu forti: ⁊ feciſti tibi nomen
ā.eodem. ſᷓm diem hanc: peccauimus: iniquitatem fecimus
dñe in oẽm iuſticiã tuã. Auertat̃ obſecro ira tua:
⁊ furor tuus a ciuitate tua hierl'm ⁊ a monte ſan
cto tuo. Propter peccata em̃ noſtra ⁊ iniquita⸗
tes patrum noſtrorum: hieruſalem ⁊ populus tuus
in opprobrio ſũt oībus per circuitũ noſtrũ. Nũc
ergo exaudi deus noſter orationẽ ſerui tui: ⁊ p̃ces
eius: ⁊ oſtende faciem tuam ſuper ſanctuariũ tuũ
D quod deſertũ eſt. Propter temetipſum inclina
deus meus aurem tuam ⁊ audi: aperi oculos tuos
⁊ vide deſolationẽ noſtram ⁊ ciuitatem ſuper quã
inuocatum eſt nomen tuum. Neq; em̃ in iuſtifi⸗
cationibus noſtris proſternimus preces ante fa
ciem tuam: ſed in miſerationibus tuis multis.
Exaudi dñe: placare domine: attende ⁊ fac. Ne
moreris propter temetipſum deus meus: q: no⸗
men tuum inuocatum eſt ſuper ciuitatem ⁊ ſuꝑ C
populũ tuũ. Cũq; adhuc loquerer ⁊ orarẽ: ⁊ con ā.viij.b.
fiterer peccata mea ⁊ peccata populi mei iſrael:
vt proſternerẽ preces meas in cõſpectu dei mei:
pro monte ſancto dei mei: adhuc me loquente in
oratione mea: ecce vir Gabriel quem videram in
viſione a principio: cito volans tetigit me in tem
pore ſacrificij veſpertini: ⁊ docuit me ⁊ locutus eſt
mihi: dixitq;. Daniel nunc egreſſus ſum vt doce
rem te ⁊ intelligeres. Ab exordio precum tuarum
egreſſus eſt ſermo. Ego aũt veni vt indicarem ti j.x.b.
bi: quia vir deſideriorum es. Tu ergo animaduer
te ſermonem: ⁊ intellige viſionem. Septuagin⸗
ta ebdomades abbreuiate ſunt ſuper populum
tuum ⁊ ſuper vrbem ſanctam tuam vt conſume⸗
tur preuaricatio: et finem accipiat peccatum: et
deleatur iniquitas: ⁊ adducatur iuſticia ſempi⸗
terna: ⁊ impleatur viſio ⁊ prophetia: ⁊ vngatur B
ſanctuſſanctorum. Scito ergo ⁊ animaduerte ab
exitu ſermonis: vt iterum edificetur hierl'm vſq;
ad chriſtum ducem: ebdomades ſeptem: ⁊ eb⸗
domades ſexagintadue erunt. Et rurſum edifica
bitur platea ⁊ muri in anguſtia temporum. Et
poſt ebdomades ſexagintaduas occidet̃ chriſtus
⁊ nõ erit eius populus qui eũ negaturus eſt. Et
ciuitatem ⁊ ſanctuarium diſſipabit populus cum
duce venturo ⁊ finis eius vaſtitas: ⁊ poſt finem
belli ſtatuta deſolatio. Confirmabit aũt pactum Matthei
multis ebdomada vna: et in dimidio ebdoma⸗ xxiiij.b.
dis deficiet hoſtia ⁊ ſacrificiũ: et erit in templo
abominatio deſolationis: ⁊ vſq; ad conſumma⸗
tionem ⁊ finem perſeuerabit deſolatio.

¶ Capituli Summarium. ¶ De apparitione viri veſtiti lineis: de michaele: ⁊ principibus grecorum ⁊ perſarum.
Capitulum.x.

ANno tertio regni cy a
ri regis perſarum: verbum re⸗
uelatum eſt danieli: cognomẽ
to balthaſar: ⁊ verbum verum
⁊ fortitudo magna: ĩtellexitq;
ſermonem. Intelligẽtia enim
eſt opus in viſiõe. In diebus
illis ego daniel lugebam trium ebdomadarum
diebus: panem deſiderabilem non comedi: ⁊ ca⸗
ro ⁊ vinum non introierunt in os meũ. Sed neq;
vnguento vnctus ſum donec complerẽtur trium
ebdomadarum dies. Die autẽ viceſima ⁊ quar⸗
ta menſis primi: erã iuxta fluuium magnũ qui eſt
tygris: ⁊ leuaui oculos meos ⁊ vidi. Et ecce vir
vnus veſtitus lineis: ⁊ renes eius accincti auro
obrizo: ⁊ corpus eius quaſi chryſolitus: ⁊ facies
eius velut ſpecies fulguris: ⁊ oculi eius vt lãpas

ardens:⁊ brachia eius et que deorſuꝫ vſqꝫ ad pe
des quaſi ſpecies eris cādentis:⁊ vox ſermonuꝫ
B eius vt vox multitudinis. Vidi aūt ego Daniel
ſolus viſionem. Porro viri qui erant mecū, non
viderunt:ſed terror nimiꝰ irruit ſuper eos: ⁊ fu-
gerunt in abſcōdituꝫ. Ego autē relictus ſolus vi
di viſionē grandē hanc:⁊ nō remanſit in me for-
.i.eodem. titudo:ſed ⁊ ſpecies mea immutata eſt in me: et
emarcui:nec habui quicꝙ viriū. Et audiui voceꝫ
ſermonū eius:⁊ audiēs iacebā conſternatus ſup
faciem meam:⁊ vultus meus herebat terre. Et
ecce manus tetigit me:⁊ erexit me ſuper genua
ſ.ix.f. mea ⁊ ſuper articulos manuum mearū. Et dixit
.i.eodem. ad me Daniel vir deſideriorum intellige verba
C que ego loquor ad te:⁊ ſta in gradu tuo. Nunc
enim ſum miſſus ad te. Cūqꝫ dixiſſet mihi ſermo
nem iſtū:ſteti tremens ⁊ ait ad me. Noli metue-
re danieli qꝛ ex die primo quo poſuiſti cor tuū ad
intelligendum vt te affligeres in cōſpectu dei tui:
exaudita ſunt verba tua:⁊ ego veni propter ſer-
mones tuos. Princeps autē regni perſarum re-
ſtitit mihi viginti ⁊ vno diebꝰ:⁊ ecce Michael vnꝰ
de principibus primis venit in adiutorium meuꝫ
⁊ ego remanſi ibi iuxta regeꝫ perſarum. Veni au
tem vt docerem te que ventura ſunt populo tuo
in nouiſſimis diebus:quoniā adhuc viſio in dies.
Cumqꝫ loqueretur mihi huiuſcemodi verbis de
ieci vultum meum ad terraꝫ ⁊ tacui. Et ecce quaſi
ſimilitudo filij hominis tetigit labia mea:⁊ ape-
riens os meum locutus ſum. Et dixi ad eum qui
D ſtabat contra me. Domine mi in viſione tua diſ-
ſolute ſunt compages mee ⁊ nihil in me remanſit
ſ.eodem. virium. Et quomodo poterit ſeruus domini mei
loqui cum domino meo. Nihil enim in me reman
ſ.ix.f. ſit virium:ſed ⁊ halitus meus intercluditur. Rur
ſum ergo tetigit me quaſi viſio hominis:⁊ confor
⁊.ſ.eodem. tauit me ⁊ dixit. Noli timere vir deſideriorū:pax
tibi:confortare ⁊ eſto robuſtus. Cumqꝫ loquere-
tur mecum:conualui ⁊ dixi. Loquere domine mi:
quia confortaſti me. Et ait. Nunquid ſcis quare
venerim ad te. Et nunc reuertar vt preliar aduer
ſum principem perſarum. Cum enim egrederer:
apparuit princeps grecorum veniens. Veruntā-
men annunciabo tibi quod expreſſum eſt in ſcri-
ptura veritatis: et nemo eſt adiutor meus in om
nibus his:niſi Michael princeps veſter.

¶ Capituli Summarium. ¶ Predicit ange-
lus danieli de regibus perſarum:⁊ de rege qui eſt
antichriſtus qui extollet ſe contra dominum.

Capitulum. xj.

Ego autem ab an-
A no darij medi: ſtabam vt cō
fortaretur ⁊ roboraretur: et
nunc veritatem annunciabo
tibi. Ecce adhuc tres reges
ſtabūt in perſide: ⁊ quartus
ditabitur opibus nimijs ſup
oīes:⁊ cum inualuerit diuitijs ſuis concitabit
oēs aduerſum regnū grecie. Surget vero rex for
tis ⁊ dominabitur poteſtate multa:⁊ faciet quod
placuerit ei. Et cuꝫ ſteterit conteret regnuꝫ eius
⁊ diuidetur in quattuor ventos celi:ſed nō in po
ſteros eius:neqꝫ ſm potētiam illius qua domina
tus eſt. Lacerabitur enim regnum eius etiam in
externos exceptis his:⁊ confortabitur rex auſtri
⁊ de principibus eius preualebit ſuper eum. Et
dominabitur ditione. Multa enī dominatio eiꝰ.
Et poſt finem annorum federabūtur. Filiaqꝫ re-
gis auſtri veniet ad regem aquilonis facere ami-
citiam:⁊ nō obtinebit fortitudinem brachij:nec
ſtabit ſemen eius. Et tradetur ipſa:⁊ qui addu- B
runt eam adoleſcentes eius: ⁊ qui confortabant
eam in temporibus. Et ſtabit de germine radicū
eius plantatio. Et veniet cū exercitu:⁊ ingredie
tur prouinciam regis aquilonis:⁊ abutetur eis ⁊
obtinebit. Inſuper ⁊ deos eorum ⁊ ſculptilia:va-
ſa quoqꝫ precioſa auri ⁊ argenti captiua ducet in
egyptuꝫ. Ipſe preualebit aduerſus regem aqui
lonis. Et intrabit in regnū rex auſtri: ⁊ reuertet
ad terram ſuam. Filij autem eius prouocabūtur
⁊ congregabunt multitudinem exercituum pluri
moruꝫ. Et veniet properans ⁊ inundans:⁊ reuer
tetur ⁊ concitabitur ⁊ congredietur cum robore
eius. Et prouocatꝰ rex auſtri egredietur ⁊ pugna-
bit aduerſus regem aquilonis:⁊ preparabit mul
titudinem nimiam:⁊ dabitur multitudo in ma-
nu eius:⁊ capiet multitudinem ⁊ exaltabitur cor
nu eius:⁊ deijciet multa milia: ſed non preuale-
bit. Conuertetur enim rex aquilonis ⁊ prepara-
bit multitudinem multo maiorem ꝙ prius. Et C
in fine temporum annorumqꝫ veniet: properans
cum exercitu magno ⁊ opibus nimijs. Et in tem
poribus illis multi conſurgent aduerſus regem
auſtri. Filij quoqꝫ preuaricatorum populi tui ex-
tollentur:vt impleāt viſionem ⁊ corruent. Et ve
niet rex aquilonis ⁊ comportabit aggerem: ⁊ ca-
pient vrbes munitiſſimas:⁊ brachia auſtri nō ſu
ſtinebunt. Et conſurgent electi eius ad reſiſten-
dum:⁊ non erit fortitudo:⁊ faciet veniens ſuper
eum iuxta placitum ſuum:⁊ non erit qui ſtet con
tra faciem eius. Et ſtabit in terra inclyta ⁊ conſu
metur in manu eius:⁊ ponet faciem ſuam:vt ve-
niat ad tenendum vniuerſum regnum eius:⁊ re-
cta faciet cum eo. Et filiam feminarum dabit ei
vt euertat illum:⁊ nō ſtabit nec illius erit. Et cō
uertet faciem ſuam ad inſulas ⁊ capiet multas:et
ceſſare faciet principē opprobrij ſui:⁊ opprobriuꝫ
eius conuertetur in eum. Et conuertet faciē ſuā D
ad imperium terre ſue: et impinget et corruet et
non inuenietur:⁊ ſtabit in loco eius viliſſimus et
indignus decore regio:⁊ in paucis diebus conte
retur: non in furore nec in prelio:⁊ ſtabit in loco
eius deſpectus: et nō tribuetur ei honor regius.
Et veniet clam ⁊ obtinebit regnū in fraudulen-
tia:⁊ brachia pugnantis expugnabuntur a facie
eius ⁊ contereñt. Inſuper ⁊ dux federis. Et poſt
amicitias cum eo faciet dolum:et aſcendet ⁊ ſu-
perabit in modico populo: et abundantes et
vberes vrbes ingredietur. Et faciet que non fe-
cerunt patres eius ⁊ patres patrum eius. Rapi-

nas et predam et diuitias eorum diſſipabit:⁊ cō
tra firmiſſimas cogitatiões inibit: ⁊ hoc vſqȝ ad
tempus. Et ꝯcitabit fortitudo eius:⁊ cor eiꝰ ad-
E uerſum regē auſtri in exercitu magno. Et rex au
ſtri prouocabit ad bellum multis auxilijs ⁊ forti-
bus nimis ⁊ non ſtabunt:qꝛ inibūt aduerſus euȝ
conſilia:⁊ comedentes panē cum eo: cōtererent
illū exercituſqȝ eius opprimetur:⁊ cadēt interfe-
cti plurimi. Duorūȝ quoqȝ regum cor erit vt ma
lefaciant ⁊ ad menſam vnaȝ mendacium loquen
tur ⁊ non ꝓficient:qꝛ adhuc finis in aliud tēpus:
⁊ reuertet in terram ſuā cū opibus multis : ⁊ cor
eius aduerſuȝ teſtamentū ſanctū:⁊ faciet ⁊ reuer
tetur in terrā ſuaȝ. Statuto tpe reuertetur: ⁊ ve
niet ad auſtrū:⁊ nō erit priori ſimile nouiſſimū.
Et venient ſuper eum trieres ⁊ romani : ⁊ percu
tietur ⁊ reuertetur. Et indignabitur cōtra teſta
mentum ſanctuarij:⁊ faciet: reuerteturqȝ ⁊ cogi
tabit aduerſum eos qui dereliquerunt teſtamen
tum ſanctuarij. Et brachia ex eo ſtabūt ⁊ polluēt
ſanctuarium fortitudinis: ⁊ auferent iuge ſacrifi
cium:et dabunt abominationem in deſolationē:
et impij in teſtamentum ſimulabunt fraudulen-
F ter. Populus autem ſciens deum ſuum:obtine
bit et faciet. Et docti in populo docebunt plu-
rimos et ruent in gladio et in flamma et in capti
uitate et in rapina dierum. Cumqȝ corruerint :
ſubleuabuntur auxilio paruulo:et applicabuntur
eis plurimi fraudulenter. Et de eruditis ruent vt
conflentur ⁊ eligantur ⁊ dealbentur vſqȝ ad tem
pus prefinitum:quia adhuc aliud tempus erit.
j.xij.c. Et faciet iuxta voluntatem ſuam rex : ⁊ eleuabi-
tur ⁊ magnificabitur aduerſus omneȝ deum:⁊ ad
uerſus deum deorum loquetur magnifica ⁊ diri-
getur donec compleatur iracundia. Perpetrata
quippe eſt definitio. Et deum patrum ſuoruȝ nō
reputabit:et erit in concupiſcentijs feminarum:
nec quenqȝ deoruȝ curabit:quia aduerſuȝ vniuer
ſa cōſurget. Deum autem moazim in loco ſuo ve
G nerabitur:⁊ deum quē ignorauerunt patres eius
colet auro ⁊ argento ⁊ lapide precioſo : rebuſqȝ
ꝓcioſis. Et faciet vt muniet moazim cū deo alie-
no quem non cognouit:⁊ multiplicabit gloriam
⁊ dabit eis poteſtatem in multis:⁊ terrā diuidet
gratuito. Et in tempore prefinito ꝓliatur aduer-
ſus eum rex auſtri:et quaſi tempeſtas veniet cō-
tra illum rex aquilonis in curribus ⁊ in equiti-
bus et in claſſe magna:⁊ ingredietur terras:⁊ cō
teret ⁊ pertranſiet. Et introibit in terraȝ glorio
ſam ⁊ multi corruent. He autē ſole ſaluabunt de
manu eius: edom et moab et principes filiorum
amon. Et mittet manuȝ ſuam in terras : ⁊ terra
egypti nō effugiet. Et dominabitur theſauroruȝ
auri ⁊ argenti ⁊ in omnibus precioſis egypti.
Per lybiam quoqȝ ⁊ ethiopiam tranſibit : ⁊ fa-
ma turbabit eum ab oriente et ab aquilone: ⁊ ve
niet in multitudine magna vt conterat ⁊ interfi
ciat plīmos. Et figet tabernaculū ſuuȝ apethno
inter duo maria ſuper montem inclytum et ſan-
ctum : et veniet vſqȝ ad ſummitatem eius: et ne-
mo auxiliabitur ei.

Capituli Summarium. De reſurrectione
bonorum ⁊ malorū:de eminentia ⁊ claritate do-
ctoruȝ:de iudicio domini:de libro clauſo: de ſi-
gnatis ſermonis.

Capl'm.xij.

A In tempore autem
illo conſurget Michael prin-
ceps magnus qui ſtat pro fi-
lijs populi tui:⁊ veniet tēpus
q̄le n̄ fuit ab eo ex quo gētes
eē ceperūt vſqȝ ad tp̄s illudꝰ.
Et in tempore illo ſaluabit
populus tuus:oīs qui inuentꝰ fuerit ſcriptus in
libro. Et multi de his qui dormiunt in terre pul-
B uere euigilabunt:alij in vitam eternam alij:in op
probrium vt videant ſemper. Qui autem docti
fuerint:fulgebūt quaſi ſplendor firmamenti:⁊ q̇
ad iuſticiam erudiunt multos quaſi ſtelle in per-
petuas eternitates. Tu autē daniel claude ſermo
nes ⁊ ſigna librū vſqȝ ad tp̄s ſtatutum. Plurimi
pertranſibunt ⁊ multiplex erit ſcientia. Et vidi
ego daniel:⁊ ecce quaſi duo alij ſtabant: vnꝰ hinc
ſuper ripam fluminis:⁊ alius inde ex altera ripa
fluminis. Et dixi viro qui erat indutus lineis : q̇
C ſtabat ſuper aquas flumis. Uſqȝ quo finis horuȝ
mirabiliū. Et audiui virū q̇ indutus erat lineis q̇
ſtabat ſuꝑ aquas flumis:cū eleuaſſet dexteram ⁊
ſiniſtram ſuam in celum:⁊ iuraſſet per viuentem
in eternuȝ:quia in tempus ⁊ tempora ⁊ dimidiū
temporis. Et cuȝ cōpleta fuerit diſperſio manus
populi ſc̄ti:cōplebunt vniuerſa hec. Et ego au
diui ⁊ nō intellexi. Et dixi. Dn̄e mi q̇d erit poſt
hec. Et ait. Uade daniel:qꝛ clauſi ſunt ſignatiqȝ
ſermones vſqȝ ad prefinitum tempus. Eligentur d.xj.f.
D ⁊ dealbabunt:⁊ quaſi ignis ꝓbabūtur multi. Et
impie agent impij neqȝ intelligent omnes impij.
Porro docti intelligent et a tempore cum abla-
tum fuerit iuge ſacrificium:⁊ poſita fuerit abo-
minatio in deſolationem:dies mille ducenti no-
naginta. Beatꝰ qui expectat ⁊ peruenit ad dies
mille trecentos trigintaquinqȝ. Tu autem da-
niel vade ad prefinitum:⁊ requieſces ⁊ ſtabis in
ſorte tua in finem dierum. Hucuſqȝ Danielem
in hebreo volumine legimus. Cetera que ſequū
tur vſqȝ ad finem libri de theodotionis editio-
ne tranſlata ſunt.

Capituli Summari. De duobus preſby
teris qui concupierunt Suſannam : ⁊ iudicati
ſunt a daniele.

Capitulum. xiij.

A Etat vir habitans
in babylone : et nomen eius
Joachim : et accepit vxorem
nomine Suſannam filiam Hel
chie:pulchram nimis ⁊ timen
tem deū. Parentes em̄ illius
cū eſſent iuſti: erudierūt filiam
ſuam ſm legem moyſi. Erat aūt Joachim diues

valde:⁊ erat ei pomerium vicinum domui ſue:et
ad ipſum confluebant iudei eo ꝙ eſſet honorabi
lior omnium. Et conſtituti ſunt duo ſenes iudi-
ces in anno illo de quibus locutus eſt dñs:quia
egreſſa eſt iniquitas de babylone a ſenibus iudi
cibus qui videbantur regere populum. Iſti fre
quentabant domū ioachim et veniebant ad eos
oēs qui habebant iudicia. Cum aūt populus re
uertiſſet per meridiē: ingrediebatur ſuſanna et
deambulabat in pomerio viri ſui. Et videbant
eam ſenes quotidie ingredientē ⁊ deambulātem
et exarſerunt in concupiſcentiaꝫ eius. Et euerte
runt ſenſum ſuū ⁊ declinauerūt oculos ſuos vt
non viderent celū:neqꝫ recordarent̄ iudicioꝝ iu
B ſtoruꝫ. Erāt eñ ambo vulnerati amore eius:nec
indicauerūt ſibi viciſſiꝫ dolorē ſuū. Erubeſcant
enim indicare ſibi concupiſcentiam ſuam volen-
tes cōcūbere cū ea. Et obſeruabāt quotidie ſolli
citiꝰ videre eā. Dicitqꝫ alter ad alterū. Eamus
domū:q: hora prandij eſt. Et egreſſi receſſerūt
a ſe. Cūqꝫ reuertiſſent venerūt in vnū ⁊ ſciſcitā
tes ab inuicē cāꝫ cōfeſſi ſunt concupiſcentiā ſuā.
Et tūc in cōi ſtatuerūt tp̄s qn̄ eā poſſent inueni
re ſolā. Factū eſt aūt cū obſeruarent diē aptum:
ingreſſa eſt aliqn̄ ſicut heri ⁊ nudiuſtertius cum
duabꝰ ſolis puellis:voluitqꝫ lauari in pomerio.
Eſtus quippe erat et non erat ibi quiſq̄ preter
duos ſenes aſconditos ⁊ cōtemplātes eā. Dixit
ergo puellis. Afferte mihi oleum ⁊ ſmigmata:et
oſtia pomerij claudite vt lauer. Et fecerūt ſicut
preceperat:clauſeruntqꝫ oſtia pomerij ⁊ egreſſe
C ſunt per poſticum vt afferrent que iuſſerat. Ne-
ſciebatqꝫ ſenes intus eſſe abſconditos. Cum au
tem egreſſe eſſent puelle ſurrexerūt duo ſenes ⁊
occurrerunt ad eaꝫ:et dixerūt. Ecce oſtia pome
rij clauſa ſunt:⁊ nemo nos videt ⁊ in concupiſcē
tia tui ſumus. Quamobrē aſſentire nobis:⁊ cō-
miſcere nobiſcū. Quod ſi nolueris dicemus con
tra te teſtimonium ꝙ fuerit tecū iuuenis:et ob
hanc cauſaꝫ emiſeris puellas a te. Ingemuit ſu
ſanna ⁊ ait. Anguſtie ſunt mihi vndiqꝫ. Si enim
hoc egero:mors mihi eſt:ſi autem nō egero:nō
effugiam manus veſtras. Sed melius mihi eſt
ij. Reg. xxiiij.c. abſqꝫ opere incidere in manꝰ veſtras:ꝙ peccare
in conſpectu dñi. Et exclamauit voce magna ſu
ſanna:exclamauerunt auteꝫ ⁊ ſenes aduerſus eā.
Et cucurrit vnus ad oſtia pomerij et aperuit.
Cum ergo audiſſent clamorem famuli domus in
pomerio: irruerūt per poſticū vt viderent quid
nam eſſet. Poſtq̄ autem ſenes locuti ſunt:eru-
buerunt ſerui vehementer:quia nunq̄ dictꝰ fue-
D rat ſmo huiuſcemodi de ſuſanna. Et facta eſt di
es craſtina. Cumqꝫ veniſſet populus ad ioachim
virum eius:venerunt ⁊ duo presbyteri pleni ini-
qua cogitatione aduerſus ſuſannam vt interfi-
cerent eam. Et dixerunt corā populo. Mittite
ad ſuſannam filiam helchie vxorem ioachim. Et
ſtatim miſerunt. Et venit cum parentibꝰ ⁊ filijs
et vniuerſis cognatis ſuis. Porro ſuſanna erat
delicata nimis ⁊ pulchra ſpecie. At iniq̄ illi iuſſe
runt vt diſcooperiretur.erat enim cooperta vt
vel ſic ſatiarētur decore eius. Flebant igitur ſui
et omnes qui nouerant eam. Conſurgentes au
tem duo presbyteri in medio populi :poſuerunt
manus ſuas ſuper caput eius. Que flens ſuſpe-
xit ad celum. Erat enim cor eius fiduciā habēs
in domino. Et dixerunt presbyteri. Cum deam
bularemus in pomerio ſoli:ingreſſa eſt hec cum
duabus puellis:⁊ clauſit oſtia pomerij et dimiſit
a ſe puellas. Venitqꝫ ad eam adoleſcēs qui erat
abſconditus ⁊ concubuit cum ea. Porro nos cū
eſſemus in angulo pomerij videntes iniquitatē
cucurrimus ad eos ⁊ vidimus eos pariter com-
miſceri. Et illum quideꝫ non quiuimus cōprehē
dere:quia fortior nobis erat:⁊ aperto oſtio exili
uit. Hanc autem cum apprehendiſſemus inter-
rogauimus quiſnam eſſet adoleſcēs:⁊ noluit in
dicare nobis. Huiꝰ rei teſtes ſumꝰ. Credidit eis E
multitudo quaſi ſenibus ⁊ iudicibus populi : et
condēnauerūt eā ad mortē. Exclamauit autē vo
ce magna ſuſanna:⁊ dixit. Deus eterne qui ab
ſconditorum es cognitor:qui noſti omnia āteq̄
fiant:tu ſcis qm̄ falſum teſtimonium tulerūt cō
tra me:⁊ ecce morior cū nihil horum fecerim que
iſti malicioſe compoſuerunt aduerſum me. Ex
audiuit autem dñs vocem eius. Cūqꝫ duceretur
ad mortem:ſuſcitauit dñs ſpiritum pueri iunio-
ris:cuius nomen daniel:et exclamauit voce ma-
gna. Mundus ego ſuꝫ a ſanguine huius. Et cō ij.reg.iij.f.
uerſus omnis populus ad eū dixit. Quis eſt iſte Act.xx.f.
ſermo quem tu locutus es. Qui cuꝫ ſtaret in me
dio eorū:ait. Sic fatui filij iſrael:non iudicantes
neqꝫ quod verum eſt cognoſcentes cōdēnaſtis F
filiam iſrael. Reuertimini ad iudiciū:q: falſuꝫ te
ſtimoniū locuti ſūt aduerſus eā. Reuerſus eſt er
go populꝰ cū feſtinatione ⁊ dixerūt ei ſenes. Ve
ni ⁊ ſede in medio noſtrū ⁊ indica nobis:q: tibi
deus dedit honorem ſenectutis. Et dixit ad eos
daniel. Separate illos ab inuicem procul: ⁊ diiu
dicabo eos. Cum ergo diuiſi eſſent alter ab al-
tero vocauit vnum de eis ⁊ dixit ad eum. Inue-
terate dierum malorum:nunc venerunt peccata
tua que operabaris prius:iudicans iudicia iniu
ſta innocentes opprimens:⁊ dimittens noxios:
dicēte domino. Innocētem ⁊ iuſtum non inter
ficies. Nunc ergo ſi vidiſti eam : dic ſub qua ar- Exo.xxiij.a
bore videris eos colloquētes ſibi. Qui ait. Sub
cyno. Dixit autem daniel. Recte mentitus es
in caput tuum. Ecce enim angelus dei accepta
ſententia ab eo ſcindet te medium. Et amo-
to eo iuſſit venire alium et dixit ei. Semen cha-
naan et non iuda :ſpecies decepit te et concupi
ſcentia ſubuertit cor tuum. Sic faciebatis filia G
bus iſrael:⁊ ille timentes loquebantur vobis:
ſed filia iuda non ſuſtinuit iniquitatem veſtraꝫ.
Nunc ergo dic mihi ſub qua arbore comprehen
deris eos loquentes ſibi. Qui ait:ſub prino. Di
xit autem ei daniel. Recte mentitus es et tu in
caput tuum. Manet enim angelus domini gla-
dium habens vt ſecet te medium : et interficiat
vos. Exclamauit itaqꝫ omnis cetus voce ma-
gna:et benedixerunt deum qui ſaluat ſperātes

in ſe. Et cõſurrexerunt aduerſus duos preſbyte
ros. Conuicerat enim eos daniel ex ore ſuo falſum
dixiſſe teſtimoniũ. Feceruntq; eis ſicut male ege
rant aduerſus proximã: vt facerẽt ſm legẽ moyſi:
et interfecerũt eos. Et ſaluatus eſt ſanguis inno
xius in die illa. Helchias autẽ ⁊ vxor eius lauda
uerunt deum pro filia ſua ſuſanna cum ioachim
marito eius ⁊ cognatis omnibus: quia non eſſet
inuenta in ea res turpis. Daniel autẽ factus eſt
magnus in conſpectu populi a die illa ⁊ deinceps
Et rex aſtyages appoſitus eſt ad patres ſuos:
et ſuſcepit cyrus perſes regnum eius.

amos imperitus ſermone:ſed plenus ſcientia.
Prophetauit autem eiſdem tēporibus quibus
iohel:naũ:ionas:oſee:eſaias.Sed aliquãtulum
exorſus eſt prophetare anteq̄ eſaias.Maxime
autem contra decem tribus locutus eſt pauca de
duabus interſerens.Hunc ablatum de numero
paſtorum miſit dñs vt in ſamaria prophetaret:
quem amaſias ſacerdos frequenter plagis affli-
xit:tandem filius eius ozias vecte per tempora
tranſfixit.Poſt hec ſemiuiuus in terraz ſuã effe
ctus poſt aliquot dies dolore vulneris expirauit
ſepultuſq̄ eſt cum patribus ſuis.

¶ Explicit prologus.

¶ Incipit Amos propheta.

¶ Capituli Sũma. ¶ De vaſtatione decē tri-
buum de vltione domini contra tres regiones
quas non conuertit quia captiuauerunt ⁊ conclu
ſerunt captiuos de iſrael:⁊ contra filios amon
pro diuiſione. Capitulũ.j.

a

Verba
amos q̄ fuit
in paſtorib⁹
thecue:que
vidit ſuper iſ
rael in dieb⁹
ozie regis iu
da:⁊ in dieb⁹
hieroboaz fi
lij ioas regis
iſrael:ante
duos annos terremotus.Et dixit dominus Hiere.xxv.
de ſion rugiet:⁊ de hieruſalem dabit vocem f.
ſuam.Et luxerunt ſpecioſa paſtorum:⁊ exic Johel.iij.
catus eſt vertex carmeli.Hec dicit dominus c.
deus.Super tribus ſceleribus damaſci ⁊ ſu de pe.diſ.j.
per quattuor non conuertã eũ:eo ꝙ tritura c.ſup trib⁹
uerit in plauſtris ferreis galaad.Et mittaz
ignem in domũ azahel:⁊ deuorabit domos
benadab.Et cōterã vectem damaſci:⁊ diſp
dam habitatorem de cãpo idoli:⁊ tenētem
ſceptrum de domo voluptatis:⁊ transferet j.ij.a.
populus ſyrie cyrenem:dicit dominus.Hec E
dicit dominus.Super trib⁹ ſceleribus gaze
⁊ ſup quattuor non conuertã eũ:eo ꝙ trãſtu
lerint captiuitatem perfectã:vt concluderēt
eam in idumea.Et mittam ignem in muruz
gaze:⁊ deuorabit edes eius:⁊ diſperdam ha
bitatorem de azoto:⁊ tenentē ſceptrum de
aſcalone:⁊ conuertam manum meam ſuper
acharō.⁊ peribunt reliqui philiſtinorum:di
cit dominus deus.Hec dicit dñs.Super tri j.ij.a.
bus ſceleribus tyri:⁊ ſuper quattuor non cō
uertã eũ:eo ꝙ concluſerint captiuitatez per
fectam in idumea:⁊ non ſint recordati fede-
ris fratrum.Et mittam ignē in murũ tyri:⁊
deuorabit edes eius.Hec dicit domin⁹.Su
per tribus ſceleribus edom:⁊ ſup quattuor D
non cōuertã eũ:eo ꝙ pſecutus ſit in gladio
fratrē ſuum:⁊ violauerit miam eius:⁊ tenue
rit vltra furorem ſuum:⁊ indignationē ſuam
ſeruauerit vſq̄ in finem.Mittam ignem in
themã:⁊ deuorabit edes boſre.Hec dicit do
minus.Super tribus ſceleribus filiorum a-
mon.⁊ ſuper quattuor non conuertã eũ:ꝙ
diſſecuerit pregnantes galaad ad dilatãduz
terminũ ſuum.Et ſuccendam ignem in mu-
ro rabbe:⁊ deuorabit edes eius in vlulatu in
die belli:⁊ in turbine in die cōmotionis.Et
ibit melchon in captiuitatē ipſe ⁊ principes
eius ſimul:dicit dominus.

¶ Capituli Summa ¶ Vltio dñi contra
moab p crudelitate in mortuos:cōtra iudã
iſrael pro contēptu legis:pro idolatria:de
beneficijs dei ⁊ ingratitudine populi:⁊ de
deſtructione ipſorũ. Capitulũ.ij.

A **Hec dicit dominus**
Super tribus ſcelerib⁹ moab:
⁊ ſup quattuoꝛ nō cōuertā eū:
eo ꝙ incēderit oſſa regis idu⸗
mee vſqꝫ ad cinerē. Et mittaꝫ
ignem in moab: et deuoꝛabit
edes cariotħ: ⁊ moꝛietur in ſo
nitu moab in clāgoꝛe tube: ⁊ diſperdam iudiceꝫ
s.j.b. de medio eius: ⁊ oēs pꝛincipes eius interficiam
cū eo: dicit dn̄s. Hec dicit dn̄s. Super tribus ſce
B leribus iuda ⁊ ſup quattuoꝛ nō cōuertā eū: eo ꝙ
abiecerit legē dn̄i: ⁊ mādata eius nō cuſtodierit.
Deceperūt eū eos idola ſua: poſt que abierant
patres eoꝝ. Et mittā ignē in iudā: ⁊ deuoꝛabit
edes hierl'm. Hec dicit dn̄s. Sup tribus ſceleri⸗
bus iſrael: ⁊ ſup quattuoꝛ nō cōuertā eū: pꝛo eo
ꝙ vēdiderit pꝛo argēto iuſtū: ⁊ pauperē pꝛo cal⸗
C ciamentis. Qui cōterūt ſuper puluerē terre capi
ta pauperū: ⁊ viā humiliū declināt. Et filius et
pater eius ierunt ad puellā: vt violarent nomen
ſanctū meum: ⁊ ſup veſtimentis pigneratis accu
Amos.xiij.d buerūt iuxta omne altare: ⁊ vinū dānatoꝛum bi⸗
bebāt in domo dei ſui. Ego autem exterminaui
amoꝛreū a facie eoꝝ: cuius altitudo cedroꝝ alti
tudo eius: ⁊ foꝛtis ipſe quaſi quercus. Et contri
ui fructū eius deſuper. ⁊ radices eius ſubter. ego
ſum qui aſcendere vos feci de terra egypti ⁊ edu
xi vos in deſertum quadraginta annis: vt poſſide
retis terrā amoꝛrei: ⁊ ſuſcitaui de filijs veſtris in
D pphetas: ⁊ de iuuenibus veſtris nazareos. Nun
quid non ita eſt filij iſrael: dicit dn̄s. Et pꝛopina
bitis nazareis vinū ⁊ pꝛophetis mandabitis: di⸗
cētes: ne pꝛophetetis. Ecce ego ſtridebo ſubter
vos ſicut ſtridet plauſtrū onuſtum feno. Et peri
bit fuga a veloce: ⁊ foꝛtis non obtinebit virtutē
ſuam: ⁊ robuſtus nō ſaluabit aīam ſuam. Et te⸗
nens arcum non ſtabit: ⁊ velox pedibus ſuis nō
ſaluabitur. Et aſcenſoꝛ equi non ſaluabit animā
ſuam: ⁊ robuſt⁹ coꝛde inter foꝛtes nudus effugiet
in illa die: dicit dominus.

Capi. Sūma. De penis diſcoꝛdantiū: de
vijs dn̄i contemptis: de iniquitatibus: de deſtru
ctiōe iſrael p idolatria ⁊ delitijs. Capitulū.iij.

A **Audite verbuꝫ quod**
locutus eſt dominus ſup vos
filij iſrael: ſuper omnem cogna
tionem quā eduxi de terra egy
pti dicēs. Tantūmodo vos co
gnoui ex omnibus cognatio⸗
nibus terre. Idcirco viſitabo
ſuper vos omnes iniquitates veſtras. Nunquid
ambulabunt duo pariter niſi cōuenerit eis. Nū
Job.vj.a. quid rugiet leo in ſaltu niſi habuerit pꝛedā. Nū
quid dabit catulus leonis vocem de cubili ſuo: ni
ſi aliquid appꝛehenderit. Nūquid cadet auis in
laqueū terre abſqꝫ aucupe. Nunquid auferetur
laqueus de terra anteꝙ quid ceperit. Si clāget
tuba in ciuitate: ⁊ populus non expaueſcet. Si B
erit malum in ciuitate quod dominus nō fecerit
Quia non faciet dominus deus verbum niſi reue
lauerit ſecretum ſuuꝫ ad ſeruos ſuos pꝛophetas.
Leo rugiet quis non timebit. Dominus deus
locutus eſt: quis non pꝛophetabit. Auditū faciet
in edibus azoti ⁊ in edibus terre egypti ⁊ dicite. C
Congregamini ſuper montes ſamarie ⁊ videte
inſanias multas in medio eius ⁊ calūniam patiē
tes in penetralibus eius. Et neſcierunt facere re
ctum dicit dn̄s: theſaurizantes iniquitatem ⁊ ra
pinas in edib⁹ ſuis. Pꝛopterea hec dicit dn̄s de⁹.
Tribulabitur ⁊ circuietur terra ⁊ detrahetur ex
te foꝛtitudo tua: ⁊ diripientur edes tue. Hec di⸗
cit dominus. Quomodo ſi eruat paſtoꝛ de oꝛe le D
onis duo crura: aut extremū auricule: ſic eruētur
filij iſrael qui habitant in ſamaria in plaga lectu
li ⁊ in damaſci grabato. Audite ⁊ cōteſtamini in
domo iacob dicit dominus deus exercituum: q:
in die cum viſitare cepero pꝛeuaricationes iſrael
ſuper eum viſitabo ⁊ ſuper altaria bethel: ⁊ am⸗
putabunt coꝛnua altaris ⁊ cadent in terrā. Et p
cutiam domū hyemalem cum domo eſtiua: ⁊ pe
ribunt domus eburnee: ⁊ diſſipabūtur edes mul
te: dicit dominus.

Capi. Sūma. De penis optimatum ſub
typo vaccarum pinguiuꝫ: de duricia populi ꝙ ſe
pe non penitet. Capitulum.iiij.

Audite verbum hoc A
vacce pingues que eſtis in mō
te ſamarie que calūniā facitis
egenis ⁊ cōfringitis pauperes
Que dicitis dominis veſtris:
afferte ⁊ bibemus. Iurauit do
minus deus in ſancto ſuo: quia
ecce dies venient ſuper vos ⁊ leuabunt vos in cō
tis ⁊ reliquias veſtras in ollis feruentibus ⁊ per
aperturas exibitis altera cōtra alteram ⁊ pijcie
mini in armō dicit dominus. Venite ad bethel ⁊ B
impie agite: ad galgalam ⁊ multiplicate pꝛeuari
cationem. Et offerte mane victimas veſtras tri⸗
bus dieb⁹ decimas veſtras. Et ſacrificate de fer
mento laudem: ⁊ vocate voluntarias oblationes
⁊ annunciate. Sic enim voluiſtis filij iſrael dicit
dominus deus. Unde ⁊ ego dedi vobis ſtupoꝛeꝫ
dentium in cunctis vꝛbibus veſtris: ⁊ indigētiaꝫ
panū in omnibus locis veſtris: ⁊ non eſtis reuer
ſi ad me dicit dominus. Ego quoqꝫ pꝛohibui a
vobis imbꝛem cum adhuc tres menſes ſupeſſent
vſqꝫ ad meſſem: ⁊ plui ſuper vnam ciuitatem: et C
ſuper alteram non plui. Pars vna compluta eſt:
⁊ pars ſuper quam non plui aruit. Et venerunt
due ⁊ tres ciuitates ad vnam ciuitatem vt bibe⸗
rent aquam. ⁊ non ſunt ſaciate: ⁊ non rediſtis ad
me dicit dominus. Percuſſi vos in vento vꝛente
⁊ in aurugine multitudinem hoꝛtoꝛum veſtroꝛuꝫ
⁊ vinearum veſtrarum olíueta veſtra ⁊ ficeta ve⸗
ſtra comedet eruca: ⁊ nō rediſtis ad me dicit do⸗

minus. Misi in vos mortem in via egypti: percussi
in gladio iuuenes vestros vsq₃ ad captiuitatem
equorū vestrorum ⁊ ascendere feci putredinē ca-
D strorū vestrorum in nares vestras ⁊ non redistis
gen. xix. c. ad me dicit dñs. Subuerti vos sicut subuertit de⁹
sodomam ⁊ gomorraz: ⁊ facti estis sicut torris ra
ptus ab incendio ⁊ non redistis ad me dicit dñs
Quapropter hec faciam tibi israel. Postq̄ autē
hec fecero tibi: preparare in occursum dei tui is-
rael: quia ecce formans montes ⁊ creans ventum
annuncians homini eloquium suū: faciens matu
tinam nebulam ⁊ gradiens super excelsa terre do
minus deus exercituū nomen eius.

Capi. Sūma. Deplāgit perpetuā captiui
tatē israel pro idolis: reuocat ⁊ monet q̄rere dñm
cōmemorans penas de tribus afflictionibus iude
de reprobatione festiuitatū ⁊ sacrificiorū: ⁊ de ido
latria ipsorum. Capitulū. v.

A Audite verbum istud
q̄ ego leuo super vos planctū:
Domus israel cecidit et non
xxxij. q. v. c adijciet vt resurgat. Uirgo isrl'
si paulus. proiecta est in terrā suam: ⁊ nō
est qui suscitet eam quia hec di
cit domin⁹ deus. Urbs de qua
egrediebantur mille relinquentur in ea centum:
⁊ de qua egrediebantur centum: relinquentur in
B ea decem in domo israel. quia hec dicit dominus
deus domui israel. Querite me et viuetis: et no-
lite querere bethel: et in galgalam nolite intra-
re: ⁊ in bersabee non transibitis: quia galgala ca
ptiua ducetur: ⁊ bethel erit inutilis. Querite do
minū ⁊ viuite ne forte cōburatur vt ignis domus
ioseph ⁊ deuorabit: ⁊ non erit q̄ extinguat bethel
j. ix. b. qui conuertitis in absinthium iudiciū: ⁊ iusticiaz
C in terra relinquitis facientem arcturum ⁊ orion-
tem ⁊ conuertentem in mane tenebras ⁊ diem in
noctem mutantem. Qui vocat aquas maris ⁊ ef
fundit eas super faciem terre: dñs nomē est eius
Qui subridet vastitatem super robustum ⁊ depo
pulationem super potentem affert. Odio habue-
runt corripientem in porta ⁊ loquentem perfecte
abominati sunt. Idcirco pro eo q̄ diripiebatis
Sopho. j. c pauperem ⁊ predam electam tollebatis ab eo do
mus quadro lapide edificabitis ⁊ non habitabi-
tis in eis. Uineas amantissimas plantabitis: et
D non bibetis vinum earum: quia cognoui multa
scelera vestra ⁊ fortia peccata vestra. Hostes iusti
accipientes munus: et pauperes deprimentes in
ps. xcvj. b. porta. Ideo prudēs in tempore illo tacebit quia
Ro. xij. c. tempus malum est. Querite bonum ⁊ non malū
E vt viuatis ⁊ erit dominus deus exercituum vo-
biscum: sicut dixistis. Odite malum ⁊ diligite bo
num: ⁊ constituite in porta iudicium: si forte mise
reatur dominus deus exercituū reliquijs ioseph.
Propterea hec dicit dominus deus exercituum
dominator. In omnibus plateis planctus: et in
cunctis que foris sunt dicetur ve ve. Et vocabūt
agricolam ad luctum ⁊ ad planctum eos q̄ sciunt
plangere. Et in omnibus vijs erit planctus: quia
transibo in medio dicit dominus. Ue desideran
tibus diem domini. Ad quid eaz vobis. Dies do F
mini ista tenebre: ⁊ non lux. Quomodo si fugiat
vir a facie leonis: ⁊ occurrat ei vrsus: ⁊ ingrediat
domum: ⁊ innitatur manu sua super parietem ⁊
mordeat eū coluber. Nunquid non tenebre dies
domini: ⁊ non lux ⁊ caligo: ⁊ non splendor in ea. xxxiij. q. vj.
Odi ⁊ proieci festiuitates vestras: ⁊ non capiam c. odi.
odorem cetuum vestrorum. Quia si obtuleritis Esa. j. d.
mihi holocaustomata ⁊ munera vestra non susci Mala. j. d.
piam: ⁊ vota pinguium vestrorum non respiciā.
Aufer a me tumultum carminum tuorum: ⁊ can- G
tica lyre tue non audiam. Et reuelabitur quasi Act. vij. d.
aqua iudicium: ⁊ iusticia quasi torrēs fortis. Nū
quid hostias ⁊ sacrificiuz obtulistis mihi in deser
to quadraginta annis domus israel. Et portastis
tabernacula moloch deo vestro: ⁊ imaginem ido-
lorum vestrorum sidus dei vestri rempha: figuras
quas fecistis vobis adorare eas. Et migrare vos
faciam trans damascū: dicit dominus deus exer
cituum nomen eius.

Capi. Sūma. Cōtra primates populorum
delitiosos de vastatione ⁊ interitu iude ⁊ israel q̄
dñm cogunt naturam mutare. Capitulū. vj.

Ve vobis qui opulen A
ti estis in sion: ⁊ confiditis in Lu. vj. d.
monte samarie: optimates ca
pita populorum ingredientes
pompatice domū israel. Transi
te in calāne ⁊ videte: ⁊ ite inde
in emath magnam: ⁊ descendi
te in geth palestinorū: ⁊ ad optima quoq₃ regna
horum si latior terminus eorum termino vestro
est. Qui separati estis in diem malum ⁊ appropin
quatis solio iniquitatis. Qui dormitis in lectis
eburneis: ⁊ lasciuitis in stratis vestris. Qui come B
ditis agnum de grege ⁊ vitulos de medio armen
ti, qui canitis ad vocez psalterij. Sicut dauid pu
tauerunt se habere vasa cantici: bibentes vinum
in phialis ⁊ optimo vnguento delibuti: et nihil
patiebantur super contritione ioseph. Quapro- C
pter nunc migrabunt in capite transmigrantiū Hiere. lj. b
⁊ auferetur factio lasciuiēntiū. Iurauit dominus j. viij. b.
deus in anima sua: dicit dominus deus exercituū
Detestor ego superbiaz iacob: ⁊ domos eius odi
⁊ tradam ciuitatem cuz habitatoribus suis. Quod
si reliqui fuerint decem viri in domo vna: et ipsi
morientur. Et tollet eum propinquus suus ⁊ cō-
buret eum vt efferat ossa de domo: ⁊ dicet ei qui
in penetralibus domus est. Nunquid adhuc est
penes te. Et respondebit. Finis est. Et dicet ei.
Tace: ⁊ non recorderis nominis domini. Quia ec D
ce dominus mandauit: ⁊ percutiet domum maio
rem ruinis: ⁊ domum minorem scissionibus. Nū
quid currere queunt in petris equi: aut arari pōt
bubalis. Quoniam conuertistis in amaritudinē

iudicium:ꝛ fructum iuſticie in abſinthium:qui le
tamini in nihil:qui dicitis. Numquid non in forti
tudine noſtra aſſumpſimus nobis cornua? Ecce
ego ſuſcitabo ſuper vos domus iſrael:dicit domi
nus deus exercituum gentem:ꝛ conteret vos ab
introitu emath vſqꝫ ad torrentem deſerti.

¶ Capituli Summarium ¶ De captiuitate
iſrael per aſſyrios:ꝛ iude per nabuchodonoſor:
de trulla cementarij:de amaſia ſacerdote contra
dicente amos.

Capitulum.vij.

A HEc oſtendit mihi do
minus deus. Et ecce fictor lo
cuſte in principio germinan-
tium ſerotini imbris:ꝛ ecce ſe
rotinus poſt tonſionem regis
Et factum eſt cum cōſummaſ
ſet comedere herbam terre:di
j.eodem. xit. Domine deus propitius eſto:obſecro. Quis
ſuſcitabit iacob:quia paruulus eſt? Miſertus eſt
autem dominus ſuper hoc. Non erit dixit domi
nus deus. Hec oſtendit mihi dominus deus ꝛ ec
ce vocabat iudicium ad ignem dominus deus:et
s.eodem. deuorabit abyſſum multam:ꝛ comedet ſimul par
B tem:ꝛ dixi. Domine deus quieſce obſecro. Quis
ſuſcitabit iacob quia paruulus eſt? Miſertus eſt
dominus ſuper hoc. Sed ꝛ iſtud non erit:dicit
j.viij.a. dominus deus. Hec oſtendit mihi dominus deus
Et ecce dominus ſtans ſuper murum litum:et in
manu eius trulla cementarij. Et dixit dominus
ad me. Quid tu vides amos:ꝛ dixi. Trullam ce-
mētarij. Et dixit dominus. Ecce ego ponam trul
lam in medio populi mei iſrael. Non adijciam vl
tra superinducere eum:ꝛ demolientur excelſa ido
li:ꝛ ſanctificationes iſrael deſolabuntur:et con-
C ſurgam ſuper domum hieroboam in gladio. Et
miſit amaſias ſacerdos bethel ad hieroboam re
gem iſrael:dicens. Rebellauit contra te amos in
medio domus iſrael:non poterit terra ſuſtinere
vniuerſos ſermones eius. Hec enim dicit amos.
In gladio morietur hieroboam:ꝛ iſrael captiuus
migrabit de terra ſua. Et dixit amaſias ad amos
Qui vides gradere:fuge in terram iuda:ꝛ come
D de ibi panem:ꝛ prophetabis ibi:ꝛ in bethel non
adijcies vltra vt prophetis:quia ſanctificatio re
gis eſt:ꝛ domus regni eſt. Reſponditqꝫ amos:ꝛ
dixit ad amaſiam. Non ſum propheta:ꝛ non ſum
filius prophete:ſed armentarius ego ſum velli-
cans ſycomoros. Et tulit me dominus deus cum
ſequerer gregem. Et dixit dominus ad me. Va-
de propheta ad populum meum iſrael. Et nunc
audi verbum domini. Tu dicis:non prophetabis
ſuper iſrael:ꝛ non ſtillabis ſuper domum idoli.
Propter hoc hec dicit dominus. Vxor tua in ci-
uitate fornicabitur:ꝛ filij tui ꝛ filie tue in gladio
cadent:ꝛ humus tua funiculo metietur. Et tu in
terra polluta morieris. Et iſrael captiuus migra
bit de terra ſua.

¶ Capituli Summarium ¶ De vncino ꝛ feſti
natione vindicte in populum:de auaricia popu
li:de paſſiōe dñi:de luctu:de captiuitate populi:
ꝛ de fame verbi domini. Capitulū.viij.

HEc oſtendit mihi do A
minus deus. Ecce vncinus po s.vij.b.
morum. Et dixi. Quid tu vides
amos. Et dixit. Vncinum po
morum. Et dixit dominus ad
me. Venit finis ſuper populum
meum iſrael. Non adijciam vl
tra vt pertranſeam eum. Et ſtridebunt cardines
templi in die illa:dicit dominus deus. Multi mo
rientur:in omni loco proijcietur ſilentium. Audi
te hoc qui conteritis pauperem:et deficere faci- B
tis egenos terre:dicentes. Quādo tranſibit meſ
ſis ꝛ venundabimus merces ꝛ ſabbatum:ꝛ ape-
riemus frumentum vt imminuamus menſuram
ꝛ augeamus ſiclum:ꝛ ſupponamus ſtateras do-
loſas vt poſſideamus in argento egenos:ꝛ pau-
peres pro calciamentis ꝛ quiſquilias frumenti
vendamus. Iurauit dominus in ſuperbiā iacob: s.vj.c.
ſi oblitus fuero vſqꝫ in finem omnia opera eorū.
Numquid ſuper iſto non commouebitur terra:et
lugebit omnis habitator eius? Et aſcendet qua
ſi fluuius vniuerſus:ꝛ eijcietur ꝛ defluet quaſi ri C
uus egypti. Et erit in die illa:dicit dominus oc-
cidet ſol in meridie ꝛ tenebreſcere faciam terram Tobie.ij.b
in die luminis. Et conuertam feſtiuitates vr̄as j.Mac.j.c
in luctum:ꝛ omnia cantica veſtra in planctū. Et
inducam ſuper omne dorſum veſtrum ſaccum:et
ſuper omne caput caluitium. Et ponam eā quaſi
luctum vnigeniti:ꝛ nouiſſima eius quaſi diē ama D
rum. Et ecce dies veniunt:dicit dominus ꝛ mit- viij.qō.j.c.
tam famē in terram:non famem panis neqꝫ ſitim audaciter.
aque:ſed audiēdi verbū domini. Et cōmouebun
tur a mari vſqꝫ ad mare:ꝛ ab aquilone vſqꝫ ad oriē
tem circuibūt querentes verbum domini ꝛ nō in xxxij.q.v.c.
uenient. In die illa deficient virgines pulchre:et ſi paulus.
adoleſcentes in ſiti:qui iurāt in delicto ſamarie:
ꝛ dicunt. Viuit deus tuus dan:ꝛ viuit via berſa-
bee:ꝛ cadent ꝛ non reſurgent vltra.

¶ Capituli Summarium ¶ De excidio tēpli
ꝛ vrbis propter auariciā principum:ꝙ dominus
comprehendet fugientes:ꝛ nationes hominū nō
attendit ſed mores eius:de tempore reſurrectio-
nis inſtaurantis eccleſie:de predicatoribus qui
plantauerunt eccleſias:ꝛ ipſi in eccleſias planta
buntur. Capitulum.ix.

VIdi dominum ſtan A
tem ſup altare. Et dixit. Per
cute cardinem ꝛ commouean
tur ſuperliminaria. Auaricia
enim in capite omnium:ꝛ no
uiſſimum eorum in gladio in
terficiam. Non erit fuga eis

ꝛ qui fugerit ex eis nō ſaluabitur. Si deſcēderint
vſqꝫ ad infernū: inde manus mea educet eos: ꝛ ſi
aſcēderint vſqꝫ ad celū: inde detraham eos. Et
ſi abſconditi fuerint in vertice carmeli: inde ſcru
tās auferā eos. Et ſi celauerint ſe ab oculis meis
in ꝓfundū maris: ibi mādabo ſerpēti ꝛ mordebit
B eos. Et ſi abierint in captiuitatē corā inimicis
ſuis: ibi mādabo gladio ꝛ occidet eos. Et ponā
hie. xliiij. c. oculos meos ſuꝑ eos in malū ꝛ non in bonū. Et
dñs deus exercituū qui tangit terrā. ꝛ tabeſcet ꝛ
lugebūt oēs habitantes in ea. Et aſcēdet ſicut
riuus oīs: ꝛ defluet ſicut fluuius egypti. Qui edi
ficat in celo aſcēſionem ſuā: ꝛ faſciculū ſuū ſuper
terrā fundauit. Qui vocat aquas maris: ꝛ effun
s. v. c. dit eas ſuꝑ faciē terre: dñs nomē eius. Nūquid
nō vt filij ethiopum vos eſtis mihi filij iſrael ait
dñs. Nunquid non iſrael aſcendere feci de terra
egypti ꝛ paleſtinos de cappadocia ꝛ ſyros de cy
rene. Ecce oculi dñi dei ſuꝑ regnū peccās: ꝛ con
terā illud a facie terre. Veruntamē cōterens non
C terā domum iacob: dicit dñs. Ecce enī mandabo
ego. ꝛ concutiā in oībus gentibus domū iſrael ſi
cut concutiť triticū in cribro: ꝛ nō cadet lapillus
ſuper terrā. In gladio morienť oēs peccatores
populi mei qui dicūt: nō appropinquabit: ꝛ non
veniet ſuꝑ nos malū. In die illa ſuſcitabo taber
Actu. xv. c. naculū dauid qđ cecidit: ꝛ reedificabo apturas
murorū eius: ꝛ ea que corruerāt inſtaurabo. Et
reedificabo eū ſicut in diebus antiquis: vt poſſi
D deāt reliquias idumee ꝛ oēs nationes: eo ꝙ inuo
catū ſit nomē meū ſuꝑ eos: dicit dñs faciēs hec.
Ecce dies venient: dicit dñs: ꝛ cōprehendet ara
tormeſſorē: ꝛ calcator vue mittentē ſemē. Et ſtil
labūt mōtes dulcedinē ꝛ oēs colles culti erūt. Et
Johe. iij. d. conuertā captiuitatem populi mei iſrael: ꝛ edifi
cabūt ciuitates deſertas ꝛ habitabunt ꝛ planta
bunt vineas: ꝛ bibent vinum earū: ꝛ faciēt hortos
ꝛ comedent fructus eorum. Et plātabo eos ſuꝑ
humum ſuam: ꝛ non euellam eos vltra de terra
ſua quā dedi eis: dicit dominus deus.

¶ Explicit Amos propheta.

¶ Incipit ꝓlogus in Abdiam ꝓphetam.

Iacob patriarcha
gen. xxv. d. habuit fratrē eſau: qui ob ru
borē corporis ſui: ſcđō hebrea
lingua appellatus eſt: qđ lati
ne ſanguineus diciť. Is me
ge. xxvij. g. moratū fratrē ſuū qui iſrael
nomē acceperat: graui odio
cōmotus interimere conatus eſt. Qua de cā oēs
qui populū iſrael: id eſt filios patriarche iacob p̄
dicti eſau odiū imitati ꝓſecuti ſunt: eſau ꝛ edom
ij. eſdre. j. appellati ſunt. Et qꝛ populus iſrael de captiuita
te chaldeorū ꝑ cyrū regē ꝑſarū nutu dei reuoca
tus in hieruſalē: ab alio regno grauiter afflictus
atqꝫ oppſſus eſt: ideo hoc regnū qđ more eſau p̄
dictū populū ꝓſecutū eſt. per denūciationē
abdie ꝓphete increpať: qđ non dei indigna
tione: ſed ſua virtute populū ſuperatum glo
riabať. De quo regno olim ꝑ dauid in pſal
mo. cxxxvj. Dictū eſt. Memorare dñe filiorū ps. cxxxvj. b.
edō in die hieruſalē. Nā reliqua lectione cō
prehēſa: futurū in gētes iudiciū ob cauſas le
ctione cōprehenſas regnūqꝫ dei in populo
iſrael ſignificāt. ¶ Hebrei hūc dicūt eſſe q̄
ſub rege ſamarie achab ꝛ impijſſima iezabel iij. re. viij. c
pauit cētū ꝓphetas in ſpecubus q̄ nō curua
uerūt genu ante baal: ꝛ de ſeptē milib9 erāt Rom. xj. a.
quos helias arguiť ignoraſſe. Sepulchrum
quoqꝫ ei9 vſqꝫ hodie cū mauſeolo heleſei ꝓ
phete ꝛ baptiſte iohānis ī ſebaſte veneratio
ni habeť: q̄ olim ſamaria dicebať. Hāc hero
des rex antipatris fili9 in honore auguſti ce
ſaris greco noīe vocauit ſebaſtē: id eſt augu
ſtam. Hic igiť qꝛ centū ꝓphetas pauerat: ac
cepit grām ꝓphetalē: et de duce exercit9 fit
dux eccľie. Tūc in ſamaria paruū gregē paue
rat: nūc in toto orbe xp̄i paſcit eccľias. Et
ſicut ſtephan9 coronā meruit paſſiōis: ſic hic Actu. vj.
de ſeruitutis dei cū paulo apoſtolo noīe glo ꝛ. vij. g.
riať: qꝛ abdias: ſuus dñi in nr̄o ſonat eloqo.

¶ Explicit prologus.

¶ Incipit argumentum.

Abdias qui inter
pretatur ſeru9 dñi ꝑſonat
cōtra edom: ſanguinē cū
terrenumqꝫ fratrē: fratris
quoqꝫ iacob ſemꝑ emulū
haſta percutit ſpiritali.

¶ Explicit argumētū

¶ Incipit abdias propheta.

¶ C. S ¶ Edom ꝓpter ſuꝑbiā deijciť ꝛ va
ſtať ꝑ nabuchodonoſor: ꝓpter interfectionē
et iniqtatē in frēz ſuū: de cauſis ꝓpter quas
edom captiuať: de ſaluatiōe iudeorū: de dila
tiōe p̄dicatiōis: ꝛ de ſubiectiōe ꝓplorū. C a. j.

Iſio a
abdie: hec
dicit dñs
deus ad
edom. Au
ditū audi
uim9 a do
mino. ꝛ le
gatum ad
gētes mi
ſit. Surgi
te: ꝛ cōſurgamus aduerſus eū in p̄liū. Ecce

paruulū dedi te in gētibus:cōtēptibilis tu es val
de.Supbia cordis tui extulit te habitātē i scissu
ris petrarū:exaltātē soliū tuū.Qui dicis in corde
B tuo:qs detrahet me in terrā.Si exaltatus fueris
Hie.xlvj.d vt aqla:ꝛ si inter sidera posueris nidū tuū : inde
detrahā te:dicit dñs.Si fures introissent ad te:
si latrones p noctē:quō cōticuisses.Nōne furati
essent sufficientia sibi.Si vindemiatores introis
sent ad te nūqd saltē racemū reliqssēt tibi. Quō
scrutati sunt esau.Inuestigauerūt abscōdita ei⁹
Usqꝫ ad terminū emiserūt te:ꝛ oēs viri federis
tui illuserūt tibi.Inualuerūt aduersum te viri pa
C cis tue.Qui comedūt tecū:ponēt insidias subter
Esa.xxix.c te.Nō est prudētia in eo.Nūqd nō in die illa:di
j.Cor.j.c. cit dñs:pdā sapiētes de idumea:ꝛ prudētiam de
mōte esau:ꝛ timebūt fortes tui a meridie vt inte
reat vir de mōte esau.Propter interfectionē ꝛ p
pter iniquitatē in fratrē tuū iacob:operiet te cō
fusio:ꝛ peribis in eternū.In die cū stares aduer
D sus eū:qn capiebāt alieni exercitum eius:ꝛ extra
nei ingrediebant portas eius ꝛ sup hierl'm mitte
bāt sortē:tu quoqꝫ eras quasi vnus ex eis.Et nō
despicies in die fratris tui:in die pegrinationis
ei⁹.Et nō letaberis sup filios iuda in die pditio
nis eorū ꝛ nō magnificabis os tuū in die āgustie
Neqꝫ ingredieris portā populi mei in die ruin:
eorū:neqꝫ despicies ꝛ tu in malis eius in die va-
E stitatis illius:ꝛ nō emitteris aduersus exercitu3
eius in die vastitatis illius:neqꝫ stabis in exitib⁹
vt interficias eos q fugerint.Et nō cōcludes reli
quos eius in die tribulationis : quoniā iuxta est
dies dñi sup oēs gētes.Sicut fecisti:fiet tibi:re-
tributionē tuā cōuertēt in caput tuū.Quō eni3
bibisti sup mōtē sanctū meū:bibēt oēs gētes iu
giter:ꝛ bibēt ꝛ absorbebūt:ꝛ erūt quasi nō sint.
Et in mōte sion erit saluatio ꝛ erit sctūs:ꝛ possi
F debis domos iacob eos q se possederant.Et erit
domus iacob ignis:ꝛ dom⁹ ioseph flāma:ꝛ dom⁹
esau stipula.Et succēdent in eis ꝛ deuorabūt eos
ꝛ nō erūt reliquie domus esau:qꝛ dñs locutus est
Et hereditabūt hi qui ad austrū sunt mōtē esau
G ꝛ qui in cāpestribus philisthijm:ꝛ possidebūt regio
nē ephraim ꝛ regionē samarie. Et beniamin pos
sidebit galaad.Et trāsmigratio exercitus huius
filiorū israel oia loca chananeorū vsqꝫ ad sareptā
ꝛ transmigratio hierl'm que in bosphoro est pos
sidebit ciuitates austri.Et ascēdēt saluatores in
mōtē sion iudicare mōtē esau:ꝛ erit dño regnū.

Explicit abdias propheta.

Incipit prologus in Jonam pphetā.

Jonam sanctu3 hebrei
affirmāt filium fuisse mulieris vi
due sareptane:quē helias pphe-
ta mortuū suscitauit:matre post
ea dicēte ad eū. Nūc cognoui qꝛ
vir dei es tu:ꝛ verbū dei in ore tuo veritas — iij.re.xvij d.
est.Ob hāc etiā causam ipm puerū sic voca
uit amathi.Amathi eni in nr̄a lingua verita
tē sonat. Et ex eo ꝙ verū helias locut⁹ est:
ille q suscitatus est filius esse dicit veritatis.
ideo de veritate colūba nascit:qꝛ ionas co
lūba sonat.In cōdēnationē aūt israel ionas — iiij. Regu3
ad gētes mittit:ꝙ niniue agēte pniaз illi i — xiiij.f.
malicia pseuerāt.Tpib⁹ qppe hieroboā re
gis isrl' q deo derelicto cū pplo suo in sama
ria idolis sacrificabat:ionā pphetā fuisse qr
t⁹ liber regū indicat.Is cū pphetia illumi
nāte pctores ciuitatis niniue dei miam cōse
cuturos videret:ne falsa pdicare videret:ad
denūciādū interitū eiusdē ciuitatis ire nole
bat.Nā sicut de⁹ ad abraā de ipietate sodo
moꝝ ꝛ gomorreoꝝ locut⁹ ē clamor sodomoꝝ — gen.xviij.c
ꝛ gomorreoꝝ puenit ad me:ita ꝛ de niniuitis — Jone.j.a.
eo ꝙ ascēderit clamor malicie ei⁹ ad deū.Et
qꝛ snia dei de sodomis facta minime reuoca
ta ē:timebat ionas aduersu3 niniuē platā sniaз
reuocari nolebat:diuine dispēsatiōis igna — eze.xviij.g.
r⁹ q salutē hoīз ad se cōuertētiū magis vult — ꝛ.xxxiij.d.
ꝙ interitū.Hoc illi acciderat qđ ꝛ sctō heli — iiij.re.iiij.e
seo:q filiū sunamitidis mulierꝫ mortuū ig-
norauit.Jō a cōspectu dei fugere se ionas
putabat hūanū aliqd passus:dicēte dauid.
Quo ibo a spū tuo:ꝛ quo a facie tua fugiā. — ps.cxxxviij a.

Explicit prologus.

Incipit argumentum.

Jonas colūba pul
cherrima naufragio suo pa
sionē dñi pfigurās mūdū ad
pniaз reuocat:ꝛ sub noīe ni
niue salutē gētib⁹ denūciat

Explicit argumentum.

Incipit Jonas propheta.

C.S. Jonas mittit in niniue ad pdi
cadū ꝛ fugit in tharsis:orit tēpestas ꝛ i ma
re mittit:ꝛ stat mare:ꝛ timēt offerētes dño
ꝛ dñs populi miseretur. Capitulū.j.

Et factū — A
est vbū dñi
ad ionā filiū
amathi : di-
cēs.Surge ꝛ
vade in nini
uē ciuitate3
grādē:ꝛ pdi
ca in ea : qꝛ
ascēdit mali
cia ei⁹ cora3

me.Et ſurrexit ionas:vt fugeret in tharſis a fa-
cie dñi.Et deſcēdit in ioppē:⁊ inuenit nauē eun
gen̄.xviij.b tem in tharſis.Et dedit naulū eius ⁊ deſcēdit in
eam vt iret cū eis in tharſis a facie dñi.Dñs aūt
miſit ventum magnū in mare:⁊ facta eſt tempe-
ſtas magna in mari ⁊ nauis periclitabatur con
teri.Et timuerunt naute ⁊ clamauerunt viri ad
B deum ſuū:⁊ miſerunt vaſa q̄ erant in naui in ma
re vt alleuiaretur ab eis.Et ionas deſcendit ad
interioꝛa nauis:⁊ doꝛmiebat ſopoꝛe graui.Et ac
ceſſit ad eum gubernatoꝛ:⁊ dixit ei.Quid tu ſo
poꝛe,depꝛimeris.Surge inuoca deū tuū:ſi foꝛte re
cogitet deus de nobis:⁊ non pereamus.Et dixit
vir ad collegam ſuum.Venite ⁊ mittamus ſoꝛtes
C ⁊ ſciamus quare hoc malū ſit nobis.Et miſerūt
j.q.iiij.c.ec ſoꝛtes:⁊ cecidit ſoꝛs ſuper ionam.Et dixerūt ad
cleſia.xxvj. eum.Indica nobis cuius cauſa malum iſtud ſit
q.ij.c. non nobis:qd̄ eſt opus tuum:que terra tua:⁊ quo va
exēplo.⁊.c. dis:vel ex quo populo es tu.Et dixit ad eos.He
nō ſtatim. breus ego ſum:⁊ dñm deū celi ego timeo:qui fe
cit mare ⁊ aridam.Et timuerunt viri timoꝛe ma
gno:⁊ dixerunt ad eum.Quid hoc feciſti.Cogno
uerunt enim viri ꝙ a facie dñi fugeret:q: indica
uerat eis.Et dixerunt ad eum. Quid faciemus
tibi:⁊ ceſſabit mare a nobis.Quia mare ibat ⁊ in
tumeſcebat ſup eos.Et dixit ad eos. Tollite me
D ⁊ mittite in mare:⁊ ceſſabit mare a vobis. Scio
enim ego:qm̄ pꝛopter me tempeſtas hec grandis
eſt ſuper vos.Et remigabant viri vt reuerteren
tur ad aridā ⁊ nō valebant:q: mare ibat ⁊ intu-
Deu.xxj.d meſcebat ſup eos.Et clamauerunt ad dñm:⁊ di
xerunt.Queſumus dñe:ne pereamus in aīa viri
iſtius:⁊ ne des ſuper nos ſanguinem innocentē:
q: tu dñe ſicut voluiſti feciſti.Et tulerunt ionā
⁊ miſerūt in mare:⁊ ſtetit mare a feruoꝛe ſuo.Et
timuerunt viri timoꝛe magno dñm ⁊ immolaue
runt hoſtias dño:⁊ vouerunt vota.

Capi.Summa. Abſoꝛptus a cete clamat
ad dñm.exauditur ⁊ euomitur.

Capitulum.ij.

A Et pꝛeparauit domi
Mat.xij.c nus piſcem grandem vt deglu
tiret ionam.Et erat ionas in
ventre piſcis tribus diebus et
tribus noctibus.Et oꝛauit io
nas ad dominum deum ſuum
de vtero piſcis.Et dixit. Cla-
ps.xix.d. maui de tribulatiōe mea ad dñm ⁊ exaudiuit me
B De vētre inferi clamaui:⁊ exaudiſti vocē meam.
Et pꝛoieciſti me in pꝛfundum in coꝛde maris:⁊ flu
men circūdedit me.Omnes gurgites tui:⁊ flu-
ctus tui ſuper me tranſierunt.Et ego dixi.Abie-
C ctus ſum a conſpectu oculoꝛum tuoꝛum.Verūta
men rurſus videbo templum ſanctum tuum.Cir
cundederunt me aque vſq͂ ad animam:abyſſus
vallauit me:pelagus operuit caput meū.Ad ex
trema montium deſcendi:terre vectes concluſe-
runt me in eternum:⁊ ſubleuabis de coꝛruptione
vitam meam dñe deus meus. Cum anguſtiaret
in me anima mea:dñi recoꝛdatus ſum:vt veniat
ad te oꝛatio mea ad tēplū ſctū tuum.Qui cuſto D
diunt vanitates fruſtra miam ſuā derelinquunt.
Ego aūt in voce laudis immolabo tibi:quecūq͂
voui reddā pꝛo ſalute mea dño.Et dixit dñs pi
ſci.Et euomuit ionam in aridam.

C.S. Iterū ionas mittit in niniuē pꝛdica
re:pꝛdicat penitet ppl's:⁊ dñs miſeret. Capi.iij.

Et factum eſt verbū A
dñi ad ionam ſecundo: dicēs.
Surge ⁊ vade in niniuē ciuita
tem magnam ⁊ pꝛdica in ea pꝛe-
dicationem quā ego loquoꝛ ad
te.Et ſurrexit ionas:⁊ abijt in
niniuen iuxta verbum dñi.Et B
niniue erat ciuitas magna itinere trium dierum.
Et cepit ionas introire ciuitatē itinere diei vnꝰ
⁊ clamauit ⁊ dixit.Adhuc quadraginta dies:⁊ ni Mat.xij.d
niue ſubuertetur.Et crediderunt viri niniuite in Lu.xj.d.
dño:⁊ pꝛdicauerūt ieiuniū:⁊ veſtiti ſunt ſaccis a
maioꝛe vſq͂ ad minoꝛē.Et peruenit verbū ad re C
gem niniue.Et ſurrexit de ſolio ſuo:⁊ abiecit ve
ſtimentū ſuum a ſe:⁊ indutus eſt ſacco ⁊ ſedit in
cinere:⁊ clamauit ⁊ dixit in niniue ex oꝛe regis ⁊
pꝛincipū eius dicēs.Hoīes ⁊ iumēta ⁊ boues et D
pecoꝛa nō guſtēt quicq͂:nec paſcant:⁊ aquā non
bibāt:⁊ operiantur ſaccis hoīes ⁊ iumenta ⁊ cla
mēt ad dñm in foꝛtitudine:⁊ conuertat vir a via
ſua mala:⁊ ab iniquitate que eſt in manibus eoꝝ
Quis ſcit ſi conuertat ⁊ ignoſcat deus:⁊ reuerta
tur a furoꝛe ire ſue ⁊ non perībimus.Et vidit deꝰ Johel.ij.c
opera eoꝛum q: cōuerſi ſunt de via ſua mala:⁊ mi
ſertus eſt deus ſuper maliciam quam locutus fue
rat:vt faceret eis ⁊ non fecit.

Capituli Sūmariū. Dolet ionas ad moꝛ-
tem et arguitur a domino:dolet ionas arefacta
hedera:⁊ ex hoc pꝛobat ei dñs ꝙ pꝛopter nini-
uē debuit condolere. Capitulum.iiij.

Et afflictus ē ionas A
afflictione magna:⁊ iratus eſt
⁊ oꝛauit ad dominum:⁊ dixit.
Obſecro domine:nunquid nō
hoc eſt verbū meum cū adhuc
eſſem in terra mea. Pꝛopter
hoc pꝛeoccupaui vt fugerē in ps.lxxxv.a
tharſis.Scio enim quia tu deus clemens ⁊ miſe Johel.ij.c
ricoꝛs es:patiens ⁊ multe miſerationis:⁊ igno- iij.re.xix.a
ſce ſuper malicia.Et nūc domine tolle queſo ani B
mam meam a me:quia melioꝛ eſt mihi moꝛs ꝙ vi
ta.Et dixit dominꝰ. Putaſne bene iraſceris tu.
Et egreſſus eſt ionas de ciuitate:⁊ ſedit contra
oꝛientem ciuitatis.Et fecit ſibimet vmbꝛaculū C
ibi ⁊ ſedebat ſubter illud in vmbꝛa: donec vide-
ret quid accideret ciuitati.Et pꝛeparauit domi-

nus deus hederam:⁊ aſcendit ſuper caput io‑ne vt eſſet vmbra ſuper caput eius: ⁊ protegeret eum. Laborauerat enim. Et letatus eſt ionas ſuper hedera leticia magna ⁊ parauit deus vermem aſcenſu diluculi in craſtinū et percuſſit hederam ⁊ exaruit:⁊ cum ortus fuiſſet ſol:precepit dn̄s vento calido ⁊ vrēti:⁊ percuſſit ſol ſuper caput ione:et eſtuabat. Et petijt anime ſue:vt moreretur. Et dixit. Melius eſt mihi mori vivere. Et dixit dominus ad ionā. Putaſne bn̄ iraſceris tu ſuper hederam. Et dixit. Bene iraſcor ego vſq̄ ad mortem. Et dixit dominus. Tu doles ſuper hederam in qua non laboraſti neq̄ feciſti vt creſceret:que ſub vna nocte nata eſt:⁊ ſub vna nocte perijt:et ego non parcam niniue ciuitati magne:in qua ſunt plus centū viginti milia hominum qui neſciunt quid ſit inter dexterā et ſiniſtram ſuam:et iumenta multa.

¶ Explicit ionas propheta.

¶ Incipit prologus in micheam prophetam.

Temporibus ioathe ⁊ achaz et ezechie regū iuda: micheam prophetam ad hanc prophetiam ſpiritusancto repletum
iiij.reg.v.g fuiſſe lectio ipſa demōſtrat. Sȝ
iiij.re.xvj.a de ſupradicto numero regum ioatham et ezechiam deo ob religionē placuiſſe:hiſtoria libri quarti regum et ſecundi paralipomenon: indicat. Achaz vero relicto deo idola ſamarie quibus etiam filios ſuos in ſacrificium igni concremandos obtulerat coluiſſe conſtat. Quāobreȝ deus ſamariam que reges iſrael ⁊ iuda memoratorū ſimulacrorum ſuperſtitiōe fefellerat increpans indignationem ſuam in eam proceſſuram comminatus eſt. Populo etiam iſrael preuaricatori et principibus eius qui eundem populum fallaci ſuaſione ad colenda idola impulerant verbis in ſequentibus captiuitatem et interitum affuturum denunciauit.

¶ Explicit prologus.

¶ Incipit argumentum

Micheas de moraſthi coheres chriſti vaſtationem annunciat filie latronis: et obſidionem ponit cōtra eam:q: maxillam percuſſerit iudicis iſrael.

¶ Explicit argumentum.

¶ Incipit micheas propheta.

¶ Capituli Sūmariū. ¶ De terrore venturi iudicis: de ſubuerſione ſamarie ꝓpter idola: plangit ꝓpheta plāgāt: ꝯuenit ad iudeos ⁊ incitat ad planctum. Capit.j.

Verbum dn̄i qḋ factum eſt ad micheā moraſthitē in diebus ioathaȝ achaȝ ⁊ ezechie regū iuda qḋ vidit ſup ſamariā ⁊ hieruſalem. Audite populi omnes ⁊ attendat terra et plenitudo eius ⁊ ſit dominus deus vobis i teſtē: dn̄s de tēplo ſctō ſuo. Q: ecce dn̄s egredie de loco ſuo:deſcendet ⁊ calca‑ Eſa.xxvj.c
bit ſup excelſa terre. Et cōſumētur mōtes ſubtꝰ eū ⁊ valles ſcindētur ſicut cera a facie iguis ſicut aq̄ que decurrūt i p̄ceps. In ſcelere iacob oē iſtud:⁊ i pctis domꝰ iſrael. Qḋ ſcelus iacob:nōne ſamaria? Et que excelſa iude: Nōne hierl̄z? Et ponā ſamariā q̄ſi aceruū lapidū i agro cū plāta vinea ⁊ detrahaȝ i vallē lapides eiꝰ. Et fundamēta eius reuelabo:⁊ oīa ſculptilia eiꝰ cōcidētur. Et oēs mercedes eiꝰ cōburētur igne ⁊ oīa idola eius ponā i ꝑditionē q: de mercedibus meretricis cōgregata ſunt:⁊ vſq̄ ad mercedē meretricis reuertētur. Sup hoc plāgā ⁊ vlulabo vadā ſpoliatꝰ ⁊ nudꝰ. Faciā plāctū velut draconū ⁊ luctū q̄ſi ſtrutionum q: deſperata eſt plaga eiꝰ q: venit vſq̄ ad iudā tetigit portā ppl̄i mei vſq̄ ad hierl̄z. In geth nolite annūciare lachrymis ne ploretis. In domo pulueris puluere vos cōſꝑgite. Et trāſite vobis hītatio pulchra:ↄfuſa ignominia. Nō ē egreſſa q̄ hītat in exitu. Plāctū domꝰ vicina accipiet ex vobis q̄ ſtetit ſibimet q: īfirmata ē i bōo q̄ hītat i amaritudinibꝰ Q: deſcēdit malū a dn̄o i portā hierl̄z. Tumultꝰ q̄drige ſtuporis hītāti lachis. Principiū pcti ē filie ſiō:q: i te iuēta ſūt ſcelera iſrael. Propterea dabit emiſſarios ſup hereditatē geth domꝰ mēdacij i deceptionē regibꝰ iſrl̄. Adhuc hr̄dē adducā tibi q̄ hītas in mareſa vſq̄ ad odollā veniet gl̄ia iſrl̄. Decaluare ⁊ tōdere ſup filios deliciaꝝ tuaꝝ dilata caluitium tuum ſicut aquila quoniaȝ captiui ducti ſunt ex te.

¶ C. S. ¶ Pctā ppl̄i deſignat que puocāt vltionē peccātes i ſpe confutat,⁊ iubet ire poſt dominum compatitur propheta populo ſuo et poſt triſticiam prophetat leta de aduentu chriſti et aſcenſione. Cap.ij.

A
B j.iij.d.
C
D

a V E qui cogitatis inu
tile ꝛ operamini malū in cubi
libus veſtris. In luce matuti
na faciunt illud: quoniaꝫ con
tra dominum eſt manus eoꝝ.
Et concupierunt agros et vio
lenter tulerunt et rapuerunt
domos: ꝛ calūniabant virū ꝛ domū eius: virū ꝛ he
reditatē eius. Idcirco hec dicit dn̄s. Ecce ego
cogito ſuper familiā iſtā malū vnde non aufere
tis colla veſtra: ꝛ nō ambulabitis ſupbi qm̄ tem
pus peſſimū eſt. In die illa ſumet ſup vos parabo
B la: ꝛ cantabit cāticū cū ſuauitate: dicentiū. De
populatione vaſtati ſumus. Pars ppl'i mei cō
mutata eſt. Quō recedet a me: cuꝫ reuertat qui
regiones veſtras diuidat. Propter hoc nō erit
tibi mittēs funiculū ſortis in cetu dn̄i. Ne loq
mini loq̄ntes. Nō ſtillabit ſup iſtos: nō ɔprehē
det cōfuſio dicit dn̄s iacob. Nunquid abbreuia
tus eſt ſp̄us dn̄i aut tales ſunt coigtatiōes eius.
Nōne v̄ba mea bona ſunt cū eo q̄ recte gradit.
Et ecōtrario ppl's meus in aduerſariū conſurre
xit. Deſup tunicā palliū ſuſtuliſtis: ꝛ eos q̄ trā
ſibant ſimpliciter cōuertiſti in bellū. Mulieres
C ppl'i mei eieciſtis de domo delitiaꝝ ſuaꝝ: a par
uulis earum tuliſtis laudē meam in perpetuuꝫ.
Heb. xiij. c Surgite ꝛ ite: q2 nō habetis hic requiem. Pro
pter immūdiciaꝫ eius corrūpetur putredine peſſi
ma. Utinā non eſſem vir habens ſpiritū ꝛ men
dacium potius loquerer. Stillabo tibi in vinuꝫ
et in ebrietateꝫ: ꝛ erit ſup quē ſtillatur ppl's iſte
D Congregatione congregabo iacob totum te in
vnum conducam reliquias iſrael. Pariter ponā
illum quaſi gregem in ouili: quaſi pecus in me
dio caulariū. Tumultuabūtur a multitudine ho
minum. Aſcendet enim pandens iterante eos.
Diuidet ꝛ trāſibūt portā ꝛ egredientur p eā. Et
tranſibit rex eoꝝ corā eis: ꝛ dn̄s in capite eoꝝ.

Capituli Sūma Contra crudelitatē pn
cipū: contra fallaciam prophetarum ꝛ doctoꝝ
contra ſcelera primatum ꝛ iudicum propter que
ſion deſtructa eſt ꝛ hieruſalem. Capitulū. iij.

A E T dixi. Audite prin
cipes iacob: et duces domus
iſrael. Nunquid non veſtrum
eſt ſcire iudicium: qui odio ha
betis bonum et diligitis ma
lum: qui violenter tollitis pel
les eorum deſuper eis et car
nes eoꝝ deſup oſſibꝰ eoꝝ. Qui cōederūt carnē
B ppl'i mei ꝛ pellē eoꝝ deſup excoriauerunt: et oſſa
eoꝝ cōfregerūt ꝛ cōciderūt ſicut in lebete: ꝛ q̄ſi
carnē in medio olle. Tūc clamabūt ad dn̄ꝫ ꝛ non
exaudiet eos ꝛ abſcondet faciē ſuā ab eis in tp̄e
illo ſicut nequiter egerūt in adinuētionibꝰ ſuis.
Hec dicit dn̄s deus ſuper pphetas qui ſeducūt
ppl'm meū: qui mordēt dētibus ſuis ꝛ predicāt
pacē. Et ſi q̄s nō dederit in ore eoꝝ quippiā: ſan
ctificāt ſup eū pliū. Propterea nox vobis p vi
ſione erit: ꝛ tenebre vobis p diuinatione. Et oc
cumbet ſol ſup pphetas: ꝛ obtenebrabit ſuper C
eos dies. Et cōfundētur q̄ vidēt viſiōes ꝛ cōfun
dent diuini. Et operiēt oēs vultus ſuos: q2 non
eſt rn̄ſum dei. Ueruntn̄ ego repletus ſuꝫ fortitu
dine ſp̄us dn̄i iudicio ꝛ virtute: ꝛ annūciē iacob
ſcelus ſuū: ꝛ iſrael pctm̄ ſuū. Audite hec pncipes
domus iacob ꝛ iudices domus iſrael: qui abomi D
namini iudicium: et omnia recta peruertitis. Eze. xxij. f
Qui edificatis ſion in ſanguinibus: et hieruſa ſopho. iij. d
lem iniquitate. Principes eius: in muneribus j. q. j. iudi
iudicabant: et ſacerdotes eius in mercede doce ces. xxxv. di
bant. Et prophete eius in pecunia diuinabant: ſtin. c. eccle
et ſuper dominum requieſcebant: dicētes. Nun ſie prin.
quid nō dominus in medio nr̄m: Non venient Hie. xxvj. f
ſuper nos mala. Propter hoc cāvſ̄i ſiō q̄ſi ager g. j. d.
arabit: ꝛ hieruſaleꝫ quaſi aceruus lapidum erit
et mons templi in excelſa ſiluarum.

Ca. Sūma De aduētu xp̄i ꝛ fide gētiū:
de cōparatione orbis: de conuerſione reliquiaꝝ
iſrael. pro aduentu chriſti conſolatur hieruſaleꝫ:
captiuitatem babylonicam et liberationem ꝛ fu
turos predicatores predicit: de reliquijs que pre
dicabuntur et ſaluabuntur. Capitulum. iiij.

E T erit in nouiſſimo
dierum mons domus dn̄i pre A
paratus in vertice montiū: et Eſa. ij. a.
ſublimis ſuper colles. Et flu
ent ad eum populi: ꝛ propera
bunt gentes multe: et dicent.
Uenite aſcendamus ad mon
tem domini: ꝛ ad domuꝫ dei iacob. Et docebit
nos de vijs ſuis: ꝛ ibimus in ſemitis eius. Quia
de ſion egredietur lex: ꝛ verbum domini de hie
ruſalem. Et iudicabit inter populos multos et B
corripiet gentes fortes vſq3 in longinquum. Et
concident gladios ſuos in vomeres et haſtas ſu
as in ligones. Non ſumet gens aduerſus gentē
gladium: ꝛ non diſcent vltra belligerare. Et ſe
debit vir ſubtus vineam ſuam et ſubtus ficuꝫ ſu
am: ꝛ non erit qui deterreat: q2 os domini exer
cituum locutum eſt: quia omnes populi ambu
labunt vnuſquiſq3 in nomine dei ſui: nos autem
ambulabimus in nomine dei noſtri in eternum
et vltra. In die illa dicit dominus congregabo ſopho. iij. d
claudicātem: ꝛ eam quam eieceram colligam: et
quam afflixeram conſolabor. Et ponam claudi C
cantem in reliquias: ꝛ eaꝫ que laborauerat in gē
tem robuſtam. Et regnabit dominus ſuper eos Lu. j. c.
in monte ſion: ex hoc nunc et vſq3 in eternum.
Et tu turris gregis nebuloſa filie ſion vſq3 ad te
veniet: ꝛ veniet poteſtas prima regnum filie hie
ruſalem. Nunc quare merore contraheris. Nū
quid rex non eſt tibi: aut cōſiliarius tuus perijt
quia comprehendit te dolor ſicut parturientem
Dole ꝛ ſatage filia ſion quaſi parturiens: quia

D nunc egredieris de ciuitate ⁊ habitabis in regio
ne:⁊ venies vſq; ad babylonez. Ibi liberaberis:
ibi redimet te dñs de manu inimicoꝝ tuoꝝ. Et
nūc cōgregate ſunt ſup te gentes multe:que di-
cūt lapidet:⁊ aſpiciat in ſion oculus noſter. Ipſi
aūt non cognouerūt cogitatiōes dñi:⁊ nō intel-
lexerunt conſiliū eius:q꞉ cōgregauit eos quaſi
fenū aree. Surge ⁊ tritura filia ſion:q꞉ cornu tuū
ponā ferreū:⁊ vngulas tuas ponā ereas:⁊ cōmi
nues pplos multos ⁊ interficies dño rapinas eo-
rum:⁊ fortitudinē eoꝝ dño vniuerſe terre.

¶ Capi. Sūma ¶ De vaſtatione hierlm pro morte xpi:de natiuitate ⁊ magnificētia xpi de ſeptē paſtoribus ⁊ octo primatibus:de apoſtolica pdicatione ⁊ iudeoꝝ exterminatione. Capi. v.

a
Nunc vaſtaberis fi-
lia latronis. Obſidionē poſue
runt ſup nos:in virga percu-
tiēt maxillā iudicis iſrael. Et
tu bethleē ephrata paruulus
es in milib⁹ iuda. Ex te mihi
egredietur qui ſit dominator
in iſrael:⁊ egreſſus eius ab initio a diebus eter-
nitatis. Propter hoc dabit eos vſq; ad tēpus
in quo parturiens pariet:⁊ reliquie fratrū eius
conuertent ad filios iſrael. Et ſtabit ⁊ paſcet in
fortitudine dñi in ſublimitate nominis domini
dei ſui:⁊ cōuertent:q꞉ nunc magnificabit vſq;
B ad terminos terre. Et erit iſte pax aſſyriis cum
venerit in terrā noſtram:⁊ quando calcauerit in
domibus noſtris. Et ſuſcitabimus ſup eū ſeptē
paſtores:⁊ octo primates hoīes:⁊ paſcent terrā
aſſur in gladio:⁊ terrā nemroth in lanceis eius.
Et liberabit ab aſſur cum venerit in terram no-
ſtrā ⁊ cū calcauerit in terminis noſtris. Et erūt
C reliquie iacob in medio populoꝝ multoꝝ quaſi
ros a domino:⁊ quaſi ſtille ſuper herbam que nō
expectat virum:⁊ non preſtolabat filios hominū
Et erunt reliquie iacob in gentibus in medio po
pulorum multoꝝ quaſi leo in iumentis ſiluaruz
⁊ quaſi catulus leonis in gregibus pecoꝝ. Qui
cum tranſierit ⁊ conculcauerit ⁊ ceperit:non eſt
qui eruat. Et exaltabitur manus tua ſuper ho-
ſtes tuos:⁊ omnes inimici tui interibunt. Et erit
D in die illa:dicit dominus:auferaz equos tuos de
medio tui:⁊ diſperdā quadrigas tuas. Et pdam
ciuitates terre tue ⁊ deſtruā oēs munitiōes tuas
Et auferā maleficia de manu tua:⁊ diuinatiōes
non erūt in te. Et perire faciā ſculptilia tua ⁊ ſta
tuas tuas de medio tui:⁊ nō adorabis vltra ope
ra manuū tuarū:⁊ euellam lucos tuos de medio
tui. Et cōterā ciuitates tuas:⁊ faciam in furore ⁊
indignatione vltionem in omnibus gentibus q̄
non audierunt.

¶ C. S ¶ De diſceptatione dñi cum populo ſuo:de oblatione acceptabili dño de ſceleribus populi ⁊ afflictionibus eius. Capitulū. v

Audite que dominus a
loquitur. Surge:cōtēde iudi-
cio aduerſum mōtes:⁊ audiēt
colles vocē tuam. Audiant mō
tes iudiciū dñi:⁊ fortia funda-
menta terre:q꞉ iudiciū dñi cuz
pplo ſuo:⁊ cū iſrael diiudicabi
tur. Popule meus quid feci tibi:aut quid mole
ſtus fui tibi? Reſpōde mihi. Q꞉ eduxi te de ter- B
ra egypti:⁊ de domo ſeruientiū liberaui te:⁊ mi
ſi ante faciē tuā moyſen ⁊ aarō ⁊ mariā. Popule Nu. xxiii. b
meus memento queſo q̄d cogitauerit contra te
balach rex moab ⁊ quid reſpōderit ei balaam fi-
lius beor de ſethim vſq; ad galgalā:vt cognoſce
res iuſticias dñi. Quid dignū offerā dño. Curua
bo genu deo excelſo. Nunquid offeram ei holo-
cauſtomata ⁊ vitulas anniculos. Nunquid placa
ri pōt dñs in milibus arietū:aut in multis mili-
bus hircoꝝ pinguium. Nunquid dabo primoge C
nitū meū pro ſcelere meo:fructū vētris mei pro
peccato aīe mee. Indicabo tibi o homo quid ſit
bonū:⁊ q̄d dñs requirat a te. Utiq; facere iudi-
ciū ⁊ diligere miſericordiā:⁊ ſollicituz ambulare
cū deo tuo. Uox dñi ad ciuitatez clamat:⁊ ſalus
erit timētibus nomē eius. Audite tribus. Et q̄s
approbabit illud. Adhuc ignis in domo ipij the
ſauri iniquitatis:⁊ menſura minor ire plena. Nū
quid iuſtificabo ſtateram impiam. ⁊ ſaccelli pon
dera doloſa. In quibus diuites eius repleti ſunt
iniquitate:⁊ habitātes in ea loquebantur mēda
cium:⁊ lingua eorum fraudulenta in ore eorum. D
Et ego ergo cepi percutere te perditione:ſuper
peccatis tuis. Tu comedes ⁊ non ſaturaberis:et
humiliatio tua in medio tui. Et apprehendes et
non ſaluabis:⁊ quos ſaluaueris in gladiuz dabo
Tu ſeminabis ⁊ non metes:tu calcabis oliuam: Deutero.
⁊ non vngeris oleo:⁊ muſtum. ⁊ non bibes vinum xxviii. d.
⁊ cuſtodiſti precepta amri. ⁊ omne opus domus Aggei. i. b.
achab. ⁊ ambulaſti in voluptatibus eoꝝ vt darē
te in perditionem. ⁊ habitantes in ea in ſibilum
⁊ opprobrium populi mei portabis.

¶ C. S ¶ Plangit ppheta q꞉ pauci ſunt iuſti de liberatione hieruſalē a babyloniis:de chriſto paſtore ⁊ populo naſcendo. de confuſione gentiū ⁊ laude diuine clementie. Capitulū. vii.

Ve mihi:quia factus A
ſum ſicut qui colligit in autū-
no racemos vindemie. Non
eſt botrus ad comedendū pre
coquas ficus deſiderauit ani-
ma mea. Periit ſanctus de ter
ra. ⁊ rectus in hominibus non
eſt. Omnes in ſanguine inſidiantur. vir fratrem
ſuum ad mortem venatur. Malum manuum ſua
rum dicunt bonum. Princeps poſtulat. ⁊ iudex
in reddendo eſt. Et magnus locutus eſt deſide
rium anime ſue. et conturbauerunt eā. Qui opti

mus in eis eſt quaſi paliurus:⁊ qui rectus quaſi
ſpina de ſepe. Dies ſpeculationis tue: viſitatio
tua venit. Nunc erit vaſtitas eorū. Nolite crede
B re amico:⁊ nolite cōfidere in duce. Ab ea que dor
Matt.x.c. mit in ſinu tuo cuſtodi clauſtra oris tui: q: filius
contumeliā facit patri:⁊ filia cōſurget aduerſus
matrē ſuam:nurus aduerſus ſocrū ſuā:⁊ inimici
hominis domeſtici eius. Ego autem ad dominū
aſpiciā:expectabo deum ſaluatorem meū. Audiet
me deus meus. Ne leteris inimica mea ſuper me
q: cecidi. Conſurgā. Cum ſedero in tenebris:do
minus lux mea eſt. Irā dn̄i portabo:qm̄ peccaui
ei:donec cauſam meā iudicet:⁊ faciat iudicium
meum. Et deducet me in lucē:videbo iuſticiam
eius. Et aſpiciet inimica mea:⁊ operietur confu
E ſione que dicit ad me. Ubi eſt dn̄s deus tuus.
Oculi mei videbūt eam. Nunc erit in conculca
tione:vt lutum platearū. Dies vt edificētur ma
cerie tue. In die illa lōge fiet lex. In die illa vſq;
ad te veniet aſſur:⁊ vſq; ad ciuitates munitas:⁊
a ciuitatibus munitis vſq; ad flumen:⁊ ad mare
de mari:⁊ ad montem de mōte. Et terra erit in
deſolationem ꝓpter habitatores ſuos:⁊ propter
fructū cogitationum eorum. Paſce populū tuū
in virga tua:gregem hereditatis tue habitantes
ſolos in ſaltu. In medio carmeli paſcētur baſan
⁊ galaad:iuxta dies antiquos:ſm̄ diem egreſſio
D nis tue de terra egypti. Oſtendā ei mirabilia. Ui
debunt gentes ⁊ confundentur ſuꝑ omni fortitu
dine ſua. Ponent manus ſuper os:aures eorū
ſurde erūt. Lingent puluerē ſicut ſerpentes:ve
lut reptilia terre turbabuntur de edibus ſuis.
Dn̄m deum noſtrum non deſiderabunt:⁊ time
bunt te. Quis deus ſimilis tui qui aufers iniqui
tatē ⁊ trāſfers peccatū reliq̄arū hereditatis tue.
Nō immittet vltra furorē ſuum:qm̄ volens miſe
ricordiā eſt. Reuertetur ⁊ miſerebitur noſtri. De
ponet iniquitates noſtras:⁊ proijciet in ꝓfundū
maris omnia peccata noſtra. Dabis veritatem
iacob:miſericordiā abraam:que iuraſti patribus
noſtris a diebus antiquis.

¶ Explicit Micheas propheta.

¶ Incipit ꝓlogus in Naum ꝓphetam.

A

Naum prophetā ante aduentum regis aſſyriorum qui populū iſrael captiuum in ſuam regionē trāſtulerat fuiſſe hebreorum traditio confirmat. Siquidē in fine huius lectionis predicti regis aduentum:idem ꝓpheta annunciare monſtratur. Sed cum habitatores niniue iona interitū ciuitatis predicante:ne diuina ira denunciatū interitū ſuſtinerent:peccatorum ⁊ impietatis penitentiam egiſſent:accepta dei miſericordia: grauioribus ſe criminibus implicuerūt. Qua de cauſa memoratus ꝓpheta ſpū ſancto plenus:iudiciū dei annuciās:ita locutus eſt. Deus zelans:⁊ vlciſcēs dn̄s eſt ⁊c. Iam enim decē tribus ab aſſyrijs ducte fuerant in captiuitatē ſub ezechia rege iuda: ſub quo etiā nunc in cōſolatione populi tranſmigrati:aduerſum niniuez viſio cernitur. Nec erat parua conſolatio:tam his qui iam aſſyrijs ſeruiebant:ꝙ reliquis qui ſub ezechia de tribu iuda et beniamin ab eiſdē hoſtibus obſidebantur:vt audirent aſſyrios quoq; a chaldeis eſſe capiēdos:ſicut in ſequētibus libri huius demonſtrabitur.

¶ Item alius prologus.

Sciendum autem ꝙ niniue in noſtra lingua de hebreo ſpecioſam ſonat. Specioſus aūt hic mundus dicitur. Unde ⁊ apud grecos coſmos ab ornatu nomē accepit. Et quicquid nūc aduerſus niniue dicitur:de mūdo figuraliter ꝑdicari ſentiamus. Quā ob cauſaz ⁊ aſſumptio quā ſeptuaginta interꝑtātur dicūt: apud hebreos maſſa ponitur:id eſt graue onus:eo ꝙ cū aduerſus quā ꝓphetatur ꝑmat. nec ſinat leuare ceruicē. Simulq; hoc attēdendū:ꝙ hec ipſa vel aſſumptio vel onus vel pōdus ꝓphete ſit viſio. Non enim loquitur propheta in extaſi:vt montanus ⁊ priſcilla maxillaq; delyrant:ſed qđ prophetat:liber eſt viſionis intelligentis vniuerſa que loquitur:⁊ pondus hoſtiū faciētis ſuo populo viſionem. De conſummatione itaq; mūdi ſm̄ anagogen:cōſolationem ſanctorū prophetia texitur:vt queccūq; in mundo vidēt:quaſi ꝑtereūtia ⁊ caduca contēnant:⁊ ꝑparent ſe ad iudicij diē:vbi vltor aduerſum veros aſſyrios futurus eſt dominus.

¶ Prologus explicit.

¶ Incipit argumentum.

Naum conſolator orbis interpretatur. Increpat ciuitatem ſanguinū ⁊ poſt euerſionem illius loquitur. Ecce ſuper montes pedes euangelizantis et annunciantis pacem. Naū.j.d.

¶ Argumentum explicit.

¶ Naum propheta incipit.

¶ Capituli Summariū. ¶ De emulatione domini:⁊ ponitur ad vindictā cōtra niniuē:⁊ de bonitate dn̄i ad reducendam captiuitatē iſrael: q: nō deambulabunt eā aſſyrij ſicut captiuitatē iuda ⁊ hieruſalē:ſed ipſi igne ſuccendentur ⁊ ſenna cherub in templo dei ſui occiditur:⁊ inde reddetur ſecuritas. Capitulum .j.

Deſ pe. di. iij.c.naum

a

Onus niniue. Liber viſionis naum helceſei. Deus emulator et ulciſcens dñs: ulciſcens dñs et habens furorem: ulciſcens dñs in hoſtes ſuos et iraſcens ipſe inimicis ſuis. Dñs patiens et magnus fortitudine: et mundans nõ faciet innocentẽ. Dñs in tempeſtate: et turbine vie eius: et nebule puluis pedũ eius. Increpans mare et exiccans illud: et oĩa flumina ad deſertũ deducens. Infirmatus eſt baſan: et carmelus et flos libani elanguit. Mõtes cõmoti ſunt ab eo: et colles deſolate ſunt. Et cõtremuit terra a facie eius: et orbis et oẽs habitantes in eo. Ante faciẽ indignationis eius quis ſtabit: et quis reſiſtet in ira furoris eius. Indignatio eius effuſa eſt vt ignis: et petre diſſolute ſunt ab eo. Bonus dñs et confortans in die tribulationis: et ſciens ſperantes in ſe. Et in diluuio pretereunte cõſummationẽ faciet loci eius: et inimicos eius perſequetur tenebre. Quid cogitatis contra dñm. Cõſummationẽ ipſe faciet. Nõ cõſurget duplex tribulatio: quia ſicut ſpine ſe inuicem cõplectuntur: ſic conuiuium eorum pariter potantiũ. Cõſumentur quaſi ſtipula ariditate plena. Ex te eĩm exibit cogitans contra dñm maliciã mente pertractans preuaricationes. Hec dicit dñs. Si perfecti fuerint et ita plures ſic quoque attondentur et pertranſibit. Afflixi te: et nõ affligam te vltra. Et nũc cõteram virgã eius de dorſo tuo et vincula tua dirumpam: et precipiet ſuper te dñs. Nõ ſeminabitur ex nomine tuo amplius. De domo dei tui interficiam. Sculptile et cõflatile ponam ſepulchrũ tuũ: quia inhonoratus es. Ecce ſuper mõtes pedes euangelizantis et annunciantis pacẽ. Celebra iuda feſtiuitates tuas: et redde vota tua: quia nõ adijciet vltra vt pertranſeat in te belial: vniuerſus interijt.

B

De pe. diſ. iij.c. ſunt plures. ſ. au ctoritas. et c. quarat hic aliquis.

C

Eſa. xxxvij. g.

Eſa. lij. b.

Ro. x. c.

¶ C.S. ¶ De aſcenſu nabuchodonoſor cõtra niniue: et vltione dñi: deſcribitur etiã exercitus babyloniorum: et deſcribitur vaſtitas niniue ſub typo mulieris captiue verba exprobrãtis ad niniue: deſcribitur potentia eius. Cap. ij.

Aſcendit qui diſpergat corã te qui cuſtodiat obſidionẽ. Cõtemplare viã cõforta lũbos robora virtutẽ valde: quia ſicut reddidit dñs ſuperbiã iacob: ſic ſuperbiã iſrael: quia vaſtatores diſſipauerunt eos et propagines eorum corruperunt. Clypeus fortiũ eius ignitus viri exercitus in coccineis. Ignee habene currus in die preparationis eius: et agitatores eius cõſopiti ſunt. In itineribus conturbati ſunt: quadrige colliſe ſunt in plateis. Aſpectus eorum quaſi lampades: quaſi fulgura diſcurrentia. Recordabitur fortiũ ſuorum: ruent in itineribus ſuis. Velociter aſcendent muros eius et preparabitur vmbraculũ. Porte fluuiorum aperte ſunt et templũ ad ſolũ dirutũ. Et miles captiuus adductus eſt: et ancille eius minabantur gementes vt columbe: murmurantes in cordibus ſuis. Et niniue quaſi piſcina aquarum aque eius: ipſi vero fugerunt. State ſtate et nõ eſt qui reuertatur. Diripite argentũ diripite aurũ: et nõ eſt finis diuitiarum ex oibus vaſis deſiderabilibus. Diſſipata eſt et ſciſſa et dilacerata eſt cor tabeſcens et diſſolutio geniculorũ et defectio in cunctis renibus: et facies oim ſicut nigredo olle. Ubi eſt habitaculũ leonũ et paſcua catulorum leonũ. Ad quã iuit leo vt ingrederetur illuc catulus leonis et nõ eſt qui exterreat. Leo cepit ſufficienter catulis ſuis et necauit leenis ſuis. Et impleuit prẽda ſpeluncas ſuas et cubile ſuũ rapina. Ecce ego ad te dicit dñs exercituũ et ſuccendam vſque ad fumũ quadrigas tuas: et leunculos tuos comedet gladius. Et exterminabo de terra prẽdã tuã: et non audietur vltra vox nunciorum tuorum.

B

C

Eſa. xiij. b.

¶ C.S. ¶ Arguitur crudelitas niniue: et deſpoliatur ſicut adultera deprehenſa: defenſio nulla etiam eius eſt ſed ſicut alexãdria que hic deſcribitur deſtruetur tanquam non munita: et debilis populus eius euolat vt locuſte: occidentur principes eius et erit peſſima plaga eius. Capitulum. iij.

Ve ciuitas ſanguinũ vniuerſa mendacij dilaceratione plena. Nõ recedet a te rapina. Vox flagelli et vox impetus rote: et equi frementis et quadrige feruentis et equitis aſcendentis et micantis gladij et fulgurantis haſte et multitudinis interfecte et grauis ruine: nec eſt finis cadauerũ. Et corruent in corporibus ſuis propter multitudinẽ fornicationum meretricis ſpecioſe et grate et habentis maleficia: que vendidit gentes in fornicationibus ſuis et familias in maleficijs ſuis. Ecce ego ad te dicit dñs exercituũ: et reuelabo pudenda tua in facie tua: et oſtendam in gentibus nuditatẽ tuã et regnis ignominiã tuã. Et proijciam ſuper te abominationes et cõtumelijs te afficiam: et ponam te in exemplũ. Et erit oĩs qui viderit te reſiliet a te et dicet. Vaſtata eſt niniue. Quis cõmouebit ſuper te caput. Unde queram conſolatorem tibi. Nunquid melior es alexandria populorum que habitat in fluminibus: aque in circuitu eius cuius diuitie mare: aque muri eius. Ethiopia fortitudo eius et egyptus: et nõ eſt finis. Aphrica et libyes fuerũt in auxilio

a

Eze. xxiij. b

Abac. ij. c.

B

Eſa. xlvij.

C

tuo:ſed ⁊ ipſa in tranſmigratione ducta eſt in ca
ptiuitatez. Paruuli eius eliſi ſunt in capite oim
viarum ⁊ ſuper inclytos eius miſerunt ſortem et
omnes optimates eius confixi ſunt in cōpedibꝯ
Et tu ergo inebriaberis ⁊ eris deſpecta ⁊ tu que
res auxiliuz ab inimico. Oēs munitiones tue ſi
cut ficus cū groſſis ſuis:ſi cōcuſſe fuerint cadēt
in os cōedētis. Ecce ppl's tuus mulieres in me
dio tui. Inimicis tuis ad apertionez pandetur
porta terre tue: deuorabit ignis vectes tuos.
D Aquaz ꝓpter obſidionē hauſi tibi:extrue muni
tiones tuas. Intra in lutū ⁊ calca:ſubigēs tene
laterem. Ibi comedet te ignis: peribis gladio:
deuorabit te vt bruchus. Congregare ergo vt
brucus multiplicare vt locuſta. Plures feciſti
negociatiōes tuas ꝙ ſtelle ſint celi. Bruchus ex
panſus eſt ⁊ auolauit. Cuſtodes tui quaſi locuſte
et paruuli tui quaſi locuſte locuſtarum que con
cidēt in ſepibus in die frigoris. Sol ortus eſt et
auolauerunt:⁊ nō eſt cognitus locꝯ carū vbi fue
rint. Dormitauerūt paſtores tui rex aſſur:ſepe
lientur principes tui:latitauit ppl's tuus in mō
tibus ⁊ nō eſt qui cōgreget. Nō eſt obſcura con
tritio tua peſſima eſt plaga tua. Oēs q̄ audierūt
auditionē tuā cōpreſſerūt manū ſuꝑ te:q: ſuper
quem non tranſijt malicia tua ſemper.

Naum propheta explicit.

Prologꝯ in abacuk ꝓphetā incipit.

A Quattuor prophete
in duodecim ꝓphetarum vo
lumine ſunt:e quibus tres in
principio lemna id eſt pondꝯ
titulum habent:naum, aba
cuk ⁊ malachias. Porro za
charias in medio ⁊ circa finē
duos huiuſcemodi ponit titulos e quibus vnus
eſt onus verbi domini in terra adrach ⁊ dama
ſci requiei eiꝯ alter in fine ſcilicet onus verbi do
mini ſuper iſrael. De nauz orationibus tuis iaz
liber vnus editus eſt. De zacharia ⁊ molachia ſi
vita comes fuerit diſſeretur. Nunc abacuk ha
bemus in manibus:qui vel ex eo ꝙ amabilis do
mini eſt vocatur amplexatio:vel ꝙ certamen et
luctam ⁊ vt ita dicam amplexum cum deo cōgre
ditur amplexantis:ideſt luctantis: ſortitus eſt
nomen. Nullus enim tam audaci voce auſus eſt
deum ad diſceptationem iuſticie prouocare et di
cere ei. Cur in rebus humanis mundi iſtius pō
pa tanta rerūz verſetur iniquitas. Vociferabor
ad te viam patiens et non ſaluabis. Quare oſtē
diſti mihi iniquitatem ⁊ laborem videre. Lacera
ta eſt lex:et non peruenit vſq3 ad finem iudiciū
quia impius preualet aduerſum iuſtum:ideo in
gredietur iudicium peruerſuz. Vides ꝙ temera
ria vox ſit:⁊ quodāmodo blaſphemātis creatorē
ſuū ad iudiciū prouocare:⁊ vas fragile aduerſus
figulum cur tale vel tale factū ſit diſputare. Nec
non ⁊ hoc aīaduertēdū ꝙ aſſūptio vel pondus
que grauia iam eſſe diximus ꝓphete viſio eſt et
aduerſuz montani dogma peruerſum intelligit
quod videt nec vt amens loquitur nec more in
ſanientiū feminarū dat ſine mente ſonuz. Vnde j.cor. xiiij.f.
et apoſtolus iubet vt ſi ꝓphetizantibꝯ alijs aliꝗ
fuerit reuelatum:taceant qui prius loquebant
et ſtatim. Non eſt inquit diſſenſionis deus ſed
pacis. Ex quo intelligitur cū quis ex voluntate
reticet ⁊ alteri locum dat ad loquendū poſſe lo
qui ⁊ tacere cū velit. Qui iam in extaſi:id eſt īui
tus loquitur nec tacere nec loqui in ſua poteſta
te habet. Illud quoq3 diſce quia ſemel ꝯa me vio
lenter exigis vt quaſi quoſdam gradus ⁊ ſcalas
altiora intenti hiſtoriam tibi interpreter: ꝓphe
tiam eſſe contra babylonem ⁊ nabuchodonoſor
regem chaldeorum:vt quō prior propheta nauz
quē abacuk ſequitur vaticiniū habuit cōtra ni
niuē ⁊ aſſyrios qui vaſtauerūt decē tribus: que
vocatur iſrael:ita abacuk prophetiā habeat ad
uerſus babylonē ⁊ nabuchodonoſor:⁊ quibus iu
das ⁊ hierl'm tēpliūq3 ſubuerſa ſunt. Et vt ſcias
eo tēpore fuiſſe abacuk:quo iam due tribus que
vocabātur iuda:ducte erāt in captiuitatē daniel
docere te poterit:ad quē in lacū leonum abacuk Daniel.
cuz prādio mittitur. Quamꝗ apud hebreos hec xiiij.f.
ipſa nō legatur hiſtoria igitur ſiue quis recipiat
ſcripturā illā ſiue nō recipiat:vtrūq3 ꝓ nobis eſt
Aut enī iam recipit:⁊ poſt factā rē liber abacuk
texitur. Aut ſi nō recipit:quaſi propheta ſcribit
que ventura cognoſcit. Interim ſm lr̄am cauſa
tur aduerſum deū ꝓpheta:cur nabuchodonoſor
tēpliū dei vaſtet ⁊ iudā:cur hierl'm quondā vrbs
dn̄i diſtruat:quare clamet ppl's ⁊ nō audiat. Vo
ciferet ad dn̄m oppreſſus a chaldeis ⁊ ſaluetur:
quare etiam ipſe propheta vel ppl's ex cuius per
ſona loquitur ad hoc vixerit:⁊ huc uſq3 perductꝯ
ſit:vt iniquitatem hoſtium ⁊ ſuum laborem vide
rit:cuz iniuſticia preualeat aduerſum ſe ⁊ hec di
cit pre mentis anguſtia:neſciens aurum in ignē
cōflari:⁊ tres pueros de camino ignis puriores danie.iij.c.
exiſſe ꝙ intrauerāt. Sed ⁊ hoc generaliter acci
pere poſſumus:ꝙ ex perſona humane impatien Abacuk.j.
tie loquatur vt in querulam vocem ⁊ plenam do b.
loris erūpat dicens. Quare reſpicis cōteptores
et taces cōculcante impio iuſtiorez ſe. Hec autē
loquitur neſciēs iudicia dei inueſtigabilia:⁊ pro
fundum diuitiaruz ſapientie ⁊ ſciētie eius:ꝙ nō
ita videat deus vt videt homo. Homo tm̄ pre
ſentia reſpicit deus futura ⁊ eterna cognoſcit.
Et quomodo ſi egrotans ⁊ eſtuās febribꝯ aquā
frigidam poſtulet ⁊ dicat ad medicum. Vim pa
tior:crucior:vror:examinor:vſq3quo medice cla
mabo ⁊ non exaudies. Et reſpondeat ei ſapien
tiſſimus ⁊ clementiſſimus medicus ſcio quo tē
pore dare debeā qd̄ poſtulas. Non miſereor mo
do:quia miſericordia iſta crudelitas eſt:⁊ volun
tas tua contra te petit. Ita ⁊ deus noſter ſciēs
clementie ſue pondera atq3 menſuras:interdū
non exaudit clamantem:vt eum probet: et ma
gis prouocet eum ad rogandum: et quaſi igne

ij.Corinth. iiij.a. — excoctum iuſtiorem ⁊ puriorem faciat. Quod
intelligens apoſtolus ſcḋm id qḋ miſericordiã
conſecutus eſt a dño: ait. Sed non deficimus
Ps.xxxiij.a — Et benedicimus dñz in omni tẽpore. Et ſcit
Mat.x.et xxiiij.b. — ꝙ qui perſeuerauerit vſqꝫ in finẽ: hic ſaluus
erit: ⁊ gloriatur in labore ⁊ dolore. Et cũ hie
remia dicit. Tribulationem ⁊ miſeriam inuo
cabo: vt quomodo alius inuocat deũ: ſic ſan
ctus vir ⁊ bellator inuictus ad exercendũ ſe
⁊ probandum tribulationem ⁊ miſeriaz inue
nire deſiderat.

¶ Prologus explicit.

¶ Argumentum incipit.

ABacuk luctator
fortis ⁊ rigidus: ſtat ſuper
cuſtodiam ſuã: ⁊ figit gra-
dũ ſuper munitionẽ: vt xp̃s
in cruce contẽpletur: ⁊ di-
Abacuk — cat. Operuit celos gloria
eius: ⁊ laudis eius plena ẽ
terra. Splẽdor eius vt lux erit: cornua in ma
nibus eius: ibi abſcondita eſt fortitudo eius

¶ Argumentum explicit.

¶ Abacuk propheta incipit.

¶ Capituli Sũma. ¶ Diſceptatio ꝓphe-
te cũ deo de flore malorũ: ⁊ rñdet dñs: de po
tentia chaldeorũ: ⁊ ruina ipſorum: ⁊ munitio
ne nabuchodonoſor: propheta intelligens iu
ſticiam dei ⁊ clemẽtiã ex nimia impatientia
adhuc diſputat cũ deo pro illis quos nabu-
chodonoſor ꝑdat ⁊ deuorat. Capitulũ.j.

A
Job.xix.a — ONus qḋ
vidit aba-
cuk ꝓpheta.
Uſqꝫquo do
mine clama-
bo: ⁊ nõ exau
dies. Uocife
rabor ad te
vim patiens
⁊ nõ ſaluabis
Quare oſtẽ-
diſti mihi iniquitatem ⁊ laborẽ: videre ꝑdaz
⁊ iniuſticiã cõtra me? Quare reſpicis contẽ-
ptores ⁊ taces conculcante impio iuſtiorẽ ſe.
Job.xxi.a. — Et facies hominis quaſi piſces maris: ⁊ qua
Hie.xij.a. — ſi reptilia non habentia ducẽ. Et factum eſt
iudiciũ ⁊ cõtradictio potẽtior. Propter hoc
lacerata eſt lex: ⁊ non peruenit vſqꝫ ad finem
iudicium: q: impius preualet aduerſus iuſtum: ꝓ
pterea egreditur iudicium peruerſum. Aſpicite
in gentibus ⁊ videte ⁊ admiramini ⁊ obſtupeſci — B
te: quia opus factum eſt in diebus veſtris: quod
nemo credet cum narrabitur. Quia ecce ego ſu- — Act.xiij.f.
ſcitabo chaldeos gentem amaram ⁊ velocem am
bulantem ſuper latitudinem terre: vt poſſideat
tabernacula non ſua. Horribilis ⁊ terribilis eſt:
ex ſemetipſa iudiciũ ⁊ onus eius egredietur. Le-
uiores pardis equi eius: ⁊ velociores lupis veſper
tinis: ⁊ diffundentur equites eius. Equites naqꝫ
eius de longe venient: volabunt quaſi aquila fe- — C
ſtinans ad comedendum. Omnes ad predam ve
nient: facies eorum ventus vrens. Et congrega-
bit quaſi arena captiuitatem: ⁊ ipſe de regibus
triumphabit: ⁊ tyranni ridiculi eius erunt. Ipſe
ſuper omnem munitionem ridebit ⁊ comporta-
bit aggerem ⁊ capiet eam. Tunc mutabitur ſpiri
tus ⁊ pertranſibit ⁊ corruet. Hec eſt fortitudo
eius dei ſui. Nunquid non tu a principio domine
deus meus: ſancte meus: ⁊ non moriemur. Do-
mine in iudicium poſuiſti eum: ⁊ fortem vt corri-
peres fundaſti eum. Mundi ſunt oculi tui ne vi-
deas malum: ⁊ reſpicere ad iniquitatem non po
teris. Quare non reſpicis ſuꝑ inique agentes et
taces deuorante impio iuſtiorem ſe. Et facies ho — D
minis quaſi piſces maris: ⁊ quaſi reptile non ha-
bens principem. Totum in hamo ſubleuauit: tra
xit illud in ſagena ſua ⁊ congregauit in rete ſuũ.
Super hoc letabitur ⁊ exultauit: ꝓpterea immo
labit ſagene ſue: ⁊ ſacrificabit rete ſuo. Quia in
ipſis incraſſata eſt pars eius: ⁊ cibus eius elect⁹
Propter hoc ergo expandit ſagenã ſuam: ⁊ ſem
per interficere gentes non ceſſat.

¶ Capituli Summarium. ¶ Stat propheta ſu
per cuſtodiam ſuã vt videat quid ſequatur poſt
euerſionem populi ⁊ templi: de aduentu chriſti:
deſcribitur in ſuperbia ſua nabuchodonoſor: pro
phetatur propter auariciam: propter cruentam
edificationem propter inebriationem ſedechie. ꝓ
pter idola. Capitulũ.ij.

SUper cuſtodiã meaz — A
ſtabo: ⁊ figam gradum ſuper — Eſa.xxj.e.
munitionem. Et cõtemplabor
vt videam quid dicatur mihi ⁊
quid reſpondeam ad arguen-
tem me. Et reſpõdit mihi do-
minus et dixit. Scribe viſum
⁊ explana eum ſuper tabulas vt percurrat qui le
gerit eum. Quia adhuc viſus procul ⁊ apparebit
in finem: ⁊ non mentietur. Si moram fecerit ex — Eſa.xxj.a.
pecta illum: q: veniens veniet ⁊ non tardabit. Ec — Roma.x.b.
ce qui incredulus eſt: non erit recta anima eius — Hebre.x.g
in ſemetipſo. Juſtus autem in fide ſua viuet. Et — ḋ pe.di.iiij
quomodo vinum potantem decipit: ſic erit vir ſu- — c.in domo.

B perbus ⁊ nõ decorabitur. Qui dilatauit quaſi in
fernus aiam ſuam: ⁊ ipſe quaſi mors ⁊ non adim
pletur. Et congregauit ad ſe omnes gẽtes ⁊ coa
ceruauit ad ſe omnes populos. Nũquid non oẽs
iſti ſuper eum parabolã ſumẽt ⁊ loquelã enigma
tuꝫ eius. Et dicetur. Ue ei qui ſe multiplicat nõ
ſua. Uſquequo ⁊ aggrauat cõtra ſe denſum lutuꝫ.
Nunquid non repente conſurgent qui mordeãt
te? Et ſuſcitabuntur lacerantes te: ⁊ eris in rapi
nam eis. Quia tu ſpoliaſti gentes multas: ſpolia
bunt te omnes qui reliqui fuerint de populis. ꝓ
pter ſanguinem hominis ⁊ iniquitatem terre ci
uitatis omniũ ⁊ habitantiũ in ea. Ue qui congre
C gat auariciam malam domui ſue vt ſit in excelſo
nidus eius: ⁊ liberari ſe putat de manu mali. Co
gitaſti confuſionẽ domui tue: cõcidiſti populos
multos ⁊ peccauit anima tua. Quia lapis de pa
riete clamabit: ⁊ lignũ quod inter iuncturas edi
ficiorum eſt reſpõdebit. Ue qui edificat ciuitatem
in ſanguinibus ⁊ preparat vrbem in iniquitate.
eze. xxiiij. b. Nunquid non ſunt hec a dño exercituum? Labo
rabunt enim populi in multo igne. ⁊ gentes in va
Hauꝫ. iij. a cuum ⁊ deficient. Quia replebitur terra vt cogno
ſcant gloriã dñi quaſi aque operientes mare. Ue
qui potum dat amico ſuo mittens fel ſuum ⁊ ine
brians: vt aſpiciat nuditatem eius. Repletus eſt
ignominia pro gloria. Bibe tu quoqꝫ ⁊ cõſopire
Circundabit te calix dextere domini: ⁊ vomitus
ignominie ſuper gloriam tuam. Quia iniquitas li
bani operiet te ⁊ vaſtitas animaliũ deterrebit eos
de ſanguinibus hominis ⁊ iniquitate terre ⁊ ciui
tatis ⁊ omnium habitantium in ea. Quid ꝓdeſt
ſculptile: quia ſculpſit illud fictor ſuus: confla
tile ⁊ imaginem falſam: quia ſperauit in figmẽto
fictor eius vt faceret ſimulacra muta? Ue qui di
cit ligno expergiſcere. Surge lapidi tacenti. Nũ
quid ipſe docere poterit? Ecce iſte cooperatꝰ eſt
auro ⁊ argento: ⁊ omnis ſpiritus non eſt in viſce
Pſ. x. a. ribus eius. Dominus autem in tẽplo ſancto ſuo
ſileat a facie eius omnis terra.

Oratio abacuk ꝓphete ꝓ ignorãtijs. Ca. iij.

a Domine audiui audi
tionem tuam ⁊ timui. Domine
opus tuum in medio annorum
viuifica illud. In medio anno
rum notum facies: cum iratus
fueris miſericordie recordabe
ris. Deus ab auſtro veniet: et
ſanctus de monte pharan. Operuit celos gloria
eius: ⁊ laudis eius plena eſt terra. Splẽdor eius
vt lux erit: cornua in manibus. Ibi abſcõdita eſt
fortitudo eius: ante faciem eius ibit mors. Egre
dietur diabolus ante pedes eius: ſtetit ⁊ menſus
B eſt terram. Aſpexit ⁊ diſſoluit gentes: ⁊ contriti
ſunt montes ſeculi. Incuruati ſunt colles mũdi
ab itineribus eternitatis eius. Pro iniquitate
vidi tentoria ethiopie: turbabuntur pelles terre
madian. Nunquid in fluminibus iratus es: dñe

aut in fluminibus furor tuus vel in mari indigna
tio tua. Qui aſcẽdis ſuper equos tuos ⁊ quadri
ge tue ſaluatio. Suſcitans ſuſcitabis arcum tuũ
iuramẽta tribubus que locutus es. Fluuios ſcin
des terre: viderũt te ⁊ doluerunt montes: gurges
aquarũ tráſijt. Dedit abyſſus vocẽ ſuam: altitu C
do manus ſuas leuauit. Sol ⁊ luna ſteterunt in
habitaculo ſuo. in luce ſagittarũ tuarũ ibunt: in
ſplendore fulgurantis haſte tue. In fremitu con
culcabis terram: ⁊ in furore obſtupefacies gẽtes
Egreſſus es in ſalutem populi tui: in ſalutẽ cum
xp̄o tuo. Percuſſiſti caput de domo impij: denu
daſti fundamenta eius vſqꝫ ad collũ. Maledixiſti
ſceptris eius: capiti bellatorum eius venientibus
vt turbo ad diſpergendũ me. Exultatio eorum ſi
cut eius qui deuorat pauperem in abſcondito.
Uiã feciſti in mari equis tuis: in luto aquarũ mul
tarũ. Audiui ⁊ conturbatus eſt venter meus a vo
ce cõtremuerunt labia mea. Ingrediatur putre
do in oſſibus meis. ⁊ ſubter me ſcateat. Ut reqe D
ſcam in die tribulationis. vt aſcẽdam ad populũ
accinctũ noſtrum. Ficus enĩ non florebit: ⁊ non
erit germẽ in vineis. Mentiet opus oliue ⁊ arua
non afferent cibum. Abſcidetur de ouili pecus: ⁊
non erit armentum in preſepibus. Ego autẽ in
dño gaudebo: ⁊ exultabo in deo ieſu meo. Deus
dñs fortitudo mea: ⁊ ponet pedes meos quaſi
ceruoruꝫ. Et ſuper excelſa mea deducet me victor
in pſalmis canentem.

Abacuk ꝓpheta explicit.

Prologus in Saphoniã ꝓphetã incipit.

Tradunt hebrei cu
iuſcumqꝫ prophete pater aut
auus ponatur in titulo: ipſos
quoqꝫ ꝓphetas fuiſſe. Unde amos. vij. b.
⁊ amos vnũ de duodecim pro
phetis: qui dixit. Non ſum ꝓ
pheta nec filius ꝓphete: ſed
paſtor caprarum: vellicans ſycomoros: patris no
men in titulo non habere. Hoc ſi verũ eſt: ſopho
nias ꝓpheta: qui nomine (vt ita dicam) prophe
tico ⁊ glorioſa maioruꝫ ſuorum ſtirpe generatus
eſt. Habuit enĩ patrem chuſi: auum godoliam:
proauum amariam: attauum ezechiã: ⁊ talẽ qua
drigam ipſe velut extremus auriga compleuit.
Nomen ſophonie: alij ſpeculã: alij arcanum do
mini tranſtulerunt. Siue igitur ſpecula: ſiue ab
ſconditum dñi interpretetur: vtrumqꝫ prophete ezech. iij. b.
conuenit. Dicitur enĩ ad ezechielem. Fili homi
nis: ſpeculatorẽ te poſui domui iſrael. Iſte ergo
propheta qui erat in ſpecula ⁊ in ſublimibus cõ
ſtitutus: ⁊ nouerat miſteria dñi: filius erat chuſi:
qui interp̄tatur humilitas. Habebat quoqꝫ auũ
godoliam: qui dicit magnitudo domini: ⁊ proauũ
amariam: qui ⁊ ipſe vertitur in ſermonem dñi: ⁊
attauum ezechiam: qui ſonat fortitudo domini.
De fortitudine itaqꝫ domini natus eſt ſermo do

j.cori.xv.b. mini:τ de ſermone dñi nata eſt magnitudo
dñi:τde magnitudine dñi nata eſt humilitas
vt cũ venerit aliquis ad pfectum: dicat. Ego
ps.cxxx.a. nõ ſum dignus vocari apoſtolus. Et illud in
pſalmis. Dñe nõ eſt exaltatũ cor meũ:neqȝ
elati ſunt oculi mei. Joſiam regẽ iude:cuius
tẽporibus ſophonias prophetaſſe inuenitur
iiij.regum xxiij.f. deo pre oĩbus regib⁹ iude placuiſſe: hiſtoria
quarti libri regũ:τ ſecundi paralipomenon
demonſtrat. Joſias ſimulacra que pater ſu⁹
amon:vel auus manaſſes in tẽplo dei collo-
cauerat:deiectã cõminuiſſe mõſtrat. In qui
bus etiã ſerpentem eneũ a moyſe factũ: cui
errori inductus populus ſupſtitione idolorum
detẽtus admiſerat. Idem cuſtodiſſe paſca:τ
intermiſſis tpib⁹ multis ſolus celebraſſe mõ
ſtratur. Ideo deus per prophetã tpibus me
morati regis que puentura erant:oſtendens
gẽtibus quidẽ lectione cõprehẽſis affuturũ
iudiciũ:populo vo iſrael ſalutẽ τ ciuitati hie
ruſalẽ reſtaurationem:tunc temporis tribuẽ
dam textu lectionis denunciauit.

Prologus explicit.

Argumentum incipit.

Sopho.j.b. Sophonias ſpeculator τ arcanorũ dei cognitor:audit clamorem a porta piſcium:τ eiulatum a ſecũda:τ cõtritionẽ a collibus. Indicit qȝ vlulatum habitatoribus pile:quia conticuit omnis populus chanaan:diſperierunt vniuerſi qui inuoluti erant argento.

Argumentum explicit.

Sophonias ppheta incipit.

Capituli Sũmariũ. De interitu hieruſalem ppter idola:τ de interitu mũdi propter pctã:de die iudicij. Capitulum. j.

A Verbum dñi qd factuȝ eſt ad ſophoniã filiuȝ cuſi filij godolie filij amarie:filij ezechie: in diebus ioſie filij amon regis iuda. Cõgregans congregabo oĩa
a facie terre dicit dñs:cõgregãs hominẽ τ pecus
cõgregans volatilia celi τ piſces maris. Et ruine
impiorũ erunt:τ diſperdã hoĩes a facie terre:di
cit dñs. Et extendam manũ meam ſuper iudam
τ ſuper oẽs habitantes hierl'm τ diſperdã de lo B
co hoc reliquias baal:τ nomina edituorũ cum ſa
cerdotibus:τ eos qui adorant ſuper tecta militiã
celi:τ adorãt τ iurant in dño τ iurant in melchon
τ qui auertunt deorſũ tergum dñi:τ qui nõ que
ſierunt dñm:nec inueſtigauerunt eum. Silete a
facie dñi dei:qȝ iuxta eſt dies dñi. Quia ppauit
dñs hoſtiã:ſanctificauit vocatos ſuos. Et erit in
die hoſtie dñi:viſitabo principes:τ ſup filios re-
gis:τ ſuper omnes qui induti ſunt veſte pegrina
Et viſitabo ſuper oẽm qui arroganter ingredit
ſup limen in die illa:qui cõplẽt domũ dñi dei ſui
iniquitate τ dolo. Et erit in die illa dicit dñs vox
clamoris a porta piſcium: τ vlulatus a ſecunda:
τ contritio magna a collibus. Vlulate habitato-
res pile. Cõticuit omnis populus chanaã:diſpe C
rierunt oẽs inuoluti argento. Et erit in tempore
illo:ſcrutabor hieruſalem in lucernis: τ viſitabo
ſuper viros defixos in fecibus ſuis:qui dicunt in
cordibus ſuis. Non faciet bene dñs:τ non faciet
male. Et erit fortitudo eorum in direptionem:τ
domus eorũ in deſertũ. Et edificabunt domos:
τ nõ habitabunt:τ plantabũt vineas:τ nõ bibẽt Amos.v.c.
vinum earum. Iuxta eſt dies dñi magnus:iuxta
eſt τ velox nimis. Vox diei domini amara:tribu-
labitur ibi fortis. Dies ire dies illa:dies tribula
tionis τ anguſtie:dies calamitatis τ miſerie:dies
tenebrarũ τ caliginis:dies nebule τ turbinis:dies
tube τ clangoris ſup ciuitates munitas τ ſup an
gulos excelſos. Et tribulabo homines: τ ambu
labunt vt ceci:qȝ domino peccauerunt. Et effun-
detur ſanguis eorum ſicut humus:τ corpora eorum
ſicut ſtercora. Sed τ argentũ eorũ τ aurum eoruȝ
nõ poterit liberare eos in die ire domini. In igne Ezec.vij.c.
zeli eius deuorabitur omnis terra:qui cõſumma j.iij.b.
tionẽ cum feſtinatione faciet cunctis habitanti-
bus terram.

C.S. Prouocat gẽs ad pniam vt irã dei effugiat:pdicat vaſtitas vrbiũ paleſtine:reditus iudeorũ de captiuitate babylonis:de deſtructione moab τ amalech:qȝ iudeis inſultauerũt:de deſtructione ethiopum aſſyriorũ τ niniuẽ ciuitatis per nabuchodonoſor. Capitulũ.ij.

Conuenite congregamini gẽs nõ amabilis:priuſ qȝ pariat iuſſio τ viſio qſi puluerem tranſeuntẽ diem anteqȝ veniat ſuper nos ira furoris domini. Querite dñm oẽs mãſueti terre.qȝ iudicium eius eſtis operati:querite iuſtũ querite manſuetũ:ſi quo mõ A

abſcōdimini in die furoris dñi: qꝛ gaza deſtructa
erit: ⁊ aſcalon in deſertū. Azotū in meridie eĳciēt
⁊ accharon eradicabitur. Ve qui habitatis funi-
culū maris gens pditorū. Verbū dñi ſuper vos
B chanaā terra philiſtinorū: ⁊ diſpdā te: ita vt non
ſit inhabitator. Et erit funiculus maris requies
paſtorū. ⁊ caule pecorū. Et erit funiculus eius q̇
remanſerit de domo iuda. Ibi paſcentur in do-
mibus aſcalonis ad veſperam requieſcent: qꝛ viſi
tabit eos dominus deus eorū ⁊ auertet captiui
tatem eorū. Audiui opprobriū moab ⁊ blaſphe-
mias filiorū amon. que exprobrauerunt populo
C meo: ⁊ magnificati ſunt ſuper terminos eorum.
Propterea viuo ego dicit dominus exercituum
deus iſrael: qꝛ moab vt ſodoma erit: ⁊ filĳ amon
quaſi gomorra: ſiccitas ſpinarum ⁊ aceruī ſalis ⁊
deſertum vſq; in eternū. Reliquie populi mei di
ripient eos: reſidui gentis mee poſſidebūt illos.
Hoc eis euenit pro ſuperbia ſua qua blaſphema
uerunt ⁊ magnificati ſunt ſuper populū domini
exercituum. Horribilis dñs ſuper eos: ⁊ attenua
bit oēs deos terre. Et adorabunt eum viri de lo
co ſuo: omnes inſule gentium. Sed ⁊ vos ethio-
pes interfecti gladio meo eritis. Et extēdet ma
D num ſuā ſuper aquilonē: ⁊ perdet aſſur et ponet
ſpecioſam in ſolitudinem. ⁊ in inuiū ⁊ quaſi deſer
tum. Et accubabunt in medio eius greges oēs
beſtie gentiū ⁊ onocrotalus hericius in limini-
bus eius morabuntur. Vox cantātis in feneſtra:
coruus in ſuperliminari: qm̄ attenuabo robur
eius. Hec eſt ciuitas glorioſa habitans in confi-
dentia: que dicebat in corde ſuo. Ego ſum: ⁊ ex-
tra me non eſt alia amplius: quomodo facta eſt
in deſertum cubile beſtie. Omnis qui tranſit per
eam ſibilabit: ⁊ mouebit manum ſuam.

C. S ¶ Increpat hierl'm de peccatis ſuis q̄
culpas ſuas ⁊ vindictas dei non intellexerit: ad
vocē pphetarū nō penituit: felicitatē eius admi
rabuntur aduerſarĳ ſui: de reſurrectione domini
⁊ humilitate fideliū arguitur ſynagoga q̄ cōuer
ſis gentibus non eſt cōuerſa: quare cecabit: non
exaltabit: ſed reliquie ſaluabunt: iubilet eccleſia
non timeat: qꝛ dñs eā ſaluabit ⁊ letificabit: ⁊ au
feret opprobriū eius. Capitulū. iĳ.

A Ve prouocatrix et re
dempta ciuitas colūba. Non
audiuit vocē ⁊ non ſuſcepit di
ſciplinā. In dño non eſt cōfiſa
ad deū ſuū nō appropinquit.
Principes eius in medio eius
Eze. xxĳ. f. q̄ſi leones rugientes. Iudices
mich. iĳ. d. eius lupi veſpere nō relinquebāt in mane. Pro
phete ei⁹ veſani: viri infideles. Sacerdotes eius
polluerunt ſanctū: iniuſte egerunt contra legem
lxxxi. diſ. c. Dñs iuſtus in medio eius: nō faciet iniquitatē.
ops. ibi ſa- Mane mane iudiciū ſuū dabit in luce ⁊ nō abſcō
cerdotes detur. Neſciuit aūt iniquus confuſionē. Diſper
cōtumināt didi gentes: ⁊ diſſipati ſunt anguli eorū. Deſer-

tas fecit vias eorum: dū non eſt qui trāſeat. De
ſolate ſunt ciuitates eorum: non remanente viro
neq; vllo habitatore. Dixi: attamen timebis me B
ſuſcipies diſciplinam. Et non peribit baculum
eius: propter omnia in quibus viſitauit eam. Ve
rūtamen diluculo ſurgentes corruperunt oēs co
gitatiōes ſuas. Quapropter expecta me dicit do
minus: ⁊ in die reſurrectionis mee in futurū qꝛ iu
dicium meum vt congregem gentes ⁊ colligā re
gna. Et effundā ſuper eos indignationem meā
omnē iram furoris mei. In igne zeli mei deuora-
bitur omnis terra. Quia tunc reddā populis la-
biū electū: vt inuocēt ei nomē domini: ⁊ ſeruiāt
ei humero vno. Vltra flumina ethiopie inde ſup
plices mei filĳ diſperſorū meorum deferent mu-
nus mihi. In die illa non confunderis ſuper cun
ctis adinuentionibus tuis: quibus preuaricata
es in me. Quia tunc offeram de medio tui magni ſ. j. b.
loquos ſuperbie tue: ⁊ non adĳcies exaltari am- C
plius in monte ſancto meo. Et derelinquam in
medio tui populū pauperē ⁊ egenum: ⁊ ſperabūt
in nomine dñi. Reliquie iſrael non facient iniqui
tatem nec loquētur mendacium ⁊ non inuenietur
in ore eorū lingua doloſa. Qm̄ ipſi paſcentur et
accubabūt ⁊ non erit qui exterreat. Lauda filia ſi
on: iubila iſrael. Letare ⁊ exulta in omni corde fi
lia hieruſalē. Abſtulit dñs iudicium tuum auer-
tit inimicos tuos. Rex iſrael dñs in medio tui:
non timebis malū vltra. In die illa dicetur hieru
ſalem. Noli timere ſion non diſſoluantur manus D
tue. Dñs deus tuus in medio tui fortis ipſe ſal-
uabit. Gaudebit ſuper te in leticia: ſilebit in dile
ctione tua: ⁊ exaltabit ſuper te in laude. Nugas
qui a lege receſſerant congregabo: qꝛ ex te erant
vt non vltra habeas ſup eis opprobriū. Et ecce
ego interficiam omnes qui afflixerunt te in tem
pore illo: ⁊ ſaluabo claudicantem: ⁊ eā que eiecta
fuerat congregabo. Et ponam eos in laudē ⁊ in
nomen: ⁊ in omni terra confuſionis eorum: in tē
pore illo quo adducam vos: ⁊ in tēpore quo con
gregabo vos. Dabo enim vos in nomē ⁊ in lau-
dem oībus pplis terre: cū conuertero captiuita
tem veſtrā corā oculis veſtris: dicit dñs.

¶ Sophonias propheta explicit.

¶ Prologus in Aggeū pphetam incipit.

Ieremias propheta ĳ. Parali.
ob cauſam piurĳ ſedechie regis xxvi. c.
(vt hiſtoria libri ſcdi paralipome
non non indicat) qui fidem pro
miſſā nabuchodonoſor regi chal
deorū nō ſeruauerat pplm iſrael refert cū memo
rato rege hierl'm: expugnato hierl'm captiuū in
babylonem perductū. Sed cū memoratus popu
lus multis tēporibus idolis ſeruiēdo: etiā effuſio
ne ſanguinis innocentum ſe grauiter impiaſſet.
volēs deus generationē vniuerſam eiuſdem po-
puli ob cauſas memoratas penit⁹ deperire: ſeptua

ginta annoꝝ captiuitatẽ eundeȝ ppl'm in regno chaldeoꝝ ſtatuit ſuſtinere: hac rõne: vt cõpleto numero annoꝝ: nouus ppl's a memoratis peccatis immunis ad renouationem hierl'm ꝑueniret. Sexageſimo itaq; ſcđo anno regno chaldeoꝝ ſubuerſo: cui adhuc octo anni reſtabãt ad regnãdũ: qđ etiam ſexta viſio danielis oſtendit: cũ propter cãm ſacrilegij: que in eadẽ viſione cõtinetur fuiſſe extinctũ: darius q̃ medis impabat: vt ſeptima viſio danielis oñdit: memoratus in regno ſucceſſit. Cuius primo anno regni: vt decima viſio danielis manifeſtat: daniel ſupputatis annis: videñs appropinquare tp̃s reuerſionis q̃ ꝑ hieremiã fuerat ꝓmiſſa. orans tam pro ſe q̃ pro ppl'o: eandẽ ꝓmiſſionem a deo poſtulabat impleri: cui per archangelũ gabrielẽ in eadẽ viſione iuxta p̃ces eiuſdẽ vniuerſa cõpleta eſſe deꝰ dixit. Nã moriẽte ſupradicto dario rege medoꝝ: ⁊ ſuccedente in regno cyro rege ꝑſarũ: ꝓmiſſione dei completa: per eundẽ regẽ ppl'mq; iſrael in hierl'm reductuȝ hiſtoria ſcđi libri paralipomenon: ⁊ initiũ eſdre ꝓphete confirmãt. Cũq; a ppl'o iſrael ⁊ a ſenioribus templũ dei edificari cepiſſet: mortuo cyro rege ac regnãte dario rege ꝑſarũ: q̃ memorato cyro ſucceſſerat: vicine gẽtes ciuitatis hierl'm (vt ideȝ eſdras refert) reſtaurationẽ tẽpli ⁊ ciuitatis reſiſtendo impedire ceperunt. Qua rõne deterritus ppl's iſrael: reparationẽ ſupradicti tẽpli dñi: nec dũ iuxta ꝓmiſſionẽ cõceſſam eſſe credebat. Propter qđ in ſcđo anno regni memorati darij regis ꝑſarũ: aggeus ꝓpheta a deo miſſus ad zorobabel: qui de tribu iuda erat qui ꝑtãtem regni ſuſcepturus erat: ⁊ ieſum filiũ ioſedech ſummuȝ ſacerdotẽ admonet vt credant cõpleto numero annorũ tp̃s reſtaurationis hierl'm aduenisſe: hoc etiã addito: ne incredulitatẽ populi vellẽt imitari: de quo deus per eũ dixit. Ppl's hic dicit. Nonduȝ venit tp̃s vt edificet domus dei. Oia autem que textu huius prophetie continẽtur: reuerſionem populi: edificationem templi: renouationeȝ ciuitatis: obſeruationem ſacerdotalẽ: ⁊ interitum regnorum gentium exterarum ſignificant.

Prologus explicit.

Argumentum incipit.

Ageus feſtinus et letus qui ſeminauit in lachrymis: vt in gaudio meteret: deſtructũ templũ reedificat: deũq; patrẽ inducit loquentẽ. Adhuc vnũ modicũ eſt ⁊ ego cõmouebo celũ ⁊ terram: mare ⁊ aridã: ⁊ mouebo omnes gentes: ⁊ veniet deſideratus cunctis gentibus.

Argumentum explicit.

Aggeus propheta incipit.

Capi. Sũma. Aggeus excitat principes ⁊ populũ ad edificationẽ tẽpli: ⁊ ꝓpter dilationẽ edificij dicit ppl'm aſſluere in cõmodis: zorobabel ⁊ ieſus filius ioſedech inchoant opus. Capitulũ. j.

In ãno ſecundo darij regis in mẽſe ſexto in die vna mẽſis factũ eſt verbum dñi i manu aggei ꝓphete ad zorobabel filiuȝ ſalathiel ducem iuda: ⁊ ad ieſuȝ filiũ ioſedech ſacerdotẽ magnũ: dicẽs. Hec ait dñs exercituũ: dicẽs. Ppl's iſte dicit. Nondũ venit tp̃s domus dñi edificãde. Et factũ eſt verbũ dñi in manu aggei ꝓphete: dicẽs. Nunq̇d tp̃s vobis eſt vt habitetis in domibus laqueatis ⁊ domus iſta deſerta? Et nũc hec dicit dñs exercituũ. Ponite corda veſtra ſuꝑ vias vr̃as. Seminaſtis multũ: ⁊ intuliſtis parum. Comediſtis: ⁊ nõ eſtis ſatiati. Bibiſtis ⁊ non eſtis inebriati. Operuiſtis vos: ⁊ nõ eſtis calefacti. Et q̇ merces cõgregauit: miſit eas i ſacculũ ꝑtuſũ. Hec dicit dñs exercituũ. Ponite corda veſtra ſuꝑ vias veſtras. Aſcẽdite in mõtẽ: portate ligna: ⁊ edificate domũ: ⁊ acceptabilis mihi erit: ⁊ glorificabor: dicit dñs. Reſpexiſtis ad amplius: ⁊ ecce factũ eſt minus ⁊ intuliſtis in domũ: ⁊ exufflaui illud. Quã ob cãm dicit dñs exercituũ. Quia domus mea deſerta eſt: ⁊ vos feſtinatis vnuſquiſq; in domũ ſuã. Propter hoc ſuꝑ vos ꝓhibiti ſunt celi ne darẽt rorẽ: ⁊ terra ꝓhibita eſt ne daret germẽ ſuũ. Et vocauit ſiccitatẽ ſuper terrã ⁊ ſuper montes: ⁊ ſuꝑ triticum ⁊ ſuper vinũ ⁊ ſuper oleum: ⁊ q̃cũq; ꝓfert humus: ⁊ ſuꝑ hoies ⁊ ſuꝑ iumenta: ⁊ ſuper oẽm laborẽ manuũ. Et audiuit zorobabel filiꝰ ſalathiel ⁊ ieſus filius ioſedech ſacerdos magnꝰ ⁊ oẽs reliq̇ ppl'i vocẽ dei ſui: et verba aggei ꝓphete: ſicut miſit eũ dñs deꝰ eoꝝ ad eos: ⁊ timuit oĩs ppl's a facie dñi. Et dixit ageꝰ nũciꝰ dñi de nũcijs dñi ppl'o dicẽs. Ego vobiſcũ ſum dicit dñs. Et ſuſcitauit deꝰ ſpm̃ zorobabel filij ſalathiel ducis iuda: ⁊ ſpm̃ ieſu filij ioſedech ſacerdotiȝ magni ⁊ ſpm̃ reliquorũ de oĩ ppl'o ⁊ ingreſſi ſunt ⁊ faciebãt opꝰ in domo dñi exercituũ dei ſui

A

B deu. xxviij. d. Michee. vj. d.

C

¶C.S. ¶Conuertant principes ⁊ ppl's ⁊ dei
auxiliū eis ꝓmittit: ꝓphetatur aduentus christi
ecclesie maior ꝙ synagoge: propter negligentiaꝫ
edificandi templum dicit oia opera eorū polluta
⁊ famē ⁊ plagas venisse: ⁊ post cepto opere appa
rentibus signis vbertatem ꝓmittit de aduentu
christi ⁊ humiliatione omnis principatus ⁊ pote
statis: de regno eius: ⁊ ꝙ ipse sit signaculum om
nium saluandorum. Capitulū .ij.

A In die vicesima ⁊ quar
ta mensis in sexto mense in anno
secūdo darij regis in septimo mē
se vicesima prima mensis: factum
est verbum dn̄i in manu aggei ꝓ
phete dicens. Loquere ad zorobabel filium sala-
thiel ducē iuda ⁊ ad iesum filiū iosedech sacerdo
tē magnū ⁊ ad reliquos populi dicens. Quis in
vobis est derelictus qui vidit domū istā in gloria
sua prima. Et quid vos videtis hanc nunc. Nun
quid non ita est quasi nō sit in oculis vestris? Et
nunc cōfortare zorobabel dicit dn̄s: ⁊ confortare
iesu filij iosedech sacerdos magne ⁊ cōfortare ois
populus terre dicit dn̄s exercituum. ⁊ facite: qm̄
B ego vobiscū sum dicit dn̄s exercituū. Verbuꝫ qđ
heb. xxij. g. pepigi vobiscum cū egrederem de terra egypti: ⁊
spiritus meus erit in medio vestrū. Nolite timere
q: hec dicit dn̄s exercituum. Adhuc vnū modicuꝫ
est ⁊ ego cōmouebo celū ⁊ terram ⁊ mare ⁊ aridā
⁊ mouebo oēs gentes ⁊ veniet desideratus cun-
ctis gētibus: ⁊ implebo domū istam gloria dicit
dn̄s exercituū. Meum est argētū ⁊ meum est au
rū, dicit dn̄s exercituū. Magna erit gloria dom⁹
istius nouissime plus ꝙ prime dicit dn̄s exercituū
Et in loco isto dabo pacē dicit dn̄s exercituū. In
vicesima ⁊ quarta noni mēsis in anno scđo darij
regis factū verbū dn̄i ad aggeū ꝓphetā dicens.
C Hec dicit dn̄s deus exercituum. Interroga sacer
dotes legē dicēs. Si tulerit homo carnē sanctifi-
catam in ora vestimēti sui: ⁊ tetigerit de summita
te eius panē aut pulmentū aut vinum aut oleum
aut omnē cibū: nūquid sāctificabit. Rn̄dētes aūt
sacerdotes dixerūt. Non. Et dixit aggeus. Si te
j. qō. j. c. sic tigerit pollutus in aia ex oibus his: nunquid cō
populi. taminabit? Et rn̄derunt sacerdotes ⁊ dixerunt.
Cōtaminabitur. Et rn̄dit aggeus ⁊ dixit. sic po
pulus iste ⁊ sic gēs ista ante faciē meā dicit dn̄s:
⁊ sic omne opus manuū eorū ⁊ oia que obtulerūt
ibi cōtaminata erūt. Et nūc ponite corda vestra
a die hac, ⁊ supra anteꝙ poneret lapis suꝑ lapidē
in templo dn̄i: cū accederetis ad aceruum viginti
modiorū ⁊ fierent decē: ⁊ intraretis ad torcular
vt exprimeretis quinquaginta lagenas ⁊ fiebant
viginti. Percussi vos vento vrente ⁊ aurugine et
grandine oia opera manuū vestrarū ⁊ nō fuit in
vobis qui reuerteretur ad me dicit dn̄s. Ponite
D corda vestra ex die ista: ⁊ in futurū a die vicesima
quarta noni mēsis: a die qua fundamēta iactata
sunt templi dn̄i ponite super cor vestrū. Nūquid
iam semen in germine est? Et adhuc vinea ⁊ ficus
⁊ malogranatū ⁊ lignū oliue non floruit. Ex die
ista benedicā. Et factū est verbū dn̄i scđo ad me
dicēs. Loquere ad zorobabel ducem iuda dicēs.
Ego mouebo celū pariter ⁊ terrā: ⁊ subuertā so
liū regnorū ⁊ conteram fortitudinē regni gētiū.
Et subuertā quadrigā ⁊ ascensorē eius: ⁊ descen
dent equi ⁊ ascensores eorū vir in gladio fratris
sui. In die illo dicit dn̄s exercituū: assumaꝫ te zo
robabel filij salathiel serue meus dicit dominus ⁊
ponam te quasi signaculum: q: te elegi dicit do-
minus exercituum.

¶Aggeus propheta explicit.

¶Prologus in Zachariā ꝓphetā incipit.

Secūdo anno darij
regis medorū aggeū ⁊ zacha
riam ꝓphetasse lectiones eo-
rundē declarāt. Sed hac cau
sa aggeus zacharie in ordine
ꝓphetarū ꝑlatus esse videt:
ꝙ eū duobus mēsibus vt pre
dictorū lectiones ostendūt in ꝓphetia ꝓcessisse
inuenit ⁊ ad reparationē tēpli ꝓcepto dei ppl'm
aīasse vt esdras refert dicēs. In scđo anno darij j. esdre. v. a.
regis ꝑsarū ꝓphetauerunt aggeus ⁊ zacharias fi
lius addo ꝓphete suꝑ iudeos qui erāt in iudea ⁊
hierl'm: super israel in noīe dei suꝑ eos. Tūc surre
xit zorobabel filius salathiel ⁊ iesus fili⁹ iosedech
⁊ principes eius: inchoauerūtq; edificare domuꝫ
dei q̄ est in hierl'm. Quibus cū adessent ꝓphete
exhortatione sua adiuuerūt eos. Nā ⁊ populum
israel ab imitatione paternorū delictorū per suā
admonitionē idem ꝓpheta cupiens reuocare ver
bis lectione cōprehensis visus est. Vidi nocte: et
ecce vir ascēderat suꝑ equū rubeū ⁊ cetera. Vidit Zacha. j. b.
ꝓpheta virū equo rubeo sedentē ⁊ stantē in me-
dio myrteti vmbrosi. Cuius visionis hec solutio
est s̄m hebreorū traditionē. Vir ascēdēs suꝑ equū
rubeū sꝫ angelus intelligat: tn̄ q: ꝓdicti coloris
equū conscēdere visus est: vindictā sanguinis in
eā gentē significat afferendā que populuꝫ israel
in captiuitatē redegerat. Nā ⁊ esaias ꝓpheta ꝑ
ruborē vestimentorū inter gentes vindictā cum
sanguine a deo ꝓferēdā demōstrans: his verbis
visus est: dicēs. Quis est iste qui venit de edom tin Esa. lxiij. a.
ctis vestibus de bosra ⁊c. Stantem v̄o in medio
myrteti vmbrātis: ꝙ dicit: leticiā ppl'o affuturaꝫ
per myrteti significationē voluit designari. Eius Leui. xxiij.
ligni moyses in leuitico cū faceret mentionē: ait g.
Accipietis die prima fructus ligni speciosi: vt le
ticiam populi per bene olētis ligni ⁊ speciosi vm
braculū demōstraret. Sed hanc visionē que libe
rationem populi ⁊ vindictam de aduersarijs affu
turā demōstrat: ob hoc noctu propheta se vidisse
memorauit: q: populū israel in prima liberatione
de terra egypti noctu discessisse cōstabat. Cuius
exēpli quia presens populus aliquam partem in
se retinere videbatur: liberatio eiusdē ac reditus

captiuitatis de terra chaldeoꝝ per noctē ꝓphete eſt reuelata.

¶ Prologus explicit.

¶ Argumentum incipit.

Zacharias memor dñi ſui: multiplex in ꝓphetia: ieſum cū veſtibus ſordidis veſtitū ⁊ lampadē oculorū ſeptem: candelabrūq; aureū cum totidem lucernis quot oculis: duas q̃ʒ oliuas a ſiniſtris lapidis cernit ⁊ a dextris: ⁊ poſt eqͦs rufos: varios ⁊ albos ⁊ diſſipatas quadrigas ex ephraim ⁊ equū de hierl'm: pauperum regem vaticinatur: ⁊ predicit regem ſedentē ſuper pullū filium aſine ſubiugalis.

¶ Argumentū explicit.

¶ Zacharias propheta incipit.

¶ Capi. Sūma. ¶ Propheta monet populū reuerſum vt reuertat ad dñm: ne contēnat voces ꝓphetarū ſicut patres eoꝝ q̄ puniti ſūt: pmittit viſio ſaluatoris ⁊ apl'orū: typo equoꝝ: pmiſſio liberatiōis iudeorū: de liberatione cōſolationis ⁊ mīe: de vindicta in aduerſarios. Capitulū .j.

A In mēſe octauo i anno ſcdo darij regis factū eſt vbū dñi ad zachariā filiū barachie filij addo ꝓphetam dicēs. Iratꝰ eſt dñs ſup patres veſtros iracūdia: ⁊ dices ad eos: hec dicit dñs exercituū. Cōuertimini ad me: ait dñs exercituum: ⁊ cōuertar ad vos dicit dñs exercituum. Ne ſitis ſicut patres veſtri ad quos clamabāt ꝓphete priores dicētes. Hec dicit dñs exercituū. Conuertimini de vijs vr̃is malis ⁊ cogitationibꝰ vr̃is peſſimis: ⁊ nō audierūt neq; attēderūt ad
B me dicit dñs. Patres vr̃i vbi ſunt ⁊ ꝓphete. Nūqd in ſempiternū viuēt. Verūtñ vba mea ⁊ legitima mea q̄ mādaui ſeruis meis ꝓphetis nūqd non cōprehēderūt patres vr̃os. Et cōuerſi ſunt ⁊ dixerūt. Sicut cogitauit dñs exercituū facere nobis ſm vias nr̄as ⁊ ſm adinuētiōes noſtras fecit nobis. In die viceſima ⁊ quarta vndecimi mēſis ſabbath: in anno ſcdo darij: factuʒ eſt verbū dñi ad zachariā filiū barachie filij addo ꝓphetam: dicēs. Vidi ꝑ noctē: ⁊ ecce vir aſcēdēs ſup equū rufum: ⁊ ipſe ſtabat inter myrteta que erāt in pfundo ⁊ poſt eū equi rufi: varij ⁊ albi. Et dixi. Qui ſunt iſti dñe mi? Et dixit ad me angelꝰ dñi qui loquebat in me. Ego oſtendā tibi qd ſint hec. Et rñdit vir qui ſtabat inter myrteta: ⁊ dixit
Iſti ſunt quos miſit dñs: vt pambulēt terrā. Et C
rñderūt angelo dñi qui ſtabat inter myrteta: ⁊ dixerūt. Perambulauimus terrā: ⁊ ecce oīs terra habitatur ⁊ qeſcit. Et rñdit angelus dñi: ⁊ dixit. Dñe exercituū: vſq; quo tu nō miſereberis hieruſalē ⁊ vrbiū iuda qbus iratus es. Iſte iā ſeptuageſimus annus eſt? Et rñdit dns angelo qui loqbatur in me verba bona: verba cōſolatoria. Et dixit ad me angelus qui loquebat in me. Clama:
dicēs. Hec dicit dñs exercituū. Zelatus ſuʒ hieru j.viij.a.
ſalem ⁊ ſion zelo magno: ⁊ ira magna ego iraſcor:
ſup gētes opulētas: q: ego iratus ſum parū: ipſi D
vero adiurauerūt in malū. Propterea hec dicit dñs. Reuertar ad hierl'm in miſericordijs: ⁊ domꝰ mea edificabitur in ea: ait dominus exercituum. Et ppendiculū extēdetur ſup hieruſalē. Adhuc clama dicens. Hec dicit dñs exercituum. Adhuc affluēt ciuitates mee bonis: ⁊ conſolabit adhuc
dñs ſion ⁊ eliget adhuc hierl'ʒ. Et leuaui oculos infra.ij.a.⁊
meos: ⁊ vidi: ⁊ ecce quattuor cornua. Et dixi ad v.a.⁊.ix.a.
angelum qui loqbat in me. Quid ſunt hec. Et dixit ad me. Hec ſunt cornua que vētilauerūt iudā ⁊ iſrael ⁊ hierl'm. Et oſtendit mihi dñs quattuor fabros. Et dixi. Quid iſti veniūt facere. Qui ait: dicens. Hec ſunt cornua que ventilauerūt iudaʒ per ſingulos viros: ⁊ nemo eorum leuauit caput ſuū. Et venerunt iſti deterrere ea: vt deijciāt cornua gentium: que leuauerunt cornua ſup terram iuda: vt diſpergerent eam.

¶ C. S. ¶ Viſio interiētis hierl'm in funiculo: ⁊ angeli nūciantis reſtaurationem hieruſalem: reuocantur diſperſi ad ſion ſicut ad ſedē propriam: de aduentu xp̄i ⁊ proiectorum ſuoꝝ: exhortatio hierl'm reſtitute vt gaudeant. Capitulū .ij.

Et leuaui oculos A
meos ⁊ vidi: ⁊ ecce vir ⁊ in ma j.v.a.⁊.ix.a
nu eius funiculus menſorum. Et dixi. Quo tu vadis? Et dixit ad me. Vt metiar hieruſalem: et videant quanta ſit longitudo eius: ⁊ quāta latitudo

eius. Et ecce angelus qui loquebatur in me: egre
diebatur: ⁊ alius angelus egrediebatur in occur
ſum eius: ⁊ dixit ad eum. Curre: loquere ad pue
B rum iſtum dicens. Abſq; muro habitabitur hie
ruſalē pre multitudine hoim ⁊ iumentorū in me
dio eius. Et ego ero ei: ait dñs mur⁹ ignis in cir
cuitu: ⁊ in gloria ero in medio eius. O.o.o. fugite
de terra aquilonis: dicit dominus: quoniā in qt
tuor ventos celi diſperſi vos: dicit dñs. O ſion fu
C ge que habitas apud filiam babylonis: quia hec
ij.q.v.vij.c. dicit dominus exercituum. Poſt gloriam miſit
accuſatio.j me ad gentes que ſpoliauerunt vos. Qui enim
tetigerit vos: tanget pupillam oculi mei. Quia
ecce ego leuo manum meam ſuper eos: ⁊ erunt p̄
de his qui ſeruiebant ſibi: ⁊ cognoſcetis: q: domi
D nus exercituum miſit me. Lauda ⁊ letare filia ſiō
quia ecce ego venio ⁊ habitabo in medio tui: ait
dominus. Et applicabuntur gentes multe ad do
minum in die illa: ⁊ erunt mihi in populū: ⁊ habi
tabo in medio tui: ⁊ ſcies q: dominus exercituum
miſit me ad te. Et poſſidebit dñs iudam partē
ſuam in terra ſanctificata: ⁊ eliget adhuc hieru
ſalem. Sileat omnis caro a facie domini: q: con
ſurrexit de habitaculo ſancto ſuo.

¶ Capituli Summarium ¶ Accuſatur ieſus ſacerdos de vxore alienigena: ⁊ ablatis veſtibus ſordidis: indutus mutatorijs ire per vias dñi iubet: de lapide ſuper quem ſeptem oculi ⁊ celatura ei⁹ in typo chriſti. Capitulum. iij.

A
l.di.c.ieſus
de pe.di.ij.
c.ſiem.ver.
ieſus quo
q;.

Et oſtendit mihi do
minus ieſum ſacerdotem ma
gnum ſtantem coram angelo
domini: ⁊ ſathan ſtabat a dex
tris ei⁹: vt aduerſaretur ei. Et
dixit dominus ad ſathan. In
crepet dominus in te ſathan ⁊
increpet dñs in te qui elegit hieruſalem. Nunqd
B non iſte torris eſt erutus de igne. Et ieſus erat in
dutus veſtibus ſordidis: ⁊ ſtabat ante faciem an
geli. Qui reſpondit: ⁊ ait ad eos qui ſtabant corā
ſe: dicens. Auferte veſtimenta ſordida ab eo. Et
dicit ad eum. Ecce abſtuli a te iniquitatem tuā
⁊ indui te mutatorijs. Et dixit. Ponite cidarim
mundam ſuper caput eius. Et poſuerunt cidarī
ſuper caput eius mundam: ⁊ induerunt eum ve
C ſtibus. Et angelus domini ſtabat: ⁊ conteſtabat
angelus domini ieſum: dicens. Hec dicit domin⁹
exercituum. Si in vijs meis ambulaueris: ⁊ cuſto
diam meam cuſtodieris: tu quoq; iudicabis do
mum meā ⁊ cuſtodies atria mea: ⁊ dabo tibi am
bulantes de his qui nūc hic aſſiſtunt. Audi ieſus
ſacerdos magne: tu ⁊ amici tui qui habitant co
ram te: q: viri portendentes ſunt. Ecce enim ego
adducam ſeruum meum orientē quia ecce lapis
quem dedi coram ieſu: ſuper lapidem vnum oculi
ſunt ſeptem. Et ecce ego celabo ſculpturam eius
D ait dominus exercituum: ⁊ auferam iniquitatem
terre illius in die vna. In die illa dicit dominus
exercituum: vocabit vir amicum ſuum ſubter vi
neam ⁊ ſubter ficum.

¶ Capituli Summarium ¶ De candelabro ⁊ lucernis eius: de monte deſolato ⁊ lapide primario ⁊ ſeptem oculis: ⁊ expoſitione duarum oliuarum iuxta candelabrum. Capitulū. iiij.

Et reuerſus eſt ange
lus qui loquebatur in me: et
ſuſcitauit me quaſi virū qui ſu j.v.a.
ſcitat de ſomno ſuo. Et dixit
ad me. Quid tu vides? Et dixit
Uidi: ⁊ ecce candelabrū aureū
totum ⁊ lampas eius ſuper ca
put ipſius: ⁊ ſeptem lucerne eius ſuper illud ⁊ ſe
ptem infuſoria lucernis que erant ſuper caput ei⁹
⁊ due oliue ſuper illud: vna a dextris lampadis:
⁊ vna a ſiniſtris eius. Et reſpondi: ⁊ aio ad ange
lum qui loquebatur in me: dicens. Quid ſunt hec B
domine mi? Et reſpondit angelus qui loquebat
in me ⁊ dixit ad me. Nunqd neſcis quid ſunt hec
Et dixi. Non domine mi. Et reſpondit ⁊ ait ad j.eodem
me: dicens. Hoc eſt verbū domini ad zorobabel:
dicens. Non in exercitu nec in robore: ſed ī ſpi
ritu meo dicit dominus exercituū. Quis tu mōs
magne coram zorobabel in planum. Et educet la C
pidem primarium: ⁊ exequabit gratiam gratie
eius. Et factum eſt verbum domini ad me: dicēs
Manus zorobabel fundauerunt domum iſtam: ⁊
manus eius perficient eam: ⁊ ſcietis quia domi
nus exercituū miſit me ad vos. Quis enim deſpe
xit dies paruos. Et letabuntur ⁊ videbūt lapidē
ſtanneum in manu zorobabel. Septem ſunt iſti
oculi dñi qui diſcurrunt in vniuerſam terram. Et D
reſpondi: ⁊ dixi ad eum. Quid ſunt due oliue ad
dexteram candelabri ⁊ ad ſiniſtrā eius? Et reſpō
di ſecūdo ⁊ dixi ad eum. Quid ſunt due ſpice oli
uarū: que ſunt iuxta duo roſtra aurea in quibus
ſunt ſuffuſoria ex auro. Et ait ad me: dicēs. Nū ſ.eodem
quid neſcis quid ſunt hec. Et dixi. Non domine
mi. Et dixit. Iſti ſunt duo filij olei: qui aſſiſtunt
dominatori vniuerſe terre.

¶ Capi. v. ſumma ¶ De libro volante: de amphora ⁊ mulieribus portantibus eā. Capitulū. v.

Et conuerſus ſum et A ſ.ij.d.
leuaui oculos meos ⁊ vidi: ⁊ ec vj.a.et
ce volumen volans. Et dixit ſ.iiij.d.
ad me. Quid tu vides. Et dixi
Ecce ego video volumen vo
lans: longitudo eius viginti cu
bitorum: ⁊ latitudo eius decē
cubitorum. Et dixit ad me. Hec eſt maledictio q̄
egredietur ſuper faciem oīs terre: q: omnis fur:
ſicut ibi ſcriptū eſt: iudicabit: ⁊ oīs iurans ex hoc
ſimiliter iudicabit. Educā illud dicit dñs exerci
tuum: ⁊ veniet ad domū furis: ⁊ ad domū iurantis B

in nomine meo mendaciter: ⁊ commorabitur in
medio domus eius ⁊ conſumet eam: ⁊ ligna eius
⁊ lapides eius. Et egreſſus eſt angelus qui loque
C batur in me. Et dixit ad me. Leua oculos tuos ⁊
vide. Quid eſt hoc quod egredit̃. Et dixi. Quid⸗
nam eſt. Et ait. Hec eſt amphora egrediens. Et
dixit. Hic eſt oculus eorum in vniuerſa terra. Et
ecce talentum plumbi portabatur: ⁊ ecce mulier
vna ſedens in medio amphore. Et dixit. Hec eſt
impietas. Et proiecit eam in medio amphore: ⁊
miſit maſſam plumbeã in os eius. Et leuaui ocu
s. eodem. los meos ⁊ vidi: ⁊ ecce due mulieres egrediẽtes
D ⁊ ſpiritus in alis earum. Et habebant alas quaſi
alas milui: ⁊ leuauerunt amphoram inter terram
⁊ celum. Et dixi ad angelum qui loquebatur in
me. Quo iſte deferunt amphorã. Et dixit ad me
Ut edificetur ei domus in terra ſennaar: ⁊ ſtabi⸗
liatur ⁊ ponatur ibi ſuper baſem ſuam.

¶ Capituli Summariũ ¶ De montibus erei⸗
⁊ quattuor quadrigis: ⁊ equis earum perambulã
tibus terram: de coronis ponendis in capite ieſu
de viro cuius nomen eſt oriens: ⁊ curſu gentium
ad edificandum templum.

Capitulum. vi.

A
s. i. d. ⁊. h. a ET conuerſus ſum et le
uaui oculos meos ⁊ vidi. Et ecce
quattuor quadrige egredientes
de medio duorum montium: ⁊ mõ
tes mõtes erei. In quadriga pri
ma equi rufi: ⁊ in quadriga ſecunda equi nigri. in
quadriga tertia: equi albi et in quadriga quarta
B equi varij ⁊ fortes. Et reſpondi ⁊ dixi ad angelũ
qui loquebatur in me. Quid ſũt hec domine mi?
Et reſpõdit angelus: ⁊ ait ad me. Iſti ſunt quat
tuor venti celi: qui egrediuntur vt ſtent coraʒ do
minatore omnis terre. In qua erant equi nigri:
egrediebantur in terram aquilonis: ⁊ albi egreſſi
ſunt poſt eos: ⁊ varij egreſſi ſunt ad terraʒ auſtri.
Qui autem erant robuſtiſſimi: exierunt et que⸗
rebant ire ⁊ diſcurrere per omnẽ terraʒ. Et dixit.
Ite ⁊ perambulate terram: ⁊ perambulauerunt
terram. Et vocauit me ⁊ locutus eſt ad me: dicẽs
Ecce qui egrediũtur in terram aquilonis: requie
ſcere fecerunt ſpiritum meum in terra aquilonis.
C Et factum eſt verbum domini ad me: dicens. Su
me a tranſmigratione ab oldai et a tobia et ab
idaia: ⁊ veniens tu in die illa ⁊ intrabis domũ io⸗
ſie filij ſophonie qui venerunt de babylone: ⁊ ſu
mes aurum ⁊ argentum: ⁊ facies coronas et po⸗
nes in capite ieſu filij ioſedech ſacerdotis magni
⁊ loqueris ad eum: dicens. Hec ait dominus exer
cituum: dicens. Ecce vir: oriens nomen eius. Et
ſubter eum orietur ⁊ edificabit templum domino
D ⁊ ipſe extruet templum domino. Et ipe portabit
gloriam ⁊ ſedebit ⁊ dominabitur ſuper ſolio ſuo.
Et erit ſacerdos ſuper ſolio ſuo: ⁊ conſilium pa⸗
cis erit inter illos duos. Et corone erunt helem
⁊ tobie ⁊ idaie ⁊ hen filio ſophonie memoriale in
templo domini. Et qui procul ſunt venient ⁊ edi
ficabunt in templo domini. Et ſcietis quia domi
nus exercituum miſit me ad vos. Erit aũt hoc: ſi
auditu audieritis vocem domini dei veſtri.

¶ Capituli Summariũ ¶ Arguit ieiunia ſine
operibus miſericordie: ⁊ pro contẽptu mandato
rum dei veniſſe dicit diſperſionem ⁊ vaſtitatem
iſrael: ⁊ ex mia dei populũ reuocãs. Capi. vij.

ET factuʒ eſt in anno A
quarto darij regis: factum eſt
verbum domini ad zachariam
in quarta menſis noni qui eſt
caſleu. Et miſerunt ad domuʒ
dei ſaraſar ⁊ rogomelech: ⁊ vi⸗
ri qui erant cum eis ad precan
dum faciem domini: vt dicerent ſacerdotibus do
mus domini exercituum ⁊ prophetis loquentes.
Nunquid flendum eſt mihi in quinto menſe: vel
ſanctificare me debeo ſicut feci iam multis annis
Et factum eſt verbum domini exercituum ad me B
dicens. Loquere ad omnem populum terre ⁊ ad
ſacerdotes: dicens. Cum ieiunaretis ⁊ plangere
tis in quinto ⁊ ſeptimo per hos ſeptuaginta an⸗
nos: nunquid ieiunium ieiunaſtis mihi. Et cum
comediſtis ⁊ bibiſtis. Nunquid non vobis come
diſtis ⁊ vobiſmetipſis bibiſtis. Nunquid nõ hec
ſunt verba que locutus eſt dominus in manu p⸗
phetarum priorum: cum adhuc hieruſalem habi
taretur ⁊ eſſet opulenta: ⁊ ipſa ⁊ vrbes in circuitu
eius: ⁊ ad auſtrum ⁊ in campeſtribus habitaret. C
Et factum eſt verbum domini ad zachariam: di⸗
cens. Hec ait dominus exercituum: dicens. Iu⸗
dicium verum iudicate: ⁊ miſericordiam ⁊ miſera
tiones facite vnuſquiſq; cuʒ fratre ſuo. Et viduã Exo. xxij. c
⁊ pupillum ⁊ aduenam ⁊ pauperem nolite calum
niari: ⁊ malum vir fratri ſuo non cogitet in corde
ſuo. Et noluerunt attendere ⁊ auerterunt ſcapu
lam recedentes: ⁊ aures ſuas aggrauauerunt ne
audirent: ⁊ cor ſuum poſuerunt vt adamãtem ne
audirent legem: ⁊ verba que miſit dominus exer
citũ in ſpiritu ſuo ſancto per manũ prophetarũ
priorum. Et facta eſt indignatio magna a domi⸗ D
no exercituum. Et factum eſt ſicut locutus ſum
⁊ ſicut non audierunt: ſic clamabunt ⁊ non exau
diam dicit dominus exercituum. Et diſperſi eos
per omnia regna que neſciunt: ⁊ terra deſolata
eſt ab eis: eo ꝙ nõ eſſet tranſiens ⁊ reuertens: et
poſuerunt terram deſiderabilem in deſertũ.

¶ Capituli Summariũ ¶ Confortatur popu
lus in opere templi: quia labor ſuus prior fuit ſte
rilis: ſed nunc erit merces: ⁊ docetur populus fa
cere iudicium: ⁊ prouocatur ad ieiunium: prophe
tatur de curſu gentium ad fidem: de fimbria viri
iudei a decem gentibus apprehenſa.

Capitulum. viij.

a Et factum eſt verbum
domini exercituum:dicens. Hec
dicit dominus exercituũ. Zelatꝰ
ſum ſion zelo magno:⁊ indigna-
tione magna zelatus ſum eam.
Hec dicit dñs exercituũ. Reuerſus ſum ad ſion:
⁊ habitabo in medio hierl'm:⁊vocabit hierl'm ci
uitas veritatis:⁊ mons dñi exercituũ:mons ſan
ctificatus. Hec dicit dominus exercituũ. Adhuc
habitabũt ſenes ⁊ anus in plateis hierl'm : ⁊ viri
baculus in manu eius pre multitudine dierum.
Et platee ciuitatis cõplebunt infantibus ⁊ puel
lis ludẽtibus in plateis eius. Hec dicit dñs exer
cituũ. Si videbit difficile in oculis reliquiarum
populi huius in diebus illis:nũqd in oculis meis
difficile erit:dicit dñs exercituũ: Hec dicit domi
b nus exercituũ. Ecce ego ſaluabo populũ meũ de
terra oriẽtis ⁊ de terra occaſus ſolis:⁊ adducam
eos ⁊ habitabunt in medio hierl'm:⁊erunt mihi
in populũ:⁊ ego ero eis in deũ in veritate ⁊ in iu
ſticia. Hec dicit dñs exercituũ. Cõfortent manꝰ
veſtre qui auditis in his diebus ſermones iſtos
per os prophetarũ in die qua fundata eſt domꝰ
dñi exercituũ vt tẽplũ edificaret. Siquidẽ ante
dies illos merces hoim nõ erat:nec merces iumẽ
torũ erat:neq3 introeũti:neq3 exeũti erat pax p̄
tribulatione:⁊ dimiſi oẽs hoies vnũquẽq3 cõtra
proximũ ſuũ. Nũc aũt non iuxta dies priores ego
faciã reliquijs ppl'i huius:dicit dñs exercituum:
ſed ſemẽ pacis erit. Vinea dabit fructũ ſuũ:⁊ ter
ra dabit germẽ ſuũ. Et celi dabunt rorem ſuũ:et
c poſſidere faciã reliquias ppl'i huius vniuerſa hec
Et erit:ſicut eratis maledictio in gẽtibus domꝰ
iuda ⁊ domꝰ iſrael:ſic ſaluabo vos ⁊ eritis bñdi-
ctio. Nolite timere. Cõfortent manus vr̃e:q2 hec
dicit dñs exercituũ. Sicut cogitaui vt affligerem
vos cũ ad iracundiã prouocaſſent patres vr̃i me
dicit dñs:⁊ nõ ſum miſertus:ſic cõuerſus cogita-
ui in diebus iſtis vt bñfaciã hierl'3 ⁊ domui iuda
Eph.iiij.d Nolite timere. Hec ſunt ergo ṽba q̄ facietis. Lo
q̃mini ṽitatẽ vnuſq̃ſq3 cũ proximo ſuo. Veritatẽ ⁊
iudiciũ pacis iudicate in portis vr̃is : ⁊ vnuſq̃ſq3
malũ cõtra amicũ ſuũ ne cogitetis in cordibꝰ ve
ſtris:⁊ iuramẽtũ mẽdax ne diligatis. Oĩa eñ hec
ſunt q̄ odi:dicit dñs. Et factũ eſt ṽbũ dñi exerci
d tuũ ad me:dicẽs. Hec dicit dñs exercituũ. Ieiu
niũ quarti ⁊ ieiuniũ quinti ⁊ ieiuniũ ſeptimi ⁊ ie
iuniũ decimi erit domui iude in gaudiũ ⁊ in leti-
ciã ⁊ in ſolẽnitates p̄claras. Veritatẽ tñ ⁊ pacẽ
diligite. Hec dicit dñs exercituum. Uſq3 quo ve-
niãt ppl'i ⁊ habitẽt in ciuitatibus multis ⁊ vadãt
habitatores vnus ad alterũ:dicẽtes. Eamus et
dep̄cemur faciẽ dñi:⁊ q̃ramus dñm exercituum.
Vadã etiã ego. Et veniẽt ppl'i multi ⁊ gẽtes ro
buſte ad querẽdũ dñm exercituũ in hierl'm:⁊ de
precãdã faciẽ domini. Hec dicit dñs exercituum.
In diebus illis in quibus apprehendẽt decẽ ho
mines ex oibus linguis gentiũ : ⁊ apprehendent
fimbriã viri iudei:dicẽtes. Ibimus vobiſcu3. Au
diuimus enim qm̃ deus vobiſcum eſt.

C.S. De vocatione gentiũ quarũ ſciẽtia
deſtruet. ſpes cõfundetur:ſuperbia humiliabit:
⁊ ſic eccleſia conſtruetur ⁊ munietur:de aduentu
dñi in die ramis palmarũ:de paſſione eius:⁊ libe
ratione ſanctorũ:de inferno:de confuſione here-
ticorum ⁊ philoſophorum:⁊ de victoria iudeorũ
contra gentes. Capitulum.ix.

Onus verbi domini in
terra adrach et damaſci requiei a
eius:q2 dñs eſt oculus hominis
⁊ omniũ tribuũ iſrael. Et math q3
in terminis eius ⁊ tyrus ⁊ ſidon.
Aſſumpſerunt quippe ſibi ſapientiam valde. Et
edificauit tyrus munitionẽ ſuam:⁊ coaceruauit
argentũ q̃ſi humũ:⁊ aurũ vt lutũ platearũ. Ecce
dñs poſſidebit eã:⁊ p̄cutiet in mari fortitudine3
eius:⁊ hec igni deuorabitur. Videbit aſcalon ⁊ ti
mebit.⁊ gaza ⁊ dolebit nimis:⁊ accaron:qm̃ con
fuſa eſt ſpes eius. Et peribit rex de gaza:⁊ aſca-
lon non habitabitur. Et ſedebit ſeperator in azo b
to:⁊ diſperdam ſuperbiam philiſtinorũ. Et aufe
ram ſanguinẽ eius de ore eius:⁊ abominationes
eius de medio dentiũ eius. Et relinquet etiã ipſe
deo noſtro:⁊ erit quaſi dux in iuda:⁊ accarõ qua
ſi hiebuſeus. Et circũdabo domũ meã ex his qui
militant mihi euntes ⁊ reuertentes:⁊ non tranſi
bit ſuper eos vltra exactor:q2 nunc vidi in oculis
meis. Exulta ſatis filia ſion:iubila filia hieruſalẽ
Ecce rex tuus veniet tibi iuſtus ⁊ ſaluator : ipſe Eſa.lxij.d.
pauper ⁊ aſcendens ſuper aſinam ⁊ ſuper pullu3 mat.xxj.a.
filium aſine. Et diſperdam quadrigã ex ephraim c
⁊ equum de hieruſalem ⁊ diſſipabitur arcus belli
Et loquetur pacem gentibus:⁊ poteſtas eius a
mari vſq3 ad mare:⁊ a fluminibus vſq3 ad fines
terre. Tu ṽo in ſanguine teſtamenti tui emiſiſti
victos tuos de lacu in quo non eſt aqua. Conuer
timini ad munitionem victi ſpei. Hodie q3 annũ
cians duplicia reddam tibi : qm̃ extendam mihi
iudam quaſi arcum:impleui effraim. Et ſuſcita-
bo filios tuos ſion ſuper filios tuos grecie:⁊ po-
nam te quaſi gladium fortium ⁊ dominus deus
ſuper eos videbitur et exibit vt fulgur iaculum
eius. Et dominus deus in tuba canet:⁊ vadet in d
turbine auſtri. Dominus exercituum proteget
eos:⁊ deuorabunt ⁊ ſubijcient lapidibus funde:
⁊ bibentes inebriabuntur quaſi a vino:⁊ replebũ
tur vt phiale:⁊ quaſi cornua altaris. Et ſaluabit
eos dñs deus eorum in die illa vt gregem populi
ſui:quia lapides ſancti eleuabuntur ſuper terra3
eius. Quid enim bonum eius eſt:⁊ quid pulchrũ
eius niſi frumentum electorum:⁊ vinum germi-
nans virgines.

Capituli Summarium. Monetur popu-
lus petere doctrinam veritatis:quia ſeducti mẽ
dacio captiuati ſunt:promittitur eis liberatio:
reuerſio:congregatio in vnum gregem:⁊ inimi-
corum ſuorum liberatio.

Capitulum.x.

A **Petite a dño pluuias**
in tempoꝛe ſerotino ⁊ dñs faci
et niues ⁊ pluuiā ībꝛis ⁊ dabit
ei ſingulis herbaꝫ in agro. Q:
ſimulacra locuta ſunt inutile ⁊
diuini viderūt mēdaciū: ⁊ ſom
niatoꝛes locuti ſunt fruſtra: et
vane cōſolabātur. Idcirco abducti ſunt q̄ſi grex
B affligētur q: non eſt eis paſtoꝛ. Super paſtoꝛes
iratus eſt furoꝛ meus: ⁊ ſuꝑ hircos viſitabo. Q:
viſitauit dñs exercituū gregem ſuū domū iuda:
et poſuit eos quaſi equū gloꝛie ſue in bello. Ex
ipſo angulus ex ipſo paxillus: ex ipſo arcus pꝛe
lij ⁊ ex ipſo egredieꝛ oīs exactoꝛ ſimul. Et erunt
quaſi foꝛtes: cōculcātes luctuꝫ viarū in ꝑlio. Et
bellabunt: q: dñs cū eis: ⁊ cōfundētur aſcēſoꝛes
equoꝝ. Et cōfoꝛtabo domū iuda ⁊ domū ioſeph
ſaluabo. Et conuertā eos: q: miſereboꝛ eoꝝ: et
C erunt ſicut fuerūt q̄n non ꝓiecerā eos. Ego em̄
dñs deus eoꝝ: ⁊ exaudiā eos. Et erūt quaſi foꝛ
tes ephꝛaim: ⁊ latabitur coꝛ eoꝝ quaſi a vino: et
filij eoꝝ videbūt ⁊ letabunꝛ: ⁊ exultabit coꝛ eoꝝ
in dño. Sibilabo eis ⁊ cōgregabo illos: q: rede
mi eos. Et multiplicabo eos ſicut ante fuerant
D multiplicati: ⁊ ſeminabo eos in ppl'is. Et de lon
ge recoꝛdabūtur mei: ⁊ viuēt cum filijs ſuis ⁊ re
uertētur. Et reducā eos de terra egypti: ⁊ de aſ
ſyrijs cōgregabo eos. Et ad terrā galaad ⁊ liba
ni adducam eos ⁊ non inuenietur eis locus. Et
tranſibit in maris freto: ⁊ percutiet in mari flu
ctus: et confundentur omnia pꝛofunda flumi
nis. Et humiliabitur ſuperbia aſſur: ⁊ ſceptrum
egypti recedet. Confoꝛtabo eos in domino: et
in nomine eius ambulabunt dicit dominus.

C. S. Prophetaꝛ planct⁹ de deſtructio
ne tēpli ꝑ romanos: ⁊ φ non parcetur ppl'o cui
paſtoꝛes nō parcebant: ſed occidebāt ⁊ nō corri
piebant: de duabus virgis in figura iudeoꝛum
et gētiū: de ꝓciſione gentiū a coꝛreptiōe iudeo
ruꝫ de antichꝛiſto paſtoꝛe. Capitulum .xi.

A **Aperi libane poꝛtas**
tuas: ⁊ comedet ignis cedros
tuas. Vlula abies: q: cecidit
cedrus q̄m magnifici vaſtati
ſūt. Vlulate quercꝰ baſā q̄m
ſucc iſus eſt ſaltus munitus.
Vox vlulatus paſtoꝛum: q: va
ſtata eſt magnificentia eoꝝ. Vox rugitus leonū
q̄m vaſtata eſt ſuperbia ioꝛdanis. Hec dicit dñs
deus meus. Paſce pecoꝛa occiſiōis: que qui poſ
ſederāt occidebāt ⁊ nō dolebāt: ⁊ vēdebāt ea: di
B centes. Bñdictus dñs diuites facti ſum⁹. Et pa
ſtoꝛes eoꝝ nō parcebāt eis: ⁊ ego nō parcā vltra
ſuper habitātes terram dicit dñs. Ecce ego tra
dam hoīes: vnūquemq; in manu pꝛoximi ſui ⁊ in
manu regis ſui: ⁊ concident terram ⁊ non eruaꝫ
de manu eoꝝ ⁊ depaſcā pecus occiſionis: ꝓpter
hec o pauꝑes gregis. Et aſſūpſi mihi duas vir
gas: vnā vocaui decoꝛē: ⁊ alterā vocaui funiculū
et paui gregē. Et ſuccidi tres paſtoꝛes in menſe
vno: ⁊ contracta eſt aīa mea ī eis. Siquidē ⁊ ani
ma eoꝝ variauit in me. Et dixi. Nō paſcā vos. Hiere.xv.a
Quod moꝛitur: moꝛiatur ⁊ qđ ſucciditur ſuccida
tur ⁊ reliqui deuoꝛent vnuſquiſq; carnem pꝛoxi q C
mi ſui. Et tuli virgaꝫ meam que vocabatur dec⁹
et abſcidi eam: vt irritum facerem fedus meum
qđ percuſſi cū omnibus populis: ⁊ in irritum de
ductum eſt in die illa. Et cognouerunt ſic pau
peres gregis qui cuſtodiunt mihi quia verbū do
mini eſt. Et dixi ad eos. Si bonum eſt in oculis
veſtris: afferte mercedē meaꝫ: ⁊ ſi non quieſcite.
Et appenderunt mercedeꝫ meam triginta argē Matthe.
teos. Et dixit dominus ad me. Pꝛoijce illud ad xxv.f.
ſtatuarium. Decoꝛum pꝛecium quo appꝛeciat⁹
ſum ab eis et tuli trginta argenteos. Et pꝛoieci
illos in domo domini ad ſtatuariuꝫ. Et pꝛeſcidi
virgam meam ſecundam que appellabatur funi
culus vt diſſoluerem germanitatem inter iudaꝫ
et iſrael. Et dixit dominus ad me. Adhuc ſume D
tibi vaſa paſtoꝛis ſtulti. Quia ecce ego ſuſcitabo
paſtoꝛē in terra qui derelicta nō viſitabit: diſper
ſum non queret: et contritum non ſanabit: et
id qđ ſtat non enutriet et carnes pinguium co
medet: et vngulas eoꝛum diſſoluet. O paſtoꝛ et
idolum derelinquens gregem. Gladius ſuper
bꝛachium eius: et ſuper oculum dextrum eius
Bꝛachium eius ariditate ſiccabitur: et oculus
dexter eius tenebꝛeſcens obſcurabitur.

Capituli Summarium. De obſidione
hieruſalem: et populis inebꝛiandis in ꝑſecutio
ne eius et lacerandis et percutiendis: de miſeri
coꝛdia dei ſuper hieruſalem: cuius duces ſicut
ignis vaſtabunt hoſtes ſuos: et dominus pꝛote
get ⁊ ꝓmouebit habitatoꝛes eius ⁊ de effuſione
ſpūſancti: ⁊ planctu iudeoꝝ pꝛo voce chꝛiſti.

Capitulum.xij.

Onus verbi domini A
ſuper iſrael. Dicit dominus
extendens celū ⁊ fundans ter
ram: ⁊ fingens ſpirituꝫ homi
nis in eo: Ecce ego ponaꝫ hie
ruſalem ſuꝑliminare crapule
omnibus populis in circuitu
ſed ⁊ iuda erit in obſidione contra hieruſalē. Et
erit in die illa: ponā hieruſalem lapidem oneris
cunctis populis. Oēs qui leuabunt cum conci
ſione lacerabuntur ⁊ colligentur aduerſus eam
omnia regna terre. In die illa dicit dominus.
Percutiam omnem equum in ſtupoꝛe: et aſcē
ſoꝛem eius in amentiam. Et ſuper domum iuda B
aperiam oculos meos ⁊ omnem equū populoꝝ
percutiā cecitate. Et dicent duces iuda in coꝛde
ſuo: cōfoꝛtentur mihi hītatoꝛes hierl'ꝫ in dño ex
ercituū deo eoꝝ. In die illa ponam duces iuda

ſicut caminū ignis in lignis:ꝛ ſicut facē ignis in
feno:ꝛ deuorabunt ad dexterā ꝛ ad ſiniſtraꝫ oēs
pplos in circuitu .Et hītabitur hierl'm rurſus
in loco ſuo in hierl'ꝫ:ꝛ ſaluabit dn̄s tabernacula
iuda ſicut in principio:vt nō magnifice glorief
domus dauid:ꝛ glīa hitātiū hierl'ꝫ cōtra iudaꝫ.
In die illa ꝓteget dn̄s hitatores hierl'ꝫ.Et erit
C qui offenderit ex eis in die illa quaſi dauid:ꝛ do
mus dauid q̄ſi dei:ſicut angelus dn̄i in cōſpectu
eius.Et erit in die illa q̄raꝫ cōterere oēs gētes
que veniūt cōtra hierl'ꝫ:ꝛ effundā ſup domū da
uid:ꝛ ſup hitatores hierl'm ſpm̄ gratie ꝛ p̄cum.
i.Jo.xix.g Et aſpicient ad me quē cōfixerūt:ꝛ plangēt eū
D planctu quaſi ſup vnigenituꝫ:ꝛ dolebūt ſup euꝫ
vt doleri ſolet in morte p̄mogeniti. In die illa:
iiij.regum magnus erit planctus in hierl'ꝫ:ſicut planctus
xxiij.f. adremon in cāpo mageddon.Et plāgent terre
familie ꝛ familie ſeorſum.Familie domus dauid
ſeorſum ꝛ mulieres eoꝝ ſeorſum .Familie dom⁹
natha̅ ſeorſum:ꝛ mulieres eorum ſeorſuꝫ.Fami
lie domus leui ſeorſum:et mulieres eorum ſeor
ſum.Familie ſemei ſeorſum: et mulieres eorum
ſeorſum. Omnes familie relique: familie et fa
milie ſeorſum et mulieres eorum ſeorſum.

C.S. De fonte baptiſmi:de deſtructiōe idolorū de pſeudo pphetis ꝛ totius mendacij: de paſſione xp̄i:de ꝓbatiōe tertie partis ſcilicet xp̄ianorū:pereūtibus iudeis ꝛ gentibus in infi delitate ſua permanentibus. Capitulū.xiij.

A In die illa erit fons
patēs domui dauid et habitā
tibus hierl'ꝫ:in ablutionē pec
Eze.xxx.d catoris ꝛ menſtruate.Et erit
in die illa dicit dn̄s exercituū.
Diſp̄dā noīa idoloꝝ de terra
et non memorabuntur vltra.
Et pſeudo pp̄hetas ꝛ ſpm̄ imūdū auferā de ter
ra.Et erit cū pp̄hetauerit quiſpiā vltra: dicent
ei pater ei⁹ ꝛ mater ei⁹ q̄ genuerūt eū.Nō viues
B quia mēdaciū locutus es in nomie dn̄i.Et cōfi
gent eū pater eius:ꝛ mater ei⁹ genitores ei⁹ cū
pp̄hetauerit.Et erit in die illa:cōfundētur p̄o
p̄hete vnuſquiſq; ex viſiōe ſua cū pp̄hetauerint
nec opiētur pallio ſaccineo vt mētiatur.Sz dicet
nō ſum pp̄heta.Nō agricola ego ſuꝫ:q̄m adam
exēplū meū ab adoleſcentia mea . Et dicet ei.
C Quid ſunt plage iſte i medio manuū tuaꝝ.Et
dicet.His plagatus ſuꝫ i domo eoꝝ qui dilige
bāt me.Framea ſuſcitare ſup paſtorē meū:et ſu
per virū coherentē mihi:dicit dn̄s exercituum.
Percute paſtorem:ꝛ diſpergentur oues.Et cō
mat.xxvj.c uertaꝫ ma nuꝫ meā ad paruulos.Et erūt in om
mar.xiiij.c ni terra dicit dn̄s.Partes due i ea diſp̄gētur et
deficiēt:ꝛ tertia ps relinquef in ea.Et ducā ter
D tiā p̄tē per ignē:ꝛ vram eos ſicut vritur argētū
et probabo eos ſicut probatur aurum.Ipſe vo
cabit nomen meum:et ego exaudiā eū.Et dicā:
ppl's meus es:ꝛ ipſe dicet:dominus deus meus.

C.S. De deſtructione hierl'ꝫ:p necē xp̄i et ſciſſione pplorū ſub typo mōtis oliuarum:de die iudicij ꝛ aduentu chriſti:et latitudine eccle ſie de plagis hoſtiū hierl'ꝫ:de plagis nō facietiū ſcenophagia:q; lebetes vertentur in phialas:et nō erit mercator in eccleſia. Capitulū.xiiij.

Ecce dies dn̄i veniēt A
dicit dn̄s:ꝛ diuidentur ſpolia
tua in medio tui.Et congrega
bo omnes gentes ad hierl'ꝫ in
prelīu ꝛ capietur ciuitas ꝛ va
ſtabūtur dom⁹:ꝛ mulieres vio
labūtur.Et egredietur media
pars ciuitatis in captiuitatem:ꝛ reliquum ppl'i
non auferetur ex vrbe.Et egredietur dn̄s ꝛ p̄lia
bitur cōtra gētes illas ſicut preliatus eſt in die
certaminis.Et ſtabūt pedes eius in die illa ſup
montem oliuaruꝫ qui eſt cōtra hieruſalē ad oriē
tem .Et ſcindetur mons oliuaruꝫ ex media p̄te
ſui ad orienteꝫ et ad occidentē prerupto grandi
valde.Et ſeparabitur mediū montis ad aquilo
nem et medium eius ad meridiem. Et fugietis ij.pa.xxvj.c
ad vallē montiū eorū:q̄m cōiungetur vallis mō B
tiuꝫ vſq; ad proximū.Et fugietis ſicut fugiſtis ij.pal.xxvj.d
a facie terremotus in dieb⁹ ozie regis iuda. Et
veniet dn̄s deus me⁹ oēſq; ſancti cū eo. Et erit
in die illa nō erit lux:ſed frigus ꝛ gelu.Et erit di
es vna que nota eſt dn̄o non dies neq; nox:ꝛ in
tēpore veſperi erit lux.Et erit in die illa: exibūt
aque viue de hierl'm.Mediū eaꝝ ad mare orien
tale:ꝛ mediū earū ad mare nouiſſimū.In eſtate
et in hyeme erūt ꝛ erit dn̄s rex ſuper omnē ter
ram.In die illa erit dominus vnus:ꝛ erit nomē
eius vnum.Et reuertetur omnis terra vſq; ad
deſertum de colle remmon ad auſtrum.Hierl'ꝫ
et exaltabitur:ꝛ habitabitur in loco ſuo:ad por
ta beniamin vſq; ad locū porte prioris:ꝛ vſq; ad
portam angulorum:ꝛ a turre ananehel vſq; ad
torcularia regis.Et habitabunt in ea: ꝛ anathe
ma nō erit amplius:ſed ſedebit hieruſalem ſecu C
ra.Et hec erit plaga qua percutiet dn̄s oēs gen j.eodem.
tes que pugnauerūt aduerſus hierl'm.Tabeſcet
caro vniuſcuiuſq; ſtātis ſup pedes ſuos:ꝛ ocu
li eius cōtabeſcent in foraminib⁹ ſuis: et lingua
eorū cōtabeſcet in ore ſuo.In die illa erit tumu
lius dn̄i magnus in eis ꝛ apprehēdet vir manuꝫ
proximi ſui:ꝛ cōſeretur manus eius ſuper manū
p̄ximi ſui.Sz ꝛ iudas pugnabit aduerſus hierl'ꝫ
et congregabūtur diuitie omniū gentium in cir
cuitu:aurū ꝛ argētum ꝛ veſtes multe ſatis. Sic
erit ruina equi et muli ꝛ cameli et aſini ꝛ omniū
iumentorum que fuerint in caſtris illis:ſicut rui
na hec.Et omnes qui reliqui fuerint de vniuer
ſis gentib⁹ que venerūt contra hierl'm: aſcēdēt D
ab anno in annū:vt adorent regē dn̄m exercitu
um:ꝛ celebrent feſtiuitatem tabernaculorū. Et
erit qui non aſcēderit de familijs terre ad hierl'ꝫ
vt adorēt regē dn̄m exercituū:nō erit ſuper eos
imber.Q: ꝛ ſi familia egypti nō aſcēderit ꝛ non

ſ.eodem. venerit nec ſuper eos erit. Sed erit ruina qua p̄
cutiet dn̄s oēs gentes que non aſcenderint ad ce
lebrandā feſtiuitatē tabernaculoꝝ. Hoc erit pec
catū egypti: et hoc peccatū omniū gentiū que nō
aſcenderint ad celebrandā feſtiuitatem taberna-
culorum. In die illa erit qđ ſuper frenū eq̄ eſt ſan
ctū dn̄o: et erunt lebetes in domo dn̄i quaſi phia
le coram altari. Et erit omnis lebes in hieruſalē
et in iuda ſanctificatus dn̄o exercituū. Et veniēt
oēs immolantes et ſument ex eis: et coquēt in eis
Et non erit mercator vltra in domo domini exer
cituum in die illo.

Zacharias prophete explicit.

Prologus in Malachiam pphetā incipit.

Leui.xxi.ſa DEus per moyſē po-
pulo iſrael p̄ceperat ſacerdo-
tes tabernaculi ſui: omni corpa
li vitio liberos: hoſtias omni
vitio vacuas ſibi offerre. Qui
bus legē ſuā ad regendum po
ibidē.xxi. a. pulū ob hoc dederat: vt per ſa
crificiorū oblationes interūcij dei et hoīm facti:
populū p̄ceptis celeſtibus facerent obedire. Un
Mala.ij.b de ſacerdotes angelos dei eſſe hoc in loco ſcri-
ptura teſtatur. Sed quia tanti muneris gratiam
contēnentes: ſupradictus ppl's ac ſacerdotes ſa
crificia vitio deturpata: ipſi criminibus atq; im-
pietatibus maculati deo offerre ceperunt. Ideo
per malachiam prophetam deus populū ſuum iſ
Mala.j.a. rael increpans ait. Dilexi vos: dicit dn̄s. Et di-
xiſtis. In quo dilexiſti nos? Nonne frater erat
eſau iacob: dicit dn̄s: et dilexi iacob: eſau aūt odio
habui. Eſau autē fratrē iacob: non iniqua aut ſpō
tanea volūtate odio habitum a deo: vel ſine me
riti gratia iacob dilectum manifeſtū eſt: cum ſm
preſcientiā ſuam eſau quidem effuſionē fraterni
ſanguinis concupiſceret. Jacob autē in ſui cogni
tione obſeruandā legem deſiderare cognoſceret
Ibi.a. Cuius rei gratia ſupradicto vſus eſt exemplo: di
cens. Dilexi iacob: eſau autē odio habui. Quan
uis ex operibus memoratorū quorum liber gene
ſeos meminit: in quo vnuſquiſq; eorum futurus
Gen.xxv.d erat pposito: manifeſte conſtet: vt ſcriptum eſt.
Creuerunt pueri: et erat eſau homo agreſtis ſciēs
venari: iacob autem homo ſimplex manens in ta
bernaculo. Nam reliqua que lectione comprehē
ſa ſunt: preuaricationem populi iſrael in obſeruā
dis ſacrificijs dei increpationēq; in eundum q̄
deos alienos coluerit: ſignificant.

Prologus explicit.

Argumentum incipit.

MAlachias aper
te et in fine oīum pphe-
tarū dicit de abiectione
iſrael et vocatione gen-
tiū. Nō eſt mihi aut volū
tas in vobis: dicit dn̄s
exercituū: et munus non
ſuſcipiam de manu veſtra. Ab ortu enim ſo Mala.j.c.
lis vſq; ad occaſum magnū eſt nomen meū
in gentibus: et in omni loco ſacrificatur: et
offertur nomini meo oblatio munda.

Argumentum explicit.

Malachias propheta incipit.

Capituli Sūmariū. De electione ia
cob et reprobatione eſau increpat dn̄s. q̄ nō
honor ei exhibetur ſicut patri: nec timor ſi
cut domino: ſed offertur ei panis pollutus
et hoſtia immūda: non ſeruitur ei gratis: et
maledicit offerentē doloſe. Capitulū.j.

ONus B
verbi dn̄i ad
iſrael in ma
nu malachie
pphete. Di
lexi vos di
cit dn̄s. Et
dixiſtis. In
quo dilexi- xlvij.diſ.c.
ſti nos. Nō q̄talibet.
ne frat̄ erat
eſau iacob
dicit dn̄s: et dilexi iacob: eſau aūt odio habui
Et poſui ſeir mōtes eius in ſolitudinē et he
reditatem eius in dracones deſerti. Quia ſi
dixerit idumea: deſtructi ſumus: ſed reuer-
tētes edificabimus que deſtructa ſunt: hec j.qō.iiij.c.
dicit dn̄s exercituū. Iſti edificabunt: et ego eccleſia.
deſtruam. Et vocabuntur termini impieta B
tis: et populus cui iratꝰ eſt dn̄s vſq; in eter
nū. Et oculi veſtri videbunt: et vos dicetis
Magnificetur dn̄s ſuper terminum iſrael.
Filius honorat patrē: et ſeruus dn̄m ſuum.
Si ergo pater ego ſum: vbi eſt honor meus
et ſi dn̄s ego ſum: vbi eſt timor meus dicit
dn̄s exercituum. Ad vos o ſacerdotes qui
deſpicitis nomē meū. Et dixiſtis. In quo
deſpeximus nomen tuū. Offertis ſuper al-
tare meū panem pollutū. Et dicitis in quo
polluimus te. In eo qđ dicitis: menſa dn̄i xlix.di.c.ſa
deſpecta eſt: Si offeratis cecum ad immolā cerdotes.
dum: nōne malū eſt? Et ſi offeratis claudū C

τ languidum:nonne malum eſt? Offer illud duci tuo ſi placuerit ei:aut ſi ſuſceperit faciem tuam: dicit dominus exercituum.Et nunc deprecamini vultum dei vt miſereatur veſtri: de manu enim veſtra factum eſt hoc:ſi quo modo ſuſcipiat facies veſtras:dicit dominus exercituum.Quis eſt in vobis qui claudat oſtia:τ incendat altare meū
j.q.ō.iij.c.j. gratuito? Non eſt mihi voluntas in vobis dicit
j.ij.c. dominus exercituum:τ munus non ſuſcipiam de
ps.xl.a. et manu veſtra. Ab ortu enim ſolis vſqꝫ ad occaſum
ps.cxij.a. magnum eſt nomen meum in gentibus:τ in omni loco ſacrificatur τ offertur nomini meo oblatio munda:quia magnum eſt nomen meum in genti
D bus dicit dominus exercituum. Et vos polluiſtis illud in eo quod dicitis:menſa domini contaminata eſt:τ quod ſuperponitur contemptibile eſt cum igne qui illud deuorat.Et dixiſtis. Ecce de labore:τ exufflaſtis illud dicit dominus exercituū
Amos.v.f. Et intuliſtis de rapinis claudum τ languidum: τ intuliſtis munus.Nunquid ſuſcipiam illud de manu veſtra:dicit dominus exercituum? Maledictus doloſus qui habet in grege ſuo maſculum τ votum faciens immolat debile dn̄o.Quia rex magnus ego dicit dominus exercituum:τ nomen meum horribile in gentibus.

¶Capituli Sūmariū.¶ Sacerdotes reuocat ad penitentiam:τ nolentibus cōminatur:cōmemorat pactum:τ officium eorum:tranſgreſſionē τ penam pro acceptione perſonarū.De trāſgreſſione populi accipientis vxores alienigenas eiectis antiquis:de federe nuptiarum:τ inſeparabilitate matrimoniali:de libello repudij: de his q̄ laborare dn̄m fecerunt. Capitulū.ij.

A
Leui.xxv.b. Deutero. xxviij.b. xviij.diſ.c. ſiqui p̄ſbyteri.j.q.j.c maledicam. z.c.multi.

Et nūc ad vos mandatū hoc o ſacerdotes.Si nolueritis audire: τ ſi nolueritis ponere ſup cor vt detis gloriā nomini meo:ait dominus exercituū:mittā in vos egeſtatē:τ maledicā benedictionibus veſtris:τ maledicam illis qm̄ nō poſuiſtis ſup cor. Ecce ego proijciam vobis brachium:τ diſpergam ſuper vultū veſtrū ſtercus ſolēnitatū veſtrarum: τ aſſumet vos ſecū.Et ſcietis:q: miſi ad vos mādatum iſtud:vt eſſet pactum meū cum leui: dicit dn̄s exercituū. Pactum meum fuit cum eo vite τ pacis:τ dedi ei timorem:τ timuit me:τ a facie
B nominis mei pauebat.Lex veritatis fuit in ore eius:τ iniquitas nō eſt inuēta in labijs eius. In pace τ in equitate ābulauit mecū:τ multos auertit ab iniquitate.Labia enim ſacerdotis cuſtodiūt ſcientiā τ legē requirent ex ore eius:q: angelus dn̄i exercituum eſt.Vos autem receſſiſtis de via:τ ſcādalizaſtis plurimos in lege.Irritum feciſti pactum leui:dicit dn̄s exercituū. Propter qđ τ ego dedi vos conteptibiles τ humiles oib? pplis:ſicut non ſeruaſtis vias meas:τ accepiſtis faciem in lege.Nūquid nō pater vnus oim nr̄m?

Nunquid nō deus vnus creauit nos? Quare ergo deſpicit vnuſquiſqꝫ noſtrū fratrē ſuū:violans pactum patrū noſtrorū.Trāſgreſſus eſt iuda: et abominatio facta eſt in iſrael τ in hierl'm:q: contaminauit iudas ſanctificationē dn̄i quā dilexit τ habuit filiam dei alieni.Diſperdet dn̄s virum qui fecerit hoc:magiſtrum τ diſcipulum de tabernaculo iacob:τ offerentē munus dn̄o exercituum Et hoc rurſum feciſtis.Operiebatis lachrymis altare dn̄i fletu τ mugitu:ita vt nō reſpiciā vltra ad ſacrificium:nec accipiam placabile q̄d de manu veſtra.Et dixiſtis.Quā ob cauſam?Quia dn̄s teſtificatus eſt inter te τ vxorem pubertatis tue: quā tu deſperiſti.Et hec particeps tua: τ vxor federis tui.Nonne vnus fecit:τ reſiduum ſpiritus eius eſt.Et quid vnus querit niſi ſemen dei? Cuſtodite ergo ſpm̄ veſtrum:τ vxorē adoleſcentie tue noli deſpicere.Cum odio habueris eā:dimitte:dicit dn̄s deus iſrael.Operiet autem iniquitas veſtimentum eius: dicit dn̄s exercituum? Cuſtodite ſpiritum veſtrum: τ nolite deſpicere Laborare feciſtis dominum in ſermonibus veſtris.Et dixiſtis.In quo eum fecimus laborare? In eo ꝙ dicitis.Omnis qui facit malum:bonus eſt in conſpectu domini:τ tales ei placēt.Aut certe vbi eſt deus iudicij.

C g.j.c. D Io[illegible]

¶Capituli Sūmarium.¶ De angelo qui mittitur:de die iudicij:de deſtructione iudicij:de cōfigentibus deum:de benedictione ſoluentium:τ maledictione non ſoluentium decimas τ primitias:arguuntur murmurantes contra dominum pro flore malorum:τ reprimitur eorum blaſphemia:deſignatis ſupplicijs eorum:et premijs iuſtorum. Capitulum.iij.

A Mat.xj.b. Mar.j.a. Luc.vij.c.

Ecce ego mittam angelum meum τ preparabit viā ante faciem meam.Et ſtatim veniet ad templum ſuum dominator quem vos queritis:τ angelus teſtamēti quem vos vultis.Ecce venit dicit dominus exercituum.Et quis poterit cogitare diem aduentus eius:τ quis ſtabit ad videndum eum.Ipſe enim quaſi ignis conflans:τ quaſi herba fullonum. Et ſedebit conflans τ emundans argentum:τ purgabit filios leui.Et colabit eos quaſi aurum et quaſi argentum:τ erunt domino offerentes ſacrificia i iuſticia.Et placebit domino ſacrificium iuda τ hieruſalem ſicut dies ſeculi:τ ſicut anni antiqui.Et accedam ad vos in iudicio:τ ero teſtis velox maleficis τ adulteris τ periuris:τ qui calumniantur mercedem mercennarij: τ humiliant viduas τ pupillos:τ opprimunt peregrinum: nec timuerunt me:dicit dominus exercituum. Ego enim dominus τ non mutor:τ vos filij iacob non eſtis conſumpti.A diebus enim patrum veſtrorum receſſiſtis a legitimis meis τ non cuſtodiſtis.Reuertimini ad me τ reuertar ad vos dicit dn̄s exercituum.Et dixiſtis.In quo reuertemur.Si affli

j.diſt.c.purgabit. B xvj.q.c.reuertimini.

git homo deum:quia vos cõfigitis me. Et dixi
ſtis. In quo cofigimus te. In decimis in primi
C tijs. Et in penuria vos maledicti eſtis: et me
vos configitis gens tota. Inferte omnem deci-
mam in horreũ meum vt ſit cibus in domo mea
et probate me ſuper hoc dicit dominus. Si non
aperuero vobis cataractas celi:et effudero vo-
bis benedictionem vſqꝫ ad abundantiam. Et
increpabo pro vobis deuorantem: et non corrũ
pet fructum terre veſtre:nec erit ſterilis vinea
in agro: dicit dominus exercituum. Et beatos
vos dicent omnes gentes. Eritis enim vos ter-
D ra deſiderabilis:dicit dominus exercituum. In
Job.xxi.b. ualuerunt ſuper me verba veſtra dicit dominus
Et dixiſtis. Quid locuti ſumus contra te. Di-
xiſtis. Uanus eſt qui ſeruit deo:et quod emolu-
mentum:quia cuſtodiuimus precepta eius:ꝛ q̄r
ambulauimus triſtes coram domino exercituũ.
Ergo nunc beatos dicimus arrogãtes. Si qui
dem edificati ſunt facientes impietates ꝛ tem
ptauerunt deum et ſalui facti ſunt. Tunc locuti
ſunt timentes deuꝫ vnuſquiſqꝫ cũ proximo ſuo.
Et attendit dominus et audiuit et ſcriptus eſt
liber monumenti coram eo timentibus dominũ
et cogitantibus nomen eius Et erunt mihi ait
dominus exercituuꝫ in die qua ego faciaꝫ in pe-
culiũ ꝛ percã eis ſicut parcit vir filio ſuo ſeruiẽti
ſibi. Et cõuertimini ꝛ videbitis q̄d ſit iter iuſtũ
et impiũ:ꝛ inter ſeruientẽ deo ꝛ nõ ſeruientẽ ei.

¶ Capituli Sũmariũ. ¶ De aduentu xp̄i:de
aduẽtu helie qui precedet ſc̄d͡m aduẽtũ domini.
Capitulum.iiij.

A
Ecce enim dies veniet
ſuccenſa quaſi caminus:et erunt
omnes ſuperbi ꝛ omnes faciẽtes
impietatẽ ſtipula. Et iſlãmabit
eos dies veniens:dicit dominus
exercituum:que non derelinquet eis radicem et
germen. Et orietur vobis timentibus nomen
meum ſol iuſticie ꝛ ſanitas in pennis eius. Egre
diemini ꝛ ſalietis ſicut vitulus de armẽto: ꝛ cal
cabitis impios cum fuerint cinis ſub planta pe
dum veſtrorum:in die qua ego facio dicit domi-
B nus exercituum. Mementote legis moyſi ſerui
mei: quaꝫ mandaui ei in oreb ad omnem iſrael
precepta et iudicia. Ecce ego mittam vobis he-
liam prophetam anteq̄ͣ veniat dies domini ma
gnus et horribilis. Et conuertet cor patrum ad
filios:et cor filiorum ad patres eoruꝫ:ne forte ve
niam et percutiam terram anathemate.

¶ Malachias propheta explicit.

¶ Prologus beati hieronymi preſbyteri in li
bros Machabeorum incipit.

Achabeoꝝ libri A
duo p̄notãt p̄lia iter he
breoꝝ duces gẽtẽqꝫ p̄ſa
rũ:pugnã q̄ꝫ ſabbatoꝝ ꝛ
nobiles machabei ducis
triũphos: excuiꝰ noie ꝛ
libri ij de ſunt nũcupati.
Hec q̄ꝫ hiſtoria ꝯtinet ẽt iclyta illa geſta ma ij. Macha
chabeoꝝ fratrũ qui ſub antiocho rege pro vij.a.
ſacris legibus dira tormenta perpeſſi ſunt.
Quos mater pia dum diuerſis ſupplicijs
vrgerentur:nõ ſolum nõ fleuit: ſed et gau-
dens hortabatur ad gloriam paſſionis.

¶ Item alius prologus

Achabeoruꝫ libri
licet nõ hẽant in cãone he-
breoꝝ:tñ ab eccleſia inter
diuinoꝝ voluminũ annotã
tur hiſtorias. Prenotant
aũt p̄lia iter hebreorũ duces:gẽteſqꝫ p̄ſaꝝ
pugnã q̄ꝫ ſabbatoꝝ ꝛ nobiles manichei tri
umphos:fedus q̄ꝫ amicitiaꝝ cũ romanorũ
ducibꝰ atqꝫ legationũ. Machabei ſeptem B
frẽs ab vna m̄re:machabea noie'gẽiti cuſto
diẽtes legẽ p̄ris traditiõeꝫ nõ mãducãtes
carnẽ porcinã:ob hoc ab anthiocho rege ſe
uiſſimo in antiochia martyrij gloria coro-
nati ſunt cum matre ſua atqꝫ ſepulti cum
magna veneratione ibi quieſcunt.
¶ Prologus explicit.

¶ Incipit liber primus Machabeorum.
¶ Ca. Sũma. ¶ De alexãdro filio philip
pi:de antiocho radice pctĩ:de ciuitate hie
ruſalẽ exuſta:multi ex iſrael cõſenſerũt edi
cta regis ſacrificando idolis:lex exuſta eſt
multi ex iſrael trucidantur. Capitu.j.

T factũ A
eſt poſtq̄ꝫ p
cuſſit alexã
der philippi
rex macedo
q̄ p̄mꝰ regna
uit ĩ grecia:
egreſſus de
terra cethiꝫ
dariũ regeꝫ
p̄ſaꝝ ꝛ medo
rũ ꝯſtituit p̄lia mlt̃a ꝛ obtinuit oim̃ muni
tiones ꝛ iterfecit reges terre. Et pertrãſijt
vſqꝫ ad fines terre ꝛ accepit ſpolia mltitudi
nis gẽtiũ ꝛ ſiluit terra in conſpectu eius. Et

Judith.j.c congregauit virtuteʒ ⁊ exercitũ fortẽ nimis. Et
exaltatũ eſt ⁊ eleuatũ cor eius: ⁊ obtinuit regio
nes gentiũ ⁊ tyrannos ⁊ facti ſunt illi in tributũ
Et poſt hec decidit in lectum ⁊ cognouit q2 mo
reretur. Et vocauit pueros ſuos nobiles qui ſe-
cũ erãt nutriti a iuuentute ſua: ⁊ diuiſit illis re-
gnũ ſuũ cũ adhuc viueret. Et regnauit alexãder
B annis duodecim: ⁊ mortuus eſt. Et obtinuerũt
pueri eius regnũ: vnuſquiſq3 in loco ſuo: ⁊ impo
ſuerũt oẽs ſibi diademata poſt mortẽ eius: ⁊ filij
eorũ poſt eos annis multis: ⁊ multiplicata ſunt
mala in terra. Et exijt ex eis radix peccati antio
chus illuſtris filius antiochi regis qui fuerat ro
me obſes: ⁊ regnauit in anno centeſimo triceſi-
moſeptimo regni grecorum. In diebus illis exie
runt ex iſrael filij iniqui ⁊ ſuaſerunt multis: dicẽ
tes. Eamus ⁊ diſponamus teſtamẽtũ cum gen
tibus que circa nos ſũt: q2 ex quo receſſimus ab
eis inuenerunt nos multa mala: et bonus viſus
eſt ſermo in oculis eorum. Et deſtinauerunt ali-
qui de populo: ⁊ abierunt ad regeʒ: ⁊ dedit illis
poteſtatem vt facerent iuſticiam gentiũ. Et edi
ficauerunt gymnaſium in hieroſolymis ſ3 leges
nationum: ⁊ fecerunt ſibi preputia: et receſſerũt
iij.Reg. a teſtamento ſancto: ⁊ iuncti ſunt nationibus: ⁊
xxj.S. venundati ſunt vt facerent malũ. Et paratum
eſt regnum in conſpectu antiochi: ⁊ cepit regna
re in terra egypti vt regnaret ſuper duo regna.
Et intrauit in egyptum in multitudine graui in
C curribꝰ ⁊ elephantis et equitibus et copioſa na
uium multitudine. Et conſtituit bellum aduer
ſus ptolomeum regem egypti: et veritus eſt pto
lomeus a facie eius ⁊ fugit et ceciderũt vulnera
ti multi. Et comprehendit ciuitates munitas in
terra egypti ⁊ accepit ſpolia terre egypti. Et cõ
uertit antiochus poſtq3 percuſſit egyptum in cẽ
teſimo ⁊ quadrageſimo ⁊ tertio anno: ⁊ aſcẽdit
ad iſrael: ⁊ aſcẽdit hieroſolymaʒ in multitudine
graui. Et intrauit in ſanctificationẽ cum ſuper-
bia: et accepit altare aureum: et candelabrum lu
minis: et vniuerſa vaſa eius: et menſam propoſi
tionis et libatoria ⁊ phialas ⁊ mortariola aurea
et velum et coronas et ornamentum aureum qđ
in facie templi erat: et comminuit omnia. Et ac
cepit argentum et auruʒ et vaſa concupiſcibilia
et accepit theſauros occultos quos inuenit: et
D ſublatis omnibus abijt in terram ſuam et fecit
cedem hominum et locutus eſt in ſuperbia ma-
gna. Et factus eſt planctus magnus in iſrael et
in omni loco eorum. Et ingemuerunt principes
et ſeniores et iuuenes et virgines infirmati ſunt
et ſpecioſitas mulierum immutata eſt. Omnis
maritus ſumpſit lamentum: et que ſedebant in
thoro maritali lugebant: et commota eſt terra
ſuper habitantes in ea et vniuerſa domus iacob
induit cõfuſionem: ⁊ poſt duos annos dierũ mi
ſit rex principem tributorũ in ciuitates iuda: et
venit hierl'm cum turba magna. Et locutus eſt
ad eos verba pacifica in dolo et crediderunt ei.
Et irruit ſuper ciuitatẽ repente et percuſſit eaʒ
plaga magna: ⁊ perdidit populũ multũ ex iſrael

Et accepit ſpolia ciuitatis: et ſuccendit eam
igni. Et deſtruxit domos eius et muros eius in
circuitu. Et captiuas duxerũt mulieres ⁊ natos
et pecora poſſederunt. Et edificauerunt ciuitatẽ
dauid muro magno ⁊ firmo: ⁊ turribus firmis:
et facta eſt illis in arcem. Et poſuerunt illic gen
tem peccatricem viros iniquos: ⁊ cõualuerũt in
ea. Et poſuerunt arma ⁊ eſcas: et cõgregauerũt
ſpolia hieruſalem et repoſuerũt illic: et facti ſũt E
in laqueum magnum. Et factũ eſt hoc ad inſidi
as ſanctificationi et in diabolū malum in iſra-
el. Et effuderunt ſanguinem innocentẽ per cir-
cuitum ſanctificationis ⁊ contaminauerunt ſan
ctificationem. Et fugerunt habitatores hieruſa
lem propter eos: ⁊ facta eſt habitatio exterorum
⁊ facta eſt extera ſemini ſuo. Et nati eiꝰ relique
runt eam. Sanctificatio eiꝰ deſolata eſt ſicut ſo Tobie. ij
litudo: dies feſti eius cõuerſi ſunt in luctum ſab amos. viij
bata eius in opprobrium: honores eius in nihi-
lum. Secũdũ gloriaʒ eius multiplicata eſt igno
minia eius ⁊ ſublimitas eius conuerſa eſt in lu-
ctum. Et ſcripſit rex antiochus omni regno ſuo
vt eſſet omnis populus vnus: ⁊ reliquerũt vnuſ
quiſq3 legem ſuam et conſenſerunt omnes gen-
tes ſm verbum regis antiochi. Et multi ex iſra
el conſenſerunt ei: ⁊ ſacrificauerunt idolis: et co
inquinauerunt ſabbatum. Et miſit rex antio-
chus libros per manus nũciorum in hieruſalem
et in omnes ciuitates iude vt ſequerẽtur leges F
gentium terre: et prohiberent holocauſta et ſa-
crificia et placationes fieri in templo dei: et phi
berent celebrari ſabbatum et dies ſolẽnes. Et
iuſſit coinquinari ſancta et ſanctum populum iſ
rael. Et iuſſit edificari aras ⁊ templa et idola et
immolari carnes ſuillas et pecora communia: et
relinquere filios ſuos incircuncisos: et coinqui-
nari animas eorum in omnibus immundicijs
et abominationibus: ita vt obliuiſcerentur legẽ
et immutarent omnes iuſtificatiões dei. Et qui
cunq3 non feciſſent ſm verbum regis antiochi
morerentur. Secundum omnia verba hec ſcri-
pſit omni regno ſuo et prepoſuit principes po-
pulo qui hec fieri cogerent. Et iuſſerunt ciuita-
tibus iude ſacrificare. Et congregati ſunt mul-
ti de populo ad eos qui dereliquerant legem do
mini: et fecerunt mala ſuper terram et effuga-
uerunt populum iſrael in abditis et in abſcon-
ditis fugitiuorum locis. Die quintadecima mẽ
ſis caſleu quinto et quadrageſimo et centeſimo
anno edificauit rex antiochus abominandum
idolum deſolationis ſuper altare dei et per vni
uerſas ciuitates iude in circuitu edificauerunt G
aras et ante ianuas domorum: et in plateis in
cendebant thura et ſacrificabant. Et libros le-
gis dei combuſſerunt igni: ſcindẽtes eos: ⁊ apud
quemcũq3 inueniebantur libri teſtamenti domi
ni: et quicunq3 obſeruabat legem domini ſm edi
ctum regis trucidabant eum. In virtute ſua fa
ciebant hec populo iſrael qui inueniebatur in oi
mẽſe in ciuitatibus. Et qnta et viceſima die mẽ
ſis ſacrificabant ſuper arã que erat cõtra altare

⁊ mulieres que circumcidebāt filios ſuos trucida
bantur ſm iuſſum regis antiochi. Et ſuſpende-
bant pueros a ceruicibus per vniuerſas domos
eoꝛum ⁊ eos qui circunciderant illos trucidabāt
Et multi de populo iſrael diffinierunt apud ſe vt
non manducarent immunda: et elegerunt magis
moꝛi ꝙ cibis coinquinari immundis: ⁊ noluerūt
infringere legem dei ſanctam ⁊ trucidati ſunt: et
facta eſt ira magna ſuper populū iſrael valde.

¶ Capituli Sūmariū. ¶ Matathias ⁊ quinqꝫ eius filij lamentātur populum templum ⁊ deſo-
lationem legis: cogitur matathias ſacrificare
idolis ſed noluit: occidit matathias ſacrificantez
idolis: ⁊ etiam miniſtrum regis antiochi: fugien-
tes in deſertum ne ſacrificent idolis: occiſi ſunt
in ſabbato: conſtituit matathias pugnare in ſab
bato ipſe ⁊ eius filij occidentes peccatoꝛes: aras
idoloꝛuz ſubuertunt. matathias moꝛiens ammo
net filios defendere iſrael: ⁊ cogitare generatio-
nes patrum.

A Capitulum. ij.

IN diebus illis ſurre-
xit matathias filius iohannis filij
ſimeonis ſacerdos ex filijs ioariz
ad hieruſalem: ⁊ conſedit in mon
te modin. Et habebat filios quinqꝫ
iohannā qui cognominabatur gaddis: ⁊ ſymeo-
nem qui cognominabatur thaſi: ⁊ iudam qui vo
cabatur machabeus: ⁊ eleazaruz qui cognomina
batur abaron: ⁊ ionathan qui cognominabatur
apphus. Hi viderunt mala que fiebant in popu
lo iuda ⁊ hieruſalē. Et dixit matathias. Ue mihi
Ut quid natus ſum videre contritionem populi
mei ⁊ contritionem ciuitatis ſancte: ⁊ ſedere illic
cum datur in manibus inimicoꝝ. Sancta in ma
nu extraneoꝝ facta ſunt templum eius ſicut ho
mo ignobilis. Uaſa gloꝛie eius captiua abducta
ſunt trucidati ſunt ſenes eius in planteis: ⁊ iuue
nes eius ceciderunt in gladio inimicoꝛum. Que
gens nō hereditauit regnum eius: ⁊ nō obtinuit
B ſpolia eius. Omnis compoſitio eius ablata eſt.
Que erat libera: facta eſt ancilla. Et ecce ſancta
noſtra ⁊ pulchꝛitudo noſtra ⁊ claritas noſtra de-
ſolata eſt: ⁊ coinquinauerunt eam gentes. Quo
ergo nobis adhuc viuere. Et ſciditveſtimēta ſua
matathias: ⁊ filij eius operuerunt ſe cilitijs: ⁊ plā
xerunt valde: ⁊ venerunt illuc qui miſſi erant a re
ge antiocho vt cogerent eos qui confugerant in
ciuitatem madin immolare ⁊ accendere thura: ⁊
a lege dei diſcedere. Et multi de populo iſrael cō
ſentientes acceſſerunt ad eos: ſed matathias ⁊ fi
lij eius conſtanter ſteterunt. Et reſpondentes q̄
miſſi erant ab antiocho: dixerūt matathie. Prin
ceps ⁊ clariſſimus ⁊ magnus es in hac ciuitate:
⁊ oꝛnatus filijs ⁊ fratribus. Ergo accede pꝛioꝛ ⁊
fac iuſſum regis ſicut fecerunt omnes gentes et
viri iuda: ⁊ qui remanſerunt in hieruſalē. Et eris
tu ⁊ filij tui inter amicos regis: ⁊ amplificatus au
ro ⁊ argento ⁊ muneribus multis. Et reſpondit

matathias ⁊ dixit magna voce. Et ſi omnes gen C
tes regi antiocho obediunt vt diſcedant vnuſqͥſ
qꝫ a ſeruitute legis patrum ſuoꝛum: ⁊ conſentiāt
mandatis eius: ego ⁊ filij mei ⁊ fratres mei obe-
diemus legi patrum noſtroꝛum. Propitius ſit
nobis deus non eſt nobis vtile relinquere legem
⁊ iuſticiam dei. Nō audiemus verba legis antio
chi: nec ſacrificabimus tranſgredientes legis no
ſtre mandata vt eamus altera via. Et vt ceſſauit
loqui verba hec acceſſit quidam iudeus in omniū
oculis ſacrificare idolis ſuper araz in ciuitate mo
din ſm iuſſum regis. Et vidit matathias ⁊ doluit
⁊ contremuerunt renes eius: ⁊ accenſus eſt furoꝛ
eius ſm iudicium legis: ⁊ inſiliens trucidauit eū
ſuper aram. Sed ⁊ virum quem rex antiochus mi
ſerat qui cogebat immolare: occidit in ipſo tēpo
re ⁊ aram deſtruxit: ⁊ zelatus legē ſicut fecit phi
nees zābꝛi filio ſalomi. Et exclamauit matathias Nu.xxv. b
voce magna in ciuitate: dicens. Omnis qui zelum
habet legis ſtatuens teſtamentum: exeat poſt me
⁊ fugit ipſe ⁊ filij eius in montes: ⁊ reliquerunt
quecūqꝫ habebant in ciuitate. Tunc deſcenderūt D
multi querentes iudicium ⁊ iuſticiam in deſertū:
⁊ ſederunt ibi ipſi ⁊ filij eius ⁊ mulieres eoꝛum ⁊
pecoꝛa eoꝛum: quoniam inundauerunt ſup eos
mala. Et renunciatum eſt viris regis ⁊ exercitui
qui erat in hieruſalem ciuitate dauid: qm̄ diſceſ-
ſiſſent viri quidam qui diſſipauerunt mandatum
regis in loca occulta in deſerto: et abijſſent poſt
eos multi. Et ſtatim perrexerunt ad eos ⁊ conſti
tuerunt aduerſus eos pꝛelium in die ſabbatoꝛum
⁊ dixerunt ad eos. Reſiſtitis ⁊ nunc adhuc. Exite
⁊ facite ſm verbum regis antiochi ⁊ viuetis. Et
dixerunt. Non exibimus: neqꝫ faciemus verbum
regis vt polluamus diem ſabbatoꝛum. Et conci
tauerunt aduerſus eos pꝛelium. Et non reſpon-
derunt eis: nec lapidē miſerunt in eos: nec opila
uerunt loca occulta: dicētes. Moꝛiamur omnes
in ſimplicitate noſtra: ⁊ teſtes erunt ſuper nos
celum ⁊ terra ꝙ iniuſte perditis nos. Et intule-
runt illis belluz ſabbatis: ⁊ moꝛtui ſunt ipſi ⁊ vxo
res eoꝛum ⁊ filij eoꝛum ⁊ pecoꝛa eoꝛum vſqꝫ ad
mille animas hominum. Et cognouit matathias
⁊ amici eius: ⁊ luctum habuerunt ſuper eos val- E
de. Et dixit vir pꝛoximo ſuo. Si omnes fecerimꝰ
ſicut fratres noſtri fecerunt: ⁊ non pugnauerimꝰ
aduerſus gentes pꝛo animabus noſtris ⁊ iuſtifi-
cationibus noſtris: citius diſperdent nos a terra
Et cogitauerunt die illa: dicētes. Omnis homo
quicunqꝫ venerit ad nos in bello die ſabbatoꝛuz
pugnemus aduerſus eum ⁊ nō moꝛiemur omnes
ſicut moꝛtui ſunt fratres noſtri in occultis. Tunc
congregata eſt ad eos ſynagoga iudeoꝛum foꝛtis
viribus ex iſrael: omnis voluntarius in lege: ⁊ om
nes qui fugiebant a malis: additi ſunt ad eos: ⁊
facti ſunt illis ad firmamentum. Et collegerunt
exercitum: ⁊ percuſſerunt peccatoꝛes in ira ſua:
⁊ viros iniquos in indignatione ſua: ⁊ ceteri fu-
gerunt ad nationes vt euaderent. Et circuiuit
matathias et amici eius: ⁊ deſtruxerunt aras: et
circunciderunt pueros incircunciſos quotquot

F inuenerunt in finibus iſrael in fortitudiue. Et ꝑ
ſecuti ſunt filios ſuperbie: ⁊ proſperatū eſt opus
in manibus eorum. Et obtinuerūt legem de ma
nibus gentium: ⁊ de manibus regum: ⁊ non dede
rūt cornu peccatori. Et appropinquauerūt dies
matathie moriendi: ⁊ dixit filijs ſuis. Nunc con⸗
fortata eſt ſuperbia ⁊ caſtigatio ⁊ tempus euerſio
nis: ⁊ ira indignationis. Nunc ergo filij emulato
res eſtote legis: ⁊ date animas veſtras pro teſta⸗
mento patrum: ⁊ mementote operum patrū que
fecerunt in generationibus ſuis: ⁊ accipietis glo
gen.xxij.c. riam magnam ⁊ nomen eternum. Abraam nonne
in temptatione inuentus eſt fidelis: ⁊ reputatū
gen.xxxv.f eſt ei ad iuſticiam. Joſeph in tempore anguſtie
Nu.xxv.c ſue cuſtodiuit mandatum: ⁊ factus eſt dominus
Joſue.j.d. egypti. Phinees pater noſter zelando zelū dei:
Nu.xiiij.a accepit teſtamentum ſacerdotij eterni. Jeſus dū
j.Regum impleuit verbum: factus eſt dux in iſrael. Caleph
xxiiij.d. dum teſtificatur: in eccleſia accepit hereditatem
iij.reg.ij.f. Dauid in ſua miſericordia conſecutus eſt ſedem
Danie.iij. regni in ſecula. Helias dum zelat zelum legis re
g. ceptus eſt in celum. Ananias et azarias ⁊ miſael
credētes: liberati ſunt de flamma. Daniel in ſua
ſimplicitate liberatus eſt de ore leonum. Et ita
danie.vj.f. cogitate per generationem ⁊ generationem: q2
G omnes qui ſperant in eum non infirmantur. Et
a verbis viri peccatoris ne timueritis: quia glo⸗
ria eius ſtercus ⁊ vermis eſt. Hodie extollitur et
cras non inuenitur: quia conuerſus eſt in terram
ſuam: ⁊ cogitatio eius perijt. Uos ergo filij con
fortamini ⁊ viriliter agite in lege: quia cum fece⸗
ritis que vobis p̄cepta ſunt in lege a domino deo
veſtro: in ipa glorioſi eritis. Et ecce ſimon frater
veſter ſcio ꝙ vir conſilij eſt. Ipſum audite ſemp:
⁊ ipſe erit vobis pater. Et iudas machabeus for
tis viribus a iuuentute ſua ſit vobis princeps mi
litie: ⁊ ipſe aget bellum populi. Et adducetis ad
vos omnes factores legis ⁊ vindicate vindictam
populi veſtri. Retribuite retributionem gentib⁹
⁊ intendite in preceptū legis. Et benedixit eos
⁊ appoſitus eſt ad patres ſuos. Et defunctus eſt
anno centeſimo quadrageſimo ſexto: ⁊ ſepultus
eſt a filijs ſuis in ſepulchris patrum ſuorum in
modin: et planxerunt eum omnis iſrael planctu
magno.

Capituli ſūmarium. Surrexit iudas ma
chabeus in defenſionem iſrael occidit iudas ap⸗
polonium auferens eius gladium: occidit etiam
ſeron principem exercitus ſyrie: iuſſit antiochus
vt lyſias deſtrueret iſrael: ⁊ penitus de terra de
leret. Capitulum.iij.

A T ſurrexit iudas q
vocabatur machabeus filius
eius pro eo: ⁊ adiuuabant eum
omnes fratres eius et vniuerſi
qui ſe coniunxerant patri eius
⁊ preliabantur prelium iſrael cū
leticia. Et dilatauit gloriā po
pulo ſuo ⁊ induit ſe loricam ſicut gigas: et ſuccin
xit ſe arma bellica ſua in prelijs: et protegebat ca
ſtra gladio ſuo. Similis factus eſt leoni in ope⸗
ribus ſuis: ⁊ ſicut catulus leonis rugiens in ve⸗
natione. Et perſecutus eſt iniquos perſcrutans
eos: ⁊ qui conturbabant populum ſuum omnes
ſuccendit flāmis: ⁊ repulſi ſunt inimici eius pre
timore eius. Et omnes operarij iniquitatis con⸗
turbati ſunt ⁊ directa eſt ſalus in manu eius. Et
exacerbabat reges multos: ⁊ letificabat iacob in
operibus ſuis: ⁊ in ſeculum memoria eius in be⸗
nedictione. Et perambulabat ciuitates iuda. ⁊ ꝑ
didit impios ex eis: ⁊ auertit iram ab iſrael. Et no
minatus eſt vſqꝫ ad nouiſſimum terre: ⁊ congre⸗
gauit pereuntes. Et cōgregauit appolonius gē
tes: ⁊ a ſamaria virtutem multam ⁊ magnam ad B
bellandum contra iſrael. Et cognouit iudas et
exijt obuiam illi: ⁊ percuſſit ⁊ occidit illum: et ce
ciderunt vulnerati multi ⁊ reliqui fugerunt ⁊ ac⸗
cepit ſpolia eorum ⁊ gladium apolonij abſtulit iu
das: ⁊ erat pugnans in eo omnibus diebus. Et
audiuit ſeron princeps exercitus ſyrie ꝙ congre
gauit iudas congregationem fidelium ⁊ eccleſiā
ſecum ⁊ ait. Faciam mihi nomē ⁊ glorificabor in
regno: ⁊ debellabo iudam ⁊ eos qui cū ipſo ſunt
qui ſpernebant verbum regis. Et preparauit ſe:
⁊ aſcenderunt cum eo caſtra ipſorum fortes auxi
liarij: vt facerent vindictam in filios iſrael. Et ap
propinquauerunt vſqꝫ bethoron ⁊ exiuit iudas
obuiam illis cum paucis. Ut autem viderunt ex
ercitum venientē ſibi obuiam dixerūt iude. Quo
modo poterimus pauci pugnare contra multitu
dinem hanc tantam ⁊ tam fortem: ⁊ nos fatiga⸗
ti ſumus ieiunio hodie. Et ait iudas. Facile eſt
concludi multos in manu paucorum: ⁊ nō eſt dif
ferentia in conſpectu dei celi liberare in multis
⁊ in paucis: quoniam non in multitudine exerci⸗
tus victoria belli: ſed de celo fortitudo eſt. Ipſi C
veniunt ad nos in multitudine contumaci et ſu
perbia. vt diſperdant nos ⁊ vxores noſtras ⁊ filios
noſtros ⁊ vt ſpolient nos. Nos vero pugnabi⸗
mus pro animabus noſtris ⁊ legibus noſtris: ⁊
ipſe dominus conteret eos ante faciem noſtrā.
Uos autem ne timueritis eos. Ut ceſſauit autē
loqui: inſiluit in eos ſubito. Et cōtritus eſt ſerō
⁊ exercitus eius in conſpectu ipſius: ⁊ perſecut⁹
eſt eum in deſcenſu bethoron vſqꝫ in campum: ⁊
ceciderunt ex eis octingenti viri: reliqui autem
fugerunt in terram philiſthijm. Et cecidit timor
iude ac fratrum eius: ⁊ formido ſuper omnes gē
tes in circuitu eorum: ⁊ peruenit ad regem no⸗
mē eius: de prelijs iude narrabant omnes gētes.
Ut audiuit autē rex anthiochus ſermones iſtos
iratus eſt animo: ⁊ miſit ⁊ congregauit exercitū
vniuerſi regni ſui caſtra fortia valde: ⁊ aperuit era
rium ſuum ⁊ dedit ſtipendia exercitui in anno:
⁊ mandauit illis vt eſſent parati ad omnia. Et vi
dit ꝙ defecit pecunia de theſauris ſuis: ⁊ tributa D
regionis modica propter diſſenſionem ⁊ plagam
quam fecit in terra vt tolleret legitima q̄ erant
a primis dieb⁹. Et timuit ne nō haberet: ⁊ ſemel

⁊ bis in ſumptus ⁊ donaria que dederat ante lar
ga manu: ⁊ abūdauerat ſuper reges qui ante eū
fuerant. Et conſternatus erat animo valde: ⁊ co
gitauit ire in perſidem vt acciperet tributa re-
gionum ⁊ congregaret argentum multum. Et re
liquit lyſiam hominem nobilem de genere regali
ſuper negocia regia a flumine euphraten vſq; ad
flumen egypti: et vt nutriret antiochum filium
ſuum donec rediret. Et tradidit ei medium exer
citum ⁊ elephantos: ⁊ mandauit ei de omnibus
que volebat: ⁊ de inhabitantibus iudeam ⁊ hie-
ruſalem: ⁊ vt mitteret ad eos exercitum ad conte
rendam ⁊ extirpandam virtutem iſrael ⁊ reliq̄as
hieruſalem ⁊ auferendam memoriam eorum de
loco: ⁊ vt conſtitueret habitatores filios alienige
E nas in omnibus finibus eorum: ⁊ ſorte diſtribue
ret terram eorum. Et rex aſſumpſit partem exer
citus reſidui: ⁊ exiuit ab antiochia ciuitate regni
ſui anno cētesimo ⁊ quadrageſimo ſeptimo: ⁊ trāſ
fretauit euphraten flumen: ⁊ perambulabat ſu-
periores regiones. Et elegit lyſias ptolomeum
filium dorimini ⁊ nicanorem ⁊ gorgiam viros po
tentes ex amicis regis: ⁊ miſit cum eis quadra-
ginta milia virorum. ⁊ ſeptem milia equitum vt
venirent in terram iuda ⁊ diſperderent eam ſm
verbum regis. Et proceſſerunt vt irent cum vni
uerſa virtute ſua. Et venerunt ⁊ applicuerūt ani
matum in terra campeſtri. Et audierunt merca
tores regionum nomen eorum: ⁊ acceperunt ar-
gentum ⁊ aurum multum valde ⁊ pueros: ⁊ vene
runt in caſtra vt acciperent filios iſrael in ſeruos
⁊ additi ſunt ad eos exercitus ſyrie ⁊ terre alieni
F genarū. Et vidit iudas ⁊ fratres eius: quia mul
tiplicata ſunt mala: ⁊ exercitus applicabat ad fi
nes eorum: ⁊ cognouerunt verba regis que man
dauit populo facere in interitum ⁊ cōſummatio
nem. Et dixerunt vnuſquiſq; ad proximum ſuū.
Erigamus deiectionem populi noſtri: ⁊ pugne-
mus pro populo noſtro ⁊ ſanctis noſtris. Et cō-
gregatus eſt conuentus vt eſſent parati in p̄liū:
vt orarent ⁊ peterent miſericordiam ⁊ miſeratio
nes: ⁊ hieruſalem non habitabatur. ſed erat ſicut
deſertum. Non erat qui ingrederetur ⁊ egrede-
retur de natis eius: ⁊ ſanctum conculcabatur. Et
filij alienigenarum erant in arce: ibi erat habita-
tio gentium: ⁊ ablata eſt voluptas a iacob: ⁊ de-
fecit ibi tibia ⁊ cithara. Et congregati ſunt ⁊ ve
nerunt in maſphat cōtra hieruſalem: quia locus
orationis erat in maſphat ante in iſrael. Et ieiu
nauerunt illa die ⁊ induerunt ſe cilitijs: ⁊ cinerē
impoſuerunt capiti ſuo: ⁊ diſſuerunt veſtimenta
ſua: ⁊ expanderunt libros legis de quibus ſcruta
bantur gentes ſimilitudinem ſimulacrorum ſuo-
rum: ⁊ attulerunt ornamenta ſacerdotalia ⁊ pri-
mitias ⁊ decimas: ⁊ ſuſcitauerunt nazareos qui
G impleuerant dies. ⁊ clamauerunt voce magna in
celum. Dicentes. Quid faciemus iſtis: ⁊ quo eos
ducemus. Et ſancta tua conculcata ſunt ⁊ cōta-
minata ſunt: ⁊ ſacerdotes tui facti ſunt in luctū
⁊ in humilitatem: ⁊ ecce nationes conuenerunt
aduerſum nos vt nos diſperdant. Tu ſcis que co
gitant in nos. Quomodo poterimus ſubſiſtere
ante faciem eorum niſi tu deus adiuues nos. Et
tubis exclamauerunt voce magna. Et poſt hoc
conſtituit iudas duces populi: tribunos ⁊ centu
riones ⁊ pentecōtarcos ⁊ decuriones. Et dixit Deu.xx.b
hijs qui edificabant domos ⁊ ſponſabant vxores Judi.vij.a
⁊ plantabāt vineas ⁊ formidoloſis: vt redirēt vnuſ
quiſq; in domū ſuam ſm legem. Et mouerūt ca
ſtra: ⁊ collocauerunt ad auſtrū ammaū. Et ait iu
das. Accingimini ⁊ eſtote filij potentes: ⁊ eſtote
parati in mane vt pugnetis aduerſus nationes
has que conuenerunt diſperdere nos ⁊ ſancta no
ſtra: qm̄ melius eſt nos mori in bello q̄ videre ma
la gentis noſtre ⁊ ſanctorum. Sicut autem fuerit
voluntas in celo: ſic fiat.

Capituli Sūmarium. Debellatis gorgia
⁊ lyſia: iudas purificauit templum: de dedicatio-
ne altaris: ⁊ ornatu templi.

Capitulū. iiij.

T aſſumpſit gorgias A
quinq; milia virorum: et mille
equites electos: ⁊ mouerunt ca
ſtra nocte vt applicarent ad ca
ſtra iudeorum: et percuterent
eos ſubito. Et filij qui erant ex
arce: erant illis duces. Et audi
uit iudas ⁊ ſurrexit ipſe ⁊ potentes percutere vir
tutem exercituū regis que erat in ammaum. Ad
huc enī diſperſus erat exercitus a caſtris. Et ve
nit gorgias in caſtra iude noctu: ⁊ neminem inue
nit ⁊ querebat eos in montibus quoniam dixit:
fugiunt hi a nobis. Et cum dies factus eſſet: ap
paruit iudas in campo cum tribus milibus viro-
rum tantum qui tegumenta ⁊ gladios non habe
bant. Et viderunt caſtra gentium valida: ⁊ lorica
tos ⁊ equitatus in circuitu eorum: ⁊ hi docti ad p̄
lium. Et ait iudas viris qui ſecum erant. Ne ti-
mueritis multitudinem eorū: ⁊ impetum eorū Exo.xiiij.g.
ne formidetis. Mementote qualiter ſalui facti
ſunt patres noſtri in mari rubro: cum ſequeretur
eos pharao cum exercitu multo. Et nunc clame-
mus in celum ⁊ miſerebitur noſtri dominus ⁊ me
mor erit teſtamenti patrum noſtrorum: ⁊ conte
ret exercitum iſtum ante faciem noſtram hodie:
⁊ ſcient omnes gentes quia eſt deus qui redimat J.ix.b.
⁊ liberet iſrael. Et eleuauerūt alienigene oculos B
ſuos: ⁊ viderunt eos venientes ex aduerſo. Et ex
ierunt de caſtris in prelium: et tuba cecinerunt
hi qui erant cum iuda. Et congreſſi ſunt ⁊ cōtri
te ſunt gentes: ⁊ fugerunt in campū. Nouiſſimi
autem ceciderunt in gladio: ⁊ perſecuti ſunt eos
vſq; gaſeron: ⁊ vſq; in cāpos idumee ⁊ azoti ⁊ iā-
nie ⁊ ceciderūt ex illis vſq; tria milia virorū. Et
reuerſus eſt iudas ⁊ exercitus eius: ſequens eū.
Dixitq; ad populum. Non concupiſcatis ſpolia
q: bellū cōtra nos eſt ⁊ gorgias ⁊ exercitus eius
prope nos in mōtibus: ſed ſtate nūc cōtra inimi
cos noſtros ⁊ expugnate eos: ⁊ ſumetis poſtea
ſpolia ſecuri. Et adhuc loquente iuda hec: ecce

apparuit pars quedam proſpiciens de monte.
E Et vidit gorgias ꝙ in fugam conuerſi ſunt ſui: ꝛ
ſuccenſa ſunt caſtra. Fumus enim qui videbatur
declarabat quod factum eſt. Quibus illi conſpe-
ctis timuerunt valde: aſpicientes ſimul ꝛ iudam
ꝛ exercitum in campo paratum ad prelium. Et
fugerunt omnes in campo alienigenarum: ꝛ iudas
reuerſus eſt ad ſpolia caſtrorum. Et acceperunt
aurum multum ꝛ argentum ꝛ hyacinthū: ꝛ pur-
puram marinā: ꝛ opes magnas. Et cōuerſi hym
num canebant ꝛ benedicebant deum in celū: qm̄
bonus eſt: qm̄ in ſeculum mia eius. Et facta eſt
ſalus magna ī iſrael in die illa. Quicūqꝫ aūt alie-
nigenarū euaſerunt: venerunt ꝛ nunciauerunt ly
ſie vniuerſa que acciderant. Quibus ille auditis
conſternatus animo deficiebat: quia non qualia
voluit: talia contigerūt in iſrael. ꝛ qualia manda
uit rex. Et ſequenti anno congregauit lyſias vi-
rorum electorum ſexaginta milia: ꝛ equitum qn
D ꝙ milia: vt debellaret eos. Et venerunt in iudeā
ꝛ caſtra poſuerunt in bethoron: ꝛ occurrit illis iu
das cum decem milibus viris. Et viderunt exer-
j.reg.vij.f. citum fortem et orauit: et dixit. Benedictus es
ſaluator iſrael: qui contriuiſti impetum potentis
in manu ſerui tui dauid: ꝛ tradidiſti caſtra alieni
j.re.xiiij.b. genaꝝ in manu ionathe filij ſaul: ꝛ armigeri eius
Conclude exercitum iſtum in manu populi tui
iſrael: ꝛ confundatur in exercitu ſuo ꝛ equitibus
Da illis formidinem: ꝛ tabefac audaciam virtu-
tis eorū: ꝛ cōmoueantur contritione ſua. Deijce
illos gladio diligentium te: ꝛ collaudēt te omnes
qui nouerunt nomen tuum in hymnis. Et cōmi-
ſerunt prelium: ꝛ ceciderūt de exercitu lyſie qnqꝫ
milia virorum. Uidens autem lyſias ſuorū fugā
ꝛ iudeorum audaciam: ꝛ ꝙ parati ſunt: aut viue
re: aut mori fortiter: abijt antiochiam ꝛ elegit mi
lites: vt multiplicati rurſus venirent in iudeam.
Dixit autem iudas ꝛ fratres eius. Ecce contriti
ſunt inimici noſtri aſcendamus nūc mundare ſan
cta ꝛ renouare. Et congregatus eſt omnis exer-
E citus: ꝛ aſcenderunt in montem ſion. Et viderūt
ſanctificationem deſertam: ꝛ altare prophanatū
ꝛ portas exuſtas: ꝛ in atrijs virgulta nata ſicut
in ſaltu vel in mōtibus ꝛ paſtophoria diruta. Et
ſciderunt veſtimenta ſua ꝛ planxerūt planctu ma
gno: ꝛ impoſuerunt cinerem ſuper caput ſuum ꝛ
ceciderunt in faciem ſuper terrā: ꝛ exclamauerūt
tubis ſignorum: ꝛ clamauerunt in celum. Tūc or
dinauit iudas viros vt pugnarent aduerſus eos
qui erant in arce donec emundarent ſancta. Et
elegit ſacerdotes ſine macula voluntatem haben
tes in lege dei: ꝛ mundauerunt ſancta: ꝛ tulerunt
lapides contaminationis in locū immundū. Et
cogitauit de altari holocauſtorū qđ prophanatū
erat: quid de eo faceret. Et incidit illi conſilium
bonū vt deſtrueret illud: ne forte illis eſſet in op
F probriū: qꝛ contaminauerūt illud gētes ꝛ demo-
liti ſunt illud. Et repoſuerūt lapides in monte
domus in loco apto: quoadúſqꝫ veniret propheta
ꝛ reſponderet de eis. Et acceperant lapides inte
gros ſm legem: ꝛ edificauerūt altare nouum ſm
illud quod fuit prius ꝛ edificauerūt ſancta: ꝛ que
intra domum erant intrinſecus ꝛ edē ꝛ atria ſan
ctificauerunt. Et fecerūt vaſa ſancta noua: ꝛ intu
lerant candelabrum ꝛ altare incenſorū ꝛ menſam
in tēplū. Et incenſum poſuerunt ſuper altare: ꝛ
accenderunt lucernas que ſuper candelabrū erāt
ꝛ lucebant in templo. Et poſuerunt ſup mēſam
panes: ꝛ appēderunt velamina: ꝛ conſummauerūt
omnia opera que fecerant. Et ante matutinum
ſurrexerunt quinta ꝛ viceſima die mēſis noni hic
eſt menſis caſleu centeſimi quadrageſimioctaui
anni: ꝛ obtulerunt ſacrificium ſm legem ſuper al
tare holocauſtorū nouum quod fecerunt. Secun
dū tempus ꝛ ſm diē in qua cōtaminauerūt illud
gentes in ipſa renouatum eſt in canticis ꝛ cy- G
tharis ꝛ cinaris ꝛ cymbalis. Et cecidit oīs popu
lus in faciē ꝛ adorauerunt ꝛ benedixerūt in celū
eum qui proſperauit eis. Et fecerunt dedicationē
altaris diebus octo: ꝛ obtulerunt holocauſta cuꝫ
leticia ꝛ ſalutaria laudis. Et ornauerunt faciem
templi coronis aureis ꝛ ſcutulis: ꝛ dedicauerunt
portas ꝛ paſtophoria: ꝛ impoſuerunt eis ianuas
Et facta eſt leticia in populo magna valde: ꝛ auer
ſum eſt opprobrium gentium. Et ſtatuit iudas ꝛ
fratres eius ꝛ vniuerſa eccleſia iſrael: vt agatur
dies dedicationis altaris in temporibus ſuis ab
anno in annū per dies octo: a quinta ꝛ viceſima
die menſis caſleu cum leticia ꝛ gaudio. Et edifi-
cauerunt in tempore illo montem ſion: ꝛ per cir-
cuitum muros altos ꝛ turres firmas: nequando
venirent gentes ꝛ conculcarent eum ſicut antea
fecerunt. Et collocauit illic exercitum vt ſerua-
rent eum: ꝛ muniuit eum ad cuſtodiendū bethſu
ram: vt haberet populus munitionem contra fa
ciem idumee.

Capituli Sūmarium. Debellat iudas gē
tes volentes pdere iſrael: de timotheo duce amō
nitō miſſus a fratre expugnat gentes: de bellis
iude contra timotheum: ꝙ ioſephus ꝛ azarias vi
cti ſunt: expugnat iodas filios eſau: iudas auer-
tit aras idolorum. Capitulum. v.

Et factum eſt vt au- B
dierunt gentes in circuitu qꝛ
edificatū eſt altare ꝛ ſanctua-
riū ſicut prius irate ſunt valde
ꝛ cogitabāt tollere genus ia-
cob qui erāt inter eos: ꝛ cepe
runt occidere de pplo ꝛ pſeq.
Et debellabat iudas filios eſau in indumea: et
eos qui erant in arabathene: qꝛ circunſedebant
iſraelitas: ꝛ percuſſit eos plaga magna. Et recor
datus eſt maliciam filiorum bean: qui erāt popu
lo in laqueum ꝛ in ſcandalum inſidiātes ei in via:
ꝛ concluſi ſunt ab eo in turribus: ꝛ applicuit ad
eos ꝛ anathematizauit eos: ꝛ incendit turres eo
rum igni cum omnibus qui in eis erant: ꝛ tranſi
uit ad filios amon: ꝛ inuenit manuꝫ fortem: ꝛ po
pulum copioſum: ꝛ timotheum ducem ipſorū. Et

commiſit cum eis prelia multa:⁊ contriti ſunt in
conſpectu eorũ:⁊ percuſſit eos:⁊ cepit gazer ciui
tatem ⁊ filias eius ⁊ reuerſus eſt in iudeam. Et
congregate ſunt gentes que ſunt in galaad ad-
uerſus iſraelitas qui erant in finibus eorũ vt tol
lerent eos ⁊ fugerunt in dathemã munitionem ⁊
B miſerũt litteras ad iudam ⁊ fratres eius dicẽtes
Congregate ſunt aduerſum nos gentes per cir-
cuitũ vt nos auferant ⁊ parant venire ⁊ occupa
re munitionẽ in quã cõfugimus ⁊ timotheus eſt
dux exercitus eorum. Nũc ergo veni ⁊ eripe nos
de manibus eorũ:q2 cecidit multitudo de nobis.
Et oẽs fratres noſtri qui erant in locis tubin in
terfecti ſunt ⁊ captiuas duxerunt vxores eorum
⁊ natos ⁊ ſpolia et peremerunt illic fere mille vi
ros. Et adhuc epiſtole legebãtur. Et ecce alij nũ
cij venerũt de galilea conſciſſis tunicis nuncian
tes ſm verba hec dicentes conueniſſe aduerſum
ſe a ptolomaida ⁊ tyro ⁊ ſidone:⁊ repleta eſt om
nis galilea alienigenis vt nos cõſumant. Ut au
diuit autẽ iudas ⁊ populus ſermones iſtos:cõue
nit eccleſia magna cogitare quid facerent fratri-
bus ſuis qui in tribulatione erant:⁊ expugnabã
tur ab eis. Dixitq3 iudas ſimoni fratri ſuo: Eli
ge tibi viros:et vade et libera fratres tuos in ga
lilea:ego aũt et frater meus ionathas ibimus in
galadithim. Et reliquit ioſephum filium zacha-
C rie ⁊ azariam duces populi cum reſiduo exercitu
in iudea ad cuſtodiam:et ꝓcepit illis dicẽs. Pre
eſtote populo huic:et nolite bellum committere
aduerſu3 gentes donec reuertamur. Et dati ſũt
ſimoni viri tria milia vt iret in galileam:iude au
tem octo milia in galadithim. Et abijt ſimon in
galileam:et commiſit prelia multa cũ gentibus.
Et contriti ſunt gẽtes a facie eius:⁊ perſecutus
eſt eos vſq3 ad portam ptolomaidis. Et cecide-
runt de gentibus fere tria milia virorum. Et acce
pit ſpolia eorum. Et aſſumpſit eos qui erant in
galilea et in arbatis cum vxoribus ⁊ natis:et om
nibus que erant illis:et adduxit in iudeam cũ le
ticia magna. Et iudas machabeus et ionathas
frater eius tranſierunt iordanem:et abierũt viã
trium dierum per deſertum. Et occurrerunt eis
nabuthei:⁊ ſuſceperunt eos pacifice:et narraue
runt eis omnia que acciderant fratribus eorum
in galaditide:et quia multi ex eis comprehenſi
ſunt in baraſa et boſor et in alimis et in caſphor
et mageth ⁊ carnaim. He omnes ciuitates muni
te et magne. Sed et in ceteris ciuitatibus galadi
tidis tenentur comprehenſi:et in craſtinum con
ſtituerunt admonere exercitum ciuitatibus his:
et comprehendere ⁊ tollere eos in vna die. Et cõ
uertit iudas et exercitus eius viam in deſertum
boſor repente:et occupauit ciuitatem:et occidit
omnem maſculum in ore gladij:⁊ accepit omnia
D ſpolia eorum et ſuccendit eam igni. Et ſurrexe-
runt inde nocte et ibant vſq3 ad munitione3. Et
factum eſt diluculo:cum eleuaſſent oculos ſuos.
Et ecce populus multus cuius non erat nume-
rus:portantes ſcalas ⁊ machinas vt comprehen
derent munitionẽ ⁊ expugnarẽt eos. Et vidit iu
das quia cepit bellum:⁊ clamor belli aſcendit ad
celum ſicut tuba:⁊ clamor magnus de ciuitate.
Et dixit exercitui ſuo. Pugnate hodie pro fra-
tribus veſtris. Et venit tribus ordinibꝰ poſt eos
⁊ exclamauerunt tubis:⁊ clamauerunt in oratiõe
Et cognouerunt caſtra timothei:q2 machabeus
eſt:⁊ refugerunt a facie eius:⁊ percuſſerunt eos
plaga magna:⁊ ceciderunt ex eis in die illa fere
octo milia viroru3. Et diuertit iudas in maſpha
⁊ expugnauit ⁊ cepit eam:⁊ occidit omnem ma-
ſculum eius:⁊ aſſumpſit ſpolia eius:⁊ ſuccendit
eã igni. Inde prexit ⁊ cepit caſbon ⁊ mageth et
boſor:et reliq̃s ciuitates galaditidis. Poſt hec
autem verba congregauit timotheus exercitum
alium:⁊ caſtra poſuit contra raphon trans tor-
rentem. Et miſit iudas ſpeculari exercitum:⁊ re
nunciauerunt ei:dicentes. Quia conuenerunt ad
eum omnes gentes qui in circuitu noſtro ſunt:⁊
exercitus multus nimis. Et arabes conduxerũt
in auxilium ſibi:⁊ caſtra poſuerunt trans torren
tem:parati ad te venire in preliũ. Et abijt iudas E
obuiam illis. Et ait timotheus principibus ex-
ercitus ſui. Cum appropinquauerit iudas ⁊ ex-
ercitus eius ad torrentem aque: ſi tranſierit ad
nos prior:non poterimus ſuſtinere eum:quia po
tens poterit aduerſu3 nos. Si vo timuerit tran-
ſire ⁊ poſuerit caſtra citra flumen:tranſfretemus
ad eos:⁊ poterimus aduerſum illum. Ut autem
appropinquauit iudas ad torrentem aque: ſta-
tuit ſcribas populi ſecus torrentem ⁊ mandauit
eis:dicens. Neminem hominum relinquetis ſed
veniant oẽs in prelium. Et tranſfretauit ad illos
prior:⁊ omnis populus poſt eu3. Et cõtrite ſunt
omnes gentes a facie eorum:⁊ proiecerunt arma
ſua:⁊ fugerunt ad phanum qd erat in carnaim.
Et occupauit ipſam ciuitatem:⁊ phanum ſuccẽ
dit igni cum omnibus que erãt in ipſo:⁊ oppꝛſſa
eſt carnaim:⁊ non potuit ſuſtinere contra faciem
iude. Et congregauit iudas vniuerſos iſraelitas
qui erant in galaditide a minimo vſq3 ad maximũ
⁊ vxores eorum ⁊ natos et exercitum magnũ val
de:vt venirent in terram iude Et venerunt vſq3
ad ephron et hec ciuitas magna in ingreſſu poſi
ta munita valde. Et non erat declinare ab ea de- F
xtera vel ſiniſtra:ſed per medium iter erat:et in-
cluſerunt ſe qui erant in ciuitate:et obſtruxerũt Nũe.xx.c.
portas lapidibus:et miſit ad eos iudas verbis
pacificis:dicẽs. Tranſeamus per terram veſtram
vt eamus in terram noſtram:et nemo vobis noce
bit tm̃ pedibus tranſibimus:⁊ nolebant eis ape
rire. Et precepit iudas predicari in caſtris:vt ap
plicarent vnuſquiſq3 in quo erat loco: et appli-
cuerunt ſe viri virtutis:et oppugnauit ciuitatem
illam tota die ⁊ tota nocte:et tradita eſt ciuitas
in manu eius. Et peremerunt omnem maſculu3
in ore gladij:et eradicauit eam:et accepit ſpolia
eius:et tranſiuit per tota3 ciuitatem ſuper inter
fectos. Et tranſgreſſi ſunt iordanem in campo
magno contra faciem bethſan. Et erat iudas cõ
gregans extremos:et exhortabatur populũ per
totam viam:donec venirent in terrã iuda:⁊ aſcẽ-

derunt in montem ſion cum leticia ⁊ gaudio: et
obtulerunt holocauſta: ꝙ nemo ex eis cecidiſſet
donec reuerterentur in pace. Et in diebus quibꝰ
erat iudas ⁊ ionathas in terra galaad: ⁊ ſimō fra
ter eius in galilea contra faciem ptolomaidis au
diuit ioſephus zacharie filius ⁊ azarias princeps
B virtutis res bene geſtas: ⁊ prelia que facta ſunt
et dixit. Faciamus ⁊ ipſi nobis nomen ⁊ eamus
pugnare aduerſus gentes que in circuitu noſtro
ſunt et precepit his qui erant in exercitu ſuo: et
abierūt iānniā. Et exiuit gorgias de ciuitate et
viri eius obuiam illis in pugnam. Et fugati ſunt
ioſephus ⁊ azarias vſq; in fines iudee: et cecide-
runt illa die de populo iſrael ad duo milia viri. Et
facta eſt plaga magna in populo: q: nō audierūt
iudā et fratres eius exiſtimātes fortiter ſe factu
ras. Ipſi autem non erant de ſemine virorū illo
rū: per quos ſalus facta eſt in iſrael. Et viri iuda
magnificati ſunt valde in cōſpectu omnis iſrael
et gentium omnium: vbi audiebatur nomē eorū.
Et conuenerunt ad eos fauſta acclamātes: ⁊ exi
nit iudas ad fratres eius: et expugnabant filios
eſau in terra que ad auſtrum eſt: et percuſſit che
bron ⁊ filias eius: et muros eius et turres ſuccen
dit igni in circuitu. Et mouit caſtra vt iret in ter
ram alienigenarū: et perābulabat ſamariam. In
die illa ceciderunt ſacerdotes in bello dum voluit
fortiter facere: dum ſine conſilio exijt in prelium.
Et declinauit iudas in azotum in terram alieni-
genarū: et diruit aras eorū et ſpolia deorū ipſorū
ſuccendit igni: et cepit ſpolia ciuitatum: ⁊ reuer-
ſus eſt in terram iuda.

Capituli Summarium. De morte antio-
chi et ſucceſſione filij eius ſinus antiochi mittit
exercitum ad debellandum iudam et vincitur: pa
cem dat ficte quā cito rupit: hic dicit ꝙ in bellis
vtebatur elephantis. Capitulum. vj.

T rex antiochus
a perambulauit ſuperiores re-
giones: ⁊ audiuit eſſe ciuitatē
elimaidem in perſide nobiliſſi
mam et copioſam in argento
et auro: templūq; in ea locu-
d.j.a. plex valde. Et illic velamina
aurea et lorice et ſcuta que reliquit alexāder phi
lippi. rex macedo qui regnauit primus in grecia.
Et venit et querebat capere ciuitatē ⁊ depredari
eam ⁊ non potuit: qm̄ innotuit ſermo his q̄ erāt
in ciuitate. Et ſurrexerunt in preliū et fugit inde
et abijt cum triſticia magna: et reuerſus eſt in ba
byloniam. Et venit qui nunciaret ei in perſide:
q: fugata ſunt caſtra que erant in terra iuda: ⁊ q:
abijt lyſias cū virtute forti in primis et fugatus
eſt a facie iudeorū et inualuerūt armis et viribꝰ
et ſpolijs multis que ceperunt de caſtris que ex
ciderunt. Et q: diruerūt abominationē quā edi
ficauerūt ſuper altare qđ erat in hieruſalē: ⁊ ſan
ctificationem ſicut prius. circūdederūt muris ex-
celſis: ſed et bethſuram ciuitatē ſuā. Et factum
eſt vt audiuit rex ſermones iſtos: expauit: ⁊ com
motus eſt valde: ⁊ decidit in lectulum ⁊ incidit in B
languorem pre triſticia: q: non eſt factum ſicut
cogitabat. Et erat illic per dies multos: q: reno
uata eſt in eo triſticia magna: ⁊ arbitratus eſt ſe
mori. Et vocauit omnes amicos ſuos ⁊ dixit il-
lis. Receſſit ſomnus ab oculis meis: ⁊ concidi et
corrui corde pre ſollicitudine. Et dixi in corde
meo. In quantam tribulationem deueni: et in
quos fluctus triſticie in qua nunc ſum qui iocun
dus eram et dilectus in poteſtate mea. Nunc
vero reminiſcor malorum que feci in hieruſalem
vnde ⁊ abſtuli omnia ſpolia aurea: ⁊ argentea q̄
erant in ea: ⁊ miſi auferre habitantes iudeam ſi
ne cauſa. Cognoui ergo: q: propterea inuenerūt
me mala iſta ⁊ ecce pereo triſticia magna in ter-
ra aliena. Et vocauit philippū vnū de amicis ſuis
⁊ prepoſuit eū ſuper vniuerſum regnum ſuum: ⁊
dedit ei diadema: et ſtolam ſuam et anulum vt
adduceret antiochū filium ſuum ⁊ enutriret vt
regnaret. Et mortuus eſt illic antiochus rex an-
no centeſimo quadrageſimo nono: et cognouit
lyſias qm̄ mortuus eſt rex: ⁊ conſtituit regnare
antiochum filium eius quem nutriuit adoleſcen C
tem: ⁊ vocauit nomen eius eupatorem. Et hi qui
erant in arce cōcluſerāt iſrael in circuitu ſancto
rum ⁊ querebant eis mala ſemper ad firmamen-
tum gentiū. Et cogitauit iudas diſperdere eos:
et conuocauit vniuerſum populum vt obſiderēt
eos. Et conuenerunt ſimul et obſederunt eos
anno centeſimo quinquageſimo: et fecerunt ba
liſtas et machinas. Et exierunt quidam ex eis
qui obſidebantur: ⁊ adiunxerunt ſe illis aliqui im
pij ex iſrael ⁊ abierunt ad regē ⁊ dixerunt. Quo
uſq; non facies iudicium: et vindicas fratres no
ſtros. Nos decreuimus ſeruire patri tuo et am
bulare in preceptis eius et obſequi edictis eius:
⁊ filij populi noſtri propter hoc alienabant ſe a
nobis. Et quicunq; inueniebātur ex nobis inter
ficiebantur: et hereditates noſtre diripiebantur
Et non ad nos tm̄ extenderūt manū: ſed in om
nes fines noſtros. Et ecce applicuerūt hodie ad
arcem in hieruſalem occupare eam: ⁊ munitionem
in bethſuram munierunt. Et niſi preueneris eos D
velociꝰ maiora ꝙ hec facient: ⁊ nō poteris obtinere
eos. Et iratus eſt rex vt hec audiuit ⁊ cōuocauit
omnes amicos ſuos ⁊ principes exercitus ſui: et
omnes qui ſuper equites erant. Sed ⁊ de regnis
alijs ⁊ inſulis maritimis venerunt ad eum exerci
tus cōducticius. Et erat numerus exercitus eiꝰ
centum milia peditum ⁊ viginti milia equitum:
⁊ elephanti trigintaduo docti ad prelium. Et ve
nerunt per idumeam et applicuerunt ad bethſu
ram: ⁊ pugnauerunt dies multos: et fecerunt
machinas. Et exierunt et ſuccenderunt eas
igni: ⁊ pugnauerūt viriliter. Et receſſit iudas ab
arce: et mouit caſtra ad bethzacharam contra ca
ſtra regis. Et ſurrexit rex ante lucem et concita
uit exercitus impetum contra viam bethzacha-
ram. Et comparuerunt ſe exercitus in prelium:

B ⁊ tubis cecinerunt. Et elephantis oſtenderunt
ſanguinem vue et mori ad acuendos eos in prĩliũ
Et diuiſerunt beſtias per legiones ⁊ aſtiterunt
ſingulis elephantis mille viri in loricis cõcathe
natis et galee eree in capitibus eorũ et quingen
ti equites ordinati vnicuiq; beſtie electi erant.
Hi ante tẽpus vbicũq; erat beſtia ibi erant: et
quocũq; ibat ibant: et non diſcedebãt ab ea. Sz
et turres lignee ſuper eos firme protegentes ſup
ſingulas beſtias et ſuper eas machine. Et ſuper
C ſingulas viri virtutis trigintaduo qui pugnabãt
deſuper: et intus magiſter beſtie. Et reſiduũ eq
tum hic ⁊ inde ſtatuit in duas partes: tubis exer
citum commouere et perurgere conſtipatos in le
gionib⁹ eius. Et vt refulſit ſol in clypeos aureos
et ereos reſplenduerunt montes ab eis: ⁊ reſplẽ
duerunt ſicut lampades ignis. Et diſtincta eſt
pars exercitus regis per montes excelſos: ⁊ alia
per loca humilia et ibant caute et ornate. Et cõ
mouebantur omnes inhabitantes terram a vo
ce multitudinis eorum et inceſſu turbe ⁊ colliſio
ne armorũ: erat enĩ exercitus magnus valde et
D fortis. Et appropiauit iudas et exercitus in prę
lium ⁊ ceciderunt de exercitu regis ſexcenti viri
Et vidit eleazar filius ſaura vnam de beſtijs lo
ricatam loricis regis: ⁊ erat eminẽs ſuper ceteras
beſtias. Et viſum eſt ei q; in ea eſſet rex: ⁊ dedit
ſe vt liberaret populum ſuum: et acquireret ſibi
nomen eternum. Et cucurrit ad eum audacter
in medio legionis interficiens a dextris et a ſini
ſtris: ⁊ cadebant ab eo huc atq; illuc. Et iuit ſub
pedes elephantis: et ſuppoſuit ſe ei ⁊ occidit eũ
et cecidit in terram ſuper ipſum et mortuus eſt
illic. Et videntes virtutem regis et impetum ex
E ercitus eius: diuerterunt ſe ab eis. Caſtra autẽ
regis aſcenderunt contra eos in hieruſalem: ⁊ ap
plicuerunt caſtra regis ad iudeam et montẽ ſion
Et fecit pacem cum his qui erant in bethſura: ⁊
exierunt de ciuitate: quia non erant eis ibi alimẽ
ta concluſis: quia ſabbata erant terre. Et cõpre
hendit rex bethſuram: et conſtituit illic cuſtodiã
ſeruare eam: et conuertit caſtra ad locum ſancti
ficationis dies multos. Et ſtatuit illic baliſtas ⁊
F machinas et ignis iacula et tormenta ad lapides
iactandos et ſpicula et ſcorpios ad mittendas
ſagittas et fundibula. Fecerũt autem et ipſi ma
chinas aduerſus machinas eorum: ⁊ pugnauerũt
dies multos. Eſce autem non erant in ciuitate
eo q; ſeptimus annus eſſet: et qui remanſerant
in iudea de gentibus conſumpſerat reliquias eo
rum que repoſite fuerant Et remanſerũt in ſan
ctis viris pauci: quoniam obtinuerat eos fames
G et diſperſi ſunt vnuſquiſq; in locum ſuum. Et au
diuit lyſias q; philippus quem conſtituerat rex
antiochus cum adhuc viueret: vt nutriret antio
chum filium ſuum: et regnaret reuerſus eſt a per
ſide a media et exercitus qui abierat cum ipſo: ⁊
quia querebat ſuſcipere regni negocia. Et feſti
nauit ire et dicere ad regem et ducem exercitus.
Deficimus quotidie: et eſca nobis modica eſt: ⁊
locus quem obſidemus eſt munitus et incumbit
nobis ordinare de regno. Nũc itaq; demus dex
tras hominibus iſtis: ⁊ faciamus cum illis pacẽ
et cum omni gente eorum. ⁊ conſtituamus illis
vt ambulent in legitimis ſuis ſicut prius. Pro
pter legitima enim ipſorum que deſpeximus ira
ti ſunt: et fecerunt omnia hec. Et placuit ſermo
in conſpectu regis ⁊ principum et miſit ad eos
pacem facere: ⁊ receperunt illam: et iurauit illis
rex ⁊ principes: ⁊ exierunt de munitione ⁊ intra
uit rex montem ſion: et vidit munitionem loci: ⁊
rupit citius iuramentum quod iurauit et mãda
uit deſtruere murum in gyro. Et diſceſſit feſti
nanter: ⁊ reuerſus eſt antiochiam: ⁊ inuenit phi
lippũ dominantẽ ciuitati: ⁊ pugnauit aduerſus
eum: ⁊ occupauit ciuitatem.

Capituli ſummarium. Demetrius occi
ſis antiocho ⁊ lyſio: obtinuit regnũ: de alchimo
et bachide et malicia eorum: de ſanguine effuſo
in circuitu hieruſalem: miſit demetrius nicano
rem contra iſrael: orauit iudas et vicit nicanorẽ
et occidit eum.

Capitulũ. vij.

ANno cẽteſimo quin A
quageſimo ⁊ primo exijt deme
trius ſeleuci filius ab vrbe ro
ma: et aſcendit cum paucis vi
ris in ciuitatem maritimam: et
regnauit illic. Et factum eſt vt
ingreſſus eſt domum regni pa
trum ſuorum: comprehendit exercitus antiochũ
et lyſiam vt adducerent eos ad eum: et res ei in
notuit: ⁊ ait. Nolite mihi oſtendere faciem eorũ
⁊ occidit eos exercitus. Et ſedit demetrius ſup
ſedem regni ſui: et venerunt ad eum viri iniqui
impij ex iſrael: ⁊ alchimus dux eorũ: qui volebat
fieri ſacerdos. Et accuſauerunt populum apud
regem: dicentes. Perdidit iudas ⁊ fratres eius
amicos tuos: et nos diſperdidit de terra noſtra.
Nunc ergo mitte virum cui credis: vt eat et vi
deat exterminium omne quod fecit nobis in re
gionibus regis: et puniat omnes amicos eius et
adiutores eorum. Et elegit rex ex amicis ſuis B
balchidem qui dominabatur trans flumen ma
gnum in regno et fidelem regi: et miſit eum vt vi
deret exterminium quod fecit iudas. Sed et al
chimum impium conſtituit in ſacerdotium: et
mandauit ei facere vltionem in filios iſrael. Et
ſurrexerunt et venerunt cum exercitu magno in
terrã iuda: et miſerunt nuncios et locuti ſunt
ad iudam ⁊ ad fratres eius verbis pacificis in do
lo: ⁊ non intendũt ſermonibus eorũ. Viderunt
enim q; venerũt cum exercitu magno ⁊ conuene
runt ad alchimũ ⁊ bachidem congregatio ſcriba
rum requirere que iuſta ſunt. Et primi aſſidei q
erãt ex filijs iſrael: ⁊ exquirebant ab eis pacem.
Dixerũt enim. Homo ſacerdos de ſemine aaron C
venit: nõ decipiet nos. Et locutus eſt cũ eis vba
pacifica: ⁊ iurauit illis: dicens. Non inferemus
vobis malũ: neq; amicis vřis. Et crediderũt ei

⁊ cōpꝛehēdit ex eis ſexaginta viros:⁊ occidit eos
ps. lxxviij. a. in vna die ſm verbū qđ ſcriptum eſt. Carnes ſan
ctoꝛum tuoꝛum ⁊ ſanguinē ipſoꝛum effuderunt
in circuitu hieruſalē:⁊ non erat qui ſepeliret. Et
incubuit timoꝛ ⁊ tremoꝛ in omnem populū:quia
dixerunt. Non eſt veritas ⁊ iudicium in eis. Trā
greſſi ſunt enim conſtitutū:⁊ iuſiurandū qđ iura
uerunt. Et mouit bachides caſtra ab hierl'm: et
applicuit in bethzecha:et miſit ⁊ compꝛehendit
multos ex eis qui a ſe refugerant:⁊ quoſdā de po
pulo mactauit:et in puteū magnum pꝛoiecit. Et
D cōmiſit regionē alchimo:⁊ reliquit cū eo auxiliū
in adiutoꝛium ipſi. Et abijt bachides ad regem
⁊ ſatis agebat alchimus ꝑ pꝛincipatu ſacerdotij
ſui:⁊ conuenerūt ad eum oēs qui ꝑturbabāt po
pulū ſuum:⁊ obtinuerūt terram iuda:⁊ fecerūt
plagam magnā in iſrael. Et vidit iudas oīa mala
que fecit alchimus et qui cū eo erant filijs iſrael
multo plus ꝙ gentes:⁊ exijt in oēs fines iudee in
circuitu:et fecit vindictam in viros deſertoꝛes.⁊
ceſſauerunt vltra exire in regionē. Uidit autē al-
chimus ꝙ preualuit iudas ⁊ qui cum eo erant:et
cognouit:q: nō pōt ſuſtinere eos:⁊ egreſſus eſt
j. Mach. xiiij. b. ad regē et accuſauit eos multis criminibus. Et
miſit rex nicanoꝛem vnū ex pꝛincipibus ſuis no-
bilioꝛibus:qui erāt inimicitias exercentes cōtra
iſrael:⁊ mandauit ei euertere ppl'm. Et venit ni
canoꝛ in hierl'm cum exercitu magno:⁊ miſit ad
E iudā ⁊ ad fratres eius v̄bis pacificis cū dolo:di
cēs. Nō ſit pugna inter me ⁊ vos. Ueniam cū vi
ris paucis vt videā facies vr̄as cū pace. Et venit
ad iudā:et ſalutauerūt ſe inuicem pacifice:et ho-
ſtes parati erāt rapere iudā. Et innotuit ſermo
iude:qm̄ cum dolo venerat ad eum:et cōterritus
eſt ab eo:et amplius noluit videre faciē eius. Et
cognouit nicanoꝛ qm̄ denudatū eſt cōſiliū eius
et exiuit obuiā iude in pugnam iuxta capharſala
ma. Et ceciderunt de nicanoꝛis exercitu fere quin
q; milia viri:et fugerunt in ciuitatem dauid. Et
poſt hec v̄ba aſcēdit nicanoꝛ in montē ſion:⁊ ex-
ierūt de ſacerdotibus populi ſalutare eū in pace
et demonſtrare ei holocauſtomata que offerebā-
tur pꝛo rege. Et irridens ſpꝛeuit eos et polluit ⁊
locutus eſt ſuperbe:et iurauit cum ira:dicēs. Ni
ſi traditus fuerit iudas ⁊ exercitus eius in manꝰ
meas:cōtinuo cum egreſſus fuero in pace ſuccē
dam domum iſtam. Et exijt cum ira magna:⁊ in
trauerunt ſacerdotes et ſteterunt ante faciem al
F taris templi:et flentes dixerūt. Tu domine elegi
ſti domū iſtam ad inuocandū nomen tuum in ea
vt eſſet domus orōnis ⁊ obſecrationis populo
tuo. Fac vindictam in hoīe iſto ⁊ exercitu eius:⁊
cadāt in gladio. Memento blaſphemias eoꝛū:⁊
ne dederis eis vt ꝑmaneāt. Et exijt nicanoꝛ ab
hieruſalem et caſtra applicuit ad bethoꝛon:⁊ oc
currit illi exercitus ſyrie. Et iudas applicuit in
iiij. re. xix. g adarſa cū tribus milibus viris. Et oꝛauit iudas
⁊ dixit. Qui miſſi erant a rege ſēnacherib dñe:q:
blaſphemauerūt te. Exijt angelus et percuſſit ex
eis centū octoginta q̄nq; milia:ſic contere exer-
citum iſtum in cōſpectu noſtro hodie:⁊ ſciant ce
teri q: male locutus eſt ſuꝑ ſancta tua:et iudica
illum ſm maliciam illius. Et commiſerunt exerci
tus pꝛelium tertiadecima die menſis adar:et cō
trita ſunt caſtra nicanoꝛis:⁊ cecidit ipſe pꝛimus
in pꝛelio. Ut aūt vidit exercitus eius q: cecidiſſet G
nicanoꝛ:pꝛoiecerunt arma ſua ⁊ fugerunt:⁊ ꝑſe-
cuti ſunt eos viam vnius diei ab adazer vſq; quo
veniatur in gazara:⁊ tubis cecinerunt poſt eos
cum ſignificationibus. Et exierunt de omnibus
caſtellis iudee in circuitu ⁊ vētilabant eos coꝛni
bus ⁊ cōuertebāt iterū ad eos. Et ceciderūt oēs
gladio:⁊ non eſt relictus ex eis nec vnus. Et ac- ij. Mach.
ceperūt ſpolia eoꝛū in p̄dam:⁊ caput nicanoꝛis xv. g.
amputauerūt:⁊ dexterā eius quā extēderat ſuꝑ-
be:⁊ attulerūt ⁊ ſuſpenderūt cōtra hierl'm. Et le
tatus eſt ppl's valde:⁊ egerūt diem illā in leticia
magna. Et conſtituit agi omnibus ⁊ ſingulis an
nis diem iſtam tertiadecima die mēſis adar ⁊ ſi-
luit terra iuda dies paucos.

C. S. De romanoꝛū fama ⁊ poteſtate:mi- ſit iudas legatos romam cauſa pacis:reſcriptū ad iudeos romanoꝛum. Capitulum. viij.

Et audiuit iudas no- A
mē romanoꝛū q: ſunt potētes vi
ribus ⁊ acqeſcūt ad oīa q̄ poſtu-
lant ab eis:⁊ quicūq; acceſſerunt
ad eos ſtatuerūt cum eis amici-
tias ⁊ q: ſunt potētes viribꝰ. Et audierūt pꝛelia
eoꝛū ⁊ virtutes bonas quas fecerunt in galatia:
q: obtinuerūt eos ⁊ duxerūt ſub tributū. Et q̄ta
fecerūt in regione hiſpanie:⁊ ꝙ in poteſtatē rede
gerūt metalla argēti ⁊ auri que illic ſunt ⁊ poſſe
derunt oēm locū conſilio ſuo ⁊ patientia:locaq;
que longe erant valde ab eis:⁊ reges qui ſuper
uenerant eis ab extremis terre cōtriuerunt ⁊ ꝑ-
cuſſerunt eos plaga magna. Ceteri autem dant
eis tributum omnibus annis. Et philippū per-
ſenceteoꝛū regē:⁊ ceteros qui aduerſus eos ar
ma tulerant contriuerūt in bello:⁊ obtinuerunt
eos. Et antiochū magnū regem aſie:qui eis pu-
gnam intulerat:habens centū viginti elephan-
tes ac eq̄tatū ⁊ currus ⁊ exercitū magnū valde
cōtritū ab eis:⁊ q: ceperūt eum viuū:⁊ ſtatuerūt
ei vt daret ipſe:⁊ qui regnarent poſt ipſum tri- B
butū magnum:⁊ daret obſides ⁊ conſtitutum:⁊
regionem ✝ indoꝛum ⁊ medos et lydos de opti- ✝ al's indo.
mis regionibus eoꝛū:⁊ acceptas eas ab eis dede
runt eumeni regi. Et q: qui erāt apud helladam
voluerūt ire et tollere eos:⁊ innotuit ſermo his
⁊ miſerunt ad eos ducem vnum:⁊ pugnauerunt
contra illos:⁊ ceciderunt ex eis multi:⁊ captiuas
duxerunt vxoꝛes eoꝛū ⁊ filios ⁊ diripuerūt eos:
⁊ terram eoꝛū poſſederunt:⁊ deſtruxerūt muros
eoꝛum:⁊ in ſeruitutem illos redegerunt vſq; in
hūc diem. Et reſidua regna ⁊ inſulas que aliquā
do reſtiterant illis:exterminauerunt:⁊ in poteſta
tem redegerūt. Cum amicis autem ſuis:⁊ qui in
ipſis requiē habebant:conſeruauerunt amicitiā

⁊ obtinuerunt regna que erāt pꝛoxima ⁊ q̄ erant
longe: q: quicūq; audiebant nomē eoꝛū timebāt
eos. Quibus vero vellēt auxilio eſſe vt regnarent
E regnabant. Quos aūt vellēt regno deturbabāt
⁊ exaltati ſunt valde. Et in oībus iſtis nemo poꝛ
tabat diadema: nec induebatur purpura vt ma-
gnificaret in ea. Et q: curiā fecerūt ſibi: ⁊ quoti
die conſulebāt trecētos viginti cōſilium agentes
ſemꝑ de multitudine: vt que digna ſunt: gerant.
Et cōmittūt vni homini magiſtratū ſuū per ſin
gulos annos dn̄ari vniuerſe terre ſue: ⁊ oēs obe-
diunt vni: ⁊ non eſt inuidia neq; zelus inter eos.
Et elegit iudas eupolemiū filium iohannis: filij
iacob ⁊ iaſonē filium eleazari: ⁊ miſit eos romam
cōſtituere cū illis amicitiā ⁊ ſocietatem: vt aufer
rent ab eis iugū grecoꝝ: q: viderūt ꝙ in ſeruitu
tem pꝛemerēt regnū iſrael. Et abierūt romā viā
multam valde: ⁊ introierunt curiam: ⁊ dixerunt.
Iudas machabeus ⁊ fratres eius ⁊ ppl's iudeoꝝ
miſerūt nos ad vos ſtatuere vobiſcū ſocietatem
⁊ pacē: ⁊ cōſcribere nos ſocios ⁊ amicos veſtros.
Et placuit ſermo in conſpectu eoꝛum. Et hoc re
ſcriptū eſt qđ reſcripſerunt in tabulis ereis: ⁊ mi-
ſerūt in hieruſalē vt eſſet apud eos ibi memoꝛia
le pacis ⁊ ſocietatis. Bene ſit romanis ⁊ genti iu
D deoꝛum in mari ⁊ in terra in eternum: gladiuſq; ⁊
hoſtis pꝛocul ſit ab eis. Qđ ſi inſteterit bellū ro-
manis pꝛius aut oībus ſocijs eoꝛū in omni dn̄a-
tione eoꝛū: auxiliū feret gēs iudeoꝛū ꝓut tp̄s di
ctauerit coꝛde pleno. Et ꝓliātib⁹ nō dabūt neq;
ſubminiſtrabūt triticū: arma: pecuniā: naues: ſi-
cut placuit romanis: ⁊ cuſtodiēt mādata eoꝛū ni
hil ab eis accipiētes. Similiter autē ⁊ ſi gēti iu-
deoꝝ pꝛius acciderit bellū: adiuuabūt romani ex
aīo ꝓut eis tp̄s ꝑmiſerit: ⁊ adiuuātibus nō dabit
triticū arma: pecunia: naues: ſicut placuit roma
nis: ⁊ cuſtodiēt mādata eoꝝ abſq; dolo. Scđm hec
v̄ba conſtituerūt romani populo iudeoꝛū. Qđ ſi
poſt hec verba hi aut illi addere aut demere ad
hec aliquid voluerint: faciēt ex ꝓpoſito ſuo: ⁊ q̄-
cūq; addiderint vel dēpſerint: rata erūt. Sed et
de malis que demetrius rex fecit in eos ſcripſim⁹
ei dicētes. Quare grauaſti iugū tuum ſuper ami
cos noſtros ⁊ ſocios iudeos? Si ergo iterū adie
rint nos aduerſum te: faciemus illis iudiciū: ⁊ pu
gnabimus tecū mari terraq;.

¶ C. S. ¶ Mittit demetrius exercitū cōtra iu
deos: de moꝛte iude machabei: de viris impijs et
malicia bachidis poſt moꝛtē iude: de nuptijs in
luctū cōuerſis: ionathas obtinuit pꝛincipatū: al
chimus volēs deſtruere tēplū obmutuit: tactus
paraliſi de conſilio iniqui. Superatus eſt bachi-
des a ſimone ⁊ ionatha ⁊ firmauerūt pacē: de re
ſtitutione captiuitatis.　Capitulū. ix.

A Preterea vt audiuit de
metrius quia cecidit nicanoꝛ et
exercitus eius in pꝛelio: appoſuit
bachidem ⁊ alchimū rurſum mit
tere in iudeam ⁊ dextrum coꝛnu
cum illis. Et abierunt viam que ducit in galgala
⁊ caſtra poſuerunt in maſaloth que eſt in arbel-
lis: et occupauerūt eam: ⁊ peremerūt animas ho
minū multas. In mēſe pꝛimo anni centeſimi et
quinquageſimi ſecundi applicuerunt exercitum
ad hieruſalem: ⁊ ſurrexerunt ⁊ abierunt in berea
viginti milia viroꝛum: ⁊ duo milia equituꝫ. Et iu
das poſuerat caſtra in laiſa: ⁊ tria milia viri ele-
cti cum eo. Et viderunt multitudinem exercitus
quia multi ſunt ⁊ timuerūt valde: ⁊ multi ſubtra
xerunt ſe de caſtris: ⁊ non remanſerunt ex eis ni
ſi octingenti viri. Et vidit iudas ꝙ defluxit exer
citus ſuus: ⁊ bellum perurgebat eū ⁊ confractus
eſt coꝛde: quia non habebat tempus congregan-
di eos: ⁊ diſſolutus eſt. Et dixit his qui reſidui
erant. Surgamus ⁊ eamus ad aduerſarios no-
ſtros: ſi poterim⁹ pugnare aduerſus eos. Et auer
tebant eum dicentes. Non poterimus: ſed libere
mus animas noſtras mō: ⁊ reuertamur ad fra-
tres noſtros: ⁊ tunc pugnabimus aduerſus eos.
Nos autēꝫ pauci ſumus. Et ait iudas. Abſit iſtā
rem facere: vt fugiamus ab eis. Et ſi appꝛopia- B
uit tempus noſtrum: moꝛiamur in virtute ꝓpter
fratres noſtros ⁊ non inferamus crimen gloꝛie
noſtre. Et mouit exercitus de caſtris: ⁊ ſteterunt
illis obuiam. Et diuiſi ſunt equites in duas par
tes ⁊ fundibularij ⁊ ſagittarij pꝛeibant exercitū:
⁊ pꝛimi certaminis omnes potentes. Bachides
autem erat in dextro coꝛnu: ⁊ pꝛoximauit legio
ex duabus partibus: ⁊ clamabant tubis. Et excla-
mauerunt autem ⁊ hi qui erāt ex parte iude etiā
ipſi: ⁊ commota eſt terra a voce exercituum: ⁊ cō-
miſſum eſt pꝛelium a mane vſq; ad veſperam. Et 8.iiij.b.
vidit iudas ꝙ firmioꝛ eſt pars exercitus bachi-
dis in dextris ⁊ conuenerunt cum ipſo omnes cō
ſtantes coꝛde: ⁊ contrita eſt dextera pars ab eis:
⁊ perſecutus eſt eos vſq; ad montem azoti. Et q̇
in ſiniſtro coꝛnu erant: viderunt ꝙ contritum eſt
dextrum coꝛnu: ⁊ ſecuti ſunt poſt iudam: ⁊ eos q̇
cum ipſo erant a tergo. Et ingrauatum eſt pꝛe-
lium: ⁊ ceciderunt vulnerati multi ex his ⁊ ex il-
lis. Et iudas cecidit: ⁊ ceteri fugerunt. Et iona-
thas ⁊ ſimon tulerunt iudam fratrem ſuum: ⁊ ſe
pelierunt eum in ſepulchꝛo patrum ſuoꝛum in ci
uitate modin. Et fleuerunt eum omnis populus
iſrael planctu magno: ⁊ lugebunt dies multos: ⁊
dixerunt. Quomodo cecidit potens qui ſaluum
faciebat populum iſrael. Et cetera verba bello- C
rum iude ⁊ virtutum quas fecit ⁊ magnitudinis
eius non ſunt deſcripta. Multa enim erant val-
de. Et factum eſt poſt obitum iude emerſerunt
iniqui in omnibus finibus iſrael: ⁊ exoꝛti ſunt
omnes qui operabantur iniquitateꝫ. In diebus
illis facta eſt fames magna valde: ⁊ tradidit ſe ba
chidi omnis regio eoꝛū cum ipſis. Et elegit ba-
chides viros impios: ⁊ cōſtituit eos dominos re
gionis: ⁊ exquirebant ⁊ perſcrutabant amicos
iude: ⁊ adducebāt eos ad bachidē: ⁊ vindicabat
in illos ⁊ illudebat. Et facta ē tribulatio magna
in iſrael: qualis non fuit ex die qua non eſt viſus
pꝛopheta in iſrael. Et congregati ſunt omnes

amici iude. ⁊ dixerūt ionathe. Ex quo frater tuꝰ
iudas defunctus eſt: vir ſimilis ei nō eſt q̄ exeat
contra inimicos noſtros bachiden: ⁊ eos qui ini
mici ſunt gentis noſtre. Nunc itaq̧ te hodie ele
gimus eſſe pro eo nobis in principem ⁊ ducē: ad
bellandum bellum noſtrū. Et ſuſcepit ionathas
tēpore illo principatum: ⁊ ſurrexit loco iude fra-
tris ſui. Et cognouit bachides: ⁊ querebat eum
D occidere. Et cognouit ionathas ⁊ ſimon frater
eius: ⁊ oēs qui cum eo erant ⁊ fugerunt in deſer
tum thecue: ⁊ conſederunt ad aquā lacus aſphar
⁊ cognouit bachides: ⁊ die ſabbatorū venit ipſe
⁊ omnis exercitus eius trās iordanē: ⁊ ionathas
miſit fratrē ſuū ducem populi: ⁊ rogauit nabu-
theos amicos ſuos: vt commodarēt illis appara
tum ſuum qui erat copioſus: ⁊ exierunt filij iam
bri ex madaba: ⁊ comprehenderūt iohannē ⁊ oia
que habebat: ⁊ abierunt habentes ea. Poſt hec
verba renunciatum eſt ionathe ⁊ fratri eius: q꞉
filij iambri faciunt nuptias magnas: ⁊ ducūt ſpō
ſam ex madaba filiam vnius de magnis princi-
pibus chanaā cum ambitione magna. Et recor-
dati ſunt ſanguinis iohannis fratris ſui: ⁊ aſcen
derunt ⁊ abſconderunt ſe ſub tegumento mōtis
⁊ eleuauerunt oculos ſuos: ⁊ viderunt: ⁊ ecce tu
multus ⁊ apparatus multus: ⁊ ſponſus proceſſit
⁊ amici eius ⁊ fratres eius obuiam illis cū tym-
panis ⁊ muſicis ⁊ armis multis. Et ſurrexerunt
ad eos ex inſidijs: ⁊ occiderunt eos: ⁊ ceciderunt
vulnerati multi: ⁊ reſidui fugerunt in mōtes: ⁊ ac
ceperūt oia ſpolia eorum: ⁊ conuerſe ſunt nuptie
in luctum: ⁊ vox muſicorū ipſorum in lamentum.
Et vindicauerunt vindictam ſanguinis fratris
ſui: ⁊ reuerſi ſunt ad ripam iordanis. Et audiuit
bachides: ⁊ venit die ſabbatorū vſq̧ ad orā ior-
danis in virtute magna. Et dixit ad ſuos iona-
E thas. Surgamus ⁊ pugnemus contra inimicos
noſtros. Non eſt enim hodie ſicut heri ⁊ nudiu-
ſtertius. Ecce enim bellum ex aduerſo: aqua v̊o
iordanis hinc ⁊ inde: ⁊ ripe ⁊ paludes ⁊ ſaltus et
s.iiij.b. non eſt locus diuertendi. Nunc ergo clamate in
celum vt liberemini de manu inimicorum veſtro
rum. Et commiſſum eſt bellum. Et extēdit iona
thas manum ſuam percutere bachidem: ⁊ diuer
tit ab eo retro: ⁊ diſſilijt ionathas: ⁊ qui cum eo
erant in iordanem: ⁊ tranſnatauerunt ad eos ior
danem. Et ceciderunt de parte bachidis die illa
mille viri: ⁊ reuerſi ſunt in hieruſalem. Et edifi-
cauerunt ciuitates munitas in iudea: munitionē
que erat in hierico: ⁊ in ammaum ⁊ in bethoron
⁊ in bethel: ⁊ thānatam ⁊ phara ⁊ thopo muris
excelſis ⁊ portis ⁊ ſeris. Et poſuit cuſtodiam in
eis: vt inimicitias exercerent in iſrael: ⁊ muniuit
ciuitatem bethſuram ⁊ gazaram ⁊ arces ⁊ poſuit
in eis auxilia ⁊ apparatum eſcarum ⁊ accepit fi-
lios principū regionis obſides: ⁊ poſuit eos in
arce in hierl'm in cuſtodiam. Et anno centeſimo
quinquageſimotertio menſe ſecūdo precepit al
chimus deſtrui muros domus ſancte interioris:
⁊ deſtrui opera prophetarum: ⁊ cepit deſtruere.
F In tēpore illo percuſſus eſt alchimus: ⁊ impedi
ta ſunt opera illius: ⁊ obcluſum eſt os eius ⁊ diſſo
lutus eſt paraliſi: nec vltra potuit loqui verbum
⁊ mandare de domo ſua. Et mortuus eſt alchi-
mus in tēpore illo cū tormēto magno: ⁊ vidit ba
chides qm̄ mortuus eſt alchimus: ⁊ reuerſus eſt
ad regē: ⁊ ſiluit terra annis duobus. Et cogita-
uerunt oēs iniqui: dicentes. Ecce ionathas ⁊ qui
cum eo ſunt in ſilentio habitant confidēter. Nūc
ergo adducamus bachidem: ⁊ cōprehendet eos
oēs vna nocte. Et abierūt: ⁊ conſilium ei dederūt
⁊ ſurrexit vt veniret cū exercitu multo: ⁊ miſit oc
culte epiſtolas ſocijs ſuis qui erant in iudea vt
comprehenderent ionatham: ⁊ eos qui cum eo
erant: ſed non potuerunt q꞉ innotuit eis conſiliū
eorū. Et apprehendit de viris regionis qui prin
cipes erant militie quinquaginta viros: ⁊ occidit
eos. Et receſſit ionathas ⁊ ſimon et qui cum eo
erant in bethbeſſen que eſt in deſerto: ⁊ extruxit
diruta eius: ⁊ firmauerunt eam. Et cognouit ba G
chides: ⁊ congregauit vniuerſam multitudinem
ſuam: ⁊ his qui de iuda erant: denunciauit. Et ve
nit ⁊ caſtra poſuit deſuper bethbeſſe: ⁊ oppugna
uit eam dies multos: ⁊ fecit machinas. Et reliq̄t
ionathas ſimonem fratrem ſuum in ciuitate: et
exijt in regionem: ⁊ venit cum numero: ⁊ ꝑcuſſit
odarem ⁊ fratres eius: ⁊ filios phaſeron in taber
naculis ipſorum: ⁊ cepit ſedere ⁊ creſcere in virtu
tibus. Simon v̊o ⁊ qui cum ipſo erant: exierunt
de ciuitate: ⁊ ſuccenderunt machinas: ⁊ pugnaue
runt contra bachidem ⁊ contritus eſt ab eis. Et
afflixerunt eum valde quoniam conſilium eius et
congreſſus eius erat inanis. Et iratus contra
viros iniquos qui ei conſilium dederant vt veni
ret in regionem ipſorum multos ex eis occidit.
Ipſe autem cogitauit cum reliquis abire in re-
gionem ſuam. Et cognouit ionathas ⁊ miſit ad
eum legatos componere pacem cum ipſo: ⁊ red-
dere ei captiuitatem: et libenter accepit ⁊ fecit
ſm̄ verba eius: ⁊ iurauit ſe nihil facturum ei mali
omnibus diebus vite eius. Et reddidit ei capti-
uitatem: quam prius erat predatus de terra iuda
⁊ conuerſus abijt in terram ſuam: ⁊ nō appoſuit
amplius venire ad fines eius. Et ceſſauit gladiꝰ
ex iſrael: ⁊ habitauit ionathas in machmas: ⁊ ce
pit ionathas ibi iudicare populum: ⁊ extermina
uit impios ex iſrael.

¶ Capituli Sūmarium. ¶ Alexander occidit
demetrium ⁊ accepit filiam ptolomei regis vxo
rem: de gloria ionathe habentur multa in hoc ca
pitulo: iunior demetrius accepit regnum: ⁊ apo-
lonium duces expugnauit ionathas: reuerſus eſt
ionathas in hieruſalem: miſit ei alexander fibu-
lam auream.

Capitulū. x.

ET anno centeſimo
ſexageſimo aſcendit alexander
antiochi filius qui cognomina-
tus eſt nobilis: et occupauit pto
lomaidam: ⁊ receperunt eum et A

regnauit illic. Et audiuit demetrius rex et con
gregauit exercitum copioſum valde: et exiuit ob
uiam illi in prelium: ⁊ miſit demetrius ep̄las ad
ionathan verbis pacificis vt magnificaret eum.
Dixit em̄. Anticipemus facere pacē cum eo pri
uſq̄ faciat cum alexandro aduerſus nos. Reco
dabitur em̄ omniū malorum que fecimus in euȝ
et in fratrem eius ⁊ in gentē eius. Et dedit ei po
teſtatē congregādi exercitum: ⁊ fabricare arma:
et eſſe ipſum ſociū eius: ⁊ obſides qui erant in ar
ce iuſſit tradi ei: ⁊ venit ionathas in hieruſaleȝ:
et legit ep̄las in auditu omnis populi: ⁊ eorum
qui in arce erant. Et timuerunt timore magno:
qm̄ audierūt ꝙ dedit ei rex poteſtatē cōgregādi
exercituȝ. Et traditi ſunt ionathe obſides: ⁊ red
didit eos parentibus ſuis: ⁊ habitauit ionathas
in hieruſalē: et cepit edificare ⁊ innouare ciuita-
tem. Et dixit facientibus opera vt extruerēt mu
ros ⁊ montē ſion: in circuitu lapidibus quadra-
tis ad munitionē: et ita fecerūt. Et fugerūt alie-
nigene qui erant in munitionib⁹ quas bachides
edificauerat et reliquit vnuſquiſq̄ locū ſuum: et
abijt in terram ſuam: tm̄ in bethſura remanſerūt
aliqui ex his qui reliquerant legē ⁊ precepta dei
erat em̄ hec eis ad refugium. Et audiuit alexan-
B der rex ꝓmiſſa que promiſit demetrius ionathe:
et narrauerūt ei prelia ⁊ virtutes quas ipſe fecit
et fratres eius et labores quos laborauerunt: et
ait. Nunquid inueniemus aliquem viruȝ talem?
Et nunc faciemus eum amicū et ſocium noſtrū.
Et ſcripſit epiſtolam et miſit ei ſm̄ hec verba di
cens. Rex alexander fratri ionathe ſalutem. Au
diuimus de te ꝙ vir potens ſis viribus et aptus
es vt ſis amicus noſter: et nūc conſtituim⁹ et ho
die ſummum ſacerdotem gētis tue vt amicus vo
ceris regis. Et miſit ei purpuram et coronaȝ au
ream: vt que noſtra ſunt ſentias nobiſcum: ⁊ cō
ſerues amicitias ad nos: et induit ſe ionathas
ſtolam ſanctam ſeptimo menſe: anno centeſimo
ſexageſimo in die ſolenni ſcenophegie. Et con-
gregauit exercitum et fecit arma copioſa. Et au
diuit demetrius verba iſta: et contriſtatus eſt ni
mis: ⁊ ait. Quid hoc fecim⁹ ꝙ preoccupauit nos
allexander apprehēdere amicitiaȝ iudeorum ad
munimen ſui. Scribam et ego illis verba depre
catoria et dignitates et dona: vt ſint mecum in
adiutorium. Et ſcripſit eis hec verba. Rex deme
trius genti iudeorum ſalutem. Quoniam ſerua-
ſtis ad nos pactum: et manſiſtis in amicitia no
ſtra: et non acceſſiſtis ad inimicos noſtros: audi
uimus et gauiſi ſumus. Et nunc perſeuerate ad
huc conſeruare ad nos fidem: et retribuemus vo
bis bona pro his que feciſtis nobiſcuȝ. Et remit
C temus vobis preſtatiōes multas ⁊ dabimus vo
bis donationes. Et nunc abſoluo vos et omnes
iudeos a tributis: et prelia ſalis indulgeo ⁊ coro
nas remitto et tertias ſeminis et dimidiam par
teȝ fructus ligni: qd̄ eſt portionis mee relinquo
vobis ex hodierno die et deinceps: ne accipiatur
a terra iuda et a tribus ciuitatibus que addite
ſunt illi ex ſamaria et a galilea ex hodierna die ⁊
in totū tp̄s: ⁊ hierl'm ſit ſancta ⁊ libera cū finib⁹
ſuis: ⁊ decime, ⁊ tributa ipſius ſint. Remitto eti
am poteſtatē arcis que eſt in hierl'm ⁊ do eā ſum
mo ſacerdoti vt conſtituat in ea viros quoſcūq̄
ipſe elegerit qui cuſtodiant eā. Et omnē aīaȝ iu
deorum que captiua eſt a terra iuda in oī regno
meo relinquo liberā gratis vt oēs a tributis ſoluā
tur: etiā pecorum ſuorū. Et oēs dies ſolennes et
ſabbata ⁊ neomenie: ⁊ dies decreti ⁊ tres dies an
te diem ſolēneȝ ⁊ tres dies poſt diē ſolennē ſint
omnes immunitatis ⁊ remiſſionis oībus iudeis
qui ſunt in regno meo. Et nemo habebit pote-
ſtatē agere aliquid ⁊ mouere negocia aduerſus
aliquem illorū in omni cauſa. Et vt aſcribantur
ex iudeis in exercitu regis ad triginta milia viro
rum: ⁊ dabuntur illis copie: vt oportet omnibus
exercitibus regis: ⁊ ex eis ordinabuntur qui ſint
in munitionibus regis magni. Et ex his conſti
tuentur ſuper negocia regni que agūtur ex fide:
et principes ſint ex eis ⁊ ambulent in legib⁹ ſuis D
ſicut precepit rex ī terra iuda. Et tres ciuitates
que addite ſunt iudee ex regione ſamarie: cū iu-
dea reputentur vt ſint ſub vno ⁊ non obediant
aliene poteſtati niſi ſummo ſacerdoti: ptolomai
dam et confines eius quas dedi donum ſanctis
qui ſunt in hieruſalem ad neceſſarios ſumptus
ſanctorum. Et ego dabo ſingulis annis quinde
cim milia ſiclorum argenti de rationibus regis
que me contingunt ⁊ omne quod reliquum fue
rit quod non reddiderāt qui ſuper negocia erāt
annis prioribus ex hoc dabunt in opera domus
Et ſuper hec quinq̄ milia ſiclo⁊ argēti que ac-
cipiebant de ſanctorum ratione per ſingulos an
nos: et hec ad ſacerdotes pertineant qui miniſte
rio funguntur. Et quicūq̄ confugerint in tēplū
quod eſt hieroſolymis et in omnibus finib⁹ eius
obnoxij regi in omni negocio dimittantur: et vni
uerſa que ſunt eis in regno meo libera habeant
Et ad edificanda vel reſtauranda opera ſancto
rum ſumptus dabuntur de ratione regis: et
ad extruendos muros hieruſalem: et com-
muniendos in circuitu ſumptus dabuntur de ra
tione regis: et ad conſtruendos muros in iu-
dea. Et audiuit autem ionathas et populus
ſermones iſtos: non crediderunt eis nec rece-
perunt eos: quia recordati ſunt malicie ma-
gne quam fecerat in iſrael: et tribulauerat eos
valde. Et complacuit eis in alexandrum: quia
ipſe fuerat eis princeps ſermonum pacis: et
ipſi auxilium ferebant omnibus diebus. Et
congregauit rex alexander exercitum magnum
et admouit caſtra contra demetrium. Et com
miſerunt prelium reges: et fugit exercitus de
metrij: et inſecutus eſt eum alexander: et in
cubuit ſuper eos. Et inualuit prelium ni-
mis donec occidit ſol: et cecidit demetrius in
die illa. Et miſit alexander ad ptolomeum re- E
gem egypti legatos ſecundum hec verba dicēs.
Quoniam regreſſus ſum in regnum meum et ſe
di in ſede patrum meorum ⁊ obtinui principatū
et contriui demetrium: ⁊ poſſedi regionē noſtrā

et commiſi pugnas cū eo:et contritus eſt ipſe et
caſtra eius a nobis ⁊ ſedemus in ſede regni eius
et nunc ſtatuamus ad inuicem amicitiam:et da
mihi filiam tuam vxorem:et ero gener tuus: et
dabo tibi dona:et ipſi dignitatem. Et reſpōdit
f.xi.a. rex ptolomeus:dicens. Felix dies in qua reuer-
ſus es ad terram patrum tuorū:⁊ ſediſti in ſede
regni eorum. Et nunc faciam tibi quod ſcripſiſti
ſed occurre mihi ptolomaidam:vt videamus in
uicem nos et ſpondeam tibi ſicut dixiſti. Et exi
uit ptolomeus de egypto ipſe et cleopatra filia
eius:⁊ venit ptolomaidam anno centeſimo ſexa
geſimoſecundo. Et occurrit ei alexander rex:et
dedit ei cleopatram filiam ſuam:et fecit nuptias
eius ptolomaide ſicut reges in magna gloria.
Et ſcripſit rex alexander ionathe: vt veniret ob
uiam ſibi. Et abijt cum gloria ptolomaidam:
et occurrit ibi duobus regibus: dedit illis argē
tum multum et aurum et dona et inuenit grati
am in conſpectu eorum. Et conuenerunt aduer
ſus eum viri peſtilētes ex iſrael:viri iniqui inter
pellentes aduerſus eū ⁊ nō intendit ad eos rex.
Et iuſſit ſpoliari ionatham veſtibus ſuis:et in-
dui eum purpura. Et ita fecerunt. Et colloca-
uit eum rex ſedere ſecum. Dixitq; principibus
ſuis. Exite cum eo in medium ciuitatis et predi
cate vt nemo aduerſus eum interpellet de vllo
negocio:nec quiſq; ei moleſtus ſit de vlla ratio-
ne. Et factum eſt vt viderunt qui interpellebāt
F gloriam eius que predicabatur: et opertum eum
purpura:fugerunt omnes. Et magnificauit eum
rex: et ſcripſit eum inter primos amicos:et po-
ſuit eum ducem et participem principatus. Et
reuerſus eſt ionathas in hieruſalem cum pace
et leticia. In anno centeſimo ſexageſimoquin-
to:venit demetrius filius demetrij a creta in ter
ram patrum ſuorum. Et audiuit alexander rex:
et contriſtatus eſt valde: et reuerſus eſt antio-
chiam. Et conſtituit demetrius rex:appolloniū
ducem qui preerat celeſyrie:⁊ congregauit exer
citum magnum et acceſſit ad iamniam et miſit
ad ionatham ſummum ſacerdotem:dicens. Tu
ſolus reſiſtis nobis. Ego autem factus ſum in
deriſum et in opprobrium:propterea quia tu po
teſtatem aduerſum nos exerces in montibus.
Nunc ergo ſi confidis in virtutibus tuis:deſcen
de ad nos in campum et comparemus illic inui
cem quia mecum eſt virtus bellorum. Interro-
ga et diſce quis ſum ego:et ceteri qui auxilio ſūt
mihi:qui et dicunt quia non poteſt ſtare pes ve
ſter ante faciem noſtram:quia bis in fugam con
uerſi ſunt patres tui in terram ſuam:et nunc quo
modo poteris ſuſtinere equitatum et exercitum
G tantū in campo:vbi non eſt lapis neq; ſaxum
neq; locus fugiendi. Et audiuit autem ionathas
ſermones appolonij motus eſt animo: et elegit
decem milia virorum: et exijt ab hieruſalem:et
occurrit ei ſimon frater eius in adiutorium: et
applicuerunt caſtra in ioppen: et excluſit eum
a ciuitate:quia cuſtodia appolonij ioppe erat ⁊
oppugnauit eam. Et exterriti qui erant in ciui
tate aperuerunt ei:et obtinuit ionathas ioppē.
Et audiuit appolonius:et admouit tria milia
equitum:et exercitum multum. Et abijt azotum
tanq; iter faciens:⁊ ſtatim exijt in campum:eo
q; haberet multitudinem equitum:et confide-
ret in eis. Et inſecutus eſt eum ionathas in azo
tum et commiſerunt prelium. Et reliquit ap-
pollonius in caſtris mille equites poſt eos oc-
culte. Et cognouit ionathas quoniā inſidie ſūt
poſt ſe:et circuierunt caſtra eius:et iecerunt ia
cula in populum a mane vſq; ad veſperam. Po
pulus autem ſtabat ſicut preceperat ionathas:
et laborauerunt equi eorū. Et eiecit ſimon exer
citum ſuum:et cōmiſit contra legionem. Equi-
tes enim fatigati erant:et contriti ſunt ab eo et
fugerunt. Et qui diſperſi ſunt p campū fugerūt
in azotum:et intrauerunt in bethdagon idolum f.xij.a.
ſuum vt ibi ſe liberarent. Et ſuccendit ionathas
azotū ⁊ ciuitates que erant in circuitu eius:et
accepit ſpolia eorum et templum dagon ⁊ oēs qui
fugerunt in illud ſuccēdit igni. Et fuerūt qui ce
ciderunt gladio cū his qui ſuccēſi ſunt fere octo
milia virorum. Et mouit inde ionathas caſtra
et applicuit ea aſcalonam:et exierunt de ciuita
te obuiam illi in magna gloria. Et reuerſus eſt
ionathas in hieruſalem cū ſuis habentibus ſpo
lia multa. Et factum eſt vt audiuit alexāder rex
ſermones iſtos: addidit adhuc glorificare iona
than. Et miſit ei phibulam auream:ſicut cōſue
tudo eſt dari cognatis regum. Et dedit ei acha
ron:et omnes fines eius in poſſeſſionem.

¶ Capituli Summariū. ¶ Surgit ptolome
us contra alexandrum abſtulit ab eo filiam quā
prius dederat ei vxorem ⁊ tradidit eam deme-
trio ptolomeus:duo regna habuit alexāder:oc
ciditur a zabdihelarabe: de morte ptolomei: de
metrius regnans confirmat fedus cum ionatha
et videns ſibi nihil reſiſtere dimiſit exercitū:tri-
phon erexit antiochum filium alexandri aduer-
ſus demetrium:demetrius auxilio iudeorum ſal
uatus mētitus eſt eis ea que promiſit:victus eſt
demetri⁹ a triphone et antiocho adoleſcēte:de
amicitia antiochi cum iudeis: expugnat ſimon
bethſuram:pugnat ionathas cum alienigenis.

Capitulum. xj.

E rex egy-
pti cōgregauit ex
ercitum ſicut are
nam que eſt circa
orā maris ⁊ naues multas:et
querebat obtinere regnum ale
xandri dolo:et addere illud re
gno ſuo. Et exijt in ſyriā vbis
pacificis ⁊ aperiebant ei ciuita
tes ⁊ occurrebant ei q2 māda
uerat alexander rex exire ei obuiam eo q; ſocer

3.r.e. ſuus eſſet. Cū autē introiret ciuitatē ptolomeus
3.r.g. ponebat cuſtodias militum in ſingulis ciuitati⸗
bus. Et vt appropiauit azoto: oſtenderunt ei tē
plum dagon ſuccēſum igni: ⁊ azotū ⁊ cetera eius
demolita: ⁊ corpora proiecta: ⁊ eorū qui ceſi erāt
in bello tumulos quos fecerant ſecus viam. Et
narrauerunt regi: quia hec fecit ionathas: vt inui
diam facerent ei. Et tacuit rex. Et occurrit iona
thas regi in ioppem cum gloria: ⁊ inuicem ſe ſalu
tauerunt: ⁊ dormierunt illic. Et abijt ionathas
cum rege vſq; ad fluuium qui vocabatur eleuthe
rus: ⁊ reuerſus eſt in hieruſalem. Rex autem pto
lomeus obtinuit dominium ciuitatum vſq; ſe⸗
leuciam maritimam: ⁊ cogitabat in alexandrum
conſilia mala. Et miſit legatos ad demetrium:
dicens. Ueni componamus inter nos pactum: ⁊
B dabo tibi filiam meam quam habet alexander: et
regnabis in regno patris tui. Penitet enim me
ꝙ dederim illi filiam meam queſiuit enim me oc
cidere. Et vituperauit eum propterea ꝙ concu⸗
pierat regnum eius. Et abſtulit filiam ſuam: ⁊ de
dit eam demetrio: ⁊ alienauit ſe ab alexandro: et
manifeſtate ſunt inimicitie eius. Et intrauit pto
lomeus antiochiam: ⁊ impoſuit duo diademata
capiti ſuo; egypti ⁊ aſie. Alexander autem erat
rex in cilicia illis temporibus: q: rebellabant qui
erant in locis illis. Et audiuit alexander: ⁊ venit
ad eum in bellum. Et produxit ptolomeus rex ex
ercitum: ⁊ occurrit ei in manu valida: ⁊ fugauit
eum. Et fugit alexander in arabiam: vt ibi prote
geretur. Rex autem ptolomeus exaltatus eſt. Et
abſtulit zabdihel arabs caput alexandri: ⁊ miſit
ptolomeo. Et rex ptolomeus mortuus eſt in die
tertia: ⁊ qui erant in munitionibus: perierunt
ab his qui erant intra caſtra. Et regnauit deme⸗
trius anno centeſimo ſeptuageſimo ſeptimo. In
diebus illis congregauit ionathas eos qui erant
in iudea vt expugnarent arcem que eſt in hieruſa
lem: ⁊ fecerunt contra eam machinas multas. Et
abierunt quidam qui oderant gentem ſuam viri
iniqui ad regem demetrium: ⁊ renūciauerunt ei
ꝙ ionathas obſideret arcē. Et vt audiuit iratus
eſt: ⁊ ſtatim venit ad ptolomaidam: ⁊ ſcripſit io⸗
C nathe ne obſideret arcem: ſed occurret ſibi ad col
loquium feſtinato. Ut audiuit autem ionathas:
iuſſit obſidere. Et elegit de ſenioribus iſrael: ⁊ de
ſacerdotibus: ⁊ dedit ſe periculo. Et accepit aurū
⁊ argentum ⁊ veſtē: ⁊ alia encenia multa: ⁊ abijt
ad regem ptolomaidam: ⁊ inuenit gratiam in cō
ſpectu eius. Et interpellabant aduerſus eum qui
dam iniqui ex gente ſua. Et fecit ei rex ſicut fece⸗
rant ei qui ante eum fuerant. Et exaltauit eū in
conſpectu omnium amicorū ſuorum: ⁊ ſtatuit ei
principatum ſacerdotij: ⁊ quecunq; alia habuit
prius precioſa: ⁊ fecit eum principē amicorum. Et
poſtulauit ionathas a rege vt immunem faceret
iudeam ⁊ tres toparchias: id eſt ſamariam ⁊ con
fines eius: ⁊ promiſit ei talenta trecenta. Et con
ſenſit rex: ⁊ ſcripſit ionathe epiſtolas de his om⸗
nibus: hunc modum continentes. Rex demetri9
fratri ionathe: ſalutem ⁊ genti iudeorum. Exem
plum epiſtole quam ſcripſimus laſtheni parenti
noſtro de vobis: miſimus ad vos vt ſciretis. Rex
demetrius laſtheni parenti ſalutē. Genti iudeorū
amicis noſtris: ⁊ cōſeruātibus q̄ iuſta ſunt apud
nos decreuimus benefacere propter benignitatē
ipſorum quam erga nos habent. Statuimus er
go illis omnes fines iudee ⁊ tres ciuitates lyddā D
⁊ ramathe que addite ſunt iudee ex ſamaria: et
omnes confines earum ſequeſtrari omnibus ſa⸗
crificantibus in hieroſolymis pro his que ab eis
prius accipiebat rex per ſingulos annos ⁊ p fru
ctibus terre ⁊ pomorum. Et alia que ad nos per
tinebant decimarum ⁊ tributorum: ex hoc tempo
re remittimus eis: ⁊ areas ſalinarum: ⁊ coronas
que nobis deferebantur: oīa ipſis concedimus: ⁊
nihil horum irritum erit ex hoc ⁊ in omne tēpus.
Nunc ergo curate facere horum exemplum: ⁊ det
ionathe: ⁊ ponatur in monte ſancto ⁊ in loco ce
lebri. Et videns demetrius rex ꝙ ſiluit terra in
conſpectu ſuo: ⁊ nihil ei reſiſtit dimiſit totum ex
ercitum ſuum vnumquenq; in locum ſuum ex⸗
cepto peregrino exercitu quem traxit ab inſulis
gentium: ⁊ inimici erāt ei omnes exercitus patrū
eius. Triphon autē erat quidam partium alexan
dri prius: ⁊ vidit q̄m omnis exercitus murmura
uit contra demetrium ⁊ iuit ad emalcuel araben
qui nutriebat antiochum filium alexandri: ⁊ aſſi⸗
debat ei: vt traderet eum ipſi vt regnaret in loco
patris ſui. Et enunciauit ei quāta fecit demetri9 E
inimicitias exercituum eius aduerſus illum. Et
manſit ibi diebus multis. Et miſit ionathas ad
demetriū regem: vt eijceret eos qui in arce erant
in hieruſalem: ⁊ qui in preſidijs erāt q: impugna
bāt iſrael. Et miſit demetrius ad ionathā dicēs.
Non hec tm̄ faciam tibi ⁊ genti tue: ſed gloria il
luſtrabo te: ⁊ gentem tuā cū fuerit opportunum.
nunc ergo recte feceris ſi miſeris in auxiliū mihi
viros: quia diſceſſit omnis exercitus meus. Et
miſit ei ionathas tria milia virorum fortiū antio
chiam: ⁊ venerūt ad regem ⁊ delectatus eſt rex in
aduentu eorum. Et conuenerunt qui erant de ci
uitate: cētū viginti milia virorū: ⁊ volebāt interfi
cere regem: ⁊ fugit rex in aulā: ⁊ occupauerunt q̄
erant de ciuitate itinera ciuitatis: ⁊ ceperunt pu
gnare. Et vocauit rex iudeos in auxilium: ⁊ cōue
nerunt oēs ſimul ad eū: ⁊ diſperſi ſunt oēs per ci
uitatē: ⁊ occiderunt in illa die centum milia ho⸗
minū. Et ſuccenderūt ciuitatē: ⁊ ceperunt ſpolia
multa in die illa: ⁊ liberauerunt regem: ⁊ viderūt
qui erant de ciuitate ꝙ obtinuiſſent iudei ciuita
tem ſicut volebant. Et infirmati ſunt mente ſua
⁊ clamauerunt ad regem cum p̄cibus: dicentes.
Da nobis dextras: et ceſſent iudei oppugnare F
nos ⁊ ciuitatem. Et proiecerunt arma ſua: ⁊ fece
runt pacē: ⁊ glorificati ſunt iudei in conſpectu re
gis ⁊ in cōſpectu oīm qui erant in regno eius: et
nominati ſunt in regno. Et regreſſi ſunt in hieru
ſalem: habentes ſpolia multa. Et ſedit demetri9
rex in ſede regni ſui: ⁊ ſiluit terra in cōſpectu ei9
⁊ mentitus eſt omnia quecūq; dixit: ⁊ abaliena⸗
uit ſe a ionatha: ⁊ non retribuit ei ſm̄ beneficia

que ſibi tribuerct:vt vexabat eumvalde. poſt hec
aūt reuerſus eſt triphon ⁊ antiochus cū eo puer
adoleſcens:⁊ regnauit ⁊ impoſuit ſibi diadema.
Et cōgregati ſunt ad eū oēs exercitus quos diſp
ſerat demetrius:⁊ pugnauerūt cōtra eū:⁊ fugit ⁊
terga vertit. Et accepit triphon beſtias ⁊ obti-
nuit antiochiam:⁊ ſcripſit antiochus adoleſcens
ionathe:dicens. Cōſtituo tibi ſacerdotiū:⁊ cōſti
tuo te ſup quattuor ciuitates:vt ſis de amicis re
gis. Et miſit illi vaſa aurea ī miniſteriū:⁊ dedit ei
ptātē bibēdi in auro ⁊ eſſe in purpura ⁊ habere
phibulā aureā:⁊ ſimonē fratrē eius cōſtituit du-
cē a terminis tyri vſq; ad fines egypti. Et exijt
ionathas:⁊ perambulabat trans flumē ciuitates
⁊ cōgregatus eſt ad eū oīs exercitus ſyrie in auxi
lium:⁊ venit aſcalonē ⁊ occurrerūt ei honorifice
de ciuitate:⁊ abijt inde gazam:⁊ concluſerunt ſe
B qui erāt gaze ⁊ obſedit eam:⁊ ſuccēdit qui erant
in circuitu ciuitatis ⁊ pdatus eſt eā. Et rogaue-
rūt gazenſes ionathan:⁊ dedit illis dextrā:⁊ ac-
cepit filios eorū obſides:⁊ miſit illos in hierlm:
⁊ perābulauit regionē vſq; ad damaſcū. Et audi
uit ionathas q puaricati ſūt principes demetrij
in cades que eſt in galilea cū exercitu multo volē
tes eū remouere a negocio regni:⁊ occurrit illis:
fratrem aūt ſuū ſimonem reliquit intra puinciā
Et applicuit ſimon ad bethſurā ⁊ expugnabat
eam diebus multis ⁊ cōcluſit eos. Et poſtulaue
rūt ab eo dextras accipere ⁊ dedit illis. Et eiecit
eos inde:⁊ cepit ciuitatē ⁊ poſuit in ea pſidiū:⁊
ionathas ⁊ caſtra eius applicuerūt ad aquam ge
nezar:⁊ ante lucē vigilauerūt in campo azor. Et
ecce caſtra alienigenarū occurrebāt ei in cāpo:et
tendebāt ei inſidias in montibus:ipſe aūt occur
rit ex aduerſo. Inſidie vo exurrexerunt de locis
ſuis ⁊ cōmiſerunt preliū. Et fugerūt qui erant ex
parte ionathe oēs:⁊ nemo relictus eſt ex eis niſi
matathias filius abſalomi:⁊ iudas filius calphi
princeps militie exercitus. Et ſcidit ionathas ve
ſtimenta ſua:⁊ poſuit terram in capite ſuo:⁊ ora
uit. Et reuerſus eſt ionathas ad eos in prelium:
⁊ conuertit eos in fugam:⁊ pugnauerūt. Et vide
runt qui fugiebant partis illius:⁊ reuerſi ſunt ad
eū:⁊ inſequebātur cū eo omnes vſq; cades ad ca
ſtra ſua ⁊ peruenerunt vſq; illuc. Et ceciderunt
de alienigenis in die illa:tria milia virorū:et re-
uerſus eſt ionathas in hieruſalem.

C.S. Mittit ionathas legatos ⁊ epl'as ro
manis ⁊ ſparciatis decremento pacis:fugat io-
nathas principes demetrij ⁊ exercitū eorū:⁊ per
cuſſit arabes qui vocant zebedei:triphon volēs
aſſumere regnū antiochi:doloſe egit cū ionatha
⁊ occidit eum ⁊ exercitū eius. Capitulū.xij.

A
T vidit ionathas qꝛ
tempus eum iuuat:⁊ elegit vi-
ros ⁊ miſit eos romam ſtatuere
⁊ renouare cum eis amicitiam.
Et ad ſpartiatas ⁊ ad alia loca
miſit epiſtolas ⁊ ſm eandem formaz. Et abierūt
romam ⁊ intrauerunt curiam:⁊ dixerunt. Iona-
thas ſummus ſacerdos:⁊ gens iudeorū miſerūt
nos vt renouemus amicitiam ⁊ ſocietatē ſm pri
ſtinum. Et dederunt illis epiſtolas ad ipſos per
loca vt reducerent eos in terram iuda cum pace
Et hoc eſt exemplum epiſtolarum quas ſcripſit
ionathas ſpartiatis. Ionathas ſummus ſacer-
dos ⁊ ſeniores gentis ⁊ ſacerdotes ⁊ reliquus po
pulus iudeorū:ſpartiatis fratribus ſalutē. Iam
pridem miſſe erant epiſtole ad oniam ſummū ſa-
cerdotez a dario qui regnabat apud vos:quoniā
eſtis fratres noſtri:ſicut ſcrptuz cōtinet qd ſub
iectum eſt. Et ſuſcepit onias virū qui miſſus fue
rat cum honore:⁊ accepit epiſtolas in qbus ſigni
ficabatur de ſocietate ⁊ amicitia. Nos enim cum B
nullo horum indigeremus:habentes ſolatio ſan
ctos libros qui ſūt in manibus noſtris:maluim9
mittere ad vos renouare fraternitatem ⁊ amici-
tiā:ne forte alieni efficiamur a vobis. Multa enī
tēpora tranſierunt:ex quo miſiſtis ad nos. Nos
ergo in omni tēpore ſine intermiſſione in diebus
ſolennibus ⁊ ceteris:quibus oportet memores
ſumus veſtri in ſacrificijs que offerimus:⁊ in ob-
ſeruationibus:ſicut phas eſt:⁊ decet meminiſſe
fratrum. Letamur itaq; de gloria veſtra. Nos au
tem circūdederunt multe tribulationes ⁊ multa
prelia:⁊ impugnauerūt nos reges qui ſunt in cir
cuitu noſtro. Noluimus ergo vobis moleſti eſſe:
neq; ceteris ſocijs ⁊ amicis noſtris in his prelijs
Habuimus enim de celo auxilium:⁊ liberati ſu-
mus nos:⁊ humiliati ſunt inimici noſtri. Elegi- C
mus itaq; neumeniū antiochi filiū ⁊ antipatrez
iaſonis filium:⁊ miſimus ad romanos renouare
cum eis amicitiam ⁊ ſocietatem priſtinam. Mā
dauimus itaq; eis:vt veniant etiam ad vos ⁊ ſa
lutent vos:⁊ reddant vobis epiſtolas noſtras de
inuocatione fraternitatis noſtre. Et nunc bene-
facietis reſpondētes nobis ad hec. Et hoc reſcri
ptum epiſtolarū qd miſit onias. Rex ſpartiatarū
onias:ionathe ſacerdoti magno ſalutem. Inuen
tuz eſt in ſcriptura de ſpartiatis ⁊ iudeis:quoniā
ſunt fratres:⁊ qꝛ ſunt de genere abraam. Et nunc
ex quo hec cognouimus bene facitis ſcribentes
nobis de pace veſtra. Sed ⁊ nos reſcripſimus vo
bis. Pecora noſtra:⁊ poſſeſſiones noſtre veſtre
ſunt:⁊ veſtre noſtre. Mandauimus itaq; hec nū
ciari vobis. Et audiuit ionathas:quoniaz egreſ
ſi ſunt principes demetrij cum exercitu multo ſu
pra q prius pugnare aduerſus eum:⁊ exijt ab D
hieruſalem:⁊ occurrit ei in amatithe regiōe. Nō
enim dederat eis ſpacium vt ingrederentur re-
gionem eius. Et miſit ſpeculatores in caſtra eo-
rum:⁊ reuerſi renunciauerunt q conſtituunt ſu-
peruenire illic nocte. Cum autem occidiſſet ſol
precepit ionathas ſuis vigilare:et eſſe in armis
paratos ad pugnam tota nocte:⁊ poſuit cu-
ſtodes per circuitum caſtrorum. Et audie-
runt aduerſarij:q paratus eſt ionathas cum
ſuis in bello:timuerunt ⁊ formidauerunt in cor-
de ſuo:⁊ accenderunt focos in caſtris ſuis. Io-

nathas autem ⁊ qui cum eo erant non cognoue
runt vſqꝫ mane. Uidebant autem luminaria ar
dentia: ⁊ ſecutus eſt eos Jonathas ⁊ non com-
prehendit eos. Tranſierunt enim flumen eleute
E rum. Et diuertit Jonathas ad arabes qui voca
bantur Zabadei: ⁊ percuſſit eos: ⁊ accepit ſpolia
eorum. Et iunxit ⁊ venit damaſcū: ⁊ perambula-
bat oēm regionē illā. Simon autē exijt: ⁊ venit
vſqꝫ ad aſcalonē: ⁊ ad proxima preſidia: ⁊ decli-
nauit in ioppen: ⁊ occupauit eā. Audiuit enim ꝙ
vellent preſidium tradere partibus demetrij et
poſuit ibi cuſtodes: vt cuſtodirent eā. Et reuer
ſus eſt ionathas: ⁊ cōuocauit ſeniores populi: et
cogitauit cum eis edificare preſidia in iudea et
edificare muros in hieruſalē: ⁊ exaltare altitudi
nē magnam inter mediū arcis ⁊ ciuitatis: vt ſe
pararet eā a ciuitate vt eſſet ipſa ſingulariter: et
neqꝫ emāt neqꝫ vendant. Et cōuenerunt vt edi
ficarent ciuitatem: ⁊ cecidit murus qui erat ſup
torrentē ab ortu ſolis: ⁊ reparauit eū qui vocat
caphetetha. Et ſimon edificauit adiada ⁊ ſephe
la ⁊ muniuit eā: ⁊ impoſuit portas ⁊ ſeras. Et cū
cogitaſſet triphon regnare aſie ⁊ aſſumere dia-
dema ⁊ extēdere manū in anthiochum regem:
timēs ne forte non ꝑmitteret eū ionathas: ſed
F pugnaret aduerſus eū: ꝗrebat cōprehendere eū
et occidere. Et exurgens abijt in bethan. Et exi
uit ionathas obuiam illi cū quadraginta milibꝰ
viroꝝ electoꝝ in preliū ⁊ venit bethſan. Et vidit
triphon: q: venit ionathas cū exercitu multo vt
extēderet in eū manꝰ: ⁊ timuit. Et excepit eū cū
honore: ⁊ cōmēdauit eū oībus amicis ſuis: ⁊ de
dit ei munera. Et precepit exercitibꝰ ſuis vt obe
dirent ei ſicut ſibi. Et dixit ionathe. Ut quid ve
xaſti vniuerſum pplm̄ cū bellū nobis nō ſit. Et
nunc remitte eos in domos ſuas. Elige aūt tibi
viros paucos q̄ tecū ſint: ⁊ veni mecū ptolomai
dā: ⁊ tradā eā tibi: ⁊ reliqua preſidia ⁊ exercitum
et vniuerſos ꝓpoſitos negocij: ⁊ cōuerſus abibo
Propterea em̄ veni. Et credidit ei: ⁊ fecit ſicut
dixit: ⁊ dimiſit exercitū: ⁊ abierunt in terram iu
da. Retinuit autem ſecum tria milia virorum ex
quibus remiſit in galileam duo milia: mille aūt
venerunt cum eo. Ut autē intrauit ptolomaidā
G ionathas clauſerunt portas ciuitatis ptolomen
ſes: ⁊ comprehenderunt eum: et omnes qui cum
eo intrauerant gladio interfecerūt. Et miſit tri-
phon exercitum et equites in galileam et in cam
pum magnum: vt perderent omnes ſocios iona
the. At illi cū cognouiſſent quia cōprehēſus eſt
ionathas: et perijt et omnes qui cum eo erant:
hortati ſunt ſemetipſos: exierūt parati in ꝓlium
Et videntes hi qui inſecuti fuerant quia pro ani
ma res eſt illis: reuerſi ſunt. Illi autē venerunt
omnes cum pace in terrā iuda. Et planxerunt
ionatham: et eos qui cum ipſo erant valde. Et
luxit iſrael luctu magno. Et queſierunt omnes
gentes que erant in circuitu eorū cōterere eos.
Dixerunt enim. Non habent principem ⁊ adiu
uantem: nunc expugnemus illos: et tollamus de
hominibus memoriam eorum.

Capituli. Summarium. Simon pro fra
tre ſuo dux conſtituitur: mittit argentū et duos
filios Jonathe triphoni: de morte ionathe et fi-
liorum eius: de edificio ſepulchri in modin: occi
dit Triphon doloſe antiochum adoleſcentem et
impoſuit ſibi diadema aſie: cōſtituit demetrius
pacem cum ſimone: ſublatum eſt iugum gentiū
ab hieruſalem: expugnat ſimon gazam mundās
autem eam: intrat cum laude ⁊ ramis palmarū:
ſimon conſtituit filium ſuū ducem.

Capitulum. xiij.

ET audiuit ſimon ꝙ A
congregauit triphon exercitum
copioſū vt veniret in terram iu
da: ⁊ attereret eam videns q: in
tremore populus eſt ⁊ in timore
aſcendit hieruſalem ⁊ congregauit populum et
adhortans dixit. Uos ſcitis quāta ego ⁊ fratres
mei ⁊ domus patris mei fecimus pro legibus et
pro ſanctis prelia ⁊ anguſtias quales vidimus.
Horum gratia perierunt fratres mei omnes pro
pter iſrael: ⁊ relictus ſum ego ſolus. Et nunc nō
mihi contingat parcere anime mee in omni tē-
pore tribulationis. Non em̄ melior ſum fratribꝰ
meis. Uindicabo itaqꝫ gentem meam ⁊ ſancta:
natos quoqꝫ noſtros ⁊ vxores: quia congregate
ſunt vniuerſe gentes conterere nos inimicitie
gratia. Et accenſus eſt ſpiritus populi ſimul vt B
audiuit ſermones iſtos: et reſponderunt voce
magna dicentes. Tu es dux noſter loco iude et
ionathe fratris tui. Pugna prelium noſtrum et
omnia quecunqꝫ dixeris nobis faciemus. Et cō
gregans omnes viros bellatores accelerauit cō
ſummare vniuerſos muros hieruſalem: et muni-
uit eam in gyro. Et miſit ionathan filium abſa
lomi: et cum eo exercitum nouum ioppen: ⁊ eie-
ctis his qui erant in arce remanſit illic ipſe ⁊ mo
uit triphon a ptolomaida cum exercitu mul-
to vt veniret in terra iuda: ⁊ ionathas cum eo in
cuſtodia. Simon autem applicuit in addus con
tra faciem campi. Et vt cognouit triphon: quia
ſurrexit ſimō loco fratris ſui ionathe: ⁊ q: cōmiſ
ſurus eſſet cum eo prelium: miſit ad eum lega-
tos: dicens. Pro argento qđ debebat frater tu
us ionathas in ratione regis propter negocia
que habuit detinuimus eum. Et nunc mitte ar- C
genti talenta centum: et duos filios eius obſi-
des: vt non dimiſſus fugiat a nobis: et remitte
mus eum. Et cognouit ſimon: quia cū dolo lo
queretur ſecum. Juſſit tamen dari argentum et
pueros: ne inimicitiam magnam ſumeret ad po
pulum iſrael: dicentem: quia non miſit ei argen-
tum et pueros et propterea perijt. Et miſit pue
ros et centum talenta: et mentitus eſt: et non di
miſit ionatham. Et poſt hec venit triphō intra
regionem vt contereret eam: ⁊ gyrauerunt per
viā que ducit ador: ⁊ ſimō ⁊ caſtra eius ambula
bant in omnē locū quocūqꝫ ibāt. Qui aūt in ar-
ce erāt miſerunt ad triphonē legatos: vt feſtina
ret venire per deſertum: et mitteret illis alimo-

nias. Et parauit triphon omnem equitatum
vt veniret illa nocte. Erat eniꝫ nix multa valde
D ⁊ nō venit in galadithim. Et cū appropiquaſſet
baſchama occidit ionathan ⁊ filios ei⁹ illic. Et
conuertit triphon ⁊ abijt in terraꝫ ſuam. Et mi
ſit ſimon: et accepit oſſa ionathe fratris ſui: et
ſepeliuit ea in modin ciuitate patrum eius. Et
planxerunt eum omnis iſrael planctu magno: et
luxerunt eum dies multos. Et edificauit ſimon
ſuper ſepulchrum patris ſui: ⁊ fratrū ſuorum edi
ficium altum viſu lapide pollito retro ⁊ ante: et
ſtatuit ſeptem pyramidas vnā contra vnā patri
et matri ⁊ quattuor fratribus ⁊ his circūpoſuit
colūnas magnas: ſuper colūnas arma ad memo
riam eternam: ⁊ iuxta arma naues ſculptas que
viderentur ab oībus nauigantibus mare. Hoc
eſt ſepulchrum ꝙ fecit in modin vſqꝫ in hunc di
em. Triphon autem cū iter faceret cuꝫ antiocho
rege adoleſcente dolo occidit eum ⁊ regnauit in
loco eius. Et impoſuit ſibi diadema aſie: ⁊ fecit
E plagaꝫ magnā in terra: ⁊ edificauit ſimon preſi-
dia iudee muniēs ea turrib⁹ excelſis ⁊ muris ma
gnis ⁊ portis ⁊ ſeris: et poſuit alimēta in muni-
tionibus. Et elegit ſimon viros et miſit ad de-
metrium regem vt faceret remiſſionem regioni:
quia actus omnes triphonis per direptionem
fuerant geſti. Et demetrius rex ad verba iſta re
ſpondit ei: et ſcripſit epiſtolam talē. Rex deme-
trius ſimoni ſummo ſacerdoti ⁊ amico regum et
ſenioribus ⁊ genti iudeorum ſalutem. Coronam
auream et bahen quam miſiſtis ſuſcepimus et
parati ſumus facere vobiſcum paceꝫ magnam:
et ſcribere prepoſitis regis remittere vobis que
indulſimus. Quecūqꝫ enim conſtituimus vobis
cōſtat. Munitiones quas edificaſtis vobis ſint.
F Remittimus quoqꝫ ignorantias et peccata vſqꝫ
in hodiernum diem: et coronaꝫ quam debebatis
Et ſi quid aliud erat tributarium in hieruſaleꝫ
iam non ſit tributarium: et ſi qui ex vobis apti
ſunt conſcribi inter noſtros conſcribantur ⁊ ſit
inter nos pax. Anno cētesimo ſeptuageſimo: ab
latum eſt iugum gentiū ab iſrael. Et cepit ppl's
iſrael ſcribere in tabulis et geſtis publicis: an-
no primo ſub ſimone ſummo ſacerdote magno
duce et principe iudeoruꝫ. In diebus illis appli-
cuit ſimon ad gaꝫam ⁊ circōdedit eam caſtris ⁊
fecit machinas ⁊ applicuit ad ciuitatē ⁊ ꝑcuſſit
turrim vnam et comprehendit eam. Et qui eru
perant erant intra machinam et ciuitatem ⁊ fa-
ctus eſt motus magnus in ciuitate. Et aſcende
runt qui erant in ciuitate cum vxoribus: et filijs
ſupra murum ſciſſis tunicis ſuis et clamauerunt
voce magna poſtulātes a ſimone dextras ſibi da
ri ⁊ dixerūt. Non nobis reddas ſꝫ malicias no-
G ſtras ſed ſecūdum miſericordias tuas et ſeruie-
mus tibi. Et flexus Simon non debellauit eos
eiecit tamen eos de ciuitate et emundauit edes
in quibus fuerant ſimulacra et tunc intrauit in
eam cum hymnis benedicens dominum et eie-
cta ab ea oī immūdicia callocauit in ea viros qui
legē facerent ⁊ muniuit eaꝫ ⁊ fecit ſibi habitatio
nem. Qui aūt erāt in arce hierl'm ꝓhibebantur
egredi ⁊ ingredi regionem ⁊ emere ac vendere:
et eſurierunt valde etiā multi ex eis fame perie-
runt. Et clamauerunt ad Simonem vt dextras
acciperent et dedit illis. Et eiecit eos inde ⁊ mū
dauit arcem a contaminationibus. Et intraue-
runt in eam tertia et viceſima die ſecundi mēſis
anno centeſimo ſeptuageſimo primo cum lau-
de et ramis palmarū et citharis et cinaris ⁊ cym
balis ⁊ nablis ⁊ hymnis ⁊ cāticis q: cōtrit⁹ eſt
inimicus magnus ex iſrael. Et cōſtituit vt om-
nibus annis agerentur dies hi cū leticia ⁊ muni
uit mōtē tēpli qui erat ſecus arcem ⁊ habitauit
ibi ipē ⁊ qui cū eo erāt. Et vidit ſimon iohannē
filiū ſuū ꝙ fortis prelij vir eſſet ⁊ poſuit eum du
ceꝫ virtutū vniuerſarum ⁊ habitauit in gaꝫaris.

Cap. Sūma. Rex demetrius abijt in me
diam ad cōtrahenda ſibi auxilia: ⁊ captus poni
tur in cuſtodia de ſublimitate ⁊ potentia ſimo
nis regis iuda: de multitudine pacis illis tempo
ribus: renouantur amicitie inter romanos ⁊ iu-
deos. exemplum ſcripture quam in tabulis ereis
ſcripſerunt iudei pro titulo glorie ⁊ laude ſui du
cis ſimonis filij mathatie. Capitulū. xiiij.

ANno centeſimo ſe- A
ptuageſimo ſecundo congre
gauit rex demetrio exercituꝫ
ſuū ⁊ abijt in mediam ad con
trahenda ſibi auxilia: vt expu
gnaret triphonē. Et audiuit
arſaces rex perſidis ⁊ medie:
quia intrauit demetrius confines ſuos: et miſit
vnum de principibus ſuis vt comprehenderet
eum viuum: et adduceret eum ad ſe. Et abijt ⁊
percuſſit caſtra demetrij: et comprehendit eum
et duxit eum ad arſacem ⁊ poſuit eum in cuſtodi
am. Et ſiluit omnis terra iuda omnibus diebus
ſimonis et queſiuit bona genti ſue: et placuit il-
lis poteſtas eius: et gloria eius omnibus dieb⁹.
Et cum omni gloria ſua accepit ioppen in por-
tum et fecit introitum in inſulis maris. Et dila
tauit fines gentis ſue. ⁊ obtinuit regionem. Et
congregauit captiuitatem multam ⁊ dominat⁹
eſt gaꝫare: et bethſure et arci ⁊ abſtulit immun
dicias ex ea et non erat qui reſiſteret ei. Et vnuſ
quiſqꝫ colebat terram ſuam cum pace et terra
iuda dabat fructus ſuos et ligna camporū fru
ctum ſuum. Seniores in plateis ſedebant om-
nes et de bonis terre tractabāt: ⁊ iuuenes indue
bant ſe gloriam et ſtolas belli. Et ciuitatibus B
tribuebat alimonias: et conſtituebat eas vt eſ-
ſent vaſa munitionis quoadusqꝫ nominatum
eſt nomen glorie eius: vſqꝫ ad extremum terre.
Fecit pacem ſuper terram: et letatus eſt iſrael
leticia magna. Et ſedit vnuſquiſqꝫ ſub vite ſua
et ſub ficulnea ſua: ⁊ non erat qui eos terreret.
Defecit impugnans eos ſuper terram: reges
contriti ſunt in diebus illis. Et confirmauit oēs

humiles populi sui:⁊ legem exquisiuit ⁊ abstulit
omnem iniquum et malum. Sancta gloꝛificauit
et multiplicauit vasa sanctoꝛum. Et auditū est
rome: quia defunctus esset Jonatas et vsq; in
C spartiatas et cōtristati sunt valde. Ut audierūt
autem ꝙ Symon frater eius factus esset sum-
mus sacerdos loco eius et ipse obtineret omnem
regionem:⁊ ciuitates in ea, scripserunt ad euʒ ta
bulis ereis:vt renouarent amicitias ⁊ societateʒ
quam fecerant cum Juda ⁊ cum Jonatha fratri
bus eius. Et lecte sunt in conspectu ecclesie in
Hierusalem. Et hoc exemplum epistolarū quas
spartiate miserunt. Spartianoꝛum pꝛincipes ⁊ ci
uitates Symoni sacerdoti magno ⁊ senioꝛibus⁊
sacerdotibus ⁊ reliquo populo iudeoꝛuʒ fratribꝰ
salutem. Legati qui missi sunt ad populum no-
strum nunciauerunt nobis de vestra gloꝛia ⁊ ho-
noꝛe ⁊ leticia ⁊ gauisi sumus in introitu eoꝛum.
Et scripsimus que ab eis erant dicta in consilijs
populi sic. Numenius antiochi ⁊ antipater Ja-
sonis filius legati iudeoꝛum venerunt ad nos:re
nouantes nobiscum amicitiam pꝛistinam. Et pla
cuit populo accipere viros gloꝛiose ⁊ ponere exē
plum sermonum eoꝛum in segregatis populi li-
bꝛis : vt sit ad memoꝛiam populo spartiatarum.
D Exemplum auteʒ hoꝛū scripsimus Symoni ma
gno sacerdoti. Post hec auteʒ misit Symon nu
meniū Romā habentem clypeum aureū magnuʒ
pondo minarū mille ad statuendum cū eis socie-
tatem. Cū autē audisset populus romanus ser-
mones istos dixerūt. Quā gratiarū actionē red-
demus Symoni ⁊ filijs eius. Restituit enim ipse
fratres suos ⁊ expugnauit inimicos israel ab eis:
⁊ statuerunt ei libertatē ⁊ descripserunt in tabu-
lis ereis et posuerūt in titulis in monte sion. Et
hoc est exemplū scripture. Octauadecima die mē
sis ebus:anno centesimo septuagesimo secundo
anno tertio sub Symone sacerdote magno in As
saremel in conuentu magno sacerdotum ⁊ pꝛinci
pum ⁊ gentis ⁊ senioꝛū regionis nota facta sunt
hec. Quoniā frequēter facta sunt pꝛelia in regio-
ne nostra. Symon autem Mathathie filius ex fi-
lijs Jarib ⁊ fratres eius dederūt se periculo ⁊ re
stiterunt aduersarijs gētis sue vt starent sancta
E ipsoꝛum ⁊ lex ⁊ gloꝛia magna gloꝛificauerunt gē
tem suam. Et congregauit ionathas gentē suam
⁊ factus est illis sacerdos magnus : ⁊ appositus
est ad populum suum. Et voluerunt inimici eoꝛū
calcare sancta:⁊ atterere regionem ipsoꝛum ⁊ ex-
tendere manus in sanctasanctoꝛum. Tūc resistit
Symon:⁊ pugnauit pꝛo gente sua ⁊ erogauit pe
cunias multas:⁊ armauit viros virtutis gentis
sue:⁊ dedit illis stipendia:⁊ muniuit ciuitates iu
de ⁊ bethsuram que erat in finibus iude vbi erāt
arma hostium antea. ⁊ posuit illic pꝛesidiuʒ viros
iudeos. Et ioppē muniuit que erat ad mare ⁊ ga
zaram que est in finibꝰ azoti in qua hostes antea
habitabant:⁊ collocauit illic iudeos ⁊ quecunq;
apta erant ad coꝛreptionē eoꝛū posuit in eis. Et
vidit populus actū Symonis ⁊ gloꝛie quā cogi-
tabat facere gēti sue:⁊ posuerūt eū ducē suum et
pꝛincipem sacerdotum eo ꝙ ipse fecerit hec oīa:
⁊ iusticiā ⁊ fidē quam conseruauit genti sue ⁊ ex
quisiuit omnimodo exaltare populum suum. Et
in diebus eius pꝛosperatum est in manibus eius F
vt tollerentur gētes de regione ipsoꝛum ⁊ que in
ciuitate dauid erant in hierl'm in arce de qua pꝛo
cedebant ⁊ cōtaminabant omnia que in circuitu
sanctoꝛū sunt ⁊ inferebāt plagam magnā castita
ti. Et collocauit in ea viros iudeos ad tutamen
tum regionis ⁊ ciuitatis⁊ exaltauit muros in hie
rusalem. Et rex Demetrius statuit illi summum
sacerdotiū. Scdm hec fecit eū amicū suuʒ:⁊ gloꝛi
ficauit eum gloꝛia magna. Audiuit enim ꝙ appel
lati sunt iudei a romanis amici ⁊ socij ⁊ fratres:⁊
qꝛ susceperunt legatos Symonis gloꝛiose: ⁊ qa
iudei ⁊ sacerdotes eoꝛū cōsenserunt eū esse duceʒ
suum ⁊ summū sacerdotē in eternū: donec surgat
pꝛopheta fidelis:⁊ vt sit super eos dux:⁊ vt cura
esset illi pꝛo sanctis:et vt cōstitueret pꝛepositos G
sup opa eoꝝ: ⁊ sup regionem: ⁊ sup arma:⁊ super
pꝛesidia:⁊ cura sit illi de sanctis : ⁊ vt audiat ab
oībus:⁊ scribātur in noīe eius oēs conscriptiōes
in regione:⁊ vt operiatur purpura ⁊ auro: ⁊ ne li
ceat vlli ex populo ⁊ ex sacerdotibus irritū facere
aliqd hoꝝ:⁊ cōtradicere his que ab eo dicuntur:
aut cōuocare conuentū in regione sine ipso:⁊ ve-
stiri purpura:⁊ vti fibula aurea. Qui autē fecerit
extra hec:aut irritū fecerit aliquid hoꝛum : reus
erit. Et cōplacuit omni populo statuere Symo-
nem:⁊ facere sm verba ista. Et suscepit Symon
⁊placuit ei vt summo sacerdotio fungeret:⁊ esset
dux ⁊ pꝛinceps gentis iudeoꝝ ⁊ sacerdotū:⁊ pꝛe-
esset oībus:⁊ scripturā istā dixerūt ponere in ta-
bulis ereis:⁊ ponere eas in peribolo sanctoꝛuʒ in
loco celebꝛi. Exemplum autem eoꝛum ponere in
erario:vt habeat Symon ⁊ filij eius.

¶ Capitu. Sūma ¶ Antiochus demetri filius
accepit regnum paternum ⁊ scripsit epistolas iu-
deis:persecutus est Antiochus triphonem ⁊ cete
ra rescripta romanoꝛuʒ de pace ⁊ Symone:misit
Symon in auxiliū Antiocho:et noluit accipere:
mittit Antiochus Cendebium ducem ad debellā
dum iudeam:⁊ ipse persequitur Triphonem.

Capitulum. xv.

Et misit rex Antio- A
chus filius Demetrij episto-
las ab insulis maris Symoni
sacerdoti:⁊ pꝛincipi gentis iu-
deoꝛum ⁊ vniuerse gēti : ⁊ erāt
continentes hūc modū. Rex an
tiochus Symoni sacerdoti ma
gno:⁊ genti iudeoꝛum salutē. Qm̄quidem pesti-
lentes obtinuerunt regnuʒ patrum nostroꝛum.
volo autem vēdicare regnum:⁊ restituere illud si
cut erat antea:⁊ electā feci multitudinem exerci-
tus:⁊ feci naues bellicas. Uolo auteʒ pcedere re
gionem vt vlciscar:in eos qui coꝛrupuerunt regio
nem nostrā:⁊ qui dessolauerūt ciuitates multas
in regno meo. Nūc ergo statuo tibi oēs oblatio-

nes quas remiſerunt tibi ante me om̄es reges:⁊
quecūq₃ alia dona remiſerūt tibi:⁊ ꝑmitto,tibi fa
cere ꝑcuſſuras ꝓprij numiſmatis in regione tua.
B Hierl'z aūt ſanctā eſſe ⁊ liberā:⁊ oīa arma que fa
bricata ſunt:⁊ preſidia que cōſtruxiſti que tenes
maneant tibi.Et omne debitū regis:⁊ que futu-
ra ſunt regi ex hoc:⁊ in totū tp̄s remittunt tibi.
Cūq₃ autē obtinuerimus regnū noſtrū glorifica
bimus te ⁊ gentē tuā ⁊ tēplū ⁊ gloria magna ita
vt manifeſtetur gloria vr̄a in vniuerſa terra.An-
no centeſimo ſeptuageſimo quarto exijt Antio-
chus in terrā patrū ſuoꝝ ⁊ cōuenerūt ad eū om-
nes exercitus:ita vt pauci relicti eſſent cum tri-
C phone.Et inſecutus eſt eū antiochus rex: ⁊ ve-
nit doran fugiens per maritimam.Sciebat eniz
q̄ congregata ſunt mala in euz:⁊ reliquit eū exer
citus.Et applicuit antiochus ſuper doran cuz cē
tum viginti milibus viroꝝ belligeratoruz:⁊ octo
milibus equitum.Et circuit ciuitatez: ⁊ naues a
mari acceſſerunt:⁊ vexabant ciuitatem a terra ⁊
mari ⁊ neminē ſinebant ingredi vel egredi. Ve-
nit autē numenius:⁊ qui cū eo fuerāt ab vrbe ro
ma habētes epiſtolas regibus ⁊ regionibus ſcri-
ptas:in quibus cōtinebātur hec.Lucius cōſul ro
manorum:ptolomeo regi ſalutē.Legati iudeoruz
venerunt ad nos amici noſtri renouantes priſti-
nam amiciciā ⁊ ſocietatez:miſſi a Symone princi
pe ſacerdotum ⁊ populo iudeorū.Attulerūt autē
D ⁊ clypeum aureum mnaruz mille.Placuit itaq₃
nobis ſcribere regibus ⁊ regionibus:vt non infe
rant illis mala:neq₃ impugnent eos ⁊ ciuitates
eorum:⁊ regiones eorum ⁊ vt nō ferant auxiliuz
pugnantibus aduerſus eos.Viſum autem eſt no
bis accipere ab eis clypeum. Si qui ergo peſtilē
tes fugerint de regione ipſorum ad vos :tradite
eos Symoni principi ſacerdotū vt vidicet in eos
ſm̄ legē ſuā.Hec eadē ſcripta ſunt demetrio regi
⁊ attalo ⁊ arabe ⁊ arſaci:⁊ in oēs regiōes ſamſa-
me ⁊ ſpartanis ⁊ delo ⁊ mido ⁊ ſidoni ⁊ carie ⁊ ſa
mum ⁊ pāphyliam ⁊ lyciam ⁊ alicarnaſim ⁊ rho-
dum ⁊ faſelida ⁊ choo ⁊ ſidem ⁊ arado ⁊ gortinaz
⁊ enidum ⁊ cyprum ⁊ cyrenem.Exemplum autez
illorum ſcripſerunt Symoni principi ſacerdotuz
⁊ populo iudeorum.Antiochus autem rex appli
E cuit caſtra in doran,ſecundo admouens ei ſemper
manus ⁊ machinas faciens:⁊ concluſit triphonē
ne procederet:⁊ miſit ad eū Symon duo milia vi
rorum electorum in auxilium ⁊ argentum ⁊ aurū
⁊ vaſa copioſa: ⁊ noluit ea accipe:ſʒ rupit omnia
que pactus eſt cum eo antea et alienauit ſe ab eo.
Et miſit ad eum athenobiū vnum de amicis ſuis
vt tractaret cum ipſo dicens.Vos tenetis ioppē
⁊ gazaram ⁊ arcem que eſt in Hieruſalem ciuita-
tes regni mei:fines earum deſolaſtis ⁊ feciſti pla
gam magnam in terra:⁊ dominati eſtis per loca
multa in regno meo. Nunc ergo tradite ciuita-
tes quas occupaſtis: et tributa locorum quibus
dominati eſtis extra fines iudee .Sinautem:da-
te pro illis quingenta talenta argenti: ⁊ extermi
nij quod exterminaſtis:et tributorum ciuitatum
F alia talenta quingenta.Sinautem veniemus et
expugnabimus vos.Et venit athenobius ami-
cus regis in Hieruſalem:⁊ vidit gloriam Symo-
nis ⁊ claritatem in auro et argento:⁊ apparatū
copioſum et obſtupuit:⁊ retulit ei verba regis.
Et reſpondit ei Symon:et dixit ei.Neq₃ alienā
terram ſumpſimus:neq₃ alienaz detinemus: ſed
hereditatem patrum noſtrorū que iniuſte ab ini-
micis noſtris aliquo tempore poſſeſſa eſt. Nos
vero tempus habentes vendicamus hereditatez
patrum noſtrorum.Nam de ioppe et gazara:que
expoſtulas:ipſi faciebant in populo plagam ma-
gnam:⁊ in regione noſtra:horum damus talenta
centum.Et non reſpondit ei athenobius verbū.
Reuerſus eſt autem cum ira ad regem renuncia- G
uit,ei verba iſta ⁊ gloriam Symonis ⁊ vniuerſa
que vidit:⁊ iratus eſt rex ira magna.Triphon au
tem fugit naui in orthoſaida.Et conſtituit rex cē
debeum ducem maritimum ⁊ exercitum peditum
⁊ equitum dedit illi. Et mandauit illi mouere ca
ſtra ꝯ faciē iudee:⁊ mandauit ei edificare cedro-
nez et obſtruere portas ciuitatis et debellare po
pulum. Rex autem perſequebatur triphonez.Et
peruenit cendebeus iamniam:⁊ cepit irritare ple
bem et conculcare iudeam et captiuare populuz
⁊ interficere ⁊ edificare cedronem. Et collocauit
illic equites et exercitum : vt egreſſi preambula-
rent viam iudee ſicut conſtituit ei rex.

¶ Capituli Summarium. ¶ Duos filios mi
ſit Symon ad debellanduz cendebeum ducem:
q̄ iudas filius Symonis vulneratus eſt :occidit
Symon cū filijs ſuis in cōuiuio:iohānes fili' Sy
monis ſuccedit prī ſuo in ꝓncipatu ſacerdotum.

Capitulum.xvj.

t aſcendit Johan- A
nes de gazaris ⁊ nunciauit ſi-
moni patri ſuo que fecit cende
beus in populo ipſorum.Et vo
cauit ſimon duos filios ſuos ſe
niores iudam ⁊ iohannem ⁊ ait
illis.Ego ⁊ fratres mei ⁊ do-
mus patris mei expugnanimus hoſtes iſrael ab
adoleſcentia vſq₃ in hunc diem:⁊ proſperatuz eſt
in manibus noſtris liberare iſrael aliquotiens.
Nunc autem ſenui:ſed eſtote in loco meo ⁊ fra-
tris mei:⁊ egreſſi pugnate pro gente noſtra.Au-
xilium vero de celo vobiſcum ſit.Et elegit de re-
gione viginti milia virorum belligeratorū ⁊ equi
tes:⁊ profecti ſunt ad cendebeum ⁊ dormierunt
in modin.Et ſurrexerunt mane ⁊ abierūt in cam
pum.Et ecce exercitus copioſus in obuiam illis
peditum ⁊ equitum:⁊ fluuius torrens erat inter B
medium ipſorum.Et admouit caſtra contra fa-
ciem eoꝝ ipſe ⁊ populus eius:⁊ vidit populuz tre
pidantem ad tranfretandum torrentem ⁊ tranſ-
fretauit primus.Et viderunt eum viri ⁊ tranſie-
runt poſt eum.Et diuiſit populum ⁊ equites in
medio peditum.Erat autem equitatus aduerſa
riorūz copioſus nimis.Et exclamauerunt ſacris

tubis:⁊ in fugam conuerſus eſt cendebeus ⁊ ca-
ſtra eius:⁊ ceciderunt ex eis multi vulnerati:reſi-
dui autem in munitionem fugerunt. Tunc vulne-
ratus eſt iudas frater iohannis. Johãnes autem
inſecutus eſt eos donec venit cedronem quẽ edifi
cauit:⁊ fugerũt vſq; ad turres que erant in agris
azoti ⁊ ſuccendit eas igni. Et ceciderunt ex illis
duo milia virorum ⁊ reuerſus eſt in iudeam in pa
ce:⁊ ptolomeus filius abobi conſtitutus erat dux
C in campo hiericho:⁊ habebat argentum ⁊ aurum
multum. Erat enim gener ſummi ſacerdotis : et
exaltatum eſt cor eius ⁊ volebat obtinere regio-
nem et cogitabat dolum aduerſum Symonem ⁊
filios eius vt tolleret eos. Symon autem peram
bulans ciuitates que erant in regione iudee:⁊ ſol
licitudinem gerens earum deſcendit in hiericho:
ipſe ⁊ matathias filius eius ⁊ iudas anno cente-
ſimo ſeptuageſimoſeptimo mẽſe vndecimo. Hic
eſt mẽſis ſabath. Et ſuſcepit eos filiꝰ abobi mu
niciunculam que vocatur doch cum dolo quam
edificauit:⁊ fecit eis conuiuium magnum ⁊ abſcõ
dit illic viros:⁊ cum inebriatus eſſet ſimon ⁊ filij
eius:ſurrexit ptolomeus cum ſuis ⁊ conſumpſe-
runt arma ſua:⁊ intrauerunt in conuiuium: ⁊ oc
ciderunt eũ ⁊ duos filios eius et quoſdã pueros
D eius. Et fecit deceptionem magnam in iſrael: et
reddidit mala pro bonis . Et ſcripſit hec ptolo-
meus ⁊ miſit regi vt mitteret ei exercitum in au-
xilium ⁊ traderet ei regionem et ciuitates eorum
et tributa . Et miſit alios in gazaram tollere Jo
hannem et tribunis miſit epiſtolas vt venirent
ad ſe et daret eis argentum et aurum et dona.
Et alios miſit occupare Hieruſalem ⁊ montẽ
templi. Et precurrens quidam nunciauit Johã
ni in gazara q: perijt pater eius ⁊ fratres eius et
quia miſit te quoq; interfici. Ut audiuit autem
vehementer expauit:et comprehendit viros qui
venerant perdere eum et occidit eos. Cognouit
enim quia querebant eum perdere . Et cetera
ſermonum Johannis et bellorum eius et bona-
rum virtutum quibus fortiter geſſit et edificij
murorum quos extruxit et reruʒ geſtarum eius:
ecce hec ſcripta ſunt in libro dieruʒ ſacerdotij eiꝰ:
ex quo factus eſt princeps ſacerdotum poſt pa-
trem ſuum .

Explicit liber primus machabeorum.

Incipit ſecundus liber machabeorum.

Capituli Summarium. Judeis in egy-
pto dicunt iudei qui ſunt hieroſolymis ſalutem:
ꝙ Antiochus occiſus eſt in templo nanee : ⁊ qui
cum eo erant:de igne ſacrificij abſcondito in pu-
teo:oratio neemie talis erat:ꝙ regi perſaruʒ ma
nifeſtum factum eſt miraculum mutatiõis ignis
et aque et econuerſo.

Capitulum. i.

Ratri-
bus qui ſũt
per egyptũ
iudeis ſalu-
tem dicunt
fratres qui
ſunt in hie-
roſolymis iu
dei ⁊ qui in
regione iu-
dea ⁊ pacem
bonam. Be
ne faciat vobis deus:⁊ meminerit teſtamen
ti ſui qđ locutus eſt ad Abraã ⁊ Jſaac ⁊ Ja
cob ſeruorum ſuorũ fideliuʒ ⁊ det vobis cor
omnibus vt colatis eum:⁊ faciatis eius vo-
luntatẽ corde magno ⁊ animo volenti. Ada-
periat cor veſtruʒ in lege ſua:et in preceptis
ſuis:⁊ faciat pacem. Exaudiat orationes ve
ſtras : et reconcilietur vobis nec vos deſe-
rat in tempore malo. Et nũc hic ſumus orã
B tes pro vobis. Regnãte demetrio anno cen-
teſimo ſexageſimonono nos iudei ſcripſimꝰ
vobis in tribulatõe ⁊ impetu qui ſuperuenit
nobis in iſtis annis:ex quo receſſit Jaſon a
ſctã terra ⁊ a regno. Portã ſuccẽderũt ⁊ effu
derunt ſanguinẽ innocẽtẽ. Et orauimus ad
dñm ⁊ exauditi ſumus:⁊ obtulimus ſacrifici
um ⁊ ſimilaginem:⁊ accẽdimus lucernas:et
propoſuimꝰ panes. Et nũc frequentate dies
ſcenophegie menſis caſleu. Anno centeſimo
octogeſimooctauo: ppl's qui eſt hieroſoly-
mis ⁊ in iudea ſenatuſq; ⁊ iudas: ariſtobolo
magiſtro ptolomei regis q̇ eſt de genere chri
ſtorũ ſacerdotũ:⁊ his q̇ in egypto ſunt iude-
is:ſalutẽ ⁊ ſanitatẽ. De magnis periculis a C
deo liberati magnifice grãs agimꝰ ipſi:vtpo
te qui aduerſus talẽ regẽ dimicauimus. Jpſe
eñi ebullire fecit de pſide eos qui pugnauerũt
cõtra nos ⁊ ſanctã ciuitatẽ. Naʒ cũ in perſi
de eſſet dux ipſe:⁊ cũ ipſo immẽſus exercitꝰ
cecidit in tẽplo nanee:cõſilio deceptus ſacer
dotis nanee. Etenĩ cũ ea habitaturus ve-
nit ad locũ antiochus ⁊ amici eius ⁊ vt acci-
peret pecũias multas dotis noĩe. Cũq; pro-
poſuiſſent eas ſacerdotes nanee:⁊ ipſe cum
paucis ingreſſus eſſet itra ambitum phani:
clauſerũt tẽplũ. Cũ aũt itraſſet antiochꝰ oper D
toq; occlũſo aditu tẽpli mittentes lapides p
cuſſerũt ducẽ:⁊ eoſq́ cũ eo erãt:⁊ diuiſerũt mẽ
bratim ⁊ capitibꝰ ãputatis foras proiecerũt.
Per oĩa bñdictꝰ deꝰ q̇ tradidit ĩpios. Factu
ri igit̃ q̃nta ⁊ viceſima die mẽſis caſleu: puri
ficationẽ tẽpli neceſſariũ duximus ſignifica
re vobis vt ⁊ vos ꝙ agatis diẽ ſcenophegie:
⁊ diem ignis qui datus eſt q̃n neemias edifi
cato tẽplo ⁊ altari obtulit ſacrificia. Nã cũ i i.q.i.c. ſicut eunuchus.

perfidem ducerentur patres noſtri : ſacerdotes qui tunc cultoꝛes dei erant: acceptuꝫ ignē de altari occulte abſcōderūt in valle vbi erat puteus altus ⁊ ſiccus: ⁊ in eo cōtutati ſunt eū: ita vt oibus
C ignotus eſſet locus. Cum autē preteriſſent anni multi: ⁊ placuit deo: vt mitteretur neemias a rege perſidis nepotes ſacerdotū illoꝛū qui abſconderant miſit ad requirendū ignem: ⁊ ſicut narrauerunt nobis non inuenerūt ignem ſed aquam craſſaꝫ. Et iuſſit eos haurire ⁊ afferre ſibi: et ſacrificia que impoſita erant iuſſit ſacerdos neemias aſpergi ipſa aqua ⁊ ligna: ⁊ que erant ſup poſita. Utqꝫ hoc factū eſt : et tp̄s affuit quo ſol refulſit : qui pꝛius erat in nubilo accenſus eſt ignis magn⁹ ita vt oēs mirarētur. Orōnem aūt faciebant oēs ſacerdotes dū cōſūmaret ſacrificiū ionate inchoante: ceteris autem reſpōdētibus.
F Et neemie erat orō hūc habens modū. Dn̄e de⁹ oīm creatoꝛ terribilis ⁊ foꝛtis iuſtus ⁊ miſericoꝛs qui ſolus es bon⁹ rex: ſolus pꝛeſtās: ſolus iuſtus ⁊ op̄s ⁊ eternus: ⁊ qui liberas iſrael de omni malo: qui feciſti p̄res electos: ⁊ ſanctificaſti eos: accipe ſacrificiū pꝛo vniuerſo populo tuo iſrael ⁊ cuſtodi partē tuā ⁊ ſanctifica. Cōgrega diſperſionē noſtrā: libera eos qui ſeruiunt gentibus: ⁊ contēptos ⁊ abominatos reſpice vt ſciant gentes : qꝛ tu es deus noſter. Afflige oppꝛimentes nos ⁊ contumeliam facientes in ſuperbia. Conſtitue populum tuuꝫ in loco ſancto tuo: ſicut dixit Moyſes.
B Sacerdotes aūt pſallebāt hymnos vſqꝫ quo conſumptum eſſet ſacrificiū. Cū aūt cōſumptū eſſet ſacrificium: ex reſidua aqua neemias iuſſit lapides maioꝛes perfundi. Quod vt factuꝫ eſt : ex eis flamma accēſa eſt: ſed ex lumine quod refulſit ab altari conſumpta eſt. Ut vero manifeſtata eſt res renunciatum eſt regi perſarum ꝙ in loco in quo ignem abſconderant hi qui tranſlati fuerant ſacerdotes: aqua apparuit de qua neemias: et qui
j.q.i.c. ſicut cum eo erant purificauerunt ſacrificia. Conſide-
eunuchus rans autem rex ⁊ rem diligenter examinans : fecit ei templum vt pꝛobaret quod factum erat: et cum pꝛobaſſet: ſacerdotibus donauit multa bona et alia atqꝫ alia munera: et accipiēs manu ſua tribuebat eis. Appellauit autem neemias hunc locum nepthar: quod interpꝛetatur purificatio. Uocatur autem apud plures nephi.

C Capituli Summarium. C Ubi arca ⁊ altare īcluſa ſit in monte a hierimia pphēta de ǭnqꝫ libꝛis iaſonis in vnum redactis. Capl'm. ij.

A Inuenitur autem in deſcriptionibus hieremie pꝛophete ꝙ iuſſit eos ignem accipere qui tranſmigrabantur: vt ſignificatum eſt: ⁊ vt mādauit trāſmigratis. Et dedit illis legem ne obliuiſcerent̄ pꝛecepta dn̄i: ⁊ vt nō exerrarent mentibus videntes ſimulachꝛa aurea et argentea ⁊ oꝛnamenta eoꝛum. Et alia huiuſmodi: dicens: hoꝛtabatur ne legē amouerent a coꝛde ſuo. Erat autē ipſa ſcriptura quomodo tabernaculū ⁊ arcam iuſſit pꝛopheta diuino reſponſo a ſe facto comitari ſecum vſqꝫ quo exijt in montem: in quo moyſes aſcendit ⁊ vidit
dei hereditatem. Et veniens ibi hieremias inuenit locum ſpelunce: ⁊ tabernaculum ⁊ arcam ⁊ altare incenſi intulit illuc: ⁊ oſtiuꝫ obſtruxit. Et acceſſerunt quidam ſimul qui ſequebantur vt notarent ſibi locū: ⁊ non potuerūt inuenire. Ut au- Deute xxxiiij.
B tem cognouit hieremias culpans illos : dixit ꝙ ignotus erit locus donec congreget deus cōgregationem populi: ⁊ pꝛopitius fiat. Et tūc dominus oſtēdet hec: ⁊ apparebit maieſtas dn̄i: ⁊ nubes erit ſicut ⁊ moyſi manifeſtabatur: ⁊ ſicut cuꝫ Salomon petijt vt locus ſanctificaretur magno deo manifeſtabat hec. Magnifice etenim ſapientiam tractabat: ⁊ vt ſapientiā habēs: obtulit ſacrificium dedicationis ⁊ cōſummationis templi. iij. reg viij.
Sicut ⁊ moyſes oꝛbat ad dn̄m ⁊ deſcendit ignis de celo ⁊ cōſumpſit holocauſtū ſic ⁊ ſalomon oꝛauit: ⁊ deſcēdit ignis de celo: ⁊ cōſumpſit holocauſtū. Et dixit moyſes eo ꝙ nō ſit comeſtū qd̄ erat pꝛo peccato conſumptū eſt. Similiter ⁊ ſalomon octo diebus celebꝛauit dedicationē. Inferebant̄ autem in deſcriptionibus ⁊ cōmētarijs neemie hec eadē: ⁊ qualiter cōſtruēs bibliothecā cōgregauit de regionibus libꝛos ⁊ pphetarū ⁊ dauid ⁊ D
epiſtolas reguꝫ ⁊ de donarijs. Similiter aūt ⁊ iudas ea que didicerat per bellū qd̄ nobis acciderat cōgregauit oīa: ⁊ ſunt apud nos. Si ergo deſideratis hec mittite qui perferant vobis. Acturi itaqꝫ purificationē ſcripſim⁹ vobis. Bene ergo facietis ſi egeritis hos dies. Deus autē qui liberauit populum ſuū ⁊ reddidit hereditatē oībus: ⁊ regnū: ⁊ ſacerdotiū ⁊ ſanctificationē ſicut pmiſit in lege: ſperamus ꝙ cito noſtri miſerebit̄: ⁊ cōgregabit de ſub celo in locū ſanctū. Eripuit eniꝫ E
precioſa margarita: abijt ⁊ vendidit oia que ha-
buit ⁊ emit eam. Iterum ſimile eſt regnum celo-
rum ſagene miſſe ī mare: ⁊ ex omni genere piſciū
congreganti. Quam cum impleta eſſet educētes xxiiij. q.j.
⁊ ſecus littus ſedentes: elegerūt bonos in vaſa: quiſquis.
malos autem foras miſerunt. Sic erit in conſum G
matione ſeculi. Exibunt angeli ⁊ ſeparabūt ma
los de medio iuſtorū ⁊ mittent eos in caminum
ignis. Ibi erit fletus ⁊ ſtridor dentium. Intelle- j.xxij.b.
xiſtis hec oia. Dicunt ei: etiam. Ait illis. Ideo xxv.c.
omnis ſcriba doctus in regno celorū ſimilis eſt
homini patrifamilias q̄ profert de theſauro ſuo
noua ⁊ vetera. Et factum eſt cum conſummaſſet
ieſus parabolas iſtas: tranſijt inde. Et veniens Mar.vj.a.
in patriam ſuam docebat eos in ſynagogis eo- Lu.iiij.c.
rum: ita vt mirarentur ⁊ dicerent. Unde huic ſa- ⁊.d.
pientia hec ⁊ virtutes. Nonne hic eſt fabri filiꝰ. Joh.iiij.
Nonne mater eius dicitur maria ⁊ fratres eius Mar.vj.
iacobus ⁊ ioſeph ⁊ ſimon ⁊ iudas: ⁊ ſorores eius Lu.x.d.
nonne omnes apud nos ſunt. Unde ergo huic Joh.vj.
omnia iſta: ⁊ ſcandalizabantur in eo. Ieſus aūt
dixit eis. Non eſt propheta ſine honore niſi ī pa Mar.vj.
tria ſua ⁊ in domo ſua. Et non fecit ibi virtutes Lu.iiij.d.
multas propter incredulitatem illorum. Joh.iiij.

j.q.j.c.
C Capituli. Summarium. C De iohannis paulianiſt.
capite in diſco: ⁊ quinq; panibus ⁊ duobus pi-
ſcibus in quinq; milia virorum: ieſus ſupra mare
ambulat: ⁊ petrum mergentem apprehendit: et
in terra geneſar multos languores curat.

Capitulum.xiiij.

H

In illo tem-
pore: audiuit hero
des tetrarcha fa- Mar.vj.b.
mam Jeſu: ⁊ ait Lu.ix.a.
pueris ſuis. Hic eſt iohannes Mar.vj.
baptiſta ipſe ſurrexit a mortu- Lu.iij.d.
is: ⁊ ideo virtutes operantur
in eo. Herodes enim tenuit io
hannem ⁊ alligauit eum: ⁊ po
ſuit in carcerem propter hero
diadem vxorem fratris ſui. Dicebat enim illi io- xxvj.diſt.
hannes. Non licet tibi habere eam. Et volens vna.
illum occidere timuit populum: q: ſicut prophe-
tam eum habebant. Die autē natalis herodis
ſaltauit filia herodiadis in medio: ⁊ placuit he- xxij.q.iiij.
rodi. Unde cum iuramento pollicitus eſt ei dare eſt etiā
quodcunq; poſtulaſſet ab eo. At illa p̄monita a vnuſquiſq;

matre ſua. Da mihi inq̇t hic in diſco caput iohā
nis baptiſte. Et ↄtriſtatus eſt rex: ꝑpter iuſiurā-
dū aūt ⁊ ꝑpter eos q̄ pariter recūbebant iuſſit
B dari. Miſitq; ⁊ decollauit iohānē in carcere. Et
Mar.vj.b. allatū eſt caput eius in diſco: ⁊ datū eſt puelle ⁊
illa attulit matri ſue. Et accedētes diſcipuli eꝰ:
Lu.ix.b. tulerunt corpus eius ⁊ ſepelierūt illud: ⁊ venien
Joh.vj.a. tes nunciauerūt ieſu. Quod cū audiſſet ieſus: ſe
ceſſit inde in nauicula in locū deſertū deorſum.
Et cū audiſſent turbe: ſecute ſunt euz pedeſtres
de ciuitatibus. Et exiens vidit turbā multam: ⁊
Mar.vj.c. miſertus eſt eis ⁊ curauit languidos eoꝝ. Veſpe
Lu.ix.b. re aūt facto acceſſerunt ad eū diſcipuli eꝰ dicen
Joh.vj.a. tes. Deſertus eſt locus ⁊ hora iam preterijt: ⁊
dimitte turbas vt euntes in caſtella emant ſibi
eſcas. Jeſus autem dixit eis. Nō habēt neceſſe
ire: date illis vos manducare. Reſponderunt ei.
Nō habemus hic niſi quinq; panes ⁊ duos pi-
ſces. Qui ait eis. Afferte mihi illos huc. Et cum
iuſſiſſet turbā diſcūbere ſup fenum: acceptis qn-
q; panibus ⁊ duobus piſcibus: aſpiciens ī celum
benedixit ⁊ fregit ⁊ dedit diſcipulis ſuis panes
C diſcipuli aūt dederunt turbis. Et manducaue-
runt oēs ⁊ ſaturati ſunt. Et tulerūt reliq̄as duo
decim cophinos fragmentorum plenos. Man-
mar.vj.f. ducantium autem fuit numerus quinq; milia vi
rorum: exceptis mulieribus ⁊ paruulis. Et ſtatiꝫ
compulit ieſus diſcipulos aſcendere in nauicu-
Luc.v.c.et vj.b. lam: ⁊ precedere eum trans fretum donec dimit-
teret turbas. Et dimiſſa turba aſcendit in mon-
Joh.vj.b. tem ſolus orare. Veſpere auteꝫ facto ſolus erat
mar.vj.g. ibi. Nauicula autem in medio mari iactabatur
fluctibus. Erat enim cōtrarius ventus. Quarta
aūt vigilia noctis venit ad eos ambulans ſupra
mare. Et videntes eum ſupra mare ambulanteꝫ
turbati ſunt. dicentes: q: phantaſma eſt. Et pre
timore clamauerunt. Statimq; ieſus locutus eſt
eis dicens. Habete fiduciam: ego ſum. nolite ti-
D mere. Reſpondens autem petrus: dixit. Dn̄e ſi
tu es: iube me venire ad te ſuper aquas. At ipſe
ait. Veni ⁊ deſcendens petrus de nauicula: am-
bulabat ſuper aquam vt veniret ad ieſuꝫ. Vidēs
vero ventū validuꝫ timuit. Et cū cepiſſet mergi
clamauit: dicēs. Dn̄e ſaluuꝫ me fac. Et cōtinuo
ieſus extendens manum apprehendit eum: ⁊ ait
illi. Modice fidei: quare dubitaſti. Et cum aſcen
mar.vj.g. diſſet in nauiculā ceſſauit ventus. Qui aūt in na
Lu.v.d. uicula erāt: venerunt ⁊ adorauerunt eum: dicen-
tes. Vere filius dei es. Et cum tranſfretaſſent ve
nerunt in terram geneſar. Et cum cognouiſſent
eum viri loci illius. miſerūt in vniuerſam regionē
illam: ⁊ obtulerūt ei omnes male habentes: ⁊ ro
gabāt eū vt vel fimbriā veſtimēti eius tangerēt.
Et quicunq; tetigerunt: ſalui facti ſunt.

C Capi. Sū. C De manibus lauādis: de his q̄
de ore exeunt: q: coinquināt nō q̄ intrant in ho-
minem: filiā mulieris ſyrophenīſſe a demonio cu
rat: ⁊ ſecus mare galilee claudos: cecos ⁊ mutos
ſanat: de ſeptē panibus ⁊ paucis piſciculis quat
tuor milia hominum ſatiauit. Capitulū. xv.

Tunc acceſſerūt ad euꝫ A
ab hieroſolymis ſcribe ⁊ phari- mar.vij.b.
ſei: dicentes. Quare diſcipuli tui
tranſgrediuntur traditiones ſe-
niorum. Non enim lauant ma-
nus ſuas cum panem manducant. Ipſe autem
reſpondens: ait illis. Quare ⁊ vos tranſgredimi
ni mandatum dei propter traditionem veſtram.
Nam deus dixit. Honora patrem et matrem: et Exo.xx.b.
qui maledixerit patri vel matri: morte moriatur. Deu.v.b.
Vos autem dicitis. Quicunq; dixerit patri vel mar.vij.b.
matri munus quodcunq; eſt ex me tibi proderit:
⁊ non honorificabit patrem ſuum aut matrē ſuā.
⁊ irritum feciſtis mandatum dei: propter tradi-
tionem veſtram. Hypocrite: bene prophetauit
de vobis eſaias: dicens. Populus hic labijs me Eſa.xxix.d
honorat: cor autem eorum: longe eſt a me. Sine
cauſa autem colunt me: docentes doctrinas: et
mandata hominuꝫ. Et conuocatis ad ſe turbis. B
dixit eis. Audite et intelligite. Non quod intrat
in os coinquinat hominem: ſed quod procedit xj.qō.iij.c.
ex ore hoc coinquinat hominem. Tunc acceden- inter
tes diſcipuli eius dixerunt ei. Scis: q: phariſei verba.
audito verbo hoc ſcandalizati ſunt. At ille reſpō De voto.
dens: ait. Omnis plantatio quam non planta- c.magne.
uit pater meꝰ celeſtis eradicabitur. Sinite illos:
ceci ſunt: ⁊ duces cecorum. Cecus autem ſi ceco Lu.vj.f.
ducatum preſtet ambo in foueam cadunt. Reſpō
dens autem Petrus: dixit ei. Ediſſere nobis pa Mar.vij.c
rabolam iſtam. At ille dixit. Adhuc et vos ſine in xxxvij.di.c.
tellectu eſtis. Non intelligitis: q: omne quod in ideo.
os intrat in ventrem vadit: ⁊ in ſeceſſum emitti- De renun.
tur. Que autem procedunt de ore: de corde exe- c. per tranſ
unt: ⁊ ea coinquinant hominem. De corde enim lationem.
exeunt cogitationes male: homicidia: adulteria:
fornicationes: furta: falſa teſtimonia: ⁊ blaſphe-
mie. Hec ſunt que coinquinant hominem. Non
lotis autem manibus manducare non coinqui
nat hominem. Et egreſſus inde Jeſus receſſit in C
partes tyri ⁊ ſidonis. Et ecce mulier chananea
a finibus illis egreſſa clamauit: dicens ei. Miſe-
rere mei domine fili dauid: filia mea male a demo
nio vexatur. Qui non reſpondit ei verbum. Et
accedentes diſcipuli eius rogabant eum: dicen- ij.q.vij.c.
tes. Dimitte eam: q: clamat poſt nos. Ipſe au- teſtes.
tem reſpondens: ait. Non ſum miſſus niſi ad Lu.xix.b.
oues que perierunt domus iſrael. At illa venit et Mar.vij.c
adorauit eum dicens. Domine adiuua me. Qui
reſpondens ait. Non eſt bonum ſumere panem
filiorū: ⁊ mittere canibus. At illa dixit. Etiā dn̄e.
Nā ⁊ catelli edunt de micis que cadunt de men-
ſa dominorum ſuorum. Tūc rn̄dens ieſus: ait illi.
O mulier magna eſt fides tua: fiat tibi ſicut vis. mar.viij.a.
Et ſanata eſt filia eius ex illa hora. Et cū trāſiiſ-
ſet inde ieſus: venit ſecus mare galilee: ⁊ aſcēdēs
in montē ſedebat ibi. Et acceſſerūt ad eū turbe
multe: habentes ſecum mutos: cecos: claudos:
debiles: ⁊ alios multos: ⁊ proiecerunt eos ad pe-
des eius: ⁊ curauit eos: ita vt turbe mirarentur
videntes mutos loquentes: claudos ambulan-

tes: cecos videntes: ⁊ magnificabant deuꝫ iſrael.
D Jeſus autē conuocatis diſcipulis ſuis dixit. Mi
mar. viij. a. ſereor turbe: q: triduo iam perſeuerant mecum ⁊
non habent quod manducent. Et dimittere eos
ieiunos nolo: ne deficiant in via. Et dicunt ei di
ſcipuli. Unde ergo nobis in deſerto panes tan-
tos vt ſaturemus turbam tantam. Et ait illis ie
ſus. Quot habetis panes. At illi dixerūt. Septē:
⁊ paucos piſciculos. Et precepit turbe vt diſcū-
berent ſuper terram. Et accipiens ſeptem panes
⁊ piſces: gratias agēs: fregit ⁊ dedit diſcipulis:
⁊ diſcipuli ſui dederunt populo. Et comederunt
omnes: ⁊ ſaturati ſunt. Et quod ſuperfuit de fra
gmentis: tulerunt ſepteꝫ ſportas plenas. Erant
autem qui manducauerunt quattuor milia ho-
minuꝫ extra paruulos ⁊ mulieres. Et dimiſſa tur
ba aſcēdit in naniculā: ⁊ venit in fines magedā.

Capituli. Summariuꝫ. De ſigno ione pro
phete: de fermento phariſeorum: de epiſcopatu
petri quem increpat: ac dicit crucem ſuam tolle-
re debere vnumquemqꝫ qui velit dominuꝫ ſequi:
⁊ dixit non viſuros quoſdam mortem: donec vi-
deant filium hominis in regno ſuo venire.

Capitulum. xvj.

A [E]T acceſſerunt ad euꝫ
mar. viij. b. phariſei ⁊ ſaducei tentantes: ⁊
Joh. vj. d. rogauerunt eum vt ſignuꝫ de ce
Lu. xij. g. lo oſtenderet eis. At ille reſpon
dens: ait illis. Facto veſpere di
citis: ſerenum erit: rubicundum
eſt enim celum: ⁊ mane: hodie
tempeſtas: rutilat enim triſte celum. Faciē ergo
celi diiudicare noſtis: ſigna autem temporuꝫ nō
poteſtis ſcire. Generatio mala ⁊ adultera ſignū
Jone. ij. a. querit: ⁊ ſignum non dabitur ei niſi ſignum ione
mar. viij. b. prophete. Et relictis illis abijt. Et cū veniſſent
mar. viij. b. diſcipuli eius trans fretum: obliti ſunt panes ac
Lu. xij. a. cipere. Qui dixit illis. Intuemini ⁊ cauete a fer-
mento phariſeorum ⁊ ſaduceorum. At illi cogita
bant inter ſe: dicentes. Quia panes non accepi-
B mus. Sciens autem ieſus: dixit. Quid cogitatis
inter vos modice fidei: q: panes non habetis.
Nondum intelligitis: neqꝫ recordamini quinqꝫ
panum in quinqꝫ milia hominum: ⁊ quot cophi-
nos ſumpſiſtis. Neqꝫ ſeptē panū in quattuor mi
lia hominū: ⁊ quot ſportas ſumpſiſtis. Quare nō
intelligitis: q: non de pane dixi vobis: cauete a
fermēto phariſeoꝝ ⁊ ſaduceoꝝ. Tūc intellexerūt:
q: nō dixerit cauēdū a fermēto panū: ſꝫ a doctri
na phariſeoꝝ ⁊ ſaduceoꝝ. Uenit aūt ieſus i ptes
ma. viij. c. ceſaree philippi: ⁊ iterrogabat diſcipulos ſuos:
Lu. ix. c. dicens. Quē dicunt hoies eſſe filiū hois. At illi
dixerūt. Alij iohānē baptiſtam: alij aūt heliā: alij
C vero hieremiā aut vnū ex pphetis. Dicit illis ie
ſus. Uos aūt quē me eſſe dicitis. Rñdens ſimon
Joh. vj. g. petrus dixit. Tu es xp̄s filius dei viui. Rñdēs aūt
ieſus: dixit ei. Beatus es ſimon bariona: q: caro
⁊ ſanguis non reuelauit tibi: ſed pater meus qui
in celis eſt. Et ego dico tibi: q: tu es petrus: ⁊ ſu
per hanc petram edificabo eccleſiaꝫ meam: ⁊ por xix. di. c.
te inferi non preualebunt aduerſus eam. Et tibi dn̄s. ⁊. xx
dabo claues regni celorum. Et qđcūqꝫ ligaueris di. c. ino
ſup terrā: erit ligatū ⁊ in celis. Et qđcūqꝫ ſolue- ⁊. c. qui
ris ſuper terram: erit ſolutuꝫ ⁊ in celis. Tunc pre
cepit diſcipulis ſuis vt nemini dicerent: q: ipſe mar. viij.
eſſet ieſus chriſtus. Exinde cepit ieſus oſtendere Lu. ix. c.
diſcipulis ſuis: q: oporteret ire hieroſolimam: et
multa pati a ſenioribus ⁊ ſcribis ⁊ principibus ſa
cerdotum: ⁊ occidi ⁊ tertia die reſurgere. Et aſſu mar. viij. d.
mens eum petrus: cepit increpare illum dicens. D
Abſit a te domine non erit tibi hoc. Qui conuer
ſus: dixit petro. Uade poſt me ſathana: ſcandalū
es mihi: q: non ſapis ea que dei ſunt: ſed ea que
hominum. Tunc ieſus dixit diſcipulis ſuis: Si mar. viij. d.
quis vult poſt me venire: abneget ſemetipſum: ⁊ Lu. xix. c.
tollat crucem ſuam ⁊ ſequatur me. Qui enim vo- ſ. x. d.
luerit animam ſuam ſaluam facere: perdet eam. Lu. xvij.
Qui autem perdiderit animaꝫ ſuaꝫ propter me:
inueniet eam. Quid enim prodeſt homini ſi vni-
uerſum mundum lucretur: anime vero ſue detri-
mentum patiatur. Aut quam dabit homo cōmu
tationem pro anima ſua. Filius enīꝫ hominis vē
turus eſt in gloria patris ſui cum angelis ſuis: ⁊ Ro. ij. a.
tunc reddet vnicuiqꝫ ſm opera eius. Amen dico mar. ix. a.
vobis: ſunt quidam de hic aſtantibus qui nō gu Lu. ix. d.
ſtabunt mortem: donec videant filium hominis
venientem in regno ſuo.

Capituli. Summariuꝫ. In monte cū moy
ſe ⁊ helia apparet: ⁊ vox de celo ad eum inde de-
ſcendentibus heliam iam veniſſe ⁊ non eſſe ſuſce
ptum manifeſtat: puerum lunaticum ſaluat: ⁊ de
fide vt granum ſynapis docet de ſtathere: de ore
piſcis.

Capitulum. xvij.

[E]T poſt dies ſex aſſum A
pſit ieſus petrum ⁊ iacobum ⁊ io- Mar. ix. a.
hannem fratreꝫ eius: ⁊ duxit illos Lu. ix. a.
in montē excelſum ſeorſum: ⁊ trāſ-
figuratus eſt ante eos. Et reſplen
duit facies eius ſicut ſol: veſtimenta autem eius
facta ſunt alba ſicut nix. Et ecce apparuerunt il-
lis moyſes ⁊ helias cum eo loquentes. Reſpon-
dens autem petrus dixit ad ieſum. Domine bo-
num eſt nos hic eſſe: ſi vis faciamus hic tria ta-
bernacula: tibi vnum: moyſi vnum: ⁊ helie vnuꝫ.
Adhuc eo loquente: ecce nubes lucida obumbra
uit eos. Et ecce vox de nube: dicens. Hic eſt fili-
us meus dilectus: in quo mihi bene complacui:
ipſum audite. Et audientes diſcipuli: ceciderunt B
in faciem ſuam ⁊ timuerunt valde. Et acceſſit
Jeſus ⁊ tetigit eos: dixitqꝫ eis. Surgite ⁊ noli-
te timere. Leuantes autem oculos ſuos neminē
viderunt: niſi ſolum Jeſum. Et deſcendentibus
illis de mōte: pcepit ieſus: dicens. Nemini dixe-
ritis viſionem: donec filius hominis a mortuis
reſurgat. Et iterrogauerūt eū diſcipuli dicētes. Mar. ix.
Quid ergo ſcribe dicūt: q heliam oporteat pri-

mum venire. At ille reſpondens: ait illis. Helias
quidem venturus eſt ⁊ reſtituet omnia. Dico au
tem vobis qꝛ helias iam venit ⁊ non cognoue-
runt eũ: ſed fecerunt in eo quecunqꝫ voluerunt.
C Sic ⁊ filius hominis paſſurus eſt ab eis. Tunc in
Mar. ix. c. Lu. ix. c. tellexerunt diſcipuli: qꝛ de iohanne baptiſta di-
xiſſet eis. Et cum veniſſet ad turbam acceſſit ad
eum homo genibus prouolutus ante eum: dicẽs
Domine miſerere filio meo: qꝛ lunaticus eſt: et
male patitur. Nam ſepe cadit in ignem: ⁊ crebro
in aquam. Et obtuli eum diſcipulis tuis. ⁊ non
Mar. ix. c. Lu. ix. c. potuerunt curare eum. Reſpondens autẽ ieſus:
ait. O generatio incredula ⁊ peruerſa: quouſqꝫ
ero vobiſcum. Uſqꝫquo patiar vos. Afferte huc
illum ad me. Et increpauit illum ieſus: ⁊ exijt ab
eo demoniũ: ⁊ curatus eſt puer ex illa hora. Tũc
acceſſerunt diſcipuli ad ieſum ſecreto: ⁊ dixerũt.
Quare nos non potuimus eijcere illum. Dicit
Lu. xvij. b. illis ieſus. Propter incredulitatem veſtrã. Amen
quippe dico vobis. Si habueritis fidẽ ſicut gra
num ſynapis: dicetis monti huic: tranſi hinc: et
tranſibit: ⁊ nihil impoſſibile erit vobis. Hoc au-
D tem genus non eijcitur: niſi per orationem et ie-
Mar. ix. c. Lu. x. c. iunium. Conuerſantibus autem eis in galilea: di
xit illis ieſus. Filius hominis tradendus eſt in
manibus hominum: ⁊ occident eum: ⁊ tertia die
reſurget. Et contriſtati ſunt vehementer. Et cũ
veniſſent capharnaum: acceſſerunt: qui didrach-
mam accipiebant ad petrum: ⁊ dixerunt ei. Ma-
giſter veſter non ſoluit didrachmam. Ait. Etiã.
Et cum intraſſet in domum: preuenit eum ieſus:
ij. q. j. c. magnum. ⁊ q. iij. c. iter h- ba. xxxiij q. vlti. c. tributum. dicens. Quid tibi videtur ſimon. Reges terre a
quibus accipiunt tributum vel cenſum: a filijs
ſuis an ab alienis. Et ille dixit. Ab alienis. Di-
xit illi ieſus. Ergo liberi ſunt filij. Ut autem non
ſcandalizemus eos vade ad mare ⁊ mitte hamũ:
et eum piſcem qui primus aſcenderit: tolle. Et
aperto ore eius inuenies ſtatherem: illum ſumẽs:
da eis pro me ⁊ te.

¶ Capituli. Summarium. ¶ De humilitate
pueri: de manu ⁊ pede et oculo eruendo: ⁊ nec cõ
temnendos paruulos: quorum angelos faciem
patris in celis ſemper videre teſtatur: correptio
fratrum qꝫ indulgere debeant alterutrum vſqꝫ
ſeptuageſieſſepties: de eo qui cõſeruum propter
denarios centum ſuffocat.

Capitulum. xviij.

A
Mar. ix. c. Lu. ix. f. IN illa hora acceſſerũt
diſcipuli ad ieſum: dicentes. Quiſ
putas maior eſt in regno celorũ.
Et aduocans ieſus paruulum ſta
tuit eum in medio eorum: ⁊ dixit.
Amen dico vobis: niſi conuerſi fueritis: ⁊ efficia-
mini ſicut paruuli: non intrabitis in regnum ce-
Mar. ix. f. Lu. xvij. a. lorum. Quicunqꝫ ergo humiliauerit ſe ſicut par-
uulus iſte: hic eſt maior in regno celorum. Et qui
ſuſceperit vnum paruulum talem in nomine meo:
me ſuſcipit. Qui autem ſcandalizauerit vnum de De renun. c. niſi.
puſillis iſtis qui in me credunt: expedit ei vt ſu-
ſpendatur mola aſinaria in collo eius: ⁊ demer- De nouo
gatur in profundum maris. Ue mundo ab ſcan- op. nũ. c. ij.
dalis. Neceſſe eſt enim vt veniant ſcandala. Ue Lu. ix. f.
rumtamen ve homini per quem ſcandalũ venit. s. v. c. B
Si autem manus tua vel pes tuus ſcandalizat xxviij. q. j. c.
te: abſcide eum ⁊ proijce abs te. Bonum eſt tibi vxor.
ad vitam ingredi debilem vel claudum: qꝫ duas
manus vel duos pedes habentem mitti in ignẽ
eternum. Et ſi oculus tuus ſcandalizat te: erue
eum ⁊ proijce abs te. Bonum eſt tibi cũ vno ocu Mar. ix. g.
lo in vitam intrare: qꝫ duos oculos habentẽ mit
ti in gehennam ignis. Uidete ne cõtẽnatis vnũ
ex his puſillis. Dico enim vobis: qꝛ angeli eorũ
in celis ſemper vident faciem patris mei qui in
celis eſt. Uenit enĩ filius hominis ſaluare quod Lu. xix. b.
perierat. Quid vobis videtur. Si fuerint alicui Lu. xv. a.
centum oues: ⁊ errauerit vna ex eis: nõne relinqt
nonaginta nouem in deſerto: ⁊ vadit querere eã
que errauit. Et ſi contigerit vt inueniat eã. Amẽ
dico vobis: qꝛ gaudebit ſuper ea magis qꝫ ſuper
nonagintanouem que non errauerunt. Sic non
eſt voluntas ante patrẽ veſtrum qui in celis eſt:
vt pereat vnus de puſillis iſtis. Si autem pecca- Lux. vij. a.
uerit in te frater tuus: vade corripe eum inter te xlv. diſtinc.
⁊ ipſum ſolum. Si te audierit: lucratus eris fra c. ſed illud.
trem tuum. Si autem te non audierit: adhibe te ij. q. j. ſi pec
cum adhuc vnum vel duos: vt in ore duorum vel cauerit.
trium teſtium ſtet omne verbũ. Quod ſi non au ij. corin. xiij
dierit eos dic eccleſie. Si autem eccleſiam non au a. xxiiij. q. j.
dierit: ſit tibi ſicut ethnicus ⁊ publicanus. Amẽ c. oibus. xx-
dico vobis: quecunqꝫ alligaueritis ſuper terram: vj. q. vij. ca.
erunt ligata ⁊ in celo: ⁊ quecunqꝫ ſolueritis ſup erga.
terram: erunt ſoluta ⁊ in celo. Iterũ dico vobis: C
qꝛ ſi duo ex vobis conſenſerint ſuper terram: de
omni re quãcũqꝫ petierint: fiet illis a patre meo Joh. xx. c.
qui in celis eſt. Ubi enim ſunt duo vel tres con xx. diſ. de q̃-
gregati in nomine meo: ibi ſum in medio eorũ. bus.
Tunc accedens petrus ad eum: dixit. Domine xxiiij. q. j. c.
quotiens peccabit in me frater meus: ⁊ dimittã audiuimꝰ ⁊
ei vſqꝫ ſepties. Dicit illi ieſus. Nõ dico tibi vſqꝫ c. alienis.
ſepties: ſed vſqꝫ ſeptuageſieſſepties. Ideo aſſi Lu. xvij. a.
milatum eſt regnum celorum homini regi: qui vo De pe. diſ.
luit rationem ponere cum ſeruis ſuis. Et cum ce iij. ca. ſepti
piſſet rationem ponere: oblatus eſt ei vnus qui es. De iu-
debebat ei decem milia talenta. Cum autem nõ reiu. c. quẽ-
haberet vnde redderet: iuſſit eum dominus venũ admodum.
dari ⁊ vxorẽ eius ⁊ filios ⁊ omnia que habebat:
⁊ reddi. Procidens autem ſeruus ille rogabat
eum: dicens. Patientiam habe in me: ⁊ omnia
reddam tibi. Miſertus autem dominus ſerui illi D
us: dimiſit eum: ⁊ debitum dimiſit ei. Egreſſus
autem ſeruus ille: inuenit vnũ de conſeruis ſuis
qui debebat ei centum denarios: ⁊ tenens ſuffo
cabat eum: dicens. Redde quod debes. Et proci
dens conſeruus eius rogabat eum dicens. Pa
tientiam habe in me: ⁊ omnia reddam tibi. Ille
autem noluit: ſed abijt ⁊ miſit eum in carcerem:
donec redderet debitum. Uidentes autem cõſer
ui que fiebant contriſtati ſunt valde: ⁊ venerunt

	⁊ narrauerunt domino suo omnia que facta fue-
	rant. Tunc vocauit illum dominus suus: ⁊ ait illi.
De pe. di.	Serue nequam: omne debitum dimisi tibi: quo-
iiij. q. i. si.	niam rogasti me. Nonne ergo oportuit ⁊ te mise-
	reri conserui tui: sicut ⁊ ego tui misertus sum. Et
	iratus dominus eius tradidit eum tortoribus
Mar. xi. d.	quoadusqꝫ redderet vniuersum debitum. Sic et
Lu. xi. b.	pater meus celestis faciet vobis: si non remiseri-
	tis vnusquisqꝫ fratri suo de cordibus vestris.

¶ Capituli. Summarium. ¶ Vxorem non debere dimitti: ⁊ de eunuchis: infantes non esse arcendos a benedictione: diuitem difficile introire in regnum celorum: ⁊ centuplum recepturus: qui omnibus renunciat.

Capitulum. xix.

A Mar. x. a.

T factum est cum cō summasset iesus sermones istos migrauit a galilea: ⁊ venit in fines iudee trans iordanem: et secute sunt eum turbe multe: ⁊ curauit eos ibi. Et accesserunt ad eum pharisei temptantes eum: ⁊ dicentes. Si licet homini dimittere vxorem suā quacunqꝫ ex causa. Qui respondens: ait eis. Nō legistis: q: qui fecit hominem ab initio: masculū ⁊ feminam fecit eos. Et dixit. Propter hoc dimittet homo patrem ⁊ matrem: ⁊ adherebit vxori sue: ⁊ erunt duo in carne vna. Itaqꝫ iā nō sunt duo: sed vna caro. Quod ergo deus coniunxit homo non separet. Dicunt illi. Quid ergo moyses mandauit dari illi libellum repudij ⁊ dimittere. Et ait illis. Quoniam moyses ad duriciam cordis vestri pmisit vobis dimittere vxores vestras: ab initio autem non fuit sic. Dico autem vobis: q: quicunqꝫ dimiserit vxorem suam nisi ob fornicationem: ⁊ aliam duxerit mechatur. Et qui dimissam duxerit: mechaꝫ. Dicunt ei discipuli eius. Si ita est causa hominis cum vxore: non expedit nubere. Qui dixit illis. Non omnes capiunt verbum istud. sed quibus datum est. Sunt enim eunuchi qui de matris vtero sic nati sunt: et sunt eunuchi qui facti sunt ab hominibus: ⁊ sunt eunuchi qui seipsos castrauerunt propter regnum celorum. Qui potest capere capiat. Tūc oblati sunt ei paruuli: vt manus eis imponeret ⁊ oraret. Discipuli autem increpabant eos. Iesus vero ait eis. Sinite paruulos ⁊ nolite eos prohibere ad me venire talium est eī regnum celorum. Et cum imposuisset eis manus: abijt inde. Et ecce vnus accedens: ait illi. Magister bone: quid boni faciā vt habeam vitam eternam. Qui dixit ei. Quid me interrogas de bono. Vnus est bonus deus. Si autem vis ad vitam ingredi: serua mandata. Dicit illi. Que. Iesus autem dixit. Non homicidium facies. Non adulterabis. Non facies furtum. Non falsum testimonium dices. Honora patrem tuum et matrem: et diliges proximum tuum sicut teipsum. Dicit illi adolescens. Omnia hec custodiui a iuuentute mea: quid adhuc mihi deest. Ait illi iesus. Si vis perfectus esse: vade ⁊ vende omnia que habes et da pauperibus ⁊ habebis thesaurum in celo: et veni sequere me. Cum audisset autem adolescens verbum: abijt tristis. Erat enim habens multas possessiones. Iesus autem dixit discipulis suis. Amen dico vobis: q: diues difficile intrabit i regnum celorum. Et iterum dico vobis. Facilius est camelum per foramen acus transire: q̄ diuitem intrare in regnum celorum. Auditis autem his discipuli mirabātur valde dicentes. Quis ergo poterit saluus esse. Aspiciens autem iesus: dixit illis. Apud homines hoc impossibile est: apud deū autem omnia possibilia sunt. Tunc respondens Petrus dixit ei. Ecce nos reliquimus omnia: et secuti sumus te. Quid ergo erit nobis. Iesus autem dixit illis: Amen dico vobis: q: vos qui secuti estis me in regeneratione: cum sederit filius hominis in sede maiestatis sue: sedebitis et vos super sedes duodecim: iudicantes duodecim tribus israel. Et omnis qui reliquerit domum vel fratres aut sorores. aut patrem aut matrem aut vxores aut filios aut agros: propter nomen meum centuplum accipiet ⁊ vitam eternam possidebit. Multi autem erunt primi nouissimi: ⁊ nouissimi primi.

Left margin notes: xxxi. distin. c. deinde. De cōsan. et affinita. c. iiij. Gen. i. d. Gen. ij. d. Eph. v. g. i. cori. vij. b. Deutero. xxiiij. a. s. v. c. Mar. x. a B Mar. x. b. Lu. xvi. d. Mar. x. b. Lu. xviij. c. Mar. x. c. Lu. xviij. d. C

Right margin notes: Mar. x. c. Lu. xij. d. Lu. xviij. d. Mar. x. c. Lu. xviij. c. D Mar. x. d. Lu. xviij. c. Lu. xxij. c. xxviij. q. i. s. i. Mar. x. d. Lu. xviij. d.

¶ Capituli. Summarium. ¶ Parabola operariorum in vineam conductorum: primos nouissimos fieri: de filijs zebedei. ⁊ de primis accubitis cene: de duob⁹ cecis secus viā sedētib⁹. Cap. xx.

A

Imile est regnum celorum homini prīfamilias qui exijt primo mane conducere operarios in vineā suam. Conuentione autē facta cum operarijs ex denario diurno misit eos in vineā suam. Et egressus circa horam tertiam: vidit alios stantes in foro ociosos ⁊ dixit illis: Ite ⁊ vos i vineā meā: ⁊ qd̄ iustū fuerit dabo vobis. Illi āt abierūt. Iterū āt exijt circa sextā ⁊ nonā horā: ⁊ fecit sil'r. Circa vndecimā vero exijt ⁊ inuenit alios stantes ⁊ dixit illis. Quid hic statis tota die ociosi. Dicūt ei. Quia nemo nos conduxit. Dixit illis. Ite ⁊ vos in vineā meam. Cum sero aūt factū esset: dicit dn̄s vinee procuratori suo. Voca operarios ⁊ redde illis mercedem: incipiens a nouissimis vsqꝫ ad primos. Cū venissent ergo qui circa vndecimā horā venerant acceperunt singulos denarios. Venientes autē ⁊ primi: arbitrati sunt q: plus essent accepturi. acceperunt autem ⁊ ipsi singulos denarios. Et accipiētes murmurabant aduersus patremfamilias dicentes. Hi nouissimi vna hora fecerūt: ⁊ pares illos nobis fecisti qui portauimus pondus diei ⁊ estus. At ille rūdens vni eorū dixit. Amice nō fa-

B

cio tibi iniuriam. Nonne ex denario conuenisti
mecum. Tolle quod tuum eſt ⁊ vade. Volo autem
Mar.x.f. et huic nouiſſimo dare ſicut ⁊ tibi. Aut non licet
Lu.xiij.f. mihi quod volo facere? Aut oculus tuus neq̃ eſt
quia ego bonus ſum. Sic erunt nouiſſimi primi:
et ṗmi nouiſſimi. Multi eñ ſũt vocati: pauci vo
electi. Et aſcendens Jeſus Hieroſolymã: aſsum
E pſit duodecim diſcipulos ſuos ſecreto et ait illis.
Mar.x.e. Ecce aſcendimus Hieroſolymam: et filius homi
Lu.xviij.c. nis tradetur principibus ſacerdotum et ſcribis:
Mar.x.e. et condemnabunt eũ morte: et tradent eum gen
tibus ad illudendum et flagellãdum et crucifigen
dum: et tertia die reſurget. Tunc acceſſit ad eum
mater filiorum Zebedei cum filijs ſuis: adorans
et petens aliquid ab eo. Qui dixit ei. Quid vis?
Ait illi. Dic vt ſedeãt hi duo filij mei vnus a dex
teram tuam et vnus ad ſiniſtram in regno tuo.
Reſpondens autem Jeſus dixit. Neſcitis quid
petatis. Poteſtis bibere calicem quem ego bibi
turus ſum. Dicunt ei. Poſſumus. Ait illis. Cali
cem quidẽ meum bibetis: ſedere autẽ ad dexte
ram meam vel ſiniſtram: non eſt meum dare vo-
D bis: ſed quibus paratum eſt a patre meo. Et au-
Mar.x.f. dientes decem indignati ſunt de duobus fratri-
Lu.xxij.c. bus. Jeſus autẽ vocauit eos ad ſe et ait. Scitis
xciij.di.c.di quia principes gentium dominantur eorum: et
aconi ſunt qui maiores ſunt poteſtatem exercent inter eos.
ix.q.iij.ca. Non ita erit inter vos. Sed quicunq̃ voluerit
nullus. inter vos maior fieri. ſit veſter miniſter. Et qui
Mar.x.g. voluerit inter vos primus eſſe: erit veſter ſeruus
Joh.x.d.⁊ Sicut filius hominis nõ venit miniſtrari ſed mi
xv.d. niſtrare: et dare animam ſuam redemptionẽ pro
Mar.x.g. multis. Et egredientibus illis ab Hiericho: ſecu
Lu.xviij.f. ta eſt eum turba multa. Et ecce duo ceci ſedẽtes
8.ix.c. ſecus viam: audierunt quia Jeſus tranſiret: et
clamauerunt dicentes. Domine miſerere noſtri
filij Dauid. Turba autẽ increpabat eos vt tace
rent. At illi magis clamabant dicentes. Domi-
ne miſerere noſtri filij Dauid. Et ſtetit Jeſus et
vocauit eos et ait. Quid vultis vt faciam vobis.
Mar.x.a. Dicunt illi. Domine vt aperiantur oculi noſtri.
Miſertus autem eorum Jeſus tetigit oculos eo
rum: Et confeſtim viderunt: et ſecuti ſunt eum.

¶ Capituli. Summarium. ¶ De aſina et pul-
lo eius: et vbi nummularios eiecit de templo: cla
mantibus pueris: oſanna: De ficu que Arida fa
cta eſt: interrogatur in qua poteſtate hec faceret
ipſe interrogat de Johannis Baptiſmate ⁊ ſub
iungens parabolaẽ hominis qui filios ſuos in vi
neam mittit: et ꝙ publicani et meretrices in re-
gno dei multos ſacerdotum et ſcribarũ ſint pre
ceſſuri: dicit Parabolam de Vinitoribus qui in
terficiunt ad ſe miſſos.

Capitulum.xxj.

In illo tem- A
pore cũ appropin Mar.xj.a.
quaſſent Hieroſo Luce.xix.c
lymis et veniſſent
Betphage ad montem Oliue
ti tunc Jeſus miſit duos diſci-
pulos ſuos dicẽs eis: Jte in ca
ſtellum quod contra vos eſt: et
ſtatim inuenietis aſinam alliga
tam et pullum cum ea: ſoluite ⁊
adducite mihi. Et ſiquis vobis aliquid dixerit di
cite quia dominus his opus habet: et confeſtim
dimittet eos. Hoc autem factum eſt vt adimplere-
tur quod dictum eſt per prophetam dicentem:
Dicite filie ſion: ecce rex tuus venit tibi manſue
tus: ſedens ſuper aſinam et pullum filium ſubiu Zach.ix.b.
galis. Euntes autem diſcipuli fecerunt ſicut pre Eſa.lxij.b.
cepit illis Jeſus: Et adduxerunt aſinam et pul- Joh.xij.b.
lum: et impoſuerunt ſuper eos veſtimenta ſua: et Mar.xj.a
eum de ſuper ſedere fecerunt. Plurima autem Luce.xvj.e
turba ſtrauerunt veſtimenta ſua in via. Alij autẽ Mar.xj.a
cedebant ramos de arboribus ⁊ ſternebãt in via Luce.xix.b
Turbe autem que precedebant et que ſequeban- Joh.xij.b
tur clamabant dicẽtes. Oſanna filio Dauid: be B
nedictus qui venit in nomine domini: Oſanna j.q.iij.c. ex
in altiſſimis. Et cum intraſſet Hieroſolimam: multis.xvj.
commota eſt vniuerſa ciuitas dicens. Quis eſt q.vij.c. ⁊ h̃
hic? Populi autem dicebant. Hic eſt Jeſus pro dicimus.
pheta a nazareth galilee: Et intrauit Jeſus in Mar.xj.b
templum dei: et eijciebat omnes vendẽtes ⁊ emẽ Lu.xix.g.
tes in templo et menſas nũmulariorum: et cathe Joh.ij.c.
dras vendẽtium columbas euertit. Et dixit eis. Eſa.lix.c.
Scriptum eſt domus mea domus orationis vo- Hier.vij.b
cabitur: vos autem feciſtis illam ſpeluncaẽ latro Mar.xj.c.
num. Et acceſſerunt ad eum ceci ⁊ claudi in tem Luce.xx.g.
plo: et ſanauit eos. Videntes autẽ principes ſa Ps.viij.a.
cerdotum ⁊ ſcribe mirabilia que fecit ⁊: pueros Mar.xj.d.
clamantes in templo et dicentes: Oſanna filio
Dauid: indignati ſunt. Et dixerunt ei. Audis
quid iſti dicunt Jeſus autem dixit eis. Vtiq̃.
Nunq̃ legiſtis: quia ex ore infantium et lacten-
tium perfeciſti laudem et relictis illis abijt foris
extra ciuitatem in bethaniã: ibiq̃ mãſit. Mane
autẽ reuertens in ciuitatẽ eſuriit. Et vidẽs fi Mar.xj.b.
ci arborẽ vnã ſecus viam: venit ad eaẽ: ⁊ nihil in Lu.xiij.b.
uenit in ea niſi folia tantuẽ. Et ait illi. Nunq̃ ex
te fructus naſcatur in ſempiternũ et areſacta eſt
continuo ficulnea. Et videntes diſcipuli: mirati
ſunt dicentes. Quomodo continuo aruit Rñdẽs Mar.xj.c.
autẽ Jeſus: ait eis. Amen dico vobis ſi habue- Lu.xvij.b.
ritis fidem ⁊ non heſitaueritis: non ſolũ de ficul E
nea facietis: ſꝫ ⁊ ſi monti huic dixeritis tolle ⁊ ia Mar.xj.c.
cta te i mar̃: fiet. Et oia q̃cũq̃ petieritis i oi orõ Joh.xiiij.
ne credẽtes accipietis. Et cũ veniſſet i tẽplũ: ac b.⁊.xvj.e.
ceſſerũt ad eũ docẽtẽ pricipes ſacerdotũ ⁊ ſenio Mar.xj.d.
res populi dicentes. Jn qua poteſtate hec facis Lu.xx.a.
Et quis tibi dedit hanc poteſtatẽ. Rñdẽs autẽ
Jeſus dixit eis. Jnterrogabo vos ⁊ ego vnũ ſer
monẽ: quem ſi dixeritis mihi: ⁊ ego vobis dicaẽ
in qua poteſtate hec facio. Baptiſmꝰ Johãnis

vnde erat: e celo an ex hominibus. At illi cogita
bant inter ſe: dicentes. Si dixerimus e celo: di-
ꝫ.xiiij.a. cet nobis Quare ergo non crediſtiſtis illi. Si au
D tem dixerimus ex hominibus: timemus turbam.
Omnes enim habebant iohānem ſicut prophe-
tam. Et reſpondentes ieſu dixerunt Neſcimus.
Ait illis ⁊ ipſe. Nec ego dico vobis in qua pote-
ſtate hec facio. Quid autem vobis videtur. Ho-
mo quidam habebat duos filios: ⁊ accedens ad
primum: dixit Fili: vade hodie operari in vineaꝫ
meam. Ille autem reſpōdens ait. Nolo. Poſtea
autem penitentia motus abijt. Accedens autem
ad alteruꝫ: dixit ſimiliter. At ille reſpondens ait.
Eo domine. Et non iuit. Quis ex duobus fecit
voluntatem patris. Et dicunt ei. Primus. Di-
cit illis ieſus. Amē dico vobis: q: publicani ⁊ me
retrices precedent vos in regno dei. Venit enim
ad vos iohānes in via iuſticie: ⁊ non credidiſtis
E ei: publicani autem ⁊ meretrices crediderunt ei:
mar.xij.a. vos autem videntes nec penitentiam habuiſtis:
Lu.x.b. poſtea vt crederetis ei. Aliam parabolam audi-
te. Homo erat paterfamilias q̄ plantauit vineaꝫ
⁊ ſepem circumdedit ei: ⁊ fodit in ea torcular: et
edificauit turrim: ⁊ locauit eaꝫ agricolis: ⁊ pegre
J.xxij.a. profectus eſt. Cū autē tp̄us fructuum appropin
quaſſet: miſit ſeruos ſuos ad agricolas: vt acci-
perent fructus eius. Et agricole apprehenſis ſer
uis eius: alium ceciderunt: aliū occiderunt: aliuꝫ
vero lapidauerunt. Iterū miſit alios ſeruos plu
res priorib⁹: ⁊ fecerunt illis ſilr̄. Nouiſſime au
tem miſit ad eos filium ſuum dicens: verebuntur
mar.xij.a. forte filium meum. Agricole autem videntes fi-
lium: dixerunt intra ſe. Hic eſt heres: venite occi
damus eum: ⁊ habebimus hereditatem eius. Et
apprehenſum eum eiecerunt extra vineam: ⁊ occi
derunt. Cum ergo venerit dominus vinee quid
faciet agricolis illis. Aiunt illi. Malos male per
det: ⁊ vineam ſuam locabit alijs agricolis: q̄ red-
F dant ei fructum temporibus ſuis. Dicit illis ie-
Ps̄. cxvij. ſus. Nunꝗ̄ legiſtis in ſcripturis. Lapidem quem
mar.xij.a reprobauerunt edificantes: hic factus eſt in ca-
Lu.xx.c. put anguli. A domino factum eſt iſtud ⁊ eſt mira
xxiij.q. vij. bile in oculis noſtris. Ideo dico vobis q: aufere
c.ij. tur a vobis regnum dei: ⁊ dabitur genti facienti
fructus eius. Et qui ceciderit ſuper lapidē iſtum
confringetur: ſuper queꝫ vero ceciderit: conteret
eum. Et cum audiſſent principes ſacerdotum ⁊
mar.xj. phariſei parabolas eius cognouerunt ꝙ de ipſis
c.xij.a. diceret. Et querentes eum tenere: timuerunt tur
Lu.xix.g. bas: quoniam ſicut prophetam eum habebant.
xx.c.⁊.xxiij Et reſpondens Ieſus: dixit iterum in parabolis
a. eis dicens.
Joh.vij.d.
⁊.g.⁊.viij.c

¶ Capituli. Summarium. ¶ Parabola vbi inuitati contemnunt venire ad nuptias: de iſcriptione ⁊ imagine ceſaris: de muliere que ſeptem fratres habuit: temptatus a phariſeis interrogat eos de chriſto cuius filius eſſet.

Capitulum.xxij.

Simile factū eſt regnū A Lu. xiiij.
celoꝝ homini regi q̄ fecit nuptias apoc.xix.
filio ſuo: ⁊ miſit ſeruos ſuos voca-
re inuitatos ad nuptias ⁊ nolebāt
venire. Iterū miſit alios ſeruos:
dicens. Dicite inuitatis. Ecce prandium meum
paraui: tauri mei ⁊ altilia occiſa ſunt ⁊ omnia pa
rata: venite ad nuptias. Illi autem neglexerunt
⁊ abierunt: alius in villam ſuam: alius vero ad ne ꝫ.xij.d.
gociationem ſuam. Reliqui vero tenuerūt ſeruos
eius ⁊ contumelijs affectos occiderunt. Rex autē
cum audiſſet iratus eſt: ⁊ miſſis exercitibus ſuis:
perdidit homicidas illos: ⁊ ciuitatem illoruꝫ ſuc-
cendit. Tunc ait ſeruis ſuis. Nuptie quidem pa-
rate ſunt: ſed qui inuitati erant: non fuerunt di-
gni. Ite ergo ad exitus viarum: ⁊ quoſcunꝗ̄ in-
ueneritis vocate ad nuptias. Et igreſſi ſerui eius
in vias: congregauerūt omnes quos inuenerūt:
malos ⁊ bonos: ⁊ implete ſunt nuptie diſcumben B
tium. Intrauit autem rex vt videret diſcumben-
tes: ⁊ vidit ibi hominem non veſtitum veſte nu-
ptiali: ⁊ ait illi. Amice quomodo huc intraſti non
habens veſtem nuptialem. At ille obmutuit. Tūc J.xxv.c.
dixit rex miniſtris. Ligatis manibus ⁊ pedibus
eius mittite eum in tenebras exteriores: ibi erit ꝫ.xx.c.
fletus ⁊ ſtridor dentium. Multi autem ſunt voca xxxv.diſt.
ti: pauci vero electi. Tunc abeuntes phariſei con eccleſie.
ſilium inierunt vt caperent eum in ſermone. Et Mar.xij.
mittunt ei diſcipulos ſuos cum herodianis: dicē Lu.xx.d.
tes. Magiſter ſcimus: quia verax es: ⁊ viaꝫ dei in
veritate doces: et non eſt tibi cura de aliquo. Nō
enim reſpicis perſonam hominum. Dic ergo no
bis quid tibi videtur: Licet cenſum dare Ceſari Mar.xij.
aut non. Cognita autem Ieſus nequitia eoruꝫ: C
ait. Quid me temptabis hypocrite. Oſtendite Ro.xiij.b.
mihi nūmiſma cenſus. At illi obtulerunt ei dena- xxiij. q.j.c.
rium. Et ait illis Ieſus. Cuius eſt imago hec et militare.
ſupſcriptio. Dicunt ei Ceſaris. Tunc ait illis. c. quid cul
Reddite ergo que ſunt Ceſaris ceſari. Et q̄ ſunt patur.
dei deo. Et audientes mirati ſunt: Et relicto eo Mar.xij.b
abierunt. In illo die acceſſerunt ad eum saducei Lu.xx.e.
qui dicunt non eſſe reſurrectionem: ⁊ interroga- Act.xxiij.b
uerunt eum dicentes. Magiſter: moyſes dixit ſi
quis mortuus fuerit non habens filium vt ducat
frater eius vxorem illius ⁊ ſuſcitet ſemen fratri
ſuo. Erant autem apud nos ſeptem fratres ⁊ pri
mus vxore ducta defunctus eſt: ⁊ non habens ſe
men reliquit vxorem ſuam fratri ſuo. Nouiſſime
autem omnium: ⁊ mulier defuncta eſt. In reſur-
rectione ergo cuius erit de ſeptem vxor. Omnes
enim habuerunt eam. Reſpondens autem ieſus
ait illis. Erratis neſcientes ſcripturas neꝗ̄ vir-
tutem dei. In reſurrectione enim neꝗ̄ nubēt ne
ꝗ̄ nubentur: ſed erūt ſicut angeli dei in celo. De
reſurrectione autem mortuorum non legiſtis qđ Exo.iij.b
dictum eſt a deo dicente vobis: Ego ſuꝫ deus ha Mar.xij.c.
braam ⁊ deus iſaac ⁊ deus iacob. Non eſt deus D
mortuorum ſed viuentium. Et audientes turbe
mirabantur de doctrina eius. Phariſei autem
audientes ꝙ ſilentium impoſuiſſet saduceis con

uenerunt in vnum. ⁊ interrogauit eum vnus ex
Deut.vj.a eis legiſdoctoꝛ temptans eum. Magiſter quod
eſt mandatum magnum in lege. Ait illi Jeſus.
Diliges dominum deum tuū ex toto corde tuo:
⁊ in tota anima tua: ⁊ in tota mente tua. Hoc eſt
maximum mandatum ⁊ primum. Secundum au-
Leui.xix.c. tem ſimile eſt huic. Diliges proximum tuū ſicut
Mar.xij.c. teipſum. In his duobus mandatis vniuerſa lex
Ro.xiij.c. pendet ⁊ prophete. Congregatis autem phari-
ſeis interrogauit eos Jeſus dicens. Quid vobis
videtur de chriſto: cuius filius eſt? Dicunt ei da-
Pſ.cix. uid. Ait illis. Quomodo ergo dauid in ſpiritu vo
Mar.xij.d cat eum dominum dicens. Dixit dominus domi
Lu.xx.g. no meo ſede a dextris meis: donec ponam inimi
Luce.xx.g. cos tuos ſcabellum pedum tuoꝛum. Si ergo da-
uid vocat eum dominum: quomodo filius eius
eſt. Et nemo poterat ei reſpondere verbum neqꝫ
auſus fuit quiſquam ex illa die eum amplius in-
terrogare.

Capituli. Summarium. Ad diſcipulos di-
xit vt que phariſei dicunt fiant: ſed que faciunt
non fiant: increpat ſcribas ⁊ phariſeos de proſe-
lyto: de iuramento: de camelo: de culice: de cathi-
no lauando: ⁊ monumentis dealbatis: ⁊ monumē
tis prophetarū: ⁊ alijs multis: hieruſalē hierl'm.

Capitulum.xxiij.

A
Mar.xij.d Lu.xx.g

Tunc Jeſus locutus eſt ad tur
bas ⁊ ad diſcipu-
los ſuos dicens.
Super cathedram moyſi ſede
runt ſcribe ⁊ phariſei. Omnia
ergo quecunqꝫ dixerint vobis
ſeruate ⁊ facite: ſecundum ope
ra vero eoꝛum nolite facere.
Dicunt enim ⁊ non faciunt.
Alligant autem onera grauia ⁊ impoꝛtabilia et
imponunt in humeros hominum: digito autem
ſuo nolunt ea mouere. Omnia vero opera ſua fa-
ciunt: vt videantur ab hominibus. Dilatant enī
philateria ſua ⁊ magnificant fimbꝛias. Amāt au-
tem primos recubitus in cenis: ⁊ primas cathe-
dras in ſynagogis: ⁊ ſalutationes in foꝛo: ⁊ voca
ri ab hominibus rabbi. Uos autem nolite voca-
ri rabbi. Unus eſt enim magiſter veſter. omnes
autem vos fratres eſtis. Et patrem nolite voca-
Jaco.iij.a. re vobis ſuper terram. Unus eſt enim pater ve-
B ſter qui in celis eſt. Nec vocemini magiſtri quia
Luc.xiiij.c. magiſter veſter vnus eſt chriſtus. Qui maioꝛ eſt
Luce.vj.g. veſtrum erit miniſter veſter. Qui autem ſe exalta
uerit humiliabitur ⁊ qui ſe humiliat exaltabitur.
Antiqui libri non habēt illud. Ue vobis ad propꝛium Ue. Ue autem vobis ſcribe ⁊ phariſei hypocrite qui
clauditis regnum celoꝛum ante homines. Uos
enim non intratis: nec introeuntes ſinitis intra
re. Ue vobis ſcribe et phariſei hypocrite qui co-
meditis domos viduarum oꝛationes longas orā
tes: propter hoc amplius accipietis iudiciū. Ue
vobis ſcribe ⁊ phariſei hypocrite q̄ circuitis ma
re ⁊ aridam vt faciatis vnum proſelytum: ⁊ cum
fuerit factus facitis eum filium gehēne duplo q̄
vos. Ue vobis duces ceci qui dicitis quicunqꝫ iu
rauerit per templum nihil eſt: qui autem iuraue-
rit in auro templi debitoꝛ eſt. Stulti ⁊ ceci quid
enim maius eſt aurum an templum quod ſancti-
ficat aurum? Et quicuqꝫ iurauerit in altari ni-
hil eſt: quicūqꝫ autem iurauerit in dono quod eſt
ſuper illud debet. Ceci quid enim maius eſt. do-
num an altare quod ſanctificat donū. Qui ergo
iurat in altari: iurat ī eo ⁊ in omnibus que ſuper
illud ſunt. Et quicunqꝫ iurauerit in templo: iu- C
rat in illo ⁊ in eo qui habitat in ipſo. Et qui iu
rat in celo: iurat in throno dei ⁊ in eo qui ſedet ſu Luce.xj.f
per eum. Ue vobis ſcribe ⁊ phariſei hypocrite q̄
decimatis mentham ⁊ anethum ⁊ cyminum: ⁊ re
liquiſtis que grauioꝛa ſunt legis iudicium ⁊ miſe
ricoꝛdiam ⁊ fidem. Hec opoꝛtuit facere: ⁊ illa nō
amittere. Duces ceci excolantes culicem: camel-
lum autem glutientes. Ue vobis ſcribe ⁊ phari- Luce.xj.e.
ſei hypocrite: qui mundatis quod deforis eſt cali
cis ⁊ paropſidis: intus autem pleni eſtis rapina
⁊ immundicia. Phariſee ceci munda prius quod
intus eſt calicis ⁊ paropſidis: vt fiat ⁊ id quod Luce.xj.f.
deforis eſt mundum. Ue vobis ſcribe ⁊ phariſei
hypocrite: qui ſimiles eſtis ſepulchꝛis eſtis deal-
batis: que a foris parent hominibus ſpecioſa: in
tus vero plena ſunt oſſibus moꝛtuoꝛum ⁊ omni
ſpurcitia. Sic ⁊ vos a foris quidē paretis homi-
nibus iuſti. intus autem pleni eſtis hypocriſi et Luce.xj.g.
iniquitate. Ue vobis ſcribe ⁊ phariſei hypocrite D
qui edificatis ſepulchꝛa prophetarum ⁊ oꝛnatis
monumenta iuſtoꝛum ⁊ dicitis. Si fuiſſemus in
diebus patrum noſtroꝛum non eſſemus ſocij eo- Luce.xj.g.
rum in ſanguine prophetarū. Itaqꝫ teſtimonio
eſtis vobiſmetipſis quia filij eſtis eoꝛum: qui pro
phetas occiderunt. Et vos implete menſuram
patrum veſtroꝛum. Serpentes genimina vipera
rum quomodo fugietis a iudicio gehēne? Ideo
dico vobis. Ecce ego mitto ad vos prophetas ⁊ Luce.xj.g.
ſapientes ⁊ ſcribas ⁊ ex illis occidetis ⁊ crucifige
tis: ⁊ ex eis flagellabitis in ſynagogis veſtris ⁊ Luc.xiij.g.
perſequemini de ciuitate in ciuitatem vt veniat
ſuper vos omnis ſanguis iuſtus qui effuſus eſt ſu
per terrā a ſanguine abel iuſti vſqꝫ ad ſanguinē
zacharie filij barachie quem occidiſtis inter tem
plum ⁊ altare. Amen dico vobis: venient hec om
nia ſuper generationem iſtam. Hieruſalem hieru
ſalem que occidis prophetas: ⁊ lapidas eos qui
ad te miſſi ſunt: quotiens volui cōgregare filios
tuos quemadmodum gallina congregat pullos
ſuos ſub alas: ⁊ noluiſti. Ecce relinquetur vobis
domus veſtra deſerta. Dico enim vobis non me
videbitis ammodo: donec dicatis. Benedictus
qui venit in nomine domini.

Capi. Sum. De ſtructura tēpli: ⁊ ſignis
nouiſſimoꝝ dierū: ⁊ diebus breuiatis: de pſeudo
chꝛiſti ⁊ pſeudo prophetis: de aduētu ſaluatoꝛis:
⁊ occaſu elementoꝛum. Capitulum.xxiiij.

B

A
mar. xiij.a. Et egreſſus Jeſus de
Luc. xix.g. templo ibat. Et acceſſerunt di-
t.xxj.b. ſcipuli eius vt oſtenderent ei edi
ficationes tẽpli. Ipſe aũt reſpon
dens: dixit illis. Videtis hec oia
Amen dico vobis: non relinquetur hic lapis ſuper
lapidem qui non deſtruatur. Sedente aũt eo ſuper
montem oliueti: acceſſerũt ad eũ diſcipuli eius.
ſecreto: dicentes. Dic nobis qñ hec erunt: et qđ
mar. xiij.a. ſignum aduẽtus tui et cõſũmationis ſeculi. Et re
Luc. xxj.b. ſpondens ieſus dixit eis. Videte ne qs vos ſedu
Eph.v.b cat. Multi em̃ veniẽt in noĩe meo: dicẽtes. Ego
j.cor.i.iij.b. ſum chriſtus: et multos ſeducent. Audituri enim
Collo.ij.d. eſtis prelia et opiniones preliorum: videte ne tur
mar. xiij.a. bemini. Oportet enim hec fieri: ſed nondum eſt
Luc. xxj.b. finis. Conſurget enim gens contra gentem: et re
mar.xiij.b. gnum in regnum: et erunt peſtilentie et fames et
Luce.xxj.c. terremotus per loca. Hec autẽ omnia initia ſũt
Johã. xv.c dolorum. Tunc tradent vos in tribulationem et
t.xvj.a.ſ̃.x. occident eos et eritis odio omnibus gentibus p
c.j.q.iij.c. pter nomen meum. Et tunc ſcandalizabuntur mul
ſaluator. ti: et inuicem tradẽt: et odio habebũt inuicem. Et
B multi pſeudo pphete ſurgẽt et ſeducent multos
De reb.ec. et qm̃ abundabit iniquitas refrigeſcet charitas
nõ ali. c.ſi. multorũ. Qui autem perſeuerauerit vſq; in finem
De pe.diſ. hic ſaluus erit. Et p̃dicabitur hoc euangeliũ re-
ij.aplus. gni in vniuerſo orbe in teſtimoniũ omnibus gen
Actu.ij.b tibus: et tunc veniet conſummatio. Cum ergo vi
mar.xiij b. deritis abominationem deſolationis que dicta
Dani. ix.g eſt a daniele ppheta ſtantem in loco ſancto: qui
mar.xiij.b. legit intelligat. Tunc qui in iudea ſunt: fugiant
Luc. xxj.d. ad montes: et q̇ in tecto: non deſcendant tollere
mar.xiij.b. aliquid de domo ſua: et qui in agro: nõ reuertantur
Lu. xvij.g. tollere tunicã ſuam. Ve autem pregnãtibus et nu
t.xxj.d. trientibus in illis diebus. Orate autẽ vt nõ fiat
mar.xiij.b. fuga veſtra in hyeme vel ſabbato. Erit enim tũc
Lu.xxj.e. tribulatio magna: qualis non fuit ab initio mũ-
mar.xiij. e. di vſq; modo: neq; fiet. Et niſi breuiati fuiſſent
dies illi: non fieret ſalua oĩs caro: ſed ppter ele-
mar. xiij.c. ctos breuiabuntur dies illi. Tunc ſi quis vobis
Lu.xvij.e dixerit: ecce hic eſt chriſtus aut illic: nolite crede
mar. xiij.c. re. Surgent enim pſeudo chriſti: et pſeudo prophe
te: et dabunt ſigna magna et prodigia: ita vt in er
Lu.xvij.e rorem inducantur: ſi fieri poteſt: etiam electi. Ec
ce predixi vobis. Si ergo dixerint vobis: ecce in
deſerto eſt nolite exire: ecce in penetralibus noli
E te credere. Sicut enim fulgur exit ab oriente: et
Lu.xvij.e paret vſq; in occidentem: ita erit et aduentus fi-
xxiiij. q.j.c. lij hominis. Vbicumq; fuerit corpus: illic cõgre
qm̃ vetus. gabuntur et aquile. Statim autem poſt tribula-
Lu.xvij. g. tionem dierum illorum ſol obſcurabitur: et luna
Johel.ij.c. non dabit lumen ſuum: et ſtelle cadent de celo: et
mar. xiij.c. virtutes celorum cõmouebuntur: et tunc appare
Lu.xxj.c. bit ſignum filij hominis in celo: et tunc plangent
omnes tribus terre: et videbunt filium hominis
venientem in nubibus celi cum virtute multa et
mar. xiij.d. maieſtate. Et mittet angelos ſuos cum tuba et
voce magna: et congregabũt electos eius a quat
tuor ventis a ſummis celorum vſq; ad terminos
mar. xiij.c. eorum. Ab arbore autem fici diſcite parabolam:

cum iam ramus eius tener fuerit et folia nata: ſci Lu.
tis quia prope eſt eſtas. Ita et vos cum videri-
tis hec omnia: ſcitote quia prope eſt in ianuis.
Amen dico vobis quia non preteribit generatio mar.
hec donec omnia fiant. Celum et terra tranſibũt: Lu.
verba autem mea non preteribunt. De die antẽ xxxv.
illa et hora nemo ſcit: neq; angeli celorum: niſi ſo c.j.
lus pater. Sicut autem in diebus noe: ita erit et
aduentus filij hominis. Sicut enim erant in die
bus ante diluuium comedentes et bibentes: nu- Lu.xvij.
bentes et nuptui tradentes vſq; ad eum diẽ quo D
intrauit noe in arcam et non cognouerunt donec Gen.
venit diluuium et tulit omnes: ita erit et aduẽtus
filij hominis. Tunc duo erunt in agro: vnus aſſu
metur: et vnus relinquetur. Due molentes in mo Lu.
la: vna aſſumetur: et vna relinquetur. Duo in le-
cto: vnus aſſumetur: et alter relinquetur. Vigila- mar.
te ergo q: neſcitis qua hora dominus veſter ven Lu.
turus ſit. Illud autem ſcitote: quoniam ſi ſciret
paterfamilias qua hora fur venturus eſſet: vigila
ret vtiq;: et non ſineret perfodi domum ſuã. Ideo
et vos eſtote parati: q: neſcitis qua hora filius ho
minis venturus eſt. Quiſputas eſt fidelis ſeruus Lu.
et prudens quẽ conſtituit dominus ſuper familiã de pe.
ſuam: vt det illis cibum in tempore Beatus ille ſi
ſeruus quem cum venerit dominus eius inuene- Lu.
rit ſic facientem Amen dico vobis: quoniam ſup Apo.
omnia bona ſua conſtituet eum. Si autem dixe- ij.Co.
rit malus ſeruus ille in corde ſuo moram facit do
minus meus venire: et ceperit percutere cõſeruos
ſuos: manducet autem et bibat cum ebrioſis ve-
niet dominus ſerui illius in die qua non ſperat:
et hora qua ignorat: et diuidet eũ parteq; eius po
net cũ hypocritis. Illic erit fletus et ſtridor dẽtiũ.

Capituli. Summarium. De decem virgi-
nibus: de talentis: de ouibus a dextris et hedis a
ſiniſtris: de operibus eorum. Capitu.xxv.

Tunc ſimile A
erit regnum celo- j.q.j.c.
rum decem virgi- dã.
nibus que accipien v.c.ſi
tes lãpades ſuas exierunt ob- De
uiam ſponſo et ſponſe. Quinq; c.vnico.
autem ex eis erant fatue: et qn
q; prudentes. Sed quinq; fa-
tue acceptis lampadibus non
ſumpſerunt oleum ſecum. Prudentes vero acce
perunt oleum in vaſis ſuis cum lampadibus. Mo
ram autem faciente ſponſo dormitauerunt oẽs et
dormierunt. Media autem nocte clamor factus
eſt: ecce ſponſus venit: exite obuiam ei. Tunc ſur
rexerunt omnes virgines ille: et ornauerant lãpa
das ſuas. Fatue aũt ſapientibus dixerunt. Da-
te nobis de oleo vr̃o: q: lampades noſtre extin-
guntur. Rñderunt prudentes dicentes. Ne forte
nõ ſufficiat nobis et vobis: ite potius ad vẽdẽtes
et emite vobis. Dum aũt irent emere: venit ſpon
ſus et q̃ parate erãt intrauerũt cũ eo ad nuptias

Luce.xiij.e τ clauſa eſt ianua. Nouiſſime vero veniūt τ reli⸗
Luce.xix.b que virgines dicētes. Dn̄e dn̄e: aperi nobis. At
mar.xiij.d. ille rn̄dens ait. Amen dico vobis: neſcio vos. Vi
B gilate itaqꝫ: q: neſcitis diē neqꝫ horā. Sicut em̄
homo pegre pficiſcēs vocauit ſeruos ſuos: τ tra
didit illis bona ſua. Et vni dedit quinqꝫ talēta:
alij aūt duo: alij vero vnū: vnicuiqꝫ ſm̄ ppriā vir
tutem: τ profectus eſt ſtatim. Abijt aūt q quinqꝫ
talenta accepat: τ opatus eſt in eis τ lucrat⁹ eſt
alia qnqꝫ. Silr̄ qui duo acceperat: lucrat⁹ ē alia
Luce.xvj.a duo. Qui aūt vnū acceperat: abiens fodit in ter
ram τ abſcōdit pecuniā dn̄i ſui. Poſt multū vo
tpis venit dn̄s ſeruoꝝ illoꝝ: τ poſuit rōnem cū
eis. Et accedēs q qnqꝫ talenta acceperat: obtu⸗
lit alia qnqꝫ talenta dicens. Dn̄e quinqꝫ talēta
tradidiſti mihi: ecce alia quinqꝫ ſuplucrat⁹ ſum.
Ait illi dn̄s eius. Euge ſerue bone τ fidelis: q: ſu
per pauca fuiſti fidelis ſup multa te ꝯſtituā: itra
in gaudiū dn̄i tui. Acceſſit aūt τ qui duo talenta
acceperat τ ait Dn̄e duo talēta tradidiſti mihi:
ecce alia duo ſuplucrat⁹ ſum. Ait illi dn̄s ei⁹. Eu
ge ſerue bone τ fidelis: q: ſuper pauca fuiſti fide⸗
lis: ſuper multa te conſtituā intra in gaudiū dn̄i
tui. Accedens autē τ q vnū talentum acceperat
C ait. Dn̄e ſcio q: homo durus es: metis vbi non
ſeminaſti: τ ꝯgregas vbi nō ſparſiſti τ timēs abij
τ abſcōdi talentū tuum in terra. Ecce habes qđ
tuū eſt. Rn̄dens aūt dn̄s eius dixit ei. Serue ma
le τ piger ſciebas q: meto vbi non ſemino: τ con
grego vbi non ſparſi. Oportuit ergo te comit⸗
tere pecuniā meā nummularijs: τ veniens ego re⸗
cepiſſem vtiqꝫ ꝙ meū eſt cū vſura. Tollite itaqꝫ
...iiij.b. ab eo talentū: τ date ei qui habet decem talenta.
Mar.iiij.c Omni em̄ habenti dabit τ abundabit: ei aūt qui
Luc.viij.c. nō habet: τ qđ videtur habere auferet ab eo. Et
inutilē ſeruum eijcite in tenebras exteriores: illic
erit fletus τ ſtridor dentium. Cum venerit filius
hominis in maieſtate ſua: τ omnes angeli cum
eo: tunc ſedebit ſup ſedē maieſtatis ſue. τ cōgre⸗
gabuntur ante eum oēs gentes τ ſeparabit eos
ab inuicem ſicut paſtor ſegregat oues ab e dis.
Et ſtatuet oues quidem a dextris: hedos autē a
ſiniſtris. Tūc dicet rex his qui a dextris ei⁹ erūt.
Venite benedicti patris mei: poſſidete para⸗
tum vobis regnū a cōſtitutione mundi. Eſuriui
enim τ dediſtis mihi manducare. Sitiui τ dedi⸗
ſtis mihi bibere. Hoſpes eram τ collegiſtis me.
D Nud⁹ τ operuiſtis me. Infirm⁹ τ viſitaſtis me.
In carcere erā τ veniſtis ad me. Tunc rn̄debunt
ei iuſti dicentes. Dn̄e qn̄ te vidimus eſurientem
τ pauimus ſitientem τ dedimus tibi potū. Quā
do autem te vidimus hoſpitem τ collegimus te:
aut nudum: τ cooperuimus te: aut qn̄ te vidim⁹
infirmū aut in carcerē τ venimus ad te? Et rn̄
dens rex dicet illis. Amen dico vobis: ꝙdiu feci⸗
ſtis vni de fratribus meis minimis mihi feciſtis.
...vij.b. Tunc dicet rex τ his qui a ſiniſtris erunt. Diſce
Luce.xiij.f dite a me maledicti in ignem eternum: qui para
tus eſt diabolo τ angelis eius. Eſuriui enim et
non dediſtis mihi manducare. Sitiui τ non dedi
ſtis mihi potum. Hoſpes eram τ non collegiſtis
me. Nudus τ non operuiſtis me. Infirmus τ in
carcere eram: τ non viſitaſtis me. Tunc reſpon⸗
debunt ei τ ipſi dicentes. Domine quando te vi
dimus eſurientem aut ſitientem aut hoſpitē aut
nudum aut infirmum aut in carcere: τ non mini⸗
ſtrauimus tibi. Tunc reſpōdebit illis dicēs. Amē
dico vobis. ꝙdiu nō feciſtis vni de minoribus his
nec mihi feciſtis. Et ibunt hi in ſupplicium eter Ioh.v.e.
num. iuſti autem in vitam eternam.

¶ Capituli. Summarium. ¶ De iudeorum: cō ſilio: de comprehendendo Ieſum: de muliere que vnguento perfudit Ieſum: iudas premium petit vt tradat Ieſum: cenans de iuda traditore ſuo ad diſcipulos loquitur: oblatio eius: petro dixit ꝙ ter abnegaturus eum eſſet. Orationes ieſu ad patrem: iudas Ieſum in oſculo tradit: et petrus auriculam ſeruo abſcidit. Ieſus falſis teſtibus condemnatur τ illuditur: petrus tertio abnegat τ lachrymatur.

Capitulum. xxvj.

Et factum eſt cum cō a
ſummaſſet Ieſus ſermones hos
oēs dixit diſcipulis ſuis. Sci⸗
tis q: poſt biduum paſca fiet.
τ fili⁹ hominis tradetur vt cru
cifigatur. Tunc congregati ſūt Mar.xiiij.
principes ſacerdotum τ ſenio⸗ Luc.xxij.a
res populi in atrium principis ſacerdotum qui Ioh.xj.g.
dicebatur caiphas: τ conſilium fecerunt vt ieſum
dolo tenerent τ occiderent. Dicebant autē. Nō Mar.xiiij.
in die feſto ne forte tumultus fieret in populo.
Cum autem eſſet Ieſus in bethania in domo ſi
monis leproſi: acceſſit ad eum mulier habens ala
baſtrum vnguenti precioſi τ effudit ſuper caput
ipſius recumbentis. Videntes autē diſcipuli in
dignati ſunt dicentes. Ut quid pditio hec. Po
tuit enim iſtud venundari multo τ dari pauperi
bus. Sciens autem Ieſus ait illis. Quid mole⸗ mar.xiiij.a
ſti eſtis huic mulieri? Opus enim bonum opera⸗ Ioh.xij.b.
ta eſt in me. Nam ſemper pauperes habetis vo⸗
biſcum. me autem non ſemper habebitis. Mit⸗
tens enim hec vnguentum hoc in corpus meum
ad ſepeliendum me fecit. Amen dico vobis: vbi
cunqꝫ predicatum fuerit hoc euangelium in toto
mundo dicetur ꝙ hec fecit in memoriā eius. Tūc
abijt vnus de duodecim qui dicebatur iudas ſca B
rioth ad principes ſacerdotum τ ait illis. Quid
vultis mihi dare τ ego vobis eum tradam. At il mar.xiiij.a
li conſtituerunt ei triginta argenteos. Et exin⸗ Lu.xxij.a.
de querebat opoꝛtunitatē vt eum traderet. Pri xj. q. iij.c.
ma autē die azimoꝝ acceſſerunt diſcipuli ad Ie abijt iudas
ſum: dicentes. Ubi vis paremus tibi comedere
paſcha. At Ieſus dixit. Ite in ciuitatē ad quē
dam: τ dicite ei. Magiſter dicit. tp̄s meum ppe
eſt: apud te facio paſcha cū diſcipulis meis. Et
fecerunt diſcipuli ſicut conſtituit illis ieſus τ pa⸗ mar.xiiij.b
rauerūt paſcha. Veſpe aūt facto diſcūbebat cū Ioh.xiij.c.
duodeci diſciplis ſuis: τ edētib⁹ illis: dixit. Amē mar.xiiij.b

Luc. xxij.c. dico vobis:q: vnus veſtrū me traditurus eſt. Et
Joh.xiij.c. contriſtati valde ceperunt ſinguli dicere. Nun-
quid ego ſum dñe. At ipſe reſpondens:ait. Qui
intingit mecum manum in paropſide: hic me tra
mar.xiiij.c. det. Filius quidem hominis vadit ſicut ſcriptū
Lu.xxij.c. eſt de illo. Ve autem homini illi per quem filius
C hominis tradetur. bonum erat ei: ſi natus non
fuiſſet homo ille. Reſpondens autem iudas qui
mar.xiiij.c. tradidit eum:dixit. Nunquid ego ſum rabi Ait
Luc.xxij.b. illi. Tu dixiſti. Cenantibus autem eis: accepit ie
Johā.vj.c. ſus panem ⁊ benedixit ac fregit:deditq; diſcipu
mar.xiiij.c. lis ſuis ⁊ ait. Accipite ⁊ comedite:hoc eſt corpus
Luc.xxij.b. meum. Et accipiens calicem gratias egit: ⁊ de-
j. Corinth. dit illis:dicens. Bibite ex hoc omnes. Hic ē enī
xj.e. ſanguis meus noui teſtamēti:q.pro multis effun
mar.xiiij.c. detur in remiſſionem peccatorum. Dico autem
xliiij.diſt.c. vobis:non bibam ammodo de hoc genimine vi-
quādo.j. tis vſq; in diem illum cum illud bibam vobiſcū
De ↄſe.di. nouū in regno patris mei. Et hymno dicto exie
j.c.hymnis runt in montem oliueti. Tunc dicit illis Jeſus.
mar.xiiij.c. Omnes vos ſcandalum patiemini in me in iſta
Joh. xviij. nocte. Scriptum eſt enim. Percutiam paſtorem
a. ⁊ diſpergentur oues gregis. Poſtq̄ autem ſurre
mar. xiiij.c. xero precedam vos in galileam. Reſpondens aūt
Zach.xiij.c petrus:ait illi. Et ſi omnes ſcandalizati fuerint
mar.iiij.c. in te:ego nunq̄ ſcādalizabor. Ait illi ieſus. Amē
Joh. xvj.f. dico tibi:q: in hac nocte anteq̄ gallus cātet:ter
D me negabis. Ait illi petrus. Etiam ſi oportuerit
me mori tecum:non te negabo. Similiter ⁊ om-
mar. xiiij.d nes diſcipuli dixerunt. Tunc venit ieſus cū illis
Luc.xxij.d. in villam que dicit̄ gethſemani ⁊ dixit diſcipulis
Jo.xviij.a. ſuis. Sedete hic donec vadam illuc ⁊ orem. Et
mar. xiiij.d aſſumpto petro ⁊ duobus filijs zebedei: cepit cō
mar. xiiij.d triſtari ⁊ meſtus eſſe. Tunc ait illis. Triſtis ē ani-
Jo.xij.d. ma mea vſq; ad mortem. Suſtinete hic ⁊ vigilate
mar. xiiij.d mecum. Et progreſſus puſillum procedit i faciē
Luc.xxij.d. ſuam orans ⁊ dicens. Pater mi ſi poſſibile ē trā
ſeat a me calix iſte. Verumtamen non ſicut ego
mar. xiiij.d volo:ſed ſicut tu vis. Et venit ad diſcipulos ſuos
Luc. xxij.c. ⁊ inuenit eos dormientes:⁊ dicit petro. Sic non
mar.xiiij.d. potuiſti vna hora vigilare mecū. Vigilate ⁊ ora
te vt non intretis in temptationem. Spiritus
Johā. vj.g quidem promptus eſt:caro autem infirma. Ite-
mar. xiiij.d rum ſecundo abijt ⁊ orauit:dicens. Pater mi:ſi
non poteſt hic calix tranſire niſi bibam illū:fiat
voluntas tua. Et venit iterum ⁊ inuenit eos dor
mientes. Erant enim oculi eorum grauati. Et re
lictis illis:iterum abijt ⁊ orauit tertio eundē ſer
monem:dicens. Tunc venit ad diſcipulos ſuos:
mar.xiiij.c. ⁊ dixit illis. Dormite iam ⁊ requieſcite: ecce ap-
E propinquabit hora ⁊ filius hominis tradetur in
mar.xiiij.e. manus peccatorum. Surgite eamus:ecce appro-
pinquabit qui me tradet. Adhuc eo loquente:ec
Lu.xxij.e. ce iudas vnus de duodecim venit:⁊ cū eo turba
Jo.xviij.b. multa cū gladijs ⁊ fuſtibus:miſſi a principibus
ſacerdotum ⁊ ſenioribus populi. Qui autem tra
didit eum:dedit illis ſignum:dicens. Quencum-
q; oſculatus fuero:ipſe eſt:tenete eum. Et confe
ſtim accedens ad ieſum dixit. Aue rabbi. Et oſcu
Luc.xxij.c. latus eſt eum. Dixitq; illi ieſus. Amice ad quid
Jo.xviij.c. veniſti. Tunc acceſſerunt ⁊ manus iniecerunt in

ieſum:⁊ tenuerunt eum. Et ecce vnus ex his qui mar.
erant cum ieſu:extendens manum exemit gladiū xxiij.
ſuum:⁊ percutiens ſeruum principis ſacerdotum c.ij.et.
amputauit auriculam eius. Tunc ait illi Jeſus. q.j.c.
Conuerte gladium tuum in locum ſuū. Omnes tus.
enim qui acceperint gladium: gladio peribunt. Gen.
An putas q: non poſſum rogare patrem meum Apoc.
⁊ exhibebit mihi modo plusq̄ duodecim legio-
nes angelorum. Quomodo ergo implebūtur ſcri
pture:q: ſic oportet fieri. In illa hora dixit Je- mar.
ſus turbis. Tanq̄ ad latronem exiſtis cum gla- Luc.
dijs ⁊ fuſtibus comprehēdere me:quotidie apud Jo.
vos ſedebam docens in templo:⁊ non me tenui- F
ſtis. Hoc autem totum factum eſt vt adimpleren mar.
tur ſcripture prophetarum. Tūc diſcipuli omnes mar.
relicto eo fugerunt. At illi tenentes ieſum: duxe- Lu.
runt ad caipham principem ſacerdotum vbi ſcri Jo.
be ⁊ ſeniores conuenerant. Petrus autē ſeque mar.
batur eum a longe vſq; in atrium principis ſacer Luc.
dotum. Et ingreſſus itro ſedebat cum miniſtris
vt videret finem. Principes autem ſacerdotum
⁊ omne conſilium querebant falſum teſtimoniū
contra ieſum:vt eum morti traderent. Et non in mar.
uenerunt:cum multi falſi teſtes acceſſiſſent. No- Joh.
uiſſime autem venerūt duo falſi teſtes:⁊ dixerūt.
Hic dixit. Poſſum deſtruere templū dei:⁊ poſt
triduum reedificare illud. Et ſurgens princeps mar.
ſacerdotum:ait illi. Nihil reſpondes ad ea que Luc.
iſti aduerſum te teſtificantur. Jeſus autem tace- mar.
bat. Et princeps ſacerdotum:ait illi. Adiuro te Luc.
per deum viuum:vt dicas nobis ſi tu es chriſtus
filius dei. Dixit illi Jeſus. Tu dixiſti. Verūtamē
dico vobis:amodo videbitis filium hominis ſe-
dentem a dextris virtutis dei ⁊ venientem in nu Joh.
bibus celi. Tunc princeps ſacerdotum ſcidit veſti mar.
menta ſua dicens. Blaſphemauit. Quid adhuc G
egemus teſtibus. Ecce nunc audiſtis blaſphemi
am. Quid vobis videtur. At illi reſpondētes di
xerunt. Reus eſt mortis. Tunc expuerunt in faciē Eſa.l.c.
eius:⁊ colaphis eum ceciderunt. Alij autem pal- mar.
mas in faciem eius dederunt. Dicētes. Prophe Lu.
tiza nobis chriſte quis eſt qui te percuſſit. Pe- Jo.
trus vero ſedebat foris in atrio: ⁊ acceſſit ad eū mar.
vna ancilla:dicens. Et tu cū Jeſu galileo eras. Lu.
At ille negauit coram omnibus: dicens. Neſcio Jo.
quid dicis. Exeunte autem illo ianuam: vidit eū
alia ancilla:⁊ ait his qui erāt ibi. Et hic erat cū
Jeſu Nazareno. Et iterum negauit cū iuramē
to:quia non noui hominem. Et poſt puſillum ac
ceſſerunt qui ſtabant:⁊ dixerūt petro. Vere ⁊ tu xxij.q.
ex illis es. Nam ⁊ loquela tua te manifeſtum fa- c. actio
cit. Tunc cepit deteſtari ⁊ iurare: q: non nouiſſet mar.
hominem. Et continuo gallus cātauit. Et recor Luc.
datus eſt Petrus verbi Jeſu qd̄ dixerat:priuſq̄
gallus cantet ter me negabis. Et egreſſus foras
fleuit amare.

Cap.Sū. Jeſus pilato tradit̄ iudas laqo
ſe ſuſpendit:de agro figuli:iudiciū pilati: de bar
raba latrōe:de chlamyde coccinea:de corona de
arūdine.de genuflexione ⁊ illuſione.dicentiū:aue

ꝛex iudeoꝛum: ⁊ expuitione in eum ⁊c. ſimonis an
gariatione vt crucem tolleret: de felleo humoꝛe ⁊
crucifixione eius: de veſtimentis de ſcripto rex iu
deoꝛum: de crucifixione latronum: de blaſphemi
is: de tenebꝛis factis: de domini clamoꝛe ⁊ moꝛ-
te ⁊ alijs que contingebant in moꝛte: de ſepultu
ra domini ⁊ de cuſtodia circa ſepulchꝛum.

Capitulum.xxvij.

a

Ane autem facto con
ſilium inierunt omnes pꝛincipes
ſacerdotum ⁊ ſenioꝛes populi ad
uerſus ieſum vt eum moꝛti trade-
Mar.xv.a rent. Et victū adduxerūt eū ⁊ tra
Luc.xxv.c. diderūt pōtio pilato pſidi. Tunc vi
Joh.xviij. dēs iudas q eū tradidit ꝙ dānatus eſſet: penitē
pe. di.vj tia ductus: retulit triginta argenteos pꝛincipibꝰ
c.ca.iu- ſacerdotum ⁊ ſenioꝛibus dicens. Peccaui: tra-
das. dens ſanguinem iuſtum. At illi dixerunt. Quid
ad nos? Tu videris. Et pꝛoiectis argenteis in
tēplo receſſit: ⁊ abiens laqueo ſe ſuſpēdit. Pꝛin
cipes autem ſacerdotum acceptis argenteis di-
xerunt. Non licet eos mittere in coꝛbonam: q:
Actu.j.b pꝛecium ſanguinis eſt. Conſilio autē inito: eme
runt ex illis agrum figuli in ſepulturam peregri-
noꝛum: pꝛopter hoc vocatus eſt ager ille achelde
Zacha.xj.a mach: hoc eſt ager ſanguinis vſqꝫ in hodiernum
diem. Tunc impletum eſt quod dictū eſt per hie
B remiam pꝛophetam dicentē. Et acceperunt tri-
Mar.xv.a ginta argenteos pꝛecium appꝛeciati quem ap-
Luc.xxiij.a pꝛeciauerunt a filijs iſrael ⁊ dederunt eos i agrū
Jo.xviij.f. figuli ſicut conſtituit mihi dominus. Jeſus autē
Joh.xix.b. ſtetit ante pꝛeſidem: ⁊ interrogauit eū pꝛeſes di
cens. Tu es rex iudeoꝛum. Dixit illis Jeſus. Tu
dicis. Et cum accuſaretur a pꝛincipibus ſacerdo
tum ⁊ ſenioꝛibus nihil reſpondit. Tunc dixit illi
Mar.xv.a. pilatus. Non audis quanta aduerſum te dicunt
Lu.xxiij.c. teſtimonia? Et non reſpondit ei ad vllū verbū:
Mar.xv.a ita vt miraretur pꝛeſes vehementer. Per
Jo.xviij.g diem autem ſolennem conſueuerat pꝛeſes popu-
lo dimittere vnum vinctum quem voluiſſent. Ha
bebat autem tunc vnum vinctum inſignem qui
dicebatur barrabas. Congregatis ergo illis di-
xit pilatus. Quem vultis dimittam vobis. barra
bam: an Jeſum qui dicitur chꝛiſtus? Sciebat enī
Mar.xv.a ꝙ per inuidiam tradidiſſent eum. Sedente autē
Luc.xxiij.c illo pꝛo tribunali: miſit ad eum vxoꝛ eius dicens.
Jo.xviij.g. Nihil tibi ⁊ iuſto illi: multa enim paſſa ſum ho-
Actu.iij.c. die per viſum pꝛopter eum. Pꝛincipes autē ſa
C cerdotum ⁊ ſenioꝛes perſuaſerunt populis vt pe
Mar.xv.b terent barrabam: Jeſum vero perderent. Reſpō
Lu.xxiij.d. dens autem pꝛeſes ait illis. Quem vultis vobis
de duobus dimitti? At illi dixerunt: barrabam.
Dixit illis pilatus. Quid igitur faciam de Jeſu
qui dicitur chꝛiſtus. Dicūt omnes crucifigatur.
Ait illis pꝛeſes. Quid enim mali fecit? At illi ma
gis clamabant dicentes: Crucifigatur. Uidens
autem pilatus q: nihil pꝛoficeret ſed magis tu-
multus fieret: accepta aqua lauit manus coꝛam
populo dicens. Innocens ego ſum a ſanguine
huius iuſti: vos videritis. Et reſpondens vniuer
ſus populus dixit. Sanguis eius ſuper nos ⁊ ſu-
per filios noſtros. Tunc dimiſit illis barrabam: Mar.xv.b
Jeſum autem flagellatum tradidit eis vt crucifi Lu.xxiij.v.
geretur: tunc milites pꝛeſidis ſuſcipientes ieſum Joh.xix.c.
in pꝛetoꝛio: congregauerunt ad eum vniuerſam
cohoꝛtem ⁊ exuentes eum chlamydem coccineā
circumdederunt ei. Et plectentes coꝛonā de ſpi D
nis poſuerunt ſuper caput eius: ⁊ harundinē in Mar.xv.b
dextera eius: ⁊ genuflexo ante eum: illudebant ei
dicentes: Aue rex iudeoꝛum. Et expuentes in eū
acceperunt harundinem: et percutiebant caput
eius. Et poſtqꝫ illuſerunt ei: exuerunt eum chla- Mar.xv.b
myde ⁊ induerunt eum veſtimentis eius: ⁊ duxe Lu.xxiij.d.
runt eum vt crucifigerent. Exeuntes autem inue Lu.xxiij.c.
nerunt hominem cyreneum nomine ſimonē: hūc Joh.xix.e.
angariauerunt vt tolleret crucem eius. Et vene Mar.xv.b
runt in locum qui dicitur golgotha: quod eſt cal Luc.xxiij.e
uarie locus. Et dederunt ei vinum bibere cū fel Joh.xix.c.
le mixtum. Et cū guſtaſſet noluit bibere. Poſt
qꝫ autem crucifixerunt eum diuiſerunt veſtimen-
ta eius ſoꝛtem mittentes: vt impleretur quod di-
ctum eſt per pꝛophetam dicentem. Diuiſerunt E
ſibi veſtimenta mea: ⁊ ſuper veſtem meam miſe- Ps.xxj.
runt ſoꝛtem. Et ſedentes ſeruabant eum. Et im Mar.xv.c.
poſuerunt ſuper caput eius cauſam ipſius ſcri- Luc.xxiij.e.
ptam: hic eſt Jeſus rex iudeoꝛum: Tunc crucifixi Joh.xix.d.
ſunt cum eo duo latrones: vnus a dextris ⁊ vnus Mar.xv.f.
a ſiniſtris. Pꝛetereuntes autem blaſphemabāt
eum mouentes capita ſua ⁊ dicentes. Uah qui
deſtruis templū dei ⁊ in triduo illud reedificas. Sap.ij.d
Salua temetipſum ſi filius dei es deſcēde de cru Mar.xv.c.
ce. Similiter ⁊ pꝛincipes ſacerdotum illudentes Luc.xxiij.e
cum ſcribis ⁊ ſenioꝛibus dicebant. Alios ſaluos Mar.xv.c.
fecit: ſeipſum non poteſt ſaluum facere. Si rex
iſrael eſt deſcendat nunc de cruce ⁊ credimus ei.
Confidit in deo liberet eum nunc ſi vult. Dixit Mar.xv.c.
enim: quia filius dei ſum. Idipſum autem ⁊ la- Luce.xxij.f
trones qui crucifixi erant cum eo. impꝛoperabāt
ei. A ſexta autem hoꝛa tenebꝛe facte ſunt ſuper
vniuerſam terram vſqꝫ ad hoꝛam nonam. Et cir F
ca hoꝛam nonam clamauit Jeſus voce magna Mar.xv.c.
dicens. Eli eli lammaazabatani. Hoc eſt. Deus Lu.xxiij.e.
meus deus meus vt quid dereliquiſti me. Quidā Joh.xix.e.
autem illic aſtantes ⁊ audientes dicebant. Heliā
vocat iſte. Et continuo currens vnus ex eis: ac-
ceptam ſpongiam impleuit aceto: ⁊ impoſuit ha Mar.xv.c.
rundini ⁊ dabat ei bibere. Ceteri vero dicebant. Mar.xv.f.
Sine videamus an veniat helias liberans eum. Luc.xxiij.f
Jeſus autem iterum clamans voce magna emi- Apo.vj.c.
ſit ſpiritum.

Et ecce velū templi
Sciſſum eſt in duas partes: a
ſummo vſqꝫ deoꝛſum. Et ter-
ra mota eſt ⁊ petre ſciſſe ſunt: et
monumenta aperta ſunt ⁊ mul
ta coꝛpoꝛa sanctoꝛū qui doꝛmie
rant ſurrexerunt. Et exeuntes de monumentis
poſt reſurrectionē eius venerūt in ſanctā ciuita-

Mar.xv.d tem ⁊ apparuerunt multis. Centurio autem et
Luc.xxv.g. qui cum eo erant cuſtodientes Jeſum: viſo ter-
remotu ⁊ his que fiebant: timuerunt valde: dicē-
tes. Vere filius dei erat iſte. Erant autem ibi mu
lieres multe a longe que ſecute erant Jeſū a ga
lilea miniſtrantes ei inter quas erat maria mag-
dalene: ⁊ maria iacobi ⁊ Joſeph mater: ⁊ mater
B filiorum zebedei. Cum autem ſero factus eſſet ve
Mar.xv.d nit quidam homo diues ab arimathia nomīe io-
Lu.xxiij.g. ſeph: qui ⁊ ipſe diſcipulus erat Jeſu. Hic acceſſit
Joh.xix.g. ad pilatum: ⁊ petijt corpus Jeſu. Tunc pilatus
De cōſ.di.j iuſſit reddi corpus. Et accepto corpore ioſeph
c.conſulto. inuoluit illud in ſyndone mūda: ⁊ poſuit illud in
Mar.xv.d monumento ſuo nouo. quod exciderat in petra: ⁊
Lu.xxiij.g. aduoluit ſaxum magnum ad oſtium monumen-
Joh.xix.g. ti: ⁊ abijt. Erant autem ibi maria magdalene et
Mar.xv.d. altera maria ſedentes contra ſepulchrum. Alte-
ra autem die que eſt poſt paraſceuem: conuene-
runt principes ſacerdotum ⁊ phariſei ad pilatū:
dicentes. Domine recordati ſumus: qꝛ ſeductor
ille dixit adhuc viuens: poſt tres dies reſurgam.
Jube ergo cuſtodiri ſepulchrum vſqꝫ in die3 ter
tium: ne forte veniant diſcipuli eius ⁊ furent eū:
⁊ dicant plebi: ſurrexit a mortuis: ⁊ erit nouiſſi-
mus error peior priore. Ait illis pilatus. Habetis
cuſtodiam. Jte cuſtodite ſicut ſcitis. Jlli autem
abeuntes: munierunt ſepulchrum ſignantes la-
pidem cum cuſtodibus.

Capituli. Summarium. Reſurrectio domi ni: ⁊ qualiter apparuit poſt hec: de pecunia data cuſtodibus: ⁊ mandatum de baptiſmate.

Capitulum.xxviij.

A
Mar.xvj.a VEſpere autem ſabbati
Lu.xxiiij.a que luceſcit in prima ſabbati: ve-
Johā.xx.a nit maria magdalene ⁊ altera ma
ria videre ſepulchrum. Et ecce ter
remotus factus eſt magnus. An-
gelus enim domini deſcendit de celo: ⁊ accedens
reuoluit lapidem: ⁊ ſedebat ſuper eum. Erat au-
tem aſpectus eius ſicut fulgur: ⁊ veſtimenta eius
ſicut nix. Pre timore autem eius exterriti ſunt
cuſtodes: ⁊ facti ſunt velut mortui. Reſpondens
aūt angelus dixit mulierib⁹. Nolite timere vos.
Scio em̄ ꝙ ieſum q̄ crucifixus eſt queritis. Non
mar.xvj.b. eſt hic: ſurrexit enim ſicut dixit. Venite ⁊ videte
Lu.xx.a. locū vbi poſitus erat dn̄s. Et cito euntes dicite
diſcipulis eius: qꝛ ſurrexit: ⁊ ecce pcedet vos ī ga
B lileam. Jbi eū3 videbitis: ecce predixi vobis. Et
exierūt cito de monumento cū timore ⁊ gaudio
mar.xvj.b. magno currētes nūciare diſcipulis eius. Et ecce
Lu.xxiiij.b ieſus occurrit illis: dicens: Auete. Jlle aūt acceſ
ſerūt ⁊ tenuerūt pedes eius: ⁊ adorauerunt eum.
Tunc ait illis ieſus. Nolite timere. Jte nunciate
fratrib⁹ meis vt eant in galileā: ibi me videbūt.
Que cū abijſſent: ecce q̄dā de cuſtodib⁹ venerūt
C in ciuitatē ⁊ nunciauerūt principibus ſacerdotū
oia que facta fuerant. Et cōgregati cū ſeniorib⁹
cōſilio accepto pecuniā copioſam dederūt militi
bus: dicentes. Dicite quia diſcipuli ei⁹ nocte ve
nerūt: ⁊ furati ſunt eū nobis dormientib⁹. Et ſi
hoc auditū fuerit a pſide: nos ſuadebim⁹ ei: ⁊ ſe-
curos vos faciem⁹. At illi accepta pecūia fecerūt
ſicut erāt edocti. Et diuulgatū eſt verbum iſtud
apud iudeos vſqꝫ in hodiernū diē. Undecim aūt
diſcipuli abierūt in galileā in montē vbi cōſtitue-
rat illis ieſus. Et videntes eū adorauerūt: quidā
aūt dubitauerūt. Et accedēs ieſus: locut⁹ eſt eis
dicēs. Data eſt mihi oīs ptās in celo: ⁊ in terra.
Eūtes ergo docete oēs gētes baptizātes eos in
noīe patris ⁊ filij ⁊ ſpiritusſancti. docētes eos ſer
uare oia q̄cūqꝫ mādaui vobis. Et ecce ego vobi-
ſcū ſum oibus dieb⁹ vſqꝫ ad cōſūmatione3 ſeculi.

Explicit euangelium ſm Mattheum.

Incipit prologus ſancti hieronymi in euangelium ſm Marcum.

MArcus euan
geliſta dei electus ⁊
petri in baptiſmate
fili⁹ atqꝫ in diuino ſer
mone diſcipulus: ſacerdotiū in
iſrael agēs ſm carnē leuita: ad
fidē chriſti cōuerſus euāgeliū in
italia ſcripſit: oſtendens in eo q̄d
⁊ generi ſuo deberet ⁊ chriſto.
Nā initiū principij in voce p-
phetice exclamationis inſtituens ordinē leuitice
electionis oſidit vt pdicās pdeſtinatū iohānem
filiū zacharie in voce angeli annūciātis emiſſu3:
nō ſolū verbū carnem factu3 ſed ⁊ corpus dn̄i in
omnia per verbū diuine vocis aiatū initio euan-
gelice predicationis oſideret: vt qui hec legens
ſciret cui initiū carnis in dn̄o: ⁊ ieſu aduenietis
habitaculū caro deberet agnoſcere: atqꝫ ī ſe ver
bum vocis qd̄ in cōſonantibus pdiderat inueni-
ret. Deniqꝫ cū perfecti euāgelij opus intraſſent
⁊ a baptiſmo dn̄i predicare deū inchoans: non la
borauit natiuitatē carnis quā in prioribus vide-
rat dicere: ſ3 totius exprimēs expoſitionē deſerti
ieiuniū numeri: tentationē diaboli: cōgregationē
beſtiarū ⁊ miniſteriorū protulit angelorū: ⁊ inſtru
ens nos ad intelligendum ſingula in breui cōpin
gens ne auctoritatē facte rei demeret: ⁊ pficiēdi
operis plenitudinē non negaret. Deniqꝫ ampu-
taſſe ſibi poſt fidē pollicē dicit vt ſacerdotio re-
probus haberetur: ſed tantū cōſentiēs fidei pre-
deſtinata potuit electio: vt nec ſic in opere verbi
perderet quod prius meruerat in genere. Nā ale
xandrie epūs fuit. Cuius p ſingula opus fuit ſci-
re: ⁊ euangelij in ſe dicta diſponere: ⁊ diſciplina3
legis in ſe agnoſcere ⁊ diuinā in carne dn̄i intelli
gere naturam. Que in nos primum requiri opor
tet: dehinc inquiſita volumus agnoſci habētes
mercedem exhortationis: quoniam qui plantat j. Cor. iij.
⁊ qui rigat vnum ſunt: qui autem incrementum
preſtat: deus eſt.

¶ Explicit prologus.

¶ Incipit euangelium ſm Marcum.

¶ Capituli. Summarium. ¶ De ſancto Johanne baptiſta: victu ⁊ habitu eiuſdē: baptizatus Jeſus ⁊ tentatus vicit: predicans penitentiam: petrum ⁊ ceteros ſequi iubet: homines ab immundo ſpiritu eripuit ſocrum petri a febribus liberat: leproſum mundat.

a Capitulum. j.

INitium
euangelij Je
ſu chriſti filij
dei ſicut ſcri
ptum eſt in Eſaia pphe- Mal.iij.a.
ta. Ecce mitto angelum Mat.xj.b.
meum ante faciem tuam
qui preparabit viam tuaʒ
ante te. Vox clamantis
in deſerto. Parate viam Luce.vij.d
domini: rectas facite ſemitas eius. Fuit in Eſa.xl.a.
deſerto Johannes baptizans ⁊ predicans Mat.iij.a.
baptiſmum penitentie in remiſſionem pec- Joh.j.c.
catorum. Et egrediebatur ad eum omnis
iudee regio: ⁊ hieroſolymite vniuerſi: ⁊ ba- Mat.iij.a.
ptizabantur ab illo in iordanis flumine: cōfi- Luce.iij.a.
tentes peccata ſua. Et erat Johannes ve- Joh.iij.e
ſtitus pilis cameli ⁊ zona pellicea circa lū- Mat.iij.a.
bos eius: ⁊ locuſtas ⁊ mel ſilueſtre edebat:
⁊ predicabat: dicens. Venit fortior me poſt Mat.iij.c.
me: cuius non ſum dignus procumbens ſolue Luce.iij.c.
re corrigiam calciamentorū eius. Ego ba- Joh.j.d.
ptizaui vos aqua: ille vero baptizabit vos B
ſpiritu ſancto. Et factum eſt in diebus illis Mat.iij.c.
venit ieſus a nazareth galilee ⁊ baptizatus Luc.iij.c.
eſt a iohāne in iordane: ⁊ ſtatim aſcendens Johā.j.d
de aqua vidit celos apertos ⁊ ſpiritumſan Mat.iij.d.
ctum tanquam columbam deſcendentem ⁊ Luce.iij.d.
manentē in ipſo. Et vox facta eſt de celis. Joh.iij.c.
Tu es filius meus dilectus: i te complacui. Mat.iij.d.
Et ſtatim ſpūs expulit eū in deſertū: ⁊ erat Luce.iij.c.
in deſerto quadraginta diebus ⁊ quadra- j.Pe.j.d.
ginta noctibus: ⁊ tētabatur a ſathana. Erat Mat.iiij.a
q; cum beſtijs: ⁊ angeli miniſtrabant illi. Luce.iiij.a
Poſtq̄ autem traditus eſt iohānes: venit
ieſus in galileam predicans euangelium re
gni dei: ⁊ dicens. Quoniā impletum eſt tp̄s
⁊ appropinquabit regnum dei. Penitemi- Mat.iiij.c.
ni ⁊ credite euāgelio. Et p̄teriēs ſecus ma- Actu.iij.d.
re galilee: vidit ſimonē ⁊ andreā fratrē eius:
mittentes retia in mare. Erant enim piſca
tores. Et dixit eis ieſus. Venite poſt me: ⁊ Mat.iiij.c
faciam vos fieri piſcatores hominum. Et Luce.v.b
protinus relictis retibus ſecuti ſunt eum.
Et progreſſus inde puſillum vidit Jacobū Mat.iiij.d
zebedei et Johannem fratrem eius: ⁊ ipſos
componentes retia in naui: ⁊ ſtatim vocauit il-
los. Et relicto patre ſuo zebedeo in naui cū mer
cennarijs: ſecuti ſunt eum: ⁊ ingrediūtur caphar Lu.iiij.c.
num: ⁊ ſtatim ſabbatis ingreſſus in ſynagogam E
docebat eos: ⁊ ſtupebant ſuper doctrinam eius. Mat.vij.d
Erat enim docens eos quaſi poteſtatem habēs: Luce.ij.g
⁊ non ſicut ſcribe. Et erat in ſynagoga eorū ho Lu.iiij.e.
mo in ſpiritu imundo: ⁊ exclamauit: dicēs. Quid
nobis ⁊ tibi ieſu nazarene. Veniſti perdere nos.
Scio q̄ ſis ſanctus dei. Et comminatus eſt ei ie
ſus: dicens Obmuteſce ⁊ exi de homine. Et di-
ſcerpens eum ſpiritus immundus ⁊ exclamans
voce magna: exijt ab eo. Et mirati ſunt omnes:
ita vt conquirerent inter ſe: dicentes. Quidnam
eſt hoc quenam doctrina hec noua: quia in pote
ſtate ſpiritibus immundis imperat: ⁊ obediunt
ei Et proceſſit rumor eius ſtatim in omnem re- mat.viij.b.
gionem galilee: ⁊ protinus egredientes de ſyna- Luce.iiij.f.
goga venerunt in domum Simonis ⁊ Andree
cum iacobo ⁊ Johanne. Recumbebat autem ſo-
crus ſimonis febricitans: ⁊ ſtatim dicunt ei de il
la. Et accedens eleuauit eam apprehenſa manu Luc.iiij.g.
eius: et continuo dimiſit eam febris: ⁊ miniſtra- D
bat eis. Veſpere autem facto cum occidiſſet ſol:
afferebant ad eum omnes male habētes ⁊ demo
nia habentes: ⁊ erat omnis ciuitas congregata
ad ianuam ⁊ curauit multos qui vexabantur va
rijs languoribus: ⁊ demonia multa eijciebat: et
non ſinebat ea loqui: quoniam ſciebant eum: et
diluculo valde ſurgens egreſſus abijt in deſertuʒ
locum: ibiq; orabat: ⁊ proſecutus eſt eum ſimon ⁊
qui cum illo erant. Et cum inueniſſent eum: dixe
runt ei: quia omnes querunt te Et ait illis. Ea-
mus in proximos vicos ⁊ ciuitates: vt ibi predi- mat.viij.a.
cem. Ad hoc enim veni. Et erat predicans in ſy- Luce.v.c.
nagogis eorum ⁊ in omni galilea: ⁊ demonia eij-
ciens. Et venit ad eū leproſus deprecans eum: et
genuflexo: dixit. Si vis potes me mundare. Je-
ſus autem miſertus eius: extendit manum ſuaʒ: mat.viij.a.
⁊ tangens eum: ait illi. Volo mundare. Et cum Luce.v.c
dixiſſet: ſtatim diſceſſit ab eo lepra: ⁊ mundatus Leui.xiiij.a
eſt. Et comminatus eſt ei: ſtatimq; eiecit illum.
Et dixit ei. Vide nemini dixeris: ſed vade oſten-
de te principi ſacerdotum: ⁊ offer pro emundatio
ne tua que precepit moyſes in teſtimoniuʒ illis.
At ille egreſſus cepit predicare: ⁊ diffamare ſer-
monem: ita vt iam non poſſet manifeſte introire
in ciuitatem: ſed foris in deſertis locis eſſe: ⁊ con
ueniebant ad eum vndiq;.

¶ Capituli. Summarium. ¶ Paralyticum iubet tollere grabatum ſuum: leui alphei ſe ſequi iubent: apud quem cum accumberet ⁊ multi publicani: iudeis murmurantibus dicit non eſſe opus ſanis medicum: diſcipuli ſabbato ſpicas euellunt. Capitulum. ij.

A
Mat. v.a. Et iteruz in
Lu.v.d. trauit capharnaū
Johā. v.a. post dies octo: et
auditum est φ in
domo esset ⁊ conuenerunt mul
ti: ita vt non caperent neqꝫ ad
ianuam : ⁊ loquebatur eis ver-
bum. Et venerunt ad eum ferē
tes paralyticuꝫ qui a quattuoꝛ
poꝛtabatur: ⁊ cum non possent
offerre eum illi pꝛe turba: nudauerunt tectuꝫ vbi
erat: ⁊ patefacientes submiserunt grabatum in
quo paralyticus iacebat. Cum autem vidisset ie
sus fidem illoꝛum: ait paralytico. Fili dimittun-
tur tibi peccata tua: erant autem illic quidaꝫ de
scribis sedētes ⁊ cogitātes ī coꝛdib⁹ suis. Quid
Luc.v.d. hic sic loquitur. Blasphemat. Quis pt̄ dimitte-
j.Coꝛ. ij.d. re peccata nisi solus deus? Quo statim cognito
B Jesus spiritu suo: q: sic cogitarent intra se: dicit
Mat.ix.a. illis. Quid ista cogitatis in coꝛdibus vr̄is? Quid
Luce.v.e. est facilius dicere paralytico: dimittūtur tibi pec
cata tua an dicere: surge tolle grabatum tuum ⁊
ambula? Ut autem sciatis q: filius hominis ha-
Mat.ix.a. bet potestatem in terra dimittendi peccata : ait
Luce.v.b paralytico. Tibi dico: surge tolle grabatum tuū:
Joh.v.b ⁊ vade in domum tuam : ⁊ statim surrexit ille et
Mat. ix.a. sublato grabato abijt inde coꝛam omnibus : ita
Luce.v.f. vt mirarentur omnes ⁊ honoꝛificarent deum: di
centes: q: nunφ sic vidimus. Et egressus est rur
sus ad mare: omnisqꝫ turba veniebat ad eum et
docebat eos. Et cum pꝛeteriret vidit leui alphei
sedentem ad teloneum: ⁊ ait illi. Sequere me: et
surgens secutus est eum. Et factum est cum accū
beret in domo illius: multi publicani ⁊ peccato-
Mat. ix.a. res simul discūbebant cuꝫ Jesu ⁊ discipulis eius
Luce.v.f. Erant enim multi qui sequebantur eum. Et scri
C be ⁊ pharisei videntes q: manducaret cum publi
canis ⁊ peccatoꝛibus : dicebant discipulis eius.
Mat.ix.b. Quare cum publicanis ⁊ peccatoꝛibus mandu-
Luce.v.f. cat ⁊ bibit magister vester? Hoc audito Jesus:
ait illis. Non necesse habēt sani medico: sed qui
j.Timo.j.e. male habent. Non enim veni vocare iustos: sed
peccatoꝛes. Et erant discipuli Johannis ⁊ pha
risei ieiunantes ⁊ veniunt ⁊ dicunt illi. Quare di
Luce.x.f. scipuli iohannis ⁊ phariseoꝛum ieiunant: tui au
Mar.ix.b. tem discipuli non ieiunant. Et ait illis Jesus.
Luc.v.g. Nunquid possunt filij nuptiarum φdiu cū illis
sponsus est ieiunare. Quanto tempoꝛe habent se
D cum sponsum non possunt ieiunare. Uenient au
tem dies cum auferetur ab eis sponsus ⁊ tunc ie
iunabunt in illis diebus. Nemo assumentū pan
ni rudis assuit vestimento veteri: alioquin aufert
supplementum nouum a veteri : ⁊ maioꝛ scissura
fit. Et nemo mittit vinum nouum in vtres vete-
Mat.xij.a res: alioquin dirūpet vinum vtres: ⁊ vinuꝫ effun
Luce. vj.a. detur ⁊ vtres peribunt. Sed vinum nouuꝫ in vte
res nouos mitti debet. Et factum est iterum cuꝫ
dominus sabbatis ambularet per sata: ⁊ discipu
li eius ceperunt pꝛegredi ⁊ vellere spicas. Pha
risei autem dicebant ei: ecce quid faciunt discipu

li tui sabbatis quod non licet: ⁊ ait illis. Nun- j.reg.xxj.b.
quid legistis quid fecerit dauid quando necessi- Mat.xij.
tatem habuit: ⁊ esurijt ipse ⁊ qui cum eo erant. Luc.vj.a.
Quomodo introiuit in domuꝫ dei sub abiathar
pꝛincipe sacerdotum: ⁊ panes pꝛopositionis mā
ducauit quos non licebat manducare nisi solis
sacerdotibus: ⁊ dedit eis ⁊ qui cum eo erant. Et
dicebat eis. Sabbatum pꝛopter hominem factū Mat.xij.a
est: ⁊ non homo pꝛopter sabbatum. Itaqꝫ domi Luc.vj.a.
nus est filius hominis etiam sabbati.

Capituli. Summarium. In synagoga sab
bato curat habentem aridam manum: ⁊ multos
sanat: ⁊ spiritus imundi clamabant: tu es filius
dei: duodecim apostoloꝛum electio ⁊ eoꝛuꝫ nomi
na: scribe dicebant φ in pꝛincipe demonioꝛū eij-
ceret demonia: matrem ⁊ fratres dicit qui faciūt
voluntatem dei.

Capitulum. iij.

Et introiuit iterum A
in synagogam: ⁊ erat ibi homo
habens manum aridam: ⁊ ob-
seruabant eum si sabbatis cu- Mat.xij.a
raret vt accusarent illuꝫ. Et ait Mat.xij.a
homini habenti manuꝫ aridā. Luc.vj.b
Surge in mediū. Et dixit eis.
Licet sabbatis benefacere an male: animam sal-
uam facere an perdere. At illi tacebant. Et circū
spiciens eos in ira contristatus sup cecitate coꝛ-
dis eoꝛum: dicit homini: Extende manum tuaꝫ.
Et extendit ⁊ restituta est manus illi. Exeuntes
autem pharisei: statim cum herodianis consiliū Mat.xij.b
faciebant aduersus euꝫ quomodo euꝫ perderēt. Johā. x.g.
Jesus autem cum discipulis suis secessit ad ma-
re: ⁊ multa turba a galilea ⁊ iudea secuta est eum Mat.iiij.d
⁊ ab hierosolymis ⁊ ab idumea ⁊ trans ioꝛdanē: Lu.iiij.b.
⁊ qui circa tyrum ⁊ sidonem multitudo magna Johā. vj.a
audientes que faciebat venerunt ad eum. Et di
xit iesus discipulis suis: vt in nauicula sibi deser
uirent pꝛopter turbam ne cōpꝛimerent eū. Mul B
tos enim sanabat ita vt irruerent in eum vt illū
tangerent quotquot habebant plagas. Et spiri Lu.iiij.g.
tus imundi cum illum videbant pꝛocidebant ei. Mat.x.a.
Et clamabant. Dicentes. Tu es filius dei: ⁊ ve- Luce. ix.a.
hementer cōminabatur eis ne manifestarēt illū.
Et ascendens in montem vocauit ad se quos vo
luit ipse: ⁊ venerunt ad eū. Et fecit vt essent duo
decim cuꝫ illo: ⁊ vt mitteret eos pꝛedicare. Et de
dit illis potestateꝫ curandi infirmitates: ⁊ eijciē Mat.x.
di demonia. Et imposuit simoni nomen petrus: Luc.vj.c
⁊ Jacobum zebedei ⁊ Johannem fratrem Ja- Actu.j.a.
cobi: ⁊ imposuit eis nomina boarneges quod est C
filij tonitrui: ⁊ Andream ⁊ Philippum ⁊ Bar-
tholomeum ⁊ Mattheum: ⁊ Thomam ⁊ Jaco-
bum alphei ⁊ Thadeum ⁊ Simonem chananeū
⁊ iudam scarioth qui ⁊ tradidit illum. Et veniūt
ad domum ⁊ conuenit iterum turba : ita vt non Mat.xij.b
possent neqꝫ panem manducare: ⁊ cuꝫ audissent Luc.xj.b.
sui: exierunt tenere eum. Dicebant eniꝫ quoniā Mat.xij.
in furoꝛem versus es. Et scribe qui ab hierosoly Luce.xj.b

nis deſcenderant dicebant quoniam beelzebub
habet: ⁊ quia in principe demoniorum eiicit de-
monia. Et conuocatis eis: in parabolis dicebat
illis. Quomodo poteſt ſathanas ſathanam eii-
cere. Et ſi regnum in ſe diuidatur: non poteſt re
gnum illud ſtare. Et ſi domus ſuper ſemetipſam
diſpartiatur. non poteſt domus illa ſtare: ⁊ ſi ſa
thanas conſurrexerit in ſemetipſum: diſpartitus
eſt: ⁊ non poterit ſtare: ſed finem habet. Nemo
poteſt vaſa fortis ingreſſus in domum diripere
Mat. xij. a Luc. xij. b. niſi prius fortem alliget: ⁊ tunc domum eius di-
D ripiet. Amen dico vobis quoniam omnia dimit-
tentur filijs hominum peccata ⁊ blaſphemie: qui
bus blaſphemauerint. Qui autem blaſphema-
uerit in ſpiritumſanctum: non habet remiſſionē
Mat. xij. b Luce. viij. c in eternum: ſed reus erit eterni delicti: quoniam
dicebant: ſpiritum inmundum habet. Et veniunt
mater eius ⁊ fratres ⁊ foris ſtantes miſerunt ad
eum vocantes eum: ⁊ ſedebat circa eum turba: ⁊
dicunt ei. Ecce mater tua ⁊ fratres tui foris que
runt te. Et reſpōdēs eis ait. Que eſt mater mea
⁊ fratres mei. Et circūſpiciens eos qui in circui-
tu eius ſedebant: ait. Ecce mater mea ⁊ fratres
me. Qui enim fecerit voluntatem dei: hic frater
meus ⁊ ſoror mea ⁊ mater mea eſt.

¶ Capi. Sūma. ¶ Parabolam ſeminantis di
cit de menſura: de ſemie iactato in terrā: de grano
ſynapis: nauigans tempeſtatem ſedat. Ca. iiij.

A Luce. v. a ET iterum ce-
pit docere ad ma-
re: ⁊ cōgregata eſt
ad eum turba mul
ta: ita vt in naui aſcendens ſe
deret in mari: ⁊ omnis turba
circa mare ſuper terram erat
⁊ docebat eos in parabolis mul
ta: ⁊ dicebat illis in doctrina
ſua. Audite. Ecce exijt ſemi-
Mat. xiij. a. Luc. viij. a. nans ad ſeminandum. Et dum ſeminat: aliud ce
cidit ſecus viā ⁊ venerūt volucres celi ⁊ comede
runt illud. Aliud vero cecidit ſuper petroſa vbi
non habuit terrā multā: ⁊ ſtatim exortū eſt qm̄
non habebat altitudinem terre. ⁊ quando exor-
tus eſt ſol exeſtuauit: ⁊ eo ꝙ non habebat radi-
cem exaruit. Et aliud cecidit in ſpinas. ⁊ aſcende
runt ſpine ⁊ ſuffocauerunt illud: ⁊ fructum nō de
dit. Et aliud cecidit in terram bonam: et dabat
fructū aſcendentem ⁊ creſcentē ⁊ afferebat. vnū
B triceſimū. ⁊ vnū ſexageſimum: ⁊ centeſimum. Et
Mat. xiij. b. dicebat. Qui hʒ aures audiendi audiat. Et cum
Luc. viij. b. eſſet ſingularis interrogauerunt eum hi qui cum
Ioh. xij. f eo erant duodecim parabolam exponere. Et di-
Eſa. vj. c. cebat eis. Vobis datum eſt noſſe myſteriū regni
Act. xxviij. dei: illis autem qui foris ſunt i parabolis omnia
fiunt: vt videntes videant: ⁊ non videāt: ⁊ audiē
Mat. iij. c. tes audiant: ⁊ non intelligant: nequando cōuer
Luc. viij. b. tantur ⁊ dimittātur eis peccata. Et ait illis. Ne
ſcitis parabolam hanc. Et quomodo omnes pa
rabolas cognoſcetis. Qui ſeminat: verbum ſemi
nat. Hi autem ſunt qui circa viaʒ vbi ſeminatur
verbum: ⁊ cum audierint confeſtim venit ſatha-
nas ⁊ aufert verbum quod ſeminatum eſt in cor
dibus corū. Et hi ſunt ſimiliter qui ſuper petro
ſa ſeminantur: qui cum audierint verbum: ſtatiʒ
cum gaudio accipiunt illud. ⁊ non habent radicē
in ſe ſed temporales ſunt: deinde orta tribulatio
ne ⁊ perſecutione propter verbum: ꝯfeſtim ſcan
dalizantur. Et alij ſunt qui in ſpinis ſeminātur.
Hi ſunt qui verbum audiunt: ⁊ erūne ſeculi ⁊ de
ceptio diuitiarum: ⁊ circa reliqua concupiſcētie C
introeuntes ſuffocant verbum: ⁊ ſine fructu effi- Mat. v. b.
citur. Et hi ſunt qui ſuper terram bonam ſemi- Luc. viij. c.
nati ſunt: qui audiunt verbum ⁊ ſuſcipiunt: ⁊ fru ⁊ xj. c.
ctificant vnum triceſimum: vnum ſexageſimuʒ: ⁊
vnum centeſimum. Et dicebat illis. Nunquid ve
nit lucerna vt ſub modio ponatur aut ſub lecto: Mat. x. g.
Nonne vt ſuper candelabrum ponatur. Non eſt Luc. viij. c.
enim aliquid abſconditū qđ non manifeſtetur:
nec factū eſt occultū quod non veniat in palam.
Si quis habet aures audiendi audiat. Et dice-
bat illis. Videte quid audiatis. In qua menſura
menſi fueritis: remetietur vobis ⁊ adijcietur vo- Mat. vij. a
bis. Qui enim habet: dabitur illi: ⁊ qui non ha- Luce. vj. f
bet: etiam quod habet auferetur ab eo. Et dice- mat. xiij. b.
bat: Sic eſt regnum dei quēadmoduʒ ſi homo ia ⁊ xxv. c.
ciat ſementem in terram ⁊ dormiat ⁊ exurgat no Lu. viij. c. ⁊
cte ⁊ die ⁊ ſemen germinet: ⁊ increſcat dū neſcit xix. d.
ille. Vltro enim terra fructificat primum herbā.
deinde ſpicam deinde plenum frumentum in ſpi
ca. Et cum ex ſe produxerit fructus ſtatim mittit
falcem: quoniam adeſt meſſis. Et dicebat. Cui
aſſimilabimus regnum dei: aut cui parabole com
parabimus illud: Sicut granum ſynapis qđ cuʒ mat. xiij. d.
ſeminatum fuerit in terra: minus eſt omnibus ſe Luc. xiij. d.
minibus que ſunt in terra: ⁊ cū natū fuerit aſcen
dit in arborem ⁊ fit maius omnibus oleribus: et
facit ramos magnos: ita vt poſſint ſub vmbra
eius aues celi habitare. Et talibus multis para D
bolis loquebatur eis verbū prout poterant au- Mat. xiij. a
dire: ſine parabola autem non loquebatur eis.
Seorſum autem diſcipulis ſuis diſſerebat om-
nia. Et ait illis in die illa: cum ſero eſſet factum.
Tranſeamus contra. Et dimittentes turbā aſſu Mat. viij. c
munt eum ita vt erat in naui: ⁊ alie naues erant Luc. viij. d.
cum illo. Et facta eſt procella magna venti. ⁊ flu
ctus mittebat in nauiʒ ita vt impleretur nauis.
Et erat ipſe in puppi ſuper ceruical dormiens: ⁊
excitant eum: ⁊ dicunt illi. Magiſter: non ad te
pertinet: quia perimus: Et exurgēs cōminatus
eſt vento: ⁊ dixit mari. Tace: obmuteſce. Et ceſſa
uit ventus ⁊ facta eſt tranquillitas magna. Et mat. viij. c.
ait illis. Quid timidi eſtis. Necdum habetis fi-
dem. Et timuerunt timore magno: ⁊ dicebāt ad
alterutrum. Quiſputas eſt iſte: quia vētus ⁊ ma Luc. viij. b.
re obediunt ei.

¶ Ca. Sū. ¶ Demonioꝝ legionem ab hoie ex
pellit: ſanat mulierē a pfluuio ſanguinis: archi
ſynagogi filiam mortuam ſuſcitauit. Capi. v.

A mat.viij.d. Lu.viij.c. Et venerunt tranſ-
fretum maris in regionem ge
raſenorum. Et exeunti ei de na
ui: ſtatiꝫ occurrit de monumē
tis homo in ſpiritu immūdo
qui domiciliuꝫ habebat in mo
numētis. Et neqꝫ catenis iaꝫ
quiſqꝫ poterat eum ligare: quoniam ſepe compe
dibus ⁊ catenis victus: dirupiſſet catenas ⁊ com
pedes cōminuiſſet: et nemo poterat eum doma-
re. Et ſemper die ac nocte in monumentis et in
montibus erat clamans et concidens ſe lapidi-
bus. Videns autem Jeſum a longe cucurrit: et
adorauit eū: ⁊ clamans voce magna: dixit. Quid
mihi ⁊ tibi Jeſu fili dei altiſſimi? Adiuro te per
deum: ne me torqueas. Dicebat enim illi⁹. Exi
ſpiritus īmunde ab hoīe iſto. Et interrogabat
eum. Qd̄ tibi nomen eſt. Et dicit ei. Legio mihi
B nomē eſt: qꝛ multi ſumus. Et deprecabatur euꝫ
multum ne ſe expelleret extra regionem. Erat
matt.viij.b autem ibi circa montē grex porcorū magnus pa
Lu.viij.c. ſcens in agris. Et deprecabantur eum ſpiritus
dicētes. Mitte nos in porcos vt in eos introea
mus. Et conceſſit eis ſtatim Jeſus. Et exeun-
tes ſpiritus immundi: introierūt in porcos: et
magno impetu grex precipitatus eſt in mare ad
Lu.viij.c. duo milia: ſuffocati ſunt in mari. Qui autē paſce
bant eos fugerunt ⁊ nūciauerunt in ciuitateꝫ et
in agros. Et egreſſi ſunt videre quid eſſet facti:
et venerūt ad Jeſum ⁊ vidēt illū qui a demonio
vexabatur ſedentē veſtitū ⁊ ſane mētis: ⁊ timue
runt. Et narrauerunt illis qui viderant qualiter
factuꝫ eſſet ei qui demonium habuerat: ⁊ de por
Lu.viij.f. cis. Et rogare ceperunt euꝫ vt diſcederet de fini
bus eorum. Cumqꝫ aſcenderet nauim: cepit illū
deprecari qui a demonio vexatus fuerat: vt eſſet
cum illo: et non admiſit eum ſed ait illi: Vade in
domum tuam ad tuos: et annuncia illis quāta
tibi dominus fecerit: ⁊ miſertus ſit tui. Et abijt:
C et cepit predicare in decapoli: quāta ſibi feciſſet
Matt.ix. Jeſus: ⁊ omnes mirabantur. Et cum tranſcen-
Lu.viij.f. diſſet Jeſus in naui rurſus trans fretum: conue
nit turba multa ad eum: et erat circa mare. Et
venit quidam de Archiſynagogis nomine Jai-
rus: et videns eum: procidit ad pedes eius: ⁊ de
precabatur eum multum dicens. Quoniam filia
Matt.ix.e mea in extremis eſt veni: impone manum tuam
Lu.viij.f. ſuper eam: vt ſalua ſit: et viuat. Et abijt cuꝫ illo:
vt ſequebatur eum turba multa: ⁊ comprimebāt
eum. Et mulier que erat in profluuio ſanguinis
annis duodecim: et fuerat multa perpeſſa a com
pluribus medicis et erogauerat omnia ſua: nec
quicqꝫ profecerat: ſed magis deterius habebat:
cum audiſſet de Jeſu: venit in turba retro: et te
tigit veſtimentum eius. Dicebat enim: qꝛ ſi vel
veſtimentuꝫ eius tetigero: ſalua ero. Et cōfeſtiꝫ
ſiccatus eſt fons ſanguinis eius: et ſenſit corpo
re: qꝛ ſanata eſſet a plaga. Et ſtatim Jeſus in ſe
metipſo cognoſcens virtuteꝫ que exierat de illo
conuerſus ad turbā aiebat. Quis tetigit veſtimē
ta mea. Et dicebant ei diſcipuli ſui. Videns tur
bam cōprimenteꝫ te: ⁊ dicis: quis me tetigit. Et
circunſpiciebat videre eaꝫ que hoc fecerat. Mu
lier vero timens ⁊ tremens: ſciens quod factum
eſſet in ſe: venit et procidit ante eum: et dixit ei
omnem veritatem. Jlle autē dixit ei Filia fides
tua te ſaluam fecit: vade in pace: et eſto ſana Matt.ix.
a plaga tua. Adhuc eo loquente veniunt nuncij Lu.viij.g.
ad Archiſynagogum: dicentes: qꝛ filia tua mor- D
tua eſt: quid vltra vexas magiſtrum? Jeſus au-
teꝫ audito verbo qd̄ dicebatur: ait Archiſynago
go. Noli timere tantummodo crede. et nō admi
ſit quemqꝫ ſe ſequi niſi: Petrum et Jacobum
et Johannem fratrem Jacobi. Et venerunt in
domum Archiſynagogi: et vidit tumultum et
flentes et heiulantes multum: et ingreſſus ait Matt.ix.
illis. Quid turbamini⁹ et ploratis: puella nō eſt
mortua: ſed dormit. Et irridebant eum. Jpſe ve
ro eiectis omnibus: aſſumit patrem et matrem
puelle qui ſecum erant: et ingrediuntur vbi puel
la erat iacens: et tenens manum puelle: ait illi.
Tabitacumi: qd̄ eſt interpretatum. Puella tibi Matt.ix.
dico ſurge. Et confeſtim ſurrexit puella ⁊ ambu
labat. Erat autē annorū duodecim: et obſtupue-
runt ſtupore magno. Et precepit illis vehemen
ter: vt nemo id ſciret: ⁊ iuſſit dare illi mādvcare.

¶ Capituli. Summarium. ¶ Dicebant Je-
ſum fabri filium: prophetā non ſine honore eſſe:
niſi in patria ſua: vocat duodecim: et cepit eos
mittere binos cum preceptis: herodes dixit Je
ſum Johannem baptiſtam: alij vero dicebant:
quia Helias eſt: alij quia propheta: de capite Jo
hannis: de regreſſu apoſtolorum ad Jeſum: de
quinqꝫ panibus et duob⁹ piſcibus: Jeſus ſupra
mare ambulat: infirmos ſanat: et quotquot tan
gebant eum: ſalui fiebant.

Capitulum. vj.

Et egreſſus inde abijt
in patriaꝫ ſuam: ⁊ ſequebant̄ euꝫ A
diſcipuli ſui. Et facto ſabbato ce matt.xiij.
pit in ſynagoga docere: et multi Lu.iiij.c.
audientes admirabantur in do- Joh.iiij.f.
ctrina eius dicentes. Vnde huic hec omnia. Et
que eſt ſapientia que data eſt illi: et virtutes ta-
les que per manus eius efficiuntur? Nonne hic
eſt faber: filius marie: frater Jacobi et Joſeph matt.xiij.
et Jude et Simonis. Nonne et ſorores eius hic Lu.iiij.d.
nobiſcum ſunt. Et ſcandalizabantur in illo. Joh.vj.e.
Et dicebat illis Jeſus. Quia non eſt propheta
ſine honore niſi in patria ſua: et in domo ſua: et
in cognatione ſua. Et non poterat ibi virtutem matt.xiij.
vllam facere: niſi paucos infirmos impoſitis Lu.iiij.d.
manibus curauit. Et mirabatur propter incre- Joh.iiij.f.
dulitatem eorum circuibat caſtella in circuitu do
cens. Et conuocauit duodecim: et cepit eos
mittere binos: et dabat illis poteſtatem ſpi- Matt.x.a.
rituuꝫ immūdorum. Et precepit illis ne quid tol Lu.ix.a.
B

lerent in via: niſi virgam tantum: non peram: nō
panem: neq; in zona es: ſed calciatos ſandalijs:
Mat.x.b τ ne induerētur duabus tunicis. Et dicebat eis.
Luce.x.a. Quocunq; introieritis in domum: illic manete
donec exeatis inde. Et quicunq; non receperint
vos: neq; audierint vos: exeuntes inde: excutite
Mat.x.a. puluerem de pedibus veſtris in teſtimonium il-
Lu.x.a. lis. Et exeuntes predicabant vt penitentiaʒ age
rent: τ demonia multa eijciebāt: τ vngebāt oleo
Mat.xiiij.a multos egros: τ ſanabantur. Et audiuit rex he-
Luce.x.a rodes (manifeſtum enim factum eſt nomen eius)
τ dicebat. Quia Johannes baptiſta reſurrexit a
mortuis: τ propterea virtutes operantur in illo.
Alij autem dicebant: q: helias eſt: alij vero dice-
bant: q: propheta eſt: quaſi vnus ex prophetis.
C Quo audito: herodes ait. Quem ego decollaui
Mat.xiiij.a Johannem: hic a mortuis reſurrexit. Ipſe enim
Luce.ix.a herodes miſit ac tenuit Johannem: τ vinxit euʒ
in carcerem propter herodiadem vxorem philip-
pi fratris ſui: quia duxerat eam. Dicebat enim
Johannes herodi. Non licet tibi habere vxoreʒ
fratris tui. Herodias autem inſidiabatur illi: et
volebat occidere eum: nec poterat. Herodes au-
tem metuebat Johannem: ſciens eum virum iu-
ſtum τ ſanctum: τ cuſtodiebat eum τ audito eo
multa faciebat: τ libenter eum audiebat. Et cum
dies oportunus accidiſſet: herodes natalis ſui
cenam fecit principibus τ tribunis τ primis ga
lilee. Cumq; introiſſet filia ipſius herodiadis et
ſaltaſſet: τ placuiſſet herodi: ſimulq; recumbenti
bus rex ait puelle. Pete a me quod vis: τ dabo
tibi. Et iurauit illi: q: quicquid petieris: dabo ti
D bi: licet dimidium regni mei. Que cum exiſſet: di
xit matri ſue. Quid petam. At illa dixit. Caput
Johannis baptiſte. Cumq; introiſſet: ſtatim cuʒ
feſtinatione ad regem petiuit: dicens. Volo: vt
protinus des mihi in diſco caput Johannis ba-
ptiſte. Et contriſtatus eſt rex: propter iuſiuran-
dum τ propter ſimul recumbentes noluit eaʒ cō
triſtare: ſed miſſo ſpiculatore: precepit afferri ca-
put eius in diſco: τ decollauit eum in carcere. Et
attulit caput eius in diſco: τ dedit illud puelle: et
Ma.xiiij.b puella dedit matri ſue. Quo audito: diſcipuli eiꝰ
venerunt: τ tulerunt corpus eius: τ poſuerunt il-
lud in monumento. Et conuenientes apoſtoli ad
Ieſum: renunciauerunt ei omnia que egerāt τ do
cuerant. Et ait illis. Venite ſeorſum in deſertum
locum. τ requieſcite puſillum. Erant enim qui ve
niebant τ redibant: multi. Et nec ſpacium man
ducandi habebant. Et aſcendentes in nauim: ab
ierunt in deſertum locum ſeorſum. Et viderunt
E eos abeuntes: τ cognouerunt multi: τ pedeſtres
Mat.ix.d. de omnibus ciuitatibus cucurrerunt illuc: τ pre-
uenerunt eos. Et exiens vidit turbam multam
Jeſus. τ miſertus eſt ſup eos: q: erant ſicut oues
non habentes paſtorem. Et cepit illos docere
multa: τ cum iam hora multa fieret: acceſſerunt
diſcipuli eius: dicentes. Deſertus eſt locus hic:
τ iam hora preterijt: dimitte illos: vt euntes in
proximas villas τ vicos emant ſibi cibos quos
manducent. Et reſpondens ait illis. Date illis Ma.xiiij.b
manducare. Et dixerunt ei. Euntes emamus du Luce.ix.b.
centis denarijs panes: τ dabimus illis manduca Luce.vj.a.
re. Et dixit eis. Quot panes habetis. Ite τ vide
te. Et cum cognouiſſent: dicunt: quinq;: et duos
piſces. Et precepit illis vt accumbere facerent
omnes: ſecundum cōturbernia ſuper viride fenū.
Et diſcubuerunt in partes per centenos τ quin F
quagenos. Et acceptis quinq; panibus τ duo-
bus piſcibus intuens in celum benedixit: τ fre-
git panes: τ dedit diſcipulis ſuis vt ponerent an
te eos. Et duos piſces diuiſit omnibus: τ mandu
cauerunt omnes: τ ſaturati ſunt. Et ſuſtulerunt
reliquias fragmentoruʒ duodecim cophinos ple
nos: τ de piſcibus. Erant autem qui manducaue
runt: quinq; milia virorum. Et ſtatim coegit di Ma.xiiij.c
ſcipulos ſuos aſcendere nauim: vt precederent Johā.vj.b
eum trans fretum ad bethſaidam: dum ipſe di-
mitteret populum. Et cum dimiſiſſet eos: abijt
in montem orare. Et cum ſero eſſet: erat nauis i
medio mari: τ ipſe ſolus in terra: τ videns eos la
borantes in remigando: erat enim ventus con-
trarius eis. Et circa quartam vigiliam noctis ve G
nit ad eos ambulans ſupra mare: τ volebat pre- Ma.xiiij.c
terire eos. At illi vt viderunt eum ambulanteʒ ſu
pra mare: putauerunt phātaſma eſſe: τ exclama-
uerunt. Omnes enim viderunt eum: τ conturba
ti ſunt. Et ſtatim locutus eſt cum eis: τ dixit eis.
Confidite: ego ſum: nolite timere. Et aſcēdit ad Ma.xiiij.d
illos in nauim: τ ceſſauit ventus. Et plus magis
intra ſe ſtupebant. Non enim intellexerūt de pa Ma.xiiij.d
nibus: erat enim cor eorum obcecatum. Et cum
tranſfretaſſent: venerunt in terram geneſareth:
τ applicuerunt. Cumq; egreſſi eſſent de naui cō
tinuo cognouerunt eum: τ percurrentes vniuer-
ſam regionem illam: ceperunt in grabatis eos q
ſe male habebant circumferre: vbi audiebant eū
eſſe: τ quocunq; introibat in vicos vel in villas
aut ciuitates: in plateis ponebant infirmos: et
deprecabantur eum: vt vel fimbriam veſtimenti
eiꝰ tāgerēt. Et quotquot tāgebāt eū ſalui fiebāt.

C Ca.vij. C De manibꝰ nō lotis: τ ea magis
coinquinare hoiēʒ q̄ exeūt de ore: filiā ſyrophe-
niſſe a demonio liberat dicēs. Nō eſt bonū ſume
re panē filiorū: τ mittere canibus: ſurdū τ mutū
curat: dicens ei. Effeta. Capitulū.vij.

Et conuenerunt ad eū A
pharisei: τ quidam de ſcribis ve-
nientes ab hieroſolymis. Et cum
vidiſſent quoſdā ex diſcipulis eiꝰ
cōibus manibus: id eſt non lotis
māducare panes: vituperauerunt. Phariſei aūt
τ oēs iudei niſi crebro lauerint manus: non man
ducāt: tenentes traditionē ſeniorū. Et a foro ve
niētes niſi baptizent nō comedunt. Et alia mul
ta ſunt que tradita ſūt illis ſeruare: baptiſmata
calicū τ vrceoꝝ τ eramentoꝝ τ lectoꝝ. Et inter

Ma.xv.a. rogabant eum phariſei ⁊ ſcribe. Quare diſcipuli
B tui non ambulant iuxta traditionem ſeniorum:
ſed cōibus manibus manducant panem. At ille
reſpōdens: dixit eis. Bene prophetauit Eſaias
de vobis hypocritis: ſicut ſcriptum eſt: Popu-
lus hic labijs me honorat: cor autem eorum lon
Eſa.xxix.d ge eſt a me. In vanum autem me colunt: docen-
Ma.xv.a. tes doctrinas et precepta hominum. Relinquen
tes enim mandata dei: tenetis traditiones ho-
minum: baptiſmata vrceorum et calicum: et alia
ſimilia his facitis multa. Et dicebat illis. Bene
irritum feciſtis preceptum dei: vt traditionē veſ
ſtram ſeruetis. Moyſes enim dixit: honora pa-
trem tuum ⁊ matrem: tuam: ⁊ qui maledixerit pa
Exo.xx.b. tri vel matri: morte moriatur. Vos autē dicitis.
Deu.v.b. Si dixerit homo patri vel matri corban: qđ eſt
Leui.xx.b. donū quodcūqꝫ ex me tibi proderit: ⁊ vltra nō
dimittitis eum quicq͂ facere patri ſuo aut matri
reſcindentes verbum dei per traditionem veſtrā
quam tradidiſtis. Et ſimilia huiuſmodi multa
C facitis. Et aduocans iterū turbas: dicebat illis
Audite me omnes ⁊ intelligite: Nihil eſt extra
hominem introiens in eum quod poſſit eum co
inquinare: ſed que de homine procedunt: illa
ſunt q̄ coinquinant hominē. Si quis habet au-
res audiendi audiat. Et cum introiſſet in domū
a turba interrogabant eum diſcipuli eius para-
Ma.xv.b. bolam. Et ait illis. Sic ⁊ vos imprudentes eſtis.
Non intelligitis q: omne extrinſecus introiens
in hominem: non poteſt eum coinquinare: q: nō
intrat in cor eius: ſed in ventrem vadit ⁊ in ſeceſ
ſum exit: purgans omnes eſcas. Dicebat autem
quoniam que de homine exeunt illa coinquināt
Ma.xv.b. hominem. Ab intus enim de corde hominū ma
le cogitationes procedunt: adulteria: fornicatio
nes: homicidia: furta: auaricie: nequitie dolus:
impudicitie: oculus malus: blaphemia: ſuperbia:
ſtulticia. Omnia hec mala abintus procedunt
et coinquinant hominē. Et inde ſurgens: abijt
in fines tyri et ſidonis: et ingreſſus domum ne-
Mat.xv.c. minem voluit ſcire: et non potuit latere. Mulier
enim ſtatim vt audiuit de eo cuius filia habebat
ſpiritum immundum: intrauit et procidit ad pe
des eius et rogabat eum vt demonium eijceret
D de filia eius. Qui dixit illi: Sine prius ſaturari
Ma.xv.c. filios. Non eſt enim bonum ſumere panem filio
rum: et mittere canibus. At illa reſpondit et
dixit illi: Utiqꝫ domine: nam ⁊ catelli commedūt
ſub menſa de micis puerorum. Et ait illi. Pro-
pter hunc ſermonem vade: exijt demoniū a filia
tua. Et cum abijſſet domum: inuenit puellam
iacentem ſupra lectum: et demonium exijſſe. Et
iterum exiens de finibus tyri venit per ſidonem
ad mare galilee inter medios fines decapoleos:
et adducunt ei ſurdum et mutum et deprecaban
tur eū vt imponat illi manum et apprehendens
eum de turba ſeorſum: miſit digitos ſuos in au
riculas eius: et expuens tetigit linguam eius:
et ſuſpiciens in celum ingemuit: et ait illi. Effe
ta: quod eſt adaperire. Et ſtatim aperte ſunt
aures eius: et ſolutum eſt vinculum lingue eius:

et loquebatur recte: et precepit illis ne cui dice J.ix.b.
rent. Quanto autem eis precipiebat: tanto ma
gis plus predicabant: et eo amplius admirabā
tur: dicentes. Bene omnia fecit: et ſurdos fe- Gen.i.
cit audire: et mutos loqui. Eccl.
a.

C Capituli. Summarium. C De ſeptē pani
bus et piſciculis paucis ſatiauit quattuor milia
hominum: de ſigno Jone: precepit cauere a fer-
mento phariſeorum et herodis: ⁊ veniunt beth
ſaida: ⁊ de ſputo ⁊ impoſitiōe manꝰ ceci oculos
aperit: petrū poſt confeſſionē: q: chriſtus filius
dei eſſet: dure increpat dicens: vade retro ſatha-
nas: turbe cum diſcipulis: dixit: ſiquis vult me ſe
qui: deneget ſemetipſū: ⁊ qui me cōfeſſus fuerit
et verba mea in generatiōe iſta confitebitur eū
filius hominis ⁊c.

Capitulum. viij.

In diebus illis iterū a
cum turba multa eſſet cum Jeſu:
nec haberent qđ manducarent:
conuocatis diſcipulis: ait illis. Ma.xv.
Miſereor ſuper turbam q: ecce
iam triduo ſuſtinent me: nec habent qđ mandu-
cent: et ſi dimiſero eos ieiunos in domū ſuam:
deficient in via. Quidam enim ex eis de longe ve
nerunt. Et reſponderunt ei diſcipuli ſui. Unde
iſtos quis poterit hic ſatiare panibus in ſolitu-
dine? Et interrogauit eos Quot panes habetis.
Qui dixerunt. Septem. Et precepit turbe diſcū
bere ſuper terram. Et accipiens ſeptem panes
gratias agens fregit et dabat diſcipulis ſuis: vt
apponerent. Et appoſuerunt turbe: et habebāt
piſciculos paucos: et ipſos benedixit: et iuſſit
apponi. Et manducauerunt et ſaturati ſunt: et
ſuſtulerunt quod ſuperauerat de fragmentis ſe
ptem ſportas. Erant autem qui manducauerāt
quaſi quattuor milia: et dimiſit eos: Et ſtatim B
aſcendens nauim cū diſcipulis ſuis venit in par Mat.xv.
tes Dalmanutha: et exierunt phariſei: et cepe Joha.
runt conquirere cum eo querentes ab illo ſignū vj.d.
de celo: tentantes eum. Et ingemiſcens ſpiritu
ait. Quid generatio iſta querit. Amē dico vobis: Ma.xii.
non dabit generationi iſti ſignum: et dimittens Lu.xi.
eos aſcendit iterum nauim abijt trans fretum.
Et obliti ſunt panem ſumere: et niſi vnum pa- Mat.xvi.
nem non habebant ſecum in naui. Et precipie- Lu.xii.
bat eis dicens. Videte et cauete a fermento pha
riſeorum et fermēto herodis. Et cogitabant ad
alterum dicentes quia panes nō habemus. Quo
cognito: ait illis ieſus. Quid cogitatis: quia pa-
nes non habetis. Nondū cognoſcitis: nec intel
ligitis. Adhuc cecatum habetis cor veſtrum: ocu
los habentes nō videtis: ⁊ aures habentes non
auditis. Nec recordamini qn̄ quinqꝫ panes fre
gi in quinqꝫ milia: ⁊ quot cophinos fragmētoꝝ pē. xiiii.
plenos ſuſtuliſtis. Dicunt ei. Duodecim. Quan Joha.vj.
do ⁊ ſeptē panes in q̄ttuor milia: quot ſportas a.vj.f.
fragmentorum tuliſtis. Et dicunt ei. Septē. Et C
dicebat eis. Quomodo nōdum intelligitis. Et

veniunt betſaida: ꝛ adducunt ei cecum: ꝛ roga
bant eum vt illum tangeret. Et apprehenſa ma
nu ceci: eduxit eum extra vicum: ꝛ expuens i ocu
los eius: impoſitis manibus ſuis iterrogauit eū
ſi quid videret. Et aſpiciēs ait. Video homines
velut arbores ambulantes. Deinde iterū impo
ſuit manus ſuper oculos eius: ꝛ cepit videre: ꝛ re
mat.xvj.b. ſtitutus eſt ita vt clare videret omnia: ꝛ miſit il
Lu.ix.c. lum in domum ſuam. dicens. Vade in domum tu
am: ꝛ ſi in vicū itroieris: nemini dixeris. Et egreſ
ſus eſt Jeſus ꝛ diſcipuli eius in caſtella ceſaree
philippi: ꝛ in via interrogabat diſcipulos ſuos:
dicens eis. Quem me dicunt homines. Qui re
ſponderunt illi: dicentes. Alij Johannem bapti
ſtam alij heliam: alij vero quaſi vnum de prophe
D tis. Tunc dicit illis. Vos vero quem me eſſe dici
mat.xvj.b. Luc.ix.c. tis. Reſpondens Petrus: ait ei. Tu es chriſtus.
Et comminatus eſt eis: ne cui dicerent de illo.
Et cepit docere eos quoniam oportet filium ho
minis multa pati: ꝛ reprobari a ſenioribus et a
ſummis ſacerdotibus ꝛ ſcribis: ꝛ occidi: et poſt
tres dies reſurgere. Et palam verbum loqueba
tur. Et apprehendens eum petrus: cepit incre
mat.xvj.c. Luc.ix.c. pare eum. Qui conuerſus: ꝛ videns diſcipulos ſu
os: comminatus eſt petro: dicens. Vade retro me
ſathana: quoniam non ſapis que dei ſunt: ſꝫ que
ſunt hominum. Et conuocata turba cū diſcipu
lis ſuis: dixit eis. Si quis vult me ſequi deneget
mar.x.d. ſemetipſum: ꝛ tollat crucem ſuam: ꝛ ſequatur me.
Luc.xvij.g. Qui enim voluerit animam ſuam ſaluam facere:
perdet eam: qui autem perdiderit animam ſuam
Mat.x.b. propter me ꝛ euangelium: ſaluam faciet eā. Quid
Lu.ix.c. enim proderit homini: ſi lucretur mundum totū:
ꝛ detrimentum anime ſue faciat Aut quid homo
cōmutationis dabit pro anima ſua. Qui enī me
confeſſus fuerit: ꝛ verba mea in generatione iſta
adultera ꝛ peccatrice: ꝛ filius hominis confitebi
tur eum: cum venerit in gloria patris ſui cum an
gelis ſanctis.

Capituli. Summarium. Jeſus in monte transfiguratur: ꝛ dixit quia helias venit: eiecto ſurdo ꝛ muto ſpiritu: dicit diſcipulis: hoc genus in nullo poteſt exire niſi oratione ꝛ ieiunio: predicit paſſionem ſuam humilitatem docet: ꝛ non eſſe prohibendum qui in nomine eius virtutem facit: de calice aque: de ſcandalo manus: pedis: ꝛ oculi: de ſale.

Capitulum. ix.

A mat.xvj.d. Lu.ix.d. ET dicebat il
lis amē dico vobis
q: ſunt quidam de
hic ſtantibus qui
non guſtabunt mortem: donec
mat.xviij.a Lu.ix.a. videant regnum dei veniens in
virtute. Et poſt dies ſex aſſum
pſit Jeſus petrum ꝛ iacobum
ꝛ iohannem: ꝛ duxit illos i mō
tem excelſum ſolos: ꝛ transfigu
ratus eſt coram ipſis. Et veſtimenta eius facta
ſunt ſplendentia et candida nimis velut nix: qua
lia fullo non poteſt ſuper terram candida facere.
Et apparuit illis helias cum moyſe: et erant lo
quentes cum Jeſu. Et reſpondens petrus ait ie
ſu. Rabbi: bonum eſt nos hic eſſe: faciamus tria
tabernacula: tibi vnum: moyſi vnū: et helie vnū.
Non enim ſciebat quid diceret. Erant enī timo
re exterriti. Et facta eſt nubes obūbrans eos: et
venit vox de nube dicens. Hic eſt filiꝰ meus cha
riſſimus: audite illū. Et ſtatim circūſpicientes: B
neminem amplius viderunt niſi ieſum tantū ſe mat.xvij.b.
cum. Et deſcendentibus illis de monte precepit
illis ne cuiq̄ qd̄ vidiſſent: narrarent: niſi cum fi
lius hominis a mortuis reſurrexerit. Et verbum
continuerūt apud ſe: conquirentes quid eſſet cū
a mortuis reſurrexerit. Et interrogabant eū: di
centes. Quid ergo dicūt pharisei et ſcribe: q: he mat.xvij.b.
liam oporteat venire primū. Qui reſpondēs: ait
illis. Helias cū venerit primo reſtituet omnia: et
quō ſcriptū eſt in filium hominis vt multa patia
tur et contēnat. Sed dico vobis. q: et helias ve
nit et fecerunt illi quecūq̄ voluerunt: ſicut ſcri
ptum eſt de eo. Et veniens ad diſcipulos ſuos vi
dit turbam magnam circa eos: et ſcribas cōqui
rentes cum illis. Et confeſtī omnis populus vi C
dens Jeſum: ſtupefactus eſt: ꝛ expauerunt: et ac
currentes ſalutabant eum: et interrogauit eos.
Quid inter vos cōquiritis. Et reſpondēs vnus mat.xvij.c.
de turba: dixit. Magiſter attuli filium meum ad Lu.ix.c.
te: habentem ſpiritum mutum: qui vbicūq̄ eum
apprehenderit: allidit illum et ſpumat et ſtridet
dentibus et areſcit. Et dixi diſcipulis tuis: vt eij
cerent illum: et non potuerunt. Qui reſpondens mat.xvij.c.
eis dixit: O generatio incredula: q̄diu apud vos Lu.ix.c.
ero q̄diu vos patiar. Afferte illum ad me. Et at
tulerunt eum. Et cum vidiſſet eum: ſtatim ſpiri
tus conturbauit illum: et eliſus in terram voluta
batur ſpumās: ꝛ interrogauit patrem eius. Quā
tum temporis eſt ex quo ei hoc accidit. At ille ait
Ab infantia: ꝛ frequenter eum in ignem ꝛ aquas
miſit: vt eum perderet. Sed ſi qd̄ potes: adiuua
nos: miſertus noſtri. Jeſus aūt ait illi. Si potes
credere: omnia poſſibilia ſunt credenti. Et conti D
nuo exclamās pater pueri cū lachrymis aiebat.
Credo dn̄e adiuua incredulitatem meam. Et cū
vidiſſet Jeſus concurrentem turbam: cōminatꝰ
eſt ſpiritui immundo dicens illi. Surde ꝛ mute ſpi
ritus: ego precipio tibi: exi ab eo: ꝛ amplius ne in
troeas in eū. Et exclamans ꝛ multū diſcerpens
eū: exijt ab eo. Et factus eſt ſicut mortuus: ita vt
multi dicerent: q: mortuus eſt. Jeſus autem te mat.xvij.c.
nens manū eius eleuauit eū: ꝛ ſurrexit. Et cū in
troiſſet in domū: diſcipuli eius ſecreto interroga
bant eū. Quare nos non potuimus eijcere eum.
Et dixit illis. Hoc genꝰ in nullo poteſt exire: niſi E
in oratione ꝛ ieiunio. Et inde profecti pretergre
diebantur galileam: nec valebat quēq̄ ſcire. Do mat.xvij.d
cebat autem diſcipulos ſuos: ꝛ dicebat illis: q̄m Lu.ix.c.
filius hoīs tradet in manus hominū: ꝛ occident ſ.viij.d.
eum: ꝛ occiſus tertia die reſurget. At illi ignora j.x.c.
bant verbū: ꝛ timebāt eū interrogare. Et vene

rūt capharnaū. Quí cū domi eſſent: interroga-
mat xviij.a bat eos. Quid in via tractabatur. At illi tacebāt
Lu.ix.f. Si quidem in via inter ſe diſputauerant: quis eo
math.x.d. rum maior eſſet. Et reſidens vocauit duodecim:
mat.xviij.a ⁊ ait illis. Si quis vult primus eſſe: erit omnium
Lu.xix.f. nouiſſimus ⁊ omniuꝫ miniſter. Et accipiens pue
F rum ſtatuit eum in medio eorum. Quem cū com-
plexus eſſet ait illis. Quiſquis vnum ex huiuſmo
di pueris receperit in nomine meo: me recipit: ⁊
quicunqꝫ me ſuſceperit: non me ſuſcipit: ſed eum
qui me miſit. Reſpondit illi Iohannes dicens.
Luc.ix.f. Magiſter vidimus quendam in nomine tuo eij-
cientem demonia: qui non ſequitur nos: ⁊ prohi
j Corinth. buimus eum. Ieſus autem ait. Nolite prohibe-
xij.a. re eum. Nemo eſt enim qui facit virtutem in no-
mie meo: ⁊ poſſit cito male loqui de me. Qui eñ
non eſt aduerſum vos: pro vobis eſt. Quiſquis
enim potum dederit vobis calicem aque frigide
in nomine meo qꝫ chriſti eſtis: Amen dico vobis
non perdet mercedem ſuam. Et quiſquis ſcanda
lizauerit vnum ex illis puſillis credentibus i me:
bonum eſt ei magis ſi circundaretur mola aſina-
mat.xviij.a ria in collo eius: ⁊ in mare mitteretur. Et ſi ſcan
Luc.xvij.a. dalizauerit te manus tua: abſcide illam. Bonum
G eſt tibi debilem introire in vitam: ꝙ duas manꝰ
Eſa. lxvj.g habentem ire in gehennam: in igneꝫ inextinguibi
Ezec.xx.g. lem vbi vermis eorum non moritur: ⁊ ignis non
extinguitur. Et ſi pes tuus te ſcandalizat: ampu
ta illum. Bonum eſt tibi claudum introire in vi-
tam eternam ꝙ duos pedes habentem mitti in
gehennam ignis inextinguibilis: vbi vermis eo-
rum non moritur: ⁊ ignis non extinguitur. Quo-
mat.xviij b niam ſi oculus tuus ſcandalizat te: eijce eum: Bo
num eſt tibi luſcuꝫ introire in regnū dei. ꝙ duos
oculos habentem mitti in gehennam ignis: vbi
vermis eorum non moritur: ⁊ ignis non extingui
tur. Omnis enim igne ſalietur: ⁊ omnis victima
Mat. v.b. ſale ſalietur. Bonum eſt ſal. Quoniam ſi ſal inſul
Lu. xiiij.g. ſum fuerit in quo illud condietis. Habete in vo-
bis ſal ⁊ pacem habete inter vos.

¶ Capi. Sum. ¶ Vxorem nō dimittendaꝫ niſi ob fornicationē: Ieſus dixit: ſinite paruulos venire ad me: Dixit nemo bonus niſi vnꝰ deus: dixit vade vende quecūqꝫ habes ⁊ da pauperibus: difficile qui pecunias habent in regnum dei introibunt: qui ſi ſuis renunciauerit centuplum accipiet erunt primi nouiſſimi: ⁊ venturam ſibi predicit paſſionem: petitio filiorum zebedei: qui voluerit in vobis primus eſſe: erit omnium ſeruus filius hominis non venit vt miniſtraretur: ſed vt miniſtraret: de ceco mendicante curato.

Capitulum.x.

A
Mat. ix.a. Et inde exurgens ve-
nit in fines iudee vltra iordanem
⁊ conueniunt iterum turbe ad euꝫ
⁊ ſicut conſueuerat iteruꝫ docebat
illos. Et accedentes phariſei in-
terrogabant eum: ſi licet viro vxorem dimittere:
temptantes eum. At ille reſpondens: dixit eis. Deu.xx
Quid vobis p̄cepit moyſes. Qui dixerunt. Moy a.
ſes permiſit libellum repudij ſcribere ⁊ dimitte- Matt.
re. Quibus reſpondens Ieſus ait. Ad duriciam xix.a.
cordis veſtri ſcripſit vobis preceptum iſtud. Ab Gen.ij.d
initio autem creature maſculum ⁊ feminam fe- Mat.ix
cit eos deus. Propter hoc relinquet homo pa- Eph.v.d.
trem ſuam ⁊ matrem et adherebit ad vxorem ſu- j.Corint.
am: et erunt duo in carne vna. Itaqꝫ iam non vj.d.
ſunt duo: ſed vna caro. Quod ergo deus coniun- B
xit homo non ſeparet. Et in domo iterum diſci- Matt.
puli eius de eodem interrogauerunt euꝫ. Et ait xix.b.
illis. Quicunqꝫ dimiſerit vxorem ſuam: et aliam Luc.xvj.
duxerit: adulterium cōmittit ſuper eā. Et ſi vxor mat.xv
dimiſerit virum ſuum: et alij nupſerit: mechatur. Luc.xvj.
Et offerebant illi paruulos vt tangeret eos. di- Mat.ix.b.
ſcipuli autem cōminabantur offerētibus. Quos Lu.xviij.c.
cum videret Ieſus: indigne tulit: ⁊ ait illis. Sini
te paruulos venire ad me: et ne prohibueritis
eos: talium eſt enim regnum dei. Amen dico vo-
bis: quiſquis non receperit regnuꝫ dei velut par
uulus: non intrabit in illud. Et complexās eos: ⁊
imponens manus ſuper illos benedicebat eos.
Et cum egreſſus eſſet in via: procurrens quidam C
genuflexo ante eum rogabat eum dicens. Ma- Mat.x.b.
giſter bone: quid faciam vt vitam eternam perci Luc.x.e.
piam. Ieſus autem dixit ei. Quid me dicis bo- Exo.xx.b.
num. Nemo bonus niſi vnus deus. Precepta Ro.viij.a
noſti: ne adulteres: ne occidas: ne fureris: ne fal- Eccl.iij.b.
ſum teſtimonium dixeris: ne fraudem feceris: ho mat.xix.a.
nora patrem tuum et matrem. At ille reſpondēs Lu.xviij.a.
ait illi. Magiſter: hec omnia obſeruaui a iuuen-
tute mea. Ieſus autem intuitus eum: dilexit eū:
⁊ dixit ei: Vnum tibi deeſt: vade quecunqꝫ ha-
bes vende et da pauperibus: et habebis theſau- mat.xix.c.
rum in celo: et veni ſequere me. Qui contriſtatus Lu.xviij.
in verbo: abijt merens. Erat enim habens mul-
tas poſſeſſiones. Et circumſpiciens Ieſus ait di
ſcipulis ſuis. Quam difficile qui pecunias habēt
in regnum dei introibunt. Diſcipuli autem ob-
ſtupebant in verbis eius. At Ieſus rurſus reſpō
dens: ait illis. Filioli: quam difficile eſt confiden mat.xix.c.
tes in pecunijs in regnum dei introire. Facilius Lu.xviij.c.
eſt camelum per foramen acus tranſire: quam di D
uitem intrare in regnum dei. Qui magis admi-
rabantur: dicentes ad ſemetipſos. Et quis po- mat.xix.d.
teſt ſaluꝰ fieri. Et intuens illos Ieſus: ait. Apud Lu.xviij.c.
homines impoſſibile: ſed non apud deum: om- mat.xix.d.
nia enim poſſibilia ſunt apud deum. Et poſt Lu.xix.e.
hec cepit ei petrus dicere. Ecce nos dimiſimus mat.xix.d.
omnia: ⁊ ſecuti ſumus te. Reſpondens Ieſus Lu.xviij.c.
ait. Amen dico vobis: nemo eſt qui reliquerit do
mum: aut fratres: aut ſorores: aut patrem aut
matrem: aut filios: aut agros: propter me et pro
pter euangelium: qui non accipiet centies tantū
nunc in tempore hoc: domos ⁊ fratres ⁊ ſorores E
⁊ matres ⁊ filios ⁊ agros cum perſecutionibus: mat.xix.d.
⁊ in ſeculo futuro vitam eternam. Multi auteꝫ Lu.xiij.f.
erunt primi nouiſſimi: et nouiſſimi primi. Erant
autem in via aſcendentes hieroſolymam: ⁊ pre-
cedebat illos Ieſus. Et ſtupebant: ⁊ ſequentes

mat.xx.e. Lu.xviij.c. timebant. Et aſſumens iterum duodecim: cepit
illis dicere que eſſent ei ventura. Quia ecce aſcē-
dimus hieroſolymam: et filius hominis trade-
tur principibus ſacerdotum ꝛ ſcribis ꝛ ſenio-
ribus: et damnabunt eum morte: et tradent eum
Mat.xx.c. gentibus et illudent ei: et conſpuent eum: et fla-
gellabunt eum: ꝛ interficient eum: et tertia die
reſurget et accedunt ad eum Jacobus et Johā-
nes filij zebedei: dicentes. Magiſter: volumus
vt quodcunq; petierimus: facias nobis. At ille
dixit eis. Quid vultis vt faciam vobis. Et dixe-
F runt. Da nobis vt vnus ad dexteram: et alius
ad ſiniſtram tuam ſedeamus in gloria tua. Je-
ſus autem ait eis. Neſcitis quid petatis: pote-
ſtis bibere calicem quem ego bibo: aut baptiſ-
mo quo ego baptizor: baptizari. At illi dixerunt
ei. Poſſumus. Jeſus autem ait eis. Calicez qui-
dem quem ego bibo bibetis: et baptiſmo quo
ego baptizor: baptizabimini: ſedere autem ad
dexteram meam: vel ad ſiniſtram: non eſt meum
Mat.xx.c. dare vobis: ſed quibus paratum eſt. Et audien-
xciij.diſtin. tes decem: indignati ſunt de Jacobo et Johan-
ca.diaconi ne. Jeſus autez vocans eos: ait illis. Scitis quia
ſunt.ix.q.iij. hi qui videntur principari gentibus: dominan-
nulluſ ꝑmas tur eis: et principes eorum poteſtatem habent
G ipſorum. Non ita eſt autem in vobis: ſed quicum-
Mat.xx.d. q; voluerit fieri maior: erit veſter miniſter: ꝛ qui-
Joh.x.d. cunq; voluerit in vobis primus eſſe: erit omniuz
Mat.xx.d ſeruus. Nam ꝛ filius hominis non venit vt mini-
Lu.xviij.f. ſtraretur ei: ſed vt miniſtraret et daret animam
ſuam redemptionem pro multis. Et veniunt hie-
rico: et proficiſcente eo de hierico: et diſcipulis
eius: ꝛ plurima multitudine: filius thimei barthi-
meus cecus ſedebat iuxta viam. Mendicans:
Qui cum audiſſet quia Jeſus nazarenus eſſet:
cepit clamare et dicere. Jeſu fili dauid miſerere
mei. Et comminabantur illi multi vt taceret: at
ille multo magis clamabat: fili dauid miſerere
mei. Et ſtans Jeſus precepit illum vocari. Et
vocant cecum dicentes ei: Animequior eſto: ſur-
ge: vocat te. Qui proiecto veſtimento ſuo: exili-
Mat.xx.d. ens venit ad euz. Et reſpondens Jeſus: dixit il-
li. Quid tibi vis faciam. Cecus autem dixit ei.
Rabboni: vt videam. Jeſus autez ait illi. Vade:
fides tua te ſaluum fecit. Et confeſtim vidit ꝛ ſe-
quebatur eum in via.

¶ Capituli. Summarium. ¶ Dei pullo aſi-
ne: de ficu quam dominus maledixit cum eſu-
rijt: de templo eijcit vendentes et ementes: ſa-
cerdotes et ſcribe querebant quomodo eum
perderent: ficum aridam factam radicitus: non
heſitandum in corde: credite quia accipietis que
petitis: dimittite ſi quid habetis aduerſus ali-
quem in oratione: interrogatus in qua poteſta-
te hec facis.

Capitulum.xj.

Et cum ap- A
propinquaret hie- Mat.xxj.a
roſolyme ꝛ betha- Luc.xix.c.
nie ad montez oli-
uarum mittit duos ex diſcipu-
lis ſuis ꝛ ait illis. Jte in caſtel-
lum quod contra vos eſt: ꝛ ſta-
tim introeuntes illuc inuenie-
tis pullum ligatum ſuper quez
nemo adhuc hominum ſedit:
ſoluite illuz ꝛ adducite. Et ſi quis vobis aliquid
dixerit quid facitis: dicite quia domino neceſſa- mat.xxj.b.
rius eſt ꝛ continuo illum dimittet huc. Et abeū- Mat.xxj.a
tes inuenerunt pullum ligatū ante ianuā foris i
biuio: ꝛ ſoluūt eū. Et quidam de illic ſtantibus
dicebant illis: Quid facitis ſoluētes pullū? Qui
dixerunt eis ſicut ꝑceperat eis ieſus: ꝛ dimiſerūt
eis. Et duxerunt pullū ad ieſum: ꝛ imponunt illi
veſtimenta ſua: ꝛ ſedit ſuper eū. Multi autez ve- Mat.xxj.a
ſtimenta ſua ſtrauerunt in via. Alij autē frondes Luce.xix.f.
cedebant de arboribus: ꝛ ſternebāt in via: ꝛ qui Joh.xij.b.
preibant ꝛ qui ſequebant clamabant dicentes. B
Oſanna benedictus q venit in nomine domini.
benedictum quod venit in regnum patris noſtri
dauid: oſanna in excelſis. Et introiuit hieroſoly-
mā in templum: ꝛ circūſpectis omnibus cum iaz
veſpera eſſet hora: exijt in bethaniam cum duo-
decim: ꝛ alia die cum exirent a bethania eſurijt.
Cūq; vidiſſet a longe ficum habentem folia: ve-
nit ſi qd forte inueniret in ea. Et cuz veniſſet ad Mat.xxj.b
eā nihil inuenit niſi folia. Non erat tempus fico-
rum. Et reſpondens dixit ei. Jam non amplius
in eternum ex te fructum quiſꝙ̄ māducet. Et au-
diebant diſcipuli eius: ꝛ veniunt hieroſolimam.
Et cum introiſſet in templum cepit eijcere vēdē- Mat.xxj.b
tes ꝛ emētes in templo: ꝛ menſas nūmulariorum Luce.xix.g
ꝛ cathedras vendentiuz colūbas euertit. Et nō Joh.ij.c.
ſinebat vt quiſꝙ̄ tranſferet vas per templum: et
docebat dicens eis. Nonne ſcriptum eſt: quia do- C
mus mea domus orationis vocabitur omnibus Eſa.lvj.c.
gentibus? Vos autem feciſtis eam ſpeluncam la- Hier.vij.b
tronum. Quo audito principes ſacerdotū ꝛ ſcri- mat.xxj.d.
be querebant quomodo eum perderēt. Timebāt Lu.xix.g.ꝛ
eum: quoniam vniuerſa turba admirabatur ſup xx.c.ꝛ.xxj.
doctrina eius. Et cum veſpera facta eſſet: egre- a.
diebatur de ciuitate. Et cum mane tranſirent vi- Jo.vij.d.ꝛ
derunt ficum aridam factam a radicibꝰ: ꝛ recor- g.et.viij.c.
datus petrus dixit ei. Rabbi ecce ficus cui male- mat.xxj.b.
dixiſti aruit. Et reſpondens ieſus ait illis. Habe- mat.xvij.c.
te fidem dei. amē dico vobis: q: quicunq; dixerit ꝛ.xx.c.
huic monti: tollere ꝛ mittere in mare ꝛ non heſi- Lu.xvij.b.
tauerit in corde ſuo ſed crediderit q: quodcunq; Mat.xxj.c
dixerit fiat fiet ei. Propterea dico vobis: oia q̄- Jo.xiiij.b.
cūq; orantes petitis credite: q: accipietis et eue- Mat.vj.b.
nient vobis. Et cum ſtabitis ad orandū: dimitti- D
te ſi quid habetis aduerſus aliquē: vt ꝛ pater ve-
ſter qui i celis eſt dimittat vobis peccata veſtra.
Quod ſi vos nō dimiſeritis: nec pater veſter qui mat.xviij.d
in celis ē dimittet vobis peccata vr̄a. Et veniūt
rurſus hieroſolymā. Et cū ambularet i tēplo ac-

cedunt ad eum ſummi ſacerdotes ⁊ ſcribe ⁊ ſenio-
Mat.xxj.g res ⁊ dicunt ei. In qua poteſtate hec facis: ⁊ q̄s
Luce.xx.a. dedit tibi hanc poteſtatem vt iſta facias. Ieſus
autem reſpondens ait illis. Interrogabo ⁊ ego
vos vnum verbum ⁊ reſpondete mihi. ⁊ dicaꝫ vo-
bis in qua poteſtate hec faciam. Baptiſmū Io-
hannis de celo erat: an ex hominibus? Reſpōde-
te mihi. At illi cogitabant ſecum dicentes. Si di-
xerimus de celo dicet nobis: quare ergo non cre-
didiſtis ei. Si dixerimus ex hominib⁹ timemus
populum. Omnes enim habebant iohānēꝫ quia
vere propheta eſſet. Et reſpondentes dicunt ie-
ſu. Neſcimus. Et reſpondens ieſus ait illis. Ne-
qꝫ ego dico vobis in qua poteſtate hec faciam.

Capituli. Summarium. Parabola de vi-
nea ⁊ colonis: de denario ceſaris: de muliere que
ſeptem fratres habuit: de primo mandato inter-
rogatur ⁊ interroganti dicit non eſſe longe a re-
gno dei: dicit quomodo dicunt ſcribe chriſtum
eſſe filium dauid cum ſit dominus dicit cauere a
ſcribis: de vidua ⁊ gazophilatio. Capi. xij.

A
mat.xxj.d. Et cepit illis in para-
Luce.xx.d. bolis loqui. Vineam paſtinauit
Eſaie.v.a. homo ⁊ circumdedit ſepem ⁊ fo-
dit lacum ⁊ edificauit turrim ⁊ lo-
cauit eam agricolis: ⁊ peregre p-
fectus eſt ⁊ miſit ad agricolas in tempore ſeruū:
vt ab agricolis acciperet de fructu vinee. Qui ap-
p̄henſum eum ceciderūt ⁊ dimiſerunt vacuū. Et
iterum miſit ad illos alium ſeruum: ⁊ illum capi-
te vulnerauerunt: ⁊ contumelijs affecerunt. Et
rurſum alium miſit: ⁊ illum occiderunt ⁊ plures
alios: quoſdam cedentes: alios vero occidentes.
Adhuc ergo vnum habens filium chariſſimum: ⁊
illum miſit ad eos nouiſſimum dicens: q: reuere-
buntur filium meum. Coloni autem dixerunt ad
Ge.xxxvij. inuicem. Hic eſt heres: venite occidamus eum: ⁊
d. noſtra erit hereditas. Et apprehendentes eum
Mat.xxj.d occiderunt ⁊ eiecerunt extra vineam. Quid ergo
faciet dominus vinee. Veniet ⁊ perdet colonos:
⁊ dabit vineam alijs. Nec ſcripturam hanc legi-
pſ. cxvij.c. ſtis? Lapidem quem reprobauerunt edificantes
mat.xxj.d. hic factus eſt in caput anguli: a domino factum
Luce.xx.c. eſt iſtud: ⁊ eſt mirabile in oculis noſtris. Et que-
rebant eum tenere: ⁊ timuerunt turbam. Cogno-
Mat.xxj.d uerunt enim quoniam ad eos parabolam hanc
Luc.xix.g. dixerit. Et relicto illo abierunt. Et mittunt ad
Iob.vij.d. eum quoſdam ex phariſeis ⁊ herodianis: vt eum
mat.xxij.b. caperent in verbo. Qui venientes dicunt ei. Ma-
Luc.xx.b. giſter ſcimus q: verax es: ⁊ nō curas quēq̄. Nec
B enim vides in faciem hominum: ſed in veritate vi-
am dei doces. Licet dari tributum ceſari: an non
dabimus? Qui ſciens verſutiam illorum ait illis.
Quid me temptatis? Afferte mihi denariuꝫ vt vi-
deam. At illi obtulerunt ei ⁊ ait illis. Cuius eſt
imago hec ⁊ inſcriptio. Dicunt ei. Ceſaris. Re-
mat.xxij.c. ſpondens autem ieſus dixit illis. Reddite igitur
Ro.xiij.b. que ſunt ceſaris ceſari: ⁊ que ſunt dei deo. Et mi-

rabantur ſuper eo. Et venerunt ſuper eum ſadu- mat.xx
cei: qui dicunt reſurrectionem non eſſe. ⁊ interro- Luce.x
gabant eum dicentes. Magiſter moyſes nobis
ſcripſit vt ſi cuius frater mortuus fuerit: ⁊ dimi-
ſerit vxorem ⁊ filios non reliquerit: accipiat fra-
ter eius vxoreꝫ ipſius ⁊ reſuſcitet ſemē fratri ſuo. mat.xx
Septem ergo fratres erāt: ⁊ primus accepit vxo- Luc.xx
rem ⁊ mortuus eſt non relicto ſemine: ⁊ ſecundus
accepit eam: ⁊ mortuus eſt: ⁊ nec iſte reliquit ſe-
men: ⁊ tertius ſimiliter. Et acceperunt eam ſimi-
liter ſeptem. ⁊ non reliquerunt ſemē. Nouiſſima
omnium defuncta eſt ⁊ mulier: in reſurrectione
ergo cuꝫ reſurrexerint: cuius de his erit vxor. Se-
ptem enim habuerunt eam vxorem. Et reſpon-
dens Ieſus: ait illis. Nonne ideo erratis. non
ſcientes ſcripturas neqꝫ virtutem dei. Cum em̄ C
a mortuis reſurrexerint: neqꝫ nubent neqꝫ nubē- Exo.iij.
tur: ſed ſunt ſicut angeli dei i celis. De mortuis mat.xx
autem q̄ reſurgant: non legiſtis in libro moyſi ſu-
per rubum: quomodo dixerit illi deus: inquiens. mat.xx
Ego ſum deus abraam ⁊ deus iſaac ⁊ deus Ia-
cob. Non eſt deus mortuorum: ſed viuoruꝫ. Vos
ergo multum erratis. Et acceſſit vnus de ſcribis
qui audierat illos conquirentes: ⁊ vidēs quomā Deut.
bene illis reſponderit: interrogauit eū quod eſſet matt.xx
primum omnium mandatum. Ieſus autem re-
ſpondit ei: Quia primum omnium mandatū eſt.
Audi iſrael dominus deus tuus deus vnus ē. Et
diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo
⁊ ex tota anima tua. ⁊ ex tota mente tua. ⁊ ex to-
ta virtute tua. Hoc eſt primum mandatum. Se- Leui.
cundum autem ſimile eſt illi. Diliges proximum Lu.x.c.
tuum ſicut teipſum. Maius horum aliud manda-
tum non eſt. Et ait illi ſcriba. Bene magiſter in
veritate dixiſti. q: vnus eſt deus: ⁊ non eſt alius
preter eum. Et vt diligatur ex toto corde: ⁊ ex to-
to intellectu: ⁊ ex tota anima: ⁊ ex tota fortitudi-
ne: ⁊ diligere proximum tanq̄ ipſum: maior ē om-
nibus holocauſtomatibus ⁊ ſacrificijs. Ieſus au-
tem videns q̄ ſapienter reſpōdiſſet: dixit illi. Nō mat.xx
es longe a regno dei. Et nemo iam audebat euꝫ Lu.x.g.
interrogare. Et reſpondens Ieſus dicebat do- D
cens in templo. Quomodo dicunt ſcribe chriſtū
filium eſſe dauid. Ipſe enim dauid dixit in ſpiri- Pſ.
tuſancto. Dixit domin⁹ domino meo: ſede a dex- mat.xx
tris meis. Donec ponam inimicos tuos: ſcabel- Lu.xx
lum pedum tuorum. Ipſe ergo dauid dixit eum
dominum: ⁊ vnde eſt filius eius. Et multa turba
eum libenter audiuit. Et dicebat eis in doctri- mat.xx
na ſua. Cauete a ſcribis: qui volunt in ſtolis ambu- Lu.xj.
lare: ⁊ ſalutari in foro: ⁊ in primis cathedris ſede- ⁊.xx.g.
re in ſynagogis: ⁊ primos diſcubitus in cenis: q
deuorant domos viduarum ſub obtentu prolixe
orationis: hi accipient prolixius iudicium. Et ſe- Lu.xxj.
dens ieſus contra gazophilacium aſpiciebat q̄
turba iactaret es in gazophilacium: ⁊ multi diui-
tes iactabant multa. Cum veniſſet autem vna vi-
dua pauper: miſit duo minuta: quod eſt q̄drans.
Et conuocans diſcipulos ſuos: ait illis. Amen di-
co vobis: quoniam vidua hec pauper plus omni-
bus miſit qui miſerunt in gazofilacium. Omnes

enim ex eo quod abundabat illis: miſerunt hec vero de penuria ſua omnia que habuit miſit. totum victum ſuum.

Capituli. Summariũ. De templi ſtructura: de venturis ante diem iudicij: de paſſiõe martyrũ: de abominatione et fuga et pregnantibus: de tribulationibus: abbreuiatio dierum: de pſeudo chriſtis et prophetis: ſol obtenebrabitur: et luna non dabit ſplendorem ſuum: ſtelle erunt decidentes etc. de aduentu chriſti: parabola ficus: diẽ et horã nemo ſcit: vigilate et orate: neſcitis tẽpus.

Capitulum. xiij.

A
ma. xxiiij. a
Luc. xix. g.
xxj. b.

ET cum egrederetur de templo: ait illi vnus ex diſcipulis ſuis. Magiſter: aſpice q̃les lapides et quales ſtructure: Et reſpondens Jeſus: ait illi. Uides has oĩes magnas edificationes. Non relinquetur lapis ſuper lapidem: qui non deſtruatur. Et cum ſederet in monte oliuarum contra templum: interrogabant eum ſeparatim Petrus et Jacobus et Johannes et Andreas. Dic nobis quando iſta fient et quod ſignum erit: quando hec omnia incipient conſũmari. Et reſpondens Jeſus: cepit dicere illis. Uidete ne quis vos ſeducat. Multi enim venient in nomine meo: dicentes. q: ego ſum: et multos ſeducent. Cum audieritis autem bella et opiniones bellorum: ne timueritis: oportet enim hec fieri ſed nondum finis. Exurget enĩ gens contra gentem: et regnum ſuper regnum: et erunt terremotus per loca et fames. Initium dolorum hec. Uidete autem voſmetipſos. Tradent enim vos in concilijs: et in ſynagogis vapulabitis: et ante preſides et reges ſtabitis propter me in teſtimonium illis. Et in omnes gentes primũ oportet predicari euangelium. Et cum duxerint vos tradentes: nolite precogitare quid loquamini: ſed quod datum vobis fuerit in illa hora: id loquamini. Non enim vos eſtis loquentes: ſꝫ ſpiritusſanctus. Tradet autem frater fratrem in mortem: et pater filium: et conſurgent filij in parentes: et morte afficient eos. Et eritis odio omnibus propter nomen meum. Qui autẽ ſuſtinuerit vſq; in finẽ: hic ſaluus erit. Cum autẽ videritis abominationem deſolationis ſtanteꝫ vbi nõ debet: qui legit intelligat. Tũc qui in iudea ſũt: fugiant in montes et qui ſuper tectum: nõ deſcẽdant in domum nec ĩtroeat vt tollat quid de domo ſua. Et qui in agro erit: nõ reuertatur retro tollere veſtimentum ſuum. Ue autem pregnantibus et nutrientibus in illis diebus. Orate vero vt hyeme non fiant. Erunt enim dies illi tribulationes tales q̃les non fuerũt ab initio creature quã cõdidit deus vſq; nunc: neq; fient. Et niſi breuiaſſet dñs dies: non fuiſſet ſalua oĩs caro. Sed ꝓpter electos quos elegit breuiabit dies. Et tũc ſi q̇s vobis dixerit. Ecce hic ẽ chriſtꝰ. Ecce illic: ne credideritis. Exurgent enĩ pſeudo chriſti et pſeudo prophete: et dabunt ſigna et portenta ad ſeducẽdos ſi fieri poteſt etiam electos. Uos ergo videte: Ecce predixi vobis omnia. Sed in illis diebus poſt tribulationem illam ſol contenebrabitur: et luna non dabit ſplendorem ſuum: et ſtelle celi erunt decidentes: et virtutes que in celis ſunt mouebuntur. Et tunc videbunt filium hominis venientem in nubibus cũ virtute multa et gloria et tunc mittet angelos ſuos: et ꝯgregabit electos ſuos a quattuor ventis a ſũmo terre vſq; ad ſummum celi. A ficu autem diſcite parabolam. Cum iam ramus eius tener fuerit: et nata fuerint folia cognoſcitis q: in proximo ſit eſtas. Sic et vos cũ videritis hec fieri: ſcitote ꝙ in proximo ſit in oſtijs. Amen dico vobis quoniam non tranſibit generatio hec donec omnia iſta fiant. Celum et terra tranſibunt: verba autẽ mea non tranſibũt. De die autem illa vel hora nemo ſit: neq; angeli in celo neq; filius niſi pater. Uidete vigilate et orate: neſcitis enim quando tempus ſit ſicut homo qui peregre profectus reliq̃t domum ſuam: et dedit ſeruis ſuis poteſtateꝫ cuiuſq; operis. et ianitori ꝑcepit vt vigilet. Uigilate ergo: neſcitis enim quando dominus domus veniat: ſero an media nocte an galicantu an mane: ne cum venerit repente inueniat vos dormientes. Quod vobis dico omnibus dico. Uigilate.

Margin notes: matt. xxiiij. a. / Luc. xxj. b. / j. cori. iij. b. / Eph. v. b. / Luc. xxj. b. / B / Mat. x. / xxiiij. d. / Luc. xxj. b. / Job. xvj. a. / j. cori. xj. c. / Mat. x. b. / Luce. xij. b. / xxj. c. / Mat. x. c. / xxiiij. b. / matt. xxiiij b. / Lu. xxj. d. / mat. xxiiij. b. / Luce. xxj. e. / mat. xxiiij. b. / C / Mat. xxiiij b. / Luc. xvij. c. / Mat. xxiiij b. / Johel. ij. c. / mat. xxiiij. c. / Lu. xxj. e. / matt. xxiiij. c. / Luc. xxj. f. / D / ma. xxiiij. c. / Lu. xvj. xxj. f. / mat. xxv. a. / Luc. xix. a / Ma. xxiiij. d. et. xxv. a. / Luc. xxj. e.

Capituli. Summarium. De vnguento effuſo ſuper caput ieſu: proditio iude: cũ diſcipulis mãducauit paſcha: dicit vnus veſtrum me tradet: de ſacramento corporis et ſanguinis. etc. et captio.

Capitulũ. xiiij.

A
mat. xxvj. a
Luc. xxij. a.
Jo. xij. a.

ERat autẽ paſcha et azima poſt biduum: et querebant ſũmi ſacerdotes et ſcribe quomodo eũ dolo tenerẽt et occiderẽt: dicebant autem. Non in die feſto: ne forte tumultus fieret in populo. Et cum eſſet bethanie in domo ſimonis leproſi et recũberet venit mulier habens alabaſtrum vnguenti nardi

mat. xxvj. a

ſpicati precioſi:et fracto alabaſtro fudit ſuper
caput eius. Erant autē quidā indigne ferentes
mat.xxvj.a intra ſemetipſos et dicentes. Ut quid perditio
iſta vnguēti facta eſt. Poterat enī vnguentum
iſtud venūdari pluſꝗ̄ trecentis denarijs et dari
pauperibꝰ. Et fremebant in eam. Jeſus aūt di-
mat.xxvj.a xit. Sinite eaꝫ. Quid enī illi moleſti eſtis? Bonū
Joh.xij.b opus operata eſt in me. Sēper enī pauperes ha
bebitis vobiſcū:⁊ cū volueritis poteſtis illis be-
ma.lxxvj.a nefacere me auteꝫ non ſemper habebitis. Quod
habuit hec fecit:p̄uenit vngere corpus meum in
ſepulturam. Amen dico vobis:vbicūꝗ̄ p̄dicatuꝫ
mat.xxvj.a fuerit euangeliū iſtud in vniuerſo mundo:et qđ
Lu.xxij.a. fecit hec narrabitur in memoriā eius. Et Judas
B ſcariothis vnus de duodecim abijt ad ſummos
ſacerdotes:vt p̄deret eum illis. Qui audientes
gauiſi ſunt:⁊ p̄miſerunt ei pecuniam ſe daturos.
Et q̄rebant quomodo euꝫ oportune traderent.
Et primo die azimorū q̄n paſcha immolabant:di
mat.xxvj.b cunt ei diſcipuli. Quo vis eamus ⁊ paremus tibi
Lu.xxij.a. comedere paſca? Et mittit duos ex: diſcipulis
ſuis et dicit eis. Jte in ciuitatem:et occurret vo
bis homo lagenam aque baiulans: ſequimini
eum ⁊ quocunꝗ̄ introierit dicite dn̄o domus q:
magiſter dicit. Ubi eſt refectio mea: vbi paſca
cum diſcipulis meis manducem: Et ipſe vobis
demonſtrabit cenaculuꝫ grande ſtratum: ⁊ illic
parate nobis. Et abierunt diſcipuli eius ⁊ vene
mat.xxvj.b runt in ciuitatē:⁊ inuenerunt ſicut dixerat illis:
Lu.xxij.c. et parauerunt paſcha. Ueſpere aute facto venit
Joh.xiij.c. cum duodeciꝫ ⁊ diſcūbētibus eis ⁊ māducantibꝰ
ait Jeſus. Amen dico vobis: q: vnus ex vobis
C tradet me qui manducat mecum. At illi ceperūt
mat.xxvj.b contriſtari ⁊ dicere ei ſingulatiꝫ. Numquid ego.
Lu.xxij.c. Qui ait illis. Unus ex duodeciꝫ qui intingit ma
mat.xxvj.c nuꝫ mecum in catino. Et filius quideꝫ hominis
Luc.xxij.b vadit ſicut ſcriptū ē de eo. Ue auteꝫ homini illi
j.cor.xj.b. per queꝫ filius hominis tradetur. Bonū erat ei
ſi natus non fuiſſet homo ille. Et manducanti-
bus illis. Accepit Jeſus paneꝫ et benedicēs fre
git ⁊ dedit eis ⁊ ait. Sumite hoc eſt corpus meū
Et accepto calice gratias agēs dedit eis. Et bi
mat.xxxv.c berūt ex illo omnes. Et ait illis. Hic eſt ſanguis
meus noui teſtamēti qui pro multis effundetur.
Amen dico vobis: ꝙ iam non bibaꝫ de hoc geni-
mine vitis vſꝗ̄ in diē illū:cū illud bibam nouum
mat.xxvj.c in regno dei. Et hymno dicto exierunt in mōteꝫ
Jo.xviij.a. oliuarum. Et ait eis Jeſus. Omnes ſcandaliza-
Zach.xiij.c bimini i me ī nocte iſta: q: ſcriptū eſt. Percutiā
paſtorem:et diſpergentur oues. Sed poſtꝗ̄ re-
mat.xxvj.c ſurrexero precedam vos in galileaꝫ. Petrus au
Lu.xxij.d tem ait illi. Et ſi omnes ſcandalizati fuerint:ſed
non ego. Et ait illi Jeſus. Amen dico tibi q: tu
D hodie in hac nocte priuſꝗ̄ bis gallus vocem de-
mat.xxvj.d derit ter me es negaturus. At ille amplius loque
batur. Et ſi oportuerit me ſimul cōmori tecū nō
mat.xxvj.d te negabo. Similiter autem et omnes dicebant
Joh.xij.d. Et veniunt in predium cui nomē Bethſemani:
mat.xxvj.d et ait diſcipulis ſuis. Sedete hic donec oreꝫ. Et
Luc.xxij.d aſſumit Petrum: et Jacobum et Johannem
ſecum:et cepit pauere et tedere. Et ait illis. Tri

ſtis eſt anima mea vſꝗ̄ ad mortē. Suſtinete hic Joh.
et vigilate. Et cum proceſſiſſet paululū procidit
ſuper terrā: et orabat vt ſi fieri poſſet tranſiret
ab eo hora:et dixit. Abba pater omnia tibi poſ-
ſibilia ſūt:trāſfer calicē hūc a me:ſꝫ nō qđ ego vo
lo ſꝫ qđ tu. Et venit ⁊ iuēit eos dormiētes:⁊ ait mat.
petro. Simō dormis:nō potuiſti vna hora vigila Luc.
re. Uigilate et orate vt non intretis in tēptatiō
nem. Spiritus quidem p̄mptus eſt:caro autem mat.
infirma: Et iterum abiens orauit eūdem ſermo Joh.
nem dicens. Et reuerſus denuo inuenit eos dor mat.
miētes. Erāt enī oculi eorū grauati:⁊ ignorabāt E
quid reſponderent ei. Et venit tertio ⁊ ait illis. mat.
Dormite iam et requieſcite. Sufficit venit ho-
ra: ecce filius hominis tradetur in manus pec-
catorū. Surgite eamus. Ecce qui me tradet pro
pe eſt. Et adhuc eo loquēte venit iudas ſcarioth mat.
vnus de duodecim: et cum eo turba multa cum Luc.
gladijs et lignis miſſi a ſummis ſacerdotibus et Jo.
ſcribis et ſenioribus. Dederat autem traditor
eis ſignum dicens. Quemcunꝗ̄ oſculatus fuero mat.
ipſe eſt:tenete eum et ducite caute. Et cū veniſ-
ſet:ſtatim accedens ad euꝫ:ait. Aue rabbi:⁊ oſcu
latus eſt eum. At illi manus iniecerunt in Jeſuꝫ:
et tenuerunt eum. Unus autē quidam de circum mat.
ſtantibus educens gladium:percuſſit ſeruū ſum Luc.
mi ſacerdotis: et amputauit illi auriculam. Et Jo.
reſpondens Jeſus:ait illis. Tanꝗ̄ ad latronem
exiſtis cum gladijs ⁊ lignis comprehendere me: mat.
quotidie eram apud vos in templo docens ⁊ nō Luc.
me tenuiſtis. Sed vt impleantur ſcripture. Tūc Jo.
diſcipuli eius relinquentes euꝫ:omnes fugerūt. mat.
Adoleſcens autem quidam ſequebat eum: ami-
ctus ſyndone ſuper nudo:et tenuerunt eum. At F
ille reiecta ſyndone nudꝰ profugit ab eis. Et ad mat.
duxerunt Jeſum ad ſummū ſacerdotem:et con Luc.
uenerunt omnes ſacerdotes et ſcribe ⁊ ſeniores. mat.
Petrus autem a longe ſecutus eſt eum vſꝗ̄ in Luc.
tro in atrium ſummi ſacerdotis:et ſedebat cum Jo.
miniſtris ad ignem:et calefaciebat ſe. Sūmi vo mat.
ſacerdotes et omne conſilium querebant aduer Lu.
ſus Jeſum teſtimonium vt euꝫ morti traderēt:
nec inueniebant. Multi autem falſuꝫ teſtimoni-
um dicebant aduerſus eum:et conueniētia teſti mat.
monia non erant. Et quidam ſurgentes:falſum
teſtimonium ferebant aduerſus eum: dicentes.
Qm̄ nos audiuimus eum dicentē. Ego diſſoluā
templuꝫ hoc manufactum:⁊ poſt triduuꝫ aliud
non manufactum edificabo. Et non erat conue
niens teſtimoniū illorū. Et eſurgens ſummus ſa
cerdos in mediū:interrogauit Jeſuꝫ:dicēs. Nō
rn̄des quicꝗ̄ ad ea que tibi obijciunt ab his?
Jlle aūt tacebat:⁊ nihil rn̄dit. Ruſum ſummus mat.
ſacerdos intterrogabat eū:⁊ dixit ei. Tu es chri Lu.
ſtus filius dei bn̄dicti. Jeſus aūt dixit illi. Ego mat.
ſum. Et videbitis filium hoīs ſedentē a dextris Lu.
virtutis dei:⁊ venientē cum nubibus celi. Sum Joh.
mus autē ſacerdos ſcindens veſtimenta ſua:ait G
Quid adhuc deſideramus teſtes? Audiſtis bla- mat.
ſphemiam. Quid vobis videtur. Qui oēs condē Lu.
nauerunt eū eſſe reuꝫ mortis. Et ceperūt quidā mat.

Luc.xxij.g. conſpuere eum:⁊ velare faciē eius:⁊ colaphis eū
Jo.xviij.d. cedere:⁊ dicere ei. Propheti3a. Et miniſtri ala
pis eum cedebant. Et cum eſſet petrus in atrio
deorſum:venit vna ex ancillis ſummi ſacerdotis:
⁊ cum vidiſſet petrum calefacientem ſe: aſpiciēs
illum:ait. Et tu cum Jeſu na3areno eras. At ille
mat.xxvj.g negauit:dicēs. Neq3 ſcio neq3 noui quid dicas.
Luce.xxij.f Et exijt foras ante atriū:⁊ gallus cantauit. Rur
Jo.xviij.c. ſus autem cum vidiſſet illum ancilla:cepit dicere
circumſtantibus:q: hic ex illis eſt. At ille iterum
negauit. Et poſt puſillum rurſus qui aſtabant:
dicebant petro. Uere ex illis es:nam ⁊ galileus
es. Ille autem cepit anathematizare ⁊ iurare:q:
neſcio hominem iſtum quem dicitis:⁊ ſtati3 gal
lus iterum cātauit. Et recordatus eſt petrus ver
mat.xxvj.g bi quod dixerat ei Jeſus: priuſq̄ gallus cantet
Luc.xxij.g. bis:ter me negabis:⁊ cepit flere.

Cap. Sūma. Uinctū Jeſum duxerunt ad pilatum:⁊ illuſio ⁊ crucifixio ⁊ mors ⁊ ſepultura Jeſu chriſti. Capitulū.xv

A

Et confeſtim
ma.xxvij.a mane conſilium fa-
Luc.xxv.a. cientes ſummi ſacer
Jo.xviij.c. dotes cū ſenioribus
ma.xxvij.b ⁊ ſcribis ⁊ vniuerſo cōcilio vin
Lu.xxiij.a. cientes ieſum duxerunt ⁊ tra-
Jo.xviij.f. diderunt pilato. Et interroga
ma.xxvij.b uit eum pilatus. Tu es rex iu-
Joh.xix.b. deorum: At ille reſpōdens: ait
ma.xxvij.b illi. Tu dicis. Et accuſabant eū
Lu.xxiij.c. ſummi ſacerdotes in multis. Pilatus autē3 rur
Jo.xviij.g ſum iterrogauit eū dicēs: Non reſpōdes q̄cq̄ā:
ma.xxvij.b Uide in quātis te accuſant. Jeſus āt amplius ni-
Jo.xviij.g hil rūdit:ita vt miraret pilatus. Per diē aūt fe-
ſtum ſolebat dimittere illis vnū ex victis quēcū-
q3 petiſſent. Erat autē q̄ dicebat barrabas:q̄ cū
ſeditioſis erat vinctus:q̄ in ſeditione fecerat ho-
micidiū. Et cū aſcendiſſet turba:cepit rogare ſi-
cut ſemp̄ faciebat illis. Pilatus aūt rūdit eis ⁊
ma.xxvij.b dixit. Uultis dimittā vobis regē iudeorum: Scie-
Lu.xxiij.c. bat eī q̄ p̄ inuidiā tradidiſſent eū ſūmi ſacerdo
Jo.xviij.g tes. Pōtifices aūt ꝯcitauerunt turbā:vt magis
B barrabā dimitteret eis: Pilatus aūt iterum reſpō
dens.ait illis: Quid ergo vultis faciā regi iudeo
mat.xxvij.c rum: At illi iterum clamauerūt. Crucifige eū: Pila
Luc.xxiij.d tus vero dicebat illis. Quid eī mali fecit. At illi
Jo.xix.c. magis clamabāt. Crucifige eū. Pilatus aūt vo-
ma.xxvij.c. lens populo ſatiſfacere:dimiſit illis barrabam:⁊
Joh.xix.a. tradidit ieſum flagellis ceſu3 vt crucifigeret. Mi
lites autē duxerūt eū in atriū p̄torij:⁊ conuocāt
ma.xxvij.d totā cohortē:⁊ induūt eū purpura:⁊ imponūt ei
Jo.xix.a plectentes ſpineā coronā:⁊ ceperūt ſalutare eu3:
ma.xxvij.d Aue rex iudeorum. Et percutiebant caput eius harū
Lu.xxiij.d. dine:⁊ ꝯſpuebāt eū:⁊ ponētes genua: adorabāt
ma.xxvij.d eū. Et poſtq̄ illuſerunt ei; exuerūt illū purpura:
Lu.xxiij.e. ⁊ induerūt eū veſtimētis ſuis:⁊ educunt illu3:vt
Joh.xix.c. crucifigerēt eū. Et angariauerūt p̄tereūtē quem
piam ſimonē cyreneū veniētē de villa:patrē ale-
xandri ⁊ rufi:vt tolleret crucē eius. Et perducūt ma.xxvij.d
illū in golgotha locū:qđ eſt interpretatū: calua- Joh.xix.c.
rie locus. Et dabant ei bibere myrrhatū vinū:⁊ ma.xxvij.d
nō accepit. Et crucifigētes eū:diuiſerūt veſtimē- Lu.xxxij.c.
ta eius:mittētes ſortē ſup̄ eis:vt q̄s q̄d tolleret. Jo.xviij.d.
Erat autē hora tertia:⁊ crucifixerūt eū. Et erat C
titulus cauſe eius inſcriptus. Rex iudeorum. Et cū eo ma.xxvij.e.
crucifigūt duos latrones:vnū a dextris: ⁊ aliu3 a Lu.xxiij.e.
ſiniſtris eius. Et ipleta eſt ſcriptura q̄ dicit. Et Joh.xix.d.
cū inquis reputatus eſt. Et p̄tereuntes blaſphe Eſa.liij.d.
mabāt eū:mouētes capita ſua:⁊ dicētes. Uah q̄ Lu.xxij.d.
deſtruis tēplū dei:⁊ in tribus diebus reedificas. Sal
uum fac teipm̄ deſcendēs de cruce. Siliter ⁊ ſūmi ma.xxvij.e
ſacerdotes illudētes ad alterutrū cū ſcribis dice
bant. Alios ſaluos fecit:ſeipm̄ nō pōt ſaluū face ma.xxvij.c.
re. Xp̄s rex iſrael deſcēdat nūc de cruce: vt videa Lu.xxiij.c.
mus ⁊ credamus. Et q̄ cū eo crucifixi erāt: conui ma.xxvij.f.
ciabant ei. Et facta hora ſexta:tenebre facte ſūt ma.xxvij.f.
p̄ totā terrā vſq3 in horā nonā. Et hora nona ex Luc.xxiij.e
clamauit ieſus voce magna:dicens. Eloi eloi lā- Jo.xix.e.
ma3abathani. qđ eſt interpretatu3 Deus meus ma.xxvij.e.
deus meus:vt q̄d dereliquiſti me. Et q̄dā de cir-
cūſtantibus audiētes dicebāt. Ecce heliā vocat. mat.xxvij.
Currēs autē vnus ⁊ iplens ſpongiā aceto circū- Luc.xxiij.e
ponēs calamo potū dabat ei dicēs. Sinite videa Joh.xix.f.
mus ſi veniat helias ad deponendum eū. Jeſus D
autem emiſſa voce magna expirauit. Mat.vij.f. Lu.xxiij.g.

Et velum templi ſci mat.xxvij.f
ſum ē i duo a ſūmo vſq3 deorſū
Uidēs autē cēturio q̄ ex aduer
ſo ſtabat:q: ſic clamās expiraſ
ſet ait. Uere hic homo filius dei
erat. Erāt aūt ⁊ mulieres de lō mat.xxvij.f
ge aſpiciētes:iter quas erat maria magdalene ⁊
maria iacobi minoris ⁊ ioſeph mr̄ ⁊ ſolome. Et cū ma.xxvij.g
eēt i galilea ſeq̄bant eū ⁊ miſtrabāt ei:⁊ alie mul Luc.xxiij.g
te q̄ ſimul cū eo aſcēderāt hieroſolymā. Et cū iā Joh.xix.g.
ſero eēt factū:q: erat paſceue qđ eſt aū ſabbatū
venit Joſeph ab arimathia nobilis decurio: q̄ ⁊
ipſe erat expectās regnū dei:⁊ audacter itroiuit
ad pilatū ⁊ petijt corpus ieſu. Pilatus āt mirabat
ſi iā obijſſet ⁊ accerſito cēturiōe iterrogauit eu3
ſi iā mortuus eēt. Et cū cognouiſſet a cēturiōe do
nauit corpus ioſeph. Joſeph aūt mercatus ſyndo- ma.xxvij.g
nē:⁊ deponēs eū inuoluit ſyndone: ⁊ poſuit eū in Luc.xxiij.g
monumēto qđ erat exciſſu3 de petra: ⁊ aduoluit Joh.xix.g
lapidē ad oſtiū monumēti. Maria āt magdalene
⁊ Maria Joſeph aſpiciebat vbi poneretur. ma.xxvij.g

Cap. Sūmariū. Reſurrectio ⁊ oſtēſio eius: ⁊ q̄ predicare iubet euangeliū. Capit.xvj.

Et cum tranſiſſet ſab- A
batum maria magdalene et ma-
ria iacobi ⁊ ſalome emerunt aro-
mata:vt venientes vngerent Je
ſum. Et valde mane vna ſabba- mat.xxviij.
torum veniunt ad monumentum orto iam ſole:⁊ a.
dicebant ad inuicē. Quis reuoluet nobis lapidē Lu.xxiiij.a

Joh. xx. a. ab oſtio monumēti. Et reſpiciētes viderūt
B reuolutū lapidē: erat qppe magnus valde.
Et introeūtes in monumētū viderūt iuue-
mat.xxviij. nē ſedentē in dextris cooptū ſtolla cādida:
a. ꝛ obſtupuerūt. Qui dixit illis. Nolite expa-
Lu. xxiiij.a ueſcere: ieſum q̄ritis nazarenū crucifixū: ſur
Lu.xxiiij.b rexit nō ē hic: ecce loc⁹ vbi poſuerūt eū. Sꝫ
ite dicite diſcipulis eius ꝛ petro q: precedet
mat.xxviij. vos in galileā: ibi eum videbitis: ſicut dixit
b. vobis. At i le exeūtes fugerūt de monumē-
Lu.xxiiij d to. Inuaſerat eīn eas tremor ꝛ pauor: ꝛ ne-
C mini qcq̄ dixerūt. timebāt eīn. Surgens āt
ieſus mane prima ſabbati appuit primo ma
rie magdalene: de q̄ eiecerat ſeptē dmonia.
Illa vadēs nūciauit his q̄ cū eo fuerāt lugē
tib⁹ ꝛ flētib⁹. Et illi audiētes q: viueret: et
Lu.xxiiij.b viſus eēt ab ea nō crediderūt. Poſt hec aūt
duob⁹ ex eis ambulātib⁹ oñſus ē in alia effi
gie eūtib⁹ in villā. ꝛ illi eūtes nūciauerūt ce-
teris: nec illis crediderunt. Nouiſſime autē
recūbētib⁹ illis vndecim appuit ꝛ exprobra
uit incredulitatem illoꝝ ꝛ duriciā cordis: q:
his q̇ viderāt eū reſurrexiſſe nō crediderūt.
D Et dixit eis. Eūtes in mūdū vniuerſuꝫ p̄di
cate euāgeliū oī creature. Qui crediderit ꝛ
baptizatus fuerit ſalu⁹ erit: q̇ vero nō credi
derit cōdēnabit. Signa autē eos q̇ credide
Act.j.b. rint hec ſequent. In noie meo demonia
Lu.xiiij.g. eijciēt: linguis loquent nouis ſerpētes tol-
Apo.xj.e. lent. Et ſi mortiferꝫ qd biberint nō eis noce
bit. Sup egros man⁹ iponēt ꝛ bñ habebūt.
Et dñs qdē ieſus poſtq̄ locutus eſt eis aſ-
ſumpt⁹ eſt in celū: ꝛ ſedet a dextris dei. Illi
aūt pfecti p̄dicauerūt vbiqꝫ dño coopante
ꝛ ſermonē confirmante ſequentibus ſignis.

Explicit euangelium ſm Marcum.

Incipit prefatio beati Hieronymi pre-
ſbyteri in euangelium ſm Lucam.

Lucas ſy-
rus natiōe an
thiochēſis ar
te medicus di
ſcipulus aplo
rum poſtea paulū ſecutus
vſqꝫ ad ꝯſūmationeꝫ eius
ſeruiēs dño ſine crie. Nā
neqꝫ vxorē vnq̄ hñs neqꝫ
filios ſeptuagitaquattuor
annoꝝ obijt in bithynia plen⁹ ſpūſctō: qui
cū iā ſcripta eēnt euāgelia p mattheū qdē
in iudea: p marcū autē in italia ſancto inſti
gante ſpū in achaie ptibus hoc ſcripſit euā
geliū: ſignificās ēt ipſe in pricipio ante ſuū
alia eſſe deſcripta. Cui extra ea q̄ ordo euā-
gelice diſpōnis expoſcit: ea maxie neceſſitas
laboris fuit: vt primū grecis fidelib⁹ oī ppheta-
tiōe vēturi i carnē dei xpi māifeſta eēt hūanitas:
ne iudaicis fabulis attēti i ſolo legis deſiderio te
nerent: vel ne hereticis fabulis ꝛ ſtultis ſolicita-
tionibus ſeducti exciderēt a veritate elaboraret:
dehinc vt in pricipio euāgelij iohānis natiuitate
p̄ſūpta cui euāgeliū ſcriberet ꝛ in quo elect⁹ ſcri-
beret idicaret: ꝯteſtās i ſe ꝯpleta q̄ eēnt ab alijs
icboata. Cui iō poſt baptiſmū filij dei a pfectiōe
gñatiōis in xpo iplete: repetēde a principio nati
uitatis hūane ptās pmiſſa ē vt reqrētib⁹ demō-
ſtraret i quo apphēdēs erat p nathā filiū dō in-
troitu recurrētis in deū gñatiōis admiſſo idiſpa
bilis dei: vt p̄dicās hoib⁹ xp̄m ſuuꝫ: pfecti opus
hois redire i ſe p filiū faceret q̇ p dō p̄rem veniē
tibus iter p̄bebat in xpo. Cui luce nō imerito ēt
ſcribēdoꝝ actuū aploꝝ ptās i miniſterio dat: vt
deo i deū pleno ꝛ filio pditiōis extincto: orōne ab
pſis aplis fctā ſorte dñice electiōis numer⁹ ꝯple
ret. Sicqꝫ paul⁹ ꝯſūmationē aplicis actib⁹ da-
ret: q̄diu ꝯtra ſtimulū recalcitrātē dñs elegiſſet.
Qd̄ ꝛ legētib⁹ ꝛ reqrētib⁹ deū: ꝛ ſi p ſingula ex-
ediri a nobis vtile fuerat. ſciēs tñ q̄ opantem
agricolā oportet primū de fructib⁹ ſuis edere vi
uim⁹ publicā curioſitatē: ne nō tā volētib⁹ deū
mōſtrare videremur q̄ faſtidientib⁹ pdidiſſe.

Explicit prefatio.

Incipit phemiū beati Luce i euāgeliū ſuū.

Quoniā quideꝫ multi
conati ſūt ordiare narratiōes
q̄ i nobis ꝯplete ſūt reꝝ: ſicut
tradiderūt nobis q̄ ab initio
ipſi viderūt ꝛ miniſtri fuerunt
ſermonis: viſuꝫ eſt ꝛ mihi aſſe-
cuto oia a principio diligēter
ex ordine tibi ſcribere optime
bñdixit illis ⁊ fregit ⁊ diſtribuit diſcipulis ſuis:
vt ponerent ante turbas: ⁊ manducauerunt om
nes ⁊ ſaturati ſunt ⁊ ſublatū eſt quod ſuperfuit
C illis fragmento:um cophini duodecim. Et factū
Ma.xvj.b. eſt cū ſolus eſſet o:ans: erant cum illo ⁊ diſcipu
Mar.viij.c li ⁊ interrogauit illos: dicens. Quem me dicunt
eſſe turbe. At illi reſponderunt ⁊ dixerūt. Johā
nem baptiſtam alij autem heliā: alij vero q: vn⁹
p:opheta de p:io:ibus ſurrexit. Dixit autē illis.
Ma.xvj.d. Vos autem quem me eſſe dicitis. Reſpondens
mar.viij.d. ſimon petrus: dixit. Ch:iſtum dei. At ille incre
Mat.xvj.c pans illos p:ecepit ne cui dicerent hoc dicens.
mar.viij.d. Quia opo:tet filiū hominis multa pati ⁊ rep:o

bari a ſenio:ibus ⁊ p:incipibus ſacerdotū ⁊ ſcri
bis: ⁊ occidi ⁊ tertia die reſurgere. Dicebat autē Ma.xvj.d.
ad omnes. Si quis vult poſt me venire: abneget mar.viij.d.
ſemetipſum ⁊ tollat crucem ſuam quotidie et ſe
quatur me. Qui enim voluerit animam ſuam ſal
uam facere: perdet illam: nam qui perdiderit ani
mam ſuam: p:opter me ſaluam faciet illā. Quid
enim p:oficit homini ſi lucretur vniuerſum mun
dum: ſeipſum autem perdat: ⁊ detrimentum ſui
faciat. Nam qui me erubuerit ⁊ meos ſermones mar.viij.d.
hunc filius hominis erubeſcet cum venerit i ma D
ieſtate ſua: ⁊ patris ⁊ ſancto:um angelo:um. Di Ma.xvj.d
co autem vobis: vere ſunt aliqui hic ſtantes: qui Mar.ix.a.
non guſtabunt mo:tem donec videant regnum mat.xvij.a.
dei. Factum eſt autem poſt hec verba fere dies Mar.ix.
octo ⁊ aſſumpſit petrum ⁊ iacobū ⁊ iohānem: et
aſcendit in montem: vt o:aret. Et facta eſt dum
o:aret: ſpecies vultus eius altera: ⁊ veſtitus eius
albus ⁊ refulgens. Et ecce duo viri loquebantur
cum illo. Erant autem moyſes ⁊ helias viſi i ma
ieſtate ⁊ dicebant exceſſum eius quem completu
rus erat in hieruſalem Petrus vero ⁊ qui cum
illo erant grauati erant ſomno ⁊ euigilātes vide
runt maieſtatem eius ⁊ duos viros qui ſtabāt cū
illo. Et factū eſt cū diſcederent ab illo ait petrus
ad ieſum. P:eceptor bonū eſt nos hic eſſe. ⁊ fa
ciamus tria tabernacula vnū tibi ⁊ vnū moyſi ⁊
vnū helie neſciēs q̄d diceret Hec aūt illo loquē
te facta eſt nubes ⁊ obūb:auit eos ⁊ timuerunt
intrantibus illis in nubē. Et vox facta eſt de nu Mat.iij.d.
be dicens. Hic eſt filius meus dilectus ipſum au Mar.j.b.
dite. Et dum fieret vox inuentus eſt ieſus ſolus. E
Et ipſi tacuerunt ⁊ nemini dixerunt in illis die
bus quicq̄ ex his que viderant. Factum eſt autē Mat.vij.c.
in ſequenti die deſcendentibus illis de monte oc Mar.ix.c.
currit illis turba multa. Et ecce vir de turba ex
clamauit dicens. Magiſter obſecro te reſpice in
filiū meum q: vnicus eſt mihi. Et ecce ſpirit⁹ ap
p:ehendit eū ⁊ ſubito clamat ⁊ elidit ⁊ diſſipat
eum cum ſpuma ⁊ vix diſcedit dilanians eū. Et
rogaui diſcipulos tuos vt eijcerent illum ⁊ non
potuerunt. Reſpōdens autem Jeſus dixit. O ge Mar.xij.c.
neratio infidelis ⁊ puerſa vſqꝫquo ero apud vos Mar.ix.c
⁊ patiar vos. Adduc huc filiū tuū. Et cum acce
deret eliſit illum demonium ⁊ diſſipauit. Et incre
pauit Jeſus ſpm̄ imundū ⁊ ſanauit puerū ⁊ red
didit illū patri eius Stupebant autē oēs in ma
gnitudine dei. Omnibuſqꝫ mirantibus in oībus
q̄ faciebat dixit ad diſcipulos ſuos. Ponite vos Mat.xvij.d
in co:dibus veſtris ſermones iſtos. Filius enim Mar.ix.c
hois futurū eſt vt tradat̄ in manus hoim. At illi F
igno:abāt verbū iſtud ⁊ erat velatū ante eos vt
nō ſentirent illud ⁊ timebant eū interrogare de mat.xviij.a
hoc verbo. Intrauit autem cogitatio in eos q̄s Mar.ix.e.
eo:um maio: eſſet. At ieſus videns cogitationes
co:dis illoꝝ app:ehendit puerū ⁊ ſtatuit illū ſe
cus ſe ⁊ ait illis. Quicunqꝫ ſuſceperit puerū iſtū
in noīe meo me recipit ⁊ quicūqꝫ me receperit: re
cipit eū q̄ me miſit. Nam qui minoꝛ eſt inter vos
oēs hic maio: eſt. Reſpōdens autem Johannes
dixit. P:eceptor vidim⁹ quēdā in noīe tuo eijciē Mar.ix.f.

tem demonia:⁊ ꝓhibuimus eũ꞉ q: non ſequitur
nobiſcũ.Et ait ad illos Jeſus. Nolite prohibe
re.Qui enim nõ eſt aduerſum vos:pro vobis eſt.
Factum eſt autẽ dũ cõplerent dies aſſumptio
nis eius:⁊ ipſe faciem ſuam firmauit vt iret ĩ hie
ruſalem.Et miſit nuncios ante cõſpectũ ſuum:⁊
euntes intrauerunt in ciuitatẽ ſamaritanorũ: vt
pararent illi.Et non receperũt eũ:q: facies eius
B erat euntis hieruſalem. Cũ vidiſſent aũt diſcipu
xxiij. q.iiij. li eius:iacobus ⁊ iohãnes:dixerunt.Dñe:vis di
ꝙ xp̃s. ⁊.c. cimus:vt ignis deſcẽdat de celo:⁊ ꝯſumat illos.
ea vindicta. Et cõuerſus increpauit illos dicens.Neſcitis cu
ma.xviij.b. ius ſpũs eſtis.Filius hoĩs nõ venit aĩas ꝑdere:
ſed ſaluare.Et abierunt in aliud caſtellũ. Factũ
mat. viij.c. eſt autẽ ambulantibus illis in via: dixit quidam
ad illum.Sequar te quocunq; ieris.Dixit illi ie
mat. viij.c. ſus.Vulpes foueas hñt:⁊ volucres celi nidos:fi
lius aũt hoĩs non hʒ vbi caput ſuũ reclinet.Ait
autem ad alterum.Sequere me.Jlle autẽ dixit.
Domine permitte mihi primũ ire:⁊ ſepelire pa
trem meũ.Dixit ei Jeſus. Sine vt mortui ſepe
liant mortuos ſuos:tu autem vade ⁊ annũcia re
gnum dei.Et ait alter.Sequar te domine ſʒ per
De pe. di. mitte mihi ꝑrimũ renũciare his q̃ domi ſunt Ait
j.c.penata. ad illum Jeſus.Nemo mittens manum ſuã ad
aratrum ⁊ aſpiciens retro:aptus eſt regno dei.

Capitulũ. Summariũ. Poſt hec deſigna
uit Jeſus alios ſeptuagintaduos:meſſis multa:
mitto vos agnos:precepta itineris : dicit ve tibi
corozain:qui vos audit me audit:dicit videbam
ſathanam ſicut fulgur de celo cadentem: dicit cõ
fiteor tibi pater domine ⁊c.nemo ſcit quis ſit fili
us beati oculi qui vident que vos videtis: quidã
legiſperitus dicit tẽtans:Jeſus dicit homo qui
dam deſcendebat ⁊c. Capitulum.x.

A Poſt hec autem deſi
gnauit dñs ⁊ alios ſeptuagin
taduos:⁊ miſit illos binos an
te faciem ſuam in omnem ciui
tatem ⁊ locum quo erat ipſe vẽ
turus.Et dicebat illis.Meſſis
Mat. ix.d. quidem multa:operarij autem
pauci. Rogate autem dñm meſſis vt mittat ope
Mat. x. b. rarios in meſſem ſuam . Jte:ecce ego mitto vos
ſicut agnos inter lupos.Nolite portare ſacculũ
neq; peram neq; calciamenta:⁊ neminem ꝑ viã
Mat. x.b. ſalutaueritis.Jn quãcunq; domũ intraueritis:
Mar.vj.b. primum dicite pax huic domui.Et ſi ibi fuerit fi
lius pacis: requieſcet ſuper illum pax veſtra:ſin
B autem ad vos reuertetur. Jn eadem autẽ domo
Mat. x.b. manete:edẽtes ⁊ bibẽtes q̃ apud illos ſunt. Di
gnus eſt enĩ operarius mercede ſua.Nolite tranſi
re de domo in domum.Et in quãcũq; ciuitatem
intraueritis ⁊ ſuſceperint vos:manducate q̃ ap
ponunt vobis:⁊ curate infirmos qui in illa ſunt
Mat. x. b. ⁊ dicite illis.Appropinquabit in vos regnũ dei.
Jn quãcunq; autem ciuitatẽ intraueritis : ⁊ nõ
ſuſceperint vos:exeuntes ĩ plateas eius : dicite.

Etiam puluerem qui adheſit nobis de ciuitate
veſtra extergim⁹ in vos.Tñ hoc ſcitote:q: appro
pinquabit regnum dei.Dico vobis q: ſodomis ĩ
die illa remiſſius erit:ꝙ illi ciuitati. Ve tibi co Mat.
rozaim:ve tibi bethſaida:q: ſi ĩ tyro ⁊ ſidone fa C
cte fuiſſent virtutes que facte ſunt in vobis olim
in cilicio ⁊ cinere ſedentes peniterent.Verumta
men tyro ⁊ ſidoni remiſſius erit in iudicio: ꝙ vo
bis.Et tu capharnaum vſq; ad celum exaltata:
vſq; ad infernũ demergeris. Qui vos audit me viij.q.
audit:⁊ qui vos ſpernit me ſpernit:qui autẽ me vos ſp
ſpernit ſpnit eũ q miſit me.Reuerſi ſunt autem ſe Mat.
ptuagintaduo cum gaudio dicentes. Domine Joh.
etiam demonia ſubijciuntur nobis in noĩe tuo. ⁊.xiij.c.
Et ait illis videbam ſathanã ſicut fulgur de ce
lo cadentem.Ecce dedi vobis poteſtatem calcã
di ſupra ſerpentes ⁊ ſcorpiones.⁊ ſuper omnẽ vir
tutem inimici:⁊ nihil vobis nocebit. Verũtamẽ
in hoc nolite gaudere:q: ſpiritus vobis ſubijciũ
tur. Gaudete autem ꝙ noĩa veſtra ſcripta ſunt D
in celis.Jn ipſa hora exultauit in ſpirituſancto: Mat.
⁊ dixit.Confiteor tibi domine pater celi ⁊ terre:
ꝙ abſcondiſti hec a ſapientibus ⁊ prudentibus: Mat.
⁊ reuelaſti ea paruulis.Etiam pater:quoniã ſic Joh.
placuit ante te. Omnia mihi tradita ſunt a pa
tre meo.Et nemo ſcit quis ſit filius niſi pater:⁊
quis ſit pater niſi filius:⁊ cui voluerit filius reue mat.
lare.Et conuerſus ad diſcipulos ſuos:dixit.Bea
ti oculi qui vident que vos videtis . Dico enim
vobis ꝙ multi prophete ⁊ reges voluerunt vide mat.
re que vos videtis ⁊ non viderunt:⁊ audire que mar.
auditis ⁊ non audierunt. Et ecce quidam legiſ
peritus ſurrexit:tentans illum : ⁊ dicens Magr̃
q̇d faciendo vitam eternam poſſidebo.At ille di E
xit ad eum.Jn lege q̇d ſcriptum eſt . Quõ legis Deut.
Jlle rñdens dixit. Diliges dñm deum tuum ex Ro.
toto corde tuo : ⁊ ex tota aĩa tua: ⁊ ex omnibus Jaco.
viribus tuis:⁊ ex oĩ mente tua:⁊ proximum tuũ
ſicut teipſum Dixitq; illi.Recte rñdiſti : hoc fac
⁊ viues.Jlle autẽ volens iuſtificare ſeipſum : di
xit ad Jeſum . Et quis eſt proximus . Suſpi
ciens autem Jeſus dixit Homo q̇dam deſcende
bat ab hieruſalẽ in hierico:⁊ incidit in latrones:
q̇ et deſpoliauerunt eum:⁊ plagis impoſitis abie
runt:ſemiuiuo relicto.Accidit autẽ vt ſacerdos
q̇dã deſcenderet eadẽ via:⁊ viſo illo p̄teriuit.Si
militer ⁊ leuita cũ eſſet ſecus locũ ⁊ videret eum: F
ꝑtrãſijt.Samaritanus aũt quidã iter faciens:ve
nit ſecus eum:⁊ videns eũ:miſericordia motus
eſt.Et appropians alligauit vulnera eius: ĩfun
dens oleũ ⁊ vinũ.Et imponens illum in iumẽtũ
ſuũ:duxit in ſtabulum:⁊ curam eius egit.Et alte
ra die ꝓtulit duos denarios:⁊ dedit ſtabulario:⁊
ait.Curã illius habe:⁊ quodcũq; ſupererogaue
ris:ego cũ rediero reddã tibi. Quis horũ trium
tibi videt̃ proximus fuiſſe illi qui incidit in latro G
nes.At ille dixit.Qui fecit miſericordiã ĩ illũ.Et
ait illi ieſus.Vade ⁊ tu fac ſimiliter. Factũ ẽ au
tem dum irent ⁊ ipſe ĩtrauit ĩn quoddã caſtellum
⁊ mulier quedã martha noĩe excepit illum in do
mum ſuã.Et huic ſoror erat noĩe maria. Que et

ſedens ſecus pedes dñi audiebat verbum illius.
martha autē ſatagebat circa frequēs miniſteriū.
Que ſtetit ⁊ ait. Dñe: non eſt tibi cure: ꝙ ſoror
mea reliquit me ſolam miniſtrare dic ergo illi vt
me adiuuet. Et reſpondens dixit illi dominus:
Martha martha ſollicita es ⁊ turbaris erga plu
rima. Porro vnum eſt neceſſarium. Maria opti
mam partem elegit: que non auferetur ab ea.

Capituli. Summarium. Docet orare: pa-
ter ſanctificetur nomen tuum. cōmoda mihi tres
panes: omnis qui petit accipit: erat Jeſus eijci-
ens demonium: quidam dixerunt: in beelzebub
eijcit demonia: regnum in ſeipſum diuiſum deſo-
labitur: dicit ſpiritus immundus reuertar in domū
meam beatus venter qui te portauit: de ſigno io
ne: de lucerna: lucerna corporis oculus: lauandū
potius quod intus eſt: dare elemoſynam pronun
ciat: ve multa dicit pharisei querentes capere ali
quid ex ore eius. Capitulum. xj.

A Et factum eſt cum eſ
ſet in quodam loco orans: vt
ceſſauit dixit vnus ex diſcipu-
lis eius ad eum. Domine: do-
ce nos orare: ſicut docuit Jo-
hānes diſcipulos ſuos. Et ait
illis. Cum oratis dicite. Pa-
Mat.vj.b. ter: ſanctificetur nomen tuū: adueniat regnum
tuum: panem noſtrum quotidianū da nobis ho
die. ⁊ dimitte nobis peccata noſtra: ſiquidem ⁊
ſi dimittimus omni debenti nobis: ⁊ ne nos idu
cas in tentationem. Et ait ad illos. Quis veſtrū
habebit amicū: ⁊ ibit ad illū media nocte: ⁊ dicet
illi. Amice commoda mihi tres panes: quoniam
amicus meus venit de via ad me: ⁊ nō habeo qđ
ponam aute illum. Et ille deintus reſpondens
dicat. Noli mihi moleſtus eſſe: iam oſtium clau-
ſum eſt: ⁊ pueri mei mecum ſunt in cubili: nō poſ
B ſum ſurgere: ⁊ dare tibi. Et ſi ille perſeuerauerit
pulſans: dico vobis: ⁊ ſi non dabit illi ſurgens eo
ꝙ amicus eius ſit: propter improbitatem tamē
eius ſurget: ⁊ dabit illi quotquot habet neceſſa-
rios. Et ego dico vobis. Petite: ⁊ dabitur vo-
Mat.vij.a bis: querite: ⁊ inuenietis: pulſate: ⁊ aperietur vo
Joh.xvj.f. bis. Omnis enim qui petit accipit: ⁊ qui querit
Jaco.j.a. inuenit: ⁊ pulſanti aperietur. Quis ex vobis pa-
trem petit panem numquid lapidē dabit illi? Aut
piſcem nūquid pro piſce ſerpētem dabit illi. Aut
ſi petierit ouum: nūquid porriget illi ſcorpionē?
Si ergo vos cum ſitis mali noſtis bona data da
re filijs veſtris quāto magis pater veſter celeſtis
de celo dabit ſpiritum bonum petentibus ſe. Et
Mat.ix.b. xij.b. erat eijciens demonium ⁊ illud erat mutum. Et
cum eieciſſet demonium locutus eſt mutus: ⁊ ad
Mar.iij.e. mirate ſunt turbe. Quidam autē ex eis dixerūt.
In beelzebub principe demoniorum eijcit demo
Mat.xij.e. C nia. Et alij tentantes: ſignum de celo querebant
de eo. Ipſe autem vt vidit cogitationes eorum:
Mat.xij.b dixit eis. Omne regnum in ſeipſum diuiſum: de
Mar.iij.c. ſolabitur: ⁊ domus ſupra domum cadet. Si autē
⁊ ſathanas in ſeipſum diuiſus eſt: quō ſtabit re- xxj.diſ. ſ.j.
gnum eius: q: dicitis in beelzebub me eijcere de
monia. Si aūt ego in beelzebub eijcio demonia:
filij veſtri in quo eijciunt? Jdeo ipſi iudices vrī
erūt. Porro ſi in digito dei eijcio demonia: pfe-
cto puenit in vos regnum dei. Cum fortis arma
tus cuſtodit atriū ſuū in pace ſunt omnia que
poſſidet. Si autē fortior eo ſuperueniens vicerit
eum: vniuerſa arma eius auferet in quibus confi
debat: ⁊ ſpolia eius diſtribuet. Qui nō eſt mecū:
cōtra me eſt: ⁊ qui nō colligit mecum: diſpergit.
Cum immundus ſpiritus exierit de homine: ambu Mat.xij.d
lat per loca inaquoſa: querens requiem ⁊ non in
ueniens: dicit. Reuertar in domū meā vnde exi-
ui ⁊ cum venerit inuenit eam ſcopis mundatā.
Et tunc vadit ⁊ aſſumit ſeptem alios ſpūs ſecū D
nequiores ſe: ⁊ ingreſſi habitant ibi. Et ſiunt no
uiſſima hoīs illius peiora prioribus. Factum eſt
aūt cum hec diceret: extollens vocem quedā mu
lier de turba: dixit illi. Beatus venter qui te por
tauit: ⁊ vbera que ſuxiſti. At ille dixit. Quinimo:
beati qui audiunt verbum dei: ⁊ cuſtodiūt illud.
Turbis autem concurrentibus cepit dicere. Ge- Mat.xij.e.
neratio hec: generatio nequā eſt: ſignū q̄rit ⁊ ſi- mat.viij.b.
gnum non dabit ei niſi ſignum. Jone prophete.
Nam ſicut fuit ionas ſignum niniuitis: ita erit
⁊ filius hominis generationi iſti. Regina auſtri viij. q.j.ca.
ſurget in iudicio cum viris generationis huius: veror.
⁊ condemnabit illos: quia venit a finibus terre iij.Reg.x.a
audire ſapientiam ſalomonis. Et ecce plus ꝙ ſa ij.pali. ix.a
lomon hic. Viri niniuite ſurgent in iudicio cum Jone. iij.b
generatione hac: ⁊ condemnabunt illā: quia pe Mat.xij.d
nitentiam egerunt in predicatione ione. Et ec- E
ce plus ꝙ iona hic. Nemo lucernam aſcendit: et
in abſcondito ponit neq; ſub modio: ſed ſupra Mat. v.b.
candelabrum: vt qui ingrediuntur lumē videāt. Mar.iiij.c
Lucerna corporis tui eſt oculus tuus. Si oculus
tuus fuerit ſimplex: totum corpus tuum lucidū
erit: ſin autē neq̄ fuerit ēt totum corpus tuum te
nebroſum erit. Vide ergo ne lumē qđ in te eſt te
nebre ſint. Si ergo corp⁹ tuū totū lucidū fuerit:
nō habens aliquā partē tenebrarū: erit lucidum
totum. Et ſicut lucerna fulgoris illuminabit te.
Et cū loqueref rogauit illū quidā phariſeus vt
pranderet apud ſe. Et ingreſſus recubuit. Pha
riſeus aūt cepit intra ſe reputās dicere: q̄re non
baptizatus eſſet ante prādiū. Et ait dñs ad illū
Nūc vos pharisei qđ deforis eſt calicis ⁊ catini mat.xxiij.c.
mūdatis: qđ aūt intus eſt veſtrū plenū eſt rapia
⁊ iniquitate. Stulti nōne qui fecit ꝙ deforis eſt:
ēt id qđ deintus eſt fecit. Verūtn̄ qđ ſupereſt da xij.q.j.c. q:
te elemoſynā: ⁊ ecce oīa munda ſunt vobis. Sed tua.xvj.q.j
ve vobis phariſeis qui decimatis mentam ⁊ ru- c.decimas.
tam ⁊ omne olus: ⁊ preteritis iudiciū ⁊ charita- de pe.di.j.c
tem dei. Hoc aūt oportuit facere: ⁊ illa nō omit medicamē.
tere. Ve vobis phariſeis q̄ diligitis pmas cathe F
dras in ſynagogis ⁊ ſalutationes in foro. Ve vo mat.xxiij.c
bis qui eſtis vt monumenta que non parent: et mat.xxiij.a
hoīes ambulātes ſupra neſciūt. Rñdens autem
q̄dam ex legiſpitis ait illi. Magr̄ hec dicens etiā mat.xxiij.a
nobis cōtumeliam facis. At ille ait. Et vobis le-

B gisperitis ve: qui oneratis homines oneribꝰ que
poꝛtare non poſſunt: ⁊ ipſi vno digito veſtro nō
tangitis ſarcinas. Ve vobis qui edificatis mo-
numenta pꝛophetarū: patres autē veſtri occide
runt illos. Pꝛofecto teſtificamini ꝙ cōſentitis
opibꝰ patrū veſtroꝝ quoniam quidē ipſi eos oc
ciderūt: vos aūt edificatis eoꝝ ſepulchꝛa. Pꝛo
mat. xxiij. a pterea ⁊ ſapiētia dei dixit. Mittam ad illos pꝛo
phetas ⁊ apoſtolos ⁊ ex illis occident ⁊ perſeq̄n
tur: vt inquiratur ſanguis omniū pꝛophetarum
qui effuſus eſt a cōſtitutione mūdi a generatiōe
iſta: a ſanguine Abel vſq̄ ad ſanguinē Zacha-
rie: qui perijt ante altare ⁊ edē. Ita dico vobis
mat. xxiij. b requiretur ab hac generatiōe. Ve vobis legiſpi-
tis qui tuliſtis claues ſcientie: ipſi non introiſtis
et eos qui introibant pꝛohibuiſtis. Cum autem
hec ad illos diceret: ceperunt phariſei ⁊ legiſpe-
riti grauiter inſiſtere ⁊ os eiꝰ oppꝛimere de mul
tis inſidiantes ei: ⁊ querentes aliquid capere de
oꝛe eius: vt accuſarent eum.

¶ Capituli. Summarium. ¶ A phariſeis mo
net cauendum ⁊ non timendum eos qui coꝛpus
occidunt: dicit qui me confeſſus fuerit et qui me
negauerit: blaſphemia in ſpiritum ſanctum non
remittetur ſpirituſſanctus docet reſpondere et
loqui: quidam dicit magiſter: dic fratri meo vt
diuidat mecum hereditatem: dicit cauere ab om
ni auaricia: ſimilitudo diuitis: ſtulte hac nocte
moꝛieris nolite ſoliciti eſſe cōſiderate lilia agri:
querite regnum dei nolite timere puſillus grex
vendite que poſſidetis date elemoſynam: facite
ſacculos: vbi theſaurꝰ ibi ⁊ coꝛ: ſint lumbi veſtri
pꝛecincti: Ieſus petro dicit felicem eſſe bonum
diſpenſatoꝛē: venit dominus ſerui in die quo nō
ſperabit et vapulabit plagis multis: cui multū
datum eſt multum queretur ab eo: ignē veni mit
tere in terraꝫ: tres in duo ⁊ duo in tres diuidet:
hypocrite faciem celi ⁊ terre noſtis pꝛobare ⁊c.
cu vadis cū aduerſario tuo de nouiſſimo minuto.

Capitulum. xij.

A
mat. xvj. a. Multis autē turbis cō-
mat. viij. b. currentibus ita vt ſe inuicē con-
Mat. x. c culcarent cepit dicere ad diſcipu
los ſuos. Attendite a fermento
xxiij. q. iiij. phariſeoꝝ: quod eſt hypocriſis
in prin. Nihil enim opertum eſt ꝙ non reueletur: neq̄
abſconditum ꝙ nō ſciatur. Quā que in tenebꝛis
dixiſtis in lumine dicentur: et qđ in aure locuti
eſtis ⁊ in cubiculis p̄dicabitur in tectis. Dico
autem vobis amicis meis: ne terreamini ab his
qui occidunt coꝛpus: et poſt hoc non habēt am
plius quid faciant. Oſtendam autem vobis quē
timeatis. Timete eum qui poſtꝗ̄ occiderit habꝫ
B poteſtatem mittere in gehēnaꝫ. Ita dico vobis
hunc timete. Nonne quinq̄ paſſeres veneunt
dipondio: et vnus ex illis non eſt in obliuione
coꝛam deo. Sed et capilli capitis veſtri omnes
numerati ſunt. Nolite ergo timere multis paſſe
ribus pluris eſtis vos. Dico autem vobis. Om- Mat.
nis quicunq̄ confeſſus fuerit me coꝛaꝫ homini Mar.
bus: ⁊ filius hominis confitebitur illū coꝛam an Mat.
gelis dei. Qui autem negauerit me coꝛā homini
bus: denegabitur coꝛam angelis dei. Et omnis Mat.
qui dixit verbum in filium hominis remittetur: Mar.
illi: ei autem qui in ſpirituꝫſanctū blaſphemaue Mat.
rit non remittetur. Cum autem inducent vos in mar.
ſynagogas ⁊ ad magiſtratus et poteſtates nolite
ſoliciti eſſe qualiter aut quid r̄ndeatis aut quid
dicatis. Spiritus enī ſanctus docebit vos in ip-
ſa hoꝛa quid opoꝛteat vos dicere. Ait autem ei
quidam de turba. Magiſter dic fratri meo vt di
uidat mecum hereditatē. At ille dixit ei. Homo
quis me conſtituit iudicē aut diuiſoꝛē ſupꝛa vos
Dixitq̄ ad illos videte ⁊ cauete ab omni auari
cia: quia non in abundantia cuiuſꝗ̄ vita eius eſt
ex his que poſſidet. Dixit autem ſimilitudinem
ad illos dicens. Hominis cuiuſdam diuitis vbe C
res fructus ager attulit. ⁊ cogitabat intra ſe di- vij. diſt.
cens. Quid faciam ꝙ non habeo quo congregē cut hui
fructus meos. Et dixit. Hoc faciam. Deſtruam tulo.
hoꝛrea mea ⁊ maioꝛa faciam ⁊ illuc congregabo
omnia que nata ſunt mihi: et bona mea: et dicā
anime mee: Anima habes multa bona poſita in
annos plurimos requieſce comede bibe epulare.
Dixit autem illi deus. Stulte hac nocte animaꝫ
tuam repetūt a te que autē paraſti cuius erunt?
Sic eſt qui ſibi theſaurizat: ⁊ non eſt in deum di
ues. Dixitq̄ ad diſcipulos ſuos. Ideo dico vo-
bis. Nolite ſoliciti eſſe anime veſtre quid mādu matt.
cetis: neq̄ coꝛpoꝛi quid induamini. Anima plus
eſt ꝗ̄ eſca: et coꝛpus pluſꝗ̄ veſtimentum. Conſi
derate coruos quia non ſeminant neq̄ metunt:
quibus non eſt cellarium neq̄ hoꝛreum: et deus
paſcit illos. Quāto magis vos pluris eſtis illis.
Quis autem veſtrum cogitando poteſt adijcere
ad ſtaturam ſuam cubitum vnum. Si ergo neq̄
qđ minimuꝫ eſt poteſtis: quid de ceteris ſoliciti
eſtis? Conſiderate lilia quomodo creſcunt Nō
laboꝛant neq̄ nent. Dico autē vobis quia nec D
Salomon in omni gloꝛia ſua veſtiebatur ſicut
vnum ex iſtis. Si autem quod hodie eſt in agro: Mat.
et cras in clibanuꝫ mittitur deus ſic veſtit: ꝗ̄to
magis vos puſille fidei? Et vos nolite querere
quid manducetis aut quid bibatis: ⁊ nolite ſub
lime tolli. Hec enim omnia gentes mundi que-
runt. Pater autem veſter ſcit quoniam his in-
digetis. Verūtamen pꝛimum querite regnuꝫ dei Mat.
et iuſticiam eius: ⁊ hec omnia adijcientur vobis
Nolite timere puſillus grex: q2 cōplacuit patri
veſtro dare vobis regnum. Vendite que poſſide Mat.
tis: et date elemoſynam. Facite vobis ſacculos Mat.
qui non veteraſcunt: theſaurum non deficiētem
in celis quo fur non appꝛopiat: neq̄ tinea coꝛrū Mat.
pit. Vbi enī theſaurus veſter eſt: ibi ⁊ coꝛ veſtrū E
erit. Sint lumbi veſtri pꝛecincti: et lucerne ardē De pe. di
tes in manibus veſtris: ⁊ vos ſimiles hominibus c. q
expectantibus dominum ſuum: quando reuerta mat.
tur a nuptijs: vt cum venerit ⁊ pulſauerit: confe d.

ſtim aperiant ei. Beati ſerui illi: quos cum vene-
rit dominus inuenerit vigilantes. Amen dico vo-
bis ꝙ precinget ſe: ⁊ faciet illos diſcūbere: ⁊ tran-
ſiens miniſtrabit illis. Et ſi venerit in ſecūda vi-
mat. xxiiij. b. gilia: ⁊ ſi in tertia vigilia venerit: ⁊ ita inuenerit:
beati ſunt ſerui illi. Hoc autem ſcitote: quoniam
mar. xiij. d. ſi ſciret paterfamilias qua hora fur veniret: vigi-
laret vtiqꝫ ⁊ non ſineret perfodi domum ſuā. Et
vos eſtote parati: q: qua hora non putatis filius
hominis veniet. Ait autem ei petrus. Domine
ad nos dicis hanc parabolaꝫ: an ad omnes. Di-
mat. xxiiij. b. xit autem dominus. Quiſputas eſt fidelis diſpen-
ſator ⁊ prudens quem conſtituit dominus ſuper
F familiam ſuam: vt det illi in tempore tritici men-
De pe. di. ſuram. Beatus ille ſeruus: quem cum venerit do-
j. c. ſi ſacerdos. minus: inuenerit ita facienteꝫ. Uere dico vobis:
q: ſuper oīa que poſſidet conſtituet illū. Quod ſi
dixerit ſeruus ille in corde ſuo. Moram facit do-
minus meus venire: ⁊ ceperit percutere ſeruos ⁊
ancillas: ⁊ edere ⁊ bibere ⁊ inebriari: veniet domi-
nus ſerui illius in die qua non ſperat. ⁊ hora qua
neſcit: ⁊ diuidet eum: partemqꝫ eius cum infideli-
bus ponet. Ille autem ſeruus qui cognouit volū-
tatem domini ſui: ⁊ non ſe preparauit: ⁊ non fecit
ſm voluntateꝫ eius: vapulabit multis. Qui autē
nō cognouit ⁊ fecit digna: plagis vapulabit pau-
cis. Omni autem cui multum datum eſt: multum
queretur ab eo: ⁊ cui commendauerunt multum:
plus petent ab eo. Ignem veni mittere in terrā:
Mat. x. d. ⁊ quid volo niſi vt accendatur. Baptiſmo auteꝫ
G habeo baptizari: ⁊ quomodo coartor vſqꝫ dum
perficiatur. Putatis q: pacem veni mittere in
terram. Non dico vobis: ſed ſeparationē. Erunt
enim ex hoc quinqꝫ in domo vna diuiſi: tres i duo
⁊ duo in tres diuidentur: pater in filium: ⁊ filius
mat. xvj. a. in patrem ſuum: mater in filiam: ⁊ filia in matrē:
ſocrus in nurum ſuam: ⁊ nurus in ſocrum ſuam.
Dicebat autem ⁊ ad turbas. Cum videritis nu-
bem orientem ab occaſu: ſtatim dicitis: nimbus
venit: ⁊ ita fiet ⁊ cum auſtrum flantem: dicitis q:
eſtus erit ⁊ fit. Hypocrite: faciem celi ⁊ terre no-
Mat. v. d. ſtis probare. hoc autem tempus quomodo non
probatis. Quid autem a vobiſipſis non indica-
tis quod iuſtum eſt. Cum autem vadis cū aduer-
ſario tuo ad principem in via: da operam libera-
ri ab illo: ne forte trahat te ad iudicem: ⁊ iudex
Mat. v. d. tradat te exactori: ⁊ exactor mittat te in carce-
rem. Dico tibi: non exies inde: donec etiam no-
uiſſimum minutum reddas.

¶ Capitul. Summarium. ¶ Sub exemplo ga-
lileorum occiſorum monet agendam penitentiā:
de ficulnea infructuoſa: mulierem decem et octo
annis curuam erigit: archiſynagogo indignanti
q: curaſſet ſabbato: reſpondit regnum celorum
grano ſynapis ⁊ fermento ſimile eſſe: contendite
intrare per anguſtam portam: neſcio vnde ſitis
nouiſſimi qui erant primi: herodem vulpem vo-
cat: hieruſalem que occidis prophetas.

Capitulum. xiij.

Derant autem qui- a
dam ipſo tempore nunciantes
illi de galileis: quorum ſangui-
nem pilatus miſcuit cum ſacri-
ficijs eorum. Et reſpondens di-
xit illis. Putatis ꝙ hi galilei
pre omnibus galileis peccato-
res fuerint: q: talia paſſi ſunt. Non dico vobis:
ſed niſi penitentiam habueritis: omnes ſimiliter
peribitis: ſicut illi decē octo: ſupra quos cecidit
turris in ſiloe: ⁊ occidit eos. Putatis q: ⁊ ipſi
debitores fuerint preter omnes homines habitā-
tes in hieruſalem. Non dico vobis: ſed ſi penitē-
tiam non habueritis: omnes ſimiliter peribitis.
Dicebat autem ⁊ hanc ſimilitudinem. Arborem b
fici habebat quidam plantatam in vinea ſua: et
venit querens fructum in illa: ⁊ non inuenit. Di-
xit autem ad cultorem vinee. Ecce anni tres ſūt
ex quo venio querens fructum in ficulnea hac: et
non inuenio. Succide ergo illam: vt quid etiam
terram occupat. At ille reſpōdens: dixit illi. Do-
mine dimitte illam ⁊ hoc anno vſqꝫ dum fodiam
circa illam: ⁊ mittam ſtercora. Et ſi quidem fece-
rit fructum: ſin autem in futurum ſuccides eam.
Erat autem docens in ſynagoga eorum ſabba-
tis. Et ecce mulier que habebat ſpiritum infirmi-
tatis annis decem ⁊ octo ⁊ erat iclinata: nec om-
nino poterat ſurſum reſpicere. Quam cum vidiſ- c
ſet ieſus vocauit eam ad ſe: ⁊ ait illi. Mulier: di-
miſſa es ab infirmitate tua. Et impoſuit illi ma-
nus: ⁊ confeſtim erecta eſt: ⁊ glorificabat deum.
Reſpondens aūt archiſynagogus indignans: q:
ſabbato curaſſet ieſus dicebat turbe. Sex dies
ſunt in quibus oportet operari. In his ergo ve-
nite: ⁊ curamini: ⁊ non in die ſabbati. Reſpōdens d
autem ad illum dominus dixit. Hypocrite: vnuſ-
quiſqꝫ veſtrum ſabbato non ſoluit bouem ſuum.
aut aſinum a preſepio: ⁊ ducit adaquare. Hanc
autem filiam abrae quam alligauit ſathanas: ec-
ce decem ⁊ octo annis: non oportuit ſolui a vin-
culo iſto die ſabati. Et cum hec diceret: erubeſce-
bant omnes aduerſarij eius: ⁊ omnis popul' gau- mat. xiij. d.
debat in vniuerſis que glorioſe fiebāt ab eo. Di-
cebat ergo. Cui ſimile eſt regnum dei: ⁊ cui ſimi-
le eſſe eſtimabo illud. Simile eſt grano ſynapis.
quod acceptum homo miſit in hortum ſuum: et mat. xiij. d.
creuit: ⁊ factum eſt in arborem magnam: ⁊ volu- Mar. iiij. c
cres celi requieuerunt in ramis eius. Et iterum
dixit. Cui ſimile eſtimabo regnuꝫ dei. Simile eſt
fermento quod acceptum mulier abſcondit in fa-
rine ſata tria: donec fermentaretur totū. Et ibat
per ciuitates ⁊ caſtella docēs: ⁊ iter faciens i hie-
ruſalem. Ait autem illi quidam. Domine ſi pau-
ci ſunt qui ſaluantur. Ipſe autem dixit ad illos. Mat. vij. d
Contendite intrare per anguſtam portā: q: mul-
ti (dico vobis) querunt intrare ⁊ non poterunt.
Cum autem intrauerit paterfamilias ⁊ clauſerit
oſtium. incipietis foras ſtare ⁊ pulſare ad oſtium
dicentes. Domine aperi nobis. Et reſpondens
dicet vobis. Neſcio vos vnde ſitis. Tunc incipie-

D

tis dicere. Manducauimus coꝛam te ꝛ bibimus
ꝛ in plateis noſtris docuiſti. Et dicet vobis. Ne
ſcio vos vnde ſitis. Diſcedite a me omnes opera
F rij iniquitatis. Ibi erit fletus ꝛ ſtridoꝛ dentium:
Pſ.vj.b cum videritis abꝛaam ꝛ iſaac ꝛ iacob ꝛ omnes
mat.vij.d. pꝛophetas in regno dei: vos autẽ expelli foꝛas.
Et venient ab oꝛiente ꝛ occidente ꝛ aquilone et
mat.viij.b. auſtro: ꝛ accumbẽt in regno dei. Et ecce ſunt no
Mat.xix.d uiſſimi qui erant pꝛimi: ꝛ ſunt pꝛimi qui erant no
Mar.x.d uiſſimi. In ipſa die acceſſerunt quidã phariſeo-
rum dicentes illi. Exi ꝛ vade hinc: quia herodes
G vult te occidere. Et ait illis. Ite ꝛ dicite vulpi il-
li. Ecce eijcio demonia ꝛ ſanitates perficio hodie
ꝛ cras: ꝛ tertia die conſumoꝛ. Verumtamẽ opoꝛ
tet me hodie ꝛ cras ꝛ ſequẽti die ambulare: quia
non capit ꝑphetam perire extra hieruſalẽ. Hie-
mat.xxiij.d ruſalem hieruſalem que occidis pꝛophetas ꝛ la-
pidas eos qui mittuntur ad te. Quotiens volui
congregare filios tuos quemadmodum auis ni-
dum ſub pennis: ꝛ noluiſti? Ecce relinquetur vo
bis domus veſtra deſerta. Dico autem vobis q:
non videbitis me: donec veniat cum dicetis: be-
nedictus qui venit in nomine domini.

Capituli. Summarium. Hydropicum cu
rat: recumbe in nouiſſimo loco: qui ſe exaltat hu-
miliabitur cum facis prandium vel cenaꝫ: noli vo
care amicos ꝛc. inuitati ad cenam excuſant ſeſe
ſequi: odire parentes baiulare crucem iubet: pa-
rabola volentis edificare turrim: ꝛ regis volen-
tis comittere bellũ q̃ nõ renũciat oĩbꝫ ꝛc. de ſale.

Capitulum. xiiij.

a T factum eſt cum in-
troiſſet ieſus in domum cuiuſdaꝫ
principis phariſeoꝛum ſabbato
manducare panem: ꝛ ipſi obſer-
uabant eum. Et ecce homo qui-
dam hydropicus erat ante illum. Et reſpondẽs
ieſus dixit ad legiſperitos ꝛ phariſeos dicẽs. Si
Mat.xij.a licet ſabbato curare? At illi tacuerunt. Ipſe vero
Mat.iij.a. apprehenſum ſanauit eum ac dimiſit. Et reſpon
S.vj.b. dens ad illos dixit. Cuius veſtrũ aſinus aut bos
S.xiij.c. in puteum cadet: ꝛ non continuo extrahet illum
B die ſabbati. Et non poterant ad hec reſpondere
illi: dicebat autem ꝛ ad inuitatos parabolam: in-
tendens quomodo pꝛimos accubitus eligerent
dicens ad illos. Cũ inuitatus fueris ad nuptias
non diſcumbas in pꝛimo loco: ne foꝛte honoꝛa-
tioꝛ te ſit inuitatus ab illo. Et veniens is qui te
ꝛ illum vocauit dicat tibi. da huic locum: ꝛ tunc
incipias cum ruboꝛe nouiſſimum locum tenere.
C Sed cum vocatus fueris vade recumbe in nouiſ
ſimo loco: vt cum venerit qui te inuitauit dicat
mat.xxiij.b tibi. Amice aſcende ſuperius. Tunc erit tibi glo-
J.xviij.c. ria coꝛam ſimul diſcũbentibus: q: omnis qui ſe
Ja.iiij.c. exaltat humiliabitur: ꝛ qui ſe humiliat exaltabi-
tur. Dicebat autem ꝛ ei qui ſe inuitauerat. Cũ
facis pꝛandiũ aut cenã: noli vocare amicos tuos
neq; fratres tuos neq; cognatos neq; vicinos

neq; diuites: ne foꝛte ꝛ ipſi te reinuitent: ꝛ fiat ti Tob.
bi retributio. Sed cum facis conuiuiũ voca pau
peres debiles: claudos ꝛ cecos: ꝛ beatus eris q:
non habent retribuere tibi. Retribuetur eñ tibi D
in reſurrectione iuſtoꝛum. Hec cum audiſſet qui-
dam de ſimul diſcũbẽtibus dixit illi. Beatus q̃
manducabit panem in regno dei. At ipſe dixit ei. mat.
Homo quidam fecit cenam magnam: ꝛ vocauit Apo.
multos: ꝛ miſit ſeruum ſuum hoꝛa cene dicere in-
uitatis vt venirẽt: q: iaꝫ parata ſunt omnia. Et
ceperũt ſimul omnes excuſare. Pꝛimus dixit ei.
Villam emi ꝛ neceſſe habeo exire ꝛ videre illam
rogo te habe me excuſatuꝫ. Et alter dixit. Iuga
boum emi quinq; ꝛ eo pꝛobare illa: rogo te ha-
be me excuſatum. Et alius dixit vxoꝛẽ duxi: ꝛ idõ
non poſſum venire. Et reuerſus ſeruus nuncia- E
uit hec dño ſuo. Tunc iratus paterfamilias dixit
ſeruo ſuo. Exi cito in plateas ꝛ vicos ciuitatis: ꝛ
pauperes ac debiles ꝛ cecos ꝛ claudos introduc
huc. Et ait ſeruus. Dñe factum eſt vt imperaſti:
ꝛ adhuc locus eſt. Et ait dñs ſeruo. Exi in vias
ꝛ ſepes ꝛ compelle intrare: vt impleatur domus
mea. Dico aũt vobis: ꝙ nemo viroꝛũ illoꝝ q̃ vo F
cati ſunt guſtabit cenã meã. Ibant autem turbe Mat.
multe cũ eo: ꝛ conuerſus dixit ad illos. Si quis xxviij.
venit ad me: ꝛ non odit patrẽ ſuũ ꝛ matrẽ ꝛ vxo- S.j.
rem ꝛ filios ꝛ fratres ꝛ ſoꝛoꝛes adhuc aũt ꝛ aiam Mat.
ſuam: non põt meus eſſe diſcipulus. Et qui non xvj.c.
baiulat crucẽ ſuã ꝛ venit poſt me: non põt meus mar.
eſſe diſcipulus. Quis eñ ex vobis volens turrim S.viij.c.
edificare: nõne pꝛius ſedẽs cõputat ſumptus qui
neceſſarij ſunt: ſi habeat ad ꝑficiendũ: ne poſtꝙ
poſuerit fundamentũ: ꝛ nõ potuerit ꝑficere oẽs
qui vidẽt incipiãt illudere ei dicentes: q: hic ho-
mo cepit edificare ꝛ non potuit conſũmare. Aut G
quis rex iturus cõmittere bellum aduerſus aliuꝫ
regem: non ſedens pꝛius cogitat: ſi poſſit cuꝫ de
cem milibus occurrere ei: qui cũ viginti milibus
venit ad ſe. Alioquin adhuc illo longe agente le-
gationem mittens rogat ea que pacis ſunt. Sic
ergo oĩs ex vobis qui nõ renũciat oĩbus q̃ poſſi- Mat.
det: nõ põt meus eſſe diſcipulus. Bonum eſt ſal.
Si ſal quoq; euanuerit in quo condietur? Neq; Mat.
in terram neq; in ſterquilinium vtile eſt: ſꝫ foꝛas Mar.
mittetur. Qui habet aures audiendi audiat.

Ca. Sũ. Parabola centũ ouiũ ꝛ dꝛagme:
de gaudio angeloꝛum ſuper vno peccatoꝛe: para
bola de filio prodigo. Capitulum. xv.

Rant autem appꝛo- a
pinquantes ei publicani ꝛ pec-
catoꝛes vt audirent illum ꝛ mur
murabant ſcribe ꝛ phariſei: dicẽ
tes: Quia hic peccatoꝛes recipit
ꝛ mãducat cũ illis. Et ait ad illos parabolã iſtã ma.xviij.
dicẽs. Quis ex vobis hõ q̃ hꝫ cẽtũ oues: ꝛ ſi ꝑdi J.oi.c.
derit vnã ex illis: nõne dimittit nonagintanoueꝫ ſanctitas
in deſerto: ꝛ vadit ad illã q̃ perierat: donec inue-
niat eã? Et cũ inuenerit eã: iponit in hũeros ſuos.

B gaudens: ⁊ veniens domū: conuocat amicos ⁊ vi
cinos dicens illis. Congratulamini mihi: qꝛ inue
ni ouem meam que perierat. Dico vobis: ꝙ ita
gaudium erit in celo ſuper vno peccatore penitē
tiam agente: ꝙ ſuper nonagintanouē iuſtis: qui
non indigent penitentia. Aut que mulier habēs
drachas decem: ⁊ ſi perdiderit drachmam vnā:
nōne accendit lucernā ⁊ euertit domū: ⁊ querit
diligenter donec inueniat eam. Et cū inuenerit:
conuocat amicas ⁊ vicinas: dicens. Congratula
mini mihi: qꝛ inueni drachmā quam perdideram.
Ita dico vobis: gaudium erit coram angelis dei
C ſuper vno peccatore penitentiam agente. Ait au
tem: Homo quidam habuit duos filios: et dixit
adoleſcentior ex illis patri. Pater: da mihi por
tionē ſubſtātie ꝙ me ↄtingit. Et diuiſit illis ſub
ſtātiā. Et nō poſt multos dies: ↄgregatis oībus
adoleſcētior fili⁹ pegre pfect⁹ ē in regionē lōgin
quā ⁊ ibi diſſipauit ſubſtātiā ſuā: viuēdo luxurio
ſe. Et poſtꝙ oīa ↄſūmaſſet: facta ē fames valida
ī regiōe illa: ⁊ ipſe cepit egere. Et abijt ⁊ adheſit
vni ciuiū regiōis illi⁹: ⁊ miſit illū i villā ſuā: vt pa
D ſceret porcos. Et cupiebat iplere vētrē ſuū de ſili
qs qs porci māducabāt ⁊ nemo illi dabat In ſe
aūt reuerſus dixit. Quāti mercēnarij i domo pa
tris mei abūdāt panib⁹: ego aūt hic fame pereo.
Surgā ⁊ ibo ad prēm meū ⁊ dicā ei. Pater: pec
caui i celū ⁊ corā te: iā nō ſū dign⁹ vocari filius
tu⁹: fac me ſicut vnū de mercēnarijs tuis. Et ſur
gēs venit ad patrē ſuū. Cū aūt adhuc lōge eēt:
vidit illū pr̄ ipſius: ⁊ miſericordia mot⁹ ē: ⁊ accur
E rens cecidit ſup collū ei⁹: ⁊ oſculat⁹ eſt eū. Dixit
qꝫ ei fili⁹. Pater: peccaui in celū ⁊ corā te: iā non
ſum dign⁹ vocari fili⁹ tu⁹. Dixit aūt pr̄ ad ſeruos
ſuos: Cito pferte ſtolā primā: ⁊ induite illū: ⁊ da
te anulū i manu eius: ⁊ calciamēta i pedes eius.
Et adducite vitulū ſaginatū ⁊ occidite: ⁊ mādu
cemus ⁊ epulemur: qꝛ hic fili⁹ me⁹ mortu⁹ erat: ⁊
F reuixit: perierat ⁊ inuēt⁹ ē. Et ceperunt epulari.
Erat aūt fili⁹ ei⁹ ſenior i agro. Et cū veniret ⁊ ap
propinqret domui: audiuit ſymphoniā ⁊ chorū: ⁊
vocauit vnū de ſeruis: ⁊ iterrogauit ꝙ hec eſſent.
Iſqꝫ dixit illi. Frater tu⁹ venit: ⁊ occidit pr̄ tuus
vitulū ſaginatū: qꝛ ſaluū illū recepit. Indignat⁹
G eſt aūt ⁊ nolebat itroire. Pr̄ ergo illi⁹ egreſſus:
cepit rogare illū. At ille rñdēs: dixit prī ſuo. Ec
ce tot annis ſeruio tibi: ⁊ nūꝙ mādatū tuū ꝑte
riui: ⁊ nūꝙ dediſti mihi edum: vt cū amicis meis
epularer. Sed poſtꝙ hic fili⁹ tu⁹ ꝙ deuorauit ſub
ſtātiā ſuā cū meretricib⁹ venit: occidiſti illi vitu
lū ſaginatum At ipſe dixit illi. Fili tu ſemp mecū
es: ⁊ omnia mea tua ſunt: epulari autem ⁊ gau
dere oportebat: qꝛ frater tuus hic mortuus erat
⁊ reuixit: perierat ⁊ inuentus eſt.

¶C.S ¶De villico cui dictū ē: redde rōnem villicatiōis: ꝙ fidelis ē i mīmo: ⁊ in maiori fidelis ē ⁊c. nemo pōt duob⁹ dñis ſeruire: auari phariſei deridebāt eū: ieſus dixit: de⁹ nouit corda: lex ⁊ ꝓphete vſqꝫ ad iohānē: de apice legis: vxorē nō dimittere: de diuite ⁊ lazaro. Capitulū. xvj.

D Icebat autem et ad
diſcipulos ſuos. Homo quidam
erat diues qui habebat villicū:
⁊ hic diffamatus eſt apud illū:
quaſi diſſipaſſet bona illius. Et De acc.c.
vocauit illū ⁊ ait illi. Quid hoc qualiter.h.
audio de te. Redde rationem vil
licationis tue: iam enī non poteris villicare. Ait
autem villicus intra ſe. Quid faciam: qꝛ dominus
meus aufert a me villicationem. Fodere non va
leo: mendicare erubeſco: ſcio quid faciam: vt cum
amotus fuero a villicatione: recipiant me in do
mos ſuas. Conuocatis itaqꝫ ſingulis debitori B
bus domini ſui: dicebat primo. Quantum debes
domino meo? At ille dixit. Centum cados olei.
Dixitqꝫ illi. Accipe cautionem tuam: et ſede ci
to ⁊ ſcribe quinquaginta. Deinde alio dixit. Tu
vero quantum debes. Qui ait. Centum choros
tritici. Ait illi. Accipe litteras tuas: ⁊ ſcribe octo
ginta. Et laudauit dominus villicum iniquita
tis: qꝛ prudenter feciſſet: qꝛ filij huius ſeculi pru
dentiores filijs lucis in generatione ſua ſunt. Et
ego vobis dico. Facite vobis amicos de mammo C
na iniquitatis: vt cum defeceritis: recipiant vos xiiij. q. v.c.
in eterna tabernacula. Qui fidelis eſt in minimo ꝙ habetis.
et in maiori fidelis eſt: ⁊ qui in modico iniquus
eſt et in maiori iniquus eſt. Si ergo in iniquo
mammona fideles non fuiſtis: quod verum eſt:
quis credet vobis. Et ſi in alieno fideles nō fui Mat.vj.c.
ſtis: quod veſtrum eſt: quis dabit vobis: Nemo
ſeruus poteſt duobus dominis ſeruire: aut enim
vnum odiet: ⁊ alterum diliget aut vni adherebit
⁊ alterum contemnet. Non poteſtis deo ſeruire
⁊ māmone. Audiebant autem omnia hec phari D
ſei: qui erant auari: ⁊ deridebant illum. Et ait il
lis. Uos eſtis qui iuſtificatis vos coram homini
bus: deus autem nouit corda veſtra. Quia quod
hominibus altum eſt: abominatio eſt ante deū. Mat.xj.b.
Lex ⁊ prophete vſqꝫ ad iohannem: ex eo regnū Mat.v.b.
dei euangelizatur: ⁊ omnis in illud vim facit. Fa Mat.v.c.
cilius eſt autem celum ⁊ terram preterire: ꝙ de le ⁊.xix.a.
ge vnum apicē cadere. Omnis qui dimittit vxo Mar.x.b.
rem ſuam ⁊ alteram ducit: mechatur: ⁊ dimiſſam E
a viro ducit: mechatur. Homo quidā erat diues:
qui induebatur purpura ⁊ byſſo: ⁊ epulabat quo
tidie ſplendide. Et erat quidam mendicus nomi
ne lazarus: qui iacebat ad ianuā eius vlceribus
plenus: cupiens ſaturari de micis que cadebant
de menſa diuitis: ⁊ nemo illi dabat. Sed ⁊ canes
veniebant ⁊ lingebant vlcera eius. Factum eſt
autem vt moreretur mendicus: et portaretur ab F
angelis in ſinum abrae. Mortuus eſt autem ⁊ di
ues: ⁊ ſepultus eſt in inferno. Eleuans autē ocu
los ſuos cum eſſet in tormentis vidit abraam a
lōge ⁊ lazarū in ſinu eius: ⁊ ipſe clamās dixit. Pr̄
abraam miſerere mei: ⁊ mitte lazarū vt intingat
extremum digiti ſui in aquam: vt refrigeret lin
guam meam qꝛ crucior in hac flāma. Et dixit illi de pe.di.iij
abraam. Fili recordare qꝛ recepiſti bona in vita c.emendū.
tua ⁊ lazarus ſilr mala. Nunc aūt hic cōſolat: tu G

vero cruciaris. Et in his omnibus inter nos et
vos chaos magnum firmatū eſt: vt hi qui volūt
hinc tranſire ad vos non poſſint: neq̃ inde huc
trāſmeare. Et ait. Rogo ergo te pater: vt mittas
eum in domum patris mei. Habeo enim quinq̃
fratres vt teſtetur illis ne τ ipſi veniant in hunc
locum tormentorum. Et ait illi abraam: Habent
moyſen τ prophetas audiant illos. At ille dixit
non pater abraā: ſed ſi quis ex mortuis ierit ad
eos: penitentiam agent. Ait autem illi. Si moy-
ſen τ prophetas non audiunt neq̃ ſi quis ex mor-
tuis reſurrexerit credent.

Capituli. Summarium. De ſcandalo cor-
reptio fraterna ſepties in die dimittendum ſi ha-
beretis fidem ſicut granum ſynapis: dicite ſerui
inutiles ſumus: de decem leproſis mundatis: re-
gnum dei intra vos eſt ventura predicit: de ſeip-
ſo ſicut factum eſt in diebus noe: de die iudicij.

Capitulum. xvij.

A ma. xviij. a mar. ix. f. ET ait ad diſcipulos
ſuos. Impoſſibile eſt vt non ve-
niant ſcandala: ve autem illi per
quem veniunt. Utilius eſt illi: ſi
lapis molaris imponatur circa
collum eius τ proijciatur in mare: q̃ vt ſcandali-
zet vnum de puſillis iſtis. Attēdite vobis. Si pec
ma. xviij. b. cauerit in te frater tuus increpa illum. τ ſi penitē
ma. xviij. c. tiam egerit dimitte illi. Et ſi ſepties in die pecca
B uerit in te: τ ſepties in die conuerſus fuerit ad te
mat. xvij. c. dicens. Penitet me dimitte illi. Et dixerūt apo
τ. xxj. b. ſtoli domino: Adauge nobis fidem. Dixit autē
dominus. Si habueritis fidem ſicut granum ſy-
napis dicetis huic arbori moro: eradicare τ tranſ
plantare in mare: τ obediet vobis. Quis autem
veſtrum habens ſeruum arantem aut paſcentem
boues: qui regreſſo de agro dicat illi ſtatim: tran
ſi τ recumbe: τ non dicat para quod cenē: τ pre
cinge te τ miniſtra mihi donec manducē. τ bibā:
τ poſt hec tu manducabis τ bibes. Nūquid gra
C tiam hē ſeruo illi: q: fecit que ei iperauerat. Nō
puto. Sic τ vos cum feceritis omnia que prece-
pta ſunt vobis dicite: ſerui inutiles ſumus quod
debuimus facere fecimus. Et factum eſt dū iret
in hieruſalem tranſibat per mediam ſamariam τ
galileam: τ cum ingrederetur quoddam caſtellū
occurrerunt ei decem viri leproſi: qui ſteterunt a
D longe τ leuauerunt vocem dicentes. Jeſu prece-
ptor miſerere noſtri. Quos vt vidit dixit. Jte oñ
dite vos ſacerdotibus. Et factum eſt dum irent
mundati ſunt. Unus autē ex illis vt vidit q: mū
datus eſt regreſſus eſt cum magna voce magnifi
cans deum. Et cecidit in faciem ante pedes eius
gratias agens. Et hic erat ſamaritanus. Reſpon
dens autem ieſus dixit. Nonne decem mundati
ſunt: τ nouem vbi ſunt. Non eſt inuentus qui re-
diret τ daret gloriā deo: niſi hic alieīgena. Et ait
E illi. Surge vade: q: fides tua te ſaluum fecit. In
terrogatus autem a phariſeis quando veniet re-
gnum dei: Reſpondens eis dixit. Non veniet re-
gnum dei cum obſeruatione: neq̃ dicent ecce hic
aut ecce illic. Ecce enim regnū dei intra vos eſt.
Et ait ad diſcipulos ſuos. Uenient dies quādo
deſideretis videre vnum diē filij hominis τ non
videbitis. Et dicent vobis. Ecce hic: τ ecce illic: ma. xxiiij.
nolite ire neq̃ ſectemini. Nam ſicut fulgur coru- mar. xiij.
ſcans de ſub celo in ea que ſub celo ſūt fulget ita F
erit filius hominis in die ſua. Primū autē opor- ma. xxiiij.
tet illū multa pati: τ reprobari a generatiōe hac.
Et ſicut factum eſt in diebus noe: ita erit τ i die-
bus filij hominis. Edebant τ bibebāt vxores du
cebant. τ dabantur ad nuptias vſq̃ in diem qua
intrauit noe in arcam: τ venit diluuium τ perdi-
dit omnes. Similiter. Sicut factum eſt i diebus
loth. Edebāt τ bibebant emebant τ vendebant
τ plantabant τ edificabant. Qua die autem exijt
loth a ſodomis: pluit ignem τ ſulphur de celo: et
omnes perdidit. Secundum hec erit qua die fili
us hominis reuelabitur. In illa hora qui fuerit i G
tecto τ vaſa eius in domo: ne deſcendat tollere il
la. τ qui in agro ſimiliter non redeat retro memo
res eſtote vxoris loth. Quicunq̃ queſierit aīam Geñ. xix.
ſuam ſaluam facere perdet illam: τ quicunq̃ per mat. xvj.
diderit illam viuificabit eam. Dico vobis in illa mar. viij.
nocte erunt duo in lecto vno: vn⁹ aſſumetur τ al-
ter relinquetur. Due erunt molentes in vnū: vna mat. xxiiij.
aſſumetur τ altera relinquet. Duo in agro: vnus d.
aſſumetur τ alter relinquetur. Reſpondentes di-
cunt illi. Ubi domine: Qui dixit illis. Ubicunq̃ mat. xxiiij.
fuerit corpus illuc congregabuntur τ aquile. c.

Capituli. Summarium. Oportet ſemper
orare: de iudice deum non timente τ de vidua: de
oratione phariſei τ publicani qui ſe exaltat humi
liabitur: dicit ſinite venire paruulos ad me: nemo
bonus niſi ſolus deus: dicit quecunq̃ habes ven
de τ da pauperibus: q̃ difficile qui pecunias ha-
bent in regnum dei intrabunt: remuneratio illo-
rum qui dimittunt ſua propter deū: predicit paſ
ſionem ſuam τ mortem τ ipſi non intellexerunt:
cecum illuminat.

Capitulum. xviij.

A
DIcebat autem τ para Ecc. xviij. c.
bolam ad illos: quoniam oportet j. theſſ. v. d.
ſemper orare τ nō deficere dicēs.
Iudex quidam erat in quadam
ciuitate: qui deum non timebat: τ
hominem non reuerebatur. Uidua autem quedā
erat in ciuitate illa: τ veniebat ad eū dicens. Uin
dica me de aduerſario meo. Et nolebat per mul
tum tempus. Poſt hec aūt dixit intra ſe. Et ſi
deum non timeo nec hominem reuereor: tamē q:
moleſta eſt mihi hec vidua: vindicabo illam ne in
nouiſſimo veniens ſuggillet me. Ait autem domi
nus. Audite quid iudex iniquitatis dicit. Deus
autem non faciet vindictam electorum ſuorū cla
mantium ad ſe die ac nocte: τ patientiam habe-
bit in illis. Dico autē vobis: quia cito faciet vin
dictam illorum. Uerumtamen filius hominis ve

niens putas inueniet fidem in terra. Dixit au-
tem ⁊ ad quoſdam qui in ſe confidebāt tanq̄ iu-
ſti: ⁊ aſpernabantur ceteros: parabolam iſtam:
dicens. Duo homines aſcenderunt in templum
vt orarent: vnus phariſeus: ⁊ alter publicanus.
Phariſeus ſtans hec apud ſe orabat. Deus gra
tias ago tibi: q: nō ſum ſicut ceteri hominum: ra
ptores: iniuſti: adulteri: velut etiam hic publica-
nus. Ieiuno bis in ſabbato: decimas do omniu3
C que poſſideo. Et publicanus a longe ſtans: nole
De pe. diſ. bat nec oculos ad celum leuare: ſed percutiebat
j. c. qſ aliq̄n pectus ſuum: dicens. Deus propitius eſto mihi
ma. xxiij. b: peccatori. Amen dico vobis deſcendit hic iuſtifi-
Mat. xix. b catus in domū ſuam ab illo: q: oīs qui ſe exaltat
Mar. x. b. humiliabitur: ⁊ qui ſe humiliat. exaltabitur. Affe
rebant autē ad illu3 ⁊ infantes: vt eos tangeret.
Quod cu3 viderent diſcipuli: increpabant illos.
Ieſus aūt conuocans illos: dixit. Sinite pueros
D venire ad me: ⁊ nolite vetare eos. Taliū eſt enim
Mat. xix. b regnum dei. Amen dico vobis: quicūq; nō accepe
Mar. x. c. rit regnū dei: ſicut puer non intrabit in illud. Et
Exo. xx. b. interrogauit eum quidam princeps: dicens. Ma
Ma. xix. c. giſter. Bone q̄d faciens vitam eternam poſſide-
Mar. x. c bo. Dixit aūt ei Ieſus. Quid me dicis bonum.
Nemo bonus niſi ſolus deus. Mandata noſti.
Non occides: non mechaberis: non furtū facies:
Mat. xix. c non falſum teſtimoniū dices: honora patrē tuu3
Mar. x. c ⁊ matrē. Qui ait. Hec oīa cuſtodiui a iuuentute
xiiij. q. j. c. j. mea. Quo audito, Ieſus: ait ei. Adhuc vnum tibi
deeſt. Oīa quecūq; habes vende: ⁊ da pauperib9
⁊ habebis theſaurum in celo: ⁊ veni ſequere me.
E His ille auditis cōtriſtatus eſt: q: diues erat val
Mat. xix. c de. Videns autem Ieſus illū triſtem factum: di
Mar. x. c xit. Quā difficile qui pecunias habent in regnu3
dei intrabunt. Facilius eſt enim camellu3 per fo-
Mat. xix. d ramen acus tranſire: q̄ diuitē intrare in regnum
Mar. x. d. dei. Et dixerunt q̄ audiebant. Et q̄s pōt ſaluus
fieri. Ait illis. Que impoſſibilia ſunt apud hoīes
Ma. xix. d. poſſibilia ſunt apud deum. Ait aūt petrus. Ecce
Mar. x. d nos dimiſimus oīa: ⁊ ſecuti ſumus te. Qui dixit
eis. Amen dico vobis: nemo eſt qui relinq̄t domū
aut parentes aut fratres aut vxorē aut filios: p
Mat. xx. c. pter regnū dei: ⁊ non recipiat multo plura i hoc
Mar. x. c. tpe: ⁊ in ſeculo futuro vitam eternam. Aſſumpſit
F autem Ieſus duodecim ⁊ ait illis. Ecce aſcendi-
mus hieroſolyma3: ⁊ conſummabunt omnia que
ſcripta ſunt p̄ prophetas de filio hominis. Trade
tur enim gentibus ⁊ illudetur ⁊ flagellabit ⁊ con
d. ij. g. ſpuetur: ⁊ poſtq̄ flagellauerit: occident eū: ⁊ die
tertia reſurget. Et ipſi nihil horū intellexerunt.
Mat. xx. d Erat autē verbū iſtud abſconditū ab eis: ⁊ non
Mar. x. g. intelligebant que dicebant. Factum eſt autem
cum appropinquaret hierico: cecus quida3 ſede
G bat ſecus viam mendicans. Et cum audiret tur-
bam pretereuntem: interrogabat quid hoc eſſet.
Dixerunt autem ei: q̄ Ieſus nazarenus tranſi-
Mat. xx. d. ret. Et clamauit dicens. Ieſu fili dauid miſere-
de pe. di. j. re mei. Et qui preibant increpabant eum: vt ta-
c. valuiſſet. ceret. Ipſe vero multo magis clamabat: fili da-
uid miſerere mei. Stans autem Ieſus: iuſſit illū
adduci ad ſe. Et cum appropinquaſſet: interro-
gauit illum dicens. Quid tibi vis faciam. At ille
dixit. Domine: vt videam. Et Ieſus dixit ei. Re-
ſpice: fides tua te saluū fecit. Et confeſtim vidit:
⁊ ſequebatur illum: magnificans deu3. Et omnis
plebs vt vidit: dedit laudem deo.

¶ Capituli. Sūmarium. ¶ De zacheo: decem mnarum ſimilitudinem ponit habenti dabitur: inimicos ſuos ante ſe iubet occidere ſuper pullū aſine ſedet: turbe deſcendentium ceperunt deum laudare: dicentes: benedictus qui venit rex: dixit Ieſus: ſi hi tacuerint lapides clamabunt: fleuit Ieſus ſuper hieruſalem: ⁊ predixit deſtructionē eius: eijcit vendentes ⁊ ementes de templo: principes ſacerdotū ⁊ ſcribe querebant pdere ieſum.

Capitulum. xix.

ET ingreſſus A
perambulabat hie-
rico. Et ecce vir no
mine zacheus ⁊ hic
princeps erat publicanorum: ⁊
⁊ ipſe diues. Et querebat vide
re ieſum q̄s eſſet: ⁊ nō poterat
pre turba: q: ſtatura puſillus
erat. Et precurrens aſcēdit in
arborem ſycomorum: vt vide-
ret eum: q: inde erat tranſiturus. Et cum veniſ-
ſet ad locum: ſuſpiciens Ieſus vidit illū: ⁊ dixit
ad eum. Zachee feſtinans deſcende: q: hodie in
domo tua oportet me manere. Et feſtinans de-
ſcendit. ⁊ excepit illum gaudens. Et cū viderent
oēs murmurabant: dicentes q̄ ad hominem pec
catorem diuertiſſet. Stans autem zacheus: dixit
ad ieſum. Ecce dimidium bonorū meorū dn̄e do B
pauperibus: ⁊ ſi quid alique3 defraudaui: reddo
quadruplum. Ait Ieſus ad eum. Quia hodie ſa-
lus domui huic facta eſt: eo q̄ ⁊ ipſe fili9 ſit abrae.
Venit enim filius hominis querere ⁊ ſaluum fa Mat. xv. c.
cere qđ perierat. Hec illis audientibus: adijciēs
dixit parabolam: eo q̄ eſſet prope hieruſalē: ⁊ q:
exiſtimarent: q̄ confeſtim regnū dei manifeſtare
tur. Dixit ergo. Homo quidam nobilis abijt in Ma. xxv. a
regionem longinquam accipere ſibi regnum ⁊ re mar. xiij. b.
uerti. Vocatis autem dece3 ſeruis ſuis. dedit eis
decem mnas: ⁊ ait ad illos. Negociamini du3 ve
nio. Ciues aūt eius oderant eū: ⁊ miſerunt lega-
tionē poſt illū: dicētes. Nolumus hunc regnare C
ſuper nos. Et factū eſt vt rediret accepto regno
⁊ iuſſit vocari ſeruos: q̄bus dedit pecunia3: vt ſci
ret quātū quiſq; negociatus eſſet. Venit aūt pri
mus dicēs. Dn̄e: mna tua decem mnas acq̄ſiuit. Ma. xxv. b
Et ait illi. Euge bone ſerue q: in modico fuiſti
fidelis: eris ptātem habens ſupra decē ciuitates
Et alter venit dicēs. Dn̄e mna tua fecit quinq;
mnas. Et huic ait. Et tu eſto ſuper quinq; ciui-
tates. Et alter venit dicens. Dn̄e ecce mna tua
quam habui repoſita ē in ſudario. Timui eni3 te D
q: hō auſterus es: tollis qđ non poſuiſti: ⁊ metis
qđ non ſeminaſti. Dicit ei. De ore tuo te iudico

ſerue nequã. Sciebas ꝙ ego homo auſterus ſum
tollens quod non poſui: ⁊ metens qđ non ſemi-
ſet in piſcinam poſt motionẽ aque: ſanus fiebat
a quacunqꝫ detinebatur infirmitate. Erat autẽ
quidam homo ibi triginta ⁊ octo annos habẽs
in infirmitate ſua. Hunc autem cum vidiſſet Je
ſus iacentem: ⁊ cognouiſſet: q: iam multum tem
pus haberet: dicit ei. Vis ſanus fieri. Reſpondit
ei languidus. Domine hominem non habeo vt
cum turbata fuerit aqua mittat me in piſcinam.
Dum venio enim ego: alius ante me deſcendit.
Dixit ei Jeſus. Surge tolle grabatum tuum et
ambula. Et ſtatim ſanus factus eſt homo ille: ⁊
ſuſtulit grabatũ ſuum ⁊ ambulabat. Erat autem
ſabbatum in die illo. Dicebant ergo iudei illi q̇
ſanatus fuerat. Sabbatum eſt: non licet tibi tol
lere grabatum tuum. Reſpondit eis. Qui me ſa-
num fecit: ille mihi dixit. Tolle grabatum tuum
⁊ ambula. Interrogauerunt ergo eum quis eſt
ille homo qui dixit tibi: tolle grabatũ tuũ ⁊ am-
bula? Is autem qui ſanus fuerat effectus: neſcie
bat quis eſſet. Jeſus enim declinauit a turba cõ
ſtituta in loco. Poſtea inuenit eum Jeſus in tẽ
plo: ⁊ dixit illi. Ecce ſanus factus es: iam noli pec
care: ne deterius tibi aliquid contingat. Abijt il
le homo ⁊ nunciauit iudeis: q: Jeſus eſſet qui fe
cit eum ſanum. Propterea perſequebantur iu-
dei Jeſum: q: hec faciebat in ſabbato. Jeſus ãt
rñdit eis. Pater meus vſqꝫ mõ operatur: ⁊ ego
operoꝛ. Propterea ergo magis q̃rebant eum iu
dei interficere: q: non ſolũ ſoluebat ſabbatum: ſꝫ
⁊ patrẽ ſuũ dicebat deũ: equalem ſe faciens deo.
Rñdit itaqꝫ Jeſus ⁊ dixit eis. Amen amen dico
vobis: nõ põt filius a ſe facere q̇cq̃: niſi qð vide-
rit patrẽ facientẽ. Quecũqꝫ ille enim fecerit: hec

et filius ſimiliter facit. Pater em̄ diligit filium
et oia demonſtrat ei que ipē facit: ⁊ maiora his
demōſtrabit ei operavt vos miremini. Sicut em̄
pater ſuſcitat mortuos ⁊viuificat: ſic ⁊ filiꝰ quos
vult viuificat. neqꝫ em̄ pater iudicat quēꝙ: ſed
omē iudicium dedit filio: vt omnes honorificēt
Lu.x.e. filiũ ſicut honorificāt patrē. Qui nō honorificat
filium non honorificat patrem qui miſit illum.
Amen amen dico vobis: q: qui verbũ meũ audit
et credit ei qui me miſit: habet vitam eternam.
Et in iudiciū non venit ſed tranſiet a morte in
vitam. Amen amen dico vobis: q: venit hora et
C nunc eſt quando mortui audient voceꝫ filij dei:
et qui audierint viuēt. Sicut enim pater habet
vitam in ſemetipſo: ſic dedit ⁊ filio habere vitaꝫ
in ſemetipſo. Et ptātē dedit ei iudiciū facere:
q: filius hominis eſt. Nolite mirari hoc: q: venit
mar.xxv.d. hora in qua oēs qui in monumētis ſunt: audiēt
l.vj.d. voceꝫ filij dei: ⁊ ꝓcedēt qui bona fecerũt in reſur
rectionē vite: qui vo mala egerũt: in reſurrectio-
de ꝯſe.di.v nes iudicij. Nō poſſuꝫ ego a meipſo facere quic
cap.fina. ꝙ. Sicut audio iudico: ⁊ iudiciũ meũ iuſtuꝫ eſt:
q: non quero voluntatē meam: ſed voluntatem
l.viij.e. eius qui miſit me. Si ego teſtimoniũ perhibeo
de me ipſo teſtimoniũ meum non eſt verũ. Alius
l.j.c. eſt qui teſtimoniũ ꝑhibet de me: ⁊ ſcio q: verum
F eſt teſtimoniuꝫ eius qđ ꝑhibet de me. Vos miſi
ſtis ad Johannem: ⁊ teſtimonium ꝑhibuit veri
tati. Ego autem non ab homine teſtimoniũ ac-
l.xiiij.d. cipio: ſed hec dico vt vos ſalui ſitis. Ille erat lu-
cerna ardens et lucens Vos autē voluiſtis ad
l.viij.c. horam exultare in luce eius Ego autem habeo
teſtimoniuꝫ maius Johanne. Opera enim que
dedit mihi pater vt perficiaꝫ: ea ipſa opera que
ego facio teſtimonium perhibēt de me: q: pater
miſit me. Et qui me miſit pater: ipſe teſtimoniũ
perhibuit de me. Neqꝫ voceꝫ eiꝰ vnꝙ audiſtis:
neqꝫ ſpeciem eius vidiſtis. Et verbum eius non
habetis in vobis manēs: q: queꝫ miſit ille: huic
vos nō creditis. Scrutamini ſcripturas: q: vos
putatis in ipſis vitā eternā habere. Et ille ſunt
que teſtimoniũ ꝑhibēt de me: ⁊ non vultis veni
re ad me vt vitā habeatis. Claritateꝫ ab oibus
G non accipio: ſed cognoui vos: q: dilectionem dei
non habetis in vobis. Ego veni in noie patris
mei ⁊ nō accepiſtis me. Si alius venerit in noie
ſuo illũ accipietis. Quō vos poteſtis credere qui
gloriam ab inuicē accipitis: ⁊ gloriaꝫ que a ſolo
deo eſt nō queritis. Nolite putare q: ego accuſa
turus ſim vos apud patrem: eſt qui accuſat vos
moyſes in quo vos ſperatis. Si enim crederetis
moyſi: crederetis forſitam et mihi. De me eniꝫ
ille ſcripſit. Si autem illius litteris non creditis
quomodo verbis meis credetis.

¶ Capi. Sũma. ¶ De quinqꝫ panibus ⁊ duo
bus piſcibꝰ ⁊ q eũ regē facere voluerunt Jeſus
ſupra mare ambulat: operamini nō cibũ q̄ perit
de māna ⁊ pane celeſti loqtur ego ſuꝫ panis qui
de celo deſcēdi: recedentibus ab eo diſcipulis: vnũ
ex duodecim dyabolum dicit. Capitulum.vj.

Poſt hec abijt Jeſus A
transmare galilee qđ eſt tyberia
dis. Et ſequebať euꝫ multitudo
magna: q: videbant ſigna que fa
ciebat ſuper his qui infirmaban- mat.xiiij.b
tur. Subijt ergo in monteꝫ Jeſus ⁊ ibi ſedebat Lu.ix.b.
cum diſcipulis ſuis Erat autem proximum paſ- mat.xiiij.b
cha dies feſtus iudeorum. Cuꝫ ſubleuaſſet ergo Mar.vj.e.
oculos Jeſus: et vidiſſet: q: multitudo maxima Lu.ix.b.
venit ad eum dixit ad Philippũ. Unde ememus
panes vt manducēt hi. Hoc aũt dicebat tentās
eum. Ipſe enim ſciebat quid eſſet facturus. Rñ-
dit ei Philipus. Ducentorũ denariorũ panes
non ſufficiunt eis vt vnuſquiſqꝫ modicum quid
accipiat. Dicit ei vnus ex diſcipulis eius Andre mat.xiiij.b
as frater Simonis Petri. Eſt puer vnꝰ hic qui Mar.vj.e.
habet quinqꝫ panes hordeaceos et duos piſces. Lu.ix.b.
Sed hec quid ſunt inter tantos. Dixit ergo ie- B
ſus. Facite homines diſcumbere. Erat autem fe mat.xiiij.b
nuꝫ multum in loco. Diſcubuerunt ergo viri nu Lu.vj.e.
mero quaſi quinqꝫ milia. Accepit ergo ieſus pa Lu.ix.b.
nes: et cum gratias egiſſet diſtribuit diſcumbē xxviij.diſti.
tibus. Similiter et ex piſcibus q̄ntum volebāt. c.quiſeccle-
Ut autem impleti ſunt: dixit diſcipulis ſuis. ſiaſticis.
Colligite que ſuperauerant fragmenta ne pere
ant. Collegerunt ergo et impleuerunt duode-
cim cophinos fragmentorum ex quinqꝫ panibꝰ
hordeaceis et duobus piſcibus que ſuperfuerũt
his qui manducauerant. Illi ergo homines cũ
vidiſſent qđ Jeſus fecerat ſignũ: dicebant. Q:
hic eſt vere propheta qui venturus eſt in mũdũ. mat.xiiij.e.
Jeſus ergo cum cognouiſſet q: vēturi eſſent vt Mar.vj.f.
raperent eum et facerent eum regem fugit: iterũ Lu.vj.b.
in montem ipſe ſolus. Ut autem ſero factum eſt
deſcenderunt diſcipuli eius ad mare. Et cũ aſcē
diſſent nauim: venerunt trāſmare in Capharna mat.xiiij.c.
um. Et tenebre iam facte erant: et non venerat Mar.vj.g
ad eos Jeſus. Mare autem vento magno flante C
exurgebat. Cum remigaſſent ergo quaſi ſtadia
vigintiquinqꝫ aut triginta: vident Jeſuꝫ ambu
lantem ſupra mare ⁊ proximũ naui fieri: ⁊ timue
runt. Ille autem dicit eis. Ego ſum: nolite time
re. Voluerunt ergo accipere eum in nauim: et
ſtatim nauis fuit ad terram quam ibant. Altera
die turba q̄ ſtabat trās mare vidit: q̇a nauicula
alia non erat ibi niſi vna: quia non introiſſet
cum diſcipulis ſuis Jeſus innauim ſed ſoli diſci
puli eius abijſſent. Alie vero ſuꝑuenerũt naues
a tyberiade iuxta locum vbi manducauerant pa
nem gratias agentes deo. Cũ ergo vidiſſet tur
ba: q: Jeſus nō eſſet ibi: neqꝫ diſcipuli eius: aſcē
derunt in nauiculas: et venerunt capharnaum
querentes Jeſum. Et cum inueniſſent euꝫ trās
mare dixerunt ei. Rabbi quādo huc veniſti: Rñ-
dit eis Jeſus et dixit. Amen amen dico vobis:
queritis me: nō q: vidiſtis ſigna: ſed q: mandu-
caſtis ex panibus ⁊ ſaturati eſtis. Opamini non
cibũ qui perit: ſed q̇ ꝑmanet in vitā eternā: quē
filius hois dabit vobis. Hũc em̄ pater ſignauit
deus. Dixerunt ergo ad eum. Quid faciemꝰ vt

operemur opera dei. Rn̄dit Jeſus ⁊ dixit eis.
D Hoc eſt opus dei: vt credatis in eum quem miſit
mat.xvj.a. ille. Dixerunt. ergo ei. Quod ergo tu facis ſignū
mar.viij.a. vt videamus ⁊ credam⁹ tibi. Quid oparis. Pa-
tres noſtri mādūcauerunt manna in deſerto: ſi
pſ.lxxvij.c. cut ſcriptum eſt. Panē de celo dedit eis mandu
Sap.xvj.c. care. Dixit ergo eis ieſus. Amē amē dico vobis
de ꝯſe.di.ij non Moyſes dedit vobis panē de celo: ſed pa
c.nec moy- ter meus dat vobis panē de celo verū. Panis
ſes. enim verus eſt qui de celo deſcendit ⁊ dat vitā
mundo. Dixerunt ergo ad eū. Dn̄e ſemꝑ da no
mat.xxvj.c bis panē hunc. Dixit autē eis Jeſus. Ego ſum
mar.xiiij.c. panis vite. Qui venit ad me non eſuriet: et qui
Lu.xxij.b. credit in me: non ſitiet in eternum. Sed dixi vo
j.xiij.a. bis: q: ⁊ vidiſtis me ⁊ non crediſtis. Omne qd̄
mat.xxvj.d dat mihi pater ad me veniet: ⁊ eū qui venit ad
mar.xiiij.d me: non eiiciam foras: q: deſcendi de celo: nō vt
Luc.xxij.e. faciam voluntatem meā: ſed voluntatem eius
ſ.v.e. qui miſit me. Hec eſt enim volūtas eius qui mi-
ſit me patris: vt omne qd̄ dedit mihi non perdā
ex eo: ſed reſuſcitem illud in nouiſſimo die. Hec
eſt autem voluntas patris mei qui miſit me vt
omnis qui videt filium et credit in eum: habeat
E vitam eternā: ⁊ ego reſuſcitabo eū in nouiſſimo
die. Murmurabant ergo iudei de illo: q: dixiſſet
mat.xiij.d. ego ſum panis viuus qui de celo deſcendi. Et
Mar.vj.a. dicebant. Nonne hic eſt filius Joſeph: cui⁹ nos
Lu.iiij.d. nouimus patrē et matrem? Quō ergo dixit hic:
j.vij.b. q: de celo deſcēdi? Rn̄dit ergo Jeſus ⁊ dixit eis.
De.pe.di. Nolite murmurare inuicem. Nemo pōt venire
iiij.c.bene- ad me: niſi pater qui miſit me traxerit eū: ⁊ ego
dictus. reſuſcitabo eum in nouiſſimo die. Eſt ſcriptum
Mat.xj.d. in prophetis. Et erunt oēs docibiles dei. Ois
Lu.x.d qui audiuit a patre et didicit: venit ad me. Non
De ꝯſe.di. q: patrem vidit quiſq̄: niſi is qui eſt a deo: hic
ij.c.reuera. vidit patrem. Amen amen dico vobis: qui credit
ſ.eo. in me habet vitā eternam. Ego ſum panis vite.
De ꝯſe.di. Patres veſtri manducauerunt manna in deſer
ij.c.forte.⁊ to: et mortui ſunt. Hic eſt panis de celo deſcen-
c.reuera. dens vt ſi quis ex ipſo manducauerit non moria
De ꝯſe.di. tur. Ego ſum panis viuus qui de celo deſcendi.
ij.c.xp̄us.⁊ Si quis mādūcauerit ex hoc pane: viuet in eter
c.vtꝝ.⁊.c. nū. Et panis quem ego dabo caro mea eſt pro
omnia. mundi vita. Litigabant ergo iudei ad inuicem
F dicentes. Quomodo poteſt hic nobis carnem
j.cor.xj.g. ſuam dare ad manducandum. Dixit ergo eis
de ꝯſe.di.ij Jeſus. Amen amen dico vobis: niſi mandu-
c.q: corp⁹.⁊ caueritis carnem filij hominis: et biberitis eius
c.in qb⁹.⁊ ſanguinem: non habebitis vitam in vobis. Qui
c. duplicit manducat meam carnem: et bibit meum ſangui
⁊.c.vtrū.⁊ nem: habet vitam eternam: et ego reſuſcitabo
c.in chriſto. eum in nouiſſimo die. Caro enim mea vere eſt ci
de ꝯſe.di.ij bus: et ſanguis meus vere eſt potus. Qui man
c.in chriſto ducat meam carnem et bibit meum ſanguinem:
Eadē di.c. in me manet et ego in illo. Sicut me miſit viuēs
inuitat.⁊ pater: et ego viuo propter patrem: et qui mādu
c.quoniā.q cat me: et ipſe viuet propter me. Hic eſt panis
māducat qui de celo deſcendit. Non ſicut manducauerūt
xxiiij.q.j.c. patres veſtri manna: et mortui ſunt. Qui mādu
audiuimus cat hunc panem viuet in eternū. Hec dixit in ſy
nagoga docens in capharnaum. Multi ergo au

dientes ex diſcipulis eius dixerunt. Durus eſt de pe.di.
hic ſermo. Et quis poteſt eū audire? Sciens au ij.c.ſi ex
tem Jeſus apud ſemetipſum quia murmurarēt no.
de hoc diſcipuli eius: dixit eis. Hoc vos ſcanda- B
lizat. Si ergo videritis filium hominis aſcendē de cōſe.di.
tem vbi erat prius. Spiritus eſt qui viuificat: ca ij.c.prim
ro non ꝓdeſt quicq̄. Uerba que ego locut⁹ ſum mat.xxvj
vobis ſpūs ⁊ vita ſunt. Sed ſunt quidā ex vobis mar.xiiij
qui nō credunt. Sciebat eī ab initio Jeſus qui Lu.xxij.
eſſent credentes ⁊ quis traditurus eſſet eū. Et mat.xxvj
dicebat. Propterea dixi vobis: q: nemo pōt ve mar.xiiij
nire ad me: niſi fuerit ei datū a patre meo. Et xxiiij.q.j.
hic multi diſcipulorū eius abierunt retro: ⁊ iam c.nabucho
non cum illo ambulabant. Dixit ergo Jeſus ad donoſor.
duodecim. Nunquid et vos vultis abire? Reſpō
dit ergo ei Simon Petrus. Domine ad quem
ibimus. Uerba vite eterne habes. Et nos credi mat.xvj.c
mus et cognouimus: q: tu es chriſtus filius dei
Reſpondit eis Jeſus. Nōne ego vos duodecim
elegi: et ex vobis vnus diabolus eſt. Dicebat au
tem de iuda ſimonis ſcariothis. Hic enim erat
traditurus eum: cum eſſet vnus ex duodecim.

¶ Capituli. Summarium. ¶ Jeſus in ſceno-
phegia aſcendit ad diem feſtum: dicitur Jeſu de
monium habes de turba multi credebant in eū
clamat ieſus ſi qs ſitit veniat ad me ⁊ bibat: cū
miniſtris et Nicodemo principes contendunt.

Capitulum.vij.

Poſt hec autem ambu A
labat Jeſus in galileā. Nō eī
volebat in iudeam ambulare: q:
querebant eum iudei interficere
Erat autē in primo dies feſtus
iudeorum ſcenophegia. Dixerunt autē ad eum
fratres eius. Tranſi hinc ⁊ vade in iudeā: vt et
diſcipuli videāt opera tua que facis. Nemo quip
pe in occulto quid facit: ⁊ querit ipſe in palā eſſe
Si hec facis: manifeſta teipſū mūdo. Neq; eī
fratres eius credebant in eū. Dixit ergo eis Je
ſus. Tēpus meū nondū aduenit: tp̄s aūt veſtrū
ſemꝑ eſt paratū. Nō pōt mūd⁹ odiſſe vos. Me
autē odit. q: ego teſtimoniū ꝑhibeo de illo: q:
opera eius mala ſunt. Uos aſcēdite ad diē feſtū
hunc Ego eī non aſcēdā ad diē feſtum illum: B
q: meum tēpus nondū impletū eſt. Hec cum di- ſ.vj.c.
xiſſet ipſe manſit in galilea. Ut autē aſcēderūt
fratres eius: tunc ⁊ ipſe aſcendit ad diē feſtum
non manifeſte: ſed quaſi in occulto. Judei ergo
querebāt eū in die feſto: et dicebant vbi eſt ille
Et murmur multus erat in turba de eo. Quidā
eī dicebant: q: bonus eſt: alij autē dicebāt non
ſed ſeducit turbas. Nemo tamē palā loq̄batur
de illo ꝓpter metū iudeorū. Jam autē die feſto
mediante: aſcendit Jeſus in templū ⁊ docebat.
Et mirabant̄ iudei dicentes. Quomodo hic lit-
teras ſcit cum non didicerit. Rn̄dit eis Jeſus: et
dixit mea doctrina nō eſt mea: ſed eius qui miſit

me. Si quis voluerit voluntatem eius facere: co
gnoſcet de doctrina vtrū ex deo ſit an ego a me
C ipſo loquar. Qui a metipſo loquitur. gloriā pro
priam querit. Qui autem querit gloriam eius
qui miſit eum: hic verax eſt ⁊ iniuſticia in illo nō
eſt. Nonne moyſes dedit vobis legem. Et nemo
ex vobis facit legem. Quid me queritis interfice
re? Reſpōdit turba ⁊ dixit. Demonium habes.
Quis te querit interficere? Reſpōdit ieſus ⁊ di
j.viij.f. xit eis. Vnū opus feci ⁊ oēs miramini. Propter
ea moyſes dedit vobis circūciſionem: non quia
ex moyſe eſt ſed ex patribus. Et in ſabbato circū
ciditis hominē. Si circūciſionē accipit homo in
ſabbato: vt non ſoluatur lex moyſi: cur mihi indi
Deute.j.c. gnamini q: totū hominē ſanum feci in ſabbato.
D Nolite iudicare ſm faciē: ſed iuſtū iudiciū indi
cate. Dicebant ergo quidam ex hieroſolymis.
Nonne hic eſt quē querunt interficere. Ecce pa
lam loquitur: ⁊ nihil ei dicunt. Nunquid vere co
gnouerūt principes q: hic eſt chriſtus? Sed hūc
Mat.xj.d. ſcimus vnde ſit: chriſtus autē cū venerit nemo
Lu.x.d. ſcit vnde ſit. Clamabat ergo ieſus in tēplo docēs
j.viij.d.⁊.j. ⁊ dicens. Et me ſcitis ⁊ vnde ſim ſcitis: et a me
viij.g. ipſo non veni: ſed eſt verus qui miſit me: quem
vos neſcitis. Ego ſcio eum: ⁊ ſi dixero q: neſcio
eū: ero ſimilis vobis mendax. Sed ſcio eum: q:
ab ipſo ſum: ⁊ ipſe me miſit. Querebant ergo eū
apphendere: ⁊ nemo miſit in illum manus: quia
mat.xxj.d. nondū venerat hora eius. De turba autē multi
Mar.xj.c. crediderūt in eū: ⁊ dicebant. Chriſtus cum vene
⁊.xij.a. rit nunqd plura ſigna faciet ꝙ que hic facit? Au
Lu.xix.g.⁊xx dierunt phariſei turbā murmurātē de illo hoc. ⁊
c.xxij.a. miſerunt principes ⁊ phariſei miniſtros vt app
E handerēt eum. Dixit ergo eis ieſus. Adhuc mo
dicum tēpus vobiſcū ſum. ⁊ vado ad eum qui me
miſit. Queretis me ⁊ non inuenietis. Et vbi ego
j.xiij.d. ſum vos non poteſtis venire. Dixerunt ergo iu
dei ad ſemetipſos. Quo hic iturus eſt: q: non in
ueniemus eum. Nunquid in diſperſionē gentiū
iturus eſt: ⁊ docturus gētes. Quis eſt hic ſermo
quē dixit: queretis me ⁊ nō inuenietis: ⁊ vbi ego
ſum: vos non poteſtis venire. In nouiſſimo autē
F die magno feſtiuitatis ſtabat ieſus et clamabat
Jo.iiij.c. dicens. Si quis ſitit veniat ad me ⁊ bibat. Qui
credit in me ſicut dicit ſcriptura: flumina de vē
tre eius fluent aq̄ viue. Hoc aūt dixit de ſpiritu
quem accepturi erant credentes in eū. Nondū
enim erat ſpiritus datus: q: ieſus nōdū erat glo
rificatus. Ex illa ergo turba cum audiſſent hos
ſermones eius dicebant. Hic eſt vere propheta.
Alij dicebant. Hic eſt chriſtus. Quidam autē di
Mat.ij.a. cebant. Nunquid a galilea venit chriſtus. Nōne
Michee.v.c ſcriptura dicit. Q: ex ſemine dauid ⁊ de bethleē
ſ.eo.d. caſtello vbi erat dauid venit chriſtus. Diſſenſio
B itaqꝫ facta eſt in turba propter eū. Quidā autē
ex ipſis volebant apprehendere eū: ſed nemo mi
ſit ſuper illū manus. Venerunt ergo miniſtri ad
pontifices ⁊ phariſeos ⁊ dixerunt eis illi. Quare
non adduxiſtis eum? Rūderunt miniſtri. Nunqꝫ
ſic locutus eſt hō ſicut hic loquit. Rūderūt ergo
eis phariſei. Nūquid ⁊ vos ſeducti eſtis. Nūqd
ex principib⁹ aliquis credidit in eū: aut ex pha
riſeis? Sed turba hec que nō nouit legem: male
dicti ſunt. Dicit nichodemus ad eos: ille qui ve s.iij.a.
nit ad eum nocte: qui vnus erat ex ipſis. Nunqd j.xix.g.
lex noſtra iudicat hoīem: niſi prius audierit ab s.v.f.
ipſo ⁊ cognouerit quid faciat? Rūderunt ⁊ dixe
runt ei. Nunqd ⁊ tu galileus es. Scrutare ſcri
pturas ⁊ vide: q: a galilea propheta non ſurgit.
⁊ reuerſi ſunt vnuſquiſqꝫ in domū ſuam.

¶ Capi. Summa. ¶ De muliere adultera: ie
ſus lucē mūdi eſſe ſe pdicat. Jeſus interrogat⁹:
principiū ſe eē reſpondit: ꝙ peccator ſeruus ſit:
⁊ ꝙ ieſus ante abraam ſit. Capi. viij.

I Eſus autem perrexit A
in montem oliueti: ⁊ diluculo ite Lu.xxj.g.
rū venit in tēplū: ⁊ oīs populus
venit ad eū: ⁊ ſedens docebat eos
Adducunt autē ſcribe ⁊ phariſei
mulierē in adulterio dephenſam: ⁊ ſtatuerūt eā
in medio: ⁊ dixerūt ei. Magiſter: hec mulier mo
do dephēſa eſt in adulterio. In lege aūt moyſes Leui.xx.b.
mādauit nobis hmōi lapidare. Tu ergo qd dicis
Hoc aūt dicebant tētātes eū: vt poſſent accuſa
re eū. Jeſus aūt inclinās ſe deorſum. digito ſcri
bebat in terrā. Cū ergo pſeuerarēt interrogātes
erexit ſe ⁊ dixit eis. Qui ſine peccato eſt veſtrum: iij.q.vij. c.
primus in illam lapidē mittat. Et iterū ſe incli q ſine.et.c.
nans ſcribebat in terrā. Audiētes autē hec vnus poſtulatus
poſt vnū exibant: incipientes a ſenioribus. ⁊ re xxxij.q.vj.
manſit ſolus ieſus ⁊ mulier in medio ſtans. Eri in priu.
gens autē ſe ieſus: dixit ei. Mulier vbi ſunt qui De pe.di.
te accuſabant: nemo te condēnauit. Que dixit. ij.c.ſi eū.&
Nemo dñe. Dixit aūt ieſus. Nec ego te condē rurſus.
nabo. Vade: ⁊ iam amplius noli peccare. Iterum B
ergo locutus eſt eis ieſus: dicēs. ego ſum lux mū j.ix.a.
di. Qui ſequitur me nō ambulat in tenebris: ſed j.xij.g.
habebit lumē vite. Dixerūt ergo ei phariſei. Tu
de teipſo teſtimoniū perhibes: teſtimoniū tuū
non eſt verum. Rūdit ieſus: ⁊ dixit eis. Et ſi ego
teſtimoniū perhibeo de meipſo: verū eſt teſtimo
nium meū: q: ſcio vnde veni: ⁊ quo vado. Vos au
tem neſcitis: vnde venio aut quo vadā. Vos ſm Deu. xvij.
carnē iudicatis: ego non iudico quēqꝫ. Et ſi iu b. C
dico ego iudiciū meū verum eſt: q: ſolus nō ſum: mat. xviij.
ſꝫ ego ⁊ qui miſit me pater. Et in lege veſtra ſcri b.
ptum eſt: q: duorum hominū teſtimoniū verū eſt ij.cor.xiij.a
Ego ſum: qui teſtimoniū perhibeo de meipſo: et s.v.f.
teſtimoniū perhibet de me qui miſit me pater. De teſti.c.
Dicebāt ergo ei. Vbi eſt pater tu⁹? Rūdit ieſus in omni.
Neqꝫ me ſcitis neqꝫ patrē meū. Si me ſciretis mat.xj.d.
forſitan ⁊ patrē meū ſciretis. Hec verba locut⁹ Lu.x.d.
eſt ieſus in gazophilatio: docens in tēplo. Et ne s.vij.d.
mo apprehendit eū: q: needū venerat hora eius. mat.xj.d.
Dixit ergo iterum eis ieſus. Ego vado ⁊ q̄retis Mar.xj.c.
me: ⁊ in peccato veſtro moriemini. Quo ego vado ⁊.xij.a.
vos nō poteſtis venire. Dicebāt ergo iudei. Nū Lu. xvj.g.
qd interficiet ſemetipſum: quia dicit: quo ego va ⁊.xx.g.et
do: vos nō poteſtis venire. Et dicebat eis. Vos xxij.a.
E

deoꝛſum eſtis. Ego de ſupernis ſuꝫ. Uos de mū
ſ.vij.d. do hoc eſtis. Ego non ſum de hoc mundo. Dixi
ergo vobis: quia moꝛiemini in peccatis veſtris.
Si enim non credideritis quia ego ſuꝫ: moꝛiemi
D ni in peccato veſtro. Dicebant ergo ei. Tu quis
es? Dixit eis ieſus? Principium qui ⁊ loquoꝛ vo
ſ.vij.d. bis. Multa habeo de vobis loqui ⁊ iudicare. Sꝫ
Ro.iij.a. qui me miſit verax eſt: ⁊ ego q̄ audiui ab eo: hec
loquoꝛ in mundo. Et non cognouerunt: quia pa
ſ.iij.b. trem eius dicebat deum. Dixit ergo eis ieſus.
j.xij.c. Cum exaltaueritis filiū hominis: tunc cognoſce
tis quia ego ſum: ⁊ a meipſo facio nihil: ſed ſicut
docuit me pater hec loquoꝛ. Et qui me miſit: me
cum eſt: ⁊ nō reliquit me ſolum: quia ego que pla
cita ſunt ei: facio ſemper. Hec illo loquēte: multi
crediderunt in eum. Dicebat ergo ieſus ad eos
qui crediderunt ei iudeos. Si vos manſeritis in
ſermone meo: ve diſcipuli mei eritis: ⁊ cognoſce-
tis veritatem: ⁊ veritas liberabit vos? Reſpōde-
runt ei. Semē abꝛae ſumus. ⁊ nemini ſeruiuimus
vnꝗ̄. Quomodo tu dicis: liberi eritis? Reſpōdit
eis ieſus. Amen amē dico vobis: q: omnis qui fa
cit peccatum: ſeruus eſt peccati. Seruus aūt nō
Ro.vj.d. manet in domo in eternum: filius autē manet in
ij.Pe.ij.d E eternum. Si ergo vos filius liberauerit: vere libe
ri eritis. Scio q: filij abꝛae eſtis: ſed queritis me
interficere: quia ſermo meus non capit in vobis.
Ego qđ vidi apud patrē loquoꝛ: ⁊ vos que vidi-
ſtis apud patrē veſtrum facitis? Reſponderūt ⁊
dixerunt ei. Pater noſter abꝛaam eſt. Dixit eis
ieſus. Si filij abꝛae eſtis: opera abꝛae facite. Nūc
autē queritis me interficere hominē: qui veritatē
vobis locutus ſum: quā audiui a deo. Hoc abꝛaā
non fecit. Uos facitis opera patris veſtri. Dixe
runt itaꝗ ei. Nos ex foꝛnicatione nō ſumus na
ti: vnū patrem habemus: deum. Dixit ergo eis
ieſus. Si deus pater veſter eſſet: diligeretis vtiꝗ
me. Ego enim ex deo pꝛoceſſi ⁊ veni: neꝗ enim a
meipſo veni: ſed ille me miſit. Quare loquelam
j.Jo.iij.b. meam non cognoſcitis. Quia non poteſtis audi
F re ſermonē meum. Uos ex patre dyabolo eſtis: ⁊
deſideria patris veſtri vultis facere. Ille homici
da erat ab initio: ⁊ in veritate non ſtetit. q: non
ij.q.vij.ca. eſt veritas in eo. Cum loquitur mendaciū: ex p-
teſtes. pꝛijs loquitur: q: mendax eſt: ⁊ pater eius. Ego
De hꝛti.c. autem ſi veritatem dico: non creditis mihi. Quis
cū ex iniūcto ex vobis arguet me de peccato? Si veritatem di
j.Jo.iiij.a. co: q̄re vos nō creditis mihi? Qui ex deo eſt: ver
ba dei audit: pꝛopterea vos non auditis: quia ex
ſ.vij.c. deo non eſtis? Reſpōderunt ergo iudei: ⁊ dixerūt
j.x.d. ei Nonne benedicimus nos: q: ſamaritanus es
tu: ⁊ demonium habes? Reſpondit ieſus. Ego de
monium non habeo: ſed honoꝛifico patrē meum:
⁊ vos inhonoꝛaſtis me. Ego autem non quero
gloꝛiam meaꝫ: eſt qui querat ⁊ iudicet. Amē amē
dico vobis: ſi quis ſermonem meū ſeruauerit: moꝛ
tem non videbit in eternum. Dixerūt ergo ei iu
dei. Nunc cognouimus quia demonium habes.
G Abꝛaā moꝛtuus eſt ⁊ pꝛophete: ⁊ tu dicis: ſi quis
ſermonem meum ſeruauerit: non guſtabit moꝛtē
in eternum. Nunquid tu maioꝛ es patre noſtro

abꝛaā qui moꝛtuus eſt. Et pꝛophete moꝛtui ſunt
Quē teipſum facis? Reſpondit ieſus. Si ego glo
rifico meipſum: gloꝛia mea nihil eſt: eſt pr̄ meus
qui gloꝛificat me: quē vos dicitis: q: deus veſter
eſt: ⁊ non cognouiſtis eum. Ego autē noui eum. ſ.vij.
Et ſi dixero: q: non ſcio eum: ero ſimilis vobis
mēdax: ſed ſcio eum. ⁊ ſermonē eius ſeruo. Abꝛaā
pater veſter exultauit vt videret diem meum: vi-
dit ⁊ gauiſus eſt. Dixerunt ergo iudei ad eum.
Quinquaginta annos nondum habes ⁊ abꝛaam
vidiſti. Dixit eis ieſus. Amen amen dico vobis
anteꝗ̄ abꝛaā fieret ego ſum. Tulerunt ergo lapi-
des vt iacerent in eum. Ieſus autem abſcondit
ſe ⁊ exiuit de templo.

Capituli Summarium. Cecū a natiuita-
te curat: ieſus dicit in iudiciū in hunc mundum
veni: vt qui non vidēt videant. Capitu.ix.

ET preteriens ieſus vi A
dit hominē cecū a natiuitate: et xxiij.q. f.j.
interrogauerunt euꝫ diſipuli eiꝰ.
Rabbi quis peccauit: hic aut pa
rentes eius vt cecus naſceretur?
Reſpōdit ieſus. Neꝗ hic peccauit neꝗ paren-
tes eius: ſed vt manifeſtentur opera dei in illo.
Me opoꝛtet operari opera eius qui miſit me: do
nec dies eſt. Uenit nox quando nemo poteſt ope ſ.vij.
rari. Quādiu ſum in mundo lux ſum mundi. Hec j.xij.
cum dixiſſet expuit in terram ⁊ fecit lutū ex ſpu- de co
to: ⁊ liniuit lutum ſuper oculos eius et dixit ei. iiij.ca.
Uade ⁊ laua in natatoꝛia ſiloe: qđ interpꝛetatur bapt
miſſus. Abijt ergo ⁊ lauit: ⁊ venit videns. Itaꝗ B
vicini ⁊ qui viderant eum pꝛius: q: mēdicus erat
dicebant. Nonne hic eſt qui ſedebat ⁊ mendica-
bat. Alij dicebant q: hic eſt. alij autem nequaꝗ̄:
ſed ſimilis eſt eius. Ille vero dicebat: q: ego ſum.
Dicebāt ergo ei. Quomodo aperti ſunt tibi ocu
li? Reſpondit. Ille homo qui dicitur ieſus lutum
fecit ⁊ vnxit oculos meos ⁊ dixit mihi: vade ad na
tatoꝛiam ſiloe ⁊ laua: ⁊ abij ⁊ laui ⁊ video. Et di C
xerunt ei. Ubi eſt ille? Ait. Neſcio. Adducūt eum
ad phariſeos qui cecus fuerat. Erat autem ſab-
batum quādo lutuꝫ fecit ieſus: ⁊ aperuit oculos
eius. Iterum ergo interrogabant eum phariſei
quomodo vidiſſet. Ille autē dixit eis. Lutum po
ſuit mihi ſup oculos ⁊ laui: ⁊ video. Dicebāt er-
go ex phariſeis quidā. Nō eſt hic homo a deo q̄
ſubbatū nō cuſtodit. Alij aūt dicebant. Quomō
pōt homo peccatoꝛ hec ſigna facere? Et ſciſma
erat inter eos. Dicunt ergo ceco iterū. Tu quid D
dicis de illo qui aperuit oculos tuos. Ille autem
dixit q: pꝛopheta eſt. Nō crediderūt ergo iudei
de illo: q: cecus fuiſſet ⁊ vidiſſet: donec vocauerūt
parētes eius qui viderat: ⁊ interrogauerunt eos
dicētes. Hic eſt filius veſter quē vos dicitis q: ce
cus natus eſt: quomodo ergo nunc videt? Rn̄de-
runt eis parētes eius ⁊ dixerunt. Scimus q: hic de co
eſt filius noſter: ⁊ q: cecus natꝰ eſt: quomodo aūt iiij.ca.
nūc videat neſcimus aut qs eius aperuit oculos paruu

E

nos neſcimus.ipſuʒ interrogate:etatē habet ipe
de ſe loquatur.Hec dixerunt parentes eius:qm̄
timebāt iudeos.Jam em̄ conſpirauerant iudei:
vt ſi quis eum cōfiteretur eſſe xp̄m extra ſynago
ga fieret.Propterea parētes eius dixerūt:quia
etatē habet ipſum interrogate. Uocauerūt ergo
rurſuʒ hominē qui fuerat cecus.⁊ dixerūt ei.Da
gloriā deo:nos ſcimus q: hic homo peccator eſt.

Joſue.vij. c.

Dixit ergo eis ille.Si peccator eſt neſcio:vnum
ſcio q: cecus cum eſſem modo video. Dixerunt
ergo illi.Quid fecit tibi:quomodo aperuit tibi
oculos:Rn̄dit eis.Dixi vobis iam ⁊ audiſtis:q̄d
iterū vultis audire.Nunquid ⁊ vos vultis diſci
puli eius fieri.Maledixerūt ergo ei ⁊ dixerunt.
Tu diſcipulus illius ſis:nos autē diſcipuli moyſi
ſumus.Nos ſcimus quia moyſi locutus eſt deus

F

Hunc autē neſcimus:vnde ſit.Rn̄dit ille homo
⁊ dixit eis.In hoc em̄ mirabile eſt:quia vos neſci
tis vnde ſit:⁊ aperuit meos oculos.Scimus au-
tem quia peccatores deus non audit:ſed ſi quis

l.xj.a

dei cultor eſt ⁊ voluntatem eius facit:hunc exau
dit.A ſeculo non eſt auditum: quia quis aperit
oculos ceci nati.Niſi eſſet hic a deo nō poterat
facere quicq̄.Reſponderunt ⁊ dixerūt ei.In pec
catis natus es totus:⁊ tu doces nos.Eiecerunt
eū foras.Audiuit ieſus quia eiecerūt eum foras
⁊ cum inueniſſet eum dixit ei.Tu credis in filiū
dei:Reſpōdit ille ⁊ dixit.Quis eſt domine vt cre
dam in eum.Et dixit ei ieſus. Et vidiſti eum:et
qui loquitur tecum ipſe eſt.At ille ait.Credo do

B

mine.Et procidens adorauit euʒ.Dixit ei ieſus
In iudicium ego in hunc mundum veni vt qui
non vident videant.⁊ qui vident ceci fiant. Et
audierunt quidam ex phariſeis qui cū ipſo erāt
⁊ dixerunt ei.Nunquid ⁊ nos ceci ſumus:Dixit
eis ieſus. Si ceci eſſetis non haberetis pecca-
tum.Nunc vero dicitis:quia videmus peccatuʒ
veſtrum manet.

¶Capituli Summariū. ¶Qui non intrat per
oſtium in ouile:dicit ego ſum paſtor bonus:ptā
tē habeo ponēdi aīam meam iudei dicūt ſi tu es
xp̄s dic nobis palā ego ⁊ pater vnū ſumus:ſuſtu
lerūt lapides iudei:vt lapidarent ieſum ⁊ exiuit
de manibus eorum. Capitulum.x.

A
i.qō.j.§.or
dinationes
xxiij.q.iiij.
c.tres pſo-
nas.de iur̄
pa.c.relatū

AMen amen dico vo
bis qui non intrat per oſtiū in
ouile ouiū ſed aſcēdit aliūde il
le fur eſt ⁊ latro.Qui autem in
trat p oſtiū paſtor eſt ouium:
huic oſtiarius aperit ⁊ oues vo
cē eius audiūt.Et pprias oues
vocat noīatim ⁊ educit eas.Et cū proprias oues
emiſerit ante eas vadit:⁊ oues illum ſequuntur
q: ſciunt vocē eius.Alienū aūt non ſequūt:ſed ef

B

fugiunt ab eo.q: nō nouerūt vocē alienorū.Hoc
pu erbiū dixit eis ieſus.Illi aūt nō cognouerunt
q̄d loqueret eis.Dixit ergo eis iterū ieſus.Amē
amē dico vobis:q: ego ſum oſtiū ouiū.Oēs quot
quot venerūt fures ſunt ⁊ latrones:ſed nō audie
rūt eos oues.Ego ſum oſtiū:p me ſi qs introie-
rit ſaluabit:⁊ ingredietur ⁊ egredietur ⁊ paſcua
inueniet.Fur non venit niſi vt furet:⁊ mactet et
pdat.Ego veni vt vitā habeāt ⁊ abundantius ha
beāt.Ego ſum paſtor bonus.Bonꝰ paſtor aīam j.Jo.iij.a.
ſuam dat pro ouibus ſuis.Mercenarius autē et xxiij.q.iiij.
qui nō eſt paſtor cuius nō ſunt oues ꝓprie.vidit c.tres.
lupum venientem ⁊ dimittit oues ⁊ fugit ⁊ lupus
rapit ⁊ diſpergit oues.Mercenarius autem fu
git q: mercennarius eſt ⁊ non pertinet ad eū de
ouibus.Ego ſum paſtor bonus:⁊ cognoſco meas
⁊ cognoſcunt me mee.Sicut nouit me pater: et
ego agnoſco patrē:⁊ animā meam pono pro oui
bus meis.Et alias oues habeo que non ſunt ex de pe.di.iiij
hoc ouili:⁊ illas oportet me adducere: ⁊ vocem c.hāc ſocie
meam audient.Et fiet vnum ouile ⁊ vnus paſtor tatem.
Propterea me diligit pater:q: ego pono aīam Mat.xj.d.
meam:⁊ iterum ſumam eam.Nemo tollit eam a Luce.x.d.
me:ſed ego pono eam a meipſo.Poteſtatē ha- Mat.xx.d
beo ponendi eam: ⁊ poteſtatem habeo iterum ſu Mar.x.d.
mendi eam.Hoc mandatum accepi a patre meo D
Diſſentio iterum facta eſt inter iudeos propter de coſ.miſ.
ſermones hos.Dicebāt autē multi ex ipſis.De in quadam
monium habet ⁊ inſanit.Quid euʒ auditis:Alij §.vij.c. et
dicebant.Hec verba non ſunt demoniū habētis vij.f.
Nunquid demonium poteſt cecorū oculos ape E
rire.Facta ſunt autē encenia in hieroſolymis:et de conſe.di.j.
hyems erat ⁊ ambulabat ieſus in templo in por- c.ſolēnita-
ticu ſalomonis.Circūdederunt ergo eū iudei:et tes.
dicebāt ei.Quouſq̄ aīam noſtram tollis:ſi tu es
xp̄s dic nobis palā.Rn̄dit eis ieſus.Loquor vo-
bis ⁊ nō creditis.Opa que ego facio in noīe pa-
tris mei:hec teſtimoniū phibēt de me:ſʒ vos nō F
creditis:q: non eſtis ex ouibus meis.Oues mee
vocē meam audiunt:⁊ ego cognoſco eas:⁊ ſequū
tur me.Et ego vitam eternā do eis:⁊ nō peribūt
in eternum:⁊ nō rapiet eas quiſq̄ de manu mea.
Pater meus qd̄ dedit mihi:maius oībus eſt:et xxiij.q.iij.
nemo pōt rapere de manu patris mei.Ego ⁊ pa c.quidā.v.
ter vnū ſumus.Suſtulerūt ergo lapides iudei:vt arriani.
lapidarent eum.Reſpondit eis ieſus.Multa bo §.viij.g.
na opa oſtēdi vobis ex prē meo:ꝓpter qd̄ eorum
opus me lapidatis:Rn̄derunt ei iudei.De bo-
no ope non lapidamus te:ſed de blaſphemia: et B
q: tu homo cum ſis:facis teipſum deum:Rn̄dit Pſ.xviij.
eis ieſus.Nōne ſcriptū eſt in lege vrā.Quia ego b.
dixi:dij eſtis.Si illos dixi deos:ad quos ſermo
dei factus eſt:⁊ nō pōt ſolui ſcriptura:quē pater
ſanctificauit ⁊ miſit in mundū:vos dicitis: quia
blaſphemas:q: dixi filius dei ſum.Si non facio
opera prīs mei:nolite credere mihi. Si autē fa-
cio:⁊ ſi mihi nō vultis credere:operibus credite:
vt cognoſcatis ⁊ credatis.q: pater in me eſt:⁊ ego
in patre.Querebāt ergo eum apprehēdere ⁊ exi- Mat.xij.b
uit de manibus eorum.Et abijt iterū trans ior- Mar.iij.a
danē in eum locum:vbi erat iohānes baptizans
primū ⁊ mãſit illic.Et multi venerūt ad eum:et
dicebant:q: iohānes quidem ſignū fecit nullū.
Omnia autē quecūq̄ dixit iohannes de hoc ve-
ra erant:⁊ multi crediderunt in eum.

¶ Capi. Sum. ¶ De ſuſcitatione lazari: colle
gerunt principes ⁊ phariſei cōſilium: caiphas di
cit. q: expedit vt vnus ⁊c. Capitulū. xj.

A

ERat autez
quidaz languēs
lazarus a betha
nia: de caſtello
marie ⁊ marthe
ſororū eius. Maria autē erat
que vnxit dn̄m vnguēto: ⁊ ex-
terſit pedes eius capillis ſuis
cuius frater lazarus infirma-
bat. Miſerūt ergo ſorores eiꝰ
ad eū dicētes. Dn̄e ecce quē amas infirmat. Au-
diēs aūt ieſus dixit eis. Infirmitas hec nō eſt ad
mortē ſed ꝑ gloria dei: vt glorificet filius dei per
eū. Diligebat aūt ieſus marthā ⁊ ſororez eiꝰ ma
riā ⁊ lazarū. Ut ergo audiuit: q: infirmabat: tūc
quidē māſit in eodē loco duobꝰ diebus. Deinde
poſt hec: dicit diſcipulis ſuis. Eamꝰ in iudeā ite-
rū. Dicūt ei diſcipuli. Rabbi: nūc querebāt te iu
dei lapidare: ⁊ iterū vadis illuc. Rn̄dit ieſus. Nō
B ne duodecim ſunt hore diei. Si qs ambulauerit
in die: nō offendit: q: lucē huius mundi videt. Si
aūt ambulauerit in nocte: offendit q: lux non eſt
in eo. Hec ait: ⁊ poſt hec dicit eis. Lazarus amicꝰ
noſter dormit: ſed vado vt a ſomno excitē eum.
Dixerūt ergo diſcipuli eiꝰ. Dn̄e: ſi dormit ſalꝰ
erit. Dixerat aūt ieſus de morte eius: illi aūt pu
tauerūt: q: de dormitiōe ſomni dixerat. Tūc ergo
ieſus dixit eis manifeſte. Lazarus mortuus eſt: ⁊
gaudeo ꝓpter vos: vt credatis: qm̄ nō erā ibi: ſz
eamus ad eū. Dixit ergo thomas q̄ dicit didy-
C mus ad cōdiſcipulos. Eamus ⁊ nos ⁊ moriamur
cū eo. Venit itaq̄ ieſus. ⁊ inuenit eū quattuor
dies iā ī monumēto habētē. Erat aūt bethania
iuxta hieroſolymā quaſi ſtadijs q̄ndecim. Multi
aūt ex iudeis venerāt ad marthā ⁊ mariā: vt con
ſolarent eas de fratre ſuo. Martha ergo vt audi
uit: q: ieſus venit: occurrit illi. maria aūt domi ſe
debat. Dixit ergo martha ad ieſum. Dn̄e ſi fuiſ
ſes hic: frater meꝰ nō fuiſſet mortuus. Sed ⁊ nūc
ſcio: q: q̄cūq̄ popoſceris a deo: dabit tibi deus.
Dixit illi ieſus. Reſurget frater tuus. Dixit ei
martha. Scio: q: reſurget in reſurrectione in no-
uiſſimo die. Dixit ei ieſus. Ego ſum reſurrectio ⁊
vita: q̄ credit in me. etiā ſi mortuus fuerit: viuet.
D Et oīs qui viuit ⁊ credit in me: nō moriet in eter
nū. Credis hoc? Ait illi. Utiq̄ dn̄e. Ego credidi
q: tu es xp̄s filius dei viui: qui in hūc mūdū veni
ſti. Et cū hec dixiſſet: abijt ⁊ vocauit mariā ſoro
rē ſuā: ſilentio dicēs. Magiſter adeſt: ⁊ vocat te.
Illa vt audiuit: ſurrexit cito, ⁊ venit ad eū. Non-
dū eīm venerat ieſus in caſtellū: ſed erat adhuc in
illo loco vbi occurrerat ei martha. Iudei ergo q̄
erāt cū ea in domo: ⁊ cōſolabātur eā: cū vidiſſent
mariā q: cito ſurrexit ⁊ exijt: ſecuti ſunt eā dicen
tes. Quia vadit ad monumētū vt ploret ibi. Ma
ria ergo cū veniſſet vbi erat ieſus videns eū ceci
dit ad pedes eius: ⁊ dixit ei. dn̄e ſi fuiſſes hic: nō
eſſet mortuus frater meus. Ieſus ergo vt vidit
eā plorantē: ⁊ iudeos qui venerāt cū ea plorātes
infremuit ſpiritu ⁊ turbauit ſeipm̄: ⁊ dixit. Ubi E
poſuiſtꝭ eū. Dicūt ei. Dn̄e: veni ⁊ vide. Et lachry
matꝰ eſt ieſus. Dixerūt ḡ iudei. Ecce q̄mō ama ʒ.ix.f.
bat eū. Quidā autē ex ipſis dixerūt Nō poterat
hic qui aperuit oculos ceci nati facere vt hic non
moreret. Ieſus ergo rurſuz fremēs in ſemetipō
venit ad monumentū. Erat aūt ſpelūca: ⁊ lapis
ſuppoſitus erat ei. Ait ieſus. Tollite lapidē. Di-
xit ei martha ſoror eius q̄ mortuus fuerat. Dn̄e
iā fetet: q̄triduanus eſt eīm. Dixit ei ieſus. Nōne
dixi tibi: qm̄ ſi credideris videbis gl'iam dei. Tu
lerūt ergo lapidē. Ieſus aūt eleuatis ſurſuz ocu
lis dixit. Pr̄ gr̄as ago tibi quoniam audiſti me.
Ego aūt ſciebā q: ſemꝑ me audis: ſz ꝓpter ppl'z
q̄ circūſtat dixi vt credāt q: tu me miſiſti. Hec cū xj.qō.
dixiſſet voce magna clamauit. Lazare veni foras. tūc
Et ſtatim ꝓdijt qui fuerat mortuus ligatus ma- pe.di.
nus ⁊ pedes inſtitis: ⁊ facies illius ſudario erat idē
ligata. Dixit ei ieſus. ſoluite eum ⁊ ſinite abire. penite.
Multi ergo ex iudeis q̄ venerāt ad mariā ⁊ mar F
thā ⁊ viderāt q̄ fecit ieſus crediderūt in eū. Qui
dā aūt ex ipſis abierūt ad phariſeos ⁊ dixerunt
eis q̄ fecit ieſus. Collegerūt ergo pōtifices ⁊ pha
riſei cōſiliū ⁊ dicebant. Quid facimus q: hic hō
multa ſigna facit: ſi dimittimus eū ſic: oēs credēt
in eū: ⁊ venient romani ⁊ tollēt noſtrū locū ⁊ gē- j.xviij.
tē. Unus aūt ex ipſis caiphas noīe cū eſſet pon- G
tifex anni illius: dixit eis. Uos neſcitis quicq̄ nec j.qō.
cogitatis: q: expedit vobis vt vnus moriat hō ꝑ ctum
pplo: ⁊ nō tota gēs pereat. Hoc aūt a ſemetipō
nō dixit: ſed cū eſſet pōtifex anni illius ꝓphetauit
q: ieſus moriturus erat ꝑ gente: ⁊ nō tm̄ pro gē
te: ſed vt filios dei qui erāt diſperſi ꝯgregaret in Mat.
vnū. Ab illo ergo die cogitauerūt vt interficerēt Mar.
eū. Ieſus ergo iam nō in palā ambulabat apud
iudeos: ſed abijt in regionē iuxta deſertū in ciui-
tate que dicitur ephrem: ⁊ ibi morabat cum diſci
pulis ſuis. Proximū aūt erat paſcha iudeorū: et mat.
aſcēderūt multi hieroſolymā de regiōe ante pa- mar.
ſcha vt ſanctificarent ſeipſos. Querebāt ergo ie- Luc.
ſum: ⁊ colloquebant adinuicē in templo ſtantes.
Quid putatis q: nō venit ad diē feſtū? Dederāt
aūt pontifices: ⁊ phariſei mandatū vt ſi quis co
gnouerit vbi ſit indicet vt apprehendant eū.

¶ C. S. ¶ Maria vnxit pedes ieſu: ⁊ exterſit
capillis ſuis: iudas fur erat ⁊ loculos habēs tur-
ba ex iudeis multa venit: nō ꝓpter ieſum tm̄: ſed
vt lazarū viderēt quē ſuſcitauit a mortuis: turba
que venerat ad diē feſtū occurrit ieſu ſedēti ſuꝑ
pulium aſine: gentiles quidā rogabant philippū
dicnetes. dn̄e venimus ieſum videre: ieſus rn̄dit
niſi granum frumenti ⁊c. aīa mea turbata eſt: pa
ter clarifica nomen tuum: venit vox de celo: dixit
ieſus nunc iudiciū eſt mundi ⁊ multi ex principi-
bus crediderunt in eum ſed ꝓpter phariſeos nō
cōfitebantur: dixit non veni vt iudicem mundūz
ſed vt ſaluificem. Capitu. xij.

A
mat.xxvj.a
mar.xiiij.a

IEſuȝ ergo an
te ſex dies paſche ve
nit bethaniā vbi la
zarꝰ fuerat mortuꝰ
quem ſuſcitauit ieſus. Fecerūt
autem ei cenam ibi: ⁊ martha
miniſtrabat: lazarus vero vnus
erat ex diſcumbentibus cū eo.
mat.xxvj.a Maria ergo accepit librā vn-
mar.xiiij.a guēti nardi piſtici precioſi: et
Lu.vij.f. vnxit pedes ieſu: ⁊ extersit pedes eiꝰ capillis ſuis
⁊ domus impleta eſt ex odore vnguenti. Dixit er
go vnꝰ ex diſcipulis iudas ſcariothis qui erat eū
traditurus. Quare hoc vnguentum non veniȷt
trecentis denariȷs: ⁊ datum eſt egenis? Dixit au
tem hoc non quia de egenis pertinebat ad eum
B ſed quia fur erat ⁊ loculos habens ea que mitte
mat.xxvj.a bantur portabat. Dixit ergo ieſus. Sinite illam
vt in diem ſepulture mee ſeruet illud. Pauperes
enim habebitis vobiſcum: me autem nō ſemper
habebitis. Cognouit ergo turba multa ex iudeis
q: illic eſt ⁊ venerūt: nō propter ieſum tm̄: ſed vt
de pe.di.j. lazarum viderent: quē ſuſcitauit a mortuis. Co-
c.q̄tūlibet gitauerunt autem principes ſacerdotuȝ vt ⁊ laza
rum interficerent: quia multi propter illum abi-
bant ex iudeis ⁊ credebant in ieſum. In craſtinū
Mat.xxj.a autem turba multa que venerat ad diem feſtum
Mar.xj.a. cum audiſſent quia venit ieſus hieroſolymam:
Luce.xix.e acceperunt ramos palmarum ⁊ proceſſerunt ob-
uiam ei ⁊ clamabant. Oſanna benedictus qui ve
nit in noīe dn̄i rex iſrael. Et inuenit ieſus aſelluȝ
Eſa.lxij.d. ⁊ ſedit ſuper eum. ſicut ſcriptum eſt. Noli timere
Zacha.ix.b filia ſion: ecce rex tuus venit tibi ſedens ſup pul
mat.xxj.a. lum aſine. Hec non cognouerunt diſcipuli eius
C primum: ſed quādo glorificatus eſt ieſus. tunc re
cordati ſunt: q: hec erunt ſcripta de eo ⁊ hec fece
runt ei. Teſtimonium ergo perhibebat turba q̄
erat cum eo quando lazarū vocauit de monumē
to: ⁊ ſuſcitauit eum a mortuis. Propterea ⁊ ob-
uiam venit ei turba: q: audierunt eum feciſſe hoc
ſignum. Phariſei ergo dixerunt ad ſemetipſos
Videtis quia nihil proficimus: ecce mundus to-
tus poſt eum abiȷt. Erant autē quidā gentiles
ex his qui aſcēderāt vt adorarent in die feſto. Hi
ergo acceſſerunt ad philippū qui erat a bethſai-
da galilee: ⁊ rogabant eum dicentes. Dn̄e volu-
mus ieſum videre. Venit philippꝰ ⁊ dicit andree.
Andreas rurſum ⁊ philippus dixerunt ieſu. Je-
D ſus autē rn̄dit eis dicens. Venit hora vt clarifice
tur filius hominis. Amē amē dico vobis: niſi gra
num frumenti cadens in terrā mortuū fuerit ipſȝ
ſolum manet. Si autem mortuum fuerit multuȝ
fructum affert. Qui amat animā ſuam perdet eā
mat.xvj.d. ⁊ qui odit animā ſuam in hoc mundo in vitā eter
mar.viij.d. nam cuſtodit eam. Si quis mihi miniſtrat me ſe
Luce.xix.c quatur. Et vbi ego ſum. illic ⁊ miniſter meus erit
⁊.xvij.g.i Si quis mihi miniſtrauerit: honorificabit eū pa-
ter meus. Nunc anima mea turbata eſt: ⁊ quid
mat.xxvj.d dicam. Pater ſaluifica me ex hac hora. Sed pro
mar.xiiij.d pterea veni in hanc horā. Pater clarifica nomē
tuum. Venit ergo vox de celo dicens. Et clarifi-
caui: ⁊ iterum clarificabo. Turba autē que ſtabat mat.xxvj.d
⁊ audierat dicebat tonitruuȝ eſſe factum. Aliȷ au mar.xiiij.a
tem dicebāt. Angelus ei locutus eſt? Rn̄dit ieſus de cōſe.di.
⁊ dixit. Nō ꝓpter me hec vox venit: ſed ꝓpter vos iiȷ.c.ſi.
Nunc iudicium eſt mundi: nunc princeps huius E
mundi eȷcietur foras: ⁊ ego ſi exaltatus fuero a
terra omnia traham ad meipſum. Hoc autem di
cebat ſignificans qua morte eſſet moriturus. Rn̄
dit ei turba. Nos audiuimus ex lege q: chriſtus
manet in eternuȝ. Et quomodo tu dicis oportet
exaltari filiuȝ hominis? Et quis eſt iſte filius ho
minis. Dixit ergo eis ieſus. Adhuc modicum lu-
men in vobis eſt. Ambulate dum lucem habetis
vt non vos tenebre cōprehendant. Et qui ambu F
lat in tenebris: neſcit quo vadat. Dum lucem ha
betis credite in lucem: vt filiȷ lucis ſitis. Hec lo-
cutus eſt ieſus: ⁊ abiȷt ⁊ abſcondit ſe ab eis. Cū
autem tanta ſigna feciſſet coram eis: non crede-
bant in eum: vt ſermo eſaie impleretur quē dixit Eſa.liij.a.
Dn̄e quis credidit auditui noſtro: ⁊ brachiū do
mini cui reuelatum eſt. Propterea non poterāt Eſa.vj.c.
credere: q: iterum dixit eſaias. Excecauit oculos mat.xiij.b.
eorum: ⁊ indurauit cor eorum: vt non videāt ocu mar.iiij.b.
lis: ⁊ non intelligant corde: ⁊ conuertantur ⁊ ſa- Lu.viij.b.
nem eos. Hec dixit eſaias qn̄ vidit gloriam eius act.xxviij.f
⁊ locutus eſt de eo. Verūtamē ex principibꝰ mul
ti crediderunt in eū: ſȝ ꝓpter phariſeos nō confi
tebātur: vt de ſynagoga nō eȷcerent. Dilexerūt
em̄ gloriam hominū magis q̄ gloriaȝ dei. Jeſus
autē clamauit ⁊ dixit. Qui credit in me: non cre- G
dit in me: ſed in eum qui miſit me. Et videt me: ſ.viij.b.
videt eū qui miſit me. Ego lux in mundū veni: vt ⁊.ix.a.
oīs qui credit in me: in tenebris non maneat. Et
ſi quis audierit v̄ba mea: ⁊ non cuſtodierit: ego
nō iudico eū. Nō em̄ veni vt iudicē mūdū: ſed vt
ſaluificē mūdū. Qui ſpernit me ⁊ nō accipit v̄ba
mea: hȝ qui iudicet eū. Sermo quē locutus ſum
ille iudicabit eum in nouiſſimo die. Quia ego ex
meipſo nō ſum locutus: ſed q̄ miſit me pr̄ ipe mi
hi mādatū dedit: q̄d dicā ⁊ q̄d loquar. Et ſcio q:
mandatū eius vita eterna eſt. Quē ergo ego lo-
quor: ſicut dixit mihi pater: ſic loquor.

¶ Capi. Summa. ¶ Pedes diſcipulorū lauat
dicēs. ⁊ vos debetis alter alterius lauare pedes:
dicit: qui manducat panē mecū leuabit cōtra me
calcaneū ſuum dicit vnus ex vobis tradet me: ⁊
ſubiungit: cui ego intinctuȝ panē porrexero: tūc
introiuit in iudā ſathanas mādatū nouū do vo-
bis: vt diligatis inuicē: dicit petro: anteq̄ gallꝰ
canter. ter me neges. Capitulū.xiij.

Ante dieȝ feſtū paſche A
ſciens ieſus quia venit hora eiꝰ
vt tranſeat ex hoc mundo ad pa
trem. Cuȝ dilexiſſet ſuos q̄ erāt
in mundo. in finem dilexit eos.
Et cena facta eſt. cum dyabolus Luc.xxij.a.
iaȝ miſiſſet in cor vt traderet eū

Mat.xxj.d. iudas ſimonis ſcariothis: ſciens q: omnia dedit
Lu.x.a. ei pater in manus: ⁊ quia a deo exiuit: ⁊ ad deū
ĩ.vj.d. vadit ſurgit a cena ⁊ ponit veſtimēta ſua. Et cū
acceperiſſet lintheū: p̄cinxit ſe. Deinde miſit aquā
in peluim: ⁊ cepit lauare pedes diſcipulorū: ⁊ ex-
tergere lintheo quo erat precinctus. Uenit ergo
ad ſimonē petrū: ⁊ dixit ei petrus. Domine tu
mihi lauas pedes? Reſpōdit ieſus: ⁊ dixit ei. Qđ
ego facio: tu neſcis modo. ſcies autē poſtea. Di-
cit ei petrus. Nō lauabis mihi pedes in eternū.
Reſpondit ei ieſus. Si non lauero te non habe-
bis partē mecū. Dicit ei ſimon petrus. Domi-
ne: nō tm̄ pedes meos: ſed ⁊ manus ⁊ caput. Di
B cit ei ieſus. Qui lotus eſt: non indiget niſi vt pe-
des lauet: ſed eſt mundus totus. Et vos mundi
eſtis: ſed non oēs. Sciebat enim quis nam eſſet
qui traderet eum: propterea dixit: non eſtis mū
di oēs. Poſtꝙ ergo lauit pedes eorū accepit ve
ſtimenta ſua: ⁊ cū recubuiſſet: iterum dixit eis.
Scitis quid fecerim vobis. Uos vocatis me ma-
giſter ⁊ domine: ⁊ bene dicitis. Sum etenim. Si
ergo ego laui pedes veſtros dominus ⁊ magiſter
⁊ vos debetis alter alterius lauare pedes. Exē-
Mat.x.c. plum enim dedi vobis: vt queadmodū ego feci
Lu.vj.f. vobis ita ⁊ vos faciatis. Amen amen dico vobis
non eſt ſeruus maior domino ſuo: neq̧ apoſto-
C lus maior eſt eo qui miſit illū. Si hec ſcitis: bea-
Pſ̃.xl.c. ti eritis ſi feceritis ea. Non de omnibus vobis
dico. Ego ſcio quos elegerim: ſed vt impleatur
ſcriptura. Qui manducat mecū panē: leuabit cō
Mat.x.d. tra me calcaneū ſuū. Amodo dico vobis priuſꝙ
Lu.x.c. fiat vt cum factum fuerit credatis quia ego ſum.
Amen amen dico vobis: qui accipit ſi quem mi-
ij.q.j.c.vn⁹ ſero me accipit. qui autē me accipit: accipit eum
mat.xxvj.b qui me miſit. Et cū hec dixiſſet ieſus: turbatus
mar.xiiij.b eſt ſpiritu ⁊ proteſtatus eſt ⁊ dixit. Amen amen
Luc.xxij.c. dico vobis quia vnus ex vobis tradet me. Aſpi-
j.xxj.f. ciebant ergo adinuicem diſcipuli heſitantes de
quo diceret. Erat autem recūbens vnus ex diſci
pulis eius in ſinu ieſu: quem diligebat ieſus. In
nuit ergo huic ſimon petrus: ⁊ dixit ei. Quis eſt
de quo dicit. Itaq̧ cū recubuiſſet ille ſupra pe-
j.q.j.c.xp̄s ctus ieſu: dixit ei. Domine quis eſt? Reſpondit
De ꝯſe.di. ieſus. Ille eſt cui ego intinctū panem porrexero.
ij.c.⁊ ſctā. Et cū intinxiſſet panem: dedit iude ſimonis ſca-
⁊.c. ſicut iu riothis. Et poſt buccellam introiuit in eū ſatha
das. nas. Et dicit ei ieſus. Quod facis: fac citius. Hoc
autem nemo ſciuit diſcūbentiū: ad quid dixerit
ei. Quidā enim putabant (quia loculos habebat
iudas) ꝙ dixiſſet ei ieſus. Eme ea que opus ſunt
nobis ad diem feſtū: aut egenis vt aliquid daret
Cum ergo accepiſſet ille buccellam: exiuit conti
D nuo: erat autem nox. Cū ergo exiſſet: dixit ieſus.
De pe.diſ. Nunc clarificatus eſt filius hominis: ⁊ deus cla-
iiij.c.hāc ſo rificatus eſt in eo. Si deus clarificatus eſt in eo:
cietatē. ſ. ⁊ deus clarificabit eum in ſemetipſo: ⁊ continuo
hoc ergo. clarificabit eum. Filioli adhuc modicū vobiſcum
ĩ.vij.c. ſum. Quereris me: ⁊ ſicut dixi iudeis. Quo ego
ĩ.viij.c. vado: vos nō poteſtis venire. Et vobis dico mo
j. Joh.ij.b do. Mandatum nouum do vobis: vt diligatis
inuicem: ſicut dilexi vos: vt ⁊ vos diligatis inui-
cem. In hoc cognoſcent oēs: quia diſcipuli mei de pe.
eſtis: ſi dilectionem habueritis adinuicē. Dicit ca. qui
ei ſimon petrus. Dn̄e quo vadis: Reſpondit ie- facere.
ſus. Quo ego vado: non potes me modo ſequi: mat.
ſequeris autē poſtea. Dicit ei petrus. Quare nō mar.
poſſum te ſequi modo. Animā meā pro te ponā? Luc.
Reſpondit ei ieſus. Animam tuā pro me pones.
Amē amen dico tibi: non cantabit gallus donec
ter me neges.

Capituli Summarium. Non turbetur
cor veſtrum: dicit: ego ſum via veritas ⁊ vita: di-
cit philippus: domine oſtende nobis patrem: ſi
diligitis me: mandata mea ſeruate: ego in patre
meo ⁊ vos in me ⁊ ego in vobis: ſi q̇s diligit me:
ſermones meos ſeruet. Capitulū.xiiij.

ET ait diſcipulis ſuis. A
Non turbetur cor veſtrū. Credi De pe.
tis in deum. et in me credite. In iiij.c.
domo patris mei māſiones mul-
te ſunt. Si quo minus dixiſſem
vobis: quia vado parare vobis locum. Et ſi abie
ro ⁊ preparauero vobis locum: iterum venio ⁊ ac
cipiam vos ad meipſum: vt vbi ſum ego ⁊ vos ſi-
tis. Et quo ego vado ſcitis et viam ſcitis. Dicit
ei thomas. Domine neſcimus quo vadis: ⁊ quo- viij.
modo poſſumus viam ſcire? Dixit ei ieſus. Ego ꝯſuetud.
ſum via veritas ⁊ vita. Nemo venit ad patrē niſi de pe.
per me. Si cognouiſſetis me: ⁊ patrē meū vtiq̧ ca. ſi
cognouiſſetis. Et amodo cognoſcetis eū: ⁊ vidi vn̄ d
ſtis eum. Dicit ei philippus. Domine oſtende
nobis patrē: ⁊ ſufficit nobis. Dicit ei ieſus. Tan B
to tempore vobiſcum ſum ⁊ non cognouiſtis me.
Philippe qui videt me: videt et patrem: quo-
modo tu dicis: oſtende nobis patrem? Non cre-
dis: quia ego in patre et pater in me eſt. Uerba
que ego loquor vobis a meipſo non loquor. Pa
ter autem in me manens ipſe facit opera. Nō cre ĩ.v.f.
ditis quia ego in patre: ⁊ pater in me eſt. Alio-
quin propter opera ipſa credite. Amen amen di-
co vobis: qui credit in me: opera que ego facio ⁊ j.xvj.d.
ipſe faciet: ⁊ maiora horū faciet: quia ego ad pa
trem vado. Et quodcunq̧ petieritis patrem in
nomine meo hoc faciam vt glorificetur pater in
filio. Si quid petieritis me in nomine meo hoc
faciā. Si diligitis me mandata mea ſeruate: ⁊ ego
rogabo patrem: ⁊ alium paraclitum dabit vobis Mat.
vt maneat vobiſcum in eternum ſpiritū verita- Mar.
tis. quem mundus non poteſt accipere: quia non
videt eum neq̧ ſcit eum. Uos autē cognoſcetis
eū: quia apud vos manebit: ⁊ in vobis erit. Nec
relinquā vos orphanos: veniam ad vos. Adhuc
modicū ⁊ mundus iam me non videt. Uos autē
videbitis me: q: ego viuo ⁊ vos viuetis. In illo C
die vos cognoſcetis q: ego ſum in patre meo: et
vos in me: ⁊ ego in vobis. Qui habet mādata mea
⁊ ſeruat ea: ille eſt qui diligit me. Qui autem di-
ligit me diligetur a patre meo: ⁊ ego diligam eū
⁊ manifeſtabo ei meipſum. Dicit ei iudas: non

de cõſe.diſ. ille ſcarioth̾is. Dñe quid factum eſt q: manifeſta
ij.c.in xp̃o. turus es nobis teipſum: ⁊ non mundo? Reſpon-
Mat.x.d. dit ieſus ⁊ dixit ei. Si quis diligit me: ſermoneꝫ
Lu.x.c. meũ ſeruabit: ⁊ pater meus diliget eum: ⁊ ad eũ
veniemus ⁊ manſionẽ apud eũ faciemus. Qui nõ
diligit me ſermones meos non ſeruat. Et ſermo
nẽ quẽ audiſtis non eſt meus: ſed eius qui miſit
D me patris. Hec locutus ſum vobis apud vos ma
xxiij.q.j.c. nens. Paraclitus autẽ ſpiritusſanctus quẽ mit-
niſi bella. tet pater in noĩe meo ille vos docebit omnia et
ſiggeret vobis omnia quecunqꝫ dixero vobis.
Pacẽ meã relinquo vobis pacẽ meaꝫ do vobis.
Non quomodo mundus dat ego do vobis. Non
turbetur cor veſtrũ neqꝫ formidet. Audiſtis quia
ego dixi vobis. vado ⁊ venio ad vos. Si diligere-
tis me gauderetis vtiqꝫ quia vado ad patrẽ quia
pater maior me eſt. Et nunc dixi vobis priuſꝙ
fiat: vt cũ factũ fuerit credatis. Iã non multa lo
quar vobiſcũ. Venit enim princeps mundi huius
⁊ in me nõ habet quicꝙ. Sed vt cognoſcat mundꝰ
q: diligo patrẽ: ⁊ ſicut mandatũ dedit mihi pa-
ter ſic facio. Surgite eamus hinc.

¶ Capit. Summa. ¶ Dicit ego ſum vitis ve-
ra: ⁊ pater meus agricola eſt: de dilectione prece
pta: ſi me perſecuti ſunt ⁊ vos perſequentur: et
odio habuerunt me gratis: dicit: cum venerit pa
raclitus. Capitulum.xv.

A Ego ſum vitis vera. et
pater meus agricola eſt. Omnem
palmitẽ in me non ferentẽ fructũ
tollet eũ ⁊ omnẽ qui fert fructum
purgabit eum fructum amplius
afferat. Iam vos mundi eſtis propter ſermoneꝫ
quẽ locutus ſum vobis. Manete in me ⁊ ego in
vobis. Sicut palmes non poteſt ferre fructum a
ſemetipſo niſi manſerit in vite: ſic nec vos niſi in
me mãſeritis. Ego ſuꝫ vitis: vos palmites. Qui
manet in me ⁊ ego in eo. hic fert fructũ multuꝫ:
quia ſine me nihil poteſtis facere. Si quis in me
Mat.xxj.c non manſerit mittetur foras ſicut palmes ⁊ are
Mar.xj.c. ſcet: ⁊ colligent eum ⁊ in ignem mittent ⁊ ardet.
B Si manſeritis in me ⁊ verba mea in vobis man
ſerint: quodcunqꝫ volueritis petetis: ⁊ fiet vobis
In hoc clarificatus eſt pater meus vt fructũ plu
rimũ afferatis: ⁊ efficiamini mei diſcipuli. Sicut
dilexit me pater ⁊ ego dilexi vos. Manete in di-
lectione mea. Si precepta mea ſeruaueritis: ma-
nebitis in dilectione mea. ſicut ego precepta pa-
j.cor.iiij.d. tris mei ſeruaui: ⁊ maneo in eius dilectione. Hec
Ephe.v.a. locutus ſuꝫ vobis vt gaudiũ meũ in vobis ſit: et
Phil.iij.d gaudium veſtrũ impleatur. Hoc eſt preceptum
j.theſ.iiij.b meũ vt diligatis inuicẽ ſicut dilexi vos. Maiorẽ
j.Jo.iij.c. hac dilectionẽ nemo habet. ꝙ vt animã ſuaꝫ po-
de pe.di.ij. nat quis pro amicis ſuis. Vos amici mei eſtis ſi
c.q vult. de feceritis que ego precipio vobis. Iam non dicã
renũ.c. niſi vos ſeruos: quia ſeruus neſcit quid faciat domi-
ſ.verũ. nus eius. Vos autẽ dixi amicos: quia oĩa quecũ-
C qꝫ audiui a patre meo nota feci vobis. Non vos
me elegiſtis: ſed ego elegi vos: ⁊ poſui vos vt ea-
tis ⁊ fructũ afferatis: ⁊ fructus veſter maneat. vt j.Jo.iij.c.
quodcũqꝫ petieritis patrẽ in noĩe meo det vobis j.xviij.c.
Hec mando vobis vt diligatis inuicẽ. Si mũdus
vos odit: ſcitote quia me priorem vobis odio ha
buit. Si de mundo fuiſſetis: mundus quod ſuuꝫ
erat diligeret. Quia vero de mũdo eſtis: ſed ego
elegi vos de mundo: propterea odit vos mũdus Mat.x.c.
Mementote ſermonis mei quẽ ego dixi vobis. Luce.vj.f.
Non eſt ſeruus maior domino ſuo. Si me perſe- mat.xxiiij.
cuti ſunt: ⁊ vos perſequentur. Si ſermonẽ meum a.
ſeruauerunt. ⁊ veſtrũ ſeruabunt. Sed hec oĩa fa mat.xiij.b.
cient vobis propter nomẽ meũ: quia neſciunt eũ Lu.xxj.c.
qui me miſit. Si non veniſſem ⁊ locutus non fuiſ D
ſem eis: peccatũ nõ haberẽt. Nũc aũt excuſatio
nẽ non habẽt de peccato ſuo. Qui me odit ⁊ pa-
trẽ meũ odit. Si opa nõ feciſſem in eis que nemo
alius fecit peccatũ non haberent. Nunc autẽ et
viderunt ⁊ oderunt ⁊ me ⁊ patrẽ meum. Sed vt
adimpleatur ſermo qui in lege eorũ ſcriptus eſt.
Quia odio habuerunt me gratis. Cũ autẽ vene-
rit paraclitus: quẽ ego mittã vobis a patre: ſpiri
tum veritatis: qui a patre procedit: ille teſtimo-
niũ perhibebit de me: ⁊ vos teſtimoniũ perhibe
bitis quia ab initio mecũ eſtis.

¶ Capitu. Summa. ¶ Abſqꝫ ſynagogis faciẽt
vos: nunc vado ad eum qui me miſit: ⁊ nemo ex vo
bis interrogat ⁊c. cũ venerit paraclitꝰ ille arguet
mundũ de peccato oĩa quecunqꝫ habet pater: mea
ſunt. modicũ iã ⁊ nõ videbitis me: vſqꝫ modo nõ
petiſtis quicꝙ: exiui a patre meo: ⁊ veni in mun
dũ: pater mecũ eſt. Capitulũ.xvj.

Hec locutus ſuꝫ vobis A
vt non ſcandalizemini. Abſqꝫ ſy- xv.q.j.§.j.
nagogis facient vos. Sed venit ma.xxiiij.b
hora vt omnis qui interficit vos mat.vij.b.
arbitretur obſequiũ ſe pſtare deo Lu.xxj.c.
Et hec facient vobis: q: nõ nouerunt pacẽ neqꝫ
me. Sed hec locutus ſum vobis vt cum venerit
hora eorum: reminiſcamini: quia ego dixi vobis
Hec autem vobis ab initio non dixi: quia vobiſ B
cum eram. Et nunc vado ad eum qui miſit me. ⁊
nemo ex vobis interrogat me: quo vadis. Sed
quia hec locutus ſuꝫ vobis: triſticia impleuit cor
veſtrũ. Si ego veritateꝫ dico vobis: expedit vo-
bis vt ego vadã. Si enim nõ abiero: paraclitus
non veniet ad vos. Si autẽ abiero. mittã eum ad
vos. Et cũ venerit ille: arguet mundũ de peccato
⁊ de iuſticia ⁊ de iudicio. De peccato quidẽ: quia
non crediderunt in me De iuſticia vero: quia ad C
patrẽ vado: ⁊ iam non videbitis me. De iudicio
autẽ quia princeps mundi huius iã iudicatus eſt
Adhuc multa habeo vobis dicere: ſed non pote-
ſtis portare modo. Cũ autẽ venerit ille ſpũs veri
tatis: docebit vos omnẽ veritatẽ. Non enim lo- De cõſe.di.
quetur a ſemetipſo. ſed quecũqꝫ audiet: loquetur: v.c.fina.
et que ventura ſunt: annunciabit vobis. Ille me
clarificabit: q: de meo accipiet: ⁊ annũciabit vo

Mat.xj.d. bis. Omnia quecun͞q habet pater mea ſunt. Pro
Lu.x.d. pterea dixi.q: de meo accipiet.⁊ annunciabit vo
bis. Modicum ⁊ iam non videbitis me.⁊ iterum
s.xiiij.b. modicū ⁊ videbitis me.q: vado ad patrē. Dixe
D runt ergo ex diſcipulis eius adinuicem. Quid eſt
hoc qđ dicit nobis.modicū ⁊ non videbitis me.⁊
iterum modicū ⁊ videbitis me:⁊ q: vado ad pa
trem. Dicebant ergo. Quid eſt hoc ꝙ dicit no
bis:modicū. Neſcimus quid loquit͛. Cognouit
lxxvj.diſ.c. autē ieſus:q: volebant eum interrogare:⁊ dixit
ieiuniū.de eis. De hoc queritis inter vos:q: dixi. Modicū
conſe.di.j. ⁊ non videbitis me.⁊ iterū modicum ⁊ videbitis
c.his duo. me. Amē amen dico vobis q: plorabitis ⁊ flebi
Die.xxxj.c tis vos:mundus autē gaudebit. Vos autē con
Jaco.iiij.c triſtabimini:ſed triſticia veſtra vertetur in gau
E diū. Mulier cū parit:triſticiā habet.q: venit ho
ra eius. Cū autē peperit puerū iam nō meminit
preſſure ꝓpter gaudiū:q: natus eſt homo in mū
Mat.xxj. dū. Et vos igitur nunc quidē triſticiam habetis.
Mar.xj.c. Iterū autē videbo vos.⁊ gaudebit cor veſtrum:⁊
s.xiiij.b. gaudiū veſtrū nemo tollet a vobis. Et in illo die
j.Joh.j.d. me nō interrogabitis quicꝙ. Amē amen dico vo
bis:ſi qđ petieritis p̄rem in noīe meo.dabit vo
bis. Vſ͞q modo nō petiſtis quicꝙ in noīe meo:
F petite ⁊ accipietis:vt gaudiū veſtrū ſit plenum.
Hec in ꝓuerbijs locutus ſum vobis. Venit ho
ra cū iam nō in ꝓuerbijs loquar vobis:ſed palā
de p̄re meo annūciabo vobis. In illo die in noīe
meo petetis. Et nō dico vobis:q: ego rogabo pa
trē de vobis. Ipſe eīn pater amat vos:q: vos me
amaſtis:⁊ credidiſtis:q: a deo exiui. Exiui a pa
B tre ⁊ veni in mūdū iterū relinquo mūdū ⁊ vado
ad p̄rem. Dicūt ei diſcipuli eius. Ecce nūc palā
loq̄ris.⁊ ꝓuerbiū nullū dicis. Nūc ſcimus:q: ſcis
oīa:⁊ nō opus eſt tibi vt quis te interroget. In
hoc credimus:quia a deo exiſti. Rn̄dit eis ieſus.
mat.xxvj.c Modo creditis. Ecce venit hora.⁊ iam venit.vt
mar.xiiij.c. diſꝑgamini vnuſquiſ͞q in ꝓpria:⁊ me ſolū relin
Za.xiij.c. quatis:⁊ nō ſum ſolus:q: p̄r mecū eſt. Hec locu
tus ſum vobis vt in me pacē habeatis. In mūdo
ꝑſſurā habebitis:ſed cōfidite:ego vici mundū.

Capi. Sum. Subleuatis oculis in celū di
xit:pater venit hora:clarifica filium tuum:ieſus
diſcipulos ſuos cōmendat patri pater:iuſte mū
dus te non cognouit. Capi.xvij.

A Et locutus eſt ieſus
ſubleuatis oculis in celū.dixit
Pater venit hora clarifica fi
liū tuū.vt filius tuus clarificet
te. Sicut dediſti ei poteſtatem
oīs carnis:vt omne qđ dediſti
ei.det eis vitam eternā. Hec eſt
d pe.di.iiij autē vita eterna:vt cognoſcāt te ſolū deū verū:et
c.ſi ex bono quē miſiſti ieſum chriſtū. Ego te clarificaui ſup
terram opus cōſummaui quod dediſti mihi: vt
faciam. Et nunc clarifica me tu pater apud te
metipſum:claritate quā habui prius ꝙ mundus
fieret apud te. Manifeſtaui nomen tuum homi
nibus quos dediſti mihi de mundo. Tui erant:⁊ B
mihi eos dediſti:⁊ ſermonem meū ſeruauerunt.
Nunc cognouerūt: q: oīa que dediſti mihi.abs
te ſunt. Quia verba que dediſti mihi dedi eis. Et
ipſi acceperunt ⁊ cognouerunt vere:q: a te exiui
⁊ crediderunt:quia tu me miſiſti. Ego pro eis ro
go. Non pro mundo rogo.ſed pro his quos de
diſti mihi:q: tui ſunt. Et mea omnia,tua ſunt:et
tua mea ſunt:et clarificatus ſum in eis. Et iam
non ſum in mundo:⁊ hi in mundo ſunt:⁊ ego ad de ce.mi
te venio. Pater ſancte:ſerua eos in nomine tuo cū marti
quos dediſti mihi:vt ſint vnum ſicut ⁊ nos. Cū
eſſem cū eis:ego ſeruabā eos in noīe tuo. Quos
dediſti mihi ego cuſtodiui:et nemo ex eis perijt
niſi filius perditionis:vt ſcriptura impleat͛. Nūc E
autem ad te venio:⁊ hec loquor in mundo vt ha
beant gaudium meum impletum in ſemetipſis. s.xv.c.
Ego dedi eis ſermonem tuū:⁊ mūdus eos odio
habuit:q: non ſunt de mūdo:ſicut ⁊ ego non ſū
de mundo. Non rogo vt tollas eos de mūdo:ſed
vt ſerues eos a malo. De mundo non ſunt: ſicut
⁊ ego non ſum de mūdo. Sanctifica eos in veri
tate. Sermo tuus veritas eſt. Sicut tu me miſi
ſti in mundum:ita ⁊ ego miſi eos in mundū. Et
pro eis ego ſanctifico meipſum:vt ſint ⁊ ipſi ſan xxv.q.
ctificati in veritate. Non pro eis autem rogo tm̄ j.de ce.mi
ſed ⁊ pro eis qui credituri ſunt per verbum eorū c.cum m
in me:vt oēs vnū ſint:ſicut tu pater in me:⁊ ego the.
in te:⁊ vt ipſi in nobis vnum ſint:vt credat mū D
dus:quia tu me miſiſti. Et ego claritatem quā
tu dediſti mihi:dedi eis:vt ſint vnum ſicut ⁊ nos
vnum ſumus. Ego in eis:⁊ tu in me.vt ſint con
ſummati in vnum:⁊ cognoſcat mundus:quia tu
me miſiſti:⁊ dilexiſti eos:ſicut ⁊ me dilexiſti. Pa s.xij.d.
ter quos dediſti mihi volo vt vbi ego ſum ⁊ illi
ſint mecum.vt videant claritatem meam:quam
dediſti mihi.quia dilexiſti me ante conſtitutionē Mat.
mundi. Pater iuſte mundus te non cognouit. Lu.
ego autem te cognoui. Et hi cognouerunt:quia
tu me miſiſti. Et notum feci eis nomen tuū ⁊ no
tum faciam:vt dilectio,qua dilexiſti me:in eis ſit
⁊ ego in ipſis.

Capitu. Summa. Egreſſus ieſus cū diſci
pulis ſuis trans torrentē cedron: querentibus
iuda cū cohorte ieſum reſpondit:ego ſum:abie
runt retrorſum ⁊ ceciderunt in terrā:captio chri
ſti: negatio petri accuſatio chriſti: et reſponſio
eiuſdem. Capitulum.xviij.

A Et cum dixiſſet ieſus:
egreſſus eſt cum diſcipulis ſuis mat.
trans torrentem kedron:vbi erat mar.
hortus:in quem introiuit ipſe et Lu.
diſcipuli eius. Sciebat autē ⁊ iu
das qui tradebat eum:locum:quia frequenter ie
ſus conuenerat illuc cū diſcipulis ſuis. Iudas er mat.
go cū accepiſſet cohortē ⁊ a pontificibus ⁊ pha mar.
riſeis miniſtros:venit illuc cū laternis ⁊ facibus Luc.
⁊ armis. Jeſus itaꝙ ſciens omnia que ventura

erant ſuper eum:proceſſit:⁊ dixit eis.Quem que
ritis?Reſponderunt ei.Jeſum nazarenũ.Dixit
eis ieſus.Ego ſum.Stabat autẽ ⁊ iudas qui tra
B debat eũ:cum ipſis.Ut ergo dixit eis:ego ſum:
abierunt retrorſum:⁊ ceciderũt in terrã.Iteruꝫ
ergo interrogauit eos.Quẽ queritis?Illi auteꝫ
xxiiij.q.j.c. dixerunt.Jeſuꝫ nazarenũ?Reſpondit ieſus.Di
ſi petrus. xi vobis:q: ego ſum.Si ergo me queritis:ſinite
xxiiij.q.iij.c hos abire:vt impleretur ſermo quẽ dixit.Quia
ꝑ mẽbris. quos dediſti mihi:non perdidi ex eis quẽꝙ.Si
mat.xxvj.e mon ergo petrus habens gladium:eduxit euꝫ et
mar.xiiij.e percuſſit pontificis ſeruum:⁊ abſcidit auriculam
Luc.xxij.e. eius dexteram.Erat autem nomen ſeruo mal
mat.xxvj.f chus.Dixit ergo ieſus petro.Mitte gladium
mar.xiiij.f. tuum in vaginam.calicem quem dedit mihi pa
Lu.xxij.f. ter:non vis vt bibam illum.Cohors autem ⁊ tri
[illegible].xxij.f. bunus ⁊ miniſtri iudeorum comprehenderunt
C iesum ⁊ ligauerunt eum:⁊ adduxerunt eũ:ad an
mat.xxvj.f nam primũ.Erat eñ ſocer caiphe:qui erat pon
mar.xiiij.f. tifex anni illius.Erat autẽ caiphas qui conſiliũ
Lu.xxij.f. dederat iudeis:quia expedit vnũ hominem mori
pro populo.Seq̃batur autẽ ieſum ſimon petrus
⁊ alius diſcipulus.Diſcipulus auteꝫ ille erat no
tus pontifici:⁊ introiuit cum ieſu in atrium pon
tificis.Petrus autẽ ſtabat ad oſtiuꝫ foris.Exi
uit ergo diſcipulus alius qui erat notus pontifi
ci:⁊ dixit oſtiarie:⁊ introduxit petrum.Dixit er
mat.xxvj.g go petro ancilla oſtiaria.Nunquid ⁊ tu ex diſci
mar.xiiij.g pulis es hominis iſtius?Dixit ille.Nõ ſuꝫ.Sta
Luc.xxij.f. bãt autẽ ſerui ⁊ miniſtri ad prunas:quia frigus
erat:⁊ calefaciebant ſe.Erat auteꝫ cum eis ⁊ pe
trus ſtans ⁊ calefaciens ſe.Pontifex ergo inter
D rogauit ieſum de diſcipulis ſuis:⁊ de doctrina
eius?Reſpondit ieſus.Ego palam locutus ſum
mundo.ego ſemper docui in ſynagoga ⁊ in tẽplo
mat.xxvj.e quo omnes iudei conueniunt.⁊ in occulto locu
mar.xiiij.c tus ſum nihil.Quid me interrogas.Interroga
Luc.xxij.f. eos qui audierunt quid locutus ſum ipſis.ecce
xciij.diſ.c. hi ſciunt:que dixerim ego.Hec autem cum dixiſ
xj.ij.q.vij ſet:vnus aſſiſtens miniſtrorũ:dedit alapam ieſu
c.pſnmunt dicens.Sic reſpondes pontifici?Reſpondit ei ie
mat.xxvj.f. ſus.Si male locutus ſum:teſtimoniũ perhibe de
mar.xiiij.f. malo.Si autem bene:quid me cedis?Et miſit eũ
Luc.xxij.f. anna ligatum ad caipham pontificem.Erat au
tem ſimon petrus ſtans:⁊ calefaciens ſe.Dixe
runt ergo ei.Nunquid ⁊ tu ex diſcipulis ſuis es?
Negauit ille:⁊ dixit.Non ſuꝫ.Dicit vnus ex ſer
uis pontificis:cognatus eius cuius abſcidit pe
E trus auriculam.Nonne ego te vidi in horto cum
illo?Iterum ergo negauit petrus.⁊ ſtatim gal
mat.xxvij.a. lus cantauit.Adducunt ergo ieſum a caipha in
pretorium.Erat autem mane ⁊ ipſi non introie
Mar.xv.a runt in pretoriũ:vt non cõtaminarent̃:ſed vt mã
Lu.xxiij.a. ducarent paſcha.Exiuit ergo pilatus ad eos fo
ras:⁊ dixit.Quam accuſationẽ affertis aduerſus
hominẽ hunc?Reſponderunt ⁊ dixerũt ei.Si nõ
F eſſet hic malefactor non tibi tradidiſſemus eũ.
Dicit ergo eis pilatus.Accipite eũ vos:⁊ ſm le
gem veſtrã iudicate eũ.Dixerunt ergo ei iudei.
Nobis non licet interficere quẽꝙ.Ut ſermo ie
ſu impleretur:quem dixit:ſignificans qua morte
eſſet moriturus.Introiuit ergo iterũ in pretoriũ ma.xxvij.q
pilatus.⁊ vocauit ieſum ⁊ dixit ei.Tu es rex iu Mar.xv.a
deorũ?Reſpõdit ieſus.A temetipſo hoc dicis:an Lu.xxiij.a.
alij tibi dixerunt de me?Reſpondit pilatus.Nun
quid ego iudeus ſum?Gens tua ⁊ pontifices tui
tradiderunt te mihi:quid feciſti?Reſpõdit ieſus
Regnũ meũ non eſt de hoc mundo.Si ex hoc mũ
do eſſet regnũ meum:miniſtri mei vtiꝗ decerta
rent vt non traderer iudeis:nunc auteꝫ regnum B
meum non eſt hinc.Dixit itaꝗ ei pilatus.Ergo
rex es tu?Reſpondit ieſus.Tu dicis:quia rex ſuꝫ
ego.Ego in hoc natus ſum:⁊ ad hoc veni in mũ
dum:vt teſtimoniũ perhibeã veritati.Omnis q̇
eſt ex veritate audit vocẽ meã.Dixit ei pilatus.
Quid eſt veritas?Et cũ hoc dixiſſet:iterũ exiuit
ad iudeos:⁊ dixit eis.Ego nullam inuenio in eo ma.xxvij.b
cauſam.Eſt autem conſuetudo:vt vnum dimit Mar.xv.b
tam vobis in paſcha:vultis ergo dimittã vobis mat.xvij.b
regem iudeorum?Clamauerunt rurſum omnes Mar.xv.a
dicentes.Non hunc:ſed barrabaꝫ.Erat autem Lu.xxiij.c.
barrabas latro.

Capitu.Summa. Pilatus ieſum flagella
uit:deriſio:crucifixio inter duos latrones:cõmẽ
datio matris diſcipulo:⁊ potatio aceti:⁊ mors ⁊
ſepultura.
Capitulũ.xix.

Tunc ergo A
apprehendit pila mat.xxvij.c
tus ieſum:⁊ flagel Mar.xv.c.
lauit.Et milites
plectentes coronam de ſpinis
impoſuerunt capiti eius:⁊ ve
ſte purpurea circundederunt Lu.xxiij.c.
eũ.Et veniebant ad eũ:⁊ dice
bant.Aue rex iudeoruꝫ.Et da
bãt ei alapas.Exiuit ergo ite
rũ pilatus foras.⁊ dixit eis.Ecce adduco eũ vo
bis foras.vt cognoſcatis.q: nullam inuenio in eo
cauſam.Exiuit ergo ieſus portans coronam ſpi ma.xxvij.c.
neam ⁊ purpureũ veſtimẽtũ.Et dicebat eis.Ec mar.xv.b.
ce homo.Cũ ergo vidiſſent eũ pontifices ⁊ mini mat xxvij.c
ſtri.clamabant.dicentes.Crucifige.crucifige eũ. mar .xxv.b
Dicit eis pilatus.Accipite eum vos.⁊ crucifigite. Lu. xxiij.c.
ego enim non inuenio in eo cauſam?Rñderũt ei B
iudei.Nos legẽ habemus.⁊ ſm legẽ debet mori ma.xxvij.b
quia filiũ dei ſe fecit.Cum ergo audiſſet pilatus Mar.xv.a
hunc ſermonẽ.magis timuit.⁊ ingreſſus eſt ꝑto Lu.xxiij.a.
riũ iterũ.⁊ dixit ad ieſum.Unde es tu.Jeſus aũt
reſponſum non dedit ei.Dixit ergo ei pilatus. xxiij.q.j.c.
Mihi non loqueris?Neſcis q: poteſtatẽ habeo qd culpat.
crucifigere te:⁊ poteſtatem habeo dimittere te?
Reſpondit ieſus.Non haberes poteſtatẽ aduer
ſum me vllã.niſi tibi datũ eſſet deſuꝑ.Propter
ea qui me tradidit tibi maius peccatũ habet.Et
exinde querebat pilatus dimittere eũ.Judei au
tẽ clamabant dicentes.Si hunc dimittis.nõ es E
amicus ceſaris.Omnis enim qui ſe regẽ facit.cõ
tradicit ceſari.Pilatus aũt cũ audiſſet hos ſer
mones.adduxit foras ieſum.⁊ ſedit ꝓ tribunali:

in loco qui dicitur lichoſtratos: hebraice aũt ga
batha (Erat autẽ paraſceue paſche hora quaſi
Mar.xv.b ſexta) ⁊ dicit iudeis. Ecce rex veſter. Illi aũt cla‑
Lu.xxiij.c. mabant. Tolle: tolle: crucifige eũ. Dixit eis pila‑
tus. Regẽ veſtrũ crucifigã? Rñderũt pontifices.
Nõ habemus regẽ niſi ceſarẽ. Tunc ergo tradi‑
ma.xxvij.d dit eis illũ vt crucifigeretur. Suſceperũt autem
Mar.xv.b ieſum: ⁊ eduxerunt eũ. Et baiulans ſibi crucem:
Lu.xxiij.d exiuit i eũ qui dicitur caluarie locũ: hebraice aũt
D golgota. Ubi crucifixerũt eũ: ⁊ cũ eo alios duos
mat.xxvij.c hinc ⁊ hinc mediũ autẽ ieſum. Scripſit aũt titu
Lu.xxiij.c. lũ pilatus: ⁊ poſuit ſuper crucẽ. Erat aũt ſcriptũ
Mar.xv.c Jeſus nazarenus rex iudeorũ. Hunc ergo titulũ
ma.xxvij.c multi iudeorũ legerunt: quia prope ciuitatẽ erat
Mar.xv.c locus vbi crucifixus eſt ieſus. Et erat ſcriptũ he
braice. grece ⁊ latine. Dicebant ergo pilato põ
tifices iudeorũ. Noli ſcribere: rex iudeorũ: ſed q:
ipſe dixit: rex ſum iudeorũ. Reſpondit pilatus.
Quod ſcripſi: ſcripſi. Milites ergo cũ crucifixiſ‑
ſent eũ: acceperunt veſtimenta eius: ⁊ fecerunt
ma.xxvij.d quattuor partes: vnicuiqꝫ militi partẽ ⁊ tunicã.
Mar.xv.d Erat aũt tunica inconſutilis: deſuꝑ contexta ꝑ
Lu.xxiij.c. totũ. Dixerunt ergo adinuicẽ. Non ſcindamus
E eã: ſꝫ ſortiamur de illa cuius ſit. Ut ſcriptura im
pleretur: dicens. Partiti ſunt veſtimenta mea ſi
Ps.xxj.d. bi: ⁊ in veſtẽ meã miſerunt ſortẽ. Et milites qui
dẽ hec fecerunt. Stabant aũt iuxta crucẽ ieſu ma
ter eiꝰ: ⁊ ſoror matris eius: maria cleophe: ⁊ ma‑
ria magdalene. Cũ vidiſſet ergo ieſus matrem ⁊
diſcipulũ ſtantẽ quem diligebat: dixit matri ſue.
Mulier ecce filius tuus. Deinde dixit diſcipulo
xxvij.q.ij.c Ecce mater tua. Et ex illa hora accepit eã diſci‑
qđ autem. pulus in ſuã. Poſtea ſciens ieſus: q: oĩa conſum
ſ.itẽ ſi. mata ſunt: vt cõſummaretur ſcriptura: dixit: Si
F tio. Uas autẽ erat poſitũ aceto plenũ. Illi ergo
ma.xxvij.f. ſpongiã plenã aceto hiſopo circũponẽtes: obtu
Mar.xv.c lerunt ori eius. Cum ergo accepiſſet ieſus acetũ:
Lu.xxiij.e. dixit. Conſummatũ eſt.
ma.xxvij.f
Mar.xv.d
Lu.xxiij.f.

Et inclinato capite: tradidit ſpiritũ. Judei ergo qm̃
paraſceue erat: vt non remane
rent in cruce corpora ſabbato
(Erat eñ magnus dies ille ſab
de cõſe.di.ij bati) rogauerunt pilatum: vt frangerentur eorũ
c.nõ opꝰ.⁊ crura ⁊ tollerentur. Uenerunt ergo milites: ⁊ pri
c.in calice. mi quidem fregerunt crura: ⁊ alterius qui cruci‑
de cel. miſ. fixus eſt cũ eo. Ad ieſum autẽ cũ veniſſent vt vi‑
cũ marthe derunt eũ iam mortuũ: non fregerunt eius crura
⁊.c.in q̃dã. ſed vnus militũ lancea latus eius aperuit: ⁊ con
G tinuo exiuit ſanguis ⁊ aqua. Et qui vidit: teſtimo
Exo.xij.g. niũ perhibuit: ⁊ verũ eſt teſtimoniũ eius. Et ille
Nũe.ix.b. ſcit quia vera dicit: vt ⁊ vos credatis. Facta ſunt
zacha.xij.c eñ hec vt ſcriptura impleretur. Os nõ cõminue
tis ex eo. Et iterũ alia ſcriptura dicit. Uidebunt
Mar.xv.d in quẽ tranſfixerunt. Poſt hec autẽ rogauit pi‑
Lu.xxiij.g latũ ioſeph ab arimathia: eo q̃ eſſet diſcipulus
ſ.iij.a.⁊. ieſu: occultus aũt propter metũ iudeorũ: vt tolle
vij.g. ret corpus ieſu. Et permiſit pilatus. Uenit ergo
ma.xxvij.g ⁊ tulit corpus ieſu. Uenit aũt ⁊ nicodemus qui ve
nerat ad ieſum nocte primũ: ferens mixturam
myrrhe ⁊ aloes quaſi libras centum. Acceperũt Mar.
aũt corpus ieſu: ⁊ ligauerunt eũ lintheis cũ aro‑ Lu.
matibus: ſicut mos eſt iudeis ſepelire. Erat aũt
in loco vbi crucifixus eſt hortus: ⁊ in horto monu
mentũ nouũ: in quo nondũ quiſq̃ poſitus erat.
Ibi ergo ꝓpter paraſceuẽ iudeorũ: q: iuxta erat
monumentũ: poſuerunt ieſum.

¶ Capituli Summarium. ¶ Reſurrectio: ⁊ qua
liter apparuit marie magdalene apparens diſci
pulis: dedit eis pacem ſpiritũ ſanctum: poſt dies
octo clauſis ianuis apparuit diſcipulis ⁊ thome.

Capitulum. xx.

Na autẽ ſabbati ma B
ria magdalene venit mane cum mat.
adhuc tenebre eſſent: ad monu‑ g.
mentum: et vidit lapidem ſubla‑ Mar.
tum a monumento. Cucurrit er‑ Lu.
go ⁊ venit ad ſimonem petrum ⁊ ad alium diſci‑
pulum quẽ amabat ieſus: ⁊ dixit illis. Tulerunt
dominum de monumento: ⁊ neſcimus vbi poſue
runt eum. Exijt ergo petrus ⁊ ille alius diſcipu‑
lus: ⁊ venerunt ad monumentũ. Currebant aũt
duo ſimul: ⁊ ille alius diſcipulus p̃cucurrit citius
petro: ⁊ venit primus ad monumentũ. Et cũ ſe B
inclinaſſet: vidit poſita lintheamina: non tamen
introiuit. Uenit ergo ſimon petrus ſequens eũ:
⁊ introiuit in monumentũ: ⁊ vidit lintheamina
poſita ⁊ ſudariũ qđ fuerat ſuper caput eius non
cũ lintheaminibus poſitũ: ſed ſeparatim inuolu
tũ in vnũ locum. Tunc ergo introiuit ⁊ ille diſci‑
pulus qui venerat primus ad monumentũ: ⁊ vi‑
dit ⁊ credidit. Nondũ eñ ſciebant ſcripturã q:
oportuit eũ a mortuis reſurgere. Abierunt ergo C
diſcipuli iterũ ad ſemetipſos. Maria aũt ſtabat
ad monumentũ foris plorans. Dũ ergo fleret in
clinauit ſe ⁊ proſpexit in monumentũ. Et vidit
duos angelos in albis ſedentes: vnũ ad caput et
vnũ ad pedes vbi poſitum erat corpus ieſu. Di‑
cunt ei illi. Mulier quid ploras. Dicit eis. Quia
tulerunt dominũ meũ: ⁊ neſcio vbi poſuerũt eũ.
Hec cũ dixiſſet conuerſa eſt retrorſum: ⁊ vidit ie‑ D
ſum ſtantẽ ⁊ non ſciebat quia ieſus eſt. Dixit ei
ieſus. Mulier quid ploras. Quẽ queris. Illa exi
ſtimans quia hortulanus eſſet: dixit ei dñe ſi tu
ſuſtuliſti eũ dicito mihi vbi poſuiſti eũ: ⁊ ego eũ
tollã. Dixit ei ieſus. Maria. Conuerſa illa dixit
ei Rabboni quod dicit̃ magiſter. Dixit ei ieſus.
Noli me tangere: nondũ eñ aſcendi ad patrem
meum. Uade autem ad fratres meos: ⁊ dic eis.
Aſcendo ad patrẽ meũ ⁊ patrem veſtrum: deum
meũ ⁊ deũ veſtrum. Uenit maria magdalene an E
nuncians diſcipulis: quia vidi dominũ ⁊ hec dixit Lu.
mihi. Cũ ergo ſero eſſet die illo vna ſabbatorũ: ⁊
fores eſſent clauſe vbi erant diſcipuli congregati
propter metũ iudeorũ: venit ieſus ⁊ ſtetit in me‑
dio: ⁊ dixit eis. Pax vobis. Et cũ hec dixit oſtẽ‑
dit eis manus ⁊ latus. Gauiſi ſunt ergo diſcipu
li viſo dño. Dixit ergo eis iterũ. Pax vobis. Si
cut miſit me pater: ⁊ ego mitto vos. Hec cũ di‑

Mat.xvj.c. Joã.j.c.re miſſionem. xiſſet: inſufflauit ⁊ dixit eis. Accipite ſpm̄ſctm̄
Quoꝝ remiſeritis pctā: remittūtur eis: ⁊ quoꝝ
retinueritis: retenta ſunt. Thomas aūt vnus de
duodecim: q̄ d̄r didym⁹ nō erat cū eis qn̄ venit ie
ſus. Dixerunt ergo ei alij diſcipuli. Vidim⁹ dn̄z
Ille aūt dixit eis. Niſi videro in manibꝰ eius fi
xurā clauoꝝ: ⁊ mittaz digitū meū in locū clauo
rum: ⁊ mittaz manū meam in latus eius non cre
Lu.xx.e. dam. Et poſt dies octo iterum erant diſcipuli
eius intus ⁊ thomas cuz eis. Venit ieſus ianuis
G clauſis: et ſtetit in medio: et dixit eis. Pax vo-
bis. Deinde dixit thome. Infer digitū tuū huc
et vide manus meas: ⁊ affer manuz tuam ⁊ mit
te in latus meum: ⁊ noli eſſe incredulus: ſed fide
lis. Rn̄dit thomas ⁊ dixit. Dn̄s meus ⁊ de⁹ me⁹.
j.xxj.g. Dixit ei ieſus. Quia vidiſti me thoma credidi-
ſti: beati qui non viderunt et crediderunt. Mul
ta quidē ⁊ alia ſigna fecit ieſus in cōſpectu diſci-
puloꝝ ſuoꝝ que nō ſunt ſcripta in libro hoc: hec
autē ſcripta ſunt vt credatis: q̄ ieſus eſt xp̄s fi-
lius dei ⁊ vt credētes vitā habeatis in noīe eius.

Ca. xxj. Poſtea iterū manifeſtauit ſe ieſus ad mare tyberiadis ⁊c. de piſcatiōe petri: dicit petro tertio paſce oues meas. Capi. xxj.

A Oſtea manifeſtauit
ſe iteruz ieſus ad mare tyberia
dis. Manifeſtauit aūt ſic. Erāt
ſimul ſimō petr⁹ ⁊ thomas qui
dicit̄ didymus ⁊ nathanael qui
erat a chana galilee: ⁊ filij zebe-
Lu.v.a. dei ⁊ alij ex diſcipulis eius duo.
Dicit ei ſimō petrus. Vado piſcari. Dicunt ei.
B Venimus ⁊ nos tecū. ⁊ exierūt ⁊ aſcenderunt in
nauim: et in illa nocte nihil ꝓdiderunt. Ma-
ne aūt iā facto: ſtetit ieſus i littore: nō tn̄ cogno
uerūt diſcipuli q̄ ieſus eſt. Dixit ergo eis ieſus
Pueri nūquid pulmentariū habetis. Reſpōde
runt ei. Nō. Dixit eis: Mittite in dexterā naui
gij rete: ⁊ inuenietis. Miſerunt ergo: ⁊ iā nō va-
lebāt illud trahere pre multitudine piſcium. Di
cit ergo diſcipulus ille quē diligebat ieſus petro
C Dn̄s eſt. Simō petrus cū audiſſet q̄ dn̄s eſt: tu
nica ſuccinxit ſe (erat eīm nudus) ⁊ miſit ſe in ma
re. Alij aūt diſcipuli nauigio venerūt. Nō enim
Lu.xxiiij.f. longe erāt a terra: ſz quaſi cubitis ducētis trahē
tes rete piſcium. Vt ergo deſcenderunt in terrā
viderunt prunas poſitas ⁊ piſcem ſuperpoſituz
et panem. Dixit eis ieſus. Afferte de piſcibus
quos prendidiſtis nunc. Aſcendit ſimon petrus
et traxit rete in terram plenum magnis piſcibꝰ
D centum quinquagintatribus. Et cum tanti eſſēt
Lu.xxiiij.f. non eſt ſciſſum rete. Dixit eis ieſus. Venite prā
dete. Et nemo audebat diſcūbentium interro-
gare eum. tu quis es: ſcientes quia dominus eſt
Et venit ieſus et accepit panem et dabat eis: et
Ad.j.c.ſimi piſcem ſimiliter. Hoc iaz tertio manifeſtatus eſt
Mar.viij.q. ieſus diſcipulis ſuis cum ſurrexiſſet a mortuis.
Cū ergo prādidiſſent: dixit ſimoni petro ieſus.
Simon iohannis diligis me plus his? Dixit ei. j.c. in ſcri-
Etiam dn̄e tu ſcis quia amo te. Dicit ei. Pa pturis.
ſce agnos meos. Dicit ei iterum. Simon iohan
E nis diligis me. At ille. Etiam domine: tu ſcis q̄
amo te. Dicit ei iterū. Paſce agnos meos. Di- De maior.
cit ei tertio. Simon iohannis amas me. Contri ⁊ obe.c. ſolſ
ſtatus eſt petrus quia dixit ei tertio amas me: te.§.nobis
et dixit ei. Domine tu omnia noſti: tu ſcis quia
F amo te. Dicit ei. Paſce oues meas. Amē amen
dico tibi: cum eſſes iunior cingebas te et ambu-
labas vbi volebas. Cum autem ſenueris: exten
des manus tuas et alius te cinget et ducet quo
tu non vis. Hoc autem dixit ſignificās qua mor
te clarificaturus eſſet deum. Et cuz hoc dixiſſet
dicit ei. Sequere me. Conuerſus Petrus vidit S.xiij.e.
illum diſcipulum quem diligebat ieſus ſequen-
tem: qui et recubuit in cena ſuper pectus eius et
dixit. Domine quis eſt qui tradet te? Hunc
G ergo cum vidiſſet Petrus: dixit Jeſu. Domine
hic autem quid. Dicit ei Jeſus. Sic eum volo
manere donec veniam: quid ad te. Tu me ſeque
re. Exijt ergo ſermo iſte inter fratres quia diſci- S.xx.g.
pulus ille non moritur. Et non dixit ei Jeſus:
non moritur: ſed ſic eum volo manere donec ve-
niam: quid ad te. Hic eſt diſcipulus ille qui teſti
monium perhibet de his: ⁊ ſcripſit hec. Et ſci-
mus quia verum eſt teſtimonium eius. Sunt au
tem et alia multa que fecit Jeſus: que ſi ſcribā-
tur per ſingula: nec ipſum arbitror mundum ca
pere poſſe eos qui ſcribendi ſunt libros.

Explicit euangelium ſcd̄m Johanuem

Incipit prefacio ſancti Hieronymi in omnes epiſtolas ſancti Pauli.

Rimū queritur qua
re poſt euangelia que ſupple-
mentum legis ſunt: et in qui-
bus nobis exempla ⁊ precepta
viuēdi pleniſſime digeſta ſunt
voluerit apl'us has epiſtolas
ad ſingulas eccleſias deſtiare.
Hac autem cauſa factum videtur: vt ſcz initia na
ſcentis eccleſie nouis cauſis exiſtētibꝰ preueniret.
et vt preſentia atqꝫ orientia reſecaret vitia: et
poſt futuras excluderent queſtiōes exemplo pro
phetarum qui poſt aditam legem moyſi in qua
omnia dei mādata legebantur: nihilominus ta-
men doctrina ſua rediuiua ſēper ppli cōpreſſere
pctā: ⁊ ꝓpter exēplū viuēdi libros ad nr̄am etiā
memoriā tranſmiſerunt. Deinde q̄ritur. Cur nō
amplius ꝙ decem epiſtolas ad eccleſias ſcripſe-
rit? Decem ſunt eīm cū ea que dicit̄ ad hebreos.
Nam relique quattuor ad diſcipulos ſpecialiter
ſunt porrecte. Vt oſtenderet nouum non diſcre
pare a veteri teſtamēto: et ſe contra legem non
facere moyſi ad numerum primorum decalogi
mādatorum ſuas epiſtolas deſtinauit: et quot
ille precepti a pharaone inſtituit liberatos
totidem hoc epiſtolis a dyaboli et idolatrie

ſeruitute: edocet acquiſitos. Nam ⁊ duas tabu
las lapideas: duorum teſtamentorum figurā ha
buiſſe viri eruditiſſimi tradiderunt. Epiſtolam
ſane que ad hebreos ſcribitur: quidam pauli nō
eſſe contendunt: eo ꝙ nō ſit eius noīe titulata:
et ꝓpter ſermonis ſtiliq; diſtātiā: ſed aut barna
be iuxta tertullianū: aut luce iuxta quoſdā vel
certe clementis diſcipuli apoſtolorum ⁊ epī ro
mane eccleſie poſt apoſtolos ordinati. Quibus
reſpondēdū eſt: ſi propterea pauli non erit. quia
eius nō habet nomē: ergo nec alicuius erit quia
nullius nomine titulatur. Quod ſi incōueniēs: ab
ſurdiuſq; eſt ipſius magis eſſe credēda eſt que tā
to doctrine ſue fulget eloquio. Sz qm̄ apud he
breorū eccl'ias quaſi deſtructor legis falſa ſuſpi
tiōe habebatur voluit tacito noīe de figuris legis
et veritate xp̄i reddere rōnē: ne odiū noīs ī fronte
ꝑtitulati: vtilitatē excluderet lectionis. Nō eſt
ſane mirū ſi eloquētior videatur ī proprio id eſt he
breorū ꝙ in ꝑegrino: id eſt in greco quo cetere epi
ſtole ſūt ſcripte ſermone. Mouet etiā q̄ſdā q̄re ro
manorū ep'la in primo ſit poſita: cū eo nō primo
ſcriptā rō manifeſtat. Nā hāc ſe ꝓficiſcentē hie
roſolymā ſcripſiſſe teſtatur cū corinthios ⁊ alios
iam ante vt miniſteriū qđ ſecū portaturus erat
colligeret: litteris adhortatus ſit. Vn̄ ⁊ intelligi
quidā volunt ita oēs ep'las ordinatas vt ꝓma po
neretur: q̄uis poſterior fuerit deſtinata: vt ꝑ ſingu
las ep'las gradibus ad ꝑfectiora veniretur. Romano
rum nanq; plerique tam rudes erāt: vt nō intellige
rēt dei ſe grā ⁊ non ſuis meritis eſſe ſaluatos: ⁊
ob hoc duo inter ſe ppl'i cōflictarēt. Idcirco illos
j.corint.v.a. indigere aſſerit corrigi vitia gētilitatis priora cōme
Ibi.b. morās. Corinthijs aūt iā dicit ſcie grāz eſſe ꝯceſ
ſam: ⁊ nō tā oēs increpat ꝙ cur peccātes non in
crepauerit: reprehendit: ſicut ait. Audit inter vos
fornicatio. Et iterū. Cōgregatis vobis cuz meo
ſpū tradere huiuſcemodi ſathane. In ſcđa vō lau
datur ⁊ vt magis ac magis ꝑficiant cōmonetur
Galathe vō iā nullius criminis arguunt niſi h̄ tm̄
ꝙ calidiſſimis pſeudo ap'lis crediderūt. Epheſij
ſane nulla reprehenſione: ſed multa laude ſunt
digni: q: fidem apoſtolicam ſeruauerunt. Phi
lippēſes etiam multo magis collaudantur: qui
nec audire quidem falſos apoſtolos voluerunt.
j.Teſſa.ij. Teſſalonicenſes nihilominus in duabus epiſto
lis omni laude proſequitur: eo ꝙ non ſolum fidē
inconcuſſam ſeruauerint veritatis ſed etiam in
perſecutione ciuium fuerint cōſtantes inuenti.
Coloſſenſes autem tales erant vt cum ab apo
Coloſ.ij.a. ſtolo viſi corporaliter non fuiſſent hac laude di
gni haberentur. Et ſi corpore inquit abſēs ſum:
ſed ſpiritu vobiſcum ſum gaudens et videns or
dinem veſtrum. De hebreis vero quid dicendū
eſt quorum teſſalonicenſes qui plurimū laudati
ſunt imitatores facti eſſe dicūtur. Sicut ipe ait
j.Teſſa.ij.c. Et vos fratres imitatores facti eſtis eccleſiarū
dei que ſunt in iudea. Eadem enim paſſi eſtis et
hebreo.x.g vos a cōtribulibus vr̄is que ⁊ illi a iudeis. Apud
ipſos ꝙ hebreos eadē cōmemorat dicens. Naz
⁊ vinctis cōpaſſi eſtis ⁊ rapinā bonorū veſtrorū cū
gaudio ſuſcepiſtis: cognoſcētes vos habere me
liorem et manentem ſubſtantiam.

Incipit prologus ſpecialis in epiſtolā ad romanos.

Romani ſūt qui ex iu
deis et gentibus crediderunt
Hi ſuperba cōtētiōe volebāt
ſe alterutrū ſuppōnere. Nam
iudei dicebant. Nos ſumus po
pulus dei quos ab initio dilexit
et fouit. Nos circūciſi ex gēne
abraā ſctā deſcendimus ex ſtirpe: ⁊ notus retro apō Pſ.lxx.
iudeā tm̄ deus. Nos de egypto ſignis dei ⁊ virtu Exo.xi.
tibus liberati: mare ſicco ꝑtranſiuimus pede: cū ini
micos nr̄os grauiſſimi fluctus inuoluerēt. Nobis Exo.xv.
pluit māna dn̄s in deſerto: ⁊ q̄ſi filijs ſuis celeſte Ibi.
pabulū miniſtrauit. Nos die noctuq; in colūna
nubis ignis ꝓceſſit: vt nobis in inuio iter oſtēde
ret. Atq; vt cetera eius circa nos immēſa bn̄ficia
taceamus: nos ſoli digni fuimus dei legē accipe
et vocē dei loquētis audire eiuſq; cognoſcere vo
luntatē. In qua lege nobis ꝓmiſſus eſt xp̄s: ad
quos etiā ipe ſe veniſſe teſtatus eſt dicēs. Non
veni niſi ad oues que perierāt domus iſrael: cum mat.xv.
vos canes potius ꝙ hoies appellauerit. Equum
ne ergo eſt vt idola hodie deſerētes: quibus ab
initio deſeruiſtis nobis cōparemini: ⁊ nō potius
in ꝓſelytorū locū ex legis auctoritate ⁊ cōſuetu
dine deputemini. Et hoc ipſum nō merebamini:
niſi q: larga ſemꝑ dei clemētia voluit vos ad no
ſtrā imitationē admittere. Gētes etiā econtra
rio rn̄debāt. Quāto eni maiora erga vos dei bn̄
ficia narraueritis: tāto maioris vos crīmis reos
eſſe monſtrabitis. Semper enim his omnibus Exo.
extitiſtis ingrati. Nam ipſis pedibus quibus Ibi.
aridum mare tranſiſtis: ludebatis ante idola
que feciſtis: te ipſo ore equo paulo ante ob ne
cem aduerſariorum domino cantaueratis: ſimu
lacra vobis fieri popoſcitis: illis oculis quibus
venerando deum in nube vel igne conſpicere ſo
lebatis: ſimulacra intuebamini. Māna quoq;
vobis faſtidio fuit: et ſemper in deſerto contra
dominum murmuraſtis: ad egyptum vnde vos
manu valida eiecerat redire cupiētes. Quid plu
ra? Ita patres veſtri crebra prouocatione domi Num.
nū irritauerunt: vt omnes in heremo morerē
tur: nec plus ex ſenioribus eorum ꝙ duo homi
nes terram repromiſſionis intrarent. Sed quid
antiqua replicamus: cum etiam ſi illa minime
feciſſetis de hoc ſolo: nemo vos dignos venia
iudicaret: ꝙ dominum chriſtum prophetarum
ſemper vobis vocibus repromiſſum: non ſoluz
ſuſcipere noluiſtis ſed etiam morte peſſima pe
remiſtis. Quem nos vt cognouimus ſtatim cre
didimus: cum nobis de eo antea non fuerit pre
dicatum. Unde probatur ꝙ idolis ſeruiuimus
non obſtinationi mentis: ſed ignorantie depu
tādum. Qui enim cognitū illico ſequimur: olim

vtiq; ſequeremur: ſi antea cognouiſſem⁹. Sic
aũt vos de gẽtis nobilitate iactatis: q̃ſi nõ
morũ imitatio magis ꝙ̃ carnalis natiuitas fi
lios vos faciat eſſe ſanctoꝝ. Deniq; eſau et
hiſmael cũ de ſtirpe ſint abrae minime tñ in
filijs reputantur. His taliter altercantibus:
apoſtolus ſe mediũ interponẽs: ita partium
dirimit queſtiones: vt neutrũ eoꝝ ſua iuſti
cia ſalutẽ meruiſſe cõfirmet: ambos vo popu
los ⁊ ſcienter ⁊ grauiter deliquiſſe. Iudeos q̃
dem ꝙ per ꝑuaricationem legis deum inho
norauerint: gentes vo ꝙ cum cognitũ de crea
tura creatorẽ: vt deũ debuerint venerari: glo
riam eius in manu facta mutauerint ſimula
cra. Vtroſq; etiam ſimiliter veniã cõſecutos
equales eſſe veriſſima ratione demonſtrat ꝑ
ſertim cum in eadẽ lege ꝑdictus ſit. ⁊ iudeos
⁊ gentes ad chriſti fidem vocandos eſſe oſtẽ
dat: q̃obrem viciſſim eos humilians: ad pa
cem ⁊ concordiam cohortatur.

¶ Explicit prologus.

¶ Argumẽtũ in epl'am pauli ad romanos.

Omani ſũt partis italie. Hi ꝑuẽti ſũt a falſis apoſtolis: et ſub noĩe dñi nři ieſu xpi in legẽ ⁊ ꝓphetas erãt inducti. Hos reuocat apoſtolus ad verã ⁊ euangelicam fidẽ: ſcribens eis a corintho.

¶ Explicit argumentum.

¶ Epl'a bti Pauli apl'i ad romanos icipit

¶ C.S. ¶ Oſtẽdit apl's charitatẽ ſe habere ad romanos: ac deinde vitia eorum redarguit: q̃ ſequũtur deſideria ſua. Capl'm.j.

Aulus ſeru⁹ ieſu xpi vocat⁹ apl's: ſegregat⁹ in euãgeliũ dei qđ ante promiſerat per ꝓphetas ſuos ĩ ſcripturis ſctis: de filio ſuo q̇ factus eſt ei ex ſemine dauid ſm carnẽ: qui ꝑdeſtinatus eſt filius dei in vtute ſm ſpiritũ ſanctificationis ex reſurrectione mortuoꝝ ieſu
chriſti dñi nři: per quẽ accepimus grãm ⁊ apoſto
latũ ad obediendũ fidei in oĩbus gentibus pro
noĩe eius: in q̃bus eſtis ⁊ vos vocati ieſu xpi: om
nibus qui ſunt rome dilectis dei vocatis ſanctis
Gratia vobis ⁊ pax a deo prẽ ⁊ dño noſtro ieſu
xp̃o. Primũ quidẽ gratias ago deo meo ꝑ ieſum
xpm pro oĩbus vobis: q: fides veſtra annũciaꝛ in ij. timo .j.a
vniuerſo mũdo. Teſtis em̃ mihi eſt de⁹ cui ſeruio
in ſpiritu meo: in euãgelio filij eius: ꝙ ſine inter
miſſione memoriã veſtri facio ſemꝑ in orõnibus
meis: obſecrãs ſi quo modo tandẽ aliq̃n ꝓſperũ B
iter habeã in volũtate dei veniendi ad vos. Deſi
dero em̃ videre vos: vt aliq̇d impartiar vobis grẽ
ſpiritalis ad cõfirmãdos vos: id eſt ſimul cõſola
ri in vobis ꝑ eã q̃ inuicẽ eſt fidẽ veſtrã atq; meã.
Nolo aũt vos ignorare fratres: q: ſepe ꝓpoſui
venire ad vos: ⁊ ꝓhibitus ſum vſq; adhuc: vt ali
quẽ fructũ habeã in vobis: ſicut ⁊ in ceteris gẽti
bus. Grecis ac barbaris ſapiẽtibus ⁊ inſipiẽti
bus debitor ſum: ita ꝙ in me promptũ eſt ⁊ vobis
qui rome eſtis euãgelizare. Nõ em̃ erubeſco euã
geliũ. Uirtus em̃ dei eſt in ſalutẽ omni credẽti:
iudeo primũ ⁊ greco. Iuſticia em̃ dei in eo reuela
tur ex fide in fidẽ: ſicut ſcriptũ eſt. Iuſtus aũt ex abacuc.ij.a
fide viuit. Reuelaꝛ em̃ ira dei de celo ſuper oẽm hebre.x.g
impietatẽ ⁊ iniuſticiã hominũ: eoꝝ qui veritatẽ
dei in iniuſticia detinẽt: q: qđ notum eſt dei: mani C
feſtũ eſt in illis. Deus em̃ illis manifeſtauit. In
uiſibilia em̃ ipſius a creatura mũdi per ea que fa
cta ſunt: intellecta cõſpiciunꝛ: ſempiterna q̃ʒ eius
virtus ⁊ diuinitas: ita vt ſint inexcuſabiles. Quia
cũ cognouiſſent deũ nõ ſicut deũ glorificauerũt
aut grãs egerũt: ſed euanuerũt in cogitationib⁹ j.cor.j.iij.b
ſuis: ⁊ obſcuratũ eſt inſipiens cor eoꝝ. Dicẽtes Eph.iiij.d
em̃ ſe eſſe ſapientes: ſtulti facti ſunt. Et mutaue
rũt gloriã icorruptibilis dei: i ſimilitudinẽ imagi
nis corruptibilis hoĩs. ⁊ volucrũ ⁊ quadrupedũ
⁊ ſerpentiũ. Propter qđ tradidit illos deus in
deſideria cordis eoꝝ. in immũdiciã: vt cõtume
lijs afficiãt corpora ſua in ſemetipſis. Quia com
mutauerũt veritatẽ dei in mẽdaciũ: ⁊ coluerũt ⁊
ſeruierũt creature potius ꝙ̃ creatori: qui eſt bñ
dictus in ſecula amen. Propterea tradidit illos j.ix.a.
deus in paſſiones ignominie. Nã femine eoꝝ im D
mutauerunt naturalẽ vſum in eũ vſum qui eſt cõ xxxvj.q.vij
tra naturã. Similiter aũt ⁊ maſculi relicto natu c.viſus.
rali vſu femine: exarſerũt in deſiderijs ſuis ĩ inui
cẽ: maſculi in maſculos turpitudinẽ operãtes: ⁊
mercedem quã oportuit erroris ſui in ſemetipis
recipiẽtes. Et ſicut nõ ꝓbauerũt deũ habere in
noticia tradidit illos deus in reprobũ ſenſum:
vt faciãt ea que nõ cõueniũt: repletos omni iniq̃
tate: malicia fornicatione: auaricia: nequitia ple
nos inuidia: homicidijs: contentione dolo: mali
gnitate: ſuſurrones: detractores: deo odibiles
contumelioſos: ſuperbos: elatos: inuentores ma
loꝝ: parẽtibus nõ obediẽtes: inſipiẽtes: incom

poſitos ſine affectione. abſq; federe: ſine miſeri-
xxvii.q.j.c. cordia. Qui cū iuſticiam dei cognouiſſent: nō in
vidue.in fi. tellexerunt: quoniam qui talia agunt: digni ſunt
morte: non ſolum qui ea faciunt ſed etiam qui cō
ſentiunt facientibus.

¶ Capi. Summa. ¶ Redarguit apoſtolus vitia iudeorum: dicens eos in culpa gētilibus ſimiles ⁊ quo ad aliquid peiores. Capitulū.ij.

A Propter quod inexcu-
Mat.vij.a ſabilis es o homo omnis qui iu-
xxiij.q.ix.c dicas. In quo enim alterū iudi
nihil. cas: teipm̄ condemnas. Eadem
enim agis que iudicas. Scimus
enim q̄m iudiciū dei eſt ſ̄m veritatem in eos qui
talia agunt. Exiſtimas autē hec o hō oīs qui iu
dicas eos q̇ talia agunt ⁊ facis ea: q: tu effugies
iudicium dei. An diuitias bonitatis eius ⁊ patiē
tie ⁊ longanimitatis contemnis. Ignoras q̄m be
nignitas dei ad penitētiam te adducit. Secūdū
autē duriciā tuā ⁊ impenitēs cor: theſaurizas ti-
bi iram in die ire ⁊ reuelationis iuſti iudicij dei
mat.xvj.d. qui reddit vnicuiq; ſ̄m opera eius. His quidem
B qui ſ̄m patientiā boni operis gloriā ⁊ honorē et
incorruptionē querētibus vitā eternā. His autē
qui ſunt ex contentione: ⁊ qui nō acquieſcūt ve-
ritati: credūt aūt iniq̇tati: ira ⁊ indignatio: tribu
latio ⁊ anguſtia: in oēm aīam hominis operātis
Eph.vj.b. malū: iudei p̄mū ⁊ greci. Gloria aūt honor ⁊ pax
Col.iij.d. omni operāti bonum: iudeo primū ⁊ greco. Nō
Act.x.f. enim eſt acceptio perſonarū apud deū. Quicūq;
De pe.di. enim ſine lege peccauerunt: ſine lege peribunt.
iiij.ca.ſi ex Et quicunq; in lege peccauerunt: per legem iu-
bono. dicabūtur. Non enim auditores legis iuſti ſunt
Jaco.ij.b. apud deum: ſed factores legis iuſtificabūtur. Cū
j.Pe.j.c. enim gentes que legem non habent: naturaliter
Mat.vij.c ea que legis ſunt faciunt: eiuſmodi legem nō ha
C bentes: ipſi ſibi ſunt lex: qui oſtendunt opus le-
Jaco.j.d. gis ſcriptum in cordibus ſuis: teſtimonium red
xviij.q.ij.c. dente illis conſcientia ipſorum: et inter ſe inuicē
due ſunt. cogitationum accuſantium: aut etiam defenden
tium in die cū iudicabit deus occulta hominum
ſ̄m euangeliū meum per ieſum xp̄m. Si autē tu
iudeus cognominaris: ⁊ requieſcis in lege: ⁊ glo
riaris in deo: ⁊ noſti voluntatem eius: ⁊ probas
vtiliora inſtructus per legem: cōfidis teipm̄ eſſe
ducem cecorū. lumē eorꝫ qui in tenebris ſunt: eru
ditorum inſipientium: magiſtrū infantiū habētē
formam ſciētie ⁊ veritatis in lege. Qui ergo aliū
doces: teipſum nō doces. Qui p̄dicas non furan
dum: furaris. Qui dicis non mechādum: mecha
ris. Qui abominaris idola: ſacrilegiū facis. Qui
D in lege gloriaris: ꝑ p̄uaricationē legis deū inho-
eze.xxxvj.f noras. Nomē enim dei per vos blaſphemat inter
gentes. Sicut ſcriptū eſt. Circūciſio quidē ꝓdeſt
ſi legē obſerues. Si aūt p̄uaricator legis ſis: cir-
cunciſio tua p̄putium facta eſt. Si igit p̄putium
iuſticias legis cuſtodiat: nōne p̄putium illius in
circunciſionē reputabitur. Et iudicabit id qđ ex
natura eſt p̄putiū legē cōſummans te: qui ꝑ lit-
terā ⁊ circūciſionē p̄uaricator legis es. Nō enim
qui in manifeſto iudeꝰ eſt: neq; qui in manifeſto
in carne eſt circunciſio: ſed qui in abſcondito iu-
deus eſt: ⁊ circunciſio cordis in ſpū non littera:
cuius laus non ex hoibus: ſed ex deo eſt.

¶ Capi. Summa. ¶ Oſtēdit in quo iudei erāt gētilibus meliores ꝓbans tā gentiles ꝙ iudeos indigere gratia xp̄i. Capitulū.iij.

Quid ergo amplius A
iudeo eſt aut que vtilitas cir-
cūciſionis? Multū ꝑ oēm mo
dū. Primum quidem: q: cre-
dita ſūt illis eloq̇a dei. Quid
enim ſi quidā illorum non cre
diderunt? Nunquid increduli
tas illorum fidē dei euacuauit? Abſit. Eſt autem
deus verax: oīs autem homo mendax. Sicut ſcri Joh.
ptum eſt. Vt iuſtificeris in ſermonibus tuis: et r.viij.c
vincas cum iudicaris. Si autē iniquitas noſtra Pſ.
iuſticiā dei cōmendat: quid dicemus. Nunq̇d ini Pſ.l.
quus eſt deus qui infert irā. Secundū hoiem di
co. Abſit. Alioquin q̄mo iudicabit deus hūc mun
dum. Si enim veritas dei in meo mendacio abun- B
dauit in gloriam ipſius: quid ⁊ adhuc ego tanq̄
peccator iudicor. Et non ſicut blaſphemamur: ⁊
ſicut aiunt quidā nos dicere. Faciamus mala vt
veniāt bona. Quorum dānatio iuſta eſt. Quid er
go. Precellimus eos. Nequaq̄. Cauſati enim ſu-
mus iudeos ⁊ grecos oēs ſub pctō eſſe. Sicut
ſcriptū eſt. Quia nō eſt iuſtus q̇ſq̄: nō eſt intelligēs
nō eſt requirens deum. Oēs declinauerūt: ſimul Pſ.
inutiles facti ſunt. nō eſt qui faciat bonū: non eſt liij.a.
vſq; ad vnū. Sepulchrū patēs eſt guttur eorum Pſ.
linguis ſuis doloſe agebāt: venenū aſpidū ſub la xiij.a.
bijs eorū. Quorū os maledictiōe ⁊ amaritudine C
plenum eſt veloces pedes eorum ad effundendū
ſanguinem. Contritio ⁊ infelicitas in vijs eorum:
⁊ viam pacis non cognouerunt: non eſt timor dei
ante oculos eorum. Scimus autē quoniam que
cunq; lex loquitur: his qui in lege ſunt loquitur
Vt omne os obſtruatur: ⁊ ſubditus fiat oīs mun
dus deo: q: ex opibus legis nō iuſtificabit oīs ca
ro corā illo. Per legem enim cognitio peccati. Gal.
Nūc aūt ſine lege iuſticia dei manifeſtata eſt: te-
ſtificata a lege ⁊ ꝓphetis. Iuſticia aūt dei ꝑ fidē
ieſu xp̄i: in oēs ⁊ ſuꝑ oēs qui credūt in eum. Nō D
enim eſt diſtinctio. Oēs enim peccauerūt ⁊ egent
gloria dei. Iuſtificati gratis per grām ipſius: ꝑ
redēptionē q̄ eſt in xp̄o ieſu: quē ꝓpoſuit deus ꝓ
pitiatorē per fidē in ſanguine ipſius ad oſtenſio-
nem iuſticie ſue ꝓpter remiſſionem p̄cedentium
delictorū in ſuſtētatiōe dei: ad oſtēſionē iuſticie
eiꝰ in hoc tp̄e: vt ſit ipſe iuſtus ⁊ iuſtificās eū q̇ ex
fide eſt ieſu xp̄i. Vbi ē ergo gloriatio tua? Exclu
ſa eſt. Per quā legē. Factorū. Nō. Sed per legē
fidei. Arbitramur enim iuſtificari hoiem per fi-
dem ſine opibus legis. An iudeorum deus tm̄?

Nonne & gentiū? Immo et gentiū. Q̄m quidē vnus est deus qui iustificat circūcisionē ex fide: et preputium per fidem. Legem ergo destruim⁹ per fidem? Absit. Sed legem statuimus.

¶ Capituli Summa. ¶ Declarat apostol⁹ per exemplū abrae fidē requiri ad salutē: & legē veterem ad salutem non sufficere. Capitu. iiij.

A

Quid ergo dicemus inuenisse abraam patrē nostrū ſm carnem. Si enim abraā ex operibus legis iustificatus est: habet gloriā: sed nō apud deū. Quid eñ dicit scriptura. Credidit abraam deo: & reputatū

Gen.xv.b. Gal.iij.a. Jaco.ij.d. est illi ad iustitiā. Ei aūt qui operaſ: merces non imputaſ ſm gratiā: sed ſm debitū. Ei vero qui nō operatur: credēti autē in eū qui iustificat impium reputatur fides eius ad iusticiam ſm propositum gratie dei: sicut & dauid dicit beatitudi

Ps.xxxj. nem hoīs cui deus accepto fert iusticiā sine operibus. Beati quorū remisse sunt iniquitates: et

B quorū tecta sunt peccata. Btūs vir cui nō imputauit dn̄s peccatū. Beatitudo ergo hec in circūcisione tm̄ manet: an etiam in preputio? Dicim⁹ eñ q: reputata est fides abrae ad iusticiā. Q̄uo ergo reputata est. In circūcisi ōe: an in ꝑputio. Non in circūcisione: sed in preputio. Et signū accepit circūcisionis signaculū iusticie fidei que est in preputio vt sit pater oīm credētiū per preputiū: vt reputetur et illis ad iusticiam. Et sit pater circuncisionis: non his tm̄ qui sunt ex circuncisione: sed et his qui sectantur vestigia fidei

C que est in ꝑputio pr̄is nostri abrae. Nō eñ per legem ꝓmissio abrae aut semini ei⁹: vt heres eēt mundi: sed ꝑ iusticiā fidei. Si eñ qui ex lege heredes sunt: exinanita est fides: abolita est ꝓmissio. Lex eñ irā operatur. Ubi est nō est lex nec preuaricatio. Ideo ex fide vt ſm gratiā firma sit ꝓmissio omni semini. Nō ei qui ex lege est solū: sed & ei qui ex fide est abrae: qui pater est omniū

Gen.xvij.a. nr̄m: sicut scriptum est. Q: patrē multarū gētiū posui te ante deū cui credidisti: qui viuificat mortuos & vocat ea que nō sūt: tanq̄ ea que sunt. Qui

Gen.xiij.b contra spem in spem credidit vt fieret pater mul

D tarum gentiū: ſm quod dictū est ei. Sic erit semen tuum sicut stelle celi: & arena maris. Et non est infirmatus in fide: nec considerauit corpus emortuū cū iā fere centū eēt annorū: & emortuā vuluā sare. In repromissiōe etiā dei nō hesitauit diffidentia: sed cōfortatus est fide dans gloriam deo plenissime sciens: q: quecūq̄ promisit deus potens est & facere. Ideo & reputatum est illi ad iusticiam. Non est autem scriptum tm̄ propter ipsum: quia reputatum est illi ad iusticiam: sed et propter nos quibus reputabitur credentib⁹ in eum qui suscitauit iesum christum dominum nostrū a mortuis qui traditus est ꝑpter delicta nostra: & resurrexit propter iustificationē nostrā

¶ Capituli Summarium. ¶ Apostolus ostēdit virtutem fidei in credentium iustificatione quoniam regnauit mors ab adā vsq̄ ad christū.

Capitulum. v.

Iustificati ergo ex fide pacē habeamus ad deū per dominum nostrum iesum xp̄m per quem habemus accessum per fidem in gratiam istam in qua stamus & gloriamur in spe glorie filiorum dei. Non solum autem: sed etiam gloriamur in tribulationibus: scientes q: tribulatio patientiā operatur: patiē tia autem probationem: probatio vo spē. Spes Jaco.j.a. autem non confundit: q: charitas dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctū qui datus est nobis. Ut quid enim xp̄s cum adhuc infirmi essemus ſm tp̄s pro impijs mortu⁹ est. Uix enim pro iusto quis moritur: nam pro bono forsitan quis audeat mori. Cōmendat autē charitatem suā deus in nobis. q̄m si cum adhuc pecca B tores essemus ſm tp̄s: xp̄s pro nobis mortuus Hebre.ix.b est: multo igitur magis nūc iustificati in sangui j.Pe.iij.d. ne ipsius: salui erimus ab ira per ipsum. Si enī cum inimici essemus reconciliati sumus deo per mortem filij eius: multomagis reconciliati salui erimus in vita ipsius. Non solum autem: sed et gloriamur in deo per dominum nostrum iesum xp̄m per quē nūc reconciliationem accepimus. Propterea sicut per vnum hoīē pctm̄ in hunc De pe.di. mundū intrauit: & ꝑ pctm̄ mors & ita in omnes iiij.c.qrit.& hoīes mors ptransijt: in quo oēs peccauerunt. c.placuit. Usq̄ ad legem enī peccatū erat in mūdo. Pec C catum autem nō imputabitur: cum lex nō esset: sed regnauit mors ab adā vsq̄ ad moysen: etiā in eos qui nō peccauerūt in similitudinem preuaricationis ade: qui est forma futuri. Sed nō sicut delictū ita & donū. Si enim vnius delicto multi mortui sunt: multomagis gr̄a dei & donū in gr̄a vnius hoīs iesu xp̄i in plures abūdauit. Et non sicut ꝑ vnū pctm̄: ita & donū. Nam iudicium ex vno in cōdēnatione: gr̄a aūt ex multis delictis in iustificationē. Si enim in vnius delicto mors regnauit ꝑ vnū multomagis abūdantiā gratie et donationis & iusticie accipientes in vita regnabūt ꝑ vnū iesum xp̄m. Igiť sicut ꝑ vnius de D lictū in oēs hoīes in condēnationē: sic & ꝑ vnius iusticiā in oēs hoīes in iustificationē vite. Sicut enim per inobedientiam vnius hoīs peccatores cōstituti sunt multi ita & ꝑ vnius obedientiam iusti cōstituētur multi. Lex autē subintrauit vt abūdaret delictū. Ubi autē abūdauit delictū superabūdauit & gr̄a. Ut sicut regnauit peccatū in mortem: ita & gratia regnet per iusticiam in vitam eternam per iesum xp̄m dominū nostrū.

¶ Capituli Summarium. ¶ Declarat apostolus in peccatis non esse manendum: et q: sit virtuose operandum. Capitulum. vj.

A

Quid ergo dicemus
Manebim⁹ in peccato: vt gra
tia abũdet? Abſit. Qui eñ mor
tui ſumus pctõ: quõ adhuc vi
uemus in illo? An ignoratis fra
tres: q quicũqz baptizati ſum⁹
De cõſe.di in xpo ieſu: in morte ipſius ba
ſti.iiij.c.p ptizati ſumus. Cõſepulti eñ ſum⁹ cũ illo p ba
prie. i prin. ptiſmũ in mortẽ: vt quõ xp̄s ſurrexit a mortuis
per gl'iaʒ pr̄is: ita ⁊ nos in nouitate vite ambule
Eph.iiij.c. mus. Si eñ cõplãtati facti ſum⁹ ſilitudini mor
Colo.ij.b. tis eius: ſimul ⁊ reſurrectionis erimus. Hoc ſciẽ
tes q vetus homo noſter ſimul crucifixus eſt vt
deſtruat corpus peccati: vt vltra nõ ſeruiamus
peccato. Qui eñ mortu⁹ eſt: iuſtificat⁹ eſt a pec
cato. Si autẽ mortui ſum⁹ cũ xp̄o: credimus q
De cõſe.di. ſimul etiam viuemus cum illo. Scientes q xp̄s
ij c.iter.xx reſurgens ex mortuis iam nõ moritur: mors illi
vij.q.õe.j.c. vltra nõ dñabitur. Qđ eniʒ mortu⁹ eſt pctõ: mor
nuptiarũ. tuus eſt ſemel. Qđ autẽ viuit: viuit deo. Ita et
B vos extimate vos mortuos quidẽ eẽ peccato: viuẽ
l.diſti.c. põ tes aũt deo i xp̄o ieſu. Nõ ergo regnet pctm̃ in
deret. vr̄o mortali corpe. vt obediatis cõcupiſcẽtijs ei⁹
Sed neqz exhibeatis mẽbra vr̄a arma iniqtatis
peccato ſed exhibete vos deo tãq ex mortuis vi
uẽtes ⁊ mẽbra veſtra arma iuſticie deo. Pecca
tum eñ vobis nõ dñabitur. Nõ eĩ ſub lege eſtis
ſed ſub gr̃a. Quid ergo. Peccabimus qm̃ nõ ſu
C mus ſub lege ſed ſub gratia? Abſit. An neſcitis
quoniam cui exhibetis vos ſeruos ad obediẽdũ
ſui eſtis ei⁹ cui obediſtis: ſiue peccati ad mortẽ:
ſiue obeditionis ad iuſticiam. Gratias autẽ deo
q fuiſtis ſerui peccati: obediſtis aũt ex corde in
D eam formã doctrine in qua traditi eſtis. Libera
x vij.diſtin. ti autẽ a peccato: ſerui facti eſtis iuſticie. Huma
c.omnis. num dico propter infirmitatẽ carnis veſtre. Si
xxxiij.q.j.c. cut eñ exhibuiſtis membra veſtra ſeruire immũ
requiſiti. dicie ⁊ iniquitati ad iniquitatem: ita nunc exhi
bete mẽbra veſtra ſeruire iuſticie in ſanctificatio
tiarum actionem deo. Qm̄ miniſterium huius of
D ficij non ſolum ſupplet ea que deſunt ſanctis ſed
etiam abundet per multas gratiarum actiones
in dn̄o per probationem miniſterij huius glorifi
cantes deum in obedientia confeſſionis veſtre in
euangelio chriſti ⁊ ſimplicitate cōmunicationis
veſtre in illos. ⁊ in oēs ⁊ in ipſorū obſecratione
pro vobis deſiderātium vos propter eminentem
gratiam dei in vobis. Gratias ago deo ſuper ine
narrabili dono eius.

Capi. Sūma. Excuſat ſe apoſtolus de ſibi
falſe impoſitis per facti euidentiam ac per ratio
nem ⁊ exempla. Capitulū.x.

Ipſe autem ego pau A
lus obſecro vos p mānſuetudinē
⁊ modeſtiā xp̄i: qui in facie qui
dē humilis ſum inter vos: ab-
ſens aūt cōfido in vobis. Rogo
aūt vos ne p̄ns audeā per eam
cōfidentiā qua exiſtimo audere B
in quoſdā: qui arbitrantur nos tanq̄ ſm carnem
ambulemus. In carne em̄ ambulātes: nō tn̄ ſm
carnē militamus. Nā arma milicie noſtre nō car
nalia ſunt: ſed potētia deo ad deſtructionē muni
tionū cōſilia deſtruētes: ⁊ omnē altitudinē extol
lentē ſe aduerſus ſciētiā dei: ⁊ in captiuitatē redi
gētes oēm intellectū in obſequiū xp̄i: ⁊ in pmptu
habētes vlciſci oēm inobediētiā: cū impleta fue-
rit veſtra obedientia. Que ſm faciē ſunt videte. xxiij.q.iij
Si quis ɔfidit xp̄i ſe eſſe: hoc cogitet iterū apud c. de crea
ſe: q: ſicut ⁊ ipſe xp̄i eſt: ita ⁊ nos. Nā ⁊ ſi amplius tione
aliquid gloriatus fuero de ptāte noſtra quā de- C
dit nobis dn̄s in edificationē: ⁊ nō in deſtructio xxv.q.j.c.
nē veſtrā: nō erubeſcā. Vt aūt nō exiſtimer tanq̄ ſcitiniatis
terrere vos per epiſtolas: qm̄ quidē ep̄le inquiunt
graues ſūt ⁊ fortes. Preſentia aūt corporis infir
ma ⁊ ſermo contemptibilis hoc cogitet qui eiuſ-
modi eſt: q: quales ſumus verbo per ep̄las abſen D
tes: tales ⁊ p̄ſentes in facto. Nō em̄ audemus in
ſerere aut cōparare nos quibuſdā qui ſeipſos cō-
mendant: ſed ipſi in nobis noſmetipſos men- Ephe.iiij
tientes ⁊ comparātes noſmetipſos nobis. Nos Apo.iij.c.
autem non in immenſum gloriabimur: ſed ſm mē
ſurā regule qua mēſus eſt nobis deus mēſurā p-
tingēdi vſq; ad vos. Nō em̄ quaſi nō pertingen
tes ad vos. ſuperextēdimus nos. Vſq; ad vos em̄
peruenimus in euāgelio xp̄i: nō in immēſum glo
riātes in alienis laboribus. Spē aūt habētes cre
ſcentis fidei veſtre in vobis magnificari ſm regu i.Cor.i.b
lā noſtrā in abūdātia: etiam in illa que vltra vos ij.ef.ij.c
ſunt euāgelizare: nō in aliena regula in his que p
parata ſunt gloriari. Qui aūt gloriaẗ in dn̄o glo-
rietur. Nō em̄ qui ſeipſum cōmēdat ille proba-
tus eſt: ſed quē deus cōmendat.

C. S. Apoſtolus ſuā ponit cōmēdationes
premittendo rationē cōmēdationis ex ſuis ope-
ribus ac malis perpeſſis. Capitulum.xi.

Vtinam ſuſtineretis A
modicum quid inſipientie mee xxvij.di.c
ſed ⁊ ſupportate me. Emulor xxvij.q.j.c.
enim vos dei emulatione. De- nuptiarum
ſpondi enim vos vni viro: virgi Oſe.ij.d.
nem caſtā exhibere chriſto. Ti
meo autem ne ſicut ſerpens

euā ſeduxit in aſtutia ſua: ita corrūpantur ſenſus
veſtri: ⁊ excidant a ſimplicitate que eſt in chriſto
ieſu. Nam ſi is qui venit alium chriſtū predicat
quem non predicauimus: aut alium ſpiritum ac-
cipitis quem non accepiſtis: aut aliud euangeliū
quod non recepiſtis: recte pateremini. Exiſtimo
B enim nihil me minus feciſſe a magnis apoſtolis.
Nam ⁊ ſi imperitus ſermone: ſed non ſcientia.
In omnibus autem manifeſtus ſum vobis. Aut
nunquid peccatum feci meipſum humilians vt
vos exaltemini. Quoniam gratis euangeliū dei
euangelizaui vobis: alias eccleſias expoliaui: ac-
cipiens ſtipendium ad miniſterium veſtrum. Et
cum eſſem apud vos ⁊ egerem: nulli oneroſus fui
Nam quod mihi deerat ſuppleuerunt fratres q
venerunt de macedonia: ⁊ in omnibus ſine onere
C me vobis ſeruaui ⁊ ſeruabo. Eſt veritas chriſti
in me: quoniam hec gloriatio non infringitur in
me in regionibus achaie. Quare. Quia non dili-
go vos. Deus ſcit. Quod autem facio et faciam
vt amputem occaſionem eorum qui volunt occa
ſionem: vt in quo gloriantur: inueniantur ſicut
et nos. Nam eiuſmodi pſeudo apoſtoli ſunt ope
xxvj. qō. v. epiſcopi. De regu. ſcilicet. rarij ſubdoli transfigurantes ſe in apoſtolos chri
ſti. Et non mirum. Ipſe enim ſathanas transfi-
gurat ſe in angelum lucis. Non ergo eſt magnū
ſi miniſtri eius transfigurentur velut miniſtri iu
ſticie quorum finis erit ſm opera ipſorum. Ite-
D rum dico ne quis putet me inſipientē eſſe. Alio
quin velut inſipientem accipite me: vt et ego mo
dicū quid glorier. Quod loquor non loquor ſm
deum ſed quaſi in inſipientia in hac ſubſtantia
glorie quoniam multi gloriantur ſm carnem: et
ego gloriabor. Libenter enim ſuffertis inſipien-
tes cum ſitis ipſi ſapientes. Suſtinetis enim ſi
quis vos in ſeruitutem redigit: ſi quis deuorat:
E ſi quis accipit: ſi quis extollitur: ſi quis in faciē
vos cedit. Secundum ignobilitatem dico quaſi
nos infirmi fuerimus in hac parte. In quo quis
audet: in inſipiētia dico audeo ⁊ ego. Hebrei ſūt
i. cor. iiij. a. ⁊ ego. Iſraelite ſunt ⁊ ego. Semen Abrae ſunt
i. Timo. iij. a. ⁊ ego. Miniſtri chriſti ſunt et ego. Ut minus ſa
piens dico plus ego. In laboribus plurimis: in
ſ. vj. a. carceribus abundantius: in plagis ſupra modū
i. q. iij. c. ſaluator. in mortibus frequenter. A iudeis quinquies qua
dragenas vna minus accepi. Ter virgis ceſus
F ſum: ſemel lapidatus ſum. Ter naufragium feci:
nocte et die in profundo maris fui. In itineribus
ſepe: periculis fluminum: periculis latronum: pe
ij. Teſ. iij. b riculis ex genere: periculis ex gentibus: pericu-
lis in ciuitate: periculis in ſolitudine: periculis
deut. xxviij b. in mari periculis in falſis fratribus. In labore et
erumna: in vigilijs multis: in fame ⁊ ſiti: in ieiu-
G nijs multis. In frigore et nuditate: preter illa q̄
ij. qō. vij. c. plerūq. intrinſecus ſunt inſtantia mea: quotidiana ſolli-
citudo omnium eccleſiarum. Quis infirmatur: ⁊
xxij. q. i. c. q̄ dignior. ego non infirmor? Quis ſcandalizatur: et ego
non vror? Si gloriari oportet: que infirmitatis
mee ſunt gloriabor. Deus et pater domini no-
ſtri Jeſu chriſti ſcit qui eſt benedictus in ſecu-
la ꝙ non mentior. Damaſci prepoſitus gentis.
Arethe Regis cuſtodiebat ciuitatem damaſceno
rum: vt me comprehenderet. Et per feneſtram Act. ix. e.
in ſporta dimiſſus ſum per murum: ⁊ ſic effugi
manus eius.

¶ Capituli Summariū. ¶ Recōmendat ſe apo
ſtolus ex diuinis reuelationibus: ⁊ ponit ibi reme
dium contra periculum ſuperbie: ⁊ ſeipſum excu
ſat: ponens beneficia corinthijs impenſa.

Capitulū. xij.

A
Si gloriari oportet xxvj. q. v. c. epi.
non expedit quidem. Ueniam
autem ad viſiones ⁊ reuelatio-
nes domini. Scio hominem in
chriſto ante annos quattuor-
decim: ſiue in corpore ſiue ex-
tra corpus neſcio: deus ſcit ra-
ptum huiuſmodi vſq ad tertium celum. Et ſcio
huiuſcemodi hominem ſiue in corpore ſiue extra
corpus neſcio: deus ſcit quoniam raptus eſt in
paradiſum ⁊ audiuit archana verba que non li- B
cet homini loqui. Pro huiuſcemodi gloriabor:
pro me autem nihil: niſi in infirmitatibus meis.
Nam ⁊ ſi voluero gloriari non ero inſipiens: ve-
ritatem enim dicam. Parco autem ne quis me
exiſtimet ſupra id quod videt in me: aut audit ali
quid ex me. Et ne magnitudo reuelationum ex- C
tollat me: datus eſt mihi ſtimulus carnis mee an
gelus ſathane qui me colaphizet. Propter qđ
ter dominum rogaui vt diſcederet a me. Et di-
xit mihi. Sufficit tibi gratia mea: nam virtus in
infirmitate perficitur. Libenter igitur gloriabor
in infirmitatibus meis. vt inhabitet in me virtus D
chriſti. Propter quod placeo mihi in infirmi-
tatibus meis: in contumelijs: in neceſſitatibus:
in perſecutionibus: in anguſtijs pro chriſto. Cū
enim infirmor tunc potens ſum. Factus ſum
inſipiens vos me coegiſtis. Ego enim a vo-
bis debui commendari. Nihil enim minus fe-
ci ab his qui ſunt ſupra modum apoſtoli. Tam-
etſi nihil ſum: ſigna tamen apoſtolatus mei
facta ſunt ſuper vos in omni patientia. in ſignis
et prodigijs ⁊ virtutibus. Quid eſt enī quod mi E
nus habuiſtis pre ceteris eccleſijs niſi ꝙ ego ipſe De ceſſi. c. cū apls.
non grauaui vos? Donate mihi hanc iniuriam.
Ecce tertio hoc paratus ſum venire ad vos: et
non ero grauis vobis. Non enim quero que ve-
ſtra ſunt: ſed vos. nec enim debent filij parenti-
bus theſaurizare: ſed parentes filijs. Ego autem
libentiſſime impendam et ſuperimpendar ego- F
ipſe pro animabus veſtris: licet plus vos dili-
gens minus diligar. Sed eſto. Et vos non gra-
uaui: ſed cū eſſem aſtutus dolo vos cepi. Nunqđ
per aliquem eorum quos miſi ad vos circumueni
vos? Rogaui titum: Et miſi cum illo fratrem.
Nunquid titus vos circūuenit. Nōne eodē ſpi-

ritu ambulauimus? Nōne eiſdē veſtigijs. Olim
putatis ꝙ excuſemus nos apud vos. Coram deo
in chriſto loquimur. Omnia autem chariſſimi ꝓ
xj.q.ō.iij.c. pter edificationem veſtram. Timeo enim ne for-
anteceſſo- te cum venero: non quales volo inueniam vos et
res.in fi. ego inueniar a vobis qualem non vultis: ne forte
Gal'.v.d. cōtentiones: emulationes: animoſitates: diſſen-
ſiones: detractiones: ſuſurrationes: inflationes:
B ſeditiones ſint inter vos. Ne iterū cū venero hu
miliet me deus apud vos ⁊ lugeam multos ex his
qui ante peccauerunt: ⁊ nō egerunt penitentiam
ſuper immundicia ⁊ fornicatione ⁊ impudicitia
quam geſſerunt.

Capitu. Sūmariū. Vituperat apoſtolus adherentes prophetis falſis commendando perſiſtentes in vera doctrina: ⁊ finaliter ponitur ſaluatio. Capitulum. xiij.

A
ij.q.v.i pn. Ecce tertio hoc venio
deu.xvij.b. ad vos vt in ore duorum vel trium
ma. xviij.b teſtium ſtabit omne verbū. Pre-
Iob. viij.c dixi enim ⁊ predico vt preſens vo
Hebre.x.d bis ⁊ nūc abſens his qui ante pec
xxviij.q.j.c cauerunt ⁊ ceteris omnibus quoniā ſi venero ite
ſic enim. rum non parcam. An experimentū queritis eius
qui in me loquitur chriſtus. Qui in vobis non in
firmatur: ſed potens eſt in vobis. Nam ⁊ ſi cruci
B fixus eſt ex infirmitate: ſed viuit ex virtute dei.
Nam ⁊ nos infirmi ſumus in illo: ſed viuemus cū
eo ex virtute dei in vobis. Voſmetipſos tentate
ſi eſtis in fide: ipſvos probate an nō cognoſcitis
voſmetipſos: quia chriſtus ieſus in vobis eſt. Ni
ſi forte reprobi eſtis. Spero autē ꝙ cognoſcitis
quia nos non ſumus reprobi. Oramus autē deū
vt nihil mali faciatis: non vt nos probati parea-
mus: ſed vt vos quod bonum eſt faciatis. Nos
C autem vt reprobi ſimus. Nō poſſumus enim ali
quid aduerſus veritatem: ſed pro veritate. Gau-
demus enim quoniam nos infirmi ſumus: vos au
tem potentes eſtis. Hoc ⁊ oramus veſtram con-
ſummationem. Ideo enim hec abſens ſcribo: vt
non preſens durius agam ſm poteſtatem quā do
D minus dedit mihi in edificationē ⁊ nō in deſtru-
ctionem. De cetero autē fratres gaudete: perfe
cti eſtote exhortamini: idipſum ſapite. Pacē ha
bete. ⁊ deus pacis ⁊ dilectionis erit vobiſcū. Sa
lutate inuicem in oſculo ſancto. Salutant vos
oēs ſancti. Gratia dñi noſtri ieſu chriſti ⁊ chari-
tas dei: ⁊ communicatio ſancti ſpiritus ſit cum
omnibus vobis. Amen.

Explicit epiſtola pauli ad corinthios ſecunda.

Argumentum in epiſtolam ad galathas incipit.

Galathe ſūt greci. Hi verbū veritatis primū ab apoſtolo acceperūt. Sed poſt diſceſſum eius tentati ſunt a falſis apoſtolis: vt in legem ⁊ circūciſionem verterētur. Hos apl's reuocat ad fidē veritatis: ſcribens eis ab epheſo.

Argumentū explicit.

Epiſtola pauli ad Galathas incipit.

Capit. ſumma. Redarguit apoſtolus galathas de veloci tranſlatione ab euangelio chriſti quod tamen apoſtolus non ab homine accepit. nec ante ſuam conuerſionē nec poſt: ſed a chriſto. Capitulū. j.

Paulus apo ſtolus nō ab hōibus: neq per hominē ſed per ieſum xp̄m ⁊ deum patrem qui ſuſcitauit eum a mortuis: ⁊ qui mecum ſunt omnes fratres eccleſijs galathie. Gratia vobis ⁊ pax a deo patre noſtro ⁊ domino ieſu chriſto: qui dedit ſemetipſum pro peccatis noſtris: vt eriperet nos de preſenti ſeculo nequā: ſm voluntatem dei ⁊ patris nr̄i cui eſt gloria in ſecula ſeculorū amen. Miror ꝙ ſic tam cito transferemini ab eo qui vos vocauit in gratiam xp̄i: in aliud euangeliū qd̄ non eſt aliud niſi ſunt aliqui qui vos conturbant: ⁊ volunt conuertere euangeliū xp̄i. Sed licet nos aut angelus de celo euāgelizet vobis. preterꝙ quod euangelizauimus vobis: anathema ſit. Sicut prediximus ⁊ nunc iterū dico. Si quis vobis euangelizauerit p̄ter id qd̄ accepiſtis anathema ſit. Modo enim hominibus ſuadeo: an deo. An quero hominibus placere. Si adhuc hominibus placerē: xp̄i ſeruus non eſſem. Notum enim vobis facio fratres euangeliū qd̄ euangelizatū eſt a me: q: non eſt ſm hominem. Neq enim ego ab hoie accepi illud neq didici: ſed per reuelationē ieſu xp̄i. Audiſtis enim conuerſationē meam aliqn̄ in iudaiſmo: qm̄ ſupra modum perſequebar eccleſiā dei: ⁊ expugnabā illam: ⁊ pficiebā in iudaiſmo ſupra multos coetaneos meos in gn̄e meo. abundantius emulator exiſtens paternarū mearū traditionum. Cū autē placuit ei qui me ſegregauit ex vtero

matris mee: ⁊ vocauit per grã ſuã vt reuelaret filiũ ſuũ in me: vt euãgelizarẽ illum in gentibus: continuo nõ acqeui carni ⁊ ſanguini. Neqʒ veni hyeroſolymã ad anteceſſores meos apoſtolos ſʒ abij in arabiã: ⁊ iterũ reuerſus ſum damaſcũ. De
D inde poſt annos tres veni hieroſolymã videre petrũ: ⁊ manſi apud eum diebus quindecim. Aliuʒ autẽ apoſtolorũ vidi neminem niſi iacobum fratrẽ dñi. Que autẽ ſcribo vobis: ecce corã deo: q2 non mentior. Deinde veni in partes ſyrie ⁊ cilicie. Eram autem ignotus facie eccleſijs iudee que erant in chriſto. Tantũ autem auditũ habebant: qm̃ qui perſequebatur nos aliquãdo: nũc euãgelizat fidem quam aliquãdo expugnabat: ⁊ in me clarificabant deum.

¶ Capi. Sũma. ¶ Oſtẽdit apl's circunciſionẽ non eſſe neceſſariã ex approbatione ⁊ auctoritate aliorum apoſtolorum: ⁊ reſtitit apoſtolus petro qui videbatur aliqualiter circunciſionem palliare: concludens legalia nõ eſſe ſeruanda.

Capitulum.ij.

A Deinde poſt annos quattuordecim iterum aſcendi hieroſolymam cum barnaba: aſſumpto ⁊ tito. Aſcendi autẽ ſm reuelationem: ⁊ contuli cũ illis euangeliũ quod predico in gentibus. Seorſum autẽ his qui videbantur aliquid eſſe: ne forte inuacuũ currereʒ aut cucurriſſem. Sed neqʒ titus qui mecum erat cum eſſet gentilis compulſus eſt circũcidi: ſed ꝓpter ſubintroductos falſos fratres: q̃ ſubintroierunt explorare libertatem noſtraʒ quã habemus in chriſto ieſu: vt nos in ſeruitutẽ redigerent quibus neqʒ ad horam ceſſimus ſubiectioni: vt veritas euangelij permaneat apud vos.
B Ro.ij.b. Ab his autẽ qui videbantur eſſe aliquid: quales aliquãdo fuerint: nihil mea intereſt. Eph.vj.b. Deus enim pſonã hoĩs Colo.iij.d. non accipit. Mihi aũt qui videbantur eſſe aliqd Actu.x.f. nihil contulerunt: ſed econtra cũ vidiſſent ꝙ cre- Jaco.ij.b. ditum eſt mihi euangeliũ preputij ſicut ⁊ petro circũciſionis. Qui eniʒ operatus eſt petro in apoſtolatũ circunciſionis: operatus eſt ⁊ mihi inter gentes. Et cũ cognouiſſent gratiã que data eſt mihi: iacobus ⁊ cephas ⁊ iohannes qui videbantur columne eſſe: dextras dederunt mihi ⁊ barnabe ſocietatis: vt nos in gentes: ipſi autẽ in circũ-
C viij.diſ.c.q ciſionem tm̃ vt pauperũ memores eſſemus. Qđ contenta. etiam ſollicitus fui hoc ipſum facere. Cum auteʒ veniſſet cephas antiochiam: in faciẽ ei reſtiti: q2 reprehenſibilis erat. Prius enim ꝙ veniret quidam a iacobo: cũ gentibus edebat. Cum autẽ veniſſent: ſubtrahebat ⁊ ſegregabat ſe: timens eos qui ex circũciſione erant: ⁊ ſimulationi eius conſenſerunt ceteri iudei: ita vt barnabas duceretur ab eis in illã ſimulationeʒ. Sed cum vidiſſem ꝙ non recte ambularent ad veritatẽ euangelij: dixi cephe corã oĩbus. Si tu cũ iudeus ſis: gentiliter viuis ⁊ nõ iudaice: quomodo gentes cogis iudaizare. Nos natura iudei: ⁊ non ex gentibus peccatores. Scientes autẽ ꝙ non iuſtificatur homo D
ex operibus legis: niſi per fidẽ ieſu xp̃i: ⁊ nos in xp̃o ieſu credimus vt iuſtificemur ex fide chriſti: Ro.iij.c.
⁊ nõ ex operibus legis. Propter qđ ex operibus legis non iuſtificabitur omnis caro. Quod ſi querentes iuſtificari in chriſto: inuenti ſumus ⁊ ipſi peccatores: nũquid chriſtus peccati miniſter eſt. Abſit ſi enim que deſtruxi iterum hec reedifico: preuaricatorem me conſtituo. Ego eniʒ per legẽ legi mortuus ſum vt deo viuã: xp̃o confixus ſum cruci. Viuo aũt iam nõ ego: viuit vero in me xp̃s Quod aũt nunc viuo in carne: in fide viuo filij dei qui dilexit me: ⁊ tradidit ſeipſum pro me. Non abijcio gratiaʒ dei. Si eñ per legẽ iuſticia ergo gratis chriſtus mortuus eſt.

¶ Capituli Summarium. ¶ Increpantur galathe: ac oſtendens apoſtolus imperfectionem legis moiſaice: dicit iuſticiã eſſe ex fide: annectẽdo legis vtilitatem.

Capitulum.iij.

A O Inſenſati galathe qs vos faſcinauit non obedire veritati: Ante quorum oculos chriſtus ieſus proſcriptus eſt: ⁊ in vobis crucifixus. Hoc ſolũ a vobis volo diſcere. Ex operibus legis ſpiritũ accepiſtis: an ex auditu fidei. Si ſtulti eſtis vt cũ ſpiritu ceperitis: nũc carne cõſummamini. Tãta paſſi eſtis ſine cauſa: ſi tamẽ ſine cauſa. Qui ergo tribuit vobis ſpiritũ ⁊ operatur virtutes in vobis ex operibus legis an ex auditu fidei: ſicut ſcriptũ ẽ. Abrahã cre- Gen.xv.b.
didit deo: ⁊ reputatũ eſt illi ad iuſticiã. Cognoſci- Ro.iiij.a.
te ergo quia qui ex fide ſunt hi ſunt filij abrae. Jaco.ij.d.
Prouidens autem ſcriptura: quia ex fide iuſtifi- Gen.xxij.
cat gentes deus: prenunciauit abrae: quia bene- d.
dicetur in te omnes gentes. B Igit qui ex fide ſunt benedicentur cum fideli abraam. Quicũqʒ enim ex operibus legis ſunt ſub maledicto ſunt. Scriptum eſt enim. Maledictus omnis qui non permanſerit in oĩbus que ſcripta ſũt in libro legis vt faciat ea. Quoniã autẽ in lege nemo iuſtificatur apud deum manifeſtũ eſt: quia iuſtus ex fide viuit. Lex autem non eſt ex fide: ſed qui fecerit ea viuet in illis. Chriſtus nos redemit de maledicto
legis factus pro nobis maledictũ quia ſcriptum Deu.xxvij.d.
eſt. Maledictus omnis qui pendet in ligno: vt in gentibus benedictio abrae fieret in chriſto ieſu
vt pollicitationẽ ſpiritus accipiamus per fidem. Hebre.ix.
Fratres: ſm hominẽ dico tamen hominis confir- c.
matum teſtamentuʒ nemo ſpernit aut ſuperordi- C
nat. Abrae dicte ſunt promiſſiones ⁊ ſemini eius. Non dicit et ſeminibus quaſi in multis: ſed quaſi in vno ⁊ ſemini tuo qui eſt chriſtus. Hoc autẽ dico teſtamentũ cõfirmatum a deo: que poſt quadringẽtos ⁊ triginta annos facta eſt lex: non irritum facit ad euacuandam promiſſionem. Nam ſi

ex lege hereditas.iam nō ex promiſſione. Abrae
autem per repromiſſionem donauit deus. Quid
igitur lex? Propter tranſgreſſionem poſita eſt.
donec veniret ſemen cui promiſerat:ordinata ꝑ
angelos in manu mediatoris. Mediator autem
vnius nō eſt:deus aūt vnus eſt. Lex ergo aduer-
ſus promiſſa dei. Abſit. Si enim data eſſet lex q̄
poſſet viuificare vere ex lege eſſet iuſticia. Sed
D concluſit ſcriptura omnia ſub peccato vt promiſ
d pe.di. iij. ſio ex fide ieſu chriſti daretur credentibus. Pri⁹
c.totam. autē ꝙ veniret fides ſub lege cuſtodiebamur:cō
cluſi in eam fidem que reuelanda erat. Itaq; lex
xxiij.q.iiij. pedagogus noſter fuit in chriſto:vt ex fide iuſti-
c.hec aūt. ficemur. At vbi venit fides iam non ſumus ſub
Ro.vj.a. pedagogo. Omnes enim filij dei eſtis per fidem
de cōſe.diſ. que eſt in chriſto ieſu. Quicunq; enim in chriſto
iiij.c.qūo. ieſu baptizati eſtis chriſtum induiſtis. Nō eſt iu
in fi. deus neq; grecus:non eſt ſeruus neq; liber:⁊ nō
xxix.q.ij.in eſt maſculus neq; femina. Omnes enim vos vnū
prin. eſtis in xp̄o ieſu. Si aūt vos xp̄i:ergo ſemē abrae
de pñ.ſer. eſtis ſm promiſſionem heredes.
c.j.

Capit. Summa. Oſtēdit apoſtolus ceſſa
tionē legalium per duas ſimilitudines:interpoſi
ta galatharum ingratitudine. Capi.iiij.

A

DIco autem. Quanto
tempore heres paruulus eſt:nihil
xxiiij.q.iij. differt a ſeruo cum ſit dominus
c. quidam. omniū:ſed ſub tutoribus ⁊ acto
ribus eſt vſq; ad prefinitum tem
de cōſc. di. pus a patre. Ita ⁊ nos cum eſſemus paruuli ſub
iiij.c.pprie clementis mundi eramus ſeruientes. At vbi ve-
in fi. nit plenitudo temporis miſit deus filium ſuum
factum ex muliere:factum ſub lege vt eos qui ſub
lege erant redimeret:⁊ adoptionem filiorum re-
ciperemus. Quoniā aūt eſtis filij dei.miſit deus
ſpiritū filij ſui in corda veſtra clamante abba pa
Ro.viij.e. ter. Itaq; iam non eſt ſeruus ſed filius:ꝙ ſi fili⁹
⁊ heres per deum. Sed tunc quidem ignorantes
B deū his qui natura nō ſunt dij ſeruiebatis. Nūc
autē cum cognoueritis deum immo cogniti ſitis
a deo quomodo conuertimini iterum ad infirma
⁊ egena elementa quibus denuo ſeruire vultis:
dies obſeruatis ⁊ menſes ⁊ tempora ⁊ annos. Ti
meo ne forte ſine cauſa laborauerī in vobis. Eſto
te ſicut ego:q: ⁊ ego ſicut vos. Fratres obſecro
vos nihil me leſiſtis. Scitis autē q: per infirmi-
tatem carnis euangelizaui vobis iampridē:⁊ ten
tationem veſtram in carne mea non ſpreuiſtis ne
q; reſpuiſtis ſed ſicut angelū dei excepiſtis me
ſicut xp̄m ieſum. Vbi eſt ergo beatitudo veſtra?
C Teſtimoniū enim perhibeo vobis:quia ſi fieri po
tuiſſet oculos veſtros eruiſſetis ⁊ dediſſetis mi-
hi. Ergo inimicus vobis factus ſum:verū dicēs
vobis. emulantur vos nō bene:ſed excludere vos
volunt:vt illos emulemini. Bonum autem emu-
lamini in bono ſemper:⁊ nō tantum cum preſens
ſum apud vos. Filioli mei quos iterum parturio
donec formetur chriſtus in vobis. Vellem autē

eſſe apud vos modo.⁊ mutare vocem meam:quo
niam confundor in vobis. Dicite mihi qui ſub le
ge vultis eſſe. Legem non legiſtis. Scriptum eſt Gen.xx
enim:quoniam abraam duos filios habuit:vnū
de ancilla:⁊ vnū de libera. Sed qui de ancilla ſm
carnem natus eſt:qui autem de libera per repro-
miſſionem que ſunt per allegorias dicta. Hec em̄
ſunt duo teſtamenta:vnum quidem in mōte ſina
in ſeruitutē generans que eſt agar. Sina enim
mons eſt in arabia qui coniunctus eſt ei que nūc D
eſt hieruſalē ⁊ ſeruit cum filijs ſuis. Illa aūt que
ſurſum eſt hieruſalem libera eſt:que eſt mater no Sap.iiij.c.
ſtra:ſicut ſcriptum eſt. Letare ſterilis que non pa Eſa.liiij.
ris.erūpe ⁊ clama que non parturis q: multi filij Lu.xxiij.
deſerte magis ꝙ eius que habet virum. Nos aūt Ro.ix.b.
fratres ſm iſaac promiſſionis filij ſumus. Sed xxiij.q.iiij.
quomodo tunc is qui ſm carnem natus fuerat ꝑ c.q̄ ſcōzā
ſequebatur eum qui ſm ſpiritum:ita ⁊ nunc. Sz nē.xxiij.q.
quid dicit ſcriptura. Eijce ancillam ⁊ filium eius. ij.c.nō
Nō enim heres erit filius ancille cum filio libere ⁊.c.recu
Itaq; fratres non ſumus ancille filij:ſed libere: rat.l
qua libertate chriſtus nos liberauit.

Capituli Summarium. Inducuntur gala
the legalia non obſeruare propter euaſionē ma-
lorum:de inde ex conſecutione bonorum:⁊ diſtin
guūtur opera carnis ⁊ ſpiritus.

Capitulum.v.

STate et nolite iterum A
iugo ſeruitutis contineri. Ecce Act.xv.
ego paulus dico vobis:qm̄ ſi cir-
cumcidamini:xp̄s vobis nihil pro
derit. Teſtificor autem rurſus om
ni homini circūcidēti ſe:qm̄ debitor eſt vniuerſe j.vj.d.
legis faciende. Euacuati eſtis a chriſto:qui in le- B
ge iuſtificamini:a gratia excidiſtis. Nos enim ſpi ē.iij.a.
ritu ex fide ſpem iuſticie expectamus. Nā in chri
ſto ieſu:neq; circūciſio aliquid valet:neq; prepu
tium:ſed fides que per charitatē operatur. Cur-
rebatis bn̄:quis vos impediuit veritati nō obedi
re. Nemini conſenſeritis. Perſuaſio hec non eſt
ex eo qui vocat vos. Modicū fermentū: totam j.Co.v.b.
maſſam corrūpit. Ego confido in vobis in dn̄o:
ꝙ nihil aliud ſapietis. Qui autē conturbat vos:
portabit iudiciū quicūq; eſt ille. Ego autem fra
tres ſi circūciſionē adhuc predico:quid adhuc ꝑ
ſecutionē patior? Ergo euacuatum eſt ſcandalū ē.v.
crucis. Vtinam abſcindātur qui vos conturbāt.
Vos enim in libertatē vocati eſtis fratres tm̄ ne C
libertatem in occaſionem detis carnis:ſed ꝑ cha
ritatem ſpiritus ſeruire inuicem. Omnis em̄ lex mat.xxij.d.
in vno ſermone impletur. Diliges proximū tuū mar.xij.d.
ſicut teipſum. Qd ſi inuicē mordetis ⁊ comedi- Lu.x.e.
tis:videte ne ab inuicē cōſummamini. Dico aūt Ro.xiij.b.
in xp̄o. Spiritu ambulate:⁊ deſideria carnis nō j.Pe.ij.b.
perficietis. Caro em̄ cōcupiſcit aduerſus ſpiritū Ro.viij.b.
ſpūs aūt aduerſus carnē. Hec em̄ ſibi inuicē ad- xxiij.q.v.
uerſantur:vt nō quecūq; vultis illa facitis. Qd c.ias po.

itē cū gala thas.xix.q ij.c.Due ſūt De regu.c licet.

ſi ſpū ducemini:nō eſtis ſub lege. Manifeſta ſūt aūt opera carnis. Que ſunt fornicatio:immundicia:impudicitia:luxuria:idolorū ſeruitus:veneficia:inimicitie:ꝛ contentiones:emulationes : ire:rixe:diſſentiones:ſecte:inuidie:homicidia:ebrietates:comeſationes:ꝛ his ſimilia que predico vobis ſicut ꝑdixi:quoniā qui talia agūt : regnū dei nō cōſequentur. Fructus aūt ſpūs eſt,charitas:gaudiū:pax:patientia:benignitas:bonitas:longanimitas:manſuetudo:fides modeſtia:cōtinentia:caſtitas. Aduerſus huiuſcemodi non eſt lex. Qui autē ſunt xp̄i:carnem ſuam crucifixerunt cū vitijs ꝛ concupiſcentijs.

D ij.cor.xij.S. xxxij.q.iiij. c.in eo. De prebē. c.auaricie. xxj.di.c. de nicꝫ.vj. q.j c.illi qui. Ro.xiij.d. j.Pe.ij.b.

Capi. Sum. Monet galathas apl's ad mutuā ſupportationem:ꝛ confirmat dicta de ceſſatione legalium. Capitulum.vj.

A

I ſpiritu viuimus ſpū ꝛ ambulemus. Nō efficiamur inanis glorie cupidi inuicem prouocantes:inuicem inuidentes. Fratres ꝛ ſi preoccupatus homo fuerit in aliquo delicto vos qui ſpūales eſtis:huiuſcemodi inſtruite in ſpū lenitatis:cōſiderās teipſū ne ꝛ tu tēpteris. Alter alterius onera portate:et ſic adimplebitis legē xp̄i. Nam ſi quis exiſtimat ſe aliquid eſſe cum nihil ſit:ipſe ſe ſeducit. Opus autē ſuū probet vnuſquiſqꝫ:ꝛ ſic in ſemetipſo tm̄ gloriā habebit:ꝛ non in altero. Unuſquiſqꝫ em̄ onus ſuum portabit. Cōmunicet autē is qui cathezizatur verbo ei qui ſe cathezizat in omnib9 bonis. Nolite errare:deus nō irridetur. Que em̄ ſeminauerit homo:hec ꝛ metet:qm̄ q̄ ſeminat in carne ſua:de carne ꝛ metet corruptionē. Qui aūt ſeminat in ſpū.de ſpū metet vitam eternam. Bonū aūt facientes non deficiamus:tēpore em̄ ſuo metemur non deficiētes. Ergo dū tempus habemus operemur bonū ad oēs maxime aūt ad domeſticos fidei. Uidete qualibus litteris ſcripſi vobis mea manu. Quicūqꝫ enim volunt placere in carne:hi cogūt vos circūcidi tantū vt crucis xp̄i perſecutionē nō patiant̄. Neqꝫ em̄ qui circuncidunt̄ legē cuſtodiunt:ſed volūt vos circūcidi:vt in carne veſtra glorient̄. Mihi aūt abſit gloriari niſi in cruce dñi noſtri ieſu xp̄i:ꝑ quē mihi mundus crucifixus eſt ꝛ ego mundo. In xp̄o em̄ ieſu neqꝫ circūciſio aliquid valet:neqꝫ ꝓputiū:ſed noua creatura. Et q̇cūqꝫ hāc regulā ſecuti fuerint pax ſuꝑ illos:ꝛ mia ꝛ ſuper iſrael dei. De cetero nemo mihi moleſtus ſit. Ego em̄ ſtigmata dñi ieſu in corpore meo porto. Gratia dñi nr̄i Jeſu xp̄i cum ſpiritu veſtro fratres. Amen.

B xxiij.q.iiij. c.ſi qs a catholica.ꝛ.c forte. xiij.q.j.c.eccleſias. De pe.ꝛ remiſ.c.cum ex ore. ij.Teſſal. iij.c.

C

D ij.v.a.j

Epiſtola Pauli ad galathas explicit.

Argumētū in ep̄ſam ad epheſios incipit.

Epheſi ſunt aſiani. Hi accepto verbo veritatis ꝑſtiterunt in fide. Hos collaudat apoſtolus : ſcribens eis ab Urbe Roma de carcere per Tychicum dyaconum.

Argumentum explicit.

Epiſtola Pauli ad epheſios incipit.

Capi. Sūma. Ponit aliquorū diuina ꝑdeſtinatio:ꝛ recolūtur diuina bñficia facta apoſtolis ꝛ epheſijs. Capitulū.j

A

Paulus apoſtol9 ieſu xp̄i:ꝑ voluntatē dei omnib9 ſanctiſ qui ſūt epheſi:ꝛ fidelib9 oib9 in xp̄o ieſu. Gr̄a vobiſ ꝛ pax a deo patre nr̄o domino ieſu chriſto. Benedictus deus ꝛ pater dñi noſtri ieſu chriſti qui bñdixit nos in omni benedictione ſpūali in celeſtibus in xp̄o. Sicut elegit nos in ipſo ante mundi cōſtitutionē:vt eſſem9 ſancti ꝛ immaculati in ꝯſpectu eius in charitate. Qui ꝑdeſtinauit nos in adoptionē filiorū ꝑ ieſum xp̄ꝫ in ip̄m ſm ꝓpoſitū voluntatis ſue in laudem glorie gr̄e ſue in qua gratificauit nos in dilecto filio ſuo in quo habem9 redēptionē ꝑ ſanguinē eius in remiſſionē peccatorū ſm diuitias gr̄e eius q̄ ſuꝑabūdauit in nobis i omni ſapiētia ꝛ prudētia:vt notū faceret nobis ſacramētū volūtatis ſue ſm bñplacitū eius qd̄ ꝓpoſuit in eo in diſpēſatione plenitudinis tēporum inſtaurare oīa in xp̄o q̄ in celis ꝛ q̄ in terra ſunt in ipſo. In quo etiam nos forte vocati ſumus ꝑdeſtinati ſm ꝓpoſitū eius qui operat̄ omnia ſm cōſiliū volūtatis ſue:vt ſimus in laudē glorie eius:nos qui ante ſperauimus in xp̄o. In quo ꝛ vos cū audiſſetis verbū veritatis euāgeliū ſalutis vr̄e:in quo ꝛ credētes ſignati eſtis ſpū ꝓmiſſiōis ſancto:q̄ eſt pignus hereditatis noſtre in redēptionē acquiſitionis in laudē glorie ipſius. Propterea ꝛ ego audiēs fidē veſtrā que eſt in xp̄o ieſu:ꝛ dilectionē in omnes ſanctos nō ceſſo gratias agēs ꝑ vobis memoriā veſtri faciēs in orationibus meis

de pe.di.iiij c.bñdictus ꝛ.c.i domo

B

C

vt deus domini noſtri ieſu chriſti pater glorie det
vobis ſpiritum ſapientie ⁊ reuelationem in agni
tionem eius illuminatos oculos cordis veſtri: vt
D ſciatis que ſit ſpes vocationis eius. ⁊ que diui-
tie glorie hereditatis eius in ſanctis. Et que ſit
ſuperueniens magnitudo virtutis eius in nos q̇
credimus ſm̄ operationē potentie virtutis eius
quam operatus eſt in chriſto ieſu ſuſcitans illum
a mortuis: ⁊ cōſtituens ad dexteram ſuam in cele
ſtibus ſuper omnē principatum ⁊ poteſtatem et
virtutem ⁊ dominationem: ⁊ omne nomen quod
nominatur: non ſolum in hoc ſeculo: ſed etiam in
futuro: ⁊ omnia ſubiecit ſub pedib⁹ eius. Et ipm̄
dedit caput ſuper omnē eccleſiaꝫ: que eſt corpus
ipſius ⁊ plenitudo eius qui omnia in omnibus
adimpletur.

¶ Capi. Sūma. ¶ Inducitur epheſi ad gratia
ruꝫ actionē: quia ſunt a peccato liberati ⁊ ab alijs
gentibus ſegregati. Capitulū. ij.

A
Colo. ij. c. ET vos conuiuifica-
uit cum eſſetis mortui delictis
⁊ peccatis veſtris in quibus ali
quando ambulaſtis ſm̄ ſeculū
mūdi huius. ſm̄ principem po
teſtatis aeris huius ſpiritus q̇
nunc operatur in filios diffidē
tie: in quibus ⁊ nos omnes aliquando conuerſa
ti ſumus in deſiderijs carnis noſtre facientes vo
luntatem carnis ⁊ cogitationum: ⁊ eramus na-
tura filij ire ſicut ⁊ ceteri. Deus autē qui diues
xxvij. q. j. c. eſt in miſericordia propter nimiam charitatem
ſciēdū. De ſuam qua dilexit nos: ⁊ cum eſſemus mortui pec-
pe. diſ. ij. c. catis conuiuificauit nos in chriſto: cuius gratia
hanc ſocie eſtis ſaluati: ⁊ conreſuſcitauit ⁊ concedere fecit
tatem. in celeſtibus in chriſto ieſu: vt oſtenderet in ſecu
lis ſuperuenientibus abūdantes diuitias gratie
B ſue in bonitate ſuper nos in chriſto ieſu. Gratia
enim eſtis ſaluati per fidem: ⁊ hoc non ex vobis
Dei enim donū eſt: non ex operibus: vt ne quis
glorietur. Ipſius enim ſumus factura creati in
chriſto ieſu in operibus bonis q̄ preparauit deus
vt in illis ambulemus. Propter quod memores
eſtote q̄ aliquando vos qui gentes eratis in car
ne: qui dicebamini preputium ab ea que dicitur
circumciſio in carne manufacta: qui eratis illo tē
C pore ſine chriſto alienati a conuerſatione iſrael:
⁊ hoſpites teſtamentorum promiſſionis ſpeꝫ nō
habentes ⁊ ſine deo in hoc mundo. Nunc autem
in chriſto ieſu vos qui aliquando eratis longe fa
cti eſtis prope in ſanguine chriſti. ipſe eniꝫ eſt pax
noſtra qui facit vtraq; vnum ⁊ medium parietē
macerie ſoluens inimicitias in carne ſua legem
mandatorum decretis euacuans: vt duos condat
D in ſemetipſo in vno nouo homine faciens pacem
Luce. ij. b. vt reconciliet ambos in vno corpore deo per cru
cem interficiens. inimicitias in ſemetipſo: ⁊ ve-
niens euangelizauit pacem vobis qui longe fui-
ſtis: ⁊ pacē his qui prope: quoniam per ipſum ha

bemus acceſſum ambo in vno ſpiritu ad patreꝫ.
Ergo iam non eſtis hoſpites ⁊ aduene: ſed eſtis
ciues ſanctorum ⁊ domeſtici dei ſuperedificati ſu
per fundamentum apoſtolorum ⁊ prophetarum
ipſo ſūmo āgulari lapide chriſto ieſu in quo om
nis edificatio cōſtructa creſcit in templū ſanctū
in dn̄o. In quo ⁊ vos coedificamini in tabernacu
lum dei in ſpirituſancto.

¶ Capituli Summarium. ¶ Premittit apo-
ſtolus ad orandum pro epheſijs diſpoſitionem:
⁊ pro eis orat totū bonū eorum deo attribuendo.

Capitulum. iij.

HUius rei gratia A
ego paulus vinctus chriſti ieſu
pro vobis gentibus: ſi tamē au
diſtis diſpenſationē gratie dei
que data eſt mihi in vobis: quo
niā ſm̄ reuelationem notum fa
ctū mihi eſt ſacramentū: ſicut
ſupra ſcripſi in breui. prout poteſtis legentes in-
telligere prudētiam meā in miniſterio chriſti: qd̄
alijs generationibus nō eſt agnitū filijs hominū
ſicuti nunc reuelatū eſt ſanctis apoſtolis eius et
prophetis in ſpiritu eſſe gētes coheredes ⁊ cōcor B
porales ⁊ cōparticipes promiſſionis in chriſto ie- j. cori. xv. b.
ſu per euangelium: cuius factus ſum ego miniſter
ſm̄ donū gratie dei que data eſt mihi ſecūdū ope
rationē virtutis eius. Mihi enim omniū ſancto-
rum minimo data eſt gratia hec in gentibus euā
gelizare inueſtigabiles diuitias chriſti: ⁊ illumi-
nare omnes que ſit diſpēſatio ſacramēti abſcon
diti a ſeculis in deo qui oīa creauit: vt innoteſcat
principatibus ⁊ ptātibus in celeſtibus p̱ eccleſiā C
multiformis ſapiētia dei ſm̄ p̄finitionē ſeculorū
quā fecit in xp̄o ieſu dn̄o noſtro: in quo habem⁹
fiduciā ⁊ acceſſum in cōfidētia per fidē eius. Pro
pter quod peto ne deficiatis in tribulationibus
meis pro vobis: q̄ eſt gloria veſtra. Huius rei gr̄a
flecto genua mea ad patrē dn̄i noſtri ieſu xp̄i: ex
quo oīs paternitas in celis ⁊ in terra noīatur: vt
det vobis ſm̄ diuitias gl'ie ſue virtutē corrobora D
ri per ſpiritū eius in interiori hoīe xp̄m habitare
per fidē cordibus vr̄is in charitate radicati ⁊ fun
dati: vt poſſitis cōprehēdere cū oībus ſanctis q̄
ſit latitudo ⁊ longitudo ⁊ ſublimitas ⁊ p̱fundūꝫ.
Scire etiā ſupereminentē ſcientie charitatē xp̄i:
vt impleamini in omnē plenitudinē dei. Ei autē
qui potēs eſt oīa facere ſup̱abundāter q̄ꝫ petim⁹
aut intelligimus ſm̄ virtutē que operatur in no-
bis: ipſi gloria in eccleſia ⁊ in xp̄o ieſu in oēs ge-
nerationes ſeculi ſeculorū. Amen.

¶ Capituli. Sūmarium. ¶ Inſtruit apoſtolus
epheſios ad ſeruandā vnitatē eccleſiaſticā in con
uētione ⁊ diſtinctione mēbrorū: ac deinde inducit
ad morum honeſtatem.

Capitulum. iiij.

A
j.cor.vij.d.

Obſecro itaq vos ego vinctus in domino:vt digne am
buletis vocatiõe qua vocati eſtis
cū omni humilitate ⁊ māſuetudi
ne cū patiētia ſupportātes inui-
cem in charitate:ſolliciti ſeruare vnitatem ſpiri-
tus in vinculo pacis. Unū corpus ⁊ vnus ſpūs ſi
cut vocati eſtis in vna ſpe vocationis veſtre. Un⁹
dñs:vna fides:vnū baptiſma. Unus deus ⁊ pater
oīm qui ſup oēs ⁊ per omnia ⁊ in omnib⁹ nobis.
Unicuiq aūt noſtrū data eſt gratia ſm mēſurā
donationis xpi. Propter qđ dicit. Aſcēdēs in al
tum captiuā duxit captiuitatem:dedit dona ho-
minibus. Qđ aūt aſcēdit:qđ eſt niſi q ⁊ deſcēdit
primum in inferiores partes terre. Qui deſcendit
ipſe eſt ⁊ qui aſcēdit ſuper oēs celos:vt adimple
ret oīa. Et ipſe dedit quoſdam quidē apoſtolos
quoſdam autem prophetas:alios vero euangeli-
ſtas:alios aūt paſtores ⁊ doctores:ad cōſumma-
tionem ſanctorum opus miniſterij in edificatio-
nem corporis chriſti: donec occurramus omnes
in vnitatē fidei:⁊ agnitionis filij dei in virum per
fectum:in mēſuram etatis plenitudinis chriſti:vt
iam nō ſimus paruuli fluctuātes:⁊ circūferamur
omni vento doctrine in nequitia hominū:in aſtu
tia ad circumuentionem erroris. Ueritatē autem
facientes in charitate creſcamus in illo per om-
nia qui eſt caput xps:ex quo totū corpus compa
ctum ⁊ conexum per oēm iūcturam ſubminiſtra-
tionis ſm operationē in mēſuram vniuſcuiuſq
membri augmentum corporis facit in edificatio
nem ſui in charitate. Hoc igitur dico ⁊ teſtifico:
in dño:vt iam non ambuletis ſicut ⁊ gentes am
bulant in vanitate ſenſus ſui tenebris obſcuratū
habentes intellectum:alienati a vita dei p igno
rantiam:que eſt in illis propter cecitatē cordis
ipſorū:qui deſperantes ſemetipſos tradiderunt
impudicitie in operationē immundicie omnis in
auariciā. Uos aūt non ita didiciſtis xpm:ſi tamē
illum audiſtis:⁊ in ipſo edocti eſtis:ſicut eſt veri
tas in ieſu. Deponite vos ſm priſtinam cōuerſa
tione veterē hominē:qui corrumpitur ſm deſide
ria erroris. Renouamini aūt ſpiritu mētis veſtre
⁊ induite nouū hoīem qui ſm deum creatus eſt
in iuſticia ⁊ ſanctitate veritatis. Propter qđ de
ponentes mēdaciū loquimini veritatē vnuſqſq
cum proximo ſuo:quoniā ſumus inuicē mēbra.
Iraſcimini:⁊ nolite peccare. Sol nō occidat ſu-
per iracūdiam vrām. Nolite dare locū diabolo.
Qui furabat iam nō furetur:magis autē laboret
operādo manibus ſuis:qđ bonū eſt:vt habeat vn
de tribuat neceſſitatē patienti. Omnis ſermo malus
ex ore veſtro nō pcedat:ſed ſi quis bonus eſt ad
edificationē fidei:vt det gratiā audientibus. Et
nolite cōtriſtare ſpm ſanctum dei:in quo ſignati
eſtis in die redēptionis. Omnis amaritudo ⁊ ira
⁊ indignatio ⁊ clamor ⁊ blaſphemia tollat a vo-
bis cū omni malicia. Eſtote aūt inuicem benigni
miſericordes:donantes inuicem: ſicut ⁊ deus in
chriſto donauit vobis.

Marginalia (left): xv.diſti.c. ſancto.j.q.j.c. biq⁊.c.hāc regulam. de cōſe.diſ. iiij.c.itaq. — B — j.Cor.x.d. Pſa.lxvij.d. Johā.iij.b de here.c. et inimi. — cōcor. in vno — j.Cor.xij.d. — C — D — Roma.x.e. — E — Ro.vj.a. — F — Hebr.xij.a de cōſe.di. iiij.c.j. decō.di.iiij Coloſ.z.c. de pe.di. vj.c.quo re uocari. De apoſta.c. q dam. Pſa.iiij.b. Jaco.iiij.b j.Pe.iiij.a — G — Colo.iij.b

Capi. Sūma. Apls inducit epheſios ad ſe quēdum chriſtū in feruore charitatis: in decore ſanctitatis:ac veritate cognita:⁊ inſtruit perſo-nas iunctas matrimonio. Capitulū.v.

A

Eſtote ergo imitato-
res dei ſicut filij chariſſimi:⁊ am-
bulate in dilectione:ſicut ⁊ xpus
dilexit nos:⁊ tradidit ſemetipſū
pro nobis oblationē ⁊ hoſtiā deo
in odorē ſuauitatis. Fornicatio aūt ⁊ oīs immū
dicia aut auaricia nec noīetur in vobis ſicut de-
cet ſanctos:aut turpitudo:aut ſtultiloquiū:aut
ſcurrilitas:que ad rē non pertinet:ſ magis gra-
tiarum actio. Hoc eni ſcitote:intelligētes q oīs
fornicator:aut immūdus:aut auarus:qđ eſt ido-
lorū ſeruitus:nō habet hereditatē in regno chri
ſti ⁊ dei. Nemo vos ſeducat inanibus verbis:p-
pter hec eni venit ira dei in filios diffidētie. Noli
te ergo effici participes eorum. Eratis enim ali
quādo tenebre:nūc autem lux in domino. Ut filij
lucis ambulate. Fructus enim lucis eſt in omni
bonitate ⁊ iuſticia ⁊ veritate:probātes quid ſit
beneplacitū deo. Et nolite communicare operi-
bus infructuoſis tenebrarum:magis autē redar
guite. Que eni occulto fiunt ab ipſis:turpe eſt et
dicere. Oīa autem que arguuntur:a lumine mani
feſtantur. Omne eni quod manifeſtatur:lumen
eſt. Propter qđ dicit. Surge qui dormis ⁊ exur
ge a mortuis:⁊ illuminabit te xps. Uidete itaq
fratres quomodo caute ambuletis:nō quaſi inſi
piētes:ſed vt ſapiētes redimentes tempus:qm
dies mali ſunt. Propterea nolite fieri imprudē-
tes:ſed intelligētes que ſit volūtas dei. Et noli-
te inebriari vino:in quo eſt luxuria:ſed impleami
ni ſpiritu ſancto:loquētes vobiſmetipſis in pſal-
mis ⁊ hymnis ⁊ cāticis ſpiritalibus:cantantes ⁊
pſallētes in cordibus vrīs:dño gratias agentes
ſemp pro oībus in noīe dñi noſtri ieſu xpi:deo ⁊
patri. Subiecti inuicem in timore xpi. Mulieres
viris ſuis ſubdite ſint:ſicut domino:qm vir caput
eſt mulieris:ſicut xps caput eſt eccleſie:ipſe ſal-
uator corporis eius. Sed ſicut eccleſia ſubiecta
eſt xpo:ita ⁊ mulieres viris ſuis in oībus. Uiri di
ligite vxores veſtras:ſicut ⁊ xps dilexit eccleſiā
⁊ ſeipſum tradidit pro ea:vt illam ſanctificaret
mūdans eam lauacro aque in verbo vite:vt exhi-
beret ipſe ſibi glorioſam eccleſiam nō habētem
maculam aut rugam aut aliquid hmōi:ſed vt ſit
ſancta ⁊ immaculata. Ita ⁊ viri debent diligere
vxores ſuas vt corpora ſua. Qui ſuam vxorē dili-
git:ſeipſum diligit. Nemo eni vnq carnē ſuam
odio habuit:ſed nutrit ⁊ fouet eā:ſicut ⁊ xps ec-
cleſiā quia mēbra ſumus corporis eius:de carne
eius ⁊ de oſſib⁹ eius. Propter hoc relinquet ho
mo patrē ⁊ matrē ſuam:⁊ adherebit vxori ſue:⁊
erūt duo in carne vna. Sacramētū hoc magnum
eſt. Ego aūt dico in xpo ⁊ in eccl'ia. Uerumtā et
vos ſinguli vnuſquiſq vxorē ſuā ſicut ſeipſū di-
ligat vxor aūt timeat virum ſuum.

Marginalia (right): A — Joh.xiij.d j.Jo.iiij.b. xlvj.diſt.c. clericū. xxx ij.qō.iiij.c. in eo. — B — j.q.j.c.cum oīs.⁊.c.ſi-cut vigeri. ⁊.q.iij.ſal-uator. — Colo.iij.a. de pe.di.iiij ſ.hāc ſocie tatem. — C — Colo.iiij.a — D — xxxv.diſ.c. vinolētū. de pſc.di.ij c.in calice. de iureiur. c.⁊ ſi xps. Ro.xij.a. j.Teſ.iiij.a xxxij.q.vj. c.fina. — E — de ſac.vn.c vnico. j.Cor.xj.a. Colo.iij.c. j.Pe.iij.a — F — Colo.iiij.c. de pe.diſ.j. c.eccleſia. xlvij.di.c.ſi cut.ſ.ne-ceſſe. — G — Gene.ij.d iij.Eſdre. iiij.b.

mat.xix.a. ¶Capituli Summariū. ¶Docet apoſtolus
Mar.x.c., parentum ac filiorum mutuā conuerſationem:τ
j.Cor.vj.d redit ad inſtruendū epheſios de omnibus virtu-
tibus generaliter. ¶Capitulū.vj.

A Filij obedite parē
Colo.iij.d. tibus veſtris in dño. Hoc
Exo.xx.b. enim iuſtū eſt. Honora pa
Eccli.iij.b trem tuum τ matrem tuā:
mat.xix.e. quod eſt mādatum primū
Mar.x.c. in promiſſione:vt bene ſit
xxvij.di.c. tibi:τ ſis longeuus ſup ter
legāt.xlvij. ram. Et vos patres nolite
di.c.ſicut ad iracundiā prouocare fi-
Colo.iij.d lios veſtros:ſed educate il
ad titū.ij.c los in diſciplina τ correctiōe domini. Serui obe-
j.Pe.ij.c. dite dominis carnalibus cū timore τ tremore in
ſimplicitate cordis veſtri ſicut chriſto. Nō ad ocu
lum ſeruientes:quaſi hominibus placentes ſed
vt ſerui chriſti:facientes voluntatem dei ex ani-
mo.cum bona voluntate ſeruientes ſicut dño:et
non hoibus:ſcientes quoniam vnuſquiſq; quod
B cūq; fecerit bonū:hoc recipiet a dño:ſiue ſeruus
Ro.ij.b. ſiue liber. Et vos dñi eadem facite illis:remittē
Colo.iij.b tes minas:ſcientes quia τ illorū τ veſter dñs eſt
Actu.x.f. in celis.τ perſonarum acceptio nō eſt apud deū
Jaco.ij.b. De cetero fratres confortamini in domino et in
j.Pe.j.c. potentia virtutis ei⁹. Induite vos armaturam
dei:vt poſſitis ſtare aduerſus inſidias dyaboli:
quoniam non eſt nobis colluctatio aduerſus car
nem τ ſanguinem:ſed aduerſus principes τ pote
ſtates:aduerſus mundi rectores tenebrarum ha
rū:contra ſpiritalia nequitie in celeſtibus. Pro
pterea accipite armaturam dei vt poſſitis reſiſte
re in die malo:τ in omnibus perfecti ſtare. Sta-
C te ergo ſuccincti lumbos veſtros in veritate:τ in
duti loricam iuſticie:τ calciati pedes in prepara-
j.Teſſ.ij.b. tionem euāgelij pacis. In omnibus ſumentes
ſcutum fidei:in quo poſſitis omnia tela nequiſſi
mi in ea extinguere. Et galeam ſalutis aſſumite
τ gladium ſpiritus:quod eſt verbum dei:per om
nem orationem τ obſecrationem orantes omni
tempore in ſpiritu:τ in ipſo vigilātes in omni in
ſtantia τ obſecratione pro omnibus ſanctis:τ p
me:vt detur mihi ſermo in apertione oris mei cū
fiducia notum facere myſterium euangelij: pro
quo legatione fungor in catena iſta ita vt in ipſo
audiam prout oportet me loqui. Ut autē τ vos
ſciatis que circa me ſunt quid agam: omnia vo-
bis nota faciet tychicus chariſſimus frater τ fide
lis miniſter in domino:quem miſi ad vos in hoc
D ipſum:vt cagnoſcatis que circa nos ſunt τ conſo
letur corda veſtra. Pax fratribus τ charitas cū
fide a deo patre noſtro τ domino ieſu xpo. Gra
cum oibus qui diligunt dñm noſtrū ieſum xpm
in incorruptione. Amen.

¶Epiſtola Pauli ad Epheſios explicit.

¶Argumentum in epiſtolam ad
Philippenſes incipit.

Philippenſes ſūt macedones. Hi accepto vbo veritatis pſtiterūt in fide: nec receperūt falſos apl'os. Hos collaudat apoſtolus:ſcribēs eis a roma de carcere p epaphroditū.

¶Argumentum explicit.

¶Epiſtola Pauli ad Philippēſes incipit.

¶Capi.Sūma. ¶Apoſtolus agit gratias de bonis philippēſibus collatis:qbus ſignificās ſuū ſtatū ponit diſtinctiones pdicātiū τ erga eos ſuā charitatē:quos monet ad tolerantiam perſecutionis.

¶Capitulum primum.

Paulus τ
timothe⁹ ſui
ieſu xpi oib⁹
ſctis in xpo ie
ſu:q ſunt phi
lippis cū epiſ
τ dyaconib⁹.
Gra vobis τ
pax a deo pre
nro τ dño ie-
ſu xpo. gras
ago deo meo in omni memoria veſtri: ſemp
in cunctis orationibus meis: pro omnibus
vobis cum gaudio: deprecationem faciens
ſuper cōmunicatione veſtra in euāgelio chri
ſti:a prima die vſq; nunc confidens in hoc
ipſum.quia qui cepit in vobis opus bonum:
perficiet vſq; in diez chriſti ieſu. Sicut eſt mi
hi iuſtum hoc ſentire pro omnibus vobis:
co q habeaz vos in corde τ in vinculis meis B
τ in defenſione τ confirmatione euangelij ſo
cios gaudij mei omnes vos eſſe. Teſtis enim
mihi eſt deus quomodo cupiam omnes vos
eſſe in viſceribus ieſu chriſti. Et hoc oro vt
charitas veſtra magis ac magis abundet in
ſcientia τ in omni ſenſu:vt probetis potiora
vt ſitis ſinceres τ ſine offenſa in diem chriſti
repleti fructu iuſticie per ieſuz xpm in gloriā
τ laudē dei. Scire autē volo vos fratres:quia
que circa me ſunt:magis ad pfectū venerūt
euangelij.ita vt vincula mea manifeſta fierēt
in chriſto:in omni ptorio:τ in ceteris omni-
bus:vt plures e fratribus in dño cōfidētes:
in vinculis meis abūdāti⁹ auderēt ſine timo
re verbū dei loq. Quidā qdem τ ppter inui-

A
cxiij.di.c.legimus.

diam ⁊ cōtentionē. Quidam aūt ⁊ ꝑpter bonā
xxiij.q.iiij. voluntatē xp̄m predicant. Quidaʒ ex charitate
ꝗ magnuʒ ſcientes qm̄ in defenſione euangelij poſitus ſuʒ.
in fi. Quidam autē ex contentione xp̄m annunciant
C non ſincere: exiſtimantes preſſuram ſe ſuſcitare
vinculis meis. Quid eni̅. Dum omni modo ſiue
per occaſionē ſiue per veritatem chriſtus annū
cietur: ⁊ in hoc gaudeo ſed ⁊ gaudebo. Scio em̄
quia hoc mihi proueniet ad ſalutē per veſtram
orationem: ⁊ ſubminiſtrationē ſpūs ieſu chriſti
vij.q.j.c.ſi. ſm expectationē ⁊ ſpeʒ meam: quia in nullo cō
de pe.diſ.ij fundar: ſed in omni fiducia ſicut ſemper ⁊ nunc
c.qui vult. magnificabitur xp̄s in corpore meo ſiue per vitā
de renun. ſiue per mortem. Mihi enim viuere xp̄s eſt: et
c.niſi.ꝑ.por mori lucruʒ. Quia ſi viuere in carne hic mihi fru
ro. ctus operis eſt: ⁊ quid eligam: ignoro: coartor
ij.re.xxiiij.c autem e duobus deſiderium habens diſſolui et
D eſſe cum chriſto: multo magis melius. permane
re autem in carne neceſſarium propter vos. Et
hoc cōfidens ſcio: quia manebo et permanebo
omnibus vobis ad profectum veſtrū ⁊ gaudiuʒ
fidei: vt gratulatio veſtra abundet in chriſto ie-
ſu in me: per meum aduentum iterum ad vos.
Tantum digne euanglio chriſti conuerſamini:
vt ſiue cum venero et videro vos: ſiue abſens au
diam de vobis: quia ſtatis in vno ſpiritu vnani-
mes: collaborantes fidei euangelij: et in nullo
terreamini ab aduerſarijs. que eſt illis cauſa per
ditionis: vobis autem ſalutis. Et hoc a deo.
Quia vobis donatum eſt pro chriſto: vt non ſo-
lum in eum credatis: ſed vt etiam pro illo patia-
mini: idem certamen habentes: quale et vidiſtis
in me et nunc audiſtis de me.

C Capituli Summarium C Inſtruit apoſto
lus philippenſes de fidei vnitate: vera humili-
tate: oīmoda ſanctitate: et ad vlterius inſtruen
duʒ mittit nuncios. Capitulum.ij.

A
I qua ergo conſola
tio in chriſto: ſi quod ſolatium
charitatis: ſiqua ſocietas ſpi-
ritus: ſiqua viſcera miſeratio
nis: implete gaudium meum:
vt idē ſapiatis: eandē charita
tē habētes vnanimes idip̄ʒ ſen
tientes. Nihil per contentionē neq̄ per inanem
gloriā ſed in humilitate ſuperiores ſibi inuicē ar
bitrātes: non que ſua ſunt ſinguli conſiderātes
ſed ⁊ ea que aliorum. Hoc enim ſentite in vobis
quod ⁊ in xp̄o ieſu. Qui cū in forma dei eſſet: nō
rapinā arbitrat⁹ eſt eſſe ſe equalē deo: ſʒ ſemet-
ip̄m exinaniuit: formā ſerui accipiēs: in ſimilitu
dinē hoīʒ factus: ⁊ habitu inuētus vt homo hu
Hebre.ij.b miliauit ſemetipſuʒ factus obediēs vſq̄ ad mor
B teʒ: mortē autem crucis. Propter qd̄ ⁊ deus ex
Ro.xiiij.b altauit illum: ⁊ donauit illi nomē quod eſt ſuper
De imu.ec omne nomē: vt in nomine ieſu omne genu flecta
cleſiarum. tur celeſtiū: terreſtrium: ⁊ infernoruʒ. Et omnis
lingua confiteatur: quia dominus ieſus chriſtus
in gloria eſt pr̄is. Itaq̄ chariſſimi mei ſicut ſem c.decet.lib.
per obediſtis: nō in p̄ſētia mei tātū ſʒ multoma vj.
gis nunc in abſentia mea cū metu ⁊ tremore ve-
ſtrā ſalutē opamini. Deus eſt ei qui opatur in
vobis ⁊ velle ⁊ pficere p bona volūtate. Oīa aūt
facite ſine murmurationib⁹ ⁊ heſitationib⁹: vt j.Pe.iiij.b
ſitis ſine querela: ⁊ ſimplices filij dei ſine rep̄hē
ſione in medio nationis praueatq̄ pūerſe: inter
quos lucetis ſicut luminaria in mūdo verbū vi-
te cōtinētes: ad gl̄iaʒ meaʒ in die xp̄i quia non
inuacuum cucurri: neq̄ in vacuum laboraui. Sʒ j.q.vij.c.ij.
⁊ ſi mulor: ſupra ſacrificium ⁊ obſequiū fidei vr̄e ꝑ.ſcio quoſ
gaudeo ⁊ cōgratulor: omnib⁹ vobis. Idipſum dam.
autem ⁊ vos gaudete ⁊ congratulamini mihi.
Spero aūt in dn̄o ieſu timotheū me cito mitte- C
re ad vos: vt ⁊ ego bono animo ſim cognitis que
circa vos ſunt. Neminē em̄ habeo tam vnanimē
qui ſincera affectione pro vobis ſollicit⁹ ſit. Oēs j.corit.xiij.
em̄ que ſua ſunt: querūt: nō que ieſu chriſti Ex b.xlv.diſ.c.
perimētū aūt ei⁹ cognoſcite: qm̄ ſicut pr̄i fili⁹ lʒ nōnunq̄
mecū ſeruiuit in euangelio. Hūc igit̄ ſpero me mit lxxiiij. diſti.
tere ad vos mox vt videro que circa me ſunt. Cō c.noſſe.viij
fido aūt in domino: qm̄ ⁊ ipſe veniam ad vos ci q.j.ſunt, in
to. Neceſſarium autem exiſtimaui epaphroditū eccleſia. de
fratrem cooperatorem ⁊ commilitonem meum: renū. c.qui
veſtrum autem apoſtolum: ⁊ miniſtrum neceſſi- dam.decen
tatis mee mittere ad vos: quoniamquidem om ſi.c.cū apo
nes vos deſiderabat: et meſtus erat: propterea ſtolus.
q̄ audieratis illum infirmatū. Naʒ ⁊ infirmat⁹ D
eſt vſq̄ ad mortē ſed deus miſertus eſt eius. Nō
ſolū autem eius: verūetiā et mei: ne triſticiam ſu
per triſticiam haberem. Feſtinancius ergo miſi
illum: vt viſo illo iterum gaudeatis ⁊ ego ſine tri
ſticia ſim. Excipite itaq̄ illum cū omni gaudio
in domino ⁊ eiuſmodi cū honore habetote. quo
niam propter opus xp̄i vſq̄ ad mortem acceſſit
tradens animam ſuam vt impleret id quod ex
vobis deerat erga meum obſequium.

C Capituli Summarium C Oſtendit apoſto
lus euacuationem legalium verbo ⁊ exēplo ſui:
ac deinde ſe excuſat atq̄ philippenſes ad ſe imi-
tandum inuitat. Capitulum.iij.

E cetero fratres mei
gaudete in dn̄o eadē vobis ſcri-
bere mihi quidē nō pigrū: vobis
aūt neceſſarium. Uidete canes:
videte malos operarios videte
concisionem. Nos enim ſumus circunciſio qui
ſpū ſeruim⁹ deo ⁊ gl̄iamur in xp̄o ieſu ⁊ non in
carne fiduciam habētes quāq̄ ⁊ ego habeā con- Act.xxiij.b
fidentiā in carne. Si quis alius videtur cōfidere
in carne ego magis circūciſus octauo die ex gn̄e
iſrael de tribu beniamin hebreus ex hebreis ſm
legem: phariſeus ſʒ emulationē pſequēs eccl̄iaʒ
dei ſm iuſticiā que in lege eſt cōuerſat⁹ ſine que
rela. Sed que mihi fuerunt lucra hec arbitratus
ſum ꝑpter xp̄m detrimēta. Uerūtamē exiſtimo B
oīa detrimētū eſſe ꝑpter eminētem ſciam Ieſu
xp̄i dn̄i mei ꝑpter quem oīa detrimētum feci et

arbitror: vt stercora vt xpm lucrifaciã: vt et inue
niar in illo: nõ habẽs meã iustitiã qui ex lege est
sed illã que ex fide est xpi iesu: q̃ ex deo est iusti
cia in fide ad cognoscendũ illũ: τ virtutẽ resurre
ctionis eius: τ societatẽ passionis illius: cõfigu
ratus morti eius: si quo modo occurrã ad resur
rectionẽ: que est ex mortuis: nõ q iam acceperĩ
aut iã pfectus sim. Sequor aũt si quo mõ cõpre
¶ hẽdã: in quo τ cõprehensus sum a xpo iesu. Fra
De p. d. j. tres ego me nõ arbitror cõprehendisse. Unum
j. c. pẽnata autem: que quidẽ retro sunt obliuiscens: ad ea
vo que sunt priora extẽdens: meipsum ad destina
tum psequor ad brauiũ supne vocationis dei in
xpo iesu. Quicũq ergo pfecti sumus: hoc sentia
mus: τ si quid aliter sapitis: τ hoc vobis reuela
bit deus. Uerũtamẽ ad qd puenim⁹ vt idẽ sapia
mus: τ i eadẽ pmaneam⁹ regl'ia. Imitatores mei
vj. q. j. c. ge estote fr̃es: τ obseruate eos qui ita ãbulãt: sicut
neraliter habetis formã nr̃am. Multi eñ ambulãt quos
sepe dicebã vobis: nũc aũt τ flens dico inimicos
crucis xpi: quorũ finis interitus: quorũ deus vẽ
D ter est: τ gloria in cõfusione ipsorũ q̃ terrena sapi
unt. Nostra aũt conuersatio in celis est. Unde
etiã saluatorẽ expectamus: dñm nr̃m iesũ xpm:
qui reformabit corpus humilitatis nostre: confi
Ro. xvj. c. guratũ corpori claritatis sue: sm̃ operationẽ vir
tutis sue qua etiam possit subiicere sibi omnia.

¶ Ca. Sũma. ¶ Firmat patiẽtiã philippẽsiũ apostolus: eos ad spiritalẽ letitiã hortãdo: ac bonorũ psecuerãtiã: atq gratulat' de eorũ liberalitate: poniturq salutatio eorundem. ¶ Ca. iiij.

a Itaq fratres mei cha
rissimi τ desideratissimi: gaudiũ
meum et corona mea: sic state in
dño charissimi. Euchodiã rogo
et syntichẽ, deprecor: idips sapere
in domino. Etiã rogo τ te germane compar: ad
iuua illas que mecũ laborauerũt in euãgelio: cũ
clemẽte τ ceteris adiutoribus meis: quorũ nõia
sunt in libro vite. Gaudete in dño semper: iterũ
dico gaudete. Modestia vestra nota sit omnib⁹
B hominib⁹. Dñs eñ ppe est. Nihil solliciti sitis
sed in oi oratione τ obsecratione cũ gratiarũ
actione petitiones vestre innotescãt apud deũ:
Et pax dei que exuperat oẽm sensum: custodiat
corda vestra et intelligentias vestras in xpo ie
su. De cetero fratres: quecũq sunt vera: q̃cũq
pudica: q̃cũq iusta: q̃cũq sancta: q̃cũq amabi
lia q̃cũq bone fame: siqua vtus: siq laus disci
pline: hec cogitate que τ didicistis τ accepistis et
audistis τ vidistis in me. Hec agite: τ de⁹ pacis
erit vobiscũ. Gauisus sum autẽ in dño vehemen
ter: qm̃ tandẽ aliqñ refloruistis pro me sentire:
sicut τ sentiebatis. Occupati autẽ eratis. Non
ueasi ppter penuriã dico. Ego eñ didici in q̃b⁹
sum sufficiens esse. Scio τ hũiliari: scio τ abũ ¶ xli. di. c. dicit
dare. Ubiq et in oĩbus institutus sum: et
satiari τ esurire τ abũdare τ penuriã pati.
Oĩa possum in eo qui me cõfortat. Uerũta
mẽ bene fecistis cõicantes tribulationi mee.
Scitis aũt τ vos philippẽses: q in pncipio
euãgelii quãdo pfect⁹ sũ a macedonia: nul
la mihi ecclesia cõicauit in rõne dati τ acce
pti: nisi vos soli: q: τ tessalonicã semel τ bis
in vsũ mihi misistis: nõ q: quero datũ sꝫ re
quiro fructũ abũdantẽ in ratiõe vestra. Ha
beo aũt oĩa τ abũdo. Repletus sũ exceptis
ab epaphrodito que misistis i odorẽ suauita
tis: hostiã acceptam placentẽ deo. Deus au D
tem meus impleat omne desideriũ vestrũ sm̃ Ro. xv.
diuitias suas in gloria in xpo iesu. Deo aũt
et patri nostro gloria in secula seculorũ. Amẽ
Salutate omnem sanctũ in christo iesu. Sa
lutant vos qui mecũ sunt fratres. Salutãt
vos omnes sancti: maxime autem qui de ce
saris domo sunt. Gratia domini nostri iesu
christi cum spiritu vestro. Amen.

¶ Epistola Pauli ad philippẽses explicit.

¶ Argumẽtũ in eplã ad colossenses incipit.

Colossenses τ hi si
cut laodicẽses sũt asiani τ
ipi preuẽti erãt a pseudo
apl'is. Nec ad hos acces B
sit ipe apl's sꝫ τ hos p epi
stolã corrigit. Audierãt ei
vbũ ab archippo q̃ ministe
riũ i eos accepit. Ergo apl's iã ligat⁹ scribit
eis ab epheso per tychicum diaconũ et one
simum acolythum.

¶ Argumentum explicit.

¶ Epistola Pauli ad colossẽses incipit.

¶ Ca. Sũma. ¶ Apl's capta beniuolentia colossensium: autoritatẽ euangelii inducit illi firmiter esse credẽdũ. ¶ Capl'm. j.

Paul⁹
apostol⁹ ie a
su xpi per
voluntatẽ
dei: τ timo
the⁹ frater
his q̃ sũt co
lossis sãctis
τ fidelib⁹ fra
trib⁹ i xpo
iesu. Gra
vobis et pax a deo patre nr̃o. Gratias agi
mus deo et patri domini nostri iesu christi
semper pro vobis orantes: audientes fidem

veſtrã in chriſto ieſu ⁊ dilectionẽ quam habetis
in ſanctos omnes: propter ſpem que reposita eſt
vobis in celis: quam audiſtis in verbo veritatis
euangelij quod peruenit ad vos ſicut ⁊ in vniuer
ſo mundo eſt: ⁊ fructificat ⁊ creſcit ſicut in vobis
ex ea die qua audiſtis ⁊ cognouiſtis gratiam dei
in veritate: ſicut didiciſtis ab epaphra chariſſi-
mo conſeruo noſtro: qui eſt fidelis pro vobis mi
B niſter chriſti ieſu. Qui etiam manifeſtauit nobis
dilectionem veſtrã in ſpiritu. Ideo ⁊ nos ex qua
die audiuimus non ceſſamus pro vobis oran-
tes ⁊ poſtulantes: vt impleamini agnitione vo-
luntatis eius in omni ſapientia ⁊ intellectu ſpiri
tali: vt ambuletis digne deo per omnia placẽtes
in omni opere bono fructificantes: ⁊ creſcentes
in ſcientia dei: in omni virtute confortati ſm po-
tentiam claritatis eius in omni patientia ⁊ lon-
ganimitate cuz gaudio gratias agentes deo ⁊ pa
tri: qui dignos nos fecit in partem ſortis ſancto
rum in lumine. Qui eripuit nos de poteſtate te
nebrarum: ⁊ tranſtulit in regnuz filij dilectionis
ſue: in quo habemus redemptionem ⁊ remiſſionẽ
peccatorum. Qui eſt imago dei inuiſibilis: primo
genitus omnis creature: quoniã in ipſo condita
C ſunt vniuerſa in celis: ⁊ in terra: viſibilia ⁊ inuiſi
bilia: ſiue troni: ſiue dominationes: ſiue principa
tus: ſiue poteſtates. Omnia per ipſum ⁊ in ipſo
creata ſunt: ⁊ ipſe eſt ante oẽs: ⁊ omnia in ipſo
conſtant. Et ipſe eſt caput corporis eccleſie: qui
eſt principium primogenitus ex mortuis: vt ſit
in omnibus ipſe primatum tenens. Quia in ipſo
complacuit omnem plenitudinem diuinitatis in-
habitare: ⁊ per eũ recõciliari omnia in ipſum pa
cificans per ſanguinez crucis eius: ſiue que in ce
lis: ſiue que in terris ſunt. Et vos cum eſſetis ali
quando alienati ⁊ inimici ſenſu in operibus ma-
lis: nunc autẽ reconciliauit in corpore carnis eius
per mortem exhibere vos ſanctos ⁊ immacula-
tos ⁊ irreprehenſibiles coram ipſo. Si tamen ꝑ-
manetis in fide fundati ⁊ ſtabiles ⁊ immobiles
a ſpe euangelij quod audiſtis: quod predicatum
D eſt in vniuerſa creatura que ſub celo eſt. Cuius
factus ſum ego paulus miniſter: qui nũc gaudeo
in paſſionib9 ꝑ vobis: ⁊ adimpleo ea que deſunt
paſſionum chriſti in carne mea pro corpore eius
quod eſt eccleſia. Cuius ſanctus ſum ego mini-
ſter ſm diſpenſationem dei: que data eſt mihi in
vobis: vt impleam verbum dei: myſterium ꝙ ab
ſconditum fuit a ſeculis ⁊ generationibus: nunc
autem manifeſtatũ eſt ſanctis eius: qbus voluit
de9 notas facere diuitias glĩe ſacramenti hui9 in
gẽtibus: qd̃ eſt xp̃s in vobis ſpes glorie: quẽ nos
annũciamus: corripiẽtes omnẽ hoiem: ⁊ docẽtes
in omni ſapientia: vt exhibeamus omnem homi
nem perfectum in chriſto ieſu quo ⁊ laboro certã
do ſm operationem eius quam operatur in me
in virtute.

Capi. Sũma. Docet apl̃s precauere dece
ptiones ꝑ falſam ꝓphetiã: ꝑ legis auctoritatem
per ſanctitatis ſimulationẽ. Capitulũ. ij.

Volo enim vos ſcire A
qualẽ ſollicitudinẽ habeã pro
bis ⁊ pro his qui ſunt laodicie
⁊ quicũq; non viderũt faciem
meã in carne: vt ↄſolent corda
ipſorum: inſtructi in charitate:
⁊ in oẽs diuitias plenitudinis
intellectus in agnitione myſterij dei patris ⁊ xp̃i
ieſu in quo ſunt oẽs theſauri ſapientie ⁊ ſcientie vij. q. dc. j. c.
abſcõditi. Hoc autẽ dico: vt nemo vos decipiat in ſuggeſtuz.
ſublimitate ſermonũ. Nã ⁊ſi corpore abſens ſuz j. cori. v. a.
ſed ſpũ vobiſcũ ſum gaudẽs ⁊ videns ordinẽ ve- B
ſtrũ ⁊ firmamẽtũ eius que in xp̃o eſt fidei veſtre
Sicut ergo accepiſtis ieſum xp̃m dñm noſtrum:
in ipſo ambulãte: radicati ⁊ ſupedificati in ipſo:
⁊ cõfirmati in fide: ſicut ⁊ didiciſtis: abũdãtes in
illo in gratiarũ actione. Videte ne quis vos deci
piat per philoſophiã ⁊ inanẽ fallaciam ſm tradi
tionẽ hominũ: ſm elemẽta mũdi: ⁊ nõ ſm xp̃m: q:
in ipſo inhabitat ois plenitudo diuinitatis corpo
raliter: ⁊ eſtis in illo repleti qui eſt caput ois ꝓn
cipatus ⁊ poteſtatis. In quo ⁊ circũciſi eſtis: cir
cũciſione nõ manufacta in expoliatione corporis
carnis: ſed in circumciſione ieſu xp̃i conſepulti ei C
in baptiſmo: in quo ⁊ reſurrexiſtis per fidẽ opa- Eph. ij. a.
tionis dei: qui ſuſcitauit illum a mortuis. Et vos
cum mortui eſſetis in delictis ⁊ preputio carnis
veſtre: cõuiuificauit cum illo: donans vobis om-
nia delicta delens ꝙ aduerſus nos erat chirogra
phum decreti quod erat contrarium nobis. Et
ipſum tulit de medio: affigens illud cruci: ⁊ expo
lians principatus ⁊ poteſtates traduxit cõfiden D
ter palam triũphans illos in ſeipſo. Nemo ergo mat. xxiiij.
vos iudicet in cibos aut potu: aut in parte diei fe a.
ſti: aut neomenie: aut ſabbatorum: que ſunt vm- mar. xiij. a.
bra futurorum corpus autem chriſti. Nemo vos Lu. xxj. b.
ſeducat volens in humilitate ⁊ religione angelo
rum que non vidit ambulãs fruſtra: inflatus ſen
ſu ſue carnis: ⁊ non tenens caput ex quo totum
corpus per nexus et coniunctiones ſubminiſtra-
tũ ⁊ conſtructũ creſcit in augmentũ dei. Si ergo
mortui eſtis cum xp̃o ab elementis huius mundi
quid adhuc tanq̃ viuentes mundo decernitis.
Ne tetigeritis: neq; guſtaueritis: neq; cõtrecta-
ueritis: que ſunt omnia in interitu ipſo vſu ſm p̃
cepta ⁊ doctrinas hominũ: que ſunt rationẽ qui-
dẽ habentia ſapientie in ſuperſtitione ⁊ humili-
tate: ⁊ non ad parcẽdũ corpori: non in honore ali
quo ad ſaturitatem carnis.

Capi. Sũma. Informat apl̃s de moribus
generaliter in depoſitione vitiorũ: ac acqſitione
virtutũ: ⁊ ſpecialiter q̃tũ ad cõiugatos: parẽtes
⁊ filios atq; ſeruos. Capitulũ. iij.

Igitur ſi cõſurrexiſtis A
cũ xp̃o que ſurſum ſunt querite:
vbi xp̃s eſt in dextera dei ſedens
que ſurſum ſunt ſapite: non que
ſuper terram. Mortui enim eſtis

⁊ vita veſtra abſcondita eſt cũ chriſto in deo. Cũ
autẽ chriſtus apparuerit vita veſtra: tunc ⁊ vos
Eph.v.b. apparebitis cũ ipſo in gloria. Mortificate ergo
B mẽbra veſtra que ſunt ſuper terrã. fornicationeꝫ:
Heb.xij.a. immundiciã: libidinẽ concupiſcentiã malã: ⁊ aua
j.Pe.ij.a. riciã: que eſt ſimulacrorũ ſeruitus: propter que
Eph.ij.c. venit ira dei ſuper filios incredulitatis: in quib⁹
Ro.vj.a. ⁊ vos ambulaſtis aliquando cũ viueretis in illis.
Eph.iiij.f. Nunc autem deponite ⁊ vos omnia: irã: indigna
De pe.di. tionẽ: maliciã: blaſphemiã: turpẽ ſermonẽ de ore
ij.c.quomõ veſtro. Nolite mentiri inuiceꝫ: expoliantes vos
renouari. veterẽ hominẽ cum actibus ſuis: ⁊ induẽtes no-
uum: eũ qui renouat in agnitione dei: ſm imagi-
Eph.vj.b. nẽ eius qui creauit eũ vbi non eſt maſculus et fe-
mina: gentilis ⁊ iudeus circuncisio ⁊ preputiũ:
barbarus ⁊ ſcytha ſeruus ⁊ liber: ſed omnia ⁊ in
omnibus chriſtus. Induite vos ergo ſicut electi
dei ſancti ⁊ dilecti viſcera miſericordie benigni-
Eph.iiij.g tatẽ: humilitatẽ: modeſtiã: patiẽtiã. ſupportãtes
C inuicẽ ⁊ donantes vobiſmetipſis ſi quis aduer-
ſus aliquem habet querelã: ſicut ⁊ dominus do-
nauit vobis: ita ⁊ vos. Super oĩa autem hec cha
ritatẽ habete quod eſt vinculũ perfectionis. Et
pax chriſti exultet in cordibus veſtris: in qua et
vocati eſtis in vno corpore: ⁊ grati eſtote. Verbũ
chriſti habitet in vobis abundanter in omni ſa-
pientia docentes ⁊ cõmonentes voſmetipſos in
pſalmis ⁊ hymnis ⁊ canticis ſpiritualibus in gra
tia cãtantes in cordibus veſtris domino. Omne
j.Cor.x.g. quodcunqꝫ facitis in verbo aut in opere: omnia
xx.qõ.v.c. in nomine domini noſtri ieſu chriſti: gratias agẽ
nõ licet. tes deo ⁊ patri per ipſuꝫ. Mulieres ſubdite eſto
Eph.v.e. te viris veſtris: ſicut oportet in domino. Viri di-
j.Pe.iij.a. ligite vxores veſtras: ⁊ nolite amari eſſe ad illas.
D Filij obedite parentibus per omnia: hoc eñ pla-
Eph.vj.a. citũ eſt in domino. Patres nolite ad indignatio
nem prouocare filios veſtros: vt non puſillo ani-
j.Pe.ij.a. mo fiant. Serui obedite per omnia dominis car
nalibus non ad oculum ſeruientes: quaſi homi-
Ro.ij.b. nibus placentes: ſed in ſimplicitate cordis timẽ
tes dominũ. Quodcunqꝫ facitis: ex animo ope-
ramini ſicut domino ⁊ non hominibus: ſcientes
ꝙ a domino accipietis retributionẽ hereditatis:
dño chriſto ſeruite. Qui enim iniuriam facit: reci
Eph.vj.b. piet id quod inique geſſit. Et non eſt perſonarũ
Act.x.e. acceptio apud deum.

Capituli Summariũ. Dominos inſtruit apoſtolus: atqꝫ orationibus coloſſenſiũ ſe recõmendat: oſtendens quomodo ſe ad infideles habere debeãt: ⁊ ponitur epiſtole cõcluſio ⁊ cõfirmatio per ſalutationem. Capitulũ.iiij.

A Omini quod iuſtum
eſt, ⁊ equũ ſeruis preſtate: ſcien-
tes quoniã ⁊ vos dominũ habe
tis in celo. Orationi inſtate vi-
gilantes in ea gratiarũ actione
orantes ſimul ⁊ pro nobis: vt
deus aperiat nobis oſtiũ ſermo
nis ad loquendũ myſteriũ chriſti: propter quod
etiã vinctus ſum vt manifeſtem illud: ita vt opor
tet me loqui. In ſapientia ambulate ad eos qui Eph.v.
foris ſunt: tempus ſunt redimentes. Sermo ve- De
ſter ſemper in gratia ſale ſit conditus: vt ſciatis iiij.c.
quomodo oporteat vos vnicuiqꝫ reſpõdere. Que
circa me ſunt: omnia vobis nota faciet tychicus B
chariſſimus frater ⁊ fidelis miſter ⁊ conſeruus in
domino: quẽ miſi ad vos ad hocipſum: vt cogno
ſcat que circa vos ſunt: ⁊ conſoletur corda veſtra
cũ oneſimo chariſſimo ⁊ fideli fratre: qui ex vo-
bis eſt: qui omnia que hic aguntur: nota facient
vobis. Salutat vos ariſtarchus cõcaptiuus me⁹
⁊ marcus cõſobrinus barnabe: de quo accepiſtis
mandata. Si venerit ad vos: ſuſcipite illum. Et ij.Timo.
ieſus qui dicitur iuſtus: qui ſunt ex circuncisione iiij.b.
Hi ſoli ſunt adiutores mei in regno dei: qui mihi C
fuerunt ſolatio. Salutat vos epaphras: qui ex vo
bis eſt ſeruus chriſti ieſu: ſemper ſollicitus ꝓ vo-
bis in orationibus: vt ſtetis ꝑfecti ⁊ pleni in om-
ni voluntate dei. Teſtimonium enim illi perhibeo
ꝙ habet multum laborem pro vobis: ⁊ pro his ꝗ
ſunt laodicie: ⁊ qui hierapoli. Salutat vos lucas
medicus chariſſimus: ⁊ demas. Salutate fratres
qui ſunt laodicie: ⁊ nympham ⁊ que in domo ei⁹
eſt eccleſiam. Et cum lecta fuerit apud vos epi-
ſtola hec facite vt ⁊ in laodicenſium eccleſia lega
tur: ⁊ ea que laodicenſium eſt: vobis legatur. Et
dicite archippo. Vide miniſterium quod accepi-
ſti in domino: vt illud impleas. Salutatio mea
manu pauli. Memores eſtote vinculorum meo-
rum. Gratia domini noſtri ieſu chriſti vobiſcũ.
Amen.

Epiſtola pauli ad coloſſenſes explicit.

Argumentum in epiſtolam ad theſſalonicẽſes prima incipit.

Heſſaloniceſes ſũt macedones. Hi in chriſto ieſu accepto verbo veritatis perſtiterunt in fide: etiam in perſecutione ciuium ſuorum. Preterea nec receperũt falſos apoſtolos: nec ea que a falſis apoſtolis dicebantur. Hos collaudat apoſtolus: ſcribens eis ab athenis per tychicum diaconem: et oneſimum accolytum.

Argumentum explicit.

Epiſtola Pauli ad Theſſalonicenſes prima incipit.

Capit. Summarium. Apoſtolus agit gratias de theſſalonicẽſium bona inchoatione: atqꝫ huius bonitatis diffuſione.

Capitulum primum.

PAulus et ſiluan⁹ et timothe⁹ ec- | B
cleſie theſ-
ſalonicēſiū
in deo patre
nr̄o ⁊ dn̄o ie
ſu xp̄o. Gra
B tia vobis et
par. Gr̄as
agimus deo
ſemp̱ pro oī
bus vobis memoriam veſtri faciētes in ora
tionibus noſtris ſine intermiſſione: memo
res operis fidei veſtre ⁊ laboris et charita-
tis ⁊ ſuſtinentie ſpei dn̄i noſtri ieſu xp̄i ante
deū ⁊ patrē noſtrū. Sciētes fratres dilecti
a deo electionē veſtrā: q: euangeliū noſtrū
non fuit advos in ſermone tātū ſed ⁊in vir
tute ⁊ in ſpiritusancto: ⁊ in plenitudie mul
C ta: ſicut ſcitis q̄les fuerimus invobis p̱pter
vos. Et vos imitatores nr̄i facti eſtis ⁊ dn̄i
excipiētes v̄bū in tribulatiōe multa cū gau-
dio ſpiritusſācti: itavt facti ſitis forma oib⁹
credētib⁹ in macedonia ⁊ i achaia. A vobis
ei diffamat⁹ ē ſmo dn̄i nō ſolū i macedonia
et in achaia ſed ⁊ in oī loco fidesvr̄a que eſt
ad deū p̱fecta eſt: ita vt nō ſit nobis neceſ-
D ſe q̄cq̄ loqui. Ipſi em̄ de nobis annunciant
qualē introitū habuerim⁹ad vos: ⁊ quō cō
uerſi eſtis ad deū a ſimulacris ſuire deo vi-
uo ⁊ vero ⁊ expectare filiū ei⁹de celis quē ſu
ſcitauit ex mortuis ieſum: qui eripuit nos
ab ira ventura.

si nutrix foueat filios ſuos: ita deſiderantes vos
cupide volebamus tradere vobis non ſolū euā
gelium dei: ſed etiam animas noſtras quoniam | xcj. diſ. c. ſ.
chariſſimi nobis facti eſtis. Memores em̄ facti
eſtis fratres laboris noſtri ⁊ fatigatiōis: nocte
et die operantes: ne quē q̄ veſtrū grauaremus
predicauimus in vobis euangelium dei. Vos te
ſtes eſtis ⁊ deus: q̄ ſancte ⁊ iuſte ⁊ ſine querela
vobis qui credidiſtis affuimus: ſicut ſcitis quali
ter vnumquē q̄ veſtrū tanq̄ pater filios ſuos de
precantes vos ⁊ conſolātes: teſtificati ſumus vt
ambularetis digne deo qui vocauitvos in ſuū re
gnum et gloriā. Ideo ⁊ nos gratias agim⁹ deo | C
ſine intermiſſione: q̄m cum accepiſſetis a nobis
verbum auditus dei: accepiſtis illud non vt ver
bum hominū: ſed ſicut eſt vere verbum dei: qui
operatur in vobis qui credidiſtis. Vos eniꝫ imi
tatores facti eſtis fratres eccleſiarū dei que ſunt
in iudea in chriſto ieſu: quia eadem paſſi eſtis et
vos a contribulibus veſtris: ſicut ⁊ ipſi a iudeis
qui et dominum occiderunt ieſum et prophetas
et nos perſecuti ſunt: et deo non placent ⁊ om-
nib⁹ hominib⁹ aduerſātur: prohibētes nos gē-
tibus loqui: vt ſalui fiant: vt impleant peccata
ſua ſemper. Peruenit enim ira dei ſuper illos | D
vſq̄ in finem. Nos autem fratres deſolati a vo-
bis ad tempus hore aſpectu non corde abundā
tius feſtinauimus faciem veſtram videre cū mul
to deſidero. Quoniam voluimus venire ad vos:
ego quidem paulus et ſemel et iterum: ſed impe
diuit nos ſathanas. Que eſt em̄ noſtra ſpes: aut
gaudium aut corona glorie. Nonne vos ante do
minum noſtrum ieſum chriſtum in aduentu ei⁹.
Vos enim eſtis gloria noſtra et gaudium.

Ca. Sūma. Cōſolatur ap̄ls theſſalo
nicēſes in aduerſis p̱ conformitatē ad ip̄m:
atq̄ ad eccleſiā hieroſolymitaꝝ. Ca. ij.

A IAm ⁊ ipſi ſcitis fra
tres introitū nr̄m ad vos: q:
nō inanis fuit: ſꝫ ante paſſi
multa: ⁊ cōtumelijs affecti (ſi
cut ſcitis) in philippis. fidu-
ciā habuim⁹ in deo nr̄o loq̄ advos euāgeliū
dei in multa ſollicitudie. Exhortatio ei nr̄a
nō de errore neq̄ de īmūdicia: neq̄ in dolo
ſꝫ ſicut p̱bati ſum⁹ a deo: vt crederet a no-
bis euāgeliū ita loq̄mur nō q̄ſi hoib⁹ placen
tes: ſꝫ deo qui p̱bat corda nr̄a. Neq̄ em̄ ali
q̄n fuim⁹ in ſmone adulationis ſicut ſcitis:
neq̄ in occaſiōe auaricie: de⁹ teſtis eſt: neq̄
querētes ab hoib⁹ gl'iaꝫ neq̄ a vobis neq̄
ab alijs: cū poſſem⁹ vobis oneri eſſe: vt xp̄i
ap̄li. Sꝫ facti ſum⁹ p̱uuli in medio vr̄m: tāq̄

Capituli Summariū. Apoſtolus mittit
timotheum ad cōſolandū theſſalonicēſes poni
tur vtilitas reuerſiōis eiuſdē cū apoſtoli depre-
catione pro theſſalonicēſib⁹. Capitulum. iij. | A

PRopter quod non ſu-
ſtinentes amplius placuit nobis
remanere athenis ſolis: et miſi-
mus timotheum fratreꝫ noſtrū
et miniſtrū dei in euangelio xp̄i
ad ꝯfirmādos vos ⁊ exhortādos p̱ fide vr̄a vt ne
mo moueat in tribulationib⁹ iſtis. Ipſi em̄ ſcitis
q̄ in hoc poſiti ſumus. Naꝫ ⁊ cū apud vos eſſe-
mus: p̄dicebam⁹ vobis paſſuros nos tribulatio | B
nes: ſicut ⁊ factū eſt ⁊ ſcitis. Propterea ⁊ ego
amplius nō ſuſtinēs miſi ad cognoſcēdū fidē ve
ſtraꝫ: ne forte tentauerit vos is qui tētat: ⁊ ina
nis fiat labor noſter. Nūc aūt veniēte timotheo
ad nos a vobis: ⁊ annūciāte nobis fidē ⁊ charita | C
tē vr̄aꝫ: ⁊ q: memoriā nr̄i hētis bonā: ſemp̱ deſi-
derātes nos videre ſicut ⁊ nos q̄ ⁊ vos: iō cōſo-
lati ſum⁹ frēs in vobis in oī neceſſitate ⁊ tribula

tione noſtra per fidem veſtram:quoniam nunc
viuimus ſi vos ſtatis in domino. Quam enim
gratiarum actionem poſſumus deo retribuere
pro vobis in omni gaudio quo gaudemus pro
pter vos ante dominum deum noſtrum: nocte
ac die abundantius orantes: vt videamus fa-
D ciem veſtram et compleamus ea que deſunt fi-
dei veſtre. Ipſe autem deus ⁊ pater noſter ⁊ do
minus ieſus chriſtus dirigat viam noſtram ad
vos. Vos autem dominus multiplicet ⁊ abun-
dare faciat charitatez veſtrã ĩ inuicẽ ⁊ ĩ oẽs quẽ
admoduz ⁊ nos in vobis ad confirmãda corda
veſtra ſine querela in ſanctitate ante deũ ⁊ patrẽ
noſtrũ in aduentu domini noſtri ieſu xp̃i cũ oi-
bus ſanctis eius. Amen.

¶ Ca. Sũma. ¶ Apoſtolus increpat theſſalo
nicenſes de vitio fornicatiõis:cupiditatis: otio
ſitatis:⁊ imoderati luctus mortuoꝝ.

Capitulum. iiij.

A De cetero ergo fra-
tres rogamus vos ⁊ obſecram⁹
in dño ieſu:quẽadmodũ accepi
ſtis a nobis:quõ oporteat vos
ambulare ⁊ placere deo: ſic et
ambuletis vt abũdetis magis.
xij.q.iiij.c Scitis eñ que precepta dede-
vnuſquiſq3. rim vobis per dominum ieſum. Hec eſt eñ volũ
Rom.xij.a tas dei:ſanctificatio veſtra: vt abſtineatis vos
Eph.v.d. a fornicatione:vt ſciat vnuſquiſq3 veſtrum vas
ſuum poſſidere in ſanctificatione et honore:non
B in paſſione deſiderij:ſicut ⁊ gentes que ignorãt
deuz. Et ne quis ſupergrediatur neq3 circumue
niat in negocio fratrem ſuum quoniã vindex eſt
dominus de his omnibus:ſicut prediximus vo-
bis ⁊ teſtificati ſumus. Non eñ vocauit nos de⁹
in immundiciã:ſed in ſanctificationẽ. Itaq3 qui
Ioh.xv.c. hec ſpernit:non hominez ſpernit:ſed deum:qui
j.Ioh.iiij.c etiam dedit ſpiritum ſuum ſanctũ in nobis. De
charitate autez fraternitatis nõ neceſſe habui
C mus ſcribere vobis. Ipi eñ vos a deo didiciſtis
vt diligatis inuicẽ. Etenim illud facitis in oẽs
fratres in vniuerſa macedonia. Rogamus autez
vos fratres:vt abundetis magis et operã detis
vt quieti ſitis ⁊ vt veſtrum negocium agatis:et
operemini manibus veſtris ſicut precipimus vo
xiij.q.ö.ij.c bis:vt et honeſte ambuletis ad eos qui foris
vbicũq3.⁊.c ſunt et nullius aliquid deſideretis. Nolumus au
hñt.⁊.c.qui tem vos ignorare fratres de dormientibus:vt
diuina. non contriſtemini ſicut et ceteri qui ſpem nõ ha
D bent. Si enim credimus q̄ ieſus mortuus eſt et
reſurrexit: ita et deus eos qui domierunt per ie-
ſum adducet cum eo. Hoc enim vobis diximus
in verbo domini: quia nos qui viuimus qui re-
ſidui ſumus in aduentu domini: non preuenie-
j.Cor.xv.c mus eos qui dormierunt. Quoniaz ipſe domi-
nus in iuſſu et in voce archangeli et in tuba dei
deſcendet de celo: et mortui qui in chriſto ſunt
reſurgent primi. Deinde nos qui viuimus qui
relinquimur:ſimul rapiemur cuz illis in nubib⁹
obuiam chriſto in aera: et ſic ſemper cum dño
erimus. Itaq3 conſolamini inuicẽ in verbis iſtis

¶ Capit. Sũmariũ. ¶ Apoſtolus cautos red
dit theſſalonicenſes de die mortis futura: ac de
die iudicij generalis:et inducit theſſalonicẽſes
vt bene ſe habeant ad proximum et ad deum.

Capitulum. v.

De temporibus autem A ij.Pe.iij.c
et momentis fratres non indige Apoc.iij.d.
tis vt ſcribamus vobis. Ipſi eñ
diligenter ſcitis quia dies domi-
ni ſicut fur ĩ nocte ita veniet. Cũ
enim dixerint:pax ⁊ ſecuritas:tunc repentinus
eis ſuperueniet interitus: ſicut dolor in vtero
habentis:et non effugient. Vos autem fratres
non eſtis in tenebris:vt vos dies ille tanq̃ fur
comprehendat. Omnes eniz vos filij lucis eſtis
et filij dei. Non ſumus noctis neq3 tenebrarum B
Igitur non dormiamus ſicut et ceteri:ſed vigi- Eſa.lix.b.
lemus et ſobrij ſimus. Qui eniz dormiunt:nocte Ephe.vj.b
dormiunt:et qui ebrij ſunt:nocte ebrij ſũt. Nos
autem qui diei ſumus:ſobrij ſimus:induti loricã
fidei et charitatis et galeam ſpem ſalutis quo-
niam non poſuit nos deus in iram: ſed in acqui
ſitionem ſalutis per dominum noſtrum ieſum
xp̃m: qui mortu⁹ eſt pro nobis:vt ſiue vigilem⁹ C
ſiue dormiamus:ſimul cum illo viuamus. Pro
pter quod conſolamini inuicem:et edificate alte
rutrum:ſicut et facitis. Rogam⁹ autem vos fra-
tres vt noueritis eos qui laborant inter vos:et
preſunt vobis in domino:et monent vos vt ha
beatis illos abundantius in charitate propter D
opus illorum:et pacem habete cuz eis. Rogam⁹ Ecc.xviij.a
autem vos fratres:corripite inquietos: conſola Luc.xviij.a
mini puſillanimes:ſuſcipite infirmos:patientes de cõſe.di.
eſtote ad omnes. Videte ne quis malum pro ma iiij.c.q̃ris.
lo alicui reddat:ſed ſemper quod bonum eſt:ſe- ſ.idẽ.xv.di
ctamini in inuicem et in omnes. Semper gau- c.ſctã roma
dete:ſine intermiſſione orate:in omnibus gra- na.verſi.itẽ
tias agite. Hec eſt enim voluntas dei in chriſto ſcripta.xx
ieſu in omnibus vobis. Spiritum nolite extin- ij.q.v.c.de
guere:prophetias nolite ſpernere. Omnia au- forma.ſ.ß
tem probate: quod bonum eſt tenete: ab omni q:.De vi
ſpecie mala abſtinete vos. Ipſe autem deus pa- ta et hone.
cis ſanctificet vos per omnia:vt integer ſpirit⁹ cle.c.cũ ab
veſter et anima corpus ſine querela ĩ aduentu oi.de eo q
domini noſtri ieſu chriſti ſeruet. Fidelis eſt qui co.conſan.
vocauit vos:qui etiam faciet. Fratres orate pro xpo.c.veiẽſ
nobis. Salutate fratres omnes in oſculo ſan- ij.ſ.cũ igit
cto. Adiuro vos per dominũ:vt legatur epiſtola
hec omnibus ſanctis fratribus. Gratia domini
noſtri ieſu chriſti vobiſcum. Amen.

¶ Epiſtola Pauli ad Theſſalonicenſes pri-
ma explicit.

¶ Argumentū in epl'am ſcdam incipit.

AD theſſalonicē-
ſes ſcdā ſcribit epl'ā apl's
⁊ notū facit eis de tꝑibꝰ
nouiſſimis: ⁊ de aduerſa-
rij detectiōe. Scribit hāc
epiſtolam ab athenis per
Titum dyaconem ⁊ oneſi
mum acolytum.

¶ Argumentum explicit.

¶ Epl'a Pauli ad theſſalonicēces ſe-
cunda incipit.

¶ .C.S. ¶ Gratias agit apl'us de bona
theſſalonicēſiū cōuerſatione: orando ꝓ me
liori conſummatione. Capl'm.j.

a PAulus
⁊ ſiluanꝰ ⁊
Timotheꝰ
eccl'ie theſ
ſalonicen-
ſiū in deo
pr̄e nr̄o et
dn̄o ieſu
xp̄o. Gr̄a
vobiſ ⁊ pax
a deo pr̄e
noſtro ⁊ dn̄o ieſu xp̄o. Gr̄as agere debemꝰ
B ſemꝑ deo ꝓ vobis fr̄es ita vt dignū eſt: qm̄
ſuꝑcreſcit fides vr̄a: ⁊ abūdat charitas vniuſ
cuiuſq; vr̄m in inuicē: ita vt ⁊ nos ipſi i vobis
gloriemur in eccleſijs dei ꝓ patiētia vr̄a et
fide in oībus ꝑſecutionibus veſtris ⁊ tribu
lationibus q̄s ſuſtinetis in exēplū iuſti iu-
C dicij dei: vt digni habeamini i regno dei: ꝓ
quo ⁊ patimini. Si tn̄ iuſtū eſt apud deum
retribuere retributionē his q̄ vos tribulāt:
⁊ vobis q̄ tribulamini: reqe nobiſcū in reue
latione dn̄i ieſu de celo cū angelis virtutis
eius in flāma ignis dātis vindictā his q̄ nō
nouerūt deū: ⁊ q̄ nō obediunt euāgelio dn̄i
nr̄i ieſu xp̄i. Qui penas dabunt in interitu
eternas a facie dn̄i: ⁊ a gloria v̄tutis eius: cū
D venerit glorificari in ſanctis ſuis: ⁊ admira-
bilis fieri in oībus q̄ crediderūt: q: creditū
eſt teſtimoniū nr̄m ſuꝑ vos in die illo. In q̄
etiā oramꝰ ſemꝑ ꝓ vobis vt dignet vos ſua
vocatiōe deꝰ nr̄: ⁊ impleat oēm volūtatē bo
nitatis ſue: ⁊ opꝰ fidei in v̄tute vt glorificet
nomē dn̄i noſtri ieſu xp̄i in vobis: ⁊ vos in
illo ſm gratiā dei noſtri ⁊ dn̄i ieſu xp̄i.

¶ .C.S. ¶ Remouet errorē apl's de aduē
tu antixp̄i: de q̄ ulterius oñdit vitat. Ca.ij.

ROgamus autē vos a
fratres per aduentū dn̄i noſtri
ieſu xp̄i ⁊ nr̄e cōgregationis in
ip̄m: vt non cito moueamini a
veſtro ſenſu: neq; terreamini: ne
q; ꝑ ſp̄m: neq; ꝑ ſermonē: neq; xxvij.q.j.c.
ꝑ epl'am tanq̄ ꝑ nos miſſā q̄ſi ſciendum.
inſtet dies dn̄i. Ne q̄s vos ſeducat vllo mō. Qm̄ mat.xxiiij.a
niſi venerit diſceſſio primū: ⁊ reuelatus fuerit hō mar.xiij.b.
peccati filius ꝑditionis: q̄ aduerſat ⁊ extollit ſu- Luc.xxj.b.
pra oē qd̄ dr̄ deus: aut qd̄ colitur: ita vt in tēplo Ephe.v.b.
dei ſedeat oſtendēs ſe tanq̄ ſit deus: nō retinetis B
q̄ cū adhuc eſſem apud vos: hec dicebam vobis. Eſa.xj.a.
Et nunc quid detineat ſcitis: vt reueletur in ſuo
tꝑe. Nā myſterium iā operatur iniquitatis tm̄
vt qui tenet nunc teneat: donec de medio fiat. Et
tūc reuelabitur ille iniquus: quē dn̄s ieſus interfi
ciet ſp̄ū oris ſui. Et deſtruet illuſtratione aduen- C
tus ſui eū cuius eſt aduētus ſm operationem ſa-
thane in omni virtute ⁊ ſignis ⁊ ꝓdigijs mēdaci
bus: ⁊ in omni ſeductione iniquitatis: his qui pe
reūt: eo q̄ veritatem charitatis nō receperūt vt
ſalui fierēt. Ideo mittet illis deus operationem
erroris: vt credāt mēdacio: vt iudicentur oēs qui
nō crediderūt veritati: ſed cōſenſerūt iniquitati. D
Nos aūt debemus gratias agere deo ſemꝑ ꝓ vo
bis fratres dilecti a deo: q̄ elegerit vos deus pri
mitias in ſalutē in ſanctificatione ſp̄ūs ⁊ in fide
veritatis: in qua ⁊ vocauit vos per euāgeliū no-
ſtrum in acquiſitionem glorie dn̄i noſtri ieſu xp̄i.
Itaq; fratres ſtate ⁊ tenete traditiones quas di
diciſtis ſiue per ſermonē: ſiue per epl'am noſtram
Ipſe aūt dn̄s noſter ieſus xp̄s ⁊ deus ⁊ pater nr̄
qui dilexit nos: ⁊ dedit cōſolationē eternā: ⁊ ſpē
bonā in gr̄a exhortet corda veſtra: ⁊ cōfirmet in
omni opere ⁊ ſermone bono.

¶ .C.S. ¶ Petit apl's a theſſalonicēſibꝰ orōnē
ſuffragij: atq; informat deos in regeneratiōe ma
li: atq; incitat ad laborē manuū. Capitulū.iij.

DE cetero fratres orate a
ꝓ nobis: vt ſermo dei currat ⁊ cla
rificetur: ſicut ⁊ apud vos. ⁊ vt li-
beremur ab importunis et malis
hoībus. Nō eīm oīm eſt fides. Fi-
delis aūt ē deꝰ qui confirmabit vos: ⁊ cuſtodiet a
malo. Confidimus aūt de vobis fratres in dn̄o:
qm̄ queciūq; p̄cipimus ⁊ facitis ⁊ facietis. Dn̄s B
aūt dirigat corda veſtra in charitate dei ⁊ patien xxvj.q.c.g.
tia xp̄i. Denunciamus aūt vobis fratres in noīe
dn̄i noſtri ieſu chriſti: vt ſubtrahatis vos ab omni
fratre ambulate inordinate: ⁊ non ſm traditionē
quam acceperunt a nobis. Ipſi enim ſcitis quē- j.Teſſa.ij.b
admodum oporteat imitari nos: quoniā nō inq̄e Act.xx.g.
ti fuimus inter vos: neq; gratis panem mandu-

j. Coꝛi.x.f. cauimus ab aliquo:ſed in laboꝛe ⁊ fatigatio
ne nocte ac die operātes:ne quē veſtrū gra
uaremus. Non quaſi nō habuerimus ptātē
ſed vt noſmetipſos foꝛmam daremus vobis
ad imitādū nos. Nam ⁊ cum eſſemus apud
hec denūciabamus vobis:qm̄ ſi quis nō vult
operari⁹ nec manducet. Audiuimus em̄ inter
vos quoſdā ambulare inquiete:nihil operā
tes ſed curioſe agētes. His aūt qui eiuſmo
di ſunt denūciamus ⁊ obſecram⁹ in dn̄o ieſu
xp̄o:vt cū ſilētio operātes ſuū panē mandu
cēt. Vos aūt fratres nolite deficere bn̄faciē
D tes. Qd̄ ſi quis nō obedierit verbo noſtro p
Gal.vj.b. epiſtolā hāc:notate:⁊ nō cōmiſceamini cum
illo vt cōfundat. Et nolite quaſi inimicū exi
ſtimare:ſed coꝛripite vt fratrē. Ipſe aūt de⁹
pacis det vobis pacē ſempiternā in oī loco.
Dn̄s ſit cū oībus vobis. Salutatio mea ma
nu pauli:qd̄ eſt ſignum in oī ep̄la:ita ſcribo.
Gr̄a dn̄i nr̄i ieſu xp̄i cū oībus vobis. Amē.

¶ Epiſtola Pauli ad Theſſalonicen
ſes ſecunda explicit.

¶ Argumentū in epiſtolam ad Timo
theum primā incipit.

Timotheum in
ſtruit ⁊ docet de oꝛdina
tione epiſcopatus ⁊ dya
coni ⁊ omnis eccleſiaſtice
diſcipline : ſcribens ei a
laodicia per tychicū dya
conem.

¶ Argumentum explicit.

¶ Ep̄la Pauli ad Timotheū p̄ma incipit.

¶ Capi. Summa. ¶ Timotheum cōmonet
ap̄ls vt nō attendat genealogijs ac legalib⁹
obſeruātijs:ac gr̄as agit deo p̄uocatione ad
apoſtolatū. atq̧ inducit timotheū ad reſiſtē
dū doctoꝛibus falſitatis. Capitulum. j.

Paulus
A apoſtol⁹ ieſu
xp̄i ſ̄m impe
riū dei ſalua
toꝛis noſtri ⁊
xp̄i ieſu, ſpei
noſtre timo
theo dilecto
filio in fide
gr̄a ⁊ mīa:⁊
pax a deo pa
tre:⁊ xp̄o ieſu dn̄o noſtro. Sicut rogaui te vt
remaneres epheſi cū irē in macedoniam:vt
denunciares quibuſdā ne aliter docerēt neq̧ in
tēderēt fabulis ⁊ genealogijs interminatis:que
queſtiones p̄ſtant magis q̄ edificationem dei q̄
eſt in fide. Finis aūt precepti eſt charitas de coꝛ
de puro ⁊ conſciētia bona:⁊ fide nō ficta. A quib⁹ B
quidam aberrantes conuerſi ſunt in vaniloquiū Ro.vij.b.
volētes eſſe legis doctoꝛes nō intelligentes neq̧ Gal.iiij.a.
que loquūtur:neq̧ de quibus affirmāt. Scimus Exo.xx.a.
aūt q: bona eſt lex:ſi quis ea legitime vtat:ſcien ⁊.xxj.a.
tes hoc:q: lex iuſto nō eſt poſita ſed iniuſtis ⁊ nō leui.xviij.a.
ſubditis.impijs ⁊ peccatoꝛibus ſceleratis ⁊ con j.coꝛ.v.c.
taminatis :patricidis ⁊ matricidis : homicidis:
foꝛnicarijs maſculoꝛum concubitoꝛibus :plagia
rijs mendacibus ⁊ periuris : ⁊ ſi quid aliud ſa
ne doctrine aduerſatur.que eſt ſ̄m euangelium
gloꝛie beati dei qd̄ creditū eſt mihi. Gratias ago
ei qui me confoꝛtauit in xp̄o ieſu dn̄o noſtro : q:
fidelē me exiſtimauit ponens in miniſterio. Qui
pri⁹ blaſphemus fui ⁊ perſecutoꝛ ⁊ contumelio
ſus:ſed miſericoꝛdiā dei cōſecutus ſum.q: igno C
rans feci in icredulitate. Supabūdauit aūt gr̄a
dn̄i noſtri cum fide ⁊ dilectione que eſt in xp̄o ie
ſu. Fidelis ſermo ⁊ omni acceptione dignus : q:
xp̄s ieſus venit in hunc mundum peccatoꝛes ſal j.coꝛi.viij.a.
uos facere:quoꝛum primus ego ſū. Sed ideo mi D
ſericoꝛdiam conſecutus ſum:vt in me primo oſtē
deret xp̄s ieſus omnē patientiam ad infoꝛmatio
nem eoꝛum qui credituri ſunt illi in vitā eternā.
Regi autem ſeculoꝛum immoꝛtali inuiſibili ſoli
deo honoꝛ ⁊ gloꝛia in ſecula ſeculoꝛum amē. Hoc
preceptum cōmendo tibi fili timothee ſ̄m prece
dentes in te prophetias:vt milites in illis bonā xxiij.q.iiij.
militiam habens fidē ⁊ bonā cōſcientiā. Quā q̄ c.q peccat.
dam repellentes circa fidē naufragauerūt:ex q̄ ⁊.c.q̄d au
bus eſt hymeneus ⁊ alexāder quos tradidi ſatha dele.
ne:vt diſcāt non blaſphemare.

¶ Capi. Summa. ¶ Inſtruit ap̄ls timotheū de
actu oꝛandi ⁊ modo:ac deinde de oꝛatione loqui
tur quo ad populum ſubiectū. Capitulum. ij.

Obſecro igitur primū A
omniū fieri obſecrationes oꝛatio
nes:poſtulationes:gratiarūactio
nes pro oībus hominibus pro re
gibus ⁊ omnibus qui in ſublimi
tate conſtituti ſunt vt quietam ⁊ tranquillam vi xxiij.q.iiij.
tam agamus in omni pietate ⁊ caſtitate. Hoc em̄ c.coꝛripiant.
bonū eſt ⁊ acceptum coꝛam ſaluatoꝛe noſtro deo B
qui oēs hoīes vult ſaluos fieri.⁊ ad agnitionem
veritatis venire. Unus enī deus:vnus ⁊ media j.v.a.
toꝛ dei ⁊ hoīm:homo chꝛiſtus ieſus qui dedit re x.diſ.c.q
demptionē ſemetipſum pro oībus. Cuius teſti xcvj.diſ.c.
monium tempoꝛibus ſuis confirmatū eſt in quo cū ad veri
poſitus ſum ego p̄dicatoꝛ ⁊ ap̄ls. Ueritatē dico de pe.di.j.c.
non mentioꝛ doctoꝛ gentium in fide ⁊ veritate. multiplex.
Uolo ergo viros oꝛare in omni loco:leuantes pu ij.timo.j.c.
ras manus ſine ira ⁊ diſceptatione. Similiter et C

j.Pe.iij.a mulieres in habitu ornato cum verecundia et ſo
brietate ornãtes ſe et nõ in tortis crinibus aut au
ro aut margaritis vel veſte precioſa: ſʒ ꝙ decet
mulieres ꝓmittẽtes pietatem per opera bona.
j.cor.xiiij. Mulier in ſilentio diſcat cum omni ſubiectione.
B Docere autem mulieri nõ permitto neqȝ dñari
in virũ ſed eſſe in ſilentio. Adã enim primus for
matus eſt deide eua. Et adã nõ eſt ſeductus. mu
lier aũt ſeducta in ꝑuaricatione fuit. Saluabit
aũt ꝑ filiorũ generationẽ ſi permanſerit in fide et
dilectione. et ſanctificatione cum ſobrietate.

¶ C.S. ¶ Docet timotheũ ordinare gradꝰ ec
cleſie tã quo ad ep̃os ꝙ quo ad diacones ac vxo
res eorũ: et ponit ratio predictorũ. Capi.iij.

A Fidelis ſermo. Si
quis ep̃atum deſiderat: bonũ
opus deſiderat. Oportet enim
ep̃m irreprehenſibilẽ eſſe: vniꝰ
vxoris virũ. ſobrium: ornatum:
prudentem: pudicum hoſpita
lem: doctorem: non vinolentũ:
non percuſſorẽ: ſed modeſtum: non litigioſuȝ: nõ
cupidum: ſed ſue domui bene prepoſitum: filios
habentẽ ſubditos cũ omni caſtitate. Si quis au
tem domui ſue bene preeſſe neſcit. quomodo ec
cleſie dei diligentiam habebit? Non neophytũ:
ne in ſuperbiam elatus in iudicium incidat dia
boli. Oportet autẽ et illum teſtimoniũ habere bo
num ab hiſqui foris ſunt: vt non in opprobrium
B incidat et in laqueũ diaboli. Dyacones ſiĩr pudi
cos: non bilingues: non multo vino deditos non
turpe lucrum ſectantes: habentes myſterium fi
dei in conſcientia pura. Et hi aũt ꝓbent̃ primũ
et ſic miniſtrent nullum crimen habentes. mulie
C res ſimiliter pudicas: non detrahentes: ſobrias
fideles in oĩbus. Dyacones ſint vnius vxoris vi
ri: qui filijs ſuis bene preſint et ſuis domibꝰ. Qui
enĩ bene miniſtrauerint: gradum bonũ ſibi acq
rent: et multam fiduciam in fide que eſt in xp̃o ie
ſu. Hec tibi ſcribo fili timothee: ſperans me ve
nire ad te cito. Si aũt tardauero: vt ſcias quomo
do oporteat te in domo dei conuerſari que eſt in
D eccleſia dei viui: columna et firmamentum verita
tis. Et manifeſte magnum eſt pietatis ſacramen
tum: qđ manifeſtũ eſt in carne et iuſtificatũ eſt in
ſpiritu: apparuit angelis: p̃dicatum eſt gentibus
creditũ eſt in mũdo: aſſumptũ eſt in gloria.

¶ C.S. ¶ Excludit ap̃ls modum docẽdi erro
neũ: ac ponit verũ docendi modũ. Capi.iiij.

A Spiritus autem mani
feſte dicit: qꝛ in nouiſſimis tẽpo
ribus diſcedent quidam a fide at
tendentes ſpiritibus erroris et do
ctrinis demoniorum in hypocri
ſi: loquentiũ mendacium: et cauteriatam haben
tium ſuam conſcientiam: prohibentium nubere:
abſtinere a cibis quos deus creauit ad perci
piendum cum gratiarum actione fidelibus: et his
qui cognouerunt veritatem. Quia omnis creatu B
ra dei bona eſt: et nihil reijciendum quod cum gra
tiarum actione percipitur. Sanctificatur enim ꝑ
verbum dei et orationem. Hec proponens fratri
bus bonus eris miniſter xp̃i ieſu: enutritus ver
bis fidei et bone doctrine quã aſſecutus es. Ine ij.Tio.iij.d
ptas aũt et aniles fabulas deuita. Exerce autem
teipſuȝ ad pietatẽ. Nã corporalis exercitatio ad
modicum vtilis eſt. Pietas autẽ ad omnia vti
lis eſt: promiſſionem habens vite que nũc eſt et
future. Fidelis ſermo, et omni acceptione dignus C
In hoc enim laboramus et maledicimur: qꝛ ſpe s.j.c.
ramus in deũ viuũ: qui eſt ſaluator omnium ho
minũ: maxime fidelium. Precipe hec et doce. Ne
mo adoleſcentiam tuã cõtẽnat ſed exemplũ eſto
te fideliũ in verbo: in conuerſatione: in charitate D
in fide: in caſtitate. Dum venio attende lectioni
exhortationi et doctrine. Noli negligere gratiam
que in te eſt: q̃ data eſt tibi per ꝓphetiam cũ im
poſitione manuum preſbyteri. Hec meditare: in
his eſto: vt ꝓfectus tuus manifeſtus ſit oĩbꝰ. At
tende eĩ tibi et doctrine: inſta in illis. Hoc enim
faciens: et teipm̃ ſaluũ facies: et eos q̃ te audiunt.

¶ Capi. Summa. ¶ Inſtruit apoſtolus timo
theum de ſenioribus: iuuenibus: et viduis: et do
cet que vere vidue ſunt: ac loquitur de ꝓuiſiõe
miniſtrorum eccleſie: docens de actis iudicandi et
puniendi ſubditos. Capitulum.v.

Seniorem ne increpa A
ueris: ſed obſecra vt patrẽ. Iu ij.qõ.vij.c.
uenes vt fratres: anus vt ma paulꝰ dicit.
tres: iuuenculas vt ſorores in om j.qõ.ij.c.vi
ni caſtitate. Viduas honora q̃ duas hono
vere vidue ſunt. Si qua autem ra.
vidua filios aut nepotes habet s.ij.b.
diſcat primum domum ſuam regere: et mutuam vi
cem reddere parentibus. Hoc enim acceptũ eſt
coram deo. Que autem vere vidua eſt et deſolata
ſperet in deum: et inſtet obſecrationibus et ora xlvij.di.c.ſi
tionibus nocte ac die. Nam que in delitijs eſt vi cut hi.s.ne
uens: mortua eſt. Et hoc precipue vt irreprehẽ ceſſe.
ſibiles ſint. Si quis autem ſuorum et maxime do
meſticorum curam non habet: fidem negauit: et B
eſt infideli deterior. Vidua eligatur non minus
ſexaginta annorum: que fuerit vnius viri vxor: in
operibus bonis teſtimonium habens: ſi filios xxvij.q.j.c.
educauit: ſi hoſpitio recepit: ſi ſanctorum pedes ſicut.et.c.h
lauit: ſi tribulationem patientibus ſubminiſtra fo.et.c.nu
uit: ſi omne opus bonum ſubſecuta eſt. Adoleſcẽ ptiarũ.et.c.
tiores autem viduas deuita. Cum enim luxuria de viduis.
te fuerint in chriſto nubere volunt: habentes dã
nationem: quia primam fidem irritam fecerunt. xxvij.q.j.c.
Simulant et ocioſe diſcunt circuire domos: non nuptiaruȝ.
ſolum ocioſe: ſed et verboſe et curioſe loquentes q̃
nõ oportet. Volo autẽ iuniores nubere: filios ꝓ
creare: mrẽſfamilias eſſe: nullam occaſionem da

re aduerſario maledicti gratia. Iam enim quidã cõuerſe ſunt retro poſt ſathanam. Si quis fidelis habet viduas: ſubminiſtret illis vt non grauẽtur eccleſia: vt his que vere vidue ſunt ſufficiat. Qui bene preſunt preſbyteri duplici honore digni habeantur: maxime qui laborant in verbo ꝛ doctrina. Dicit enim ſcriptura. Non infrenabis os boui trituranti: ꝛ dignus eſt operarius mercede ſua. Aduerſus preſbyterum accuſationem noli recipere: niſi ſub duobus aut tribus teſtib⁹ Peccantes coram omnibus argue: vt ꝛ ceteri timorem habeant. Teſtor coram deo ꝛ chriſto ieſu et electis angelis eius: vt hec cuſtodias ſine preiudicio: nihil faciens in alterã partem declinando. Manus cito nemini impoſueris neq; cõicaueris peccatis alicuius. Teipſum caſtum cuſtodi. Noli adhuc aquã bibere: ſed modico vino vtere ꝓpter ſtomachũ tuum ꝛ frequentes tuas infirmitates. Quorũdam hominũ peccata manifeſta ſunt ꝑcedentia ad iudiciũ quorũdã aũt ſubſequunt. Similiter ꝛ facta bona manifeſta ſunt: ꝛ que aliter ſe habent abſcondi non poſſunt.

C xxvj.q.v.c. epi. — deut.xxv.a j.Cor.ix.d xlv.di.c.ſʒ illud.ſ.q.j. c.ſi peccauerit. deu.xix.d. — D xxiiij.di.§. j.xxviij.di. c.qd eſt.de ele.c.cũ nobis.§.his igit.d ꝯſe. di.v.c.ſint tibi de iure iurã.c ꝛ ſi xps.§.quidã enim.

Capituli Summariũ. Inducit apoſtolus epiſcopos ad cuſtodiã pauperũ in ſeruitio dñorũ ac demũ inducit ad ſectandã humilitatẽ pietatẽ ꝛ ceteras virtutes. Capitulum. vj.

Quicunq; ſunt ſub iugo ſerui dños ſuos omni honore dignos arbitrentur: ne nomẽ domini ꝛ doctrina blaſphemetur. Qui autem fideles habent dños non contẽnãt: q2 fratres ſunt: ſed magis ſeruiãt q2 fideles ſunt ꝛ dilecti: q2 bñficij participes ſũt Hec doce ꝛ exhortare. Si quis aliter docet ꝛ nõ acquieſcit ſanis ſermonibus dñi noſtri ieſu xpi: ꝛ ei qui ſcdm pietatem eſt doctrine: ſuperbus eſt ꝛ nihil ſciens: ſed languens circa queſtiones ꝛ pugnas verborum ex quibus oriuntur inuidie. cõtẽtiones: blaſphemie: ſuſpitiones male: conflictationes hominum mente corruptorum ꝛ qui a veritate priuati ſunt: exiſtimantium queſtum eſſe pietatem. Eſt autem queſtus magnus pietas cum ſufficientia. Nihil enim intulimus in hunc mundum. Haud dubium: q2 nec auferre qd poſſimus Habentes autem alimenta ꝛ quibus tegamur: his contenti ſimus. Nam qui volunt diuites fieri: incidunt in tentationem ꝛ in laqueum diaboli ꝛ deſideria multa ꝛ inutilia ꝛ nociua que mergũt homines in interitum ꝛ perditionem. Radix eñ omnium malorum eſt cupiditas: quam quidam appetentes errauerunt a fide: ꝛ inſeruerũt ſe doloribus multis. Tu autem o homo dei hec fuge. Sectare vero iuſticiam: pietatem: fidem charitatem: patientiam: manſuetudinem. Certa bonum certamen fidei apprehendent vitam eternam: in qua vocatus es ꝛ confeſſus bonam cõfeſſionem corã multis teſtibus. Precipio tibi coram deo qui viuificat oĩa: ꝛ chriſto ieſu q̃ teſtimoniũ reddidit ſub põtio pilato bonã cõfeſſionẽ vt ſerues mandatũ ſine macula irreprehenſibile vſq; in aduentum domini noſtri ieſu chriſti: quem ſuis temporibus oſtendet beatus ꝛ ſolus potens rex regum dñs dominantium: qui ſolus habet immortalitatem: ꝛ lucẽ habitat inacceſſibilem: quem nullus hominũ vidit: ſed nec videre poteſt: cui eſt honor ꝛ imperium in ſempiternũ. Amẽ. Diuitibus huius ſeculi precipe non ſublime ſapere neq; ſperare in incerto diuitiarũ: ſed in deo viuo qui pſtat nobis oĩa abũde ad fruenduʒ bene agere: diuites fieri in operibus bonis facile tribuere: cõicare: theſaurizare ſibi fundamẽtũ bonum in futurũ: vt apphendant veram vitã. O timothee depoſitũ cuſtodi deuitans ꝓphanas vocũ nouitates ꝛ appoſitiones falſi nois ſciẽtie quã quidã ꝓmittentes circa fidẽ exciderũt. Gratia tecũ. Amen.

A xlv.di.c.de iudeis.liiij. di.c.gñalis de bapti.c. maiores. — B — Eccle.v.c. Job.j.d. x.q.ij.c.epſ xiij.q.j.c.eccleſias. — xcix.di.c.j. de pe.di.ij. c.q2 radix. — C ij.Timo.ij. d. — Apo.xix.c. — Jo.j.b. j.Jo.ij.c. — D

Epla Pauli ad Timotheũ pma explicit.

Argumẽtũ in eplam ſecũdam incipit.

Item timotheo ſcribit de exhortatiõe martyrij: ꝛ de omni regula veritatis: ꝛ quid futuruʒ ſit temporibus nouiſſimis: ꝛ de ſua paſſione ſcribẽs ei ab vrbe roma.

Argumentũ explicit.

Epla Pauli ad timotheũ ſcda incipit.

C.S. Inducit apls timotheũ ad conſtãter pdicãdũ euãgeliũ xpi ex põtificali dignitate ac pdicãtiũ paucitate. Capitulũ.j.

A

Paulus apoſtolus ieſu xpi per voluntateʒ dei ſcdm ꝓmiſſionẽ vite q̃ eſt in xpo ieſu timotheo chariſſimo filio Gratia ꝛ miſericordia et pax a deo patre ꝛ chriſto ieſu dño nr̃o. Gratias ago deo meo cui ſeruio a ꝓgenitoribus meis in cõſcientia pura q͞ ſine intermiſſione

Ro.j.a.

B habeam tui memoriã in orõnibus meis nocte ac
die deſiderãs te videre. Memor lachrymarũ tua
rum vt gaudio implear. Recordationẽ accipiens
eius fidei que eſt in te nõ ficta: q̃ ꝛ habitauit pri
al's eutice. mũ in auia tua loide: ꝛ mr̃e tua: eunice. Certꝰ ſum
autẽ ꝙ ꝛ in te. Propter quã cãm admoneo te vt
reſuſcites grãm dei q̃ eſt in te ꝑ impoſitionẽ ma
nuũ mearũ. Non eñ dedit nobis deus ſpiritum
timoris: ſed virtutis ꝛ dilectionis ꝛ ſobrietatis.
Noli itaqꝫ erubeſcere teſtimonium dñi nr̃i neqꝫ
Ro.viij.c. me vinctum eius ſed collabora euangelio ſm vir
C tutem dei: qui nos liberauit ꝛ vocauit vocatione
ſua ſancta: nõ ſm opera noſtra: ſed ſm ꝓpoſitum
ſuũ ꝛ grã q̃ data eſt nobis in xp̃o ieſu ante tpa ſe
cularia. Manifeſtata eſt aũt nunc ꝑ illuminatio
nem ſaluatoris noſtri ieſu xp̃i qui deſtruxit quidẽ
mortem: illuminauit aũt vitã ꝛ incorruptionẽ ꝑ
ad tit.iij.b euangelium in quo poſitus ſum ego p̄dicator et
apl's ꝛ magiſter gentium. Ob quam cauſã etiã
j.timo.ij.b hec patior: ſed non confundor. Scio enim cui cre
didi: ꝛ certus ſum: q: potens eſt depoſitũ meum
ſeruare in illum diem. Formã habens ſanorũ ver
borũ que a me audiſti in fide ꝛ in dilectiõe in xp̃o
ieſu. Bonũ depoſitũ cuſtodi per ſpiritũ ſanctũ
qui habitat in nobis. Scis eñ hoc ꝙ auerſi ſunt
a me oẽs qui in aſia ſunt: ex quibus eſt philetus
ꝛ hermogenes. Det miam dñs oneſiphori do
mui: q: ſepe me refrigerauit: ꝛ catenã meam non
erubuit: ſed cũ romã veniſſet ſollicite me queſiuit
ꝛ inuenit. Det illi dñs inuenire miam a dño in il
la die. Et q̃ta epheſi miniſtrauit mihi: tu me
lius noſti.

C. S. C Sollicitat apoſtolus timotheũ ad exequẽdum predicationis officiũ: ac monet ipm iuuenilia deſideria fugere. Capitulũ.ij.

A

Tu ergo fili mi confor
tare in grã que eſt in xp̃o ieſu et
que audiſti a me ꝑ multos teſtes
hec commẽda fidelibus hominibꝰ
qui idonei erũt ꝛ alios docere. La
de cleri.vel bora ſicut bonus miles xp̃i ieſu. Nemo militans
loma.c.j. deo implicat ſe negocijs ſecularibꝰ vt ei placeat
Co.ix.b cui ſe probauit. Nã ꝛ qui certat in agone: nõ co
ij.qõ.j.ſ. ronabiẗ niſi legitime certauerit. Laborãtẽ agri
ita. colã opꝫ primũ de fructibus accipere. Intellige
B que dico. Dabit enim tibi dñs in oĩbus intelle
de cõſe.di. ctũ. Memor eſto dñm ieſum xp̃m reſurrexiſſe a
cũ tãtũ mortuis ex ſemine dauid ſm euangeliũ meũ in
quo laboro vſqꝫ ad vincula quaſi male operans:
ſed verbũ dei nõ eſt alligatũ. Ideo oĩa ſuſtineo ꝓ
pter electos: vt ꝛ ipſi ſalutem cõſequãtur que eſt
in xp̃o ieſu cũ gloria celeſti. Fidelis ſermo: nam ſi
commortui ſumus ꝛ cõuiuemus: ſi ſuſtinemus ꝛ cõ
regnabimus: ſi negauerimus: ꝛ ille negabit nos
C ſi non credimus: ille fidelis ꝑmanet: negare ſeipſũ
non põt. Hec cõmone teſtificans corã deo. Noli
contendere verbis: ad nihil enim vtile eſt niſi ad
ſubuerſionẽ audientiũ. Sollicite aũt cura teipm

probabilẽ exhibere deo: operariũ incõfuſibilem:
recte tractantẽ verbũ veritatis. Prophana aũt
ꝛ vaniloquia deuita. Multũ enim ꝓficiunt ad im
pietatẽ. ꝛ ſermo eorũ vt cãcer ſerpit. Ex quibus
eſt hymeneus ꝛ philetus: qui a veritate excide
runt: dicẽtes reſurrectionem iam factã: ꝛ ſubuer de pe.di.ij.
terũt quorũdam fidẽ. Sed firmũ fundamentũ c.firmum.
dei ſtat habens ſignaculũ hoc. Cognouit dñs q̃
ſunt eius: ꝛ diſcedit ab iniquitate oĩs qui inuo
cat nomẽ dñi. In magna aũt domo: nõ ſolũ ſunt D
vaſa aurea ꝛ argentea: ſed ꝛ lignea ꝛ fictilia: ꝛ que
dam quidẽ in honorẽ: quedã aũt in contumeliã. j.tio.iiij.b.
Si quis ergo ſe emundauerit ab iſtis: erit vas in Ibi.vj.c.
honorẽ ſanctificatũ: ꝛ vtile dño ad omne opus
bonum paratũ. Iuuenilia aũt deſideria fuge: ſe
ctare vero iuſticiam: fidẽ: ſpem: charitatem: ꝛ pa Ad tit.iij.a
cẽ cũ his qui inuocant dñm de corde puro. Stul ij.qõ.vij.c.
tas aũt ꝛ ſine diſciplina queſtiões deuita: ſciens ſicut ſacer
q: generant lites. Seruum aũt dñi non oportet dos.
litigare: ſed manſuetum eſſe apud oẽs docibilem
patiẽtẽ: cũ modeſtia: corripientẽ eos qui reſiſtũt
veritati: ne qñ det illis deus penitẽtiã ad cogno
ſcendã veritatẽ: ꝛ reſipiſcant a diaboli laqueis: a
quo captiui tenenẗ ad ipſius voluntatẽ.

C. S. C Hortaẗ apl's timotheũ ad p̄dicãdũ ꝓpter falſorũ predicatorũ multiplicationẽ futuram ꝛ iam inchoatam: ac ponitur timothei monitio de firmitate. Capl'm.iij.

Hoc autẽ ſcito: q: in A
nouiſſimis diebus inſtabũt tẽ j.tio.iiij.a.
pora periculoſa: ꝛ erunt hoĩes ij.Pe.ij.a
ſeipſos amãtes: cupidi: elati: Iude.j.f.
ſuperbi blaſphemi parẽtibus
nõ obediẽtes: ingrati: ſceleſti:
ſine affectione: ſine pace: crimi De pſe.di.
natores: incontinẽtes immites ſine benignitate iiij.c.ꝙuis.
proditores: proterui: tumidi: ceci: ꝛ voluptatum De ꝑti.c.
amatores ꝙ magis dei. Habentes ſpeciem qui excõicam'.
dem pietatis: virtutem autem eius abnegantes B
Et hos deuita. Ex his enim ſunt qui penetrant
domos: ꝛ captiuas ducunt mulierculas oneratas
peccatis: que ducuntur varijs deſiderijs: ſemper xxvj.q.v.c.
diſcentes ꝛ nunꝙ ad ſcientiã veritatis peruenie nec mirũ.
tes. Quemadmodum autem iamnes ꝛ mambres Exo.vij.b.
reſtiterunt moyſi: ita ꝛ hi reſiſtunt veritati: homi
nes corrupti mente: reprobi circa fidẽ: ſed vltra C
non proficient. Inſipientia enim eorum manife
ſtata erit omnibus: ſicut ꝛ illorum fuit. Tu autem
aſſecutus es meam doctrinam: inſtitutionem: ꝓ
poſitum: fidem longanimitatem: dilectionẽ: pa
tientiam: perſecutiones: paſſiones: qualia mihi
facta ſunt antiochie: iconij: liſtris: quales perſe vij.qõ.j.c.
cutiones ſuſtinui: ꝛ ex omnibus eripuit me domi ſuggeſtum.
nus. Et omnes qui pie volunt viuere in chriſto ie D
ſu: perſecutionem patientur. Mali autem homi
nes ꝛ ſeductores proficient in peius: errantes et
in errorem mittentes. Tu vero permane in his q̃
didiciſti: ꝛ credita ſunt tibi: ſciẽs a quo didiceris

Et quia ab infantia ſacras litteras noſti que te
ij. Pe.j.d. poſſunt inſtruere ad ſalutē ꝑ fidē que eſt in xp̄o
ieſu. Ois enim ſcriptura diuinitus inſpirata: vti
lis eſt ad docendum: ad arguendū: ad corripien-
dū: ad erudiendum in iuſticia: vt perfectus ſit ho
mo dei ad omne opus bonum inſtructus.

Capituli Summariū. Predicit apoſtolus multiplicationē malorum auditorū: cū denunciatione ſui martyrij. ⁊ aduentū timothei ad ſe flagitat. ⁊ amicos ſalutat. Capitulum. iiij.

A
xlv. diſt. c. j in fine. Teſtificor coram deo ⁊
chriſto ieſu qui iudicaturus eſt vi
uos ⁊ mortuos: ⁊ per aduentum
ipſius ⁊ regnū eius: predica ver-
xlv. diſt. c. j. bum inſta opportune: importune:
⁊. xxvj. argue: obſecra: increpa in omni patientia et do-
ctrina. Erit enim tempus cum ſanam doctrinam
xxvj. q. v. c. non ſuſtinebūt ſed ad ſua deſideria coaceruabūt
nec mirū. ſibi magiſtros prurientes auribus ⁊ a veritate q̄
dem auditum auertent: ad fabulas autem cōuer
B tentur. Tu vero vigila: in omnibus labora: opus
de finibus ſuis. At illi excuſſo puluere pedum in Luce. ix. a.
eos. venerunt iconium. Diſcipuli quoq replebā
tur gaudio ⁊ ſpirituſancto.

Capituli Summariū. De diuiſione facta
in iconio. de claudo ſanato per paulū: paulus et
barnabas extimantur dij: paulus lapidatus tra-
hitur extra ciuitatem. Capitulū. xiiij.

Actum eſt autē in A
iconio vt ſimul introirent
ſynagogā iudeorū ⁊ loque
rent ita vt crederet iudeo-
rū ⁊ grecorū copioſa multi
tudo. Qui vero increduli fue
runt iudei ſuſcitauerunt et
ad iracūdiā concitauerunt
aīas gentiū aduerſus frēs.
Multo igitur tpe demora
ti ſunt fiducialiter agētes in dn̄o teſtimonium per s. vj. c.
hibēte verbo grē ſue dāte ſigna ⁊ prodigia fieri
per manus eorū. Diuiſa eſt autē multitudo ciui
tatis ⁊ quedā quidē erāt cū iudeis quidā vero cū
apoſtolis. Cū autem factus eſſet impetus gētilium
⁊ iudeorū cū principibus ſuis vt contumelijs af-
ficerent ⁊ lapidarēt eos: intelligētes cōfugerunt
ad ciuitates licaonie lyſtrā derbē ⁊ vniuerſam in
circuitu regionē: ⁊ ibi euāgelizantes erāt. Et cō D
mota eſt oīs multitudo in doctrina eorū: paulus s. iij. a. c
autem ⁊ barnabas morabant lyſtris. Et quidā iiij. a.
vir lyſtris infirmus pedibus ſedebat claudus ex vte
ro matris ſue qui nunq ambulauerat. Hic audi
uit paulū loquētem. Qui intuitus eū. ⁊ videns
quia fidē haberet vt ſaluus fieret: dixit magna vo
ce. Surge ſuper pedes tuos rectus. ⁊ exiliuit ⁊ am
bulabat. Turbe autem cum vidiſſent quod fecerat

paulus: leuauerūt vocem ſuam licaonice dicētes.
Dij ſimiles facti hoībus deſcenderunt ad nos.
Et vocabant barnabā iouem. Paulum vo mer-
curium: quoniā ipſe erat dux verbi. Sacerdos ꝗꝫ
iouis qui erat ante ciuitatem: tauros ⁊ coronas
ante ianuas afferens cū populis volebat ſacrifi-
C care. Qđ vbi audierunt apoſtoli barnabas ⁊ pau
lus cōſciſſis tunicis ſuis exilierunt in turbas cla-
mantes ⁊ dicētes. Viri quid hec facitis? Et nos
mortales ſumus ſimiles vobis hoīes annuncian
Pſ.cxlv.a tes vobis ab his vanis cōuerti ad deum viuum q
Apo.xiiij.b fecit celum ⁊ terram: mare ⁊ omnia que in eis ſūt
i.xvij.f. qui in p̄teritis generationibus dimiſit oēs gen-
tes ingredi vias ſuas. Et quidem non ſine teſti
monio ſemetipſum reliquit bñfaciēs de celo dās
pluuias ⁊ tp̄a fructifera implens cibo ⁊ leticia
corda eorū. Et hoc dicētes vix ſedauerūt turbas
ne ſibi immolarēt. Superuenerūt aūt quidam ab
antiochia ⁊ iconio iudei: ⁊ perſuaſis turbis lapi-
dantesq̧ paulū traxerūt extra ciuitatē eſtimātes
eū mortuū eſſe. Circūdantib⁹ autē eū diſcipulis
D ſurgens intrauit ciuitatem: ⁊ poſtera die ꝓfect⁹
eſt cū barnaba in derbē. Cūq̧ euāgelizaſſet ciui
tati illi ⁊ docuiſſent multos: reuerſi ſunt lyſtriam
i.q.iij.c.ſal ⁊ iconiam ⁊ antiochiam cōfirmātes aīas diſcipu
uator.i ꝑn. lorum exhortātesq̧ vt permanerēt in fide: ⁊ quo
niam per multas tribulationes oportet nos in-
trare in regnū dei. Et cū cōſtituiſſent illis ꝑ ſin-
gulas eccleſias preſbyteros ⁊ oraſſent cū ieiuna-
tionibus: cōmēdauerunt eos dño in quē credide
runt. Trāſeūtesq̧ piſidiā venerūt in pāphiliā
⁊ loquentes verbum dñi in pergē deſcenderūt in
athaliā ⁊ inde nauigauerūt antiochiā vñ erant
traditi gratie dei in opus qđ cōpleuerunt. Cum
autē veniſſent ⁊ cōgregaſſent eccl'iam: retulerūt
quanta feciſſet deus cum illis: ⁊ q: aperuiſſet gē-
tibus oſtium fidei. Morati ſunt autem tempus
non modicum cum diſcipulis.

¶ C.S. ¶ Per acceſſum apl'orū in hierl'm q̄ſtio de legaliū obſeruatione ꝓponiť ac ſoluiť: atq̧ publicationi demandať: ac ſeparať barnabas a paulo ⁊ ſyle coniungiť. Capl'm.xv.

A Gal.v.a. Et quidam deſcēden
tes de iudea docebāt fratres:
quia niſi circumcidamini ſm
morem moyſi non poteſtis ſal
uari. Facta ergo ſeditione nō
minima paulo ⁊ barnabe ad-
uerſus illos ſtatuerūt vt aſcen
derēt paulus ⁊ barnabas ⁊ quidā alij ex alijs ad
apl'os ⁊ p̄ſbyteros in hierl'm ſuꝑ hac queſtione.
Illi ergo deducti ab eccleſia ꝑtrāſibāt phenicem
⁊ ſamariā: narrātes cōuerſationē gentiū: ⁊ facie-
bant gaudium magnum omnibus fratribus. Cū
aūt veniſſent hieroſolymam: ſuſcepti ſunt ab ec-
cleſia ⁊ ab apl'is ⁊ ſenioribus: annunciātes quan
ta deus feciſſet cum illis. Surrexerunt autē qui-
B dam de hereſi phariſeorum qui crediderunt di-
centes: q: oportet circumcidi eos: precipue ꝗꝫ ſer
uare legem moyſi. Conueneruntq̧ apoſtoli et ſe-
niores videre de verbo hoc. Cum autem magna
conquiſitio fieret: ſurgens petrus dixit ad eos.
Viri fratres vos ſcitis: quoniam ab antiquis die
bus deus in nobis elegit per os meum audire gē
tes verbum euangelij ⁊ credere. Et qui nouit cor
da deus: teſtimonium perhibuit dans illis ſpiri-
tumſanctum ſicut ⁊ nobis ⁊ nihil diſcreuit inter
nos ⁊ illos fide purificās corda eorum. Nunc er- C
go quid tētatis deū imponere iugū ſuꝑ ceruices
diſcipulorū: qđ neq̧ nos neq̧ patres noſtri por
tare potuimus: ſed per gratiā dñi noſtri ieſu xp̄i
credimus ſaluari: quēadmodū ⁊ illi. Tacuit autē
omnis multitudo: ⁊ audiebāt barnabam ⁊ paulū
narrantes quāta deus feciſſet ſigna ⁊ ꝓdigia in
gentibus per eos. Et poſtꝗ̄ tacuerunt rñdit ia-
cobus dicens. Viri fratres audite me. Simō nar
rauit quēadmodum primum deus viſitauit ſume
re ex gentibus populum nomini ſuo. Et huic cō
cordant verba ꝓphetarū: ſicut ſcriptū eſt. Poſt Amos.ix.c
hec reuertar: ⁊ reedificabo tabernaculum dauid
qđ decidit: ⁊ dirupta eius reedificabo ⁊ erigam
illud: vt requirant ceteri hominū dñm: ⁊ omnes
gentes ſuper quas inuocatum eſt nomen meum D
dicit dñs faciēs hec. Notū a ſeculo eſt dño opus
ſuū. Propter qđ ego iudico non inquietari eos
qui ex gentibus cōuertuntur ad deū: ſed ſcribere
ad eos vt abſtineant ſe a contaminationibus ſi-
mulacrorum: ⁊ fornicatione ⁊ ſuffocatis ⁊ ſangui s.xiij.d.
ne. Moyſes enim a tēporibus antiquis habet in
ſingulis ciuitatibus qui eum p̄dicent in ſynago
gis vbi ꝑ omne ſabbatū legitur. Tūc placuit apo
ſtolis ⁊ ſenioribus cū omni eccleſia: eligere viros
ex eis: ⁊ mittere antiochiā cū paulo ⁊ barnaba: E
iudam qui cognominabať barſabas ⁊ ſylā: viros
primos in fratribus ſcribentes per manus eorū
Apl'i ⁊ ſeniores fratres his qui ſunt antiochie et
ſyrie ⁊ cilicie fratribus ex gētibus ſalutē: qm̄ au
diuimus: q: quidā ex nobis exeūtes turbauerūt
vos verbis euertētes aīas vr̄as quibus nō man
dauimus: placuit nobis collectis in vnū eligere
viros: ⁊ mittere ad vos cū chariſſimis nr̄is bar-
naba ⁊ paulo hoībus qui tradiderūt aīas ſuas ꝓ
noīe dñi nr̄i ieſu xp̄i. Miſimus ergo iudā ⁊ ſyllā
qui ⁊ ipſi vobis verbis referēt eadē. Viſū eſt em̄
ſpūiſctō ⁊ nobis nihil vltra imponere vobis one
ris ꝗ̄ hec neceſſaria: vt abſtineatis vos ab immo
latis ſimulacrorū ⁊ ſanguine ⁊ ſuffocato ⁊ forni-
catione: a quib⁹ cuſtodiētes vos bñ agetis. Vale F
te. Illi ergo dimiſſi deſcēderūt antiochiā: ⁊ cōgre
gata multitudine tradiderunt epl'am. Quā cum
legiſſent gauiſi ſunt ſuꝑ cōſolatione. Iudas aūt
⁊ ſylas ⁊ ipſi cū eſſent ꝓphete: v̄bo plurimo con-
ſolati ſunt fratres ⁊ cōfirmauerūt. Facto autem
ibi aliquāto tp̄e dimiſſi ſunt cū pace a fratribus
ad eos qui miſerāt illos. Viſum eſt aūt ſyle ibi re
manere: iudas aūt ſolus abijt in hierl'm. Paulus
aūt ⁊ barnabas demorabanť antiochie: docētes
⁊ euāgelizātes cū alijs pluribus verbū dñi. Poſt G
aliquot aūt dies dixit ad barnabā paulus. Reuer

tētes viſitemus fratres per vniuerſas ciuitates
in quibus p̄dicauimus verbū dn̄i qn̄o ſe habeāt
Barnabas aūt volebat ſecū aſſumere iohannē
ē.xiij.a. qui cognominabaṫ marcus. Paulus autē roga-
bat eū: vt qui diſceſſiſſet ab eis de pamphilia: et
nō eſſet cum eis in opus nō debere recipi. Facta
eſt autē diſſenſio ita vt diſcederent ab inuicē: et
barnabas quidē aſſumpto marco nauigaret cy-
prum. Paulus vero electo ſyla ꝓfectus eſt: tra-
ditus grē dei a fratribus. Perambulabat autē
ſyriā ⁊ ciliciā: cōfirmans eccleſias: p̄cipiēs cuſto
dire precepta apoſtolorum ⁊ ſeniorum.

¶ Capi. Sūma. ¶ Paulus iunctus timotheo predicat in macedonia in ciuitate philipi: ⁊ exin de oritur eius perſecutio propter phytoniſſam a demonio liberatam: qui ceſi mittuntur in carcerem ⁊ liberantur. Capitulum. xvj.

A DEruenit aūt in derbē
⁊ lyſtram. Et ecce diſcipulus qui
dā erat ibi noīe timotheus: fili⁹
mulieris vidue fidelis: patre gen
tili. Huic teſtimoniū bonum red
debant qui in lyſtris erant. ⁊ iconio fratres. Hūc
voluit paulus ſecum ꝓficiſci: ⁊ aſſumens circum-
cidit cum ꝓpter iudeos qui erant in illis locis.
Sciebant enim oēs ꝙ pater eius erat gentilis.
Cum autē pertranſirēt ciuitates. tradebant eis
cuſtodire dogmata que erant decreta ab apl̄is ⁊
ſenioribus qui erant hieroſolymis. Et eccleſie q̇
dem cōfirmabāṫ fide ⁊ abundabāt numero quo-
tidie. Tranſeuntes aūt phrygiā ⁊ galathie regio
nē: vetati ſunt a ſpūſancto loqui verbum dei in
B aſia. Cum veniſſent autē in myſiā: tentabant ire
in bithyniam: ⁊ nō ꝑmiſit eos ſpūs ieſu. Cū aūt
pertrāſiſſent myſiā deſcēderūt troadē: ⁊ viſio ꝑ
noctē paulo oſtēſa eſt. Uir macedo quidā erat
ſtans ⁊ deprecās eū ⁊ dicens. Trāſiēs in macedo
niam adiuua nos. Ut autē viſum vidit ſtatim q̄ſi
uimus proficiſci in macedoniā: certi facti ꝙ vocaſ
ſet nos deus euāgelizare eis. Nauigantes autē
a troade recto curſu venimus ſamothraciā: ⁊ ſe-
quēti die neapolim: ⁊ inde philippis que eſt pri-
ma partis macedonie ciuitas calonia. Eramus
autē in hac vrbe diebus aliquot cōſiſtentes. Die
C autē ſabbatorū egreſſi ſumus foras portā iuxta
flumē vbi videbaṫ oratio eſſe: ⁊ ſedētes loqueba
mur mulieribus que cōuenerāt: ⁊ quedā mulier
noīe lydda purpuraria ciuitatis thyatirenorū
colēs deū audiuit cuius dn̄s aperuit cor intēdere
his que dicebātur a paulo. Cū aūt baptizata eēt
⁊ domus eius deprecata eſt: dicēs. Si iudicaſtis
me fidelē dn̄o eſſe: introite in domū meā ⁊ mane
te: ⁊ coegit nos. Factū eſt aūt euntibus nobis ad
orationē puellā quēdā habētē ſpm̄ phytonē ob-
uiare nobis: que q̄ſtū magnū p̄ſtabat dn̄is ſuis di
uinando. Hec ſubſecuta paulū ⁊ nos clamabat: di
cēs. Iſti hoīes ſerui dei excelſi ſunt: qui annun-
ciāt vobis viā ſalutis: hoc autem faciebat multis

diebus. Dolens aūt paulus ⁊ cōuerſus ſpiritui D
dixit. Precipio tibi in noīe ieſu xp̄i exire ab ea.
Et exijt eadē hora. Uidentes autem dn̄i eius: q: xxvj. q. ij. c.
exiuit ſpes queſtus eorū: apprehēdentes paulum illud quod
⁊ ſylā ꝑduxerunt in forum ad principes: ⁊ offerē de cōſe. di.
tes eos magiſtratibus: dixerunt. Hi homines cō iiij. c. nullo
turbant ciuitatē noſtrā cum ſint iudei: ⁊ annun- autem.
ciāt morē quē non licet nobis ſuſcipere neq̄ face
re: cum ſimus romani. Et cucurrit plebs aduer-
ſus eos ⁊ magiſtratus ſciſſis tunicis eorum iuſſe
runt eos virgis cedi. Et cum multas plagas eis E
impoſuiſſent: miſerunt eos in carcerē: precipien- ij. cori. xj. c.
tes cuſtodi vt diligenter cuſtodiret eos. Qui cū
tale p̄ceptū accepiſſet: miſit eos in interiorē car-
cerē: ⁊ pedes eorum ſtrinxit ligno. Media autē
nocte paulus ⁊ ſylas adorantes laudabant deum
⁊ audiebāt eos qui in cuſtodia erant. Subito vo
terremotus factus eſt magnus: ita vt mouerenṫ
fundamēta carceris. Et ſtatim aperta ſunt oīa ē. v. d.
oſtia: ⁊ vniuerſorum vincula ſoluta ſunt. Expge ⁊. xij. a.
factus autem cuſtos carceris ⁊ videns ianuas ap F
tas carceris: euaginato gladio volebat ſe interfi
cere: eſtimans fugiſſe vinctos. Clamauit autem
paulus voce magna dicens. Nihil tibi mali fece-
ris. Uniuerſi em̄ huic ſumus. Petitoq̄ lumine
introgreſſus eſt: ⁊ tremefact⁹ ꝓcidit paulo ⁊ ſyle
ad pedes: ⁊ ꝓducens eos foras: ait. Dn̄i q̇d me
oportet facere vt ſaluus fiā? At illi dixerūt. Cre-
de in dn̄m ieſum: ⁊ ſaluus eris tu ⁊ domus tua.
Et locuti ſunt ei verbū dn̄i cum oībus qui erant
in domo eius. Et tollens eos in illa hora noctis
lauit plagas eorum. Et baptizatus eſt ipe ⁊ oīs
domus eius cōtinuo. Cūq̄ ꝑduxiſſet eos in do-
mū ſuā: appoſuit eis mēſā ⁊ letatus eſt cū omni
domo ſua credēs deo. Et cū dies factus eſſet: mi G
ſerunt magiſtratus lictores dicētes. Dimitte ho
mines illos. Nūciauit autē cuſtos carceris verba
hec paulo: q: miſerūt magiſtratus vt dimittami- x. diſ. c. ſi in
ni. Nūc igiṫ exeuntes ite in pace. Paulus autē adiutorium.
dixit eis. Ceſos nos publice indēnatos hoīes ro
manos miſerūt in carcerem: ⁊ nunc occulte nos
eijciunt. Nō ita: ſed veniāt ⁊ ipſi nos eijciāt. Nū
ciauerunt autē magiſtratus lictores verba hec.
Timueruntq̄ audito ꝙ romani eſſent: ⁊ venien-
tes deprecati ſunt eos: ⁊ educētes rogabant vt
egrederentur de vrbe. Exeuntes autem de carce
re: introierunt ad lydiam: ⁊ viſis fratribus cōſo-
lati ſunt eos ⁊ profecti ſunt.

¶ C. S. ¶ Ponit pauli p̄dicatio in theſſalonica ac beroe: interpoſita eius ꝑſecutione ⁊ uue-nit athenas: p̄dicās ibi xp̄m. Capitulū. xvij.

CUm autē perambu- A
laſſent amphipolim ⁊ appolo-
niam venerūt theſſalonicā: vbi
erat ſynagoga iudeorū. Scd̄m
cōſuetudinē aūt paulus introi
uit ad eos: et ꝑ ſabbata tria diſ Lu. xxiiij. e.
ſerebat eis de ſcripturis: ada-

periens inſinuans: q: xp̄m oportuit pati ⁊ reſur
gere a mortuis: ⁊ q: hic eſt ieſus xp̄s quem ego
annūcio vobis. Et quidaʒ ex eis crediderūt ⁊ ad
iuncti ſunt paulo ⁊ ſile: ⁊ de colentibus gentili-
B buſq; multitudo magna: ⁊ mulieres nobiles nō
pauce. Zelantes aūt iudei: aſſumēteſq; de vulgo
viros quoſdā malos: ⁊ turba facta cōcitauerunt
ciuitatem: ⁊ aſſiſtentes domui iaſonis querebāt
eos producere in ppl'm. Et cuʒ non inueniſſent
eos: trahebant iaſonem ⁊ quoſdā fratres ad p̄n
cipes ciuitatis clamantes: q̄m hi qui vrbem con
citant: ⁊ huc venerunt quos ſuſcepit iaſon et hi
omnes contra decreta ceſaris faciunt regē aliū:
Jo.xviij.g. dicētes eſſe ieſum. Cōcitauerūt autem plebem
et p̄ncipes ciuitatis audiētes hec. Et accepta ſa
tiſfactione a iaſone ⁊ a ceteris: dimiſerunt eos.
C Frēs v̄o confeſtim p̄ noctē dimiſerunt paulū et
ſilaʒ in beroam. Qui cū veniſſent in ſynagogam
iudeoꝝ introierūt. Hi aūt erāt nobiliores eorū
qui ſunt theſſalonice qui ſuſceperūt verbū cum
omni auiditate: q̄tidie ſcrutātes ſcripturas: ſi
hec ita ſe hērēt. Et m'lti q̄dē crediderūt ex eis: ⁊
mulieꝝ gētiliū honeſtaꝝ: ⁊ viri non pauci. Cum
autem cognouiſſent in theſſalonica iudei: q: et
beroe predicatū eſt a paulo verbū dei: venerunt
⁊ illuc cōmouētes ⁊ turbātes multitudinē. Sta
timq; tūc paulū dimiſerūt frēs vt iret vſq; ad
mare. Silas aūt ⁊ timotheꝰ remāſerūt ibi. Qui
D autē deducebāt paulū p̄duxerūt eū vſq; athēis
et accepto mādato ab eo ad ſilā ⁊ timotheū: vt
q̄ celeriter venirēt ad illū. p̄fecti ſunt. Paulus
autē cū athenis eos expectaret: incitabat̄ ſpūs
eius in ip̄o vidēs idolatrie deditā ciuitatē. Di-
ſputabat igit̄ in ſynagoga cū iudeis et colētibꝰ:
et in foro p̄ oēs dies ad eos q̄ audierāt. Quidaʒ
aūt epicurei ⁊ ſtoici philoſophi diſſerebāt cū eo:
et q̄dā dicebāt. Quid vult ſeminiuerbius hic di-
xiiij.di.c.ſit rector cir-ca fi. cere. Alij v̄o nouoꝝ demonioꝝ videt̄ annūciator
eſſe: q: ieſuʒ ⁊ reſurrectionē annūciabat eis. Et
apprehēſuʒ eū ad ariopagum duxerūt dicentes.
E Poſſumus ſcire que eſt hec noua que a te d: do
ctrina. Noua em̄ q̄dā infers aurib' nr̄is. Volu-
mus ergo ſcire quidnaʒ velint hec eſſe. Athenie
ſes autē oēs ⁊ aduene hoſpites ad nihil aliud va
cabant: niſi aut dicere aut audire aliquid noui
Stans autē paulus in medio eriophagi: ait. Vi
ri athenienſes per omnia quaſi ſup̄ſtitioſos vos
video. Preteriēs eniʒ ⁊ videns ſimulacra veſtra
xiiij.c. inueni ⁊ aram in qua ſcriptum erat. Ignoto deo
F Quod ergo ignorantes colitis: hoc annūcio vo
bis. Deus qui fecit mūdū ⁊ omnia que in eo ſūt
hic celi ⁊ terre cū ſit dn̄s: non in manu factis tē
plis hītat: nec manibꝰ humanis colitur indigēs
aliquo: cū ipſe det omnibus vitā ⁊ inſpirationē
et omnia: fecitq; ex vno oē genus hoīʒ inhabita
xvj.q.vij. re ſup̄ vniuerſaʒ faciē terre definiēs ſtatuta tp̄a
c.nō obſer ⁊ terminos habitatiōis eoꝝ: q̄rere deum ſi forte
uetis.in fi. attrectēt eum aut inueniāt: q̄uis nō lōge ſit ab
G vnoquoq; noſtrum. In ipſo em̄ viuimus ⁊ moue
mur ⁊ ſumus ſicut ⁊ q̄daʒ veſtroꝝ poetaꝝ dixe-
runt. Ipſius em̄ ⁊ genus ſumꝰ. Genus ergo cū

ſimus dei: nō debemus eſtimare auro ⁊ argēto
aut lapidi ſculpture artis ⁊ cogitatiōis hoīs di
uinū eſſe ſimile. Et tp̄a q̄deʒ huius ignorātie de
ſpiciēs deus nūc annūciat hoībus vt oēs vbiq;
pniam agant: eo q̄ ſtatuit dieʒ in quo iudicatu
rus eſt orbem in equitate in viro in quo ſtatuit
fidē prebens oībus ſuſcitans eū a mortuis. Cū
audiſſent aūt reſurrectionem mortuorum quidā
quidem irridebant: quidam v̄o dixerunt. Audia
mus te de hoc iterum. Sic paulus exiuit de me-
dio eorum. Quidam vero viri adherentes ei: cre
diderunt: in quibus et dionyſius ariopagita et
mulier nomine damaris: et alij cum eis.

C Capituli Summarium. C Pauli predica
tio in corintho ponitur: cum inſurrectiōe aduer
ſariorum: atq; de aduentu eius in epheſuʒ: ⁊ ad
iungitur de appolline. Capitulū.xviij.

P Oſt hec egreſſus ab A
athenis venit corinthū: ⁊ inue-
niens q̄ndā iudeum: noīe aq̄lam
ponticū genere: qui nuper vene
rat ab italia ⁊ priſcillā vxorē eius
eo q̄ precepiſſet claudius diſcedere oēs iudeos
a roma: acceſſit ad eos: ⁊ q: eiuſdem erat artis
manebat apud eos ⁊ operabat̄. Erāt aūt ſceno B
factorie artis. Et diſputabat in ſynagoga p̄ oē
ſabbatū interponēs nomē dn̄i ieſu: ſuadebatq;
iudeis ⁊ grecis. Cū venisſent aūt de macedonia
ſilas ⁊ timotheus: inſtabat verbo paulus teſtifi
cans iudeis eſſe xp̄m ieſum. Contradicentibus
autem eis ⁊ blaſphemantibus: excutiens veſti-
mēta ſua: dixit ad eos. Sanguis veſter ſuper ca
put veſtrum. Mundus ego ex hoc ad gentes va C
dam. Et migrans inde intrauit in domuʒ cuiuſ Jobā.iiij.g
dam nomine titi iuſti colentis deum: cuius do-
mus erat coniuncta ſynagoge. Criſpus autē ar
chiſynagogus credidit domino cū omni domo
ſua: ⁊ multi corinthiorūʒ audientes: credebant
et baptizabātur. Dixit autem dominꝰ nocte per
viſionē paulo. Noli timere: ſed loquere ⁊ ne ta-
ceas. Propter q̄d ego ſuʒ tecū ⁊ nemo appone
tur tibi vt noceat te: q̄m ppl's eſt mihi multꝰ in
hac ciuitate. Sedit aūt ibi annum ⁊ ſex menſes: D
docens apud eos verbum dei. Gallione aūt pro
conſule achaie inſurrexerunt vno animo iudei
in pauluʒ: ⁊ adduxerūt eum ad tribunal: dicētes
quia contra legem hic perſuadet hominibus co
lere deum. Incipiente autem paulo aperire os:
dixit gallio ad iudeos. Si quidem eſſet iniquuʒ
aliquid aut facinus peſſimum o viri iudei: recte
vos ſuſtinerem: ſi v̄o queſtiones ſunt de verbo ⁊
nominibus legis veſtre: vos ipſi videritis. Iudex
ego horum nolo eſſe: et minauit eos a tribunali.
Apprehendentes aūt oēs ſoſthenem principem
ſynagoge: percutiebant eum ante tribunal ⁊ ni E
hil eoꝝ gallioni cure erat. Paulus v̄o cū adhuc
ſuſtinuiſſet dies multos fratribus valefaciens
nauigauit in ſyriā: ⁊ cū eo priſcilla ⁊ aquila qui

ſibi tōderat in cēchris caput. Hēbat eñ votū3.
Deuenitq3 epheſum ⁊ illos ibi reliqt. Ipe vero
ingreſſus ſynagogā diſputabat cū iudeis. Rogā
tibus aūt eis vt ampliori tēpore maneret: nō cō
ſenſit: ſed valefaciens ⁊ dicēs: iteru3 reuertar ad
F vos deo volēte: pfectus eſt ab epheſo. Et deſcē
dens ceſaream aſcendit ⁊ ſalutauit eccleſiam: et
deſcendit antiochiam. Et facto ibi aliquāto
tempore profectus eſt perambulans ex ordine
galathiam regionem et phrygiam: confirmans
omnes diſcipulos. Iudeus autem quidam apol
lo: nomine alexandrinus genere: vir eloquens
deuenit epheſu3 potens in ſcripturis. Hic erat
edoctus viam domini: ⁊ feruēs ſpiritu loqueba-
tur: ⁊ docebat diligenter ea que ſunt ieſu: ſciens
G tm̄ baptiſima iohannis. Hic ergo cepit fidu-
cialiter agere in ſynagoga. Quem cu3 audiſſent
priſcilla et aquila: aſſumpſerunt eum et diligen
tius expoſuerunt ei viā domini. Cu3 autem vel
let ire achaiam: exhortati fratres ſcripſerunt di-
ſcipulis vt ſuſciperent eum. Qui cu3 veniſſet: cō
tulit multum his qui crediderunt. Vehementer
enim iudeos reuincebat publice oſtendens per
ſcripturas eſſe chriſtum ieſum.

Ca. Sūma. Predicat paulus in reditu
eius ad epheſu3 de veritate baptiſmi ⁊ euāgelij:
et deſcribitur inſpiratio regreſſus eius in hierl'3
cum cedatione populi epheſiorū. Cap. xix.

A Actum eſt autem cum
appollo eēt corinthi vt paul⁹ pa
gratis ſuperioribus ptibus veni
ret epheſu3 ⁊ inueniret quoſda3
diſcipulos. Dixitq3 ad eos. Si
ſpiritum ſāctu3 accepiſtis credentes. At illi dixe
s.j.a.⁊ xj.b runt ad eum. Sed neq3 ſi ſpūſſctūs eſt audiui-
mus. Ille vō ait. In quo ergo baptizati eſtis?
Qui dixerunt. In iohannis baptiſmate. Dixit
autem paulus. Iohannes baptizauit baptiſmo
pnie ppl'm: dicens: in eū qui venturus eſſet poſt
ipm: vt crederent: hoc eſt in ieſum. His auditis
s.ij.a ⁊ iiij.f baptizati ſunt in noie dn̄i ieſu. Et cū impoſuiſ-
De pſe. di ſet illis manus paul⁹ venit ſpūſſctūs ſup eos: et
iiij.c.a qdā loquebātur linguis ⁊ pphetabāt. Erāt aūt oēs
B viri fere duodecim. Introgreſſus aūt ſynagogā
cū fiducia loquebat per tres menſes diſputās: ⁊
ſuadens de regno dei. Cū aūt quidā indurarent-
tur ⁊ nō crederēt: male dicētes viā dn̄i corā mul
titudine: diſcedēs ab eis ſegregauit diſcipulos
quotidie diſputans in ſchola tyrāni cuiuſdam.
Hoc autem factū eſt per bienniū: ita vt oēs qui
habitabāt in aſia audirēt vbum dn̄i: iudei atq3
gētiles. Virtuteſq3 nō modicas q̄libz faciebat
C deus p manū pauli: ita vt etiā ſup lāguidos de
ferētur a corpe ei⁹ ſudaria ⁊ ſemicinctia ⁊ recede
bāt ab eis lāguores ⁊ ſpūs nequā egrediebātur.
Tēptauerūt aūt qdā de circūeuntibus iudeis ex
orciſtis inuocare ſup eos qui habebant ſpiritus
malos nomē dn̄i ieſu dicentes. Adiuro vos per
ieſum quē paul⁹ pdicat. Erāt aūt cuiuſdā iudei
noie ſceue pncipis ſacerdotū ſeptē filij q hoc fa
ciebāt. Rn̄dēs aūt ſpūs nequa3 dixit eis. Ieſu3
noui ⁊ paulū ſcio. Vos aūt qui eſtis. Et inſiliēs
homo in eos in quo erat demoniū peſſimū: ⁊ do
minatus ambo⁊ inualuit cōtra eos: ita vt nudi
⁊ vulnerati effugerēt de domo illa. Hoc aūt notū
factu3 eſt oībus iudeis atq3 gētilibus qui habi-
tabāt epheſi. Et cecidit timor ſup oēs illos ⁊ ma De pe. di.
gnificabatur nomē dn̄i ieſu. Multiq3 credentiū c. voluiſſet.
veniebāt cōfitentes ⁊ annūciantes actus ſuos. D
Multi aūt ex eis qui fuerāt curioſa ſectati: con
tulerūt libros ⁊ cōbuſſerūt eos corā oībus et cō
putatis pcijs illorū: inuenerūt pecuniā denario-
rum quinquaginta miliū. Ita fortiter cr. ſcebat
verbū dei ⁊ cōfirmabat. His āt expletis ppoſuit
paul⁹ in ſpū trāſit a macedonia ⁊ achaia ire hie
roſolymā: dicens. Qm̄ poſtq̄ fuero ibi oportet
me ⁊ romā videre. Mittēs aūt in macedoniam
duos ex miniſtrātib⁹ ſibi timotheū ⁊ eraſtū: ipe
remāſit ad tp̄s in aſia. Facta eſt aūt illo tpe tur
batio nō minima de via dn̄i. Demetrius eñ qui E
dā nomine argētarius faciēs edes argenteas
diane pſtabat artificibus nō modicū queſtum
quos ɔuocās ⁊ eos q eiuſmōi erāt opifices: di-
xit. Viri ſcitis: q2 de hoc artificio eſt nobis acq
ſitio ⁊ videtis ⁊ auditis: q2 nō ſolū epheſi ſ3 pe-
ne totius aſie paulus hoc ſuadēs auertit multā
turbā: dicēs. Qm̄ non ſunt dij qui manib⁹ fiūt.
Non ſolū aūt hec periclitabitur nobis pars in
redarguitionē venire ſ3 ⁊ magne diane tēplū in
nihilum reputabitur: ſed ⁊ deſtrui incipiet maie
ſtas ei⁹ quā tota aſia ⁊ orbis colit. His auditis
repleti ſūt ira: ⁊ exclamauerūt dicētes. Magna
diana epheſiorum. Et impleta eſt ciuitas tota j.co.
confuſione: ⁊ impetu3 fecerūt vno animo in thea F
trū rapto gaio ⁊ ariſtarcho macedonib⁹ comiti
bus pauli. Paulo aūt volēte intrare in ppl'm:
non pmiſerūt diſcipuli. Quidā autē ⁊ de aſie pn
cipibus qui erāt amici eius: miſerūt ad eu3 rogā
tes ne ſe daret in theatru3. Alij autem aliud cla
mabāt. Erat eñ eccleſia confuſa: ⁊ plures neſcie
bant qua ex cauſa conueniſſent. De turba autē
detraxerunt alexandrum ppellentib⁹ cū iudeis.
Alexander aūt manu ſilētio poſtulato volebat
reddere rationē ppl'o. Quē vt cognouerūt iudeū
eſſe: vox facta eſt vna oīm quaſi per horas duas
clamātiū. Magna diana epheſio⁊. Et cū ſedaſ-
ſet ſcriba turbas: dixit. Viri epheſij qs enim eſt s.co.
hoim q neſciat epheſio⁊ ciuitatem cultrice3 eſſe G
magne diane: iouiſq3 plis? Cū ergo his cōtradi
ci nō poſſit: op3 vos ſedatos eē et nihil temere
agere. Adduxiſtis enim hoies iſtos neq3 ſacrile-
gos neq3 blaſphemātes deā vr̄a3. Qđ ſi demetri
us ⁊ q cū eo ſūt artifices habēt aduerſus aliquē
cauſam: cōuentus forēſes aguntur et procōſu-
les ſunt: accuſent inuicē. Si qd aūt alterius rei
queritis i legitima eccl'ia poterit abſolui. Nā et
periclitamur argui ſeditiōis hodierne: cū nullus
obnoxi⁹ ſit de quo poſſim⁹ reddere rōnem con
curſus iſtius. Et cū hec dixiſſet: dimiſit eccl'iam.

¶ Capi. Sūma ¶ Remotis inſidijs iudeorum ponit̃ pceſſus pauli per viā ad hierl'm per diuerſa loca in quibus predicauit. Capitulū.xx.

A Oſtq̄ autē ceſſauit tumultus vocatis paulus diſcipulis: ⁊ exhortatus eos valedixit: ⁊ profectus eſt vt iret in macedoniā. Cum autem perambulaſſet partes illas ⁊ exhortatus eos fuiſſet multo ſermone: venit ad greciam: vbi cum fuiſſet mēſes tres: facte ſunt illi incidie a iudeis nauigaturo in ſyriaʒ: habuitq̄ cōſilium vt reuerteretur per macedoniā. Comitatus eſt autem eum ſoſipater pyrrhi beroenſis: teſſalonicenſiū vero ariſtarchus: ⁊ ſecun-
B dus ⁊ gaius: derbeus ⁊ timotheus: aſiani vero tichicus ⁊ trophimus. Hi cum preceſſiſſent: ſuſtinuerunt nos troade: nos vero nauigauimus poſt dies azimorū a philippis: ⁊ venimus ad eos troadem in diebus quinq̄: vbi demorati ſumus diebus ſeptem. Vna autē ſabbati cū conueniſſemus ad frangendū panem: paulus diſputabat cū eis profecturus in craſtinum: ptraxitq̄ ſermonem vſq̄ in mediā noctē. Erant aūt lāpades copioſe in cenaculo vbi eramus cōgregati. Sedens autē quidam adoleſcēs noie euthicus ſuper feneſtrā: cū mergeretur ſomno graui diſputante diu pau-
C lo: ductus ſomno cecidit de tertio cenaculo deor-
Regum ſum ⁊ ſublatus eſt mortuus: ad quē cū deſcendiſ-
.o. ſet paulus. incubuit ſup eū: ⁊ cōplexus dixit. No-
Regum lite turbari. Aīa enim ipſius cum ipſo eſt. Aſcen-
.ſ. dens autē frangēſq̄ panē ⁊ guſtās: ſatiſq̄ allocutus eſt vſq̄ in lucem: ⁊ ſic pfectus eſt. Adduxerunt autē puerum viuentē: ⁊ cōſolati ſunt nō minime. Nos autem aſcēdentes nauē nauigauim⁹ in aſſon: inde ſuſcepturi paulū. Sic enim diſpoſuerat ipſe per terrā iter facturus. Cū autem cōueniſſemus in aſſon: aſſumpto eo venimus mytilenem. Et inde nauigantes ſequenti die venimus contra tichium: ⁊ alia die applicuimus ſamū: ⁊ ſe-
D quenti die venimus myletū. Propoſuerat enim paulus trāſnauigare epheſum: ne qua mora illi fieret in aſia. Feſtinabat enim ſi poſſibile ſibi eſſet vt diem penthecoſten faceret hieroſolymis. A myleto aūt mittens epheſuʒ: vocauit maiores natu eccleſie. Qui cū veniſſent ad eū ⁊ ſimul eēnt dixit eis. Vos ſcitis a prima die qua ingreſſus ſum in aſiam: qualiter vobiſcum per omne tēpus fuerim ſeruiens dño cum omni humilitate ⁊ lachrymis ⁊ tēptationibus que mihi acciderūt ex inſidijs iudeorum: quomodo nihil ſubtraxerim vobis vtilium quo minus annunciareʒ vobis et docerem⁹ vos publice ⁊ per domos: teſtificans iudeis atq̄ gentilibus in deum penitentiā ⁊ fidem in dñm noſtrū ieſum xp̄m. Et nunc ecce ego alligatus ſpiritu vado in hierl'm: que in ea ventura ſunt mihi ignorans: niſi q̄ ſpūſſanctus per oēs
E ciuitates mihi ꝓteſtatur dicens. Qm̄ vincula et tribulatiōes hieroſolymis me manent. Sed nihil horum vereor: nec facio aīam meā pcioſiorem q̄ me: dūmodo ego cōſumē curſum meū ⁊ miniſterium verbi qđ accepi a dño ieſu teſtificari euangeliū glorie dei. Et nunc ecce ego ſcio: q: ampli⁹ nō videbitis faciem meā vos oēs per quos tran-
ſiui predicans regnum dei. Quapropter cōteſtor ij.reg. iij.f.
vos hodierna die: q: mūdus ſum a ſanguine oīm Daniel.
Non eīm ſubterfugi: quo min⁹ annūciarē omne xiij.e.
cōſilium dei vobis. Attendite vobis ⁊ vniuerſo xcv.di.c. ec
gregi. in quo vos ſpūſſctūs poſuit ep̄os regere ce.vij. q.j.c
eccleſiam dei quā acquiſiuit ſanguine ſuo. Ego ſuggeſtum
ſcio qm̄ intrabūt poſt diſceſſionem meā lupi rapaces in vos: non parcentes gregi. Et ex vobis ipſis exurgent viri loquētes peruerſa: vt addu-
F cant diſcipulos poſt ſe. Propter qđ vigilate memoria retinentes: qm̄ per triennium nocte ⁊ die nō ceſſaui cum lachrymis monens vnūquēq̄ veſtrum. Et nunc commēdo vos deo ⁊ verbo gratie ipſius: qui potens eſt edificare ⁊ dare heredi-
tatem in ſanctificatis oībus. Argentum ⁊ auruʒ xvj.q.ſ.c. p̄
aut veſtē nullius concupiui ſicut ipſi ſcitis: qm̄ dicator.
ad ea que mihi opus erant ⁊ his qui mecū ſunt miniſtrauerūt manus iſte. Omnia oſtendi vobis
qm̄ ſic laborantes oportet ſuſcipere infirmos: ac de cōſe.di.v
meminiſſe verbi dñi ieſu: quoniā ipſe dixit. Bea- c.nunq̄.
G tius eſt magis dare q̄ accipere. Et cum hec dixiſſet: poſitis genibus ſuis orauit cū omnibus illis. Magnus autem fletus factus eſt omnium: ⁊ procumbentes ſuper collum pauli: oſculabantur eū dolentes maxime in verbo quod dixerat: quoniā amplius faciem eius nō eſſent viſuri. Et deducebant eum ad nauem.

¶ Cap. Sūma ¶ Ponit̃ aduēt⁹ pauli in thyaro ⁊ ceſarea: ⁊ benigna eius receptio in hierl'm a chriſtianis ⁊ a iudeis interfectio pauli queritur ac ab eiſdem eripitur. Capitulū.xxi.

A

Cuʒ autem factum eſſet vt nauigaremus abſtracti ab eis: recto curſu venim⁹ choum: ⁊ ſequēti die rhodum ⁊ inde patharā. Et cū inueniſſemus nauem tranſfretantem in phenicem: aſcēdentes naui gauimus. Cū apparuiſſemus autem cypro relinquētes eam ad ſiniſtram: nauigauimus in ſyriā: ⁊ venimus thyarū. Ibi eīm nauis expoſitura erat onus. Inuentis autem diſcipulis: manſimus ibi diebus ſeptem. Qui paulo dicebant: per ſpiritū: ne aſcenderet hieroſolymā. Et expletis diebus: profecti ibamus: deducentibus nos oībus cum
B vxoribus ⁊ filijs vſq̄ foras ciuitateʒ: ⁊ poſitis genibus in littore orauimus. Et cum vale feciſſem⁹ inuicem aſcendimus in nauem: illi autem redierunt ad ſua. Nos vero nauigatione expleta a tyro deſcendimus ptholomaidaʒ ⁊ ſalutatis fratribus manſimus die vna apud illos. Alia autem die profecti venimus ceſaream. Et intrantes domū philippi euangeliſte: qui erat vnus de ſeptem man-

ſimus apud eū. Huic autem erant quattuor filie
virgines pphetantes. Et cū moraremur p dies
g.xj.d. aliquot: ſuꝑuenit quidā vir a iudea ppheta noīe
agabus. Is cū veniſſet ad nos: tulit zonā pauli: ꝛ
alligans ſibi pedes ꝛ manus: dixit. Hec dicit ſpi
C ritusſanctus. Virū cuius eſt zona hec: ſic alliga
bunt in hierl'm iudei ꝛ tradēt in manus gētium.
Qđ cū audiſſemus: rogabamus nos ꝛ qui loci il
lius erāt ne aſcēderet hieroſolymā. Tūc reſpōdit
paulus ꝛ dixit. Quid facitis flētes ꝛ affligentes
cor meum. Ego autē nō ſolū alligari: ſed ꝛ mori
in hierl'm paratus ſum ꝑpter nomē dñi ieſu. Et
cū ei ſuadere nō poſſemus: quieuimus dicētes.
Dñi voluntas fiat. Poſt dies autē iſtos ꝑpara
ti aſcēdebamus in hierl'm. Venerūt autē quidā
ex diſcipulis a ceſarea nobiſcū: adducētes hunc
apud quē hoſpitaremur iaſonē quēdam cypriū
D antiquum diſcipulū. Et cum veniſſemus hieroſo
lymam: libēter exceperūt nos fratres. Sequenti
autem die introibat paulus nobiſcum ad iacobū
omneſqꝫ collecti ſunt ſeniores. Quos cum ſalu
taſſet narrabat per ſingula que deus feciſſet in
gentibus per miſterium illius. At illi cum audiſ
ſent: magnificabant deū: dixerūtqꝫ ei. Vides fra
ter quot milia ſunt in iudeis qui crediderunt et
omnes emulatores ſunt legis. Audierunt autem
de te: q: diſceſſionē doceas a moyſe eoꝝ qui per
gentes ſunt iudeoꝝ: dicens nō debere eos circū
cidere filios ſuos: neqꝫ ſm cōſuetudinē ingredi.
Quid ergo eſt. Vtiqꝫ oportet cōuenire multitu
dinē. Audiēt eīm te ſuꝑueniſſe. Hoc ergo fac qđ
tibi dicimus. Sūt nobis viri quattuor votū ha
bētes ſuꝑ ſe. His aſſumptis ſanctifica te cū illis
ꝛ impēde in illis vt radāt capita: ꝛ ſcient omnes:
q: q̄ de te audierūt: falſa ſunt: ſed ambulās ꝛ ipe
E cuſtodiens leges. De his autē qui crediderūt ex
gētibus nos ſcripſimus iudicātes: vt abſtineant
ſe ab idolis immolato ꝛ ſanguine ꝛ ſuffocato et
fornicatione. Tūc paulus aſſumptis viris poſtera
die purificatus cū illis intrauit in templum: an
nuncians expletionē dierū purificationis: donec
offerret ꝑ vnoquoqꝫ eoꝝ oblatio. Dū aūt ſeptē
dies cōſummarent: hi qui de aſia erāt iudei cum
vidiſſent eū in tēplo. cōcitauerūt oēm pplm ꝛ in
F iecerunt ei manus clamātes. Viri iſraelite adiu
uate. Hic eſt hō qui aduerſus pplm ꝛ legē ꝛ locū
hūc omnes vbiqꝫ docēs: inſuper ꝛ gentiles indu
xit in templū: ꝛ violauit ſanctum locū iſtū. Vide
rant enim trophimū epheſium in ciuitate cū ipſo
quem eſtimauerunt. qm̄ in templum introduxiſ
ſet paulus. Cōmotaqꝫ eſt ciuitas tota: ꝛ facta eſt
cōcurſio ppli. Et apphendentes paulum trahe
bant eū extra tēplum: ꝛ ſtatim clauſe ſunt ianue
xxiij.q.iij.c maximian? Querētibus autē eum occidere: nunciatum eſt
tribuno cohortis: q: tota confunditur hierl'm.
Qui ſtatim aſſumptis militibus ꝛ cēturionibus
decurrit ad illos. Qui cū vidiſſent tribunū ꝛ mi
lites ceſſauerūt percutere paulū. Tūc accedens
tribunus apprehendit eū ꝛ iuſſit eum alligari ca
tenis duabus: ꝛ interrogabat quis eſſet: ꝛ quid
feciſſet. Alij autē aliud clamabāt in turba. Et cū
non poſſet certū cognoſcere pre tumultu: iuſſit G
duci eū in caſtra. Et cū veniſſet ad gradus: conti
git vt portaret a militibus ꝑpter vim ppli. Seq
batur enim multitudo populi clamās: tolle eum.
Et cū cepiſſet duci in caſtra: paulus dicit tribuno
Si licet mihi loqui aliquid ad te. Qui dixit ei:
grece noſti. Nōne tu es egyptius qui ante hos
dies tumultū cōcitaſti: ꝛ eduxiſti in deſertū quat
tuor milia virorū ſicariorum. Et dixit ad eū pau
lus. Ego homo ſum quidam iudeus a tharſo ci
lttie: non ignote ciuitatis municeps. Rogo aūt
te permitte mihi loqui ad populum. Et cum ille
permiſiſſet: paulus ſtans in gradibus annuit ma
nu ad plebem: ꝛ magno ſilentio facto: allocutus
eſt lingua hebrea: dicens.

¶ Capituli Sūmarium. ¶ Alloquitur paulus populū iudaicū de ſua apud iudeos conuerſatio ne: ac conuerſione ad chriſtum: cum viſione ſibi facta in hieruſalem: qui a iudeis ceſus dicit ſe fo re romanum. Capitulū. xxij.

A Viri frēs ꝛ
pr̄s audite quā
ad vos nūc red
do rōnem. Cū
audiſſent autē
q: hebrea ligua loqueretur ad
illos: magis preſtiterunt ſilen
tium. Et dixit. Ego ſum vir iu
deus natus tharſo cilicie: nutri
tus aūt in iſta ciuitate ſecus pe g.viij.a.
des gamalielis: eruditus iuxta veritatē paterne z.ix.a.
legis: emulator legis ſicut ꝛ vos oēs eſtis hodie:
B qui hanc viā pſecutus ſum vſqꝫ ad mortē: alligās
ꝛ tradēs in cuſtodias viros ac mulieres: ſicut pn
ceps ſacerdotū mihi teſtimoniū reddit ꝛ oēs ma
iores natu: a quibus ꝛ epl'as accipiēs ad frēs da
maſcū pergebam vt adducerem inde vinctos in
hierl'm vt punirentur. Factum eſt autem eunte
me ꝛ appropinquāte damaſco: media die ſubito
de celo circumfulſit me lux copioſa: ꝛ decidens in g.ix.a.
terram audiui vocem dicentem mihi. Saule ſau ij.cor.xv.b
le quid me perſequeris. Ego autē rn̄di. Qui es Gal.v.c.
dñe. Dixitqꝫ ad me. Ego ſum ieſus nazarenus
quem tu perſequeris. Et qui mecum erāt lumen
C quidē viderūt: vocem autē eius nō audierūt qui
loquebat mecū. Et dixi. Quid faciam dñe. Dñs
aūt dixit ad me. Surgens vade damaſcū: ꝛ ibi ti
bi dicet de oībus q̄ te oporteat facere. Et cū nō
viderē ꝑ claritate luminis illius. ad manū dedu
ctus a comitibus veni damaſcū. Ananias aūt q
dā vir ſm legē teſtimoniū hñs ab oībus cohabi
tātib9 iudeis veniēs ad me ꝛ ſtās dixit mihi. Sau
D le frater reſpice. Et ego eadē hora reſpexi in eū.
At ille dixit. Deus patrū noſtrorū ꝑordinauit te
vt cognoſceres volūtatē eius ꝛ videres iuſtū: et
audires vocē ex ore eius: q: eris teſtis illius ad
oēs homines eoꝝ que vidiſti ꝛ audiſti. Et nūc qđ
moraris. Exurge ꝛ baptizare et ablue peccata

tua inuocato nomine ipſius. Factum eſt autem
rauertenti mihi in hier'l'm ⁊ oranti in templo fie
ri me in ſtupore mentis ⁊ videre illum dicentez
mihi. Feſtina et exi velociter ex hieruſalem: q̄m
non recipient teſtimoniū tuum de me. Et ego di
E xi. Dn̄e ipſi ſciunt q: ego erā concludens in car
l.diſtin.c.ſi cere ⁊ cedens per ſynagogas eos qui credebant
poſt. in te. Et cōfunderetur ſanguis ſtephani teſtis
ſ.et vt pre tui ego aſtabā ⁊ conſentiebā ⁊ cuſtodiebā veſti
teramus. mēta interficientiū illuz. Et dixit ad me. Uade
ā.vij.g. q̄m ego in nationes longe mittā te. Audiebant
aūt eū vſq ad hoc verbū ⁊ eleuauerūt vocē ſuā:
dicentes. Tolle de terra huiuſcemodi. Non enim
F fas eſt eum viuere. Uociferantibus autem eis ⁊
proñcientibus veſtimenta ſua ⁊ puluerē iactāti
bus in aerē iuſſit tribunus induci eum in caſtra
et flagellis cedi ⁊ torqueri eum vt ſciret propter
quam cauſam ſic acclamarent ei. Et cum aſtriu
r.diſ.c.ſi in xiſſet eum loris: aſtanti ſibi centurioni paulus
adiutorium dixit. Si hominem romanum et indemnatum
licet vobis flagellare? Quo audito centurio ac
ceſſit ad tribunum ⁊ nunciauit ei: dicens. Quid
acturus es? Hic enim homo ciuis romanus eſt
G Accedens autem tribunus dixit illi. Dic mihi
ſi tu romanus es? At ille dixit. Etiam. Et rñdit
tribun9. Ego multa ſumma ciuilitatē hanc con
ſecutus ſum. Et paulus ait. Ego autez ⁊ natus
ſum. Protinus ergo diſceſſerunt ab illo qui eū
torturi erant. Tribunus quoq timuit poſtq̄ re
ſciuit quia ciuis romanus eſſet: ⁊ quia alligaſſet
eum. Poſtera autez die volens ſcire diligenti9
qua ex cauſa accuſaretur a iudeis: ſoluit eum et
iuſſit ſacerdotes conuenire ⁊ omne conſiliuz et
producens paulum ſtatuit inter illos.

¶ Capituli Summarium. ¶ Tribunus vocat
pauli accuſatores: inter quos diſſenſio procura
tur: ac oritur contra paulum noua machinatio
atq eiuſdem fruſtratio. Capitulum.xxiij.

A ATtendens autē in cō
cilium paulus ait. Uiri fratres
ego omni conſcientia bona con
uerſatus ſum ante deum vſq in
hodiernum diez. Princeps aūt
ſacerdotum ananias p̄cepit aſtantibus ſibi pcu
ij.q.j.c. tere os eius. Tunc paulus dixit ad eum. Percu
paratus. tiet te deus paries dealbate. Et tu ſedens iudi
cas me ſm̄ legē: ⁊ contra legez iubes me percuti
Et qui aſtabant: dixerunt. Summum ſacerdotē
dei maledicis. Dixit autem paulus. Neſciebam
fratres: q: princeps eſt ſacerdotum. Scriptum
Exo.xxij.d eſt enim. Principem populi tui non maledices.
B Sciens autez paulus q: vna pars eſſet saduceo
Phil.iij.a rum et altera phariſeorum: exclamauit in conſi
lio. Uiri fratres: ego phariſeus ſum: filius pha
Mat.xxij.c. riſeorum: de ſpe ⁊ reſurrectione mortuorum ego
iudicor. Et cum hec dixiſſet: facta eſt diſſenſio
inter phariſeos et saduceos: ⁊ ſoluta eſt multitu
do. Saducei autem dicunt nō eſſe reſurrectiōem
mortuorum: neq angeluz neq ſpiritū: phariſei
autem vtraq confitentur. Factus eſt autem cla
mor magnus. Et exurgentes quidam phariſeo C
rum pugnabant: dicētes. Nihil mali inuenimus
in homine iſto. Quid ſi ſpiritus locut9 eſt ei aut
angelus? Et cū magna diſſenſio facta eēt timēs
tribunus ne diſcerperetur paulus ab ipſis iuſſit
milites deſcendere ⁊ rapere eum de medio eorū j.xxxvij.b
ac deducere eum in caſtra. Sequenti autē nocte
aſſiſtens dn̄s ait. Conſtans eſto: ſic enim teſtifi
catus es de me in hieruſalem: ſic te oportet ⁊ ro
me teſtificari. Facta autez die collegerunt ſe qui
dam ex iudeis: ⁊ deuouerunt ſe dicētes neq mā
ducaturos neq bibituros: donec occiderēt pau
lum. Erant autem plus q̄ quadraginta viri qui
hanc coniurationem fecerant: qui acceſſerunt ad D
principem ſacerdotum ⁊ ſeniores: ⁊ dixerūt. De
uotione deuouimus nos nihil guſtaturos: do
nec occidamus paulum. Nunc ergo vos notum
facite tribuno cum concilio: vt adducat illum ad
vos tanq̄ aliquid certius cogniturі de eo. Nos
vero priuſq̄ appropiet parati ſumus interficere
illum. Qd̄ cum audiſſet filius ſororis pauli inſi
dias venit et intrauit in caſtra nunciauitq pau
lo. Uocans autem paulus ad ſe vnū ex centurio
nibus ait. Adoleſcentem hunc perduc ad tribu
num habet enim aliquid indicare illi. Et ille qui
dem aſſumens eum: duxit ad tribunum et ait.
Uinctus paulus rogauit me huic adoleſcentez
perducere ad te habentem aliquid loq̄ tibi. Ap
prehendens aūt tribunus manuz illius: ſeceſſit
cum eo ſeorſum: ⁊ interrogauit illum. Quid eſt
qd̄ habes indicare mihi. Ille aūt dixit. Judeis
conuenit rogare te: vt craſtina die pducas pau xxiij.q.iij.c
lum in concilium: quaſi aliquid certius inquiſi maximianus.
turi ſint de illo: tu vo ne credideris illis. Inſidiā
tur eīm ei ex eis viri amplius q̄ quadraginta qui
ſe deuouerunt nō māducare neq bibere: donec
interficiāt eū: ⁊ nūc parati ſunt: expectātes pro
miſſuz tuum. Tribunus igitur dimiſit adoleſcen
tem precipiens ei ne cui loqueret q̄m hec nota ſi
bi feciſſet. Et vocatis duob9 cēturionibus: dixit E
illis. Parate milites ducentos: vt eant vſq ceſa
reaz: ⁊ equites ſeptuaginta: ⁊ lāccarios ducētos
a tertia hora noctis ⁊ iumenta preparate: vt im
ponentes paulū: ſaluū perducerent ad felicem
preſidem. Timuit enim ne forte raperent eum iu
dei ⁊ occiderent: et ipſe poſtea calumniā ſuſtine
ret tanq̄ accepturus pecuniam: ſcribens ei epi
ſtolam continentem hec. Claudius lyſias opti
mo preſidi felici ſalutem. Uirū hūc cōprehēſum
a iudeis: ⁊ incipiētem interfici ab eis ſupuenīēs
cum exercitu eripui: cognito q: romanus eſt: vo
lenſq ſcire cām quam obijciebāt illi: deduxi eūz G
in conciliū eorum. Quem inueni accuſari de que
ſtionibus legis ipſorum: nihil vero dignū morte:
aut vinculis habente crimē. Et cū mihi perlatū
eſſet de inſidijs q̄s parauerant illi miſi eū ad te
denuncians ⁊ accuſatoribus vt dicant apud te.
Uale. Milites vo ſm̄ preceptum ſibi aſſumētes
paulūz: duxerūt per noctē in antripatridē. ⁊ po

ſtera die dimiſſis equitibus:vt cum eo irent: re-
uerſi ſunt ad caſtra. Qui cū veniſſent ceſaream
et tradidiſſent ep̄l'am p̄ſidi:ſtatuerunt ante illū
et paulū. Cū legiſſet aūt ⁊ interrogaſſet de qua
ꝓuincia eſſet:⁊ cognoſcens q: de cilicia. Audiā
te inquit:cū accuſatores tui venerint. Juſſitqꝫ
in pretorio herodis cuſtodiri eum.

¶ Capituli Summariū ¶ Accuſatur paulus
apud ceſaream poſt cuius reſponſionem differt
ſententia iudicis. Capitulum. xxiiij.

A P Oſt quinqꝫ autē dies
deſcendit princeps ſacerdotum
ananias cum ſenioribus q̄buſdā
et tertulo quodam oratore : qui
adierūt preſidē aduerſus paulū.
Et citato paulo:cepit accuſare tertullus dicēs.
Cū in multa pace agamus per te:⁊ multa corri
gātur per tuā ꝓuidētiā ſemꝑ ⁊ vbiqꝫ ſuſcipimꝰ
optime felix cū oī gratiarū actione. Ne diutius
B aūt te ꝓtraham:oro breuiter audias nos ꝓ tua
clemētia. Jnuenimus hunc hoīē peſtiferū ⁊ cō
citātē ſeditionē oībus iudeis in vniuerſo orbe
et auctorē ſeditionis ſecte nazarenorū : qui etiā
templū violare conatus eſt. Quem ⁊ apprehēſū
voluimus ſ̄m legē noſtrā iudicare:ſuꝑueniēs au
tē tribunus lyſias:cū vi magna eripuit eum de
manibꝰ nr̄is:iubēs accuſatores eiꝰ ad te venire
C a quo poteris ipſe iudicās de oībus iſtis cogno
ſcere:de quibus nos accuſamꝰ eū. Adiecerūt aūt
et iudei dicētes hec ita ſe habere. Reſpōdit aūt
paulus annuēte ſibi preſide dicere. Ex mltis an
nis te eſſe iudicē gēti huic ſciēs:bono aīo ꝓ me
ſatiſfaciam. Potes eñ cognoſcere q: nō plus
ſunt mihi dies q̄ duodecī ex quo aſcēdi adorare
in hierl'm:⁊ neqꝫ in tēplo inuenerunt me cū aliq̄
diſputātē:aut concurſū facientē turbe neqꝫ in
ſynagogis:neqꝫ in ciuitate neqꝫ probare p̄nt ti
bi de q̄bus me nūc accuſant. Cōfiteboꝛ aūt hoc
D tibi q̄ ſ̄m ſectā quā dicūt hereſī:ſic deſeruio pa
tri ⁊ deo meo:credēs oībus q̄ in lege ⁊ ꝓphetis
ſcripta ſūt:ſpē hn̄s ī deū:quā ⁊ hij ipſi expectāt
reſurrectionē futurā iuſtorū ⁊ iniquorū. Jn hoc
et ip̄e ſtudeo ſine offendiculo cōſciam habere ad
deū ⁊ ad hoīes ſemper. Poſt annos aūt plures
elemoſynas facturus in gētē meā veni:⁊ oblatio
nes ⁊ vota in q̄bus inuenerūt me purificatū in tē
plo:nō cū turba neqꝫ cū tumultu. Et apprehen
E derunt me:clamātes ⁊ dicētes. Tolle inimicum
noſtrū. Quidā aūt ex aſia iudei quos oportebat
apud te preſto eſſe:⁊ accuſare : ſi q̄d haberēt ad
uerſum me. Aut hij ipſi dicāt:ſiquid inuenerūt in
me iniquitatis :cum ſtem in concilio:niſi de vna
hac ſolū modo voce qua clamaui inter eos ſtans
quoniam de reſurrectione mortuoꝝ ego iudicor
hodie a vobis. Diſtulit autem illos felix certiſſi
me ſciens de via hac:dicens. Cum tribunus ly-
F ſias deſcenderit : audiam vos . Juſſitqꝫ cen-
turioni cuſtodire eum et habere requiē:nec quē
q̄ de ſuis prohibere miniſtrare ei. Poſt aliquot
autem dies veniens felix cum druſilla vxore ſua:
que erat iudea vocauit paulū:⁊ audiuit ab eo fi
dē:que eſt in x̄p̄m ieſum. Diſputante aūt illo de
iuſticia ⁊ caſtitate ⁊ de iudicio futuro :tremefa- G
ctus felix:rn̄dit. Qd̄ nūc attinet vade:tp̄e autē
opportuno accerſiam te:ſimul ⁊ ſperās q̄ pecu-
nia ei daretur a paulo:ꝓpter qd̄ ⁊ frequenter ac
cerſiēs eū loquebať cū eo . Biēnio aūt expleto
accepit ſucceſſorē felix portiū feſtū. Volēs autē
grā̄ preſtare iudeis felix:reliquit paulū vinctū.

¶ Capituli Summariū. ¶ Accuſatur paulus
apud feſtum: a quo romam propter appellatio
nem interpoſitam mittitur:ac indicat feſtus re-
gi agrippe de paulo. Cepitulum. xxv.

F Eſtus ergo cum veniſ A
ſet in prouinciam poſt triduum
aſcendit hieroſolymā a ceſarea.
Audierūtqꝫ eū principes ſacer-
dotum ⁊ p̄mi iudeorū aduerſus
paulū:⁊ rogabant eū poſtulātes grām aduerſus
eū:vt iuberet ꝑduci eū in hierl'm inſidias itēden
tes:vt interficerēt eū in via. Feſtus autē rn̄dit
ſeruari q̄dem paulū in ceſarea: ſe autē maturius
profecturū. Qui ergo in vobis ait potentes ſunt
deſcendētes ſimul ſi qd̄ eſt in viro crimē:accuſēt
eum. Demoratus aūt inter eos dies nō ampliꝰ
q̄ octo aut decem:deſcendit ceſaream:et altera B
die ſedit ꝓ tribunali:⁊ iuſſit paulū adduci. Qui
cū perductus eſſet:circūſteterūt eū q̄ ab hieroſo
lyma deſcēderāt iudei multas et graues cauſas
obijciētes:quas nō poterāt ꝓbare:paulo rōnē
reddente:qm̄ neqꝫ in legē iudeorū neqꝫ in tem-
plum neqꝫ in ceſarē quicq̄ peccaui. Feſtus autē C
volēs gratiā p̄ſtare iudeis:rn̄dens paulo dixit.
Vis hieroſolymā aſcēdere ⁊ ibi de his iudicari
apud me. Dixit autē paulus. Ad tribunal ceſa-
ris ſto:ibi me oportet iudicari. Judeis nō nocui
ſicut tu meliꝰ noſti. Si eñ nocui aut dignū mor
te aliquid feci:nō recuſo mori. Si v̓o nihil eſt eo
rū que hi accuſant me:nēo pōt me illis donare
Ceſarem appello. Tunc feſtus cū concilio locu-
tus rn̄dit. Ceſarem appellaſti ad ceſarem ibis. D
Et cū dies aliquot tranſacti eſſent agrippa rex
et bernice deſcēderūt ceſareā ad ſalutādū feſtū
Et cū dies plures ibi morarētur feſtus regi indi
cauit de paulo dicens . Vir quidam eſt derelictꝰ
a felice vinctus:de quo cum eſſem hieroſolymis
adierunt me principes ſacerdotum ⁊ ſeniores iu
deorum poſtulantes aduerſus illum damnatio-
nem. Ad quos reſpondi:quia non eſt romanis E
conſuetudo damnare aliquē hoīē priuſq̄ is qui
accuſatur p̄ntes habeat accuſatores:locūqꝫ de-
fendēdi accipiat:ad abluēda crimina q̄ ei obijci
untur. Cū ergo huc cōueniſſent ſine vlla dilatio
ne:in ſequenti die ſedens ꝓ tribunali:iuſſi addu
ci virum. De quo cū ſtetiſſent accuſatores:nul-
lam cām̄ deferebāt:de q̄bus ego ſuſpicabar malū

Questiones vo quasdam de sua superstitione ha bebant aduersus eū: ⁊ de quodam iesu defuncto quem affirmabat paulus viuere. Hesitās autem ego de hmōi questione dicebā: si vellet ire hiero

F solymā: ⁊ ibi iudicari de istis. Paulo aūt appel lante: vt seruaref augusti cognitioni: iussi serua ri eum: donec mittā eū ad cesarē. Agrippa autē dixit ad festū. Volebā ⁊ ipse hoiem audire. Cras inquit audies eū. Altera autem die cum venisset agrippa ⁊ bernice cū multa ambitione: ⁊ introis sent in adiutoriū cum tribunis ⁊ viris principali bus ciuitatis: iubente festo adductus est paulus

G Et dixit festus. Agrippa rex ⁊ oēs qui simul ade stis nobiscū viri: videtis hunc hoiem de quo ois multitudo iudeorum interpellauit me hierosoly mis petentes ⁊ acclamātes: nō oportet eū viuere amplius. Ego vo cōperi nihil dignum eum mor te admisisse. Ipso aūt hoc appellāte: ad augustū iudicaui mittere. De quo qd certū scribam dnō: nō habeo: pter qd pduxi eū ad vos: ⁊ maxime ad te rex agrippa: vt interrogatiōe facta: habeā quid scribā. Sine rōne eni mihi videtur mittere vinctum: ⁊ causam eius non significare.

¶C.S. ¶Rndit paulus agrippe ac festo psi di: de cuius rñsione habef collatio. Capi.xxvj.

A

Grippa vo ad paulum ait. Permittitur tibi loq p temetipso. Tūc paulus exten ta manu cepit rōnem reddere. De oībus quibus accusor a iu deis rex agrippa estimo me bea tū apud te: cū sim defensurus me hodie: maxime te sciēte oīa que apud iudeos sunt cōsuetudines ⁊ qstiones: pter qd obsecro patienter me audias. Et qdē vitā meā a iuuētu te q ab initio fuit in gente mea in hierosolymis: nouerunt oēs iudei psciētes me ab initio: si ve

B lint testimoniū perhibere: qm fm certissimam se ctā nostre religionis vixi phariseus. Et nunc in spe que ad pres nostros repromissionis facta est a deo: sto iudicio subiectus: in qua duodecim tri bus nostre nocte ac die seruientes sperāt deueni re. De qua spe accusor a iudeis rex: quid incredi bile iudicatur apud vos: si deus mortuos suscitat

C Et ego quidē estimauerā me aduersus nomē iesu nazareni debere multa contraria agere: qd ⁊ feci hierosolymis. Et multos sanctorū ego in carceri bus inclusi a principibus sacerdotum ptāte acce pta: ⁊ cū occiderentur: detuli snīam. Et per oēs synagogas frequenter puniens eos cōpellebam

D blasphemare: ⁊ amplius insaniens in eos perseq bar vsq in exteras ciuitates. In quibus dū irem damascum cū potestate ⁊ permissu principum sa cerdotum: die media in via vidi rex de celo supra splēdorē solis circunfulsisse me lumen: ⁊ eos qui simul mecū erant: oēsq nos cum decidissemus in terram audiui vocē loquētē mihi hebraica lin gua. Saule: saule quid me persequeris. Durū est tibi cōtra stimulum calcitrare. Ego autem dixi. s.ix.a.z

Quis es dñe? Dñs aūt dixit. Ego sum iesus na xxij.b.

zarenus: quē tu persequeris. Sed exurge et sta su pra pedes tuos. Ad hoc enim apparui tibi: vt cō

E stituā te ministrū ⁊ testē eorū que vidisti: ⁊ eorū quibus apparebo tibi eripiēs te de populis ⁊ gē tibus: in quas ego nunc mitto te aperire oculos eorū vt cōuertanf a tenebris ad lucē: ⁊ de ptāte satane ad deū: vt accipiāt remissionem peccatorum ⁊ sortē inter sanctos: per fidem que est in me. Vn rex agrippa nō fui incredulus celesti visioni: sed his qui sunt damasci primū ⁊ hierosolymis ⁊ in omnē regionē iudee ⁊ gentibus annūciabam: vt pniam agerent: ⁊ conuertenf ad deum: digna pe

F nitentie opa faciētes. Hac ex cā me iudei cū essem in tēplo cōprehensum tētabant volētes me inter ficere. Auxilio aūt adiutus dei: vsq in hodiernū diē sto testificans minori atq maiori: nihil extra dicens q ea que pphete locuti sunt futura esse ⁊ moyses: si passibilis xps: si primus ex resurrectio ne mortuorū lumē annūciaturus est populo ⁊ gē tibus. Hec loquente eo: ⁊ rōnem reddēte. festus magna voce dixit. Insanis paule: multe te litte s.xij.c.

re ad insaniā cōuertūt. Et paulus. Non insanio inqt optime feste: sed veritatis ⁊ sobrietatis ver ba eloquor. Scit eū de his rex: ad quē ⁊ cōstāter loquor: latere eū eū nihil horū arbitror: neq eū in angulo quicq horū gestū est. Credis rex agrip

Agia:ſolēnis dn̄o vel feſtiuitas dn̄i.
Agiremō:fons ſblimis vel fons eccle-ſie:ſeu fons cōgregans:aut fons ma lorumgranatorum.
Agrippa:congregans ſubito:vel con-gregatio ſubita.
Agrith:aduena vel incola:ſiue aduena meus vel incola meus.
Agrith:feſtiua vel ſolennis ſeu medi-tatio aut loquela.
Agrithe:feſtiui vel ſolēnes ſiue loquē tes aut meditantes.

¶ Dic. h.poſt.a.

AHab:frater patris vel frater-nitas paternitatis.
Ahion:campi vel aulones : ſeu valles grādes aut valles campeſtres.
Ahalath.mons diuidens vel mons le-uis:id eſt limpidus ſiue lubricus.
Ahamon:ſapiētia vel ſapientiſſimus.
Ahara:fris odor vel frater odoris.
Aharel: poſt exercitū vel ſequens exer citum dei. Ipſe eſt obab cognatus moyſi:qui ⁊ iethro.
Ahares:teſta vel ſol : ſeu ſiccitas aut ariditas.
Ahaz: patruus vel patruelis :ſeu for-tis :aut apprehendens.
Ahazias : patruus dn̄s vel patruelis domino:ſiue apprehendens dominū aut fortitudo domini.
Aheberim:hebreoꝝ vel tranſeuntiū: ſeu tranſitus aut trāſitores eorūdē.
Ahei:vmbraculū vel infecunditas.
Aheri:declinans vel declinatio.
Aheſam:voluntas vel cōſilium:ſeu vo luntati aut conſilio eorum.
Ahi: fraternitas: vel vbi hec: ſeu val-lis aut queſtio.
Ahi:viuet vel viuit : ſeu vita vallium-aut queſtio vite.
Ahia:frater eius vel vbi hec ei:ſeuvita eius aut viuit.
Ahaia:q̄rēs eū vel vallis eius:ſeu vita vallium eius:aut queſtio vite eius.
Ahialim cerui vel ceruoꝝ lapides:ſiue vallis fermēti:aut queſtio malicie.
Ahialon:admirans vel admiratio:ſeu vita merens aut vallis iniquitatis.
Ahias:vita plaſmata vł vita facture: ſeu frat̄ ſuſtollēs aut fris plaſmatio.
Ahidad:viuens gloria vel vite glorie: ſeu frater meus glorians aut fratris mei gloria.
Ahie:ſterilitasvł obūbratio ſeu frater obūbrās aut fr̄is obūbraculum.
Ahiel:viuens deo vel viuēs dn̄i:ſeu vt vita valliū dei:aut qō vite diuine.
Ahiere:vallis amica vel vita amici:ſeu frater meus amicus: vel fratris mei amicitia.
Ahieſer:frater meus fortis vel fratris mei axiliator:ſeu vita vallium ſepara torum:aut qō vite ſanctificationis.
Ahilam:dolens vel parturiens:ſeu an te fores vel ante veſtibulum.
Ahiloth:frater dicēs vł frater ligatus ſeu vallis declinās aut vite vocatio.
Ahiluth:vallis inclyta vel queſtio no bilis:ſeu frater inclytus aut fraterni tatis nobilitas.
Ahiman:vita q̄lis vł qō que:ſeu frater quis aut fraternitas quomodo.
Ahimelech.vita regis vel vallis regia: ſeu frat̄ meꝰ rex aut fris mei regnū.
Ahim:fons vel oculus.
Ahinadab:frater ſpōtevł frater ſpon-

taneus:ſeu vita vallium ſpōtanearū
aut queſtio vite ſpontanee.
Abiin:frater merēs vel frater iniquus
ſeu vita vallium dolētiū:aut queſtio
vite inutilis.
Abiram:vallis excelſa vel vita exalta
ta:ſeu frater meus ſublimis aut fra
tris mei exaltatio.
Abiran.ſculptoꝛ aut ſculpens.
Abiranite.ſculptoꝛes vel ſculpētes.
Abiroth:ſculptū vel ſcalptum.
Abiſamech:fratris mei ſculptura vel
fratris mei erectio ſeu frater meus
adiuuās aut fratrē meū roboꝛans.
Abiſar:frater meꝰ pꝛinceps vel fratris
mei leuamen:ſeu vita vallium pꝛinci
pis aut q̄ſtio vite anguſtiantis.
Abitub:frater meꝰ bonꝰ: vel fr̄is mei
bonitas:ſeu vita vallium deſerentiū
aut queſtio vite deſerte.
Aboi.ſpina vel compunctio.
Aboites:ſpinoſi vel cōpungentes.
Aboiban.ſpina ſapiētie.vel cōpūctio
intelligentis.
Aboiman: ꝑturbatus vel ꝑturbatoꝛ
ſeu pungēs q̄s:aut ſpina quomodo.
Abim:inutile vel iniquitas.

¶ Dic.i.poſt.a.

Ai:vultur vel deuoꝛatoꝛ.
Aia.vulſ eius vel deuoꝛās eū.
Aiat:vultur vel cōdēnatio:ſeu vultur
declinās aut deuoꝛatio peccatoꝝ.
Aicham:frater meꝰ ſurgēs vel fratris
mei reſurrectio:ſeu vulſ callidus aut
deuoꝛatoꝛ caliditatis.
Aiel:vultur dei:vel deuoꝛatoꝛ deus.
Aiath:dolēs vel parturiens:ſeu vulſ
vinctus aut deuoꝛatoꝛ declinans.
Aion:vallis admirās:ſiue vbi erant
viſi aut vbi viſi ſunt.
Aiul:vultur vtinā vtilis:vel deuoꝛa
toꝛ vtinam declinatus.
Aiud:vbi erant vꝛſi:vel vbi vꝛſi ſunt.
Aim:inutilis aut idolatria.
Aiman:idolū gratū:vel inutilis dona
tio:ſeu vulſ quis aut deuoꝛatoꝛ q̄uo
Ain:fons vel oculus.
Aiman:vultur decoꝛus:vel deuoꝛatio
pulchꝛitudinis.
Ainagallim:oculus vituli vel fōs inū
dans:ſiue oculus reuelatꝰ:aut fons
tranſmigrationis.
Aion:vultur merēs vel vultur iniquꝰ
ſeu deuoꝛatus murmure aut deuoꝛa
toꝛ inutilis.
Air:ciuitas vel oppidū.
Airſames:ciuitas ſolis vel oppidū il
luminatum.
Aiſmoth.deſertio vel adductio moꝛtꝭ
Aith:cōdēnatus vel condēnatio.
Aiud: vultur inclytus: vel deuoꝛans
glorioſum.

¶ Dic.l.poſt.a.

Ala:cōmixtio vel cōſedens:ſi
ue infirmꝰ aut infirmitas.
Alab:lactea vel dulcedo.
Alach:lubꝛicū:vel pars mea.
Alacarnaſum:fermētū cōcidēs duces
vel cōmixtio diuidens pꝛincipes.
Alal:laxitas vel laſſitas ſiue leuitas:
aut latitudo.
Alala:laxitas eius vel laſſitas eius ſeu
leuitas eius aut latitudo eius.
Alam:infirmās eos vel cōmixtio eoꝝ
Alamath:deſpiciēs vtrem:vel contē
nens indignationem.
Alamon:deſpectio vel deſuꝑ multitu
dinē:ſiue infirmans eos doloꝛi: aut
cōmiſcens eos iniquitati.
Alas:cōmixtio vel fermentum.
Alaſaz:triplicē vel cōſternatā:ſeu cō
miſcēs ppl'm aut fermētatio ppl'i.
Albialbon:patris mei doloꝛ vel pater
meus ſubintelligens.
Alcimus:fermētum vani cōſilij:vel
cōmiſcens callidā feſtinationem.
Aleꝯſcenſio vel cōmiſcēs ſiue infir
mus aut infirmitas.
Aleph:mille vel doctrina tēptationū.
Alepſim:ignis vel ignēꝰ ſeu doctrina
mondati aut milia tentationum.
Allel:laus vel laudatio.
Alleluia:laudate dn̄z vel laudatio dn̄i
Alexander alleuās tenebꝛas vel aufe
rēs anguſtias tenebꝛarum.
Alexandria.idem.
Alexandri tenebꝛas alleuiantes vel te
nebꝛarū anguſtias auferentes.
Alphalthi bitumē vel aq̄ bituminis.
Alpheus doctus vel documentū: ſiue
fugitiuus aut milleſimus.
Allian:cōtēnēs donū vel deſpectio gr̄e
Allian eiectus vel eiectio.
Allimis veſtibulis vel ſupliminaribus
Alinath vter vel indignatio.
Alinathan contemptoꝛ doni vel deſpi
ciens donatoꝛem.
Almon contēptus vel deſpiciēs.
Almondeblathaiz: contēptus palata
rum vel deſpiciens oppꝛobꝛia.
Almoth vel indignatio.
Aloes laus facture vel laudatio plaſ
matoꝛis.
Allō laus doloꝛis vel laus meroꝛis ſiue
laudatoꝛ iniquꝰ aut laudatoꝛ īutilis
Alua deſpiciens vel cōtēnens ſiue con
tēptus aut deſpectio.
Aluam contēnens eos vel deſpiciens
eos ſeu contemptus eis aut deſpe
ctio eoꝛum.
Alulam contēptus vel deſpectus.
Alus fermentum aut commixtio ſeu
contemnens conſiliū aut deſpectus
feſtinatoꝛ.

¶ Dic.m.poſt.a.

Am gens vel populus.
Ama gens mea vel ppl's meꝰ.
Amaa gens eius vel ppl's eius ſeu po
puli teſtis aut ppl'm teſtificans.
Amaad populum teſtificans vel popu
li teſtificatio.
Amad populus adhuc vel populꝰ ſer
uiens ſiue populus teſtis aut popula
re teſtimonium.
Amadathi populus ſeruiēs pctō vel
ppl's teſtificans tempoꝛe.
Amadoꝛ ppl's teſtes generans vel po
pulus ſeruiens generationi.
Amal gens cōmixta vel ppl's conſcen
dens ſiue populus infirmus aut po
puli deſpectio.
Amalaſar dixit pꝛinceps vel dictū p̄n
cipis ſiue gens cōmixta carceri vel
populus deſpecte carceratus.
Amalech gēs bꝛuta vel ppl's lābens.
Amalechite gentes bꝛute vel populi lā
bentes.
Aman iniquus vel coanguſtās ſeu cō
pꝛimēs me aut coanguſtatio mea.
Amana:iniquꝰ ei vel coanguſtās euz
ſeu cōpꝛimēs eū aut coāguſtatio eiꝰ.
Amanite iniqui vel coanguſtātes:ſeu
ꝓmētes eos aut coanguſtatio eoꝝ.
Aman:populo donatꝰ vel populi gra
tificatio.
Amanite pplo donati vel populi gra
tificationis.
Ammam:cubitꝰ vel mēſura ſeu ppl'us
quis aut gens quomodo.
Ammanite:cubitati vel mēſurati:ſeu
gentes que aut populi quomodo.
Amanſame:cubitus fulciēs vel menſu
ra erectiōis:ſiue ppl's dono adiutus
aut ppl's gratificatione firmatus.
Amaraphal dicto cadens vel dixit vt
caderet:ſeu ppl's curatꝰ deo:aut po
pulus medicamentū dei.
Amaran:temulētus vel rubꝛicatus ſoꝛ
didus ſiue ppl's laudatus tritico aut
populus aceruatus.
Amarias dicēs dn̄o vel verbū dn̄i ſeu
gens ſuſcitās dn̄m:aut populus vigi
lans domino.
Amarite dicentes dn̄o vel verba dn̄i
ſeu populi dn̄m ſuſcitantes aut po
puli dn̄o vigilantes.
Amas furoꝛ vel indignatio ſeu ppl'm
tollens aut populus plaſmationis.
Amaſa furoꝛ eiꝰ vel indignās ei ſeu ſu
ſtollēs gētē aut ppl'aris plaſmatio.
Amaſai furoꝛ eiꝰ meus vel indignatio
eius mihi ſeu gentem ſuſtollēs mihi
aut populi plaſmatio mea.
Amaſi furoꝛ meus vel indignatio mea
ſiue populum tollens mihi aut plaſ
matio mea.

Amaſia:indignans dñs vel furoꝛ dñi: ſeu gentem ſuſtollens dño:aut popu li plaſmatoꝛ dñs.
Ammath:vter vel indignatio:ſiue po pulus donatus aut ppl's ꝯſummat⁹
Amath:veritas vel idignatoꝛ:ſiue po pulus peccatoꝛ aut ppl's talis.
Amatha: veritas eius vel indignatio bilis eius:ſiue populus declinãs eũ. aut populus peccans ei.
Amatheus:populus peccãs.vel indi gnatoꝛ rigidus.
Amathi: veritas mea vel indignatio bilis mee.ſeu populus peccans mihi aut populus declinans.Iſte amathi eſt iona pꝛopheta.fareptane vidue fi lius quem reſuſcitauit helias.matre poſtea dicente ad eum.nũc in iſto co gnoui.q: vir dei es tu.⁊ verbũ dei ve rum eſt in oꝛe tuo.
Amathia.veritas mea dño.vel fideli⸗ tas mea dñi.ſiue ppl's peccans dño. aut populus declinãs dominũ.
Amathiz.veritas vel indignatio bilis eoꝛũ.ſiue populus peccans eis.aut populus declinãs eos.
Amathitis.veritas viri vel indignatio bilis aſſumpte ſeu ppl's peccãs viro vel ppl's declinãs aſſumptionem.
Amadan.concupiſcibilis vel concupi⸗ ſcens.ſiue populus iudicãs eos aut populus iudex eoꝛum.
Amaum.populum abijciens vel popu li abiectio.
Amaus.populus abiectus vel populi abiectio.
Amen.vere vel veritas.ſeu fiat aut fi⸗ (deliter
Ameſſa populum tollẽs vel populi ablatio.
Ameſſia.populũ leuãs domini vel po puli ſubleuatio.
Am:ſeth:populus timens.v:l popu⸗ lus pꝛolongatus.ſeu populi germen aut populi reſurrectio.
Ametha.luctus vel indignatio. ſiue ppl'i donum aut populi perfectio.
Amethen.ppl'us aſcendens.vel popu li foꝛtitudo.
Amethi.luctus meus vel indignatio mea.ſiue populus meeũ aut ppl'us obſtupefactus.
Amphibolis.populus coꝛruẽs vel po pulus oꝛe coꝛruens.
Amta.ppl's dñi vel ppl'i dominatio.
Amiel:ppl's me⁹ dei vel ppl's me⁹ deo.
Amiel.ppl's me⁹ dei vel ppl'i mei deus
Amim.gens mea vel populus meus.
Aminadab.populus meus ſponte vel populus meus ſpõtaneus ſiue ppl'i mei vota aut populus meus vꝛbanus
Aminod.populus meus inclytus.vel populus meus glorioſus.
Amiſaddai.populus meus ſufficiens vl' populi mei ſufficientia.
Amithal calefactus ros vel calefactio roꝛis.ſiue populus meus irroꝛatus aut populi mei irroꝛatio.
Amiuth.populus meus inclytus vel populi mei gloꝛiatio.
Amizadab.populi mei fluens toꝛris. vel populo meo toꝛris fluitio.
A mnes.robuſtus vel foꝛtis.ſiue popu lus fugitiuus.aut populi tentatio.
Amob.parcẽs vel ſuſtinẽs.ſiue popu lus dilectus aut populi amplexatio.
Amoth.ppl's tenẽs vl' ppl'i appꝛhẽſio
Amolũ.flos farine vel defloꝛata faria.
Amon.onerãs vel onuſt⁹.ſiue nutriẽs aut fidelis.
Amon.donãs vel nutritius.ſiue dona tio aut matris fetus.
Amnon.idem.
mon.populus dolens vel populus
Amurmurans.ſiue populus iniquus aut populus inutilis.
Ammon.populus parcẽs vel populus meroꝛis ſiue filius generis mei aut filius populi mei.
Ammõa.cõpꝛimẽs vl' coãguſtatio ei⁹
Ammona populus parcẽs ei vel popu lus meroꝛis eius.ſiue filius generis eius aut filius populi eius.
Ammoni: cõpꝛimens me.vel coangu⸗ ſtatio mea.
Ammoni:populus parcens mihi vel populus meroꝛis mei.ſiue filius ge⸗ neris mei aut filius populi mei.
Ammonite:cõpꝛimẽtes me vel coãgu ſtantes me.
Ammonite.populi parcẽtes mihi.vel ppl's doloꝛũ meoꝛũ.ſeu filij generis mei aut filij populoꝛum meoꝛũ.
Ammoꝛa.loquẽs vel amaricans. ſiue ppl'i ſcitus aut ppl'i illuminatio.
Amoꝛrei.amari vel loquentes ſeu po puli ſciti aut populi illuminati.
Amos.foꝛtis vel potens.ſiue onerãs aut vir robuſtus.
Amos:onerauit vel foꝛtitudo.ſeu po pulum auellens aut populi diuulſio
Ameſa:foꝛtis vel potens ei.ſiue one⸗ rans eum aut foꝛtitudo eius.
Amoſa.vir robuſtus ei vel onerauit eũ ſeu populum vel auellens ei.aut diui ſio populi eius.
Amoth.calefactio vel calefaciens.
Amathdoꝛ.calefactio generatiõis vel calefaciens generationem.
Ampliatus.populi malleũ vel ppl'us malleatoꝛ.ſiue ppl's oꝛe cõtẽdens.
Amraphel.dicto cadens.vel dixit vt caderet.ſiue ppl's curatus deo.aut populi medicamentũ deus.
Amram:populus excelſus vel populi celſitudo:ſiue populus exaltatus aut populi exaltatio.
Amramite: populi excelſi vel populi exaltati.
Amri:amaricãs vel laceſcẽs:ſiue ppl's magiſter aut ppl'i magiſteriũ.
Amſi:ppl's idigẽs vl' ppl'i doꝛmitatio
Amthar:populus patẽs vel ppl's abi gens:ſiue ppl'us exploꝛatoꝛ odoꝛis aut populus exploꝛatoꝛ aſcẽſionis.
Amuhel:populus calefactus deo: vel populus cũ quo eſt deus.
Amul:populus dolens vel ppl'us par turiens.
Amula:populus dolens ei vel popul⁹ parturientium.
Amulite: populi dolentes vel populi parturientes.
Amuthal:calefactus ros vl' calefactio roꝛis:ſiue populus irroꝛatus aut po puli irroꝛatio.

¶Hic n.poſt.a.

ANa:donatus vel gratificat⁹.ſeu donũ aut gratificatio.
Anna.gratia vel reſpondens:ſiue do nans aut donatio.
Anab:vua vel humilitas:ſiue donum patris aut grata paternitas.
Anaba:vua eius vel humilitas eius ſi ue donum patris eius aut grata pa ternitas eius.
Anachã.humilis vel exurgẽs:ſeu do nũ calidũ aut gratificata caliditas.
Anaceb:cognomẽtũ vel cognominatio
Anachim:nõ eſt innocẽs vel hũilitas renuẽs:ſiue moni'e collo ſublimi aut humilitatis renuitio.
Anae:numquid cõmotus eſt:vel nũqd commotio.
Anaphalim:cadẽtes vel violenti:ſiue gigantes:aut gratiam declinantes.
Anahe.nũqd cõmotus eſt ipſe:vel nũ quid eſt cõmotio iſta.ſiue donat⁹ vi te aut gratificatus ſuſceptioni.
Anam:nubes vel obumbꝛatio.ſiue do num populi aut gratificatio eoꝛum.
Anamalech donum regni vel rñſio re gis:ſiue donans regnatoꝛ aut grati ficatio regia.
Anamin:reſpondentes aque vel grati ficationes aquarũ.
Anan:donũ grẽ vel dõata gratificatio
Ananehel.gratus deo vel reſpõſio dei ſiue cui donauit deus:aut qui eſt do natus deo.
Ananoth:dono viuẽs vel grã pauid⁹.
Anani:dõat⁹ mihi vl' gratificatio mea
Ananias:donũ gratie dñi vel donata gratificatio dño.
Ananias:rñdens gratie deo:vel grati ficans gratie dñm.
Ananim: reſpõdens aque:vel donati

nes aquarum.
Anas donansvel donatus:ſeu gratiā
tollens aut reſpondens.
Anath gratia vel reſpondēs : ſeu grē
peccans aut reſponſio temporis.
Anatha rñdēs ei vel gratificās eū ſeu
grā peccās eius aut rñſio tꝑis eius.
Anathim reſpōdēs eis vel gratificās
eos:ſeu gratia peccans eorū:aut re
ſponſio temporis eorum.
Anathin:humilitas vana vel reſpōſio
vana: ſeu monile colli aut humiles
conſurgentes .
Anatoth rñſio vel obediētia:aut rſpō
dēs ſigno aut gratificatio dſignātis
Anathothia.reſpōſio dñi vel obediēs
dño:ſiue reſpōdēs ſigno dñi aut gra
tificans deſignantem dominum.
Anathothite reſpondētes vel obediē
tes ſiue reſpōdentes ſigno aut grati
ficantes deſignatorem.
Andreas:rñdēs pabulo vel decorus i
ſtatiōe ſiue decꝰ aut ſꝫ ꝑgrecā etymo
logiā apotoy andros.i.a viro virilis.
Andronicus reſpōdēs pabulo aut de-
corus ad ſtandū ſiue cogitans paſſio
nem aut reſponſio paſſionis.
Anebgaba ſollicitauitvl' hūiliauit: ſi-
ue ſollicitās valles aut hūiliās colles
Anegeb auſter vel meridies ſiue au-
ſtralis aut meridianus.
Anei:nunquid cōmotus eſt mihi : vel
nunquid cōmotio mea.
Aneliab.donum dei patris:vel gratifi
cans deum patrem.
Aneni:circulivel corone:ſeu precinens
aut preconator .
Aneni donū meūvel gratificatio mea.
Aner:lumēvel illūīatio:ſeu dono vi-
gilans aut gratificationē cōſurgens
Ange:donū peruptū vel gratificatio
Anad grāvl' rñſio ſiue reſpō (pectorꝫ.
dēs teſtibꝰaut gratificatio ſuitutis.
Ani pauper vel egenus ſiue donū meū
aut gratificatio mea.
Ania donū dei vel gratificās dominū.
Anian:donū ppl'i vel gratia eorum.
Anihel donatꝰdeovel gratificās deū ſi
ue gratificās eos vl' pauꝑtas eorum.
Ano donās eis vel gratificās eos.ſiue
dolor eoꝝ aut labor eorum.
Anob dono ſeruiens vel gratificatio
Anon donator merēs vel (ſeruiētis.
gratis iniquꝰ:ſeu gratie inutilis aut
gratificationi murmurans.
Antiphas dans tranſitum vel dantis
Antiochus pauper ſilens (tranſitio.
vel pauperis ſilentium.
Antiochia pauꝑtas ſilēs vl' pauꝑtatꝫ
Antiocheni pauperum (ſilentium .
ſilentia vel paupertates ſilentes.
Antipater dās laudēvl' dātis laudatō
Antipatridem donū laudatum vel dan
tis laudationem.
Anula:dolens vel parturiens.
Anium:donum vnicum vel gratifica-
tio ſempiterni .

¶ Dic.o.poſt.a.

AOocen:nidus vel cubiculum.
Aod:inclytus vel glorioſus.
Aohi:ſpina vel compunctio.
Aohite:ſpinoſivel compungentes.
Aohiaban:ſpina ſapientie vel compū-
ctio intelligentis.
Aohimā ꝑturbatus vl' ꝑturbatio ſeu
pungētes quis aut pungēs qñō.
Aoth nobilitas vel gloriatio.

¶ Dic.p.poſt.a.

APpaim humus eorum velvo
latus eorum.
Apparam liber onager vel continens
feritatem.
Appoiama libertas populi domini .
ſeu continens populum domino.
Appelles congregans eos vel congre
gatio eorum.
Appia.libera vel libertas. ſiue conti-
nens aut continentia.
Appiforum.libera vel fortis libertas.
Appollo mirabilis vel admirandus.
Appollophanes mirādus facie vel ad
mirabilis contemplator.
Appollonia diſciplina vel ſynagoga
eorum.
Appolloniꝰ miraculū vl' admirabilis.
Appollos congregans eos vel congre
gatio eorum.
Apoſtolus miſſus vel legatio .
Apſes libere egrediens vel continen-
tia egreſſionis .
Apſibia continens rectitudinem vel
libertas conuerſationis.

¶ Dic.q.poſt.a.

AQuila dolens vel parturiens
ſeu dolor vel parturitio.

¶ Dic.r.poſt. a.

AR.ſuſcitatio vel vigilie.
Ara electus vel electio ſeu vi-
gilans ei aut ſuſcitans eum.
Arab inſidie vel calliditas ſeu vigilās
patri aut ſuſcitans patrem.
Araba inſidie eius vel calliditas eiꝰ ſi-
ue ſuſcitās prēꝫ ſiue vigilia prīs eiꝰ
Araba multa vel veſpera ſiue occidēs
aut inhabitabilis .
Araba plana vel campeſtris ſeu deſer
ta aut occidentalis.
Arabath deſerta tꝑe vl' planicies pec
catorum.ſiue ſuſcitās patrem pecca
ti aut vigilans patri declinanti.
Arabathite . deſerti tꝑe vel planicies
peccatorum ſiue ſuſcitātes prēꝫ pec-
cati aut vigilantes patri declinanti.
Arabes:humiles vel occidētales ſiue
callidi aut inſidiatores.
Arabathane.humile robur vel deſer-
ta fortitudo.ſiue ſuſcitans prēm ro-
buſtum aut vigilās prī fortitudinis.
Arabia:calida vel inſidiatrix:ſiue hu-
milis aut occidentalis.
Araboth:plana vel humilia:ſiue cam-
peſtria aut equalia.
Arach longitudo vel longanimitas:ſi
ue ſuſcitās prēm aut vigilia fratris.
Aracheus:longitudo conſulens vel lō
ganimitas:ſiue feſtinans aut vigi-
lans fratri conſilij aut ſuſcitans fra-
trem feſtinantem.
Arachi longitudo mea vel longanimi
tas mea:ſeu fratri meo vigilans:aut
ſuſcitans fratrem meum.
Arachites:longus vel longanimitas:
ſeu vigilans fratri cōuerſo:aut ſuſci-
tans fratrem captiuum.
Arad:deſcendit vel deſcenſio:ſiue ſu-
ſcitauit deſcendens aut ſuſcitauit de
ſcenſionem .
Arad deſcendens vel deſcēſio:ſiue ſu-
ſcitans ſeruū aut vigilās teſtionio.
Arada:miraculum vel admiratio:ſiue
obſtupuit aut admiratus eſt.
Aradam deſcendens ei vel deſcenſio
eius:ſeu vigilans ſeruituti:aut ſuſci-
tans teſtimonium.
Aradi deponentes vel depoſitiones:
ſiue vigilans ſeruituti mee:aut ſuſci
tans teſtimonium meum.
Aradius:deponens conſilium vel de-
ſcendens feſtinanter ſeu vigilans ſer
uituti feſtinanti aut feſtinans teſtifi
cationem conſilij.
Aradius:admirans vel obſtupeſcens:
ſeu vindemiator meus ſufficiens aut
vindemiatoris mei ſufficientia.
Arado:miraclꝫvl' depoſitio:ſeu ſuſci-
tās ſeruū aut vigilia teſtificatiōis.
Arapha:ſuſcitans terrā vel vigilanter
Araphite:ſuſcitatores ter (fodiens.
re velvigilāter fodientes.
Arabath:negociator vel negaciatio :
ſeu vigilans vite aut ſuſcitās pauorē
Araia:eligens dñm vel electio dñi:ſeu
vigilās domino aut ſuſcitatio dñi.
Aral:ſuſcitās infirmū vel vigilāter cō-
ſcendens:ſiue ſuſcitans contemnen
tem:aut vigilia deſpectionis.
Aram:ſuſcitās excelſūꝫvelvigilās exal
Aram:res cū arca vl' res (tationi .
cū capſa:ſiue iraſcēs aut indignatio
Aram:ſuſcitans gentē vel vigilia ppl'i
Aram:excelſus vel iracundus:ſeu:de-
cor aut electio eorum.
Arama:ſuſcitans genteꝫ ei vel vigilia

populi eius.
Arama:excelſa vel iraſcens ſeu deco-
rans eum aut deiectio eius.
Aramathi:deficiens aut deiectio eius
ſeu decore pauidus:aut excelſe cõſu-
Aramelech:ſuſcitãs gentẽ re (mans.
gi:vel vigilia populi regni.
Aramelech:excelſuꝫ regnũ vl' erectus
rex:ſeu decor regni aut iracũdia regꝫ
Aran:res cum arca vel res cum capſa
ſiue ſuſcitans excelſum aut vigilans
exaltationi.
Aran:aceruus tritici vel laus frumẽti
ſeu ſuſcitans donũ:aut vigilans grẽ.
Aranon:laus frumẽti vl' aceruus triſti
cie:ſeu ſuſcitãs donũ iniquũ:aut vigi
lans gratie inutili.
Ararath:mons vulſus vl' mõs vellica
tus:ſeu ſuſcitãs cõſurrectionẽ deſcẽ-
dẽtẽ:aut vigilãs teſtionio deſcẽdẽti
Arari mõs vl' ſublimitas:ſeu vigilãs vi
gili meo aut ſuſcitãs ſuſcitãtem me.
Ararite:montani vel ſublimes:ſeu vi-
gilãtes vigili meo : aut ſuſcitatores
ſuſcitatoris mei.
Aras:elatio vel ſuperbia:ſiue ſuſcitãs
ſuſtollentẽ:aut vigilãs plaſmationi.
Araſith:artifex vel artificium.
Anarth:teſtimoniũ deſcendẽs vel con
ſurrectio deſcenſionis:ſiue ſuſcitans
peccatum:aut vigilans tpaliter.
Arbath:bruchus vel locuſta: ſeu bru-
chus peccati aut locuſta tẽporalis.
Arbathite:locuſte vel bruchi:ſiue bru
chi peccãtis: aut locuſte tpales.
Arbathis:locuſta viri vel bruchus aſ-
ſumptus:ſiue humus pauidus : aut
humilitas ſuperiorum.
Arbee:quarta vel quattuor.
Arbella:ſuſcitans vetuſtatem auri vel
vigilia ſine aſſumptione.
Arbi locuſta :vel bruchus:ſiue hamus
meus aut humilitas eius.
Arbo hamus:vel vſqꝫ huc:ſiue humi-
lis aut humilitas mea.
Arboth:humilis vel campeſtris : ſiue
hamus tenens aut hami retentio.
Arbona:locuſta iniqua vel bruchus in
utilis:ſiue humilitas merens euꝫ aut
retentio doloris eius.
Archab:inſidie vel inſidians.
Archad:inſidiator ſeruus vel inſidiãs
teſtimonio. (leonis.
Archelaus : agnoſcens leo vel agnitio
Archiahoroth:mora corone: vel longi
tudo circuli.
Archippus:inſidie oris vel longitudo
operis:ſiue inſidie dilatati aut inſi
diarum dilatatio.
Ardon:ſuſcitans iudices ; vel vigilia
iudicandorum.
Area:eligẽs eũ vel electio eius ſeu ſu-
ſcitãs deſcẽdẽtẽ aut vigilia dſcẽſiõis
Areba:plana vel campeſtris:ſeu deſer
ta vel inhabitabilis.
Arebia.hũilis dño vel retẽtio domini.
Arebla:inſidiãs vel inſidiatio.
Arepna:humilis pulcher:vel inſidiãs
pulchritudo.
Arech:longitudo vel longanimitas.
Arechõ:lõganimitas merẽs vel longi
tudo iniqua ſiue admiratio poſſeſſio
nis:aut deſcẽſio negociationis.
Ared:deſcẽdẽs vel deſcẽſio:ſiue aſcen
ſus montiũ aut aſcẽſus ſaltuũ.
Areph.ſuſcitator menſure: vel vigilia
diſſolutionis.
Areli:declinãs me vel declinatio mea
ſiue ſuſcitans deũ meum aut vigilia
dei mei.
Arelite:declinati mihi vel declinatio-
nes mee:ſiue ſuſcitãtes deum meum
aut vigilantes deo meo.
Arẽ acerui lapidũ vl' lapides aceruati
Aren:filius meus vel filiatio mea: ſiue
ſuſcitãs fontẽ aut vigilia oculi.
Ares:electꝰ vel electio:ſeu ſuſcitãs fa-
cturã:vel vigilia plaſmationis.
Areth:ſtupor vel deſcẽſio:ſiue ſuſcitãs
pauorẽ ei aut vigilia vite.
Areuna:arca vel repoſitio.
Arphaſa:ſuſcitãs tranſituꝫ vel vigilia
tranſgreſſionis.
Arphaſei: ſuſcitatores tranſeũtiũ vel
vigilia trangreſſionum.
Arphat:ſanans vel ſaluans: ſiue ſani-
tas vel ſaluatio.
Arpharat:ſaluans vel ſanans depopu
lationem.
Arga:menſura vel menſurator.
Argob:maledicens excelſum vel male
dicta ſublimitas.
Aridai:ſuſcitans delictum meũ vel vi-
gilia amabilis mei.
Aridatha:leo donatus vel leonis do-
num ſufficiens.
Ariel:leo deus vel leo dei.
Arieli:leo deus meus vel leo dei mei.
Ariph:vigilia germinis floridi:vel ſu-
ſcitatio viſionis buccelle.
Ari acerũ lapidũ vl' lapides aceruati.
Arimatheus:altitudo eiꝰ:vel ipſe exal
tatus eſt.
Arimathia:ſuſcitans donum dño: vel
vigilia donationis domini.
Arioth.ebrietas:vel ad ſollicitudineꝫ
dirigens.
Ariopagus : pmitiua ſolẽnitas .vl' pri
mitiue ſolennitatis.
Ariopagita:primitiue ſolẽnis vel pri-
mitiua ſolẽnitas.
Ariopagus:primitiua ſolẽnis vel pri-
mitie ſolẽnitatis.ſed hoc violentum
cum athenieñſis curie nomen ſit ; que
a marte nomen accepit.
Ariſai:leo tẽptãs vel leonis tẽptatio
Ariſtarchus:ſuſcitãs coronã: vel mõs
facture ſuperflue.
Ariſtobolus:ſuſcitãs dolorẽ:vel ſuſci-
tatio germinis.
Arina:ſublimis vel ꝯſurgens:ſiue ſub
limitas aut conſurrectio.
Arinageddon: mõs eſt latrũculis vel
mons globoſus:ſiue ꝯſurrectio tecti
aut ꝯſurrectio in propria ara.
Arinathaim:ſublimitas duoꝝ vel alti
tudo eorũꝫ:ſiue ſublimes duo aut cõ
ſurgentes bini.
Armenia:mons vulſus vel mons vel li
catus:ſeu montis auulſio aut mõtis
vellicatio.
Armenñ:montes vulſi vel mõtes velli
cati:ſeu montiũ vulſiones aut mon-
tium vellicationes.
Armon:anathema meroris vel imago
triſticie.
Armon:domus vel cellariũ:ſiue illumi
nans aut anathema.
Armõ:anathema meroris mei vel ima
go triſticie mee.
Armoni:domꝰ mea vel cellariũ meum
ſiue illuminãs me aut anathẽa meũ.
Arnaphet: vigilia ꝯuertẽs vel ſuſcita
tio conuerſionis.
Arman: vigilia doni vel ſuſcitatio grẽ
ſeu arca meroris aut maledictio eoꝝ
Armon:arca meroris vel maledictio.ſi
ue lumẽ eoꝝ aut maledictio eorum.
Arod:maledictio ſufficiẽs aut maledi
cta ſufficienter.
Arodi:maledictus ſufficienter vel ma-
ledictio ſufficiens mihi.
Arodite:maledictus ſufficiẽter vel ma
ledictionum ſufficientia.
Aroedi:vindemiator ſufficiẽs vel vin-
demie ſufficientia.
Aroer:ſuffoſſio vigilie vel vacue factio
Aroer myrice vel exurgens (vigilis.
ſiue ſubleuans aut ſuffoſſa.
Aroerite:vacue factiones vigiliũ : vel
ſuffoſſiones vigiliarum.
Aroerite:myrice vel ſubleuantes ſiue
ſuffoſſi aut exurgentes.
Arom:nequam vel verſipellis.
Aromath:nequam tp̄s vel verſipellis
Arori:mons vel ſublimitas. (pctõr-
Arorites:ſublimis vel montanus.
Aroſeth:nequã ſemẽ vel iniqua poſſi-
tio:ſeu vigilans germen aut ſuſcita-
tio reſurrectionis.
Arſa ſol eius vel illuminatio.
Arſaces:ſolis duricia vel illuminatio
vomitus.
Arſelem:ſilens circunciſio vel ſilentiũ
circuncifionis: ſeu ſuſcitans nomen
dñi aut vigilans auditioni diuine.

Arthimoꝛa vel immoꝛans.
Arthaba moꝛa pr̄is vel moꝛans pr̄em.
Artaxerſes lumen ſilentio tentans:vl'
lumine ſilentio tētatus.
Artheman mathematizantem vel con
turbantem eos.
Arthemis:id eſt diana:cōturbans vel
anathematizās ſiue ſuſcitās egrota
tiones:aut egrotationū ſuſcitatio.
Aruces circunrodens me vel circunro
ſio mea.
Arum aceruus:tritici vel laus frumēti
Arumas illuminans vel illuminatio.
Arur ſuſcitās ignē vel vigilia luminis.
Arus inciſa vel aurea ſeu vigilans cō
ſilio:aut ſuſcitans feſtinationem.

¶Hic .ſ.poſt.a.

ASa tollens vel factura:ſiue ſu
ſtollens aut plaſmatio.
Aſaba eiꝰ captiuitas vel eius ꝯuerſio:
ſiue ſuſtollēs pr̄eʒ aut plaſmatio pr̄is
Aſabias colligens dn̄m vel cōgregatꝰ
dn̄o:ſiue ſuſtollēs patrem dominum
aut plaſmatio patris domini.
Aſach factura ꝑꝛupta:vel plaſmatio-
nis vmbꝛaculū:ſeu ſuſtollens fratreʒ
aut tollens fraternitatem.
Aſadias factura ſeruiens dn̄o vel ſu-
ſtollens teſtimonium domini.
Aſahel ſuſtollēs deū aut plaſmatio dei
Aſaph colligēs vel cōgregās ſiue colle
ctio aut congregatio.
Aſaia facit dn̄s vel faciēte dn̄o ſiue ſu-
ſtollens dn̄m aut plaſmatio dn̄i.
Aſias idem.
Aſam delictū vel fumus ſiue ſuſtollēs
populum aut plaſmatio eoꝛum.
Aſama delictū eius vl' fumigās eū ſiue
ſuſtollēs ppl'ʒ eiꝰ aut plaſmatio eoꝛū
Aſan tollēs donū vel plaſmatio gr̄e.
Aſana tollens donuʒ ei:vel plaſmatio
gratie eius.
Aſar carcer vel carceratus:ſeu facturā
ſuſcitans aut ſuſtollens vigilantes.
Aſaradam vincens vel exacutus ſiue
ſuſtollens vigiles iudices aut plaſma
tionem ſuſcitans iudicio.
Aſarel carcer dei vel carceratus deo:
ſeu factura ſuſcitās deum:aut ſuſtol-
lens vigiles dei.
Aſarela factura ſuſcitans maledictuʒ:
vel plaſmatio tollens vigiliam male-
dictionis.
Aſarothamar beatitudo palme vl' bea
titudo cōmutās ſiue atriū amaritu-
dinis:aut veſtibulū cōmutationis.
Aſarſuali diuites vulpes:vel atriū vul
pium:ſeu factura ſuſcitans ſalutem:
aut plaſmatio vigilans ſaluationi.
Aſarſuſim diuites obtinens vel beate
reuertens:ſeu factura ſuſcitās equū:
aut plaſmatio vigilans reuerſioni.

Aſaſothomar os amaruʒ vel ſilentiuʒ
cōmutatum ſeu factura faciens iniq
tatem commutationis:aut plaſmatio
tollens doloꝛem amaritudinis.
Aſaar diluculum vel mane diluculo ſeu
facturaʒ eſtimans:aut plaſmationis
exiſtimatio.
Aſaradō victoꝛ vl' exacutꝰ ſeu factura
ſuſcitās ſeruos iniquos:aut plaſma-
tio vigillās teſtimonio merentium.
Aſarahel beatus deus vel beatitudo
dei:ſeu factura vigilans deo aut plaſ
matio ſuſcitans deum.
Aſaramel ſuſtollens excelſum deuʒ vel
plaſmatio excelſi dei.
Aſbaal plaſmans virum vel tollens ve
tuſtatem.
Aſbel captiuꝰ dei vel atriū vetuſtatis.
Aſbehel captiuꝰ dei vl' factura vetuſta.
Aſcalon appēſa vel impēſa: ſiue ignis
infamis:aut ignis ignobilis. a
Aſcalōite appēſi vel impēſi ſiue ignes
infames:aut ignes ignobiles.
Aſcenē tollēs poſſeſſionē ꝯtēptibiliter
vel ſuſtollēs cōtēptibilē poſſeſſoꝛem.
Aſcenē ignis aſꝑſio vl' ignis ſic aſꝑſus
Aſcoth diſſolutio vel effuſio:ſiue incen
dens aut incendium.
Aſe tollens vel factura ſiue ſuſtollēs
aut plaſmatio.
Aſebam ſuſtollens ſemꝑ excelſum vel
plaſmatio ſemper excelſa.
Aſebaias ſuſtollēs dn̄m:vl' plaſmatio
domini.
Aſebin facture ſtatio: vel plaſmatio
ſtationis.
Aſebonias tollēs pollicē dn̄i vel factu
ra in medio dn̄atoꝛis.
Aſech factura ꝑꝛupta:vel plaſmatio-
nis vmbꝛaculū:ſiue ſuſtollēs fratreʒ
aut tollens fraternitatē.
Aſedech teſta vel ſol:ſiue ariditas aut
ſiccitas ardoꝛis.
Aſedim ſiccitas ardoꝛis vel ſuburba-
na eoꝛum.
Aſedemoth arua vel ſuburbana.
Aſedochphaſgā abſciſio vel os deli-
cti:ſiue tollens abſciſuʒ: aut plaſma
tionis donatio.
Aſedoch factura pabuli vel plaſmatō
viriditatis.
Aſedochphaſga dolatio facture viri-
dis vel faciēs pabulū abſciſionis.
Aſepha atriū vel veſtibuluʒ:ſeu colli-
gens aut congregatio.
Aſen ſuſtollēs eos vel plaſmatoꝛ eoꝝ
Aſemona feſtinās vel os eius abꝰ oſſe
non ab oꝛe.
Aſen ſuſtollens fontem vel plaſmatio
oculi.
Aſena ignis aſperſus vel ignis ſpar-
ſio ſiue ſuſtollens fontem: eius aut
plaſmatio oculi eius.
Aſemna ruina eius vel ꝑcipitatio.
Aſenna ruina eius vel ꝑcipitās eū.
Aſenaphar ruens onager vel ꝑcipi-
tans feritas.
Aſennech ruina vel ꝑcipitatio ſeu fa-
ctura dedicans:aut plaſmationem
Aſennes leuās me vel ſub (edificās.
leuatio mea.
Aſeneth ruēs vel ꝑcipitās:ſiue ignis
aſperſus:aut ignis aſperſio.
Aſer atriū vl' diuitie ſeu beatitudo aut
beatus.
Aſerite vel atria diuitie:ſeu beatitu-
dines aut beati erunt.
Aſera atriū vulturis:vel diuitie deuo-
ratoꝛis.
Aſerati btitudo mea vel btūs erit mi-
bi:ſiue atriū meū aut diuitie mee.
Aſerdā exacutus vel vinculū cutꝭ:ſeu
btm̄ iudiciū:aut diuitie iudicande.
Aſerim atriū vel veſtibulū.ſeu diuitie
aut beatitudo eoꝛū.
Aſermachimat beatitudo doni vel q̄
eſt beata donatio.
Aſermoth atrium moꝛtis vel diuitie
moꝛtales.
Aſeruth atrium anguſtie: vel diuitie
tempoꝛales.
Aſeroth atria vel veſtibula ſiue ville
aut beatitudines.
Aſerſual btā ſalus aut diuitie ſalutis
Aſerſua atrium gradꝰ vel beatitudo
leticie.
Eſem noīatus vel faciens nomē ſiue
ſuſtollēs auditum:aut plaſmatio fa
moſe auditionis.
Aſema os ab oſſe nō ab oꝛe:vel ſuſtol-
lens nomē eius:aut faciens famoſaʒ
auditionem.
Aſen factura dentiū vel plaſmatio ſu-
per vulnus ſeu tollēs nomen aut ſu-
ſtollēs amphoꝛā tentationis.
Aſeremoth ſuburbana vel ſuburbibꝰ
ſeu atriū indignationis: rigide:aut
btitudo foꝛmidationis eoꝛū.
Aſergadai atriū accincti vulturis vel
diuitie tētationis deuoꝛantis.
Aſpha tollēs ſubito vl' factura eructās
Aſphanar equoꝛū domitoꝛ vel factura
appꝛehendens.
Aſphanes equoꝛū domitoꝛ vel factura
cōuerſione appꝛehendens.
Aſphar tollens onagrum:vel plaſma
tio ferocitatis.
Aſia ſuſtollēs dn̄m vel plaſmatio dn̄i
Aſia gradiēs vel eleuās:ſeu auferens
aut elatio.
Aſiani facture dn̄i:vel ſuſtollēs dn̄m.
Aſiani elati vel auferentes ſeu gradiē
tes aut eleuati.
Aſias ſuſtollēs dn̄m vel plaſmatio dn̄i

Aſidia:miluusvel herodius:ſeu factura dilecta aut plaſmatio amabilis.
Aſiel:ſuſtolleus deũ vel plaſmatio dei
Aſiel gradiens deo vel eleuatio dei.
Aſim:ſuſtollẽs eos.vł plaſmatio eoꝝ.
Aſima:ſuſtollẽs eos ei:vel plaſmatio eoꝛum eius.
Aſinchꝛitus:dirigens thuribulum vel directio thuribuli.
Aſiõgaber:lingua viri vł dolatio hoīs ſeu faciẽs merẽtes colles ſublimes: aut ſuſtollẽs doloꝛes colliũ ſublimiũ
Aſir:viculũvelviculatus ſeu facturavigilans aut ſuſtollens vigilantes.
Aſſidei:miluivel herodij ſeu facture dilecte.aut plaſmationes amabiles.
Aſſyria:factura vigilans domino.aut ſuſtollens vigilias domini.
Aſſyria diligens vel dilecta:ſiue dirigens aut directio.
Aſſyrij facture vigilantes domino vel ſuſtollentes vigilias domini.
Aſſyrij:directi vel dirigentes ſeu dilecti aut diligentes.
Aſſia:factura laboꝛans:aut ſuſtollens laboꝛantes.
Aſmo : nouiſſimum eius vel factura parturiens
Aſmodeus:facture iudicium vel plaſmatio iudicantis.
Aſmona feſtinãs vel celeriter nũerãs.
Aſna:tollens ſerpentem vel plaſmatio colubꝛi.
Aſop:collectio ſeu veſtibulum.
Aſeu:feſtinans vel feſtinatio.
Aſom ſilens vel os ab oꝛe nõ ab oſſe.
Aſometh.os viuax ab oſſe nõ ab oꝛe. vel ſilentiũ vite aut feſtiatiovapoꝛis
Aſon factura pupille vel plaſmatio coccinea.
Aſoꝛ:atriũ vel ſagitta luminis ſeu tollens foꝛamẽ aut plaſmatio iracũdie.
Aſoꝛadan:victoꝛ vel exacutus ſeu atrium ſerui iniqni aut tollens foꝛamen teſtimonij inutilis.
Aſoꝛã:atriũ exce'ſuꝫ vel ſagitta lumis exaltati:ſeu extollẽs foꝛamẽ excelſuꝫ aut plaſmatio iracundie exaltate.
Aſoth.ſuſtollẽs ſignuꝫ aut plaſmatio
Aſothite:tollentes ſi- (tẽpoꝛalis.
gna vel facture tempoꝛales.
Aſra:diminutio vel diminutus ſeu tollens magiſtrum aut plaſmatio magi
Aſrael:diminutus deo vel ſu- ſterij.
ſtollens magiſterium dei.
Aſrahi:btm̃ faciens vel btã cõmotio: ſeu diminutus ipe aut diminutõi pa
Aſrahel.btũs deo vel btitudo (tens.
dei ſiue tollens magiſtruꝫ deum.,aut plaſmatio magiſterij dei.
Aſrahelite.beati deo vel btificantes deum aut plaſmati magiſterio dei.

Aſtaol.ignis gemẽtium vel ignis parturientium.
Aſtari.caula mea vel pꝛeſepe meum.
Aſtari.ouile meum vel cubiculũ meuꝫ ſiue atrium meum.aut factura exploꝛationis mee.
Aſtaroth.ouile vel factura exploꝛato
Aſtarothiatriũ vel cubiculũ (toꝛum.
ſeu caule aut pꝛeſepia.
Aſtarothites.caulavel atrium ſeu caule aut pꝛeſepia.
Aſtarothites.ouile vel factura.
Aſtaroth. atrium vel cubiculum ſeu pꝛeſepe aut cubiculum.
Aſtarthẽ.factura ſuperflua vel plaſmationis ſuperfluitas.
Aſtrages.voluntas feſtiua vel ꝯſiliuꝫ
Aſub factura incendij (feſtiuitatis.
vel plaſmatio conuerſionis.
Aſpha tollẽs ſõito vł factura eructãs.
Aſſuerus beatitudo vel atrium eius.
Aſum.os eoꝛum vel fumigans eos.
Aſum factura coccinea vel tollens pupillam eoꝛum.
Auſus diues vł beatus.ſiue factura luminis.aut tollens incendium.
Aſuri.diues mihi vel atrium meum: ſeu factura luminis mei aut tollens incendium meum.
Auſurim.diuitie eoꝛum vel beatitudo eoꝛum ſiue factura illuminans eos. aut tollens incendiũ eoꝛum.
Aſſur:tollẽs robuſtũ vel tollẽs acerbi
Aſſur:ſuſtollẽs murũ vel tol- (tatẽ.
lens anguſtiã ſeu factura cõtinens: aut plaſmatio directionis.
Aſſur.negociatoꝛ vel negociatio ſiue nemus aut ignis illuminatio.
Aſſur.dirigens vel diligẽs:ſiue btũs: aut gradiens.
Aſſurim : ſuſtollens murum eius vel tollens acerbitatem.
Aſſurim:faciẽs robuſtos eos vel plaſmatio directa eisſiue tollẽs ãguſtias eoꝛũ aut ſuſtollẽs continẽtiam eoꝛũ.
Aſſuri:nemoꝛa vel igniũ illumiatiões ſeu negociatoꝛes aut negociationes
Aſſurim:dirigẽtes vel diligentes:ſeu beati aut gradientes.

¶ Hic.t.poſt.a.

ATa:tp̄svel pctm̃ ſeu deliquẽs aut tempoꝛalis.
Athac:peccatoꝛ humilisvel peccati retentio:ſeu delinquẽs fratri aut tempoꝛalis frater.
Athad.rhãnus vel teſtimoniũ.
Athaia:peccãs dño vel tpalis dñi.
Athalia:tp̄s dñi vel tp̄s eius:ſeu peccans dño aut declinatio domini.
Athania:cõcupiſcẽtia vel deſiderium.
Athanael.tempus meum dei vel peccatum meum deo.
Athanai.tp̄s fluctuãs vł peccatoꝛ cõmotus ſeu coꝛona donati mei:aut exploꝛatio gratificationis mee.
Athar:peccatoꝛ ſuſcitansvel tempoꝛalis vigilia.
Athara.peccatũ ſuſcitãs ei:vel peccatoꝛis vigilia eius.
Athari:exploꝛatoꝛ vel exploꝛatio.
Atharoht:coꝛone vel circuli.
Athath:pctm̃ tpis vel tps pctõꝛis.
Athene:diſperſe vel diſſipate.
Athenienſes:diſſipati vel diſpgẽtes.
Athenobius:peccatoꝛ latrãs vel tẽpoꝛalis latratio.
Ather:ipſe cõſurgens contrarius:vel peccatoꝛ effundens aduerſa.
Athicon.tempus medium vel peccatoꝛis dimidiatio ſiue tempus cõgregate iniquitatis aut peccatũ congregationis inutilis.
Athipha:tempus ſubitum vel peccatum eructans.
Athil.peccati germẽ:vel tempus inueterans.
Athitha.tp̄s q̃rẽsvel dilecti ſilẽtium.
Atholus:tempus conſilij vel peccati commixtio.
Athoniel.rñdẽs deo vel tp̄s eius dei.
Athupha:tempus ſubitum vel peccati infirmitas.
Athul:tp̄s cõſilij vel pctõꝛ feſtinãs.

¶ Hic.u.poſt.a.

AUa:iniquus vel iniquitas.
Auã:fons vel motus ſiue mouens eos:aut ſubuerſio eoꝛum.
Aui:feroꝫ vel ferocitas ſiue iniquus mihi:aut iniquitas mea.
Auil:inſipiens vel ſtulticia.
Auim:aceruus lapidũ vel iniqtas eoꝝ
Auiſa:voluntas mea : vel iniquitatis mee ſaluatio.
Auith.iniqua vel iniquitas.
Auoth.ſedes vel cõmoꝛatio ſeu vinculum.
Auoth:vita vel gloꝛia ſeu ville:aut ciuitates.
Auothiair:vinculũ vigilis vel ſedes vigilie ſeu cõmoꝛãs illuminatio aut incunabula illuminatiõis.
Auothiair.gloꝛia luminis vel vita illuminãs ſeu ville vigilantium:aut oppida illuminatoꝛum.
Auphꝛatõ:frugifera vel puluerulẽta. ſiue vbertas aut de cinere veniens.
Auphꝛatonice.frugiferi vel puluerulẽti ſeu vberes vt de cinere veniẽtes.
Auguſti:ſolẽniter ſtantes:vel ſolennitas addita.
Aulon.vallis grandis:vel vallis campeſtris.
Aunã:meroꝛ eoꝛũ vel laboꝛes eoꝛum.
Aunam.non eſt vel inutile.

Auram iracundiam vel iracundus.
Huram iraſcens vel iracundia.
Auſitidis conſilium vel conſiliatrix.

¶ Hic.x.poſt.a.

Axa furor vel furibunda.
Axan claudicans vel iraſcens.
Axath medicina vel medicamentum.

¶ Hic.5.poſt.a.

Aza vidēs vel cōbuſtus ſeu fortis dñi.aut fortitudo eius.
Azabias vidēs patrē dñm vel fortitudo patris domini.
Azabel videns deū vel fortitudo dei.
Azā videns eos vel fortitudo eorum.
Azanoe fortitudo cōmotiōis:vl' viſio requietionis.
Azara dorſum vel crepido.
Azaria auxilium dñi vel auxiliator eſt dominus.
Azarias:idem.
Azarā adiuuās pplm vel auxiliū ppli ſiue dorſum eorū aut crepido eorū.
Azas cōtinēs vl' apphēdēs ſeu vidēs fortiter:aut viſio fortis.
Azazias ↄtinēs dñs vel apphēſio dñi ſeu videns fortiter dñm :aut robuſta viſio domini.
Azbel videns vetera:vel robuſtus vetuſtate.
Azbelite videntes vetera :vel robuſti vetuſtatibus.
Azboth videns vomentem vel videns in vomitu ſeu fortis vetuſtas aut fortitudo lugentium.
Azchad videns mare vel fortitudo maris.
Azchad videns dolētem vel vidēs cōponentem : ſeu fortis dens molaris aut fortitudo penitentie.
Azeb pergens vel ambigēs:ſeu villis deuorans aut vallis rapacitatis.
Azecha fortitudo aut decipula ſiue robuſta aut clauſa peſſulo.
Azer auxiliū vel ſctificatio:ſeu fortis conſurgens aut videns vigilias.
Azagad fortis tentatio vel videns accinctum latrunculum.
Azi fortis meus vel viſio mea.
Aziā videns pplm vel fortitudo eorū
Azias vidēs dñs vel fortitudo domini.
Aziel pgens vel pficiſcens ſeu videns deum aut fortitudo dei.
Azia fortis viſio:vel videns viſionem
Aziel pgens vel abiens ſeu vidēs deū aut fortitudo dei.
Azir fortis vigilans ſeu vidēs vigilias
Aziza fortis iſte vel viſio vel iſta.
Azmath vidēs mortem vel fortis mortuus.
Azmaueth : idem.
Azmoth fortiſ mortē vl' apphēdēs mortē
Azmoth fortis incluſio vel apprehendens decorem.
Azor adiutus vel auxiliator ſeu vidēs lumen aut fortiter iracundus.
Azori incendens domino vel incendium domini.
Azot? incēdiū vel incēdēs ſiue ignis patruelis:aut ignis patrui mei.
Azoti incendentes vel incendia ſiue ignes patruelis:aut ignes patrui.
Azoditis incēdiū vel ignis patruelis.
Azarabel adiuuans deum: vel fortitudo dei.
Azuba relicta vel deſerta:ſiue relictio aut deſertio.
Azur adiutor lucidus vel auxiliū igneum ſiue videns lumen.aut robuſtum incendium.

¶ Sequūt interptationes hebraicorum noim incipientiū per.B.litterā.

Babana venit reſpōdens vel venit reſponſio.
Baal vir vel vetuſtas ſiue hians aut deuorator
Baala venit hec vel hñs eam ſeu vir eius aut deuorans eum.
Baala anā venit hoc donū:vel habēs eam grām ſeu vir gratus ei aut deuorator ſignificationis.
Baalaſor vetuſtas deuorās atriū vel vir habēs ſagittam luminis ſeu vetuſtas tollens foramen: aut vir plaſmator iracundie.
Baalath vir aſcendes vel habēs aſcenſionē vel vetuſtas tēporis:aut deuoratio peccatoris.
Baalberith vir habēs pactum:vel vetuſtas deuorans fedus.
Baalpharaſim viros deuorātes diuidens vel habentiū vetuſtatē diuiſio
Baalpheor vir habēs hiatū vel vetuſtas deuorans os pellis ſuperius.
Baalgad vir fortunatus vl' hñs tētationē:ſiue vir accinctus latrunculis aut vir deuorator.
Baalia vir habens dñm vel vetuſtas deuorans dominationem.
Baalim aſcendentes vel ſuperiores.
Baalim viri vel hñtes:ſiue in ſupioribus aut deuoratores.
Baalis vetuſtas viri vel habēs aſſumptionem:ſeu deuorans virum aut vetuſtatis aſſumptio.
Baalmeon deſcēdens humilis:vel deſcenſio humilitatis ſeu vir humilis: hñs domicilium:aut vetuſtas deuorans habitaculum.
Baalmeon deſcēſio humilis:vl' deſcēſus humilitatis.
Baalmetar hñs eā vel vir ex principe ſeu vetuſtas eius aut deuoratio pricipis
Bauloth aſcēdens vel in aſcenſionibus ſeu vir habēs tps aut vetuſtas deuorans reſponſionem
Baalſaliſa hñs vitulā ↄternātē:vl' hñs vitulā ↄſnatā: ſeu vetuſtas deuorās tertiū:aut vir hñs vitulā triēnalem
Baalthamar vir hñs palmā:vel vir hñs amaritudinē ſeu vetuſtas deuorans cōmutatos aut vetuſtas deuorans commutationem
Baana veīt donat? vl' veīt gratificat?
Baanā filius eius vel veniens ei ſeu venit reſpōdēs:aut venit reſponſio.
Baani venit donatus mihi:vel venit gratificatio mea.
Baani veniens mihi vel fili? me? ſeu venit reſpōdens mihi,aut rñſio mea
Baara venit rñdes vel venit rñſio
Bari venit rñdēs mihi vel venit reſponſio mea.
Baari fontes vel putei ſiue in ventre aut in cōmutando.
Baarias venit rñdens domin? vel venit reſponſum domini.
Baaſa venit tollēs vel veniēte factura
Babatha tranſlat? tpe:vel confuſus pctō: ſeu tranſlatio tpalis aut confuſio peccatoris.
Babel cōfundēs vel cōfuſio:ſeu trāſferens aut tranſlatio.
Babylon:idem.
Babyloniȷ confuſi vel tranſlati ſeu cōfundentes aut transferentes.
Bachar inſaginate vel ingreſſus eſt
Bachacar vetuſtas inſaginate vel lugens ingreſſus eſt agnus.
Bachenor lucens lucerna:vel ingreſſus eſt agnus lucerne.
Bacci vetus vel luct? ſiue lugēs aut in vomitu.
Bachides luctus fortis vel vetuſtas in vomitu.
Badachar venit cōpungi:vel venit tumultus ſiue venit merces aut venit turbatio.
Badad maxim? vl' excellētiſſim? ſiue venit teſtis aut venit ſufficiens
Badadi maxim? mihi vel excellētiſſimus me? ſeu robur meū aut ſufficiētia mea
Badaias pcipu? dño vl' iudicio domini ſeu venit dñs aut venit dominator
Badal pcipu? vel ſublimis:ſeu venit conſcēdēs:aut venit infirmitas.
Badā ſolus aut in iudicio ſeu veīt populus aut aduentus eorum.
Badai pcipuus vel in iudicio ſeu veīt donū aut venit gratificatio.
Badazer maximū auxiliū:vel excellētiſſimus ſanctificator. ſeu venit fortis aut venit ſeparatio.
Bathſeba filia ſeptē vl' filia iuramēti ſeu venit eloqns aut venit cōuerſio
Bathſuba filia depcatiōis vel filia ſauertēs aut veritas ſeu veīt cōtietati

incendiũ. Iſta eñ bathſuba vl' bath
ſeba: ipſa eſt berſabee mat̃ ſalomõis
Baem: locus vite mee: vel locus ſuſci
piens mihi.
Baen: iniquus oculꝰ vel iniqtas fõtis
ſeu venit fons aut venit oculus
Bagad: vẽit accinctꝰ vl' vẽit ĩ fortũa
ſeu venit latrũculus aut vẽit tẽtatio
Bagal: onus vel iuguz ſeu venit acer
uus aut venit inuolutio
Bagaba: excelſius tempore vel ſubli-
mitas peccatoris
Bagatham: venit tactus ridentis vel
venit riſus tangentium.
Bagazim: in excelſo contemptus vel
venit fortitudo.
Bagoaim: ſublimitas deuorans eos
vel iugum vulturis eorum.
Bahem: locus vel in eis: ſeu venit lo-
cus aut locus eorum.
Bai: filius meus vel veniens mihi.
Bala: abſorpta vel inueterata ſeu ab-
ſorbens vel inueterans
Baala abſorbẽs euũ vel ĩueteratio eiꝰ.
Balaach: deuorãs vel precipitãs ſiue
abſorbẽs fratrẽ aut inueterans eos
Balaã vanꝰ ppl's vel ſine ppl'o ſiue in
eis aut precipitans fraternitatem.
Balaã: turbans gentem vel deuorãs
populũ ſiue abſorbẽs eos aut abſq
ſubſtantia eorum.
Balaan: turbans donum vel deuora
tor doni ſiue abſorbens gratos aut
inueteratio gratie.
Balaanã: habẽs gratiam vel inuete-
rans reſponſionem: ſiue abſorbens
donum: aut precipitatio gracie.
Balach: lingens vel ludens ſiue inuol
uens aut eliſio.
Balada: abſorbẽs teſtes vl' iueterãs
fraternitatem ſiue veniens cam iudi
care: aut precipitatio teſtimonij
Baladad: vetuſtas ſola vel deuorans
teſtimoniũ: ſiue abſorbẽs precipuus
aut precipitans patrueles.
Baladã: venit ſibimet iudicãs vel va
nitas pro ſemetipſo ſeu abſorbẽs iu
dices: aut inueterator iudij
Balagad: abſorbens latrunculos vel
precipitans tentationem.
Balagad: vir accintꝰ vl' habuit accin
ctũ: ſeu vir fortunatꝰ aut vir pirata
Balan turbatio vel precepitium.
Balaman: turbator populi: vel preci
pitator eorum.
Balanan: turbans donuz vel precepi
tans gratiam.
Balaſor aſcẽdẽs domum vel habẽs
ſagittam luminis: ſiue abſorbens for
tes aut inueterator anguſtie.
Balad: abſorbens peccatum vel inue
teratus tempore.

Balad: lugens vel inuoluens: ſeu lu-
gens aut eliſio.
Baldad: vetuſtas ſola vel vetuſtatis
ſolitudo.
Baldã: venit ſibimet iudicans vel va
nitas pro ſemetipſo: ſeu abſorbens
iudices aut inueterator iudicij
Bale: precipitans vel deuorator
Balaite: deuoratores vl' p̄cipitatores
Bales: abſorbens vel precipitans.
Balaida: varietates cognouit vel va-
riatorum cognitio ſiue abſorbens te
ſtimoniũ: aut iueterator ſeruitutis.
Baloch: aſcendens vel in aſcenſioni-
bus: ſiue abſorbens aut inueterati re
ſponſione.
Balſaliſa: habens vitulã cõternantẽ
vel habens vitulam conſternataz.
ſeu vetuſtas deuorans tertium aut
vir habens vitulam triennalem.
Balthaſar: capillus capitis: vel abſor
bens diuitias.
Baſtus: habens luctum: vel habens
premium.
Bama in quo vel quis ſiue in quibus
aut ſemper excelſa.
Bamoth: mortevel excelſa ſiue mors
adueniens: aut mortis aduentus
Bamothbal: excelſa in morte viri ha
bẽtis vel mors aduenientis vetuſta
ti deuoranti.
Bana: venit rñdẽs vel venit reſpõſio
Baana: venit reſpõdens ei: vel venit
reſponſio eius.
Banai: venit reſpondens mihi: vel ve
nit reſponſio mea.
Bannai: idem
Branais: edificãs domino vel cemen
tarius domini ſeu reſpondens
domino: aut reſponſio domini.
Banaza: filiꝰ vidẽs vel fortitudĩs filiꝰ
Banea: venit reſpõdens ei: vel venit
reſponſio eius.
Bancas: venit reponſum tollens vel
venit reſponſio plaſmationis.
Banebarach: filius fulminis vel filius
fulguris ſeu filius fulgurantis: aut
filius pcutientis
Banebarach: venit reſpondens fulmi
ni vel venit reſpondens fulguranti.
aut venit reſpondens percutienti.
Banaiachã: filius ſtridoris vel filius
neceſſitudis: ſeu venit firmitas: aut
venit preparatio.
Bani: filius meus vel veniens mihi.
Bani: pollex meus vel in medio mei:
Bannimi: filius meus vnicus: vel fi-
lius meus ſempiternus.
Baõ: in iniqtate: vel in iniquitatibus
Baõ: venit dolor vel venit iniquitas.
ſeu vẽit murmurãs vel vẽit inutilis.
Baor: in pelle vel in pellibus.

Baor: venit lumen vel venit foramen
ſeu venit pellis aut venit iracundia.
Bar: filius vel filiatio. Syrum eſt: nõ
hebreum.
Bara: lectus vel creatura ſiue filius
eius aut malicia.
Barrabas: filius patris vel filius ma-
giſtri. Syrum eſt pariter ꝛ hebreum
Barath: fulmen vel fulgur: ſiue fulgu
rans aut percutiẽs.
Barachel: fulgur dei vl' fulmẽ dei ſiue
figurans deum: aut percuſſio dei.
Barachemini: tribuli vel creatura
iudeorum.
Barachias: benedictus domino: vel
benedictus domini.
Barachias: fulgur dñi vel fulgurans
dominus ſiue fulgurãs domino: aut
percuſſio domini.
Barachiel: benedictꝰ deo vel benedi
ctus dei.
Barachiel: l' fulgur dei mei: vl' fulmẽ
dei mei ſiue fulgurans deo meo: aut
percuſſio dei mei.
Barada: filius decoris vel filius deco
rus: ſeu filij ſeruus aut filius teſti-
monij.
Barahel: benedixit deũ vel bñdictio
dei ſine luctus deo aut creatura dei
Baraſa: hauriẽtes vel in egeſtate ſeu
veniens ad faciendum: aut filius ſu-
ſtollens plaſmationem.
Barath: grando vel tempeſtas: ſeu fi
lius peccati: aut filius temporalis.
Baraza: filius videns: vel filius forti
tudinis.
Barech: grando vel tempeſtas: ſeu fi
lius viuax aut filius pauidus.
Baremij: fugit eum quiſpiaz: vel quo
piam fuga eius.
Baria: filius in malis: vel filius domi
ni: ſiue in clamore eius: aut in cõmo-
tione ipſius.
Barin: filius in malo: vel filius male
ficij: quẽ et ipſum nonnulli barieſu co
rupte nominant.
Barihẽ: filius ip̄e vel filius parcẽs ſeu
filius commotus aut filius faciens
Bariona: filius colũbe aut filiꝰ ſimpli
citatis. Syruz eſt bariter ꝛ hebreuz
Bar: quippe ſicut predictum eſt ſyria
ce filius ꝛ iona columba
Baritha: phytoniſſa vel ſubitanea ſi
ue os abiſſi: aut os profundum.
Barnabas filius cõcludens vel filius
prophete: ſeu filius venientis: aut fi
lius conſolationis.
Barne: filius motionis vel filius mu
tationis.
Barnee: electa cõmotio: vel filius ele
cte mutationis.
Barſabas: filius reuertens vel filius

quietis et ſyro & hebreo ſermone cō
poſitum: ſeu filius iuramenti: aut fi
lius conſolationis.
Barſemia filius cecus vel filius ceci-
tatis: quē corrupte quidam barthi-
meen legunt.
Barthimeus filius pinguedinis vel fi
lius ruminantis.
Bartholomeus filius ſuſpēdētis me
vel filius ſuſpendentis aquas. Syrum
eſt: non hebreum.
Baruch benedictus vel bn̄dictio.
Barzaith filius oliue eius: vel filius
fornicationis eorum.
Baſan brucus vel pinguedo ſeu ſic-
citas aut confuſio.
Baſar infantia vel inanguſtia ſiue in
fans aut anguſtiatus.
Baſara infans vel infantia eius: ſiue
anguſtiās eū: aut in anguſtia eius.
Baſchama confuſio caloris: vel angu-
ſtia caliditatis eius.
Baſchat adeps vel defecatio.
Baſechat adipem vel defecationem.
Baſechat adeps vel defecatio: ſeu de
fecans ſeu defecatio.
Baſemath depoſita vel delinquēs: ſeu
veniens aut delictio.
Baſemoth veniens aut delinquens ſi
ue in oībus ſiue in noibus.
Baſtas ades dn̄i vel defecatus dn̄o.
Baſmath depoſita vel delinquēs aut
derelinquens aut delictio.
Bathanim domus rn̄dentiū aut do-
mus humilitatis eorum.
Bathuel virgo dei vel caſtus deo.
Baurim electi vel electorū: ſiue iuue-
nes aut robuſti.
Bauronites fortis vel elect⁹: ſeu iuue
nis aut robuſtus.
Bazatha contēnens tp̄s vel deſpect⁹
peccator.
Bazeotha cōtemnens eum vel deſpe
ctio eius.
Bazothia cōtemnens dn̄m: vel deſpe
ctio domini.

¶ Be. ic. e. poſt. b.

BEad iniqu⁹ teſtis vel edificator
precipuus gratie.
Bean iniqu⁹ gr̄e vl' iniq̄tas dōatiōis.
Bebau os vulturis vel confuſio deuo
ratoris.
Bechechias inclytus deo: vel primo
genitus dei.
